

AVTHORES
DE
FEBRIBV



J. F. Payne

MEDICI ANTIQVI
Græci, Latini, atque Arabes.
QVI DE FEBRIBVS SCRIPSERVNT.

SVMMO STVDIO, ATQVE LABORE Ab Excellentißimo D. IOANNE FERNELIO, Ambiano, Medico, ac Philoſopho olim in vnum collecti, nunc verò omni diligentia in hac Impreßione, in lucem editi.

OPVS PRAECLARVM, ET TAM MEDICIS, quàm rem Medicam profitentibus, ad cognoſcendas qualitates, differentias Febrium, remediaq; & curationes earum perutile, ac neceſſarium.

Nomina Auctorum, verſa pagina indicabit.

Cum Indice, tum capitum, tum Rerum locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIIS.



Venetijs, Apud Robertum Meiettum. 1594.

William Munk. MD. F.S.A.

ELENCHVS AVCTORVM.

GRAECI.

Hippocrates,
Galenus,
Paulus Aegineta,
Alexander Tralianus,
Aetius,
Oribaſius,
Nonius Medicus,

ARABES.

Auicenna,
Raſis,
Abimeron Auenzoar,
Auerrois,
Iſaac,
Serapion,
Haly abatis,
Actuarius,

LATINI.

Cornelius Celſus,
Q. Serenus,
Plinius Secundus,
Gariopontus,
Coſtantinus Aphricanus,
Bernardinus Gordonius,
Petrus de Abano,
Arnaldus de Villanoua,
Philonius,
Nicolaus Nicolus.

CLARISSIMIS
ATQVE
PRAESTANTISSIMIS
MEDICIS VENETIS
Gaſpar Bindonus.

NVLLA eſt ęgritudo,quę noſtra magis affligat corpora,quàm febris,ac pręterea quæ Medicorũ animos maiori ſollicitudine exerceat, & quæ præ manibus eorum frequentius habeatur:quod cum viderim; Medicorum tum Græca volumina, tum Arabica, tum Latina vetuſtiora,illuſtrioraque,quę de febribus agant in vnum imprimenda curaui. In hoc profecto comperietis,Clariſsimi Doctores Medici,quidquid de Febribus ſcriptum eſt ab antiquioribus,& artis medicæ peritis viris Græcis: quidquid à celeberrima Arabum familia:& quæcunque ad priſcis Latinis tradita ſunt ad febres attinentia,intelligetis: nam ij quid ſit nominis febris,quid rei,in his declarant libris: quę cauſæ,quæ notæ,quæ curationes expoſitæ ſunt, ac tandem ſi quid inter ſe conueniant,diſſentiantque,ab ipſis patefit. Hanc igitur, quæ de febribus tractat,materiam, quemadmodum peropportunam eſſe ſentio; ſic veſtris Excellentijs dono do libentiſsimè: & ſi quid excudendum poſt hac mihi delatum fuerit, quod commodum fore eſſe videar; hilari animo, libenter quàm dicabo.

INDEX CAPITVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

F I N I S.

HIPPOCRATIS COI DE FEBRIBVS liber

Ex commentarijs Ioan. Marinelli in Lib. Hip.

De febris nominibus.

FEBRIS sæpe ab Hippo. appellatur calor, & ignis, qui calor nõ est naturalis, nec inter res non naturales commemoratur, sed præternaturalis, hoc est, cõtrarius naturæ, quemadmodũ sunt morbi omnes ac eorũ causę, & symptomata: quę tria sunt omnino naturæ humanæ contrarijssima. & propterea multoties reperies in lib. de mor. pop. calorem, ardorem, & ignem pro febre scriptos quin & aliquando, cum dicit febrem, significat calorem febrilem, quemadmodum in libr. 5. de morb. pop. nu. 8. vbi inquit. vigesima tumor cœpit circa aurem, & febris, & rigor. & nu. 10. eiusdem lib. cum rigor subrepens dimisisset, febris venit. at verò, vt diximus, appellat quandoq; febrem, calorem, vt in li. 7. de mor. pop. nu. 28. cum air. ad noctem calores. & n. 27. ex fomentis, vt videtur, calores nullo tempore relinquebant, magis tum ad vesperam augescebant, sudores fiebant per totũ corpus.

Febris quam corporis partem primum corripiat, eamque morbum vniuersalem minime semper esse asserit.

VErùm quam partẽ primũ corripiat febris nostri corporis, videamus. proditũ est in lib. 6. de mor. pop. sect. 5. par. 31. rigor à superiori ventre, ignis verò magis ab inferiori. Et Gal. in com. ait. ex partibus ventris superior rigorem magis, inferior verò febrem facit, aut sentit, aut inchoat. Et morbum vniuersalem nõ esse affirmat, in lib. de Natu. mul. pag. 94. n. 13. si vteri præter naturam hient, febris, rigor, & dolor imum ventrem, & lumbos corripit. Et in lib. de loc. in hom. pag. 32. nu. 39. hunc medicamẽtum potare oportet, quod educat, qua parte magis hæret, siue superne, siue inferne. & in lib. 7. de mor. pop. nu. 1. febris adeo lenis facta est, vt obscura consisteret, præterquam in temporibus.

Febris quomodo fiat, & quibus de causis.

CÆterum transeamus ad illam partem, quæ nobis declarat, quonam modo fiat febris, & quibus de causis. scriptum est in lib. 4. de mor. pag. 76. nu. 17. si cibi maneant in ventriculo ampliore tempore, quàm opportunum est, & alij ad ipsos incidant, corpus vtique repleatur, & dum premuntur à plenitudine venæ, calor, ac dolor corpori accedent, venis scilicet calescentibus, ac stantibus, ęstate quidem citius, hyeme verò posterius: æstate enim calidus est aer ambiens, & calidiorem corpus in seipsum trahit. & si calido adhuc existente ventriculo calidior, quàm opportunus est, spiritus homini accedat, nihil miri est hominem ex tali febrire. hyeme verò, cum frigidum spiritum trahat in se ipsum, multo magis poterit corpus repletionem ferre, homine modicè ventrem exonerante. Et in libr. 1. de loc. in homi. nume. 38. febres propterea fiunt, cum corpore superinflãmato carnes intumuerint, & pituita, ac bilis conclusa quieuerint, & neque refrigeretur quicquam, neque exeat,

neque moueatur, neque aliud quid subeat. hęc duo loca Hip. non solum modum exponunt, quo fiat febris, sed causas materiales, quæ sunt cibi multi, vel pituita, ac bilis, deinde obstructio, quę est causa secundaria à primis producta. Et in dicto lib. 4. de mor. nu. 25. cum homines laborarint, quibus sanè maximè sanguinis afflictio contigerit, illic firmatur, ac calescit, & ex hoc dolor oboritur. Si autem aluus, ac vesica non breui copiam expulerint, febris ex hoc irruit. & siquidem prior humor ęqualis fuerit, nequaquam, si verò in labore ipsorum plurimus in corpore permaneat, superat ille, at nu. 23. ait febris hoc modo oboriens non periculosa, neque fortis est. Et subdit. at si calescete sanguine exhalat maxime per hunc humor aquosus, qui febri est infestissimus, remanet pinguis, ac leuis, quia est biliosus, & febris maxime nutrimentum, & attenuatus hic biliosus humor, corpus magis calere facit, quæ verba nobis indicant non solum humoris quantitatem producere febrem, sed etiam qualitatem. Et propterea in lib. de vet. Medi. pag. 5. nume. 30. ego hoc maximum signum esse puto, ꝙ non propter calidum simpliciter homines febricitent, neque hoc fit simpliciter afflictionis causa, sed est amarum, ac calidum idem, & calidum ac acidum, & salsum ac calidum, & alia infinita: & rursus frigidum cum alijs facultatibus coniunctum, propterea ꝙ qui ardęti febre febricitant, & alijs fortibus morbis, non cito ex calore liberantur, neque adest sic frigidum aduersus calidum. hæc itaque sunt, quæ lædunt: simul adest autem & calidum robore participans, nimirum ducens, & exacerbans, & augens simul cum illis, verum nullam potentiam maiorem, quàm conuenit, habens. vidimus igitur, quomodo fiat febris, & causas febrium primarias esse multitudinem, siue repletionem ciborum, secundariam vero pituitam, & bilem vtranque, tertiam has consequentē obstructiones. has porrò causas iuuāt, vt plurimū locus, tempus, & res non naturales, quæ à medicis sex numerantur, & hæ ex se ipsis febres efficere posśūt, sed simplicissimas: illas verò minime. Concausę porrò sunt ætas, sexus, cognatio, temperatura, atque habitudo corporis totius, vel partis, consuetudo in rebus, pauca, vel multa, studia, negocia, fortunę, modus viuendi, & huiusmodi. & causæ hę omnes appellantur primariæ, siue externę à Ga. & ab alijs, qui eū secuti sunt: sed humor, & obstructio, internę. Ab his igitur causis febres fiunt.

De febrium differentijs.

HAs porrò plures suscipiūt diuisiones, quas nonnulli species nominant, siquidem alię diuiduntur secundum substantiam, alię secundū accidens, quę substantiales appellantur, alię tales sunt à forma, alię à materia, alię ab vtrisque. Febres autem, quę à forma dicuntur, diuisionem habent, prout magna fuerit, vel parua formę vis, propterea ꝙ alia febris dicitur vehemens, vt apparet in lib. 7. de morb. pop. n. 15. & in cō. 4. de vict. ratio. in mor. acut. par. 46. & com. 3. prog. par. 13. & in lib. 4. aph. 33. alię tenues, vt cō. 2. prog. par. 60. alię simplicissimę, vt com. 3. prog. par. 2. alię mediocres, vt in l. 2. prog. par. 49. Quę verò febres denominationem accipiunt à materia, alię dicuntur siccę, vt legitur in lib. 4. de mor. pop. n. 12. alię salsuginosę, vt in lib. 6. sec. 1. alię acutę, vt lib. 1. aph. 14. & lib. 3. aph. 7. atque alijs plurimis in locis, alię ardentes, vt 7. de morb. pop. nu. 54. & 55. & lib. 4. aph. 54. & 58. & alibi, alię statim ambulantes ad manum, vt lib. 6. de mor. popu. sect. 7. & alię acutę ad manum submordentes, vt eodem lib. 6. sect. 6. Quę vero denominātur à materia, ac forma simul, alię dicuntur implacidę, vt scriptum est in 4. de vict. ratione. par. 46. alię pessimę, vt com. 2. prog. par. 2. aliæ horridæ, vt in lib. 1. de mor. pop. sec. 1. & lib. 2. sec. 3. aliæ malignæ, vt in lib. 7. nume. 40. & in lib. 2. pror. par. 41. & hæc est diuisio febrium secundum substantiam.

Diuiduntur preterea per accidens, quoniā alię denominantur à quantitate, aliæ à qualitate, aliæ a tempore, alię à loco. A quantitate verò alię dicuntur continuę, vt in com. 3. prog. par. 13. & in lib. 1. de mor. pop. sect. 1. alię non continuę, & hæ dicuntur intermittentes, quarum aliæ appellantur ephemerę, siue diarię, vt in lib. 4. aph. 55. alię quotidianę, vt in lib. 1. de mor. pop. sec. 2. alię tertianę, vt in eadem sect. alię quartanę, vt ibidem. alię quintanę, septimanę, nouanę, vt in eodem lib. sec. 3. alię longę, vt in lib. 4. aph. 44. & 45. alię magnę, vt in lib. 2. de morb. mul. Quę diuiduntur à qualitate, denominantur ab actionibus, vel à passionibus, quę originem ducunt à qualitatibus. Et propterea alię dicuntur laboriosę, quia laborē ac dolorē inferunt, vt in lib. 4. aph. 74. alię sudorosę, siue sudorificę, vt in lib. 7. de mor. pop. n. 1. alię inflatæ, & liuidæ, vt in lib. 6. sec. 1. aliæ anxiosæ, horridæ, vt in lib. 2. sect. 3. alię tremulę, singultuosę, mentē cōtingentes, vt in lib. de Fract. n. 12. & 38. aliæ lethales maxime vt nu. 44. eiusdē lib. Quę autem diuiduntur secundū locum alię vrunt intra, & frigefaciunt extra, vel contra, vt febris Epialos, & febris lipiria, de quibus legitur in lib. de superfœ. n. 24. & in lib. 2. de mor. n. 16. & 149. & lib. de affec. n. 14. alię dicuntur à splene ortę, vt in lib. 4. de mor. pop. nu. 20. aliæ a capite, alię ab alia corporis parte, veluti ab vtero, vt in lib. de mor. mul.

Quę autem diuiduntur secūdum tempus aliæ sunt diurnæ, vt in lib. 1. de morb. popu. sect. 3. aliæ nocturnæ, ut ibidem, aliæ erroneę, vt in eodem lib. sect. 2. Et in com. 2. prog. par. 60. aliæ diuturnæ, vt in lib. de inter. affec. n. 35. Et tales sunt diuisiones febrium, quæ reperiuntur in lib. Hip. quæ omnes cū principium habeāt, & finem quoque habent, igitur & medium. quod vigor, & status appellatur. inter principium, & statum est augmentum febris. inter statum, & finem est declinatio. quapropter quatuor, vel quinque describuntur singulorum febrium partes, quæ à medicis tempora febrium nuncupantur.

Nunc tempus est, vt aliam aggrediamur diuisionem. legitur in l. de Flat. nu. 7. sunt febriū genera duo, quorum alterum propter malam diętam priuatim his contingit, qui ea vtūtur. communis febris propterea omnibus accidit, quòd eundem spiritum omnes attrahunt, fitque, vt simili corpori, similes spiritus, similiter permixti similes gignant febres. Et nu. 10. propter malam diętam fit febris, cum corpus cibis expletum est, ac spiritus quoque multitudo vehemēter excellit, dum cibi, & ventri diu immorantur, & inferior venter sit obturatus, per vniuersum corpus permeant flatus, sanguineque plenas corporis partes maxime petentes eas frigefaciunt. frigefactis his locis, vnde fontes, & radices sanguinis prodeunt, per vniuersum corpus horror consequitur, & tremor & hiatus, de quibus lege n. 11, & 12. & de sudore. n. 13. harum igitur febrium alię sunt simplicissimæ, aliæ acutæ, & alię longæ. Simplicissimæ febres, vt legitur in comm. 3. prog. part. 2. ac signis firmatæ securissimis, quarto die, aut citius definunt, deterrimæ verò, ac signis affligentes difficillimis, quarto die, aut citius interimunt. acutæ verò febres sic appellantur, vel quia sunt breues, & deterrimæ, vel quia fiunt à causis acutis, veluti à bile meraca, vt legitur in l. de Fract. nu. 44. in constipatione sicca, vt in libr. 3. apho. 7. vel quia habent grauia symptomata, vt legitur in l. 7. de mor. pop. nu. 38. & omnis febris aut est continua, vt intermittens, nam & acuta ratione symptomatum est intermittens, & ratione febris est continua, vt eodem nume. 38. videre possumus. præterea inter continuas est febris ardens. at primum de cōtinua in genere, deinde de acutis, tertiò de ardentibus agemns. sed primum varia febrium in vniuersum signa tum prognostica, tum indicantia sunt recitanda; postea ad particulares febrium species veniemus.

Febrium signa, & prognostica, & indicantia, quædam in genere.

Ait Hip. in l. de Coac. præno. pag. 175. col. 2. rigores, velut in febre tertiana si i media inordinata febre exacerbaantur, valde maligni sunt si vero contrario conuellentibus modo exacerbentur cum rigore, & febre perniciosum est. Et febres ex præcordiorum dolore malignæ sunt, sopor in his pessimus est. Et, in febre vocis interceptiones malignæ sunt. Et, qui insuper exudant in febre, maligne habent. Et in febribus inflata aluo flatus non erumpere malū. Et subdit. in febre tractus velut à vomitu, in screatione definens malum. Et in febribus mētis emotiones taciturnę, in eo, qui voce priuatus non est, perniciosæ sunt. Et, in febre liuores fientes breui morte affore significant. Et, quibus in febre dolore lateris fiēre, aluus multa aquosa, ac biliosa egerit, hi alleuantur. Et, febrienti si atra bilis in principio sursum, aut deorsum prodierit lethale. Et, qui cum perfrigerationibus, non sine febre superne exudant, moleste ferentes, & phrenitici in acuto morbo perniciose habent. Et subdit. pag. 176. in febribus inguinis dolor, morbum diuturnum significat. Et, in febribus iudicationes impeditę, ac sublatę temporis quidem diuturnitatem inducunt, non autem perniciosæ sunt. Et, febres ex doloribus vehementibus diuturnæ. Et quibus definunt febres, non in diebns iudicatorijs, his recidiuæ fiunt. Et febres vertiginosæ cum voluulis, vel sine voluulis, perniciosæ. &, quibus in febre dolores circa lumbos, & infernas partes fientes, septum transuersum contingunt, infernas partes relinquentes, perniciosę sunt, tum alias, tū si aliquod quoddam signū prauum accedat, si verò alia signa non fuerint praua, suppuratum forte timor est. &, quibus febris aliquando intermittit periculo vacat, & in febribus longis aut tubercula, aut dolores, in articulis fiunt. & si facti fuerint, non sunt inutiles. & in febribus secundum venam, quæ in collo, pulsus, ac dolor in dysenteriam definit. Et, quibus in febribus uenæ in temporibus pulsant, & facies sana est, & pręcordium non molle, diuturnum morbum significat, & non definentem circa multi sanguinis ex naribus fluxum, aut singultum, aut conuulsionem, aut coxendicum dolorem. Et quibuscunque in febribus tremores circa iudicationem cessant, his temporis progressu abscessus dolorosus suppuratus in in articulos fit, & vesica dolorosa. Et, febrientibus, quibus rubores sunt in facie, & dolor capitis fortis, & venarum pulsus, his sanguinis fluxio plerunque contingit. Et, quæcunque signa febri se opponunt, & non abscessus

 signifi-

ſignificationem habent maligna ſunt. Et, febres quæ neque in diebus iudicatorijs, neq; poſt ſolutorium ſignum deceſſerunt, recidiuant. Et, quibus febrire incipientibus, ſanguis de naribus ſternutatione fiente deſtillat, & vrina ſubſidentiam albam in quarta die habet, his in ſeptima die ſolutionem ſignificat. Et ſeptima die, aut nona, aut decimaquarta fluxiones ſanguinis à naribus fientes, plerunque febres ſoluunt, ſimiliter, & alui fluxio biliosa, & qualis in dyſenteria fieri ſolet, & genuum, ac coxendicum dolor, & vrina concocta ad iudicationem. in muliere verò etiam menſtruæ purgationis fluxus. Et, qui in febribus exudãt, caput dolentes aluo ſuppreſſa, conuulſi ſunt. Et, conuulſio in febre fiens in eadem die deſinens bona eſt. Et cõuulſio in febre fiens ſedat febrem eadem die, aut poſtera, aut tertia. ſi verò tempus in quo incepit, trãſgrediatur, & nõ deſinat, malum eſt. Et, febres intermittentes, verum inæqualiter caleſcentes aluo inflata, pauca egerente, in his poſt iudicationem lumborum dolore conſequuto, alui erumpunt: at amburentes ad manum torpidæ, ſiticuloſæ, anxioſæ, in his aluo ſuppreſſa grauati exoluuntur. quandoq; vero, & rubicundæ in pedibus ambuſtiones, eadem ſignificant. Et ſubdit. capitis dolor moderatus cum ſiti cibum capiente, aut cũ ſudore non ſoluente febrem, abſceſſus in gingiuis, aut circa aurem ſignificat aluo nõ exturbata. Et pa. 176. in febribus ſurditas aluum ſiſtit. Et, rubores in febribus fientes circa aurem ex pregreſſo dolore ſignum quidem ſunt eryſipelatis in facie futuri, ſed & conuulſiones ex talibus fiunt cum vocis interceptione, ac exolutione. Et, ex febribus ſurditatem, ſanguinis è naribus fluxio ſoluit, item alui turbatio. Et, ſubdit. oculorũ rubor in febre fiẽs alui diuturnam affectionem ſignificat. Et, in oculorum diſtortione febrienti laſſato rigor pernicioſus, & ſoporoſi in his male habẽt. Et, viro lippienti febre ſuperueniente ſolutio. ſin minus, periculum eſt, ne cęcus fiat, aut pereat, aut vtrunque. Et qui febres ad tactum non adurẽtes habẽt, phrenitici fiunt, & magis ſi ſanguis fluxerit. Et linguã circa bifidã ſui partẽ, velut ſaliua alba obducit, febris remiſſionis ſignum eſt. cętera verò ibi lege. Et ex dentis corruptione vehemens febris ſuperaccedens, & delyriũ lethale eſt. ſi verò ſeruentur, vlcera ſupurrabunt, & oſſa diſcedunt. Et, ſputi excreationes in febre liuidæ, nigræ, bilioſæ ſi quidem ſupprimantur malæ ſunt, ſecedentes vero pro ratione vtiles. Et, quibus vox cum febre deficit, & cum iudicatione intercepta, tremuli moriũtur. Et, vocis interceptiones in febre conuulſorio modo fientes, ad mentis emotionem cũ ſilentio deueniunt, pernicioſum. Et, lethalis eſt ſpiritus febriculoſus, & fuliginoſis. Et ſubdit. colli dolor malum quidem in omni febre, peſſimum autem his, quibus timor eſt, vt etiã inſaniant. Et in pectoris dolore febriculoſo, aluus turbata, torpida nigrarum egeſtionum ſigna ſunt. Et, fauces exulceratæ in febre cum alio ſigno ex his, quæ difficilia ſunt, periculoſæ ſunt. Et, in febribus decrepente ſuffocari, & deglutire non poſſe, citra tumorem malum eſt. Et, oris ventriculi dolor, & pulſus præcordiorum, & febre perfrigerata malum, tum alias, tum ſi inſuper exudarint. Et ſubdit. quibus de repente dum ſine febre ſunt præcordij, & oris ventriculi dolor, & circa crura, & inferñas partes, & aluus in tumorem eleuata eſt, ſoluit venæ ſectio. & alui fluxio his febrire nociuum eſt, longe enim & vehementes ſalubres fiunt, & tuſſes, & ſingultus, & ſpiritus fiunt. Et, dolores ad præcordia in febre, voce intercepta ſine ſudore ſoluti malum eſt, his ad coxendices dolores fiunt. Et, iuxta uentrem in febre palpitationes, mentis emotiones inducũt. Et dolores in febre ad præcordia exilientes, ſine ſudore ſoluti maligni ſunt. Et duricies circa vẽtrẽ cũ dolore in febriẽtibus cũ horrore, cibũ auerſantibus, ſi aluo inſuper parũ humectata purgationem non faciunt, ad ſuppurationem perueniẽt. Et ſubdit. dolor in pectus firmatus corpore, malus in febre eſt. hi repente pereunt. ex lumborum dolore recurſiones ad os ventriculi febriculoſæ horrorem inducentes. alia verò ibi lege. Et in l. 4. aph. 27. quibus in febribus ſanguinis multitudo alicunde erũperit, his dum reficiuntur, alui humectantur. Et apho. 29. quibus in febribus ſextum diem agentibus rigores fiunt, difficilis ſunt iudicij. Et apho. 30. quibus febris acceſſiones fiunt quacunque hora eas febris dimiſerit, poſtero die eadem hora ſi inuaſerit difficilis ſunt iudicij. Et apho. 34. ſi febricitanti tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio ſtatim ſuperuenerit lethale. Et aph. 35. ſi febricitanti collum repente peruertitur, & vix deglutire poſſit, tumore in collo non apparente, lethale eſt. Et n. 36. ſudores febricitantibus ſi inceperint boni tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & decimoſeptimo, & vigeſimo primo, & vigeſimo ſeptimo, & trigeſimo primo, & trigeſimo quarto. hi enim ſudores morbum iudicant, qui autem nõ ſic eueniunt, laborẽ ſignificant, & longitudinẽ morbi, & recidiuam. & aph. 46. ſi rigor incidit febre non deſinente ægro iam imbecillo, lethale. & aph. 51. in febribus abſceſſus ſi nõ ſoluuntur in primis iudicationibus longitudinẽ morbi ſignificant. & aph. 52. qui in febribus, aut alijs morbis ex voluntate lacrymant, nihil abſurdum eſt, qui uerò non ex voluntate, ab-

absurdius. Et aph. 67. ei qui conuulsione, aut distentione vexatus, si febris successerit, soluit morbum. Et aph. 61. febricitatem nisi imparibus diebus febris dimiserit, ea redire solet. Et apho. 62. quibus in febribus morbus regius ante septimum diem succedit, malum. Et aph. 63. Quibus in febribus quotidie rigores eueniunt, ijs quotidie febres soluuntur. Et aph. 64 quibus in febribus septimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo morbus regius successerit, bonum est, nisi dextrum hypocundriũ durum fuerit, si verò non malum est, non bonum. Et aph. 65. in febribus circa ventriculum æstus vehemens, & cordis morsus, malum. Et aph. 67. in febribus ex somnis pauores, aut cõuulsiones, malum. Et apho. 68. in febribus spiratio ostendens, malum: cõuulsionem. n. significat. Et aph. 69. Quibus sunt vrinæ crassæ, grumosę, paucæ, non sine febre existẽtibus, si multitudo ex eis aduenerit tenuis, iuuat, præcipue autem tales ab initio exeunt, aut breui sedimẽ obtinent. Et aph. 70. quibus in febribus vrinæ perturbatæ sunt, veluti iumenti alicuius, ijs capitis dolores, vel adsunt, vel aderũt. Et aph. 71. quibus in febribus die septimo iudiciũ fit, ijs nubeculam obtinet vrina quarto die rubram, & alia, secundum rationem. Et aph. 72. quibus in febribus vrinæ perspicuæ, & albæ, malæ, pręcipue autem si in phreniticis appareant. Et aph. 73. quibus hypocundria eleuata à lumborum dolore succedente, alui ijs humectant, nisi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo exeat, in febribus autem hæc accidunt. Et in l. 6. aph. 40. Quibus circa hypocundria dolor fit sine inflammatione, ijs febris succedens dolorem soluit. & aph. 44. eiusdem lib. Quibus post strãguriam ileos succedit, in septem diebus moriuntur, nisi febre subsecuta, satis vrina fluxerit. & aph. 50. Quibuscunque cerebrum discissum fuerit, ijs necesse est febrem, & bilis vomitum succedere. & aph. 51. quibus sanis dolores fiunt repente in capite, & statim obmutescunt, & stertunt, moriũtur in septem diebus, nisi eos febris aprehenderit. & aph. 54. in acutis morbis qui cum febre existunt, luctuosæ respirationes, malũ. & in lib. 7. aph. 31. Quibuscunque febricitantibus in vrinis veluti farinę crassæ, subsidentiæ fiunt longam ęgritudinem fore significant, & aph. 37. eiusdem lib. quicunque sanguinem vomunt, si sine febre salubre est, si verò cum febre malum. & aph. 52. Quibus hepar vehementer dolet, ijs si febris superuenerit, soluit dolorem. Et in l. 1. de mor. n. 6. Febrienti, ac bilioso in tempore foras bilis bonum, diffusa verò, ac dispersa, & ad vnam aliquam corporis partem allapsa malum. Et in l. prog. com. 3. par. 22. quibus febres cessant, neque signis solutorijs apparentibus, neque in diebus iudicatoriis, his reuersuras esse expectandum. quæcunque febris longiorem morã traxerit, homine alioqui ad salutem disposito, ita vt, neq; dolor teneat ob inflammationem, aut ob aliquã aliam manifestam causam, huic abscessum expectare oportet cum tumore, ac dolore ad aliquam articulum, vel maxime infernum. Et, in l. 4. aph. 53. quibus in febribus circa dentes viscosa adhærent, his fortiores febres fiunt. & in l. 2. prædict. n. 23. in febrium principijs siue delyrium accesserit, siue alicuius membri syderatio periturum hominẽ sciẽdum est, si non omnino, aut ex optimis signis aliquod accedat, aut corporis vires adsint. & in l. de Coac. præn. n. 4. cum febre, & sine febre egestio alui nigra velut sanguis, mala est. malæ item omnes variæ, abunde ex bile coloratæ, & in l. prog. com. 3. quicunque in febre non læthali splendores ob oculos versari, cum præcordiorum in dextra, aut sinistra parte tensione sanguinis de naribus fluxionem significat, & in l. de Coa. præ. n. 4. in febre tenuis, ac mollis egestio mala est, mala quoque sicca friabilis decolor, tum aliàs, tum si aluum humectet. nigris verò antea egressis occidit. Et ibidem. febris his exacerbatur, quibus ardor fit, & ad egressas egestiões alui insuper exudãt. Et in l. 2. de mor. pop. sec. 5. si febre tenente partes circa faciem graciles fuerint in die impari, sequenti die soluetur. sed ad curationẽ transeundũ est.

Febrium omnium curatio in genere.

CVratio vero omnium febrium fit coctione humoris, vt percipitur in l. de Vet. medi. n. 32. & 33. concoctio autem fit, vt ibidem scriptũ est, ex permixtione, temperaturaque mutua, & quasi coctura. Et in l. de lo. in ho. n. 36. Cum lassitudo occuparit, & febris, ac repletio, lauare multa aqua oportet, & oleo illinere, & maxime calfacere, vt caliditas, aperto corpore, præ sudore egrediatur. consequẽter autem hęc faciẽda sunt per tres, aut quatuor dies. & si non sedetur, ac cesset, pharmacum in potu exhibendum est, quod bilem educat, & febris perfrigeranda est præter quàm quartana, medicamentum tamen, donec corpus floridum est, ne propinato: non enim vacuantur nisi parum, vtpote corpore turgente. cum autem gracile fuerit, ac macilentum, tunc bibendum exhibe, & euacuabitur. Et sic patefit in morbi principio lotiones faciendas esse, & medicamentum purgans minime exhibendum, & in eodem l. nu. 30. In pleuritide autem febris sedanda nõ est per septem dies. septima lauãdus est æger, si febris dimittere non velit, quò præ balneo sudor contingat. si verò neque septima dimiserit, nona cessat, si non aliud quod periculo-

culosum accedat. si dimiserit, triticeis sorbitionibus vtaris. In l. autem de Vict. ra. comm.4. par.36. si febris hominem corripiat, vetere ex cremento descēdente, vel nuper cibatum, siue cum lateris dolore, siue nō, is quieti tantisper permittendus, donec cibus ad ventrem imum descenderit, & par.39. obserua febrium accessiones, vt nunquam cum adsunt, neq; cum futuræ sunt, sorbitiones exhibeas, sed vel cum cessant, vel quieuerunt, & maxime à principio recesserunt. frigentibus ergo pedibus neq; potum, neque sorbitionem, neque aliud quippiam huiusmodi dabis, donec valde incaluerint, deinde id, quod confert, exhibe. causam horum ibi lege. sic in li.1.aph.12. in accessionibus abstinere oportet, nam cibum dare nocuum est, & quibus per circuitum fiunt accessiones, & aph.19. His qui per circuitum accessionem habent, nihil dare oportet, neque cogere, sed subtrahere adiectioni ante iudicationes. & aph.4. victus tenuis, & exquisitus in morbis quidem longis semper, in acutis verò, in quibus non cōuenit, periculosus. & aph.7. vbi morbus est peracutus, extreme tenuissimo victu vtendum est, vbi non, sed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quanto morbus extremis est mollior. & aph.8. cum morbus in suo vigore constiterit, victu tenuissimo utendum est. & aph.9. coniectare oportet, an æger cum victu sufficiat perdurare, donec morbus consistat &c. & aph.17. & quibus semel, aut bis, & quibus plura ne, an pauciora particulatim oportet offerre, considerandum est, & aph.10. In ipso consistendi tempore, & parū ante illud cibus subtrahendus, prius verò vberius alendum, vt æger possit perdurare. Et sic habemus quo morbi tempore sit cibandus æger. at illud aduertendū est, quod legitur in lib.7.aph.63. siquis, ait, cibum febricitanti dederit, vt sano robur, sic laborāti morbus. & in l. de lo. in hom. n.39. Febrienti cibum ne offeras, neque sorbitionibus subtrus aluum ducas. in potu dabis aquam calidam, & aquam mulsam, & acetum cum aqua. hæc autem quamplurima bibat, si enim non frigidus ingressus fuerit potus calidus existens, ac manens, ex corpore ægroto detrahet, & vel per vrinam deijciet, vel exudabit. vndiquaque autem apertum, & respirans, & motum corpus, id, quod conducibile est, faciet. Hinc fortasse ille apho. qui scriptus est in l.1. aph.16. Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & alijs, qui tali victu uti consueuerunt. sed & id notandū est. lac dare his, quos caput dolet malum, item febricitantibus, vt legitur in li.5.aph.63. præterea inquit in com 4. de Vict. rat. par.44. corpus quieti, permittere, vngere, & æqualiter cōtegere oportet, mulsamque aquosam bibendam, & ptisanæ cremorem vesperi sorbēdum dabis, ventrem ab initio clystere duces, sed medicamenta purgantia non admouebis, nempe si ventrem moueris, vrina non maturabitur, febrisque citra tum sudorem, tum iudicationē in longum protrahetur tempus. & par.43. quibus principio vrinæ, & nebulosæ, & crassæ existunt. hos annuentibus cæteris purgare cōuenit, ꝙ si vrinæ inter initia tenues fuerint, tales autem ita curare confert. & in li.7.aph.42. si febris non à bile habeat, aqua multa calida in caput affusa, febris solutio fit, sed in 1. de mor. mul. nu. 58. cum mulieri partus purgamenta non fuerint purgata, aut menses non prodierint, aut vterus durus fuerit, si sine febre fuerit, balneis curato. ex talibus autem febres fiunt acutæ. Et in l. de Coa. præn. n. 1. febrem sedat conuulsio in ipsa fiens eadem die, aut postera, aut tertia.

De febre continua.

Legitur in l. 1. de morb. popu. sect.3. febres quædam contiauę sunt, quędam interdiu tenent, noctu intermittunt, vel contra sunt autem acutissimi, & maximi, ac grauissimi morbi, ac maxime lethales in continua febre.

Prognostica sunt hec. legitur in li. de Coac. prę pag.176. col.2. in febre continua quicunque voce destituti iacentes, oculis conniuētes nictāt, hi si postquam sanguis ipsis ex naribus fluxit, & vbi vomuerunt, loquantur, & ad se ipsos redeant, seruātur. &, quibus in febribus continuis, pustulę per totum corpus erūpunt, lethale, si non purulentus abscessus fiat, maxime autem circa aurem his fieri solet. &, febres continuę per tertiam diem augescentes periculosę. & subdit, qui diutius secure ex febre cōtinua laborant circa dolorem, aut inflammationem, aut aliam causam, his abscessus expectandus est cum dolore, & tumore, & magis infernis partibus. expectare autem oportet abscessus, his magis qui vigesimum annum ęgressi sunt, & tunc expectare abscessus oportet, vbi viginti dies febris transmiserit, senioribus autem minus. fiunt & vbi multo tempore febres durant. & n 3. cum febre continua vesicæ durę, & dolentes, pessimę sunt. Et in l.3. aph.21. ęstate febres continuę, & ardentes, & tertianę plurimę, & quartanę. & in l.1. de morb. pop. sect.2. in febre continua acutissimi, & maximi ac grauissimi morbi maximè lethales, & in l. de iudicatio. pag.160. n. 9. in febre continua si quis quarta die, & septima affligatur, & vndecima non iudicatus fuerit, plerunque perit. & in lib.4. aph.46. si rigor incidat febre non deficiente, ęgro iam debili, lethale est, & aph.47.

Ex-

Excretiones in febribus non intermittētibus liuidę,cruentæ,fetidę,& biliosæ omnes malæ, & si bene exeunt,siue per alui excretionem, siue per vrinas bonæ. si verò non aliquid eorū, quæ iuuant,per hæc loca excernitur, malum. & aph.48.in febribus non intermittentibus, si partes exteriores frigidæ, interiores urantur,& sitim habeat,lethale est. & aph. 49.in febre non intermittente, si labrum,vel oculus, vel nasus,vel supercilium peruertatur, vel nō videat,vel non audiat,iā debili existente corpore,quicquid horum euenerit, mors proxima est.& apho.50. vbi in febre non intermittente difficultas spirandi,& delyrium acciderit,lethale.

At uerò de continua febre curāda hæc pauca scribuntur in l.2.de mor. pag.67.n. 36. si febris neq; noctu,neque interdiu remittat, & ad contactum supernas partes habeat calidas, uenter autem, & pedes frigidi sint ,& lingua aspera; huic medicamentum ne dederis, sed molli infuso per clysterem soluito, & ptisanæ succum bis in die frigidum sorbendum dato , & uinum aquosum insuper bibēdum. reliquo uerò tempore aquam frigidissimam bibat. & hic si quidem septima die exudarit, & febris ipsum dimiserit;bene est: sin minus; decima quarta die plerunque moritur. sic ait.& propterea quòd supra dixit,si bile infestatur homo;hæc febris scilicet continua fit à bile.

De febre acuta.

FEbris porrò acuta,ut diximus,& sic appellatur; propterea quòd sit continuo calida, uel causa eius sit acuta,ut bilis, uel qa symptomata sint sæua. quapropter mirum non est, cum tot modis dicatur acuta; si quādoque ex causa extrinseca fiat; nā legitur in l.2. de morb.popul.sect.2. Zoilo iuxta murum ex tussi matura febris acuta. & in l.3. de mor.pop. sect.3. Aegro.3.ex laboribus,& lassitudinibus, & neglecta uictus ratione, rigor magnus, & febris acuta corirpit,siticulosus,biliosus non dormiuit.reliqua ibi l. Et Aegro. 1. eiusdem lib. febris corripuit acuta, ab initio cōtinua, ardens siticulosa,& c.sed in l. 1. eiusdem lib. sect.3. Aegro.12.calefactus cęnauit,& bibit amplius. vomuit omnia noctu, febris acuta. & in l. 1. sec.3. Aegro.9.Pedis dolor fortis à magno digito cępit,& subdit.secunda die pustulæ nigrę febris acuta,insanit.Et Aegro.10. Febris vehemens corripuit,dolebat caput, collum, lumbos ab initio,subditque.Febris acuta inuasit, præcordium eleuabatur cum tumore, distentio non valde,lingua sicca.Et Aegro. 11. Vxorem,quę filiam peperat,secunda die rigor corripuit.febris acuta,ac sympto.lege,& l.7.n.57 Cœpit febris acuta,robur faciei ex nulla causa manifesta. paulò post in die rigorē habuit &c. Hos recitauimus acute febrientes; ut causæ, & sympotomata innotescerēt, quæ ibi lege,& in pluribus locis in l.de mor.pop.nā & in l.1. se.3. Aegro.1.febre acuta primo die correptus est.& Aegro.2.secundo die febris acuta.Et Aegro.3.febris acuta.& Aegro.4. octaua superriguit.febris acuta.& Aegro.5 postridie à partu febris acuta,cordis dolor, & muliebriū partum.ubi uerò glandem subdidisset; hęc quidē leuiora facta sunt. & subdit.decimaquarta superriguit.febris acuta.

Quibus vero fiant acutę febres,& quo anni tempore,scribit Hip.in l.1 .aph.14.febres senibus non similiter acutę fiunt,sicut scilicet crescentibus,frigidum enim eorum corpus.& in l.3.aph.29.iuuenibus sanguinis sputiones, tabes,febres acutæ.& aph.11.si hyems sicca, & aquilonia fuerit,ver autem pluuiosum,& australe, necesse est ęstate febres acutas fieri , & aph.14.si autumnus aquilonius fuerit, & siccus,his qui naturam habent humidiorem , & mulieribus conferet,reliquis autem erunt lippitudines siccę,& febres acutę.& apho. 71. in siccitatibus febres acutę fiunt, & in lib. de ae. aq.& loc.n.25.lege quando hominibus,& qua de causa febres acutissimę maximè pituitosis accidant.

Prognostica verò sint hęc.si febris fuerit, & venter non egesserit,conuulsiones pueris fiūt, vt legitur in com.3.prog.& febris acuta superueniens conuulsionem soluit, ut legitur in l. de Coac.prēn.n.3.sed n.2. febris acuta , & biliosis spiritus magnus post pręcordiorum tumorem,abscessus circa aurem attollit. & in l. de Denti.nu. 2. febris acutà pueris in dentitione accedens conuulsionem quandam inducit,& in l.de Iudica.nu.8.cum febre acuta sudores frigidi lethales,cum mitiore verò morbi longitudinem,& in l.de pręs. n.2. cum febre acuta conuulsiones perniciosę , & in l.1. prędi.in morbis acutis biliosis valde albę spumosę circumbiliosę egestiones malę. male itē & vrinę eiusmodi.num his hepar dolorosum est? Et subdit. sitis pręter rationem soluta in acutis morbis mala est,sudor multus cum febribus acutis oboriens malus est,& vrinę dolorosę malę sunt.& in l.prog.com.1.Qui febre acuta manus subinde ob os fert aut frustra venatur muscas,aut colligit festucas, aut de veste euellit pilos, aut de pariete stipulas capit, lethale est,& in l.de Coa.pręno.pag.177.col. 2.cum febre acuta auris dolor pertinax,& alio quodam signo aliquantulum maligno , iuuenes quidem septima die occidit, & cętera ibi lege.Et in febre acuta aures obsurdescere furiosum,& cum febre acuta tumores circa aurem

rem ex plurimis graueolentibus,& cum præcordio intēto tardius excitati occidunt. & in febre acuta uocis interceptiones cum exolutione sine sudore sunt quidem lethales,minus uerò quàm cum sudore:uerum diuturnitatem temporis signficat. fortaſſis autem, & qui ex recidiua tale quid patiuntur, tutiſſimi sunt. pernicioſiſſimæ autem ex talibus habent quibus sanguis ex naribus fluit, & quibus alui humectantur. Et bona autem spiratio in omnibus morbis, qui cum febre acuta sunt, & in quadraginta diebus iudicantur, magnum momentum ad salutem habet.& pag. 179. anhelosis febris postea acuta. Et ibidem pueris febris acuta, & aluus suppreſſa cum uigilijs, & calcitrare,& colorem mutare, & ruborem habere conuulsorium est.& pag. 176. capitis dolor pertinax cum febre acuta,& alio signo maligno lethale.

Febrium quidē acutarum curationē si desideras,lege in l. de Affect. pag. 80. n. 12.& 13.& 14. sed hæc pauca nos addemus. scriptū est in lib. de Coacis prenotio. nume. 4. febrem acutam cū sudore soluit alui egestio pura superueniēs. Et, ibidem. n. 3. febres acutas turbulento,non bilioso insaniæ os uentriculi dolenti soluunt. & in l. 4. de mor. popu. n. 30. curatus hæmorrhoidibus insanuit, febre acuta succedente cessauit. in febribus acutis siticulosi, à medicis potu interdicto, aut etiam à seipsis abstinentes, multum sibi bibere posse uidentur. his aqua frigida data, ut reuomant, prodest:biliosa enim aderunt.

Febris à bile.

SCribitur in l. 2. de morbis pag. 67. si à bile infestatur homo; febris ipsum corripit quotidie ac dimittit. & in l. de Natu. hom. pag. 11. n. 27. Febres plurimæ à bile fiunt. species ipsarum quatuor sunt, præter eas quæ ab occultis doloribus generantur. nomina ipsarum sunt, continens, quotidiana, tertiana, quartana. Continens a plurima,ac meraciſſima bile prouenit,& iudicationes quàm breuiſſimo tēpore facit: corpus enim tēpore perfrigeratū cito colliquescit, nimirum à multa caliditate calfactum. de Quotidiana,Tertiana, & Quartana suis dicemus locis. sed in lib. 2. de morbo. citato loco subdit. detinet autem febris à bile maxime in meridie, & os amarum est. & cum sine cibo manet, offendit ipsum. ubi uerò ederit; strangulatur,& a modicis quibusquam cibis impletur, & abominatus, & uomitiones ipsorum inuadunt, & ad lumbos,ac crura grauitas incumbit,& multum dormit. hic si post febrem exudarit frigidum,ac multum sudorē, & febre non liberetur, morbum diuturnum sentiet. si uerò non sudarit, citius iudicatur, cum sic habuerit,& ad nonum diem deuenerit, pharmacum dato, nam si statim a febris initio dederit, postquam purgatus est, febris repetit, & rursus medicamento opus habet. at si os non afficiatur, uerum ad imum uentrem tormen irruat, pharmacum deorsum purgans bibendum dato,& postea lac asininum,aut serum,aut aliquem succum. si verò debilis fuerit, per clysterem eluito. ante medicamenti verò potionem si quis febriat, danda est ipsi aqua mulsa aquosa, altera autem die, qua febris detinet, aquam frigidam, quantum bibere volet dabis. vbi vero remiserit febris, ptisanę succū, aut milium tenue sorbeat,& vinum album, odoratum, aquosum bibat. si vero febris neque noctu, neque interdiu remittat, quid faciendum sit L. supra de Febre continua. cæterū illud non est omittendum, quod legitur in l. 4. de mor. pag. 77. n. 25. & id est. si in homine fuerit aliquid morbosi, & ea quæ ex cælo obueniunt, incōmoda fuerint,& calefcat homo, turbatur humor omnis in corpore calescens, hoc autem violentia facit, & si purgetur homo, humore illo turbato, secernitur quantum eius plusquam commodum est, redundarit, & quemadmodum lac concuſſum, ac turbatum spumescit, ac secernitur,& butyrum in superficie consistit, cum leue sit. graue verò, & crassum deorsum. serum lactis medium locum tenet, sic in homine dum turbatur humor, id quod leuiſſimum est in superficie consistit, & est bilis, secundo loco sanguis, terrtio pituita, grauiſſima autem horum humorum est aqua. his verò ita se habentibus, quisquis plurimus fuerit, in principio contingente turbatione, deuenit ad locum, vbi plurimus esse possit. in turbatione verò, spaciosa capacitate euadente, secretus distrahitur,& calefacit corpus aut aliqua corporis parte firmatus, unà cum alio humore. cum quo est in alio loco, dolorem, ac calorem exhibet. ille verò, qui calefactus est locus, reliquum quidem corpus calefacit,& ex hoc febris oboritur, & oboritur magis à bile,& pituita & sanguine, calidiſſimi enim hi humores existunt. ab aqua verò non ualde febris oboritur, neque diuturna, nam igni non bonum alimentum aqua prębet. sic scriptum est de bile,& sanguine, sed potiſſimum de bile, vt pote quæ sit febrium causa materialis potiſſima.

Causus.

CAusus est febris ardens, & est duplex alter exquisitus, alter nothus. fit, vt scribit Hip. 1 li. de uict. ratione comm. 4. par. 1. cum venulæ tempore æstiuo exsiccatę acres,& biliosos, quę

tenues

tenues sint trahunt ad se humiditates, quas ichoras uocant. sic in lib. 1. de mor. scribit. n. 27. cum bilis commota fuerit per corpus, & contigerit, ut uenæ, & sanguis attrahant bilē, eamque plurimam ex carnibus ac uentriculo, ad eum, quę prius inest, utpote cum etiam natura calidissimus sanguis in corpore existat, cum itaque percaluerit ex carnibus, & uētriculo supra eum, quia in. est adhuc magis à bile percalfacit etiam reliquum corpus. & quædā sanè partes præ multa humiditate penitus resiccari nō possunt. si uerò resiccatæ fuerint, homo moritur. extremæ uerò corporis partes ut pote natura siccæ, resiccantur, & plurima humiditas ex ipsis oritur: & si ipsas cōtingere uelis, frigidas comperies, ac siccas. quapropter hi, qui à febre ardente corripiūtur, internis quidem partibus à febri exuruntur, externis autem frigidi sunt. & lingua, & fauces ab interno spiritu, ac caliditate exasperantur, & arescunt. quantum autem in uentriculo, & in uesica inest bilis, quod quidem in uentriculo est, aliquando deorsum exturbatur, plerunque uero in primis diebus uomitur, aut in quatuor, aut quinque. uomitur autem hac de causa cum supernus uentriculus supercalefactus fuerit, attrahit in se ipsum, & fit uomitus & ob hoc etiam ex febre ardente, & ex pleuritide; ad peripneumoniam maxime morbi trāsmutantur: ubi enim supernus uentriculus supercalefactus fuerit, trahit in se ipsum, & suscipit pulmo, & fit peripneumonia, & plerunque pereunt, nimirum debiles iam existētes, morbo alio nouo insuper generato, dies transigere nequeuntes, donec sputum in pulmone concoquatur. uerùm ut plurimum pereunt præ debilitate. aliqui tamen euadunt. at quibus in uesicā confluit quid bilis, his crassa vrina mingitur, crassa autem à pituita. biliosa uerò alui egestio prodit, eo quòd combusta sint ea, quæ sint in uentre.

Causam autē recenset Hip. in loco dicto de morbis acutis par. 3. & īquit. fit ex magna parte ob longam sitim. & in lib. de aere. &c. nu. 12. senioribus fiunt febres ardentes ob uentris duritiem. humor autem, ut dictum est, bilis, & pituita. nam scribit Hipp. in libro. 1. de mor. nu. 27. febris ardens corripit item pituitosos.

Signa porrò demōstrantia febrem acutam exquisitam explicat Hip. in li. de Vict. ratione dicto, part. 4. commen. 4. his uerbis. fit & lingua aspera, sicca, & ualde nigra, utrisque morsus dolet, deiectionesque liquidæ & pallidæ fiunt, urgetque sitis uehemens, & uigiliç, atque interdum mentis alienatio. & par. 2. febris uehemens habet, hoc est, quæ multam, & acerrimam habet qualitatem propter naturam tenuium humiditatum, corpusque ueluti ab ossearia lassitudine habitum labor, dolorque propter tenuium acrimoniam, ut ibi ait Gal. & propterea exquisita febris ardens fieri uidetur à bile, notha uero à bile, & pituita; quoniam accidentia sunt remissiora, nam in prędicto com. 4. par. 13. inquit Hip. causi genus aliud, hoc est nothum aluus soluta; sitis magna, aspera sicca, salsa, urinæ defectus, uigiliç, & refrigerata extrema.

Signa prognostica habētur in libro. 4. aph. 58. cuius uerba sunt. à febre ardente habito rigore superueniente solutio. & in lib. 1. pror. par. 18. si in ardente febre aurium sonitus cū caligine fuerit proueneritque in naribus grauitas mēte ex melancholia aberrant. & in lib. 2. par. 55. dolor pectoris firmatus, & ægre auscribilis cum torpore malus, super febrientes hisi acute ardent moriuntur. & par. 48. in ardētibus febribus cū aliquātula perfrictione & deiectionibus aquosę bilis multisq; oculorū peruersio, signum malum tum aliàs, tum si catochi fiant. & lib. 1. par. 7. qui in hypocondrio refrigerata febre ardores reliquūtur tum aliàs, tum in sudoribus mali sunt. & in lib. de Coacis præno. nu. 2. in febre ardente si aluus eruperit mortale. ex alui dolore laboriose febris ardens perniciosa. tremores in febribus ardentibus mentis perculsio soluit. in febre ardente fluxio sanguinis ex naribus quarta die mala est, si non aliud quid boni coincide-rit. uerùm quinta minus periculosa. qui ex febribus ardentibus aliquantulum perfrigerantibus cum egestionibus alui aquosis, ac biliosis laborant oculis malum est, tum alias, tum si stupidi fiant. febris ardens rigore super accedente soluitur. febres ardentes recidiuare solent, & ubi per dies quatuor significationem de se præbuerunt, postea exudant, sin minus septima die. febres ardentes quatuordecim dies diiudicant, aut alleuantes, aut perimentes, ex febre ardente abscessu purulento circa aurem non fiente, non valde seruantur, & postea inquit, soporosi ab initio exudantes vrinis concoctis ardentes. verum citra iudicationem per perfrigescentes, & breui rursus ardentes torpidi soporosi, conuulsi perniciose habent. & in lib. 4. aphor. 54. quibus plurimū siccæ tusses leuiter irritantes in febribus ardētibus fiunt, non multum siti infestantur. causam verò cur si moriantur qui febre ardenti laborant, moriantur, narrat Hippocrat. in libr. 1. de mor. nume. 30. & inquit, quicunque ex febre ardente moriuntur, oēs præ siccitate moriuntur, & resiccantur primum quidem extremæ ipsorum partes, manus, ac pedes deinde partes sicciores. vbi autem humiditas ex corpore penitus exusta, & resiccata fuerit, san-

ſanguis quidem congelatur penitus, ac perfrigeratur: reliquum uerò corpus exſiccatur, ac ſic homo moritur. Quo autem tempore anni magis febres ardentes fiant, declarat Hip. in lib. 2. de mor. popu. ſect. 1. his uerbis. febres ardentes in æſtiuis magis fiunt, & in aliis temporibus: ſed reficcantur magis æſtate.

Sed curam agrediamur. febrem ardentem exquiſitã hoc pacto curat Hip. in lib. de Vict. ratione in mor. acu. com. 4. par. 5. huic aquæ, mulſæque coctę, & aquoſæ quantum uoluerit bibendum dabis. quod ſi os amarum fuerit, uomere confert, & uentrem ſubluere. uerùm ſi ad hæc non aperiatur, lacte aſinę cocto purgabis. ſalſum autem nihil, neque acre exhibendum, non enim deſcendet. ſorbitionem uerò niſi dies iudicatorij tranſierint non dabis. & ſi è naribus fluxerit ſanguis, ſoluitur ægritudo, atque ſi ſudores ſuperuenerint iudicatorii legitimi cum urinis albis craſſiſque, & leuibus ſubſidentiis, & ſi abſceſſus aliquis factus fuerit. uerùm ſi abſque his ſoluatur reuertetur ægritudo, uel coxa, uel crus dolebit, expuetque craſſa, ſi ſanus eſt futurus. febrem uerò ardentem non exquiſitam, ſed notham ſic curat par. 17. cauſus hic, niſi ſanguis è naribus fluxerit, uel circa collum abſceſſus fiat, uel crus doluerit, & æger ſputa craſſa excreauerit, hæc autem adſtricta aluo fiunt, uel coxę dolor, uel pudendi liuor ſuperuenerit non iudicatur. teſtis quoque intenſus iudicatorius exiſtit. ſorbitiones dato attractorias. hoc tandem curetur febris ardens hiſdem inſtrumentis cum quibus curantur morbi acuti; propterea quòd & ipſa eſt morbus acutus.

Febris ardens.

DE Febre ardenti, quàmuis antea ſcriptum ſit in cap. de Cauſo. tamen illi parti hæc pauca addemus, quæ ex libro. 2. de morb. pag. 70. n. 1. traduximus. uerba autẽ hæc ſunt. febris tenet, & ſitis uehemens, & lingua aſpera, & nigra, & cum uirore pallida, & ſicca uehementer rubicunda, & oculi cum uirore pallidi ſunt. & excrementum egerit rubicundum, & cum uirore pallidum. talem quoque urinã mingit, & multum ſpuit. ſępe tranſmutatur ueluti ad peripneumoniam, & delyrat. ex qua re cognoueris, quod peripneumonia fit. hic ſi quidem peripneumonicus fiat, & quatuordecim dies trangrediatur, ſanus fit. ſi uerò in decem, & octo diebus peripneumonicus fiat, quomodo ſit curandus ibi L. Et in l. de Affect. pag. 80. nu. 11. febris ardens, ſiue cauſos cum habuerit; febris detinet, & ſitis fortis, & lingua aſpera, ac nigra fit à ſpiritus caliditate. & color ſubbilioſus fit, & ſputa bilioſa, æger extrinſecus frigidus fit. intrinſecus uerò ualde calidus.

Prognoſtica autẽ ſunt hæc. leguntur in l. de Coac. preno. pag. 157. col. 2. quibus cum febre ardente tumores ſomnolenti torpidi fiũt, his dolor in latus ſuperueniens leuis ſyderationis, & reſolutionis modo occidit. & pag. 170. in febre ardente ſi aluus eruperit, mortale eſt. Et, febris ardens ex alui dolore laborioſo pernicioſa. Et, in febribus ardẽtibus ſi aurium ſonitus accedant cũ uiſus hebetudine, & grauitate ſecundum nares melancholico modo ab atra bile mente mouentur ſanguine ipſis non erumpente. Et tremores in febribus ardentibus mentis perculſio ſoluit. Et in febribus ardentibus fluxio ſanguinis ex naribus quarta die malum. mala eſt ſi non aliud quid boni coinciderit. uerum quinta minus periculoſa. &, qui ex febribus ardentibus alui aquoſis, ac bilioſis laborant, oculis malum eſt, tũ aliàs, tum ſi ſtupidi fiant. &, febris ardens rigore ſuperaccedente ſoluitur. & ibidem, febres ardentes recidiuare ſolent. & ubi per dies quatuor ſignificationem de ſe præbuerunt, poſtea exudant. ſin minus ſeptima die. & ſubdit. febres ardentes quatuordecim dies diiudicant aut alleuantes, aut perimentes. &, ex febre ardente abſceſſu purulento cica aurem non fiente non ualde ſeruantur. pag. 177. abſceſſus iuxta aurem ex acutis morbis maxime in febribus ardentibus fiunt, & ſi non iudicationem fecerint, & mureſcant, aut ſanguis ex naribus fluxerit, aut urinæ ſubſidentiã craſſam habuerint, ægri pereunt. alia uerò ibi leg. Huic conducit frigefatientia adhibere, & ad aluum, & forinſecus ad corpus cauendo ne inhorreſcat. potiones quoque ac ſorbitiones dandæ ſunt frequentes, & paulatim, quàm frigidiſſimę, uenter autem curetur. & ſi quidem non ſubeãt quæ inſunt, infuſa frigidiſſima per clyſterem immittantur, aut quotidie, aut alternis diebus hic autem morbus fit à bile commota ſi intra corpus firmata fuerit. ſolet etiam in peripneumoniam tranſire. iudicatur autem breuiſſimus quidem nona, aut decima die. longiſſimus autem decimaquarta. & ſi quidem tranſierit in peripneumoniam; pauci effugiunt, atque hi morbi acuti uocantur.

Et oportet hoc ſic curare. in libr. de loc. homi. pag. 39. cum uerò gracilem exiſtẽtem febris urat; manifeſtum eſt, quòd non propter corporis tumorem febris occupat, & ſi non ceſſet; nutrire oportet, ac tumidum facere. & ſi neque ſic conducat; palam eſt quòd non oportuerit febrem inducere. hũc itaque medicamẽtum potare oportet, quod educat, qua febris parte magis hæret, ſiue ſuperne ſiue inferne. & ſi quidem ſuperne hęreat; ſuperne

ſin

sin inferne;inferne.nihil autem minus oportet etiam debiles fortia medicamenta potare, sed similiter, aut solum sic, vt fortibus quidē forte,debilibus verò debile exhibeas. ardores verò potionibus,& sorbitionibus, quemadmodum febrem frigefactorio medicamento, exoluere oportet, camaro, s. aut alio quopiā huiuscemodi.& si nauseam contrahat à frigefactorio,calfactorijs utere consequenter: ubi uerò non cesset;frigefactorijs rursum utere.at uerò quæ frigefactoriç potiones in febre ardēti conueniant,describuntur in lib.3.de morb. pag.74.nu.29. atque ibi plures conficiendi eas leguntur modi.de febre ardēti cum uariis symptomatibus,si cupis,lege.in lib.7.de mor. po.n.9.febris ardens acuta post capitis dolorē legitur in lib.3 Aegro.9.& ibi quoque Aegro. 5. legitur alia febris acuta ardens. & Aegro. 7.alia.& Aegro.12.alia cum plurimis symptomatibus, atque aliis in locis, quos diligenter lege: nam sparsim & causas, & signa,& symptomata reperies.sed l. Causus.

Febris erronea.

FEbris corripuit erroneo modo,& quo modo,lege in lib.1.de morb.popu.sect.3.Aegro. 6.uerum in lib.de Coac.præno.nu.4. In febri bus erroneis nigrę in urina nubeculæ quartanam indicant.& nume. 1.eiusdem lib.Febres intermittentes, & erroneo modo inuadentes autumno maxime in quartanam leuiter transeunt: & hoc magis his, qui triginta annos excesserint.

Febris lenis.

FEbris lenis epialos Græcis dicta legitur in lib.de superfœ.nu.24.

Febris lypirica.

FEbris lypirica huius est naturæ. proditum est in lib.2.de morb.pag.67. foris ad contactū febris debilis est, intrinsecus autem ardet, & lingua ipsius aspera est,& per nares, & per os spirat calidum. quinta die præcordia dura sunt,& dolor inest, calor qualis in morbo regio apparet, & crassam ac biliosam urinam eijcit.hunc si septima die rigor, & febris uehe mens apprehenderit,& exudarit,bene est. sin minus, moritur septima, aut nona. corripit maxime hic morbus, & si non annus squallidus fuerit.cū sic habuerit,quotidie calida lauato, & aquam mulsam aquosam multam biben dam dato, & ptisanæ succum frigidum bis in die sorbendum. à sorbitione uerò uinum bibat aquosum, album modicum. Si uerò aluus non egerat, clysterem adhibeto, aut glandulā subdito. cibum autem ne exhibeas, donec febris remittat.ubi uerò sedata fuerit;pharmacum deorsum purgans bibat: reuertitur enim quandoque morbus;si impurgatus permanserit, & amplius morbus hic rursus corripit, si sanguis nimium biliosus factus fuerit. at uerò in lib.de Coac.præno. nume.1 febres lypiricæ bilis sursum ac deorsum effusione non accedente non soluuntur. Fit morbus in capite quidam,ut legitur in lib.2. de morb. nume.16. cum quis liberatus fuerit à febre lypiria.Et nume.49.eiusdem lib.in tabe dorsali tē poris progressu,ut febres fortes ipsum corripuerint,perdunt febres lypiriæ. & in lib.de affect.pag.80. nume.14. si externæ partes non ualde feruidę fuerint,uerū internæ, & lingua aspera ac nigra sit,huic pharmacum ne dederis. curato autem frigefacientia adhibendo,& ad aluum & ad reliqua corpus.uocatur autem hæc febris ęstuosa. iudicatur maxime undecima die, & decimaquarta.

Febris nonana,septimana &c.

FEbris nonana septimana,adhuc longior est & non lethalis,ut legitur in lib.1.de morb.popu.sect.3.harum curationes in l.Hip. nondū legimus.

Febris nocturna.

FEbris nocturna non admodum lethalis est, uerum longa, ut legitur in eodem lib. sed febris diurna,nocturna longior: quibusdam aūt & ad tabem uergit,sicut est in lib.1.de mor.popu.sect.3.

Febris semitertiana.

FEbri semitertianæ cōtigit,& acutos morbos fieri,& est hęc prę cęteris maxime lethalis: sed & tabidi, & quicunque ex aliis longis morbis ægrotant ex hac maxime ægrotant. sic obseruatum est in lib.1.d mor.popu.sect.3.at uerò in semitertiana anxietas,& uomitus, & simul horror, febre incipiente, ut legimus in lib.7. de morb.popu.nu.47.

Febris singultientis.

FEbris singultientis signa, & curationem lege in lib.2.de morb.num.62.Et in lib.de Vict. ratio.in morb.acu. com.4. & recitat medicamentum;postea subdit. Talis effugere non potest si non sudores iudicatorij, & somni æquales accesserint: & urinæ crassæ, & acres, aut ad abscessum morbus decubuerit.

Fo-

Febris pestilens.

FEbres pestilentes, ut placet Gale. uocantur ab Hip. pemphingodes, aspectu terribiles: ma nui mordaces, vt in lib. 6. mor. pop. sec. 1. hanc dat Hip. febriũ diuisionẽ. febres alię mordaces sunt manui, aliæ mites, aliæ nõ mordaces, sed post insurgentes, aliæ uerò acutæ, sed quæ à manu uincuntur, aliæ statim perurentes, aliæ in totum debiles, aridæ, aliæ falsuginosę, aliæ pemphingodes, aspectu terribiles, aliæ tactui humectæ, aliæ ualde rubrę, aliæ ualde pallidę aliæ ualde liuidæ, & id genus aliæ.

Febres diuturnæ siue longæ.

FEbres diuturnę pueris, senioribus, & ad pu bertatem accedentibus fiunt, ut scribitur in li. aph. sect. 3. par. 27. Et in lib. de Iudica. n. 8. fe bris diuturnę signa sunt in manibus palpitationes, aut breues iudicationes in deterius. & in lib. de Coac. pręno. nume. 4. febrem diutur nam urina cruenta in principio micta significat turbata, cum sudore recidiuam. & nume. 1. Eiusdem lib. in febribus iudicationes impeditę, ac sublatæ temporis quidem diuturnita tem inducunt, non autem perniciosę sunt. & in libr. aphoris. sect. 3. part. 16. febres longæ in pluuiarum multitudine plerunque fiunt. & in libr. præ. nume. 24. quęcunque febris longiorem morã traxerit, homine alioquin ad salutem disposito, ita ut neque dolor ob inflammationem aut ob aliquam aliam ma nifestam causam; huic abscessum expectare oportet cum tumore, ac dolore ad aliquem articulum, uel maxime infernum. & in lib. de Victus ratio. in morb. acu. solent autem longæ hæc fieri febres, & impetuosos humorum de loco, ad locum illapsus habere, si quidem infernæ partes frigidæ fuerint circa aures, & col lum. cætera uerò ibi lege. & in lib. de Coac. prę no. nume. 4. in febribus longis tenuibus erroneis, urinam tenuium mictiones splenicę fiũt. Et in lib. aphor. sect. 4. par. 44. quibus febres lõ gæ his tubercula ad articulos, aut dolores fiũt. Et in eodem lib. sec. 7. par. 63. etiam patet illud. & in lib. de Coa. præn. n. 1. in febribus lõgis, aut tubercula, aut dolores in articulis fiunt. & si facti fuerint, non sunt inutiles. & in lib. aph. sect. 5. par. 64. lac in febribus longis conuenit.

Febris vehemens.

LEgitur in lib. 7. de morb. popu. nu. 15. Theo dori uxori in febre uehementi sanguinis eruptio facta est hyeme. reliqua ibi lege. & in 3. sect. 1. Aegro. 2. Hemocratem, qui ad Nouum murum decumbeat febris uehemens corripuit. cœpit autem dolere caput, & lumbos. & in 1. sectio. 3. Aegro. 7. Metonem febris uehemens corripuit, lumborum grauitas dolorosa alia uerò ibi lege. & in lib. de Coac. præno. num. 2. febris uehemens, & delyrium ex dentis corruptione lethale est. Scribitur in lib. aphor. sect. 4. par. 54. febres fortiores fiunt, quibus circa dentes in febribus uiscosa adhęrent. Et in lib. de Medi. purg. pa. 41. nume. 4. in febribus fortioribus bile à medicamento cõmo ta, æger neque bibens, neque sorbens plerunque perit. & ibidem, febre correptus, si prima die qua medicamentum sumpsit superstes ma neat, & unà cum purgatione remittat febris sanus fit. & ibidem nume. 5. à febri forti correptus, si detinet medicamentum, ante meridiem nihil purgatur, à meridie uerò nimium purgatur, & perit. Et in lib. 2. de morb. nume. 37. foris ad contactum febris debilis est, intrin secè autem ardet, & lingua ipsius aspera fit, & per os, & per nares calida spirat. reliqua ibi lege. Et lib. de Afectio. nu. 13. in febre forti, bilis per superiora, aut inferiora purgatio. & in li. de Medi. purg. pag. 41. nume. 4. febribus fortibus correptis medicamenta purgatoria dare non oportet, donec remiserit febris: carnes enim ipsorum & uentres cum sint calidi, medicamentum adsumunt, & nihil depurgantur.

Febris Hyberna.

FEbres ex hyeme austrina, uere, & æstate siccis lege in lib. 2. de morb. pop. sect 3. & in lib. 7. de morb. popu. nume. 10. Hermoptolomi uxori hyemis tempore febris, & capitis dolo res, alia ibi leg. & in lib. de Victus ratione in morb. acut. nume. 48. si in febre hyberna lingua aspera fiat, & animi deliquia adsint, tali re missio febris contingere solet. & in lib. de Af. fect. nu. 11. febrium hyemalium in acutas trã situs fit, cum duo humores, bilis uidelicet, & pituita commoti ac inter se coacti parti alicui ubicunque tamen contigerit allabuntur. Et ibidem. febrium hymalium siue ex uino, siue ex lassitudine, siue ex aliqua fiant causa obseruatio, & tutela quam ibi lege.

Febris vertiginosa.

FEbres uertiginosæ cum uol uulis, & sine uol uulis perniciosę, ut patet in lib. de Coacis præ no num. 3. & in lib. de Victus ratione in mor. acutis, nume. 44. quibus in febribus uertigines ab initio, & capitis pulsus fiunt, & urinæ tenues, in his expectare oportet, ut ad iudica-

tiones

tiones febris febris exacerbetur, nec verò admiraret, si delyrarent.

Tertiana febris.

SCriptum est in lib. de Affect. pag. 81. n. 17. & 18. morbi, qui in æstate fiunt, sic fieri solent. cum corpus à sole fuerit calefactum; humectatur. humectatum autem ęgrotat, aut totũ, aut ea parte, in quam pituita, & bilis incumbuerunt. si quidem igitur quis ipsos incipientes, curet; neque longi fiunt, neque periculosi. si verò non curet, aut male curet, & longiores fiunt, & sępe quoque occidunt. sed & tertianæ, & quartanę febres ex talibus fieri solẽt. hæc morborum constitutio maximè quidem æstate fit, aliquibus verò etiam hyeme. tertiana febris cum apprehenderit, si quidem videbitur tibi non purgatus esse; quarta die pharmacum dato. si verò pharmacum non videbitur opus habere; medicamenta in potu exhibeto, quibus febris aut transmutetur, aut deficiat. exhibeto autem velut scriptum est in medicamentis. & in apprehẽsione quidẽ sorbitione, & potu nutrito; interposito verò tẽpore, cibis per aluum secedentibus. apprehẽdit autem plerunque non ita sæpe. si verò nõ curetur; in quartanam transire solet, & diuturnã fieri. at verò tertiana exquisita cito iudicatur, & non est lethalis, vt scribit Hip. in l. 1. de mor. po. sec. 3. Et in l. 4. aph. 59. tertiana exquisita in septem circuitibus, quod tẽpus lõgissimũ est, iudicatur. Et in l. de Coac. pręn. n. 1. tertiana exquisita in quinque, aut septem circuitibus, aut ad summum in nouem iudicatur. Et in li. 6. de mor. po. sect. 2. quęcunque tertianæ naturam habent, his nox molesta ante exacerbationem: quæ verò sequitur, tolerabilior plerunque est. Et in lib. de Coac. pręn. n. 3. si tertia die cohibiti in febre, quarta exacerbentur, malũ est; nũ tales exacerbationes phrenicitiæ sunt? Et in lib. 4. aph. 43. febresq; non intermittunt si tertia die fortiores fiant, magisq; periculosæ. quocunque autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.

Quartana febris.

QVartanę febres tertianis diuturniores sũt, quato pauciore bilis parte participant, vnde caliditas augetur: & propterea ꝙ corpus in ipsis plus perfrigescit id quod ab atra bile ipsis contingit superflua adeo vt ægre frigus depelli possit: atra enim bilis inter omnes corporis humores viscosissima, & sedes diuturnissimas facit. ꝙ autem quartanæ febres atræ bilis participes sint, vel hinc condiscere licet: autumno enim maxime homines a quartanis corripiuntur, & in ætate a quinque, & viginti annis vsque ad quadragesimum quintum, hæc. n. ętas præ omnibus alijs maxime a bile atra infestatur, & autumni tempus omnium anni temporum ad eandem aptissimum est. quicunque autem extra hoc tempus, & ætatem a quartana corripiuntur, pro certo scire oportet eam febrem non fore diuturnam nisi quid aliud grauioris mali hominem infestauerit. hæc Hip. in lib. de natura hom. pag. 11. nu. 28. & 29. in quibus probat febrium quartanarũ esse atrã bilem materiã. in li. aũt prog. ait. Quartanę magis fiũt his, qui triginta sunt annorum, & senioribus. signum autẽ quartanarũ habetur in l. de Coa. pręn. 4. hoc est in febrib. nigręi vrina nubeculę quartanã indicãt.

Quid verò pręsagiendum sit de quartanis; scriptum est in lib. 2. de mor. po. sec. 3. his verbis. quartana securissima omnium, & facillima, ac longissima est: non enim solum ipsa a se ipsa talis est, sed etiam ab alijs magnis morbis liberat. unde in lib. 6. de mor. pop. sect. 6. quartana correpti a magno morbo non corripiuntur: si verò corripiãtur prius, & accedat quartana; liberantur. & propterea in li. 5. aph. 70. a quartanis capti non admodum a conuulsionibus capiuntur. si verò prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur. Sed in li. 7. aph. 25. quartanę ęstiuę plerunq; sunt breues, autũnales verò longę, & maxime quę ad hyemẽ pertingunt. Et in li. de Coa. pręn. n. 1. quartanæ hybernę leniter in acutos morbos transeunt. Et in lib. 6. de mor. pop. sec. 2. quartanę sanguinis è naribus eruptiones ęgrè iudicant. Et in lib. de Coa. pręn. n. 4. in quartanis malę sunt egestiones valde rubrę, ęruginosę. & tales sanguinis fluxiones soporosę sunt: ex his conuulsione moriuntur, nigris antea egressis.

Curatio verò legitur in lib. 2. de mor. pag. 67. n. 39. & est hęc. cum febris quartana ex alio morbo non purgatũ apprehenderit; pharmacum deorsum purgans bibendum dato. deinde caput purgato. postea rursus infra purgato. si verò his factis nõ cesset interpositis duabus inuasionibus post purgationem infernã, multa calida ipsum lauato, & seminis hyoscyami milij magnitudinẽ, & mãdragorę tantundẽ, & succi silphij triũ fabarũ magnitudinẽ & trifolij tantundem in vino meraco bibat. at, si firmum & sanum se esse putans ex lassitudine, aut profectione febre correptus ad quartanam deueniat, fomentis ipsi adhibitis alliũ dato, in melle tinctũ. deinde lẽticulę decoctũ bibat, melle, & aceto mixtis. postquã autem repletus fuerit; vomat. postea calida lotus vbi frigidus factus fuerit, cyceonẽ ex aqua bibat. vesperi cibis mollibus, & nõ multis vtatur. altera verò exacerbatiõe, vbi multa calida

lauеris,& ſtragula ipſi integeris, donec exudet,ſtatim veratri albi radices trium digitorum,longitudine,& trifolij drachmam , & ſucci ſilphij duarum fabarum magnitudinem in vino meraco bibat.& ſi vomitiones ipſum vtſerint; vomat:ſin minus ; ſimiliter poſt caput purgatum.cibis autem vtatur quàm mollíſſimis , & acerrimis. cum verò exacerbatio ipſum inuaſerit; ieiunus medicamentum ne bibat.Et in lib.de affect.n. 19. ſi verò quartana apprehenderit,ſi quidem impurgatus fuerit;primum caput purgato:& interpoſitis tribus, vel quatuor diebus pharmacum ſurſum verſus purgans dato in ipſa apprehenſione.ſi verò ex his non ſedetur: rurſus interpoſitis diebus,multa calida lauato,& pharmaca,quę ſcripta ſunt dato.potibus autem,& ſorbitionibus, & reliqua diæta vtendum eſt velut in tertiana.apprehendit autem hæc febris pluri mos multo tempore, alios verò pauco. & ſit tum tertiana, tum quartana a bile, & pituita. Cur autẽ tertiana,& quartana alibi à me ſcriptum eſt. vim porrò habẽt medicamẽta in his febribus,vt potis his corpus in loco ſit,in con ſueta caliditate,& frigiditate: & neque præter naturam caleſiat , neque frigeſiat.danda ſunt aũt velut ſcriptum eſt in medicamentario libro. *Sed in* lib.de loc.in ho. pag.32.nu. 38.Febris perfrigeranda eſt , præter quàm ſi quartana exiſtat.In l.autem 7.de mor.po.pa. 149.nume.24. Oneſianacti circa autumnum lippitudo : poſteà verò febris quartana . Incipiente quartana cibos valde auerſabatur: in progreſſu verò libenter accipiebat . Et in libr.6.de morb.popul.ſect.6. poſt pilorum defluuium quartana febris non vltra an num.& in li.4.pag.137.n 5.poſt pleiadum oc caſum ſeruus Attici à quartana correptus ſtu pidus ſedatus eſt.Et in lib.3.ſec.3.pag.134.au tumno,& ſub pleiada rurſus multi moriebantur quartanarij.at verò in lib. prog. comm.3. par. 7. quartanæ conditio ex eodem ordine eſt ſcilicet tertianarum: nam vt exponit Gal. in com.quartanæ febris iudicationes ex numero circuitionum accidunt,& non dierum, quemadmodum tertianæ.

De febribus, quas varia comitantur ſymptomata.

FEbris,quæ poſt capitis affectum fiat, vel an tecedat,vel comitetur,mentio fit his in locis. ſcribitur in lib.1.de mor.pop.ſect.3.ægro.10. Febris vehemens corripuit.dolebat autem caput,collum,lumbos ab initio. & in lib.de iudica.nume. 2 .Quibus in febre capitis dolor, & alia ſigna circunſtant,in his bilis dominatur.Et in lib.1.de morb.pop.ſect.3.Aegro.14. Melidiæ,quæ decumbebat iuxta Iunonis templum,capitis,& colli,& pectoris dolor fortis cœpit,ſtatim autem febris acuta corripuit. Et in lib.3.eiuſdem lib.ſect.1.Aegro.2. Hermocràtem qui ad Nouum murum decumbebat febris vehemens corripuit,cœpit autem dolere caput,& lumbos.Et in lib.ſect.7.par.51. quibuſcunque ſanis derepente dolores fiunt in capite,& ſtatim voce intercepta iacent, ac ſtertunt,& in ſeptem diebus pereunt, ſi non febris apprehendat.Et ibidem par.50.quibus cerebrum diſſectum fuerit his neceſſe eſt febrem,& bilis vomitum accedere. Et in lib.2. prædic.nu.23.febrem in capitis vulnere intercipere quarta die,aut ſeptima,aut vndecima lethale eſt.alia verò ibi lege.Et lib. de cap. vulner. nu.28.febre inuadente ex capitis vlcere,quid faciendum ibi lege.& in lib.de loc.in hom.nu.44.febricitanti caput ne purgato; vt ne furioſus fiat.reliqua ibi lege.

Febris cum affectibus aurium.ait Hipp. in lib.7.de mor.pop.nu. 5.Cydij filio circa ſolſtitium hybernum rigor,& febris,& auris dextræ dolor,& capitis dolor.reliqua ibi lege.Et in lib.de Iudi.nu.11.Quibus in febribus aures obſurduerunt,his non ſoluta febre inſani re neceſſe eſt. ſoluit autem ſanguis è naribus erumpens,aut aluus bilioſa egerens, aut dyſenteria accedens,aut coxarum, aut genuum dolor.Et in lib.aphor.ſect.4. part. 60. quibus in febribus aures obſurduerunt, his ſanguis è naribus effuſus, aut aluus exturbata morbum ſoluit.

Febris in affectionibus colli.ſcribitur in li. de Coac.præno. nu. 2. in omni febre malum eſt colli dolor, peſſimum autem in his , quibus timor eſt, vt etiam inſaniant.Et in libr.aphor.ſect.4. par.35.ſi à febre occupato collo repente obuerſum fuerit,& vix deglutire poterit tumorem non exiſtente,lethale eſt.Et in lib.1.prędic.nu.9.colli dolor malum quidem in omni febre,peſſimum autem his,quibus ti mor eſt,ut inſaniant.

Febris cum affectibus præcordiorum.Scribitur in li.de Coac.præn.nu. 1. febris ex præcordiorum dolore malignæ ſunt , ſopor in his peſſimus.Et in eodem lib. 4. febris dolores circa præcordia abſque inflammatione ſoluit.Et nu. 3.in febre malus eſt dolor in pe ctus firmatus torpore. & nu.2. in febre dolores ad præcordia exilientes , ſine ſudore ſoluti maligni.his ad coxendices dolores fiunt. & ipſis vna cum febre ardente aluus deorſum erumpens pernicioſum eſt . Et ibidem. in febre ad præcordia dolores voce intercepta, ſine ſudore ſoluti , malum eſt , quibus derepente dum ſine febre ſunt, præcordij,& oris ventriculi dolor,& circa crura, ac infer-

nas

nas partes, & aluus in tumorem eleuata est. longę enim & vehementes febres fiunt,& tusses,& spiritus,& singultus fiunt &c.Et in lib. prædic.nu.7.febres ex præcordiorum dolore malignę sunt. Et in libr. de Victus ratione in morb.acut.nu.45. Quibuscunque febres anxiosæ sunt,& quæ pręcordia intendunt,& decumbentes in eodem loco decubitum non sustinent,& extremæ partes perfrigerantur, hi plurima omnino diligentia,& custodia opus habent.

Febris cum affectibus vocis.Inquit Hip. in lib.1.prædict.nu.12.quibus voces cum febribus deficientes post iudicationem, hi tremen tes,ac soporosi moriuntur. Et lib.de Vict.ratione in mor.acut.nu.50.cum febricitanti decimaquarta die vocis interceptio accesserit, non cita solutio contingere solet,neque liberatio à morbo fieri,sed temporis diuturnitatem tali significat.Et in lib.de Coa.pręno.nu. 2.in febre vocis interceptiones conuulsorio modo fientes ad mentis emotionem cum silentio deueniunt. Et ibidem. cum febre vox deficiens,& cum iudicatione intercepta, hi tremuli moriuntur.

Febris cum aluo affecta scribitur in lib. de Coac.prænotio.nu.1.in febribus inflata aluo flatus non erumpere malum. Et in libr.1.de morb.nu.6.febrienti aut vulnerato aluus resiccata malum.Et in lib.de Coac.pręno.nu.4. vna cum febre aluus turbata salsuginoso modo,soporosos,torpidos non valde comitatur. Et in eodem lib. nu.1.febres amburentes ad manum torpidæ,siticulosæ,anxiosæ,in his aluo suppressa grauati exoluuntur.

Febris cum affectionibus lateris. legitur in lib.de Coac.pręn. nu.3.cum febre diuturna lateris dolor, puris eductionem fore significat.Et in lib.7.de mor.pop.nu.47.Metoni circa pleiadum occasum febris, lateris sinistri dolor vsque ad clauiculam.cætera ibi lege.Et in lib.de Coac.præno.nu.3.in febribus iuxta latus dolores consistentes citra notas, venę sectio læserit,siue cibum auersetur ęger siue pręcordium sublime habuerit,&c.

Febres cum affectibus glandularum coniunctę.febres omnes ex glandularum tumoribus malę sunt. & febris ex glandularum copiosa fluxione legitur in lib.de Glan.num.2.

Febris cum icteritia. quibus in febribus morbus regius fit ante septimum diem malū, vt patet in lib.4.aph.62.at verò aph.64. quibus in febribus septimo, vel nono, uel vndecimo, vel quartodecimo morbus regius succedit,bonum, nisi dextrum hypocundrium durum fuerit: si verò non,malum, i. non bonum.Et in lib.de Iudi.n.3.desinente febre ardente si accedat morbus regius, non solet amplius exudare, neque vsquam alibi abscessum facere,sed sanus fit.

Febris in affectibus crurium scribitur in li. de Vict.ratione in mor.acu.nu. 49. quibus in febribus crura fiunt tuberculosa, & hęc tubercula moram trahentia non maturantur, febribus perseuerantibus,&c.talibus sanguis è naribus fluere solet. si quidem multus fluxerit, solutionem morbi significat: sin minus,morbum longum.

FINIS.

ORIBASII SYNOPSEOS AD EVSTACHIVM FILIVM,

De Febribus Liber.

De ſignis, quæ ab vrina ſumuntur. Cap. Primum.

FEBRIVM diariarum proprium, & inſeparabile ſignũ eſt vrinarum in primo die concoctio, & caloris ſuauitas: poſt primam vero febris ſolutionem, certiorem earum cognitionem habebis: in hac enim motus arteriarum ei motui, qui fuit in ſecunda valetudine, eſt omnino ſimilis: cum nulla ex alijs febribus ad naturalem ſtatum reuertatur: maximum quoque inditium eſt, cum æger facile fert. His febribus opportuni ſunt, in quorum corpore quod tranſpirat, non halituoſum, ſed acre, ac veluti fumoſum eſt: huiuſmodi ſunt, quorum calida eſt natura, atque ſicca, & ad ſummam, bilioſi. Qui igitur ex laſſitudine in febrem inciderunt, pinguiter, & molliter ſunt perfricandi, & ad balneum ducendi. Qui ex ſiccitate, minus fricandi ſunt illi quidem, ſed lauandi ſunt liberalius. Qui ex curis, mœroribus, vigiliis, atque ira febricitant, non ſæpe lauandi, ſed multo oleo tepido, cui minime adſtringens uis inſit, fricandi paululum, & ex conſuetudine lauandi. Qui vero exuſtione febricitant, protinus ab initio refrigerantibus curandi ſunt, & crebrius lauandi, minime tamen eis largo oleo, & frictione eſt opus: ſint autem refrigerantia roſaceum, & omphacinum ſalis expers: eadem vero refrigerantia ſincipiti vehementer oportet infundere, & cum febris inclinauerit, lauare: ſiquis vero ex frigore febrim contraxerit, is etiam in declinatione lauandus erit. ſi vero febri, & deſtillatione, grauedineque vexetur, prius quàm hæc concocta ſint, lauandus non eſt: at qui propter vſtionem febricitant, ij vel cum hæc adſint, lauari debebunt. A balneo vero amborum capita ijſdem madefacienda ſunt; atque eorum quidem quibus vſtio febrim attulit, refrigerantibus, ijs vero, quibus frigus, calefacientibus, quæ ſint mediocria, quale eſt irinum, & nardinum unguentum. Quibus uero meatuum conſtipatio febrem excitauit, ijs balnea dulcium aquarum, temperatarum conueniunt; tum frictio rarefaciens, & exercitationes, & uictus ſuccis dulcibus procreandis idoneus. Qui uero ob inediam febri correpti ſunt, eos ubi prima acceſſio remiſerit, in balneum perduces, & plurimo oleo repente perfundes, tum mitiſſime fricabis, & diutiſſime in calida ſolij aqua detinebis; ſimulatque exierint, ſeque recollegerint, in balneum introducendi ſunt deinde aqua calida potui danda, mox ptiſſanę cremor offerendus, quandoque etiam lactuca, & piſces, qui molli carne ſunt, ex albo iure. omnium autem communis victus ſpecies eſto, quæ boni ſucci ſit, & quæ facile concoquatur, & quę nuſquam meatibus inhęreat. Vinum dandum quod

tum

tum aſpectu, tum viribus ſit aquoſum. In primo autem acceſſionis inſultu nonnulla horum quandoque mutanda ſunt in ijs, in quibus corporis intemperies ad calidum, ſiccumque conuerſa febres gignit. Qui vero ex bubonibus febricitant, ij ne medicum quidem interrogant, quid facto opus ſit, ſed vlceri, à quo excitatus eſt bubo, proſpicientes, vbi acceſſio declinauerit, lauantur; ijs vinum circuncidendum eſt, donec bubo fuerit ſolutus: ſuntque tenuiore victu nutriendi.

Ex Galeno de putridarum febrium notis.
Cap. II.

PVtridarum febrium notę ſunt hæ: vt nulla cauſa euidens præceſſerit, vt neque à rigore febris inceperit, neque ab æſtu, neque frigore vehementi præcedenti, id quod non ſecus eſt putridarum febrium proprium quam etiam pulſuum depreſſio: ſic enim nominant, cum incipiente acceſſione pulſus admodum exigui, & inæquales ſunt: quod quidem eſt, huiuſmodi febrium proprium vel maxime: porro caloris qualitas maxima eſt putridarum febrium nota: ita enim fuliginoſa eſt, vt vel tactum erodet: maxime vero proprium harum febrium eſt vrinę cruditas, & oſcura concoctio: magnum vero, & notabile concoctionis inditium in vrinis nũquam in hiſce febribus apparet.

Curatio febrium putridarum.
Cap. III.

ERgo ſi vires eius, qui ex putredine febricitat, valentes ſint, mittendus ſtatim ſanguis eſt; ſi cruditas ventris non ſit: ſin vires ſint infirmę, ętasvè prohibeat, non erit incidẽda vena: corpore euacuato putrida per vrinas, aluum, & ſudores expurganda ſunt: ſin autem ſponte ſua nonnunquam ad ventriculum impetu ferantur, etiam per vomitum: alioqui non ſunt pręter naturam irritanda. Materię autem deligi debent huiuſmodi, quę non valde calefaciendo, & ſiccando prędictas euacuationes perficiant: cuiuſmodi ſunt ptiſſanę cremor, aqua mulſa, oxymel, apomel, & apij radix: ſi aluus non deijcit, clyſtere ex aqua mulſa cum oleo ciebitur. Totum vero corpus, prius quàm vacuatum ſit, rarefacere non oportet: vbi fuerit euacuatum, licebit rarefacere medicamento, quod tepidum calorem habeat, quale eſt, quod ex chamęmelo conficitur. Hoc etiam tempore vinum aquoſum potui datum omnes excretiones mouet: itemque balneum aquę dulcis temperatum. Verum cum febris magnitudo obſtet, tum neque vino, neque lauacro, neque vnctione rarefaciente vtendum erit; ſed aqua frigida in his febribus potui data eſt accommodatiſſima, niſi etiam aliquid huius vſum impediat: ergo ſi omnes vires robuſtæ ſint, febriſque ardentiſſima, & euidentia ſigna concoctionis appareant, frigidam cum fiducia dabis: adhuc vero ſi bonę habitudinis homo ſit, calidaque, & ſicca ſit conſtitutio, etiam ſi in frigidam natationem hunc dimiſeris, nihil lędes: ſin autem mediocris ſit febris, vireſque inualidæ, vnà cum ſignis concoctionis, & balneum, & vini potio, & omnes vnctiones rarefacientes ijs proſunt.

Signa tertianæ. Cap. IIII.

TErtiana febris cum ex motu flauæ bilis exoritur, ſtatim ab initio rigorem non paruum infert: differt autem à rigore quartanę, quod pungere, & conuulnerare cutim videatur: in quartanis autem acceſſionis ingreſſio uehementiorem perfrictionem habet: quotidianas verò non rigor pręcedit, ſed corpus modo perfrigeratur. In tertiana autem eſt etiam exquiſitus ordo pulſuum: eaque in ſtatu ſitim vehementem affert, atque hominem exurit, & paulo poſt conſiſtit, calorque per omnes parteis ęquabiliter diffunditur. ſi manum inijcias, primo contactu calor copioſus, & acer, ac veluti cum vapore quodam elatus, occurrit: ſed paulo poſt à manu vincitur. Cum vero ęger biberit, ſtatim copia vaporis calidi ex cute prodit, quæ ſudores futuros nunciat, vomitus flauę bilis apparet, aluus ſoluitur, bilioſa per vrinam excernuntur: pręterea ad integritatem febris peruenit, vbi tempus acceſſionis non plurium, quàm duodecim horarum compleuerit: ergo quæ duodecim horis terminatur, exquiſitam tertianam nominamus: quæ uero diuturniorem acceſſionem habet, eam ſimplici uocabulo tertianam appellamus; atque acceſſionem habet longiſſime productam, & exiguum interuallum intercedit; ea tertiana extenſa nuncupatur.

Tertianæ curatio. Cap. V.

TErtiana febris exquisita, vtpote quæ à flaua bili procreetur, humectanda, & refrigeranda est. quodque in ventrem influit, vomitibus; quod ad inferiora vergit, alui excretionibus euacuandum. & item per vrinas, atque sudorem educendum. aluus igitur mollibus clysteribus cienda est, vrina vero potionibus, in quibus apium, & anethum maduerint prouocanda. Sique signa concoctionis appareant, cõfidenter absinthium dabis. Balnea prosunt ex aqua calida potabili, in quibus neque nitrum, neque sal, neque sinapi, sint insperfa, sed oleo maxime calido infuso æger est in balneum ducendus. Qui balneis valde oblectantur, eos etiam si bis laueris, non errabis. Si vero signa concoctionis morbi se se ostendant, etiam si sæpius laueris, nihil delinques. A vino autem, prius quam morbus concoquatur, omnino abstinendum. vbi vero concoqui cœperit, tenue, dilutum, & modicum ab initio dandum. cibi, quicunque humectant, & refrigerant, accommodati sunt porro à melle, sinapi, salsamentis atque acribus omnibus, & à vinis natura calidis abstineri ægrum oportet.

Tertianæ nothæ curatio. Cap. VI.

IN nothis hisce febribus in initio lauare non expedit: sed cum iam coctionis signa se nobis offerant; neque cibus est quotidie dandus, sed alternis diebus satis est. Quies & fotus præcordiorum, & sorbitiones concoctu faciles & clysteres non admodum molles iuuant. Si vero sanguinis missione opus sit, ne hæc quidem erit omittenda. Sit autem tota victus ratio, non quæ refrigeret, humectetque, sed etiam modus aliquis qui magis calefaciat, atque incidat, adhibeatur. maxime vero conueniet ptisanæ cremor iniecto pipere, vel hyssopum, vel origanum, vel spicam nardi mulsa aqua infundens, & decoquens potui dabis: itemque alia omnia, quibus vrina cieri potest, præter ea quę vehementer calefaciunt, & exsiccant. Maxime vero post septimum diem absinthij coma danda est. iam oxymel quoque epotum multos iuuit; & nonnulla etiam ex ijs, quæ aluum leniter subducunt. Vomitus autem à cibo iis, in quibus hæc febris inueterarit, vtilissimus est.

Quartanæ cognitio. Cap. VII.

QVartana febris cum magna refrigeratione inuadit, vt quæ ex frigido humore atræ bilis originem ducat. Calorem vero, atque feruorem, sicut tertiana, non habet: immo vero neque bilis vomitus eam comitatur. Si præterea vrinæ albæ tenuesque sint, quartana febris erit. eximium uero quartanæ inditium fuerit pulsus tardus, atque ratus.

Quartanæ curatio. Cap. VIII.

QVi febrem quartanam habent, leuiter tractandi sunt, eisque neque medicamentum vllum vehemens dandum, neque tentanda vacuatio; si non vtique sanguis redundare videatur: quo casu secanda vena est. Victus optimus, & minime inflans instituendus. & venter emolliri consuetis rebus debet. si nihil hæc proficiant, mollibus clysteribus in principio, deinde vero acrioribus agetur. Suilla caro ipsi est circuncidenda, itemque omnes cibi glutinosi, quique tarde permeant: & denique omnes, quicunque refrigerant, atque humectant. Vinum conuenit, quod tenue, albumque, & modice calidum est. Salsis & sinapi vti expedit: tum aliquot diebus interpositis medicamentum ex tribus piperibus, aut quod diospoliticum dicitur, sumere. piper quoque solum ex aqua quotidie recte capitur. Si æger in morbi principio sit, tenuiore victu alendus est: statim vero etiam diuturna quies imperanda: uisceribusque prospiciendum est per ea, quę molliunt, atque relaxant. post vero vtendum erit medicamentis, quæ vrinam cient: sique signa coctionis appareant, tum melancholici humores purgandi sunt. ijque non semel tantum, sed etiam persæpe. post validam vero purgationem, medicamentum quod ex viperis constat, dandum erit. & item alia, quæcunque ad huiusmodi febres commendantur, inter quæ est etiam nobis familiare, quod ex cyneraico succo conficitur.

Quotidianæ febris signa. Cap. IX.

QVotidiana vero febris non statim primo die cum rigore inuadit: sed temporis progressu perfrigeratio potius, quam rigor exoritur. ægre vero inualescit, & incrementum diuturnum habet.

ægro-

ægrotantes tamen non exurit ; neque multum , & crebro trahere ſpiritum , neque ex ore exſufflare, neque frigidam bibere compellit . Pituitoſi vomitus fiunt . quæ uero aluo excernuntur , frigidiora , crudiora , & dilutiora in hiſce febribus inuenies . ſudores primis diebus non emittuntur , neque ad integritatem veniunt . Calor eſt ex pallido, & albo miſtus . vrinæ tenues , & albæ : vel craſſæ , & turbulentæ , & rubræ ſunt :

Quotidianæ curatio. Cap. X.

QVotidianam curantes oximelite primis diebus vtimur . itemque iis , quæ mouere ualenter vrinam poſſunt . tota vero ratio victus ad incidendum dirigatur , circa ſtatum eſt habenda ventriculi , & præſertim oris ipſius ratio . deinde ægris iubendum , vt radiculà , & cibis aſſumptis vomant . & ijs , quæ vacuant pituitam ; vtantur.

Febrium continuarum inditia. Cap. XI.

COntinuæ febres ſingulis intermittentibus finitimæ dicuntur : ac tertianæ quidem exquiſitæ ea quæ exquiſita ardens eſt : quotidianæ ea, quæ ſingulis diebus habet acceſſiones , neque ad integritatem redit : ſic etiam quartanæ ea, quæ quarto accedit die. Exquiſita enim ardens cum alia omnia exquiſitæ tertianæ febris inditia ſeruet , in hoc ſolum ab illa differt, quod neque cum rigore inuadit, neque ad integritatem redit. Ea quoque quæ ſingulis diebus accenditur, omnia ſigna quotidianarum habet, niſi quod ad integritatem non peruenit. qua in re ab ipſa quotidiana, q̄ ſpecie conſimilis eſt, diſcrepat. Præterea quæ quarto quoque die accedit, neque ad integritatem ceſſat, eiuſdem generis eſt cum quartana . Eſt ergo febris continua , quæ non prius ad integritatem finitur , quam omnino fuerit ſoluta . Cum autem nulla inclinatio appareat , hæc quoque ex ardentium eſt genere : ſed ex eo quod illa acuta eſt differt.

Continuarum febrium curatio . Cap. XII.

COntinuarum febrium curatio eſt miſſio ſanguinis uſque ad animi defectionem . qui ſi non fuerit miſſus, qui eam febrem habent, ad extremum periculum deducuntur . Si quid autem euacuare per venæ ſectionem prohibuerit, alijs vtendum eſt remedijs , quæ aperiant , materiæ copiam vacuent , & febrium feruorem leniant. Cum vero ſigna coctionis humorum perſpicias , neque in principe particula inflammatio aliqua , aut tumor œdematis , aut ſcirrhi ſpeciem præ ſe ferens fuerit , neque particula aliqua adeo frigida , vt noxam ipſa contrahat, audacter aquam frigidam bibendam propinabis , præſertim vero ſi æger eius aſſuetus potioni ſit.

Ardentium febrium cognitio. Cap. XIII.

ARdentes febres hęc comitantur , lingua arida, ſciſſa, & nigra, ventriculi morſus, deiectiones pallidę, ſitis vehemens, vigilię, & nō-nunquam delirium.

Ardentium curatio. Cap. XIIII.

IN febribus ardentibus, ſi perfecte morbus ſolui debet , horum alterutrum faciendum eſt, aut biliosos humores excerni , aut extingui . excernuntur autem aut ſudoribus , aut vomitibus , aut per aluum : extinguuntur vero frigidę potione , qua nos febres ardentes ex toto curauimus , Victus autem ardenti laborantibus conuenit non ex aqua ſola , neque ex ſola mulſa , ſed ex diluta mulſa cocta : nam qui hoc morbo conflictantur , ſola potione ſunt alendi . Balneum vero ardentem febrem habentibus ſolum conuenit ijs , qui tumorem inflammationis , aut eryſipelatis ſpeciem referentem nullum habent , ac tum maxime conueniet, ſi coctionis ſigna appareant . ijs vero qui propter ſalſum ſuccum ardente febre ſunt correpti , minime accommodatum eſt . Sed eos cremore etiam ptiſſanę nutrire conueniet .

Febrium, quæ ex affectione eryſipelas referente originem trahunt, curatio. Cap. XV.

IN febribus , quę ex affectione, quæ eryſipelas refert , exoriuntur , à balneo eſt omnino abſtinendum . aqua frigida per morbi ſtatum vehementi , hoc eſt frigidiſſima vtendum eſt , in principio non item . Sed refrigerantia foris imponuntur , ſique nihil hæc iuuerint , etiam intra corpus ſumere cogentur . ieis autem humidę lactucę precipue conueniunt . extrinſecus vero ipſe lactucæ ſuccus eſt accommodatus, itemque ſemperuiuum , & reliqua refrigeran-

tia. hoc autem vt præstantissimo vtimur, vel maxime. humorem alicuius refrigerantis expressum iu pilam cum portulaca inijcimus, deinde his contusis exprimimus, vasque in aqua gelida statuentes cum vsus exigit, parum polentæ tenuis admiscemus: tum linteū conduplicatum hoc medicamēto intinctum extrinsecus præcordijs admouemus. idque diu adhærere nō sinimus, sed aliud frigidum subinde adhibemus. cęterum huic medicamēto quandoque omphacium, aut rosaceum oleum admiscemus.

Hecticarum febrium cognitio.
Cap. XVI.

HEctica febris non solum in humoribus, spirituque, sed etiam in solidis partibus consistit. hęc dolore vacat: quique ea detinentur, se omnino non febricitare existimant. calorem enim non sentiunt, cum particulæ omnes corporis sint in eis æqualiter calefactæ. Hecticarum sunt duo genera: quorum alterum ardentibus febribus magna ex parte superuenit. quod vsque adeo protrahitur, vt tractu temporis madorem corporis cordis, etiam si copiosus adhuc sit, consumat. alterum genus est, quod manente adhuc humore cordis corpus occupans inde accenditur. hæcque est vna febrium hecticarum origo nobis exposita. reliqua est, cum ab initio protinus inuadit, primam originem diarijs similem sortita ex mœrore, ira, & lassitudine nimia vnà cum exustione contracta. Atque has febres haud difficiliter curabimus. Quæ verò ex ipsis ad marcorem peruenerunt, sanescere nullo pacto possunt. facillime autem cognoscuntur, nam eorum oculos cauos præter modum videbis, crassiorem pituitam siccam ipsis inhęrentem: squalidam affectionem quandam. vitalis flos coloris euanuit. frons sicca est, atque intenta. conniuentque plerunque vt dormiturientes. verum affectio non somnus est, sed quia vigilare non possunt. præterea collapsa sunt tempora. nam quid porro aliud pręter ossa, cutemque solam habent? hos si nudaueris, & partes ventris inspexeris, profecto in eis neque intestinum, neque viscera vlla tibi superesse videbuntur. præcordia verò sursum vehementer conuelluntur. cutisque ipsa est ad summum resiccata. pulsus gracilis, durus, & crebor, calor vero primo contactu, languidus, paulo post acer, & erodens ostenditur. Ita fit, vt vsquedum aliquid humiditatis superest, hectica sola febris sit, cum vero periclitatur, ne quid prętere a huiusce humiditatis reliquum sit, tum exquisitus marcor iam effectus est.

Hecticarum febrium curatio.
Cap. XVII.

QVi febrem hecticam habent, statim ab initio nutriri propter humores erodentes desiderant, maximum vero remedium est victus humidus. oportet igitur cremore ptisanę, & alicę sorbitione ęgrum nutrire, & panis aliquid adde, eumque potione, non vehementer, sed moderate frigidę, curare; cum neque inflammmatio aliqua, neque humorum subest putrefactio. Si vero magnam fore noxam coniectura consequeris, à frigidę potione abstinendum est, vtendumque ijs remedijs, extrinsecus imposita refrigerandi vim habent. Balnea vero huiusmodi ęgrotis in quocunque tempore conueniunt.

De semitertianis, quæ hemitritæi dicuntur.
Cap. XVIII.

CVm tertiana cum rigore, quotidiana vero citra rigorem inuadat, quę ex his vtrisque constat, horrorem affert, qui rigore quidem est minor, & perfrictione certe maior: quę res coniunctis inter se extremis efficitur, ex quo fit, vt non immerito huic febri semitertianę nomen sit impositum. Duplici autem modo gignitur, vel enim duę accessiones in idem tempus concurrunt, vel statim ab initio ambę inter se commiscentur. Cum igitur tertiana superat, plus horroris accidit, eidemque in accessione nonnihil rigoris adiungitur: protinus vero hæc calidior est, atque ardentior: & aliquem bilis vomitū, vel excretionem, vel madorem inducit cum vero altera pituitosa superior est, tunc frigus partes extremas exercet, exiguique horrores sunt. quin ne siticulosi quidem sunt, neque æstu conflictantur. at cum pares sunt tertiana intermittens, & quotidiana continua; tum accessionis ingressus cum horrore accidit. cumque febris orta ex pituita excellit, contractiones pulsuum, horroresque fiunt; cū vero calidior præstat, subito incalescunt. atque ea quidem ex exquisita semitertiana, quæ ex pari mistione duarum febrium, tertianæ intermittentis, & quotidianæ continuæ exoritur. non exquisita uero maiorem biliosi, aut pituitosi humoris habet copiam.

De

De morbis publicis. Cap. XIX.

MOrbos publicos,communesque nominãt, qui multis simul accidunt:quorum ut origo, ita etiam est causa communis. Cibi igitur cõmunes praui,communes morbos pariunt:potio item aquæ uitiatæ,nimiæ ærumnæ,consueti labores omissi, inedia,repletio: dum fames uagatur,aut cum summa est annonæ uilitas: regionum quoque naturæ communes morbos inferunt,quę interdum palustres sunt, nonnunquam barathrum uicinum habent, quod exitiosum, prauumque uaporem exhalat,atque hæc quidem accidere continenter consueuerunt. Aer uero nos circunstans, qui tum calidior,quàm par est,tum siccior, tum frigidior,tum humidior effectus naturas nostras continuo mutat: in alias namque causas neque omnes simul incidimus, neque in eis totos dies versamur:at aer nos ambiens,& omnibus est foris circunfusus,& per inspirationem attrahitur: ergo necesse est corpora animantium pro aeris temperaturæ commutationibus affici. Hæc qui norit, non solum qui morbi in quaque cõstitutione futuri sint, præsagiet: sed etiam contrarium immoderati circunflui aeris temperaturis uictum instituens, ne fiant prohibebit. Corpora autem quæ morbo alicui ex propria intemperie uicina sunt,ea à simili circundantis nos aeris temperatura deprehenduntur:quę uero temperaturam cœlo contrariam sortita sunt, ea præter quàm quod ab aere non afficiuntur, fiunt meliora, cum tẽperatura cõtraria immoderationem corrigat: quod qui cognoscit, secundum ualetudinem tuebitur,contraria corporibus inducens,partim refrigerantibus; aquę perfusionibus refrigerans,itemque ocio,& alimentorum penuria,& potione largiore: calefaciens autem operimento,laboribus, cibo liberaliore,& quandoque parciore. Iam uero si quis pyram incendat; is non mediocriter aerẽ prius humidum, ad calidum, siccumq; permutauerit: quemadmodum aiunt Acronem Agrigentinum fecisse.

De pestilentia ex Ruffo. Cap. XX.

IN pestilentia terribilissima sunt omnia,: neque quicquam,ut in singulis morbis, occultatur: nam & deliria, & bilis uomitiones fiunt,& multi sudores erumpunt, & extrema algent,alui profluuia biliosa,tenuia,flatus plena urgent,urinę excernuntur aquosæ,tenues, biliosæ,nigræ,quæ mala habent subsidentia, quæque in eis innatant,pessima; sanguinis è naribus destillationes fiunt,pectus ęstuat,lingua torrida,siticulosaque, tristitia oboritur, itemque uigiliæ, conuulsionesque uiolentæ, & alia permulta praua,& exulcerantia: atque in pestilentia quidem aliquid quod terribile non sit, terribile, contraque quod alioqui terribile est,non terribile fiet. Si quis uero futuram pestem prospiciat,animum attendens ad anni tempora,quæ mala sunt, ad uitæ studia bonæ ualetudini minus conferentia, & ad cęterorum animalium interitum, cum hęc diligenter animo uoluerit, illud etiam debebit perpendere, qualis sit præsens temporis constitutio, qualis denique totus sit annus, quibus ex rebus uictus rationem optime sciet instituere: ueluti cum tempus siccum esse deberet, siquidem recte processisset, nunc humidum factũ sit, uictus ratione exsiccare necesse est,vt superuacaneus humor absumatur. Ventris quoque cura habenda est: quibus autem superior uenter pituitam continet, eos uomitibus euacuare:quibus sanguis redundat,uenam secare oportet: itemque purgatio per uiam,& cętere omnes ex toto corpore factę utiles sunt: si uero ægrotus ardore æstuet,flammaque ad pectus usque pertineat non ab re fuerit super pectus imponere refrigerantia,& frigidam offerre potionem, eamque non paulatim,siquidem magis incenderet, sed affatim, ut flammam restinguat: si uero ardor interiora occupat, extremaque algent,& summa cutis est frigida, præcordia tẽduntur, uẽter colliquationes partim sursum, partim deorsum mittit, uigiliæ urgent, deliria fiunt, lingua est aspera, iis calefacientibus opus est,ut calor per totum corpus diffundatur:& ut ab interioribus partibus ad exteriores trahatur,quacunque fieri ratione poterit enitendum.

De ijs, qui ob crudorum humorum copiam in syncopen cadunt. Cap. XXI.

FEbricitare quidam incipiunt, cum magnã crudorum humorum copiam ore uentriculi simul offenso congesserunt. His præcordia intumescunt,& os uentriculi in maiorem molem,quam secundum naturam sit,attollitur, colorque ad albidius, aquosiusque mutatur. quibusdam etiam nigrior efficitur. Nemini ex ijs sanguis mitti sine magna noxa solet, atqui uacuatione indiget.sed neque uenę sectionem,neque purgationem ferunt ut pote qui etiam sine his in syncopen derepente cadant: ergo frictione sunt curandi: per initia uero morbi incipiendum est, ac primum quidem à cruribus superne deorsum linteis modice asperioribus: deinde uero tota brachia superne deorsum fricare conuenit: ubi autem artus

tus ſatis calidi uidentur, & metus eſt, ne laſſitudinis ſenſus aliquis inuehatur, tum oleo relaxante utendum eſt, ab adſtringentibus uerò abſtinendum; ſi hyems ſit, etiam digerentibus, quale eſt ſicyonium, & chamæmelinum utemur: cum uero artus diu, multumque fricuerimus, oleum erit deinde abſtergendum, tum ad totam ſpinam accedendum, eaque ſimili modo perfricanda: deinde rurſus ad crura redeundum, ab iis accedendum iterum ad brachia, tum ad ſpinam, ita ut per totum diem ad hunc modum æger tractetur. Commodiſſima eſt his aqua mulſa, in qua coctum hyſſopum ſit: uerũ neque cibus, neque ſorbitio, neque aqua eis dãda eſt, neque permittendum, ut large bibant, ſed contenti ſint mulſa tribus primis diebus, ita deinceps fricando. Quod ſi robur mediocre ſit, neque recte ſit affecta aluus, audacter clyſtere vtitor: ſi uero impetus excrementorum maior, quàm oporteat, ad aluum feratur, principio mulſa magis coquenda eſt, quoniã ita minus ſubducit; ſin autem ſit citatior, ne tum quidẽ ſiſtatur, ſed aquæ mulſæ loco, ptiſſanæ cremor detur: ſi uero fluere pergat, ſorbitione ex alica nutries: ſi uero propter imbecillitatem uires collapſas eſſe ex pulſu cognouerimus, par erit panem ex uino diluto dare: ſi neque uentriculus, neque iecur inflammatione teneatur. quæ quidem ſi inflammatione urgeantur, cum plenum crudorum humorũ corpus ſit, deſperatus ægrotus eſt: ſi uero craſſos eſſe humores uideas, pro mulſa perpetuo oxymel dabis, ſique æſtas ſit, ægrotusque frigidæ potioni ſit aſſuetus, oxymel frigidum dabis, hyeme uero calidum. Balneum eſt his aduerſiſſimum: ſi uero quis te uocet ad eos, qui in ſyncopam iam inciderunt, cũ partes, de quibus mentionem modo feci, nõ ſint inflammatæ, panem exhibere modicum ex uino poteris, ſtatimque ad frictionem erit ueniendum, eaque, ut dictum eſt, vtendum. At quibus propter flauam bilem os uentriculi lędentem ſyncope accidit, eis potio frigida offerri debet; hæcque vinum tenue, antiquum, atque fuluum eſto.

De ijs, qui ob humores tenues ſyncopa tentantur. Cap. XXII.

QVi ob tenues humores in ſyncopen cadũt cõtra atque ii, de quibus ſupra diximus, curandi ſunt: hos paulatim continuo nutrimus, ſique iecur, aut ventriculus inflammatione vexetur, viribus iam languentibus, hi nulla curatione poſſunt releuari. In hiſce affectionibus cadaueris facies ſtatim apparet: eos igitur nutrire neceſſe eſt, eorumque cutẽ denſare non ſecus, quàm in ſuperioribus erat rarefacienda: frigidus aer eſt iis comparandus; vnguentis adſtringentibus vngendi; alimenta danda, quæ non admodum facile defluant: ergo panis, & ſorbitiones ex alica conueniẽt, itemque fugaces fructus auſteri, & qui difficiliter corrumpuntur: hique & per ſe, & vero etiam cum pane; danda etiam ſunt oua, & præſertim eorum vitelli, & cerebrum porcellorum, vinum autem dilutum ſtatim ſub initio poſt cibum ſumptum eſt eis neceſſarium.

De alijs cauſis, ex quibus ſyncopæ oriuntur. Cap. XXIII.

ALiæ porro cauſæ quatuor ſunt, ex quibus ſyncopæ fiunt, dolor vehemens, uigiliæ, immodica euacuatio, & interdum motio delirantiũ, ſi vis tu quintam adde, principiorum intemperiem, ac celerrima quidem pernicies ſubſequitur affecto corde, deinde cerebro, tũ breui, iecore.

De dolore. Cap. XXIIII.

DOlor igitur, qui ſtuporẽ affert, ex affectione frigida oritur, pulſans vero dolor magnæ inflammationis eſt proprius: ſi vero tanquam ab aculeo infixo, aut tanquam à terebro perforari putes, doloris ſpecies eſt craſſi inteſtini: pungens dolor in membranis verſatur, pertũdens vero vehemẽtiſſimis non heterocraniis ſolum, ſed etiam cephalæis accidit. Eſt hic dolor, cum à parte quæ primo loco affecta eſt, ceu à radice, ſtatim in uicinas partes perfertur. Diſtendentes ex utraque parte neruorum dolores ſunt, quia ad vtraque extrema nerui tenduntur; carent autem nerui doloribus in latum tendentibus; at membrana ſub cute ex porrecta tendẽtes, ſtupefaciẽtesque dolores inducit, quæ vero inter carnẽ inhęreſcũt earũ dolores veluti dilaniãtes ſunt; multę.n. ſunt, & inæqualiter inſertæ, quæ carnem amplectũtur; at earum quę oſſibus adiacent, profundi ſunt dolores, & ipſorum oſſium dolentium imaginem referunt. Cum igitur nulla doloris cauſa extrinſecus orta videatur, antecedens victus ratio perpendenda eſt: utrum in maiore otio quis uixerit, quàm conſueſſet, an plus cibi ingeſſerit, idque ex ualenti materia, an uero excretio aliqua conſueta retineatur, ſi quid horum, aut hæc omnia ſubeſſe uideãtur, doloris in cauſa eſt repletio. quo caſu hominem quam celerrime euacuabis. hac enim ratione tibi licebit, cum ſumma tutela remediis, in particulis dolore affectis uti, quæ fluxionẽ repellũt. Ergo ſi copia ſãguinis ſit, q̃ diſtẽdat, protinus incidẽda eſt magna uena, quę

partis

parti affectæ propinqua ſit. Si uitioſi humores ſolum uexent, eſt adhibenda purgatio. ſi vtrunque adſit, vtroque vacuationis genere vtendum ita, vt primum vena ſecetur. His peractis, ſi dolor perſeueret, planum eſt id quod dolorem inuehit. in affecta particula impactũ eſſe: conſtatque curationem ipſam in digerẽtibus medicamẽtis eſſe poſitam. Dolores quoque quos ſpiritus flatuoſus excitauit, curabimus: ſed in ijs magis extenuantibus cibis, potionibusque vtemur, & per ſedem iniectionibus, & irrorionibus, atque fomẽtis ipſum corpus ambiens rarefaciemus. Si vero tumor aliquis aut grauatus, aut contundens dolorem, creet, tumor ipſe curandus eſt. Sin humor erodens affligat, aduerſiſſima ei ſunt extenuantia, & calefacientia. anethum uero oleo incoctum dolorem lenit, ſomnumque conciliat. id quod viride potius, quam ſuccum facit.

De colliquatione. Cap. XXV.

CVm excernitur aliquid per ventrem, quod non ab eſculentis, & poculentis, ſed ex corpore procedit, humore in aluum confluente, qui ſimilis eſt ei flauæ bili, quæ continuo euomitur, & per ſeceſſum deiicitur, ab eaque differt tum fœditate odoris, tum quod deiectum excrementum magis rufum eſt, & habet craſſitudinem ſtrigmenti, & quandoque etiam olei, tunc caro pinguis, & recens compacta ab ardenti febre reſoluitur, & colliquatur. Si malum inueterarit, etiam aliquid ex ſolidis partibus liqueſcit. In hac pernicioſiſſima febri vtilis eſt potio frigidæ, quæ à fonte frigidiſſimo hauriatur. Eiuſmodi quoque eſſe debent cataplaſmata, & epithemata refrigerantia quæ ſuper thoracem, & præcordia imponantur. cibi etiam refrigerantes dandi ſunt.

De vigilijs in febribus, ex Galeno, Cap. XXVI.

CVm nimiis vigiliis ęgri torquentur, iis crura & brachia vinciri quo tempore ſomno ſe tradere conſueuerunt, & item excitari iubemus. eosque palpebras aperire & conniuere cogimus, donec abunde fatigati ſint. tum derepente vincula ſoluimus, lucernam auferimus, multamque quietem imperamus.

De ijſdem ex Herodoto. Cap. XXVII.

SI vero vehementius vigiliæ vrgeant, in acceſſionis remiſſione abluenda facies eſt nigrorum papauerum decocto. naribus autem admoueatur papaueris albi cortex toſtus & tritus. & mandragore radicis tantundem læuigabis, & cum vino ac roſaceo malagma conficies. Frontique imponendum eſt ſerpillum cum meliloto in paſſo decoctum. hoc in acceſſionibus etiam vtendum eſt. Vel trita papauera pane cum roſaceo, vel cerato excipimus, & adhibemus. Victus eſto quodammodo plenior. Sorbitionibus autem imponatur ſeminis papauerum alborum quantum tria impleat cochlearia. oleribus vero admiſceatur papaueris nigri, ſi folia ſint, quantum tribus digitis poſſis comprehendere, ſi ea non adſint, tria, quatuorve papauera ſicca ſimul in coquãtur. Si ne ita quidem ſomno corripiantur, liquore papaueris, aut ſucco mandragorę illinantur.

De graui ſopore qui cataphora dicitur ex Herodoto. Cap. XXVIII.

FAcies poſca, in qua lactis parum ſit adiectum, abſtergenda eſt, extremaque ſunt ualidis excipienda ligamentis. naribus quæ vim incidendi habeant, admoueantur. in remiſſiõnibus quæ ſternutamenta excitant, adhibeatur. ciborum vero materia ſit, quę incidendi, diuidendique uim habeat.

De canina appetentia. Cap. XXIX.

QVi appetitu, qui caninus appellatur, laborant, iis pro ſummo remedio uinũ dandum eſt ex eorum numero, quæ abunde calefaciunt. eiuſmodi ſunt quæ colore fulua, rubraque ſunt, & minime adſtringentia. ijs porro cum ad prandium accedunt, primum pinguia, mox alia omnia ex veteri oleo præparata, in quo nihil auſteri vel adſtringentis ex ſe inſit, offerenda ſunt. poſt hæc vinum, quod dixi, licet illi non ſitiant, dari iubeo; cũ enim id diutius fecerint, ipſe morbus ita ſedabitur

De cibi faſtidio. Cap. XXX.

SI vitioſi humores cibi faſtidiũ induxerint, iis cibos & potiones dare conuenit, qui ad eiuſmodi ſuccos vel per vomitum, vel per aluum excernendos, vel ad reddendos ſint accommodati. In quibus vero virium imbecillitas cibi faſtidium peperit, in iis quoniã omnes vires ex particulari intemperie ſunt infirmæ, ſpecies intemperiei ipſius eſt curanda contrariis.

De fame ingenti, quam bulimon nominant. Cap. XXXI.

QVi in itineribus aut aliàs, magna fame corripiuntur, reficiendi ſunt tum iis quæ

naribus

natibus admouentur, tum etiam carnibus su illis assatis, atque hœdinis: & ad summam, omnibus, quę nidorosum odorem referũt. Extremæ eorum partes deligandæ sunt, ipsique erigendi, maxillæ item pungendæ, & capilli, aut aures uellicandæ. Cum refecti fuerint, panem ex diluta uini potione, aut aliquid aliud, quod facile distribuatur, eis dabimus.

De siti immodica. Cap. XXXII.

SItim admodum longam ex siccitate, aut caliditate particularum, per quas humor ex ore in ventriculum importatur, oriri existimãdum est. Siccitatis autem remedium est somnus, vigiliæ vero caliditatis. Nonnulli vero ex vini potione sitibundi fiunt, & ex caliditate esculentorum. his remedio est frigida potio, sed qui siti quæ extingui non potest, enecti sunt, quemadmodum cibos vitiosos expetunt pro portione humoris vitiosi qui exuperat, ita etiam prauas potiones desiderant, ex quibus etiam mortui sunt. noui ego, qui viperas dipsadas comedissent, itemque alios, qui vino veteri se inebriassent, & item nauigantes quicunque ob aquæ potabilis inopiã, marinam bibere ausi essent, omnes interiisse.

De siti, Pilumen. Cap. XXXIII.

SItim, quæ in febribus oritur, lenire cõsueuit capitis irrigatio ex oleo frigidissimo, aut rosaceo desuper irrotato. Optime vero ad sitim facit nigræ lactucæ semen commanducatum, & radix quæ dulcis appellatur, & cucumeris semen etiam commanducatum, & in ore retentum.

Dioscoride catapotium adipson ad sitim lenien- dam. Cap. XXXIIII.

HAbet hoc catapotium, seminis cucumeris satiui drachmas octo. tragacãthæ drach. quatuor. tragacantha dissoluitur albo ouorũ crudorum recentium. cum dissoluta fuerit, contritam cęteris adiunge. cumque emollieris catapotia conficito; atque in vmbra exsiccato. ex ijs vnum sub lingua tenendum prębetur, vt dissolutus humor deglutiatur. Iam vero dilutum malorum cydoniorum, aut pirorũ, aut mespilorum, aut pãpinorũ vitis, aut mali granati liquorem, aut omphacii succum sorbeãt.

De nausea. Cap. XXXV.

CVm ęger absque cibi sumptione nausea tentatur, possumus, arbitror, ratione facile cõprehendere, ventriculum prauis humoribus vexari. nonnulli quidem vellicantur, sed cum humor in tunicis impactus sit, nihil vomũt. ergo pituitosi humores concoquendi sunt, seruando ægrum in quiete, inedia, & somno. tenuiores vero humores reiicit vomitus, qui nõnunquam ex ptissanę cremore, nõnunquã vero ex aqua mulsa fit excitus. Quicunque autem glutinosi & crassi sunt, attenuantia desiderant.

Ex Philumeno, quæ sit vomitioni bilis adhibenda curatio. Cap. XXXVI.

BIlem vomentibus applicandum est cataplasma ex palmulis, aut malicorio, aut galla vino incoctis, vel posca, pane simul dissoluto Acacia itidem, hypocystis, balaustiũ, & rhus cataplasmati adiungantur. Cucurbitula quoque cum largiore flamma affixa, magnopere adiuuat. Cibum sępe & paulatim dabimus. iis vero, qui atram bilem vomunt, & stomachus flatu est plenus, spongias, accerrimo madefactas aceto imponito. vel hederę folia in vino cocta adhibeto.

De singultu ex Galeno. Cap. XXXVI.

SIngultus oritur ex repletione, aut inanitione, aut acribus humoribus stomachum erodẽtibus. quibus vomitu reiectis singultus sedatur. Plerique autem sumpto medicamento, quod ex tribus piperis generibus cõstat, si statim vinum superbiberint, singultiunt. nonnulli vero cibo intus corrupto à singultu corripiuntur. Compertum ergo est, vomitum satis esse ad curandum eum singultum, quem repletio, aut morsus excitauit: cum vero, qui à frigore ortum ducat, calore finiri. Cum autẽ ex humorum repletione singultus oritur, violenta euacuatione indiget, quę sternutamento prębtatur, at singultus ab inanitione obortos sternutamentum non sanat. si ngultientibus autem ruta cum vino, vel calamintha, vel nardum celticam datur.

Quæ curatio sit linguę asperę adhibenda. Cap. XXXVII.

LInguę asperitas humectanda est decocto seminis lini in os laborantis dato. melius autẽ facit si mixa cum lini semine coquamus, ac digito in hunc succum intincto linguam confricatam, aqua pura abluamus. vel spongia abstergamus, deinde rosaceo illinamus. Atque etiam ipsum rosaceum melli admistum in id vehementer efficax est. itemque portulacę succus in ore retentus, & rhu obsoniorum mulsę commistum. Egregie qoque faciunt dama

sce-

ſcenorum, & mixarum oſſa in ore detenta, necnon & lactucę cauliculus.

Curatio exulcerationis, quæ circa os ſacrum exoritur. Cap. XXXIX.

CVm locus incipit rubeſcere, circulum iuſtæ magnitudinis ex lana eidem ſubiiciemus: deinde roſaceum, aut myrtinum ceratũ conficiemus, quod argenti ſpumam, aut ceruſſam habeat, & imponemus. Exorta vero inflammatione cataplaſma ex pane cum ſolano, aut herba ſanguinali, aut plantagine, aut tenera braſſica admouetur: ſi vlceratio paſcẽdo ſerpat, lenticula cum malicorio illinenda erit.

De animę defectione ex inanitionibus. Cap. XL.

CVm propter euacuationes anima deficit, iis, aqua aſpergenda eſt, nares apprehendendę, os ventriculi confricandum, vomitus imperandus, quin etiam brachia, & crura ligan da ſunt: ligamentaque plura, & uehementiora eſſe debent. atque à ſuperioribus partibus ad inferiores, & ab inferioribus ad ſuperiores pertinere. Diſſolutiones porro ex ſubitis euacuationibus ortas vinum frigida temperatum curat, ſi nihil, ipſum dari, vetet. Balnea ad defluxiones in ventriculum ſunt accõmodata vel maxime: ſed ſanguinis profluuia vehementer proritant; iis preterea qui propter nimiam ſudoris copiam reſoluuntur, inſenſiſſima ſunt: quandoquidem eorum cutis non laxanda, ſed refrigeranda, atque adſtringẽda eſt: iisque pręcipue frigidum vinum dare conuenit.

Si anima deficiat ob plenitudinem. Cap. XLI.

QVi ob plenitudinem animo deſtituuntur, iis confricandi ſunt artus, calefaciendique, ac vinciendi a vino ciboque abſtinendi; itemq; à balneo, ſi febrem habeant. iis ſatis eſt potio mulſę, in qua uel thymum, vel origanum: eiſdem quoque oxymel eſt idoneum.

Curatio ad ſanguinis deſtillationem. Cap. XLII.

QVia deſtillatio, quę ex contuſione, vel dẽſitate euenit, totius corporis, aut capitis redantiam indicat, largior autem excretio poteſt redundantiam minuere, atque laxare, conſentaneum eſt, ipſam inde moliri, vnde natura initium mouendi ſumpſerit; accommodatius enim inde, quàm aliunde ducitur. Cum hęc mecum ipſe reputarem, non veritus ſum in quartanarum deſtillationibus ſcalpello, vt eſt in more poſitum, vaſa quæ in naribus ſunt uulnerare: qua quidem in re non exiguo ſanguinis fluore contentum eſſe, ſed detrahere pro viribus oportet.

N O N I I

De febribus liber.

De febrium differentia. Cap. I.

QVOD igitur febris permutatio quædã caloris natiui in corde fit, omnibus incõfesso est, ob hoc itaque illius affectibus quoque annumerari debet. Sed dicamus prius, quid sit febris. Febris est calor preter naturam, quæ à corde ad singulas corporis partes fertur. Eius autem differentiæ sunt multæ.

De febribus diarijs & multorum dierum. Cap. II.

DIaria febris facile soluitur. Diem enim tan tũ durat, fit ex ira, mœstitia, lassitudine, curis, solis æstu, & id genus aliis. Vnde & vrinæ illorum secundum naturam habent. Curantur cum à tertio die in balneum ducuntur, & oleo inunguntur, & à lotione cibum capiunt, & ad operationes consuetas ablegantur. Fit interdum, vt non vnum tantũ diẽ, sed ad tertium & quartum duret, & tum dicitur multorum dierum febris. Causam vero & curandi rationem eandem habet.

De febre continenti & continua. Cap. II.

FEbris continẽs est, quę nullũ hẽt caloris interuallũ, sed remissionẽ tantũ & inclinationẽ in vigore accessionũ. Continua vero quę nullam prorsus habet quietem. Huius tres sunt species. Alias. n. calor par, suiq; similis toto febris decursu manet, & synochus agmastica dicitur, vel calor continuo incremento inualescit, & epagmastica, id est, increscẽs vocatur vel statim à summo vigore incipit, & sensim minuitur, dum finem integrum habet, & fit synochus paragmastica. In vniuersum vero & continuæ & continentes febres fiunt, cum materia intra vasa vel putrescit, vel efferuescit, & in singulis ferè. maximè vero continuis sanguinem mittere oportet, & cibis frigidis & humidis nutrire, vt lactuca, ĩtybo, & similibus, & frigidam offerre, nisi præcordia malè fuerint affecta. Extrinsecus vero inungere aliquo ex medicamentis, quæ febrem cessare faciunt, vt Amaranthi succo, vel solani, vel cucurbitæ syluestris, & similibus. Præcordiis vero cataplasmata adhibere, ex semine lini, psylio, althea, chamæmelo, senecione, portulaca & solano, aut lenticula aquæ cum ouo, & quæcunque his sunt similia.

De febre tertiana. Cap. IIII.

TErtiana febris est intermittens, quæ altero die accedit. Fit ex flaua bile, extra vasa putrescente, & cũ rigore inuadit, terminatur uero sudore. Hanc quoque subsequuntur bilis vomitio, deiectiones ventris cum impetu biliosæ & vrinæ acres: spacium vero maximum accessionis duodecim horarum est, & tum desinit. His victus humidus & frigidus salubris est, & aquæ potio, & quod in ventriculum cõfluit biliosum, id uomitionibus, vel infra clysteriis mollibus euocari dẽt. Vrina verò potionibus, in quibus apium, & anethũ maduerunt, exhibitis, & absynthio etiam, sunt etiã in balneum aquarum potabilium ducẽdi. Et si qui balneis admodum gaudent, eos etiam si bis die laueris, haud peccabis.

De tertiana spuria. Cap. V.

IN febre porrò tertiana spuria non interinitia, sed cum signa coctionis apparuerint, lauari debent, & si sanguinis mittẽdi necessitas inciderit, neq; illud prætermitti. Victu vero vti oportet non refrigerante, tantum, vt in tertiana exquisita dictum fuit, sed qui magis incidat, quemadmodum cremore ptisanæ pipere iniecto, vel hyssopo, vel origano, vel spica nardi. Dare item quæ vrinas mouent, vt decoctum apii vel fœniculi, vel capilli veneris, & post septimum acetum mulsum etiam, & absynthium. Moram vero trahentibus conducit à cibo vomitus & per aluum purgatio.

De quartana. Cap. VI.

QVartana febris intermittens est, & singulo quoque biduo inuadit. Fit ex humore melancholico, extra vasa putrescente. Accessio rigorem obtinet, pulsus rari sunt, vrinæ tenues, & albæ vel nigræ, subsidẽtia crassa, pręterea lien quoque in his malè habet, & inter initia nec medicamentum trahens exhibendum,

dũ,nec euacuatio tẽtanda eſt.Quod ſi ſanguis exuperat,tum venam incidere,& optimũ cibum offerre oportet,& aluum emollire Epithymi & pulegii decocto, & triduo integro medicamentum,quod ex triplici pipere conſtat,& quod Dioſpolites appellatur,vel piper ſolum ex aqua tepida ſumere,ante acceſſionẽ Vti prçterea medicamentis quç vrinam mouẽt,quale eſt apium,aſarum,capillus veneris. Viſceri vero proſpiciendum malagmate, qua le eſt copton,& quod aureũ dicitur, & polyarchiõ.Vbi vero coctionis notç eppáruerint. eam quç ex ſulphure conſtat,& muſç antidotum,prius tamen per ſedẽ atra bile euacuata, & theriacam nouiſſimè,& medicamẽtum ex liquore cyrenaico,exhibere,& ſalſamentis ac ſinapi in cibo vti oportet.Eſt enim hic morbus longus quidem ,ſed neminem iugulat.

De febre quotidiana. *Cap. VII.*

QVotidiana febris & ipſa intermittens eſt , quç quotidie inuadit,ſed acceſſio ultra horarum octodecim ſpacium non extẽditur. Fit ex pituita putreſcente extra vaſa, ſed maximè cum ventriculus non ritè ſuo munere fungitur.In acceſſione porrò extrema frigus occupat,ſine horrore tamen,cum pituitç vomitu, vrinis tenuibus,albis craſſis & turbidis pueris & mulieribus , ut plurimum accidere ſolet.His inter initia acetum mulſum dandũ, & medicamentis quç vrinam eliciunt, quale eſt apium,aſarum,capillus veneris , vtendum erit. Acetum mulſum deinde cum radicula in cibo offerendum,& vomitus imperandus erit.Denique purgatio molienda per colocynthidem & agaricum,ſeu ea quç pituitã è corpore educunt. Victus ratio ex extenuantibus quale eſt cyminum,piper,& id genus alia conſtet.ventriculi quoque orificii curã habere oportet,& cataplaſmatis & emplaſtris , & reliquis ducentibus.

De ſemitertiana. *Cap. VIII.*

SEmitertiana febris cõpoſita eſt tertiana intermittente & quotidiana cõtinua, putreſcẽtibus & bile & pituita.Itaq; curãdi rõnẽ quoque compoſitam eſſe oportet. Si.n.pituita ſit ſuperior , præſidiis maximè vtemur, quæ in quotidiana expoſuimus,ſinautem flaua bilis, iis quæ in tertiana compræhenſa ſunt, in totum ei quod vrget incumbentes.

De peſte ſeu peſtilente febre. *Cap. IX.*

HVius febris origo ex prauis,& uitioſi ſucci alimentis eſt, vel aquis eiuſmodi, quandoque etiam ex euaporatione peſtifera,ut è locis paludoſis,& quç barathrum vicinũ hẽt, nonnunquam ex aere, vt cum intemperiẽ prç ter naturam acquirit, vel frigidiorem,vel ſicciorẽ,vel calidiorem, vel humidiorẽ, & in ſpiratu ad cor defertur,& ita peſtẽ excitat,in his ventris per clyſteres habẽda rõ eſt.ſi ſuperior ventriculus pituitam continet , vomitu euacuare,ſin vero ſanguis exuperat, venã incidere oportet.Quæ per vrinam quoque fit purgatio,ſalubris eſt.In perurentibus aũt febribus,frigidam quoque offerre, non per interualla,ſed confertim & copioſè, vt feruor extinguatur oportet.Mulſam deniquè in potu dare,vel ptiſanæ cremorem cum cnici ſemine, vel bolum armenam,uel laxuli lapidem.

De febribus hecticis. *Cap. X.*

TRes harum ſunt differentiæ,vna.n.à marcore maraſmos græcis appellatur,altera in totum conſumpta & torrefacta dicitur. Hoc ãt proprium hẽnt hæ febres, vt à cibo caloris incrementum habeant,perinde ac in calce vide re eſt,iniecta.n in eã aqua,calor in ea reconditus,ſeu deliteſcens ebullit,ſeu efferueſcit. Hos itaque lauare , & in frigida immergere, & hanc ipſam quandoque in potu dare opor tet,cum uidelicet nulla pars,imbecilla eſt,uel corpus admodum extenuatum.Lac præterea muliebre,vel aſininũ ſumere,corpus vero inũgere & roſaceo,& id genus alis.

De uigilijs in febribus. *Cap. XI.*

AT vero eorũ, qui immodicis torquẽtur uigiliis,crura & manus deligare oportet, eo potiſſimũ tẽpore,cũ ad ſomnũ conuerti ſolent , & pedes fricare,icipiẽdo ſurſum ab humeris, & deſcendẽdo deorſum . Inde ſubitò vincula ſoluimus,lucernamq; tollimus,& ſilẽtiũ ſummum imperamus.Perſeuerantibus uero uigiliis & modum ferè excedentibus faciẽ decocto papaueris calicum irrigamus, uel aqua & pedes & manus & faciẽ perfundimus. Vel mãdragorç ſucco faciem illinimus, uel opio , uel paſtillo panchreſto,uel qui ex ſeminibus conſtat.Huc facit & papaueris ſemen & ocymi, uel caput oleo quod ex mandragora, conſtat, inungimus, vel oxyrhodino . Aquam præterea ſorbendam damus,& quod ex papaueris calicibus cõſtat,decoctum. Aliud,quod ſomnum prouocat unguentum.Ladani,opii,ſingulorum pares portiones,tritæ & fronti inductæ.Aliud. Apii ſemen, opium,mandragorç ſuccum terito,& cum eo inungito.

De

De graui sopore, qui cataphora Græcis dicitur. Cap. XII.

EOrum vero qui in graue somnum sunt delapsi, faciem posca tepida cum spongia fouere, & summas corporis partes validè ligare, & pulegium cum aceto, vel hyssopum vel origanum odorari oportet. Cucurbitulas denique præcordiis & spinæ admouere, & in accessionum remissione, ea quæ sternutamenta mouent, & cibũ incidẽdi facultate pditũ offerre.

Curatio doloris capitis in febribus. Cap. 13.

SI capitis dolor in febribus affligit, post conuenientem febrium uacuationem, in accessionum declinationibus, caput inungi debet oleo acerbo, uel rosa. cum aceto, æstate quidem & cum febris ardens est, frigidis, hyeme uero calidis. incoquatur etiam oleo serpyllum, uel papaueris capita, uel peucedanum. Aestate ēt in oleum iniiciatur sanguinalis herbæ, quam polygonon Græci uocant, succus, uel cucurbitæ syluestris. Fronti uero conueniunt cataplasmata ex pane, polygono, ocymo, scorpioides, papaueris capitibus, rosis, farina hordeacea, cum psylio uel liquore cyrenaico.

De his quæ visceribus imponi solent. Cap. XIIII.

QVod si itaque stomachus imbecillis fuerit, iis, quæ robur ipsi addere possunt, oblinetur, è quorum numero sunt, palmulæ, rosæ, crocus, œnanthe, absynthium, melilotũ, mastice, aloe, cyperus, uinum & polenta. Irrigabitur autem & inungetur oleis ex absynthio, melino, masticino. Quod si ardorem quoq; patiantur uiscera, aliquod ex refrigerantibus miscere oportet, cucurbitæ nimirum succum uel lactucæ, uel portulacæ, uel solani, uel cichorii. Si uero inflãmationi aliquid uel scyrrho simile apparuerit, aspersionibus oleũ chamæmelinum, cyprinum, anethynum, gallinæ item seu anseris adipes, adiungendi sunt. Cataplasmatis autem, lini semen, fœnugræci, altheæ, chamæmelorum flos, melilotũ, psylliũ, palmulæ, rosæ, absynthium.

Quæ sudorem mouent. Cap. XV.

NItrum cum oleo chamæmelino illitum, uel pastillus Heliacus eodem modo adhibitus

Ad intempestiuos sudores coercendos. Cap. XVI.

AEr frigidior & euẽtilatio. Totum uero corpus myrtheo oleo perũgitur, uel acerbo, vel lentiscino. Inspergatur præterea myrrhus in pollynem redacta, uel galla, uel piceæ cortex, cortex, uel posca frigida per spongiam adhibeatur.

FINIS

CL. GALENI PERGAMENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBER PRIMVS,

INTERPRETE LAVRENTIO LAVRENTIANO FLORENTINO.

Quænam ſint febrium differentiæ principales, & quòd eſſentia febrium ſit in genere caloris præter naturam. **Cap. I.**

DIFFERENTIAE febriũ, maximè quidem propriæ,ac principales, ſecundũ earum ſubſtantiã ſunt: aliæ verò ſecundum aliquod accidens. Quoniam verò & ipſorum accidentium non una eſt natura, ſed alia quidem propinquiora,magisq; propria diuidendæ ſubſtantiæ ſunt: alia verò remotiora, ac magis aliena; idcirco & earum, quæ hinc ſumuntur differentiarum minimè vnum genus eſt.Itaque maximè quidem peccant,quicunque differentias proprias, ac maximè principales omittunt. Deinde verò,quicunque mentione harum facta permiſcent cum eis differentias accidentales æqualiter omnes, minimè diſcernẽtes vtiles ab inutilibus. Non ſolùm autem peccarunt plærique medicorum in ipſis differentiarum generibus, aut plures quàm oporteret tradendo, vt inutilium quoque meminerint: aut pauciores, vt nonnullas etiam vtiles omiſerint: ſed etiam diuidendo genera ipſa in proprias differentias, ſimiliter errarunt. Ne longius abeas, cũ primùm,ac maximè proprium differentiarum genus, ab ipſa diuidendæ rei ſubſtantia ſumatur;videas tamen nonnullos medicos prætermiſiſſe vniuerſum hoc genus, alios verò diuidendo plura, quàm opus eſſet ſtatuiſſe, aut in primis ſubſtitiſſe: tametſi Hippocrates optimè faceret diuiſionem libro ſexto Epidemion. Dictio autem habet in hunc modum. Febres, hæ quidem manu ſunt mordaces, illæ verò mites: quædam autem non mordaces, ſed increſcentes: nonnullæ acutæ, ſed ab ipſa manu deuictæ: quædam ſtatim ardentes: quædam verò ſemper debiles, ſiccæ: aliæ ſalſæ, aliæ inflatæ, aſpectu graues, aliæ ad manum humidæ, aliæ rubicundæ valde, aliæ liuidæ, aliæ præpallidæ, & aliæ iſtiuſmodi. Apertiſsimè etiam hoc loco ab ipſa rei ſubſtantia, ſimulque ab ipſa dignotione in proprias differentias fecit diuiſionem: nam eſſentia quidem febrium eſt in genere caloris præter naturam. Differentiæ uerò caloris, & ex eo quòd maioris minoriſque rationem admittat, ſumuntur, & ab ipſa materia, in qua calor ille præter naturam exiſtit, & ab ipſo mouendi modo: quas omnes complicans, cum digno ſcendarum earum ratione ſcripſit, quemadmodum procedente ſermone docebimus. Porrò autem quæ à maioris, minoriſque ratione ducuntur, ſunt manifeſtæ: & in hoc genere differentiæ medicis mos eſt magnam, ac paruam febrem nominare. verùm impropriè quidem de rei qualitate quantitatis vocabulum enunciant: ſed ita facere conſueuerunt, non in febre ſolùm, ſed in alijs ſexcentis, quæ in qualitate quidem ipſa eſſentiam habent, cæterum magna, paruaq; nominantur. Quę uerò differentiæ à materia ſumuntur, in qua calor ille præter naturam conſiſtit, maximè propriæ caloris præter naturam differentiæ ſunt: ſiue corpus ipſum cordis præhenderit, ſiue humores conditos in ipſius ventriculis. Reliqua autem ac tertia differentia eſt, ubi aerea ſubſtantia ſola admodùm incaluit, humida verò ac ſolida corpora adhuc quidem incaleſcunt, ſed nondum incaluerunt. Non enim parùm differt, incaleſcere aliquid dicas, an incaluiſſe. Sed diſcas euidentiſsimè, id quod dicitur, ex his exemplis. Finge aquam calidam inditam lebeti frigido, deinde ab ea ipſa aqua calefieri contactu ipſius lebetis corpus, nondum autem totum exquiſitè incaluiſſe. & rurſus finge in calidum atque ignitum lebetem frigidam aquam inditam, deinde calefieri quidem adhuc, nondum aũt incaluiſſe. Ex his exemplis, cum ſecũdo quidẽ prima febrium differentia ſimilitudinem habet, quas corpus ipſum cordis præhendiſſe docuimus: cum primo autem, ſecunda, quas conditos in ventriculis hu-

mores occupasse diximus. Reliqua autem ac tertia differentia exemplum omnino simile nō habet: sed claritatis causa, finge fabrilem follem trahere ad se aerem admodum calidum: deinde calefieri adhuc ab eo, nondum autem incaluisse. Sed exemplum magis indicabit rei declarandæ naturam, si finxeris, in folle contineri humorem: atq; adhuc magis, si foramina follis per quæ trahit atq; emittit aerem, ita angusta effeceris, ut humori quidem inuia, aeri uerò peruia sint. Qua sanè in re potissimum dissident naturæ opera ab his quæ homines ipsi efficiunt. Etenim substantia aerea permixta cum sanguine est in omnibus arterijs, per multa foramina pariter spirantibus: ac nihilominus in ipso corde, vt quæ per eas omnes confluat.

Calorem accendi interdum in spiritibus, interdum in humoribus, interdum in partibus animalis solidis, qui Hippocrates continentia nominauit.
Cap. II.

HIc ergo calor præter naturam, quem appellamus febrem: aliàs ex alio de prædictis incipit. Occupat autem ac simul afficit cum eo quod affectum est, reliqua duo genera. Facillimè ergo calor ex humoribus ad spiritum transmeat: humores autem tardiùs ignem concipiunt à succenso spiritu: atque etiam solidum corpus promptius tribuit calorem humoribus aeriæque substantiæ, quàm ipsum ab illis accipiat: omnis enim substantia tenuis faciliùs quàm crassa alteratur. Tenuissimus autem aer, crassissima autem corpora solida sunt: humores medio genere ambigunt. Nec quicquàm refert præsenti loco, spiritum vel aerem appellare. nam de his alibi fusiùs diffinitum iam est. Nunc verò sufficiet illud tantūmodo scire, quod (puto) Hippocrates indicans dixit, Continentia, ac contenta, & impetum facientia. Continentia quidem appellās, ipsas corporis partes solidas: cōtenta autem, humores: impetum verò facientia, spiritus. Febrilis. n. dispositio aliàs ex alio de prædictis incipit: uerùm in eo genere quod primum affectum est minimè permanet, sed occupat reliqua duo: ac nisi priùs soluatur, processu temporis illa similiter afficit, atq; hęc summa sermonis est. Sed oportet ea quæ dicta sunt, demonstrare, notasque vniuscuiusq; generis febriū percurrere. Statim itaq; de generatione earum dicere aliquid opus est.

Quonam modo febris ephemera, id est, diaria ex caussis primitiuis atque euidentibus præhendat, qualis empiricorum qualis rationalium via sit ad inuentionem, quæ quoniam partim experientia partim ratione perficiatur, sine methodis logicis esse non potest. Ex suppositione paulatim ad genus febrium descendit, & hoc ex materia diuidit.
Cap. III.

EX lassitudine ergo, ira, mœrore, ustione, frigore, insomnio, cruditate, temulentia, ac satietate, quosdam febricitare cunctis hominibus perspicuum est, ab ipsa rei euidentia edoctis. Quinetiam pestilentem aeris conditionem afferre febrem, minimè ignorant, quicūq; intellectu participant: quemadmodùm & uersari cum his qui peste laborant, periculosum esse. Affici enim periculum est, quasi à scabie quadam aut ophthalmia. Periculosum pręterea est, consuescere his qui tabe tenentur, atq; in totum cum omnibus qui putridum adeò expirant, ut domicilia, in quibus decumbunt, grauiter oleant. Constat prætereà ex longo rerum vsu, ut qui consuetudinem exercitationis omiserint, ut alijs multis morbis, ità nihilominùs febrilibus corripiantur. Et item, ut quæ uocatur plethora generet febres, atque etiam praui cibi, ac medicamenta, & æstus circa Canis sydeRis ortum: & alia huiusmodi cunctis hominibus (ut ita dixerim) perspicuum est. Quę uerò ab ipsis in corporibus nostris fiat affectio ex qua febricitamus, minimè sciunt, neque plerịq; hominum, neque quidem medicorum. Duplex autem genus ignorantium talia est: alterū quidem, quòd ipsa experientia tantummodò nititur, tanquàm nulla rei cuiusquàm natura, ratione possit inuestigari. Alterum autem genus est eorum qui sapientes quidem videntur, sed cùm ignorent æquè quàm priores, scientiæ tamen habent existimationem. Ignorare autem eo contingit, quia nullam habent in methodis logicis exercitationem, ex quibus cognoscuntur ac discernuntur à demonstratiuis sumptionibus uerisimilia quidem, sed quę nihil veri aut inuenire aut demonstrare possunt. Huic autem inscitiæ insolentia accessit, ob quam nōnulli ex eis in tantam audaciam atque amentiam deuenerunt, ut nec ea quæ omnes homines cognoscunt, experientiā ipsa edocti, febrium causas esse concedant. De quibus cū libro de causis procatarcticis abundè docuerim, nihil opus est hoc loco mentionem facere temerariæ loquacitatis eorum. Neque enim contradicere, neque soluere sophismata hoc libro institui: sed instituere ac docere, subijciendo ea quæ alibi à nobis sunt demonstrata, ac docendo differentias febrium. Subijciunt ergo, caliditatem, frigiditatem, siccitatem, atq; humiditatem esse elementa corporum, ac fieri primas ægritudines ex intemperie horum, è quibus vna febris existit, quoties calor quidā præter naturā in corde extiterit. Differentiæ aūt secundum genus caloris, de quibus præsens sermo tractat, ab ipsa materierum genere triplicium differentia ducuntur, suscipientium igneā caliditatē. Aut. n. in ipso corpore cordis, aut

aut in humoribus prima ipsa accenditur,ut dicebamus,aut in spiritu. Præueniunt autem omniũ febrium constitutionem nonnullæ causæ omnibus manifestæ, de quibus paulò antè docuimus,ex quarum obseruatione empiricus quidẽ medicus ad curationem nonnihil iuuatur. Rationalis verò ad ipsam rei naturam accedens, per indicationes ab illa in futurorum præsensionem atque inuentionem curationis, iuuatur: utens omnibus quidem experientiâ ipsa inuentis, adijciens autem ipsis multa ex docendi via rationali. Quæ ergo sint per utrãq; partem inuenta (experimentum intelligo ac rationem) alio loco docuimus.Quę uerò dispositio ab vnaquaq; causa procatarctica in corpore consistat accendens febrem,nunc docere instituimus.

Multas esse causas caloris præter naturam,ex quibus gignitur febris,quoties suscipientia corpora promptè se habeant ad continendam diutius caliditatem. Cap. IIII.

CVm ergo videamus non unum modum, neque generationis,neque auctionis caliditatis (quando nec ipsius quidem ignis modus unus est) sed gignitur aut propter motum,aut propter putrefactionem, aut quia alteri caliditati consuescit, aut propter suppresionem calidi effluuij, aut propter permixtionem calidæ substantiæ, tanquàm de fonte quodam ebullientis, aut genitæ,scilicet ad nostrum sensum,aut augentis caliditatem: necesse est omnes febrium causas in prædictos modos reuocari: qualis si lubet æstus est, siue ex ipso sole actio talem habeat appellationem,siue affectio quæ in corpore efficitur, siue ea quæ iam effecta est. Nam & ea ipsa calor est præter naturã: nondum tamen febris,nisi cor ipsum concalefecerit. Sanè totum hoc genus causæ ex consuetudine efficitur rei calefacientis, siue sol, siue ignis,siue medicamentum fuerit id quod calefacit,extrinsecus quum aut attingit,aut propiùs accedit aut consuescit,uel quouis alio modo libeat appellare. At uero ita quasi ebullitio quædam ac motus vehemens est irascibilis facultatis quæ in ipso corpore cordis sedẽ habet. Con calescit autem interdum cum ea spiritus, atque interdum sanguis. & si promptè se habeant suscipientia corpora ad continendum diutiùs caliditatem: quamuis ipsius cordis motus destiterit, hæc permanent calida præter naturam, tuncq; febricitare hominem necesse est.Hæc ergo febris principium habet,motum atque ebullitionem natiuæ caliditatis. Febris autem quæ ex mœrore consistit, non etiam ebullitionem, sed motum tantummodò principium habet.Si autem ex lassitudine efficiatur, principium quidem habet motum ampliorẽ musculorum, ac neruorum, & ligamentorum, & articulorum, quæ quidem prima calefiunt: calor autem continenter cordi distribuitur, ac tunc febricitant. Vbi verò febris propter densitatem cutis accenditur, qualis maximè astrictis refrigeratisque fieri solet: collecto in corpore mordaci effluuio consistit. Difflantur enim semper animaliũ corpora duobus modis, emissis foras quotidie vaporosis,fumosisque excrementis:attracta autem intrò aerea substantia refrigerante, atque ventilante naturalem caliditatem. Vbi igitur fortis causa condensando cutem prædictos meatus astringat,sæpe plethoram inducit, quoties uaporosa ac benigna materia affluit: interdũ febrem committit,quoties acris ac mordax fuerit. Idque maximè quum ex eo augetur calor,quia refrigerans aer intra corpus non trahitur. Excernitur autem excrementum acre ac mordax aut ijs qui sunt naturã malis humoribus pleni,aut ijs qui malos cibos ingesserũt, aut sæpe non bene cõcoxerunt, præsertimq; ijs qui præterquam ꝙ cibis dictis vescuntur, etiam limosam,aut lutosam,aut cęnosam,aut palustrẽ, aut stagnantem, aut alio quouis modo corruptam & putrefactam aquam bibunt. Eodẽ modo euenit,ubi immoderatè laborent, aut uigilent, aut angore afficiantur, aut acria medicamenta frequenter ingesserint. Cibos autem malos intelligo,& qui ex natura tales sunt,ut allia, cępe,nasturtium,porrum,brassica,ocymum,urtica: & alij quicunque nominantur agrestes, ut lapsanæ apud nos: atq; etiam qui boni sunt ex natura; sed ob putredinem quandam pręductis æquale,aut maius sæpenumerò vitium acceperunt,ut ordeũ ac triticum,& alię oẽs fruges:partim ob temporis longitudinem ad putridam dispositionẽ deductæ: partim situ quodam repletæ,quia prauè reposite sunt: partim ex prima generatione ab ipsa rubigine vitiatæ. Tales igitur cibos etiam nunc pleriq; comedere coacti præ fame,uel febribus putridis ac pestilẽtibus mortui sunt,uel pustulis scabiosis aut leprosis correpti.Vbi igitur corpus fuerit plenũ talibus humoribus, nulla autem obstructio in visceribus fuerit, atque animal in cute tota liberè difflatur ac refrigeretur, sanum quidem existit: sed breuem,lubricamque obtinet sanitatem. Vbi verò exterior terminus aut astringatur,aut in profundo meatus obstruatur: si adstringatur, nunc dictum febrium genus,si oppiletur,id quod paulòpòst dicendum est,consistit. Nihil igitur mirum videri debet,si ex cruditate,hi quidẽ febricitent: illi nihil eiusmodi patiantur. Etenim ijs qui malis iã humoribus pleni sunt, ac male difflantur,aut intẽpestiuè laborant,aut lauãtur temerè, promptũ est febricitare. Ijs aũt qui bonis sunt pleni humoribus,ac probè difflãtur, & quiescunt,ac fouent ad iecur & uẽtriculũ attinentes

B 2 partes,

partes,impofsibile eft febricitare (in iecore. n. ac ventre manet quicquid corruptum eft, ac tẽporis fpacio paulatim cõcoquitur atq; efficitur benignum.) Quemadmodum & ijs qui motus fortiores fuftinuerint, aut in fole æftiuo ftetерint,aut in balneum calidum dulcium aquarum defcenderint,cibi corrupti in vniuerfum corporis habitũ transfumuntur:fic eos quibus corrupta cibaria deorfum deferuntur, febris minimè fequitur nifi propter aliquam aliã caufam : ut fi fæpenumero furgẽdo in lafsitudinẽ inciderint, aut ventrem ipfum inflammatio tentauerit.

Ex putredine accendi febrem,cuius caufa eft obftructio : ac potißimum putrefcere,quæcunque calida atque humida funt. Cap. V.

CAETERVM fi meatus obftruantur atque humores ftipentur (nam de ea re docere diftuli) animalia putridis febribus tentantur. Promptifsimè enim putrefcunt,quæcunque calida & humida,& multa funt in locis calidis,nifi difflentur ac refrigerentur. Ergo neq; mirum uideri debet,quamobrem febres fequantur plethoram : quoniam per eiufmodi difpofitiones multæ obftructiones efficiuntur, ac totũ corpus difficulter difflatur. Igitur ex plenitudine quæ eft ad ipfas vires,humore ipfi citò corrũpuntur,neq; euicti,nec concocti,probe : quippe ꝙ vires cõficientes eos,debiliores exiftant.Quo circa quæcunq; cibaria glutinofa craffaq; funt, morbos committere magis poffunt. obftruere enim atq; ftipare humorem ex illis facilius eft. Sed nonne contrarias. f. extenuantia & acria, morbos committere poffunt? Videntur. n. qui alterutro victus genere frequentiùs vtuntur, febre fimiliter præhendi : quia hæc omnia (ut antè diximus) malos humores gignere affolent. Hæc ergo,ratione ea quòd malos humores gignũt,febrium caufa funt : alia verò ratione putredinis,quæcunque glutinofa,craffaq; exiftũt. Nec fecus partes inflammatione affectæ ratione putredinis accendunt febrem.Impactus.n.in eas q, influxit humor,vbi fuerit naturâ calidus, quia nõ benè difflatur,putrefcit.Vbi igitur decurrens humor fuerit planè biliofus,caliditas facro igni fubfimilis occupat partem. vbi fanguineus inflammationi fubfimilis,ex ambobus uerò miftus,uel eryfipelas fit phlegmonodes, vel phlegmone eryfipelatodes : nomen quidem fumens ab humore dominante,denominationem uerò accipiens ab altero. At uerò ex his omnibus accẽditur febris,ratione focietatis. Semper enim fimul cum eo quod incaluit, pars cõtinua calefit,quoufque affectio ad cor ipfum peruenerit. Nam & continuè carbunculis partes cum eis fimul calefiunt,genitis ex fanguine perquàm calido, fed magis melancholico propter aduftionem.

Peftilentis febris caufam effe infpirationem, potißimum quoties corpus in eam difpofitionẽ fit præparatum,quoniam maxima pars generationis morborum eft corporis præparatio. Cap. VI.

CALIDIORES præterea ambientis nos aeris conditiones (quales funt circa Canis fyderis ortum) potifsimùm per infpirationem perfpicuè cor ipfum calefaciunt: extrinfecus verò circunfufæ corpori,totum ipfum calidum reddunt,maximeq; arterias: vt quæ nonnihil fubftantiæ ipfius ambientis aeris attrahant ex quibus omnibus fimul afficiatur cor neceffe eft, atque ipfum in primis immodicè calefiat, maximeque febrili difpofitione tentetur,atque toti fubinde corpori immittat oportet. Vbi uerò peftilentes fubeant conditiones, infpiratio potifsimùm caufa eft. Interdum enim efficitur febris propter humores in corpore aptos in putredinem, quoties animal breuem quandam occafionem ab aere circunfluente fufceperit: fed magna ex parte incipit ex aeris circunfluentis refpiratione, quem putrida exhalatio infecit. Principium autem putredinis, aut multitudo mortuorum eft minimè crematorum, quemadmodum in bello fieri folet: aut exhalatio paludis cuiufdam, aut ftagni tempore ęftiuo atque interdum immoderatus calor circunfluentis aeris eft principium, quemadmodum in peftilentia quæ Athenienfes inuafit (ut Thucydides ait) viuentes homines in fuffocatis nec ita perflatis tugurijs ęftate corruptio afficiebat. Eft autẽm initium peftilẽtis febris,eò quòd humores corporis ex prauo victu fint in putrefactionem parati. Forfitan autem accidit id propter continuitatem, quòd ex Aethiopia fluxerunt quædam mala inquinamenta: quæ ijs qui habebant corpora læfioni parata, caufæ febris extiterunt. Huius enim femper meminiffe oportet toto hoc fermone, ut nulla caufa fine corporis aptitudine efficere pofsit: alioquin omnes qui in fole diuerfantur ęftiuo,in febrem inciderent, & qui plus æquo mouentur, aut bibunt,aut irafcuntur,aut mœrent. Nec fecus omnes ægrotarent circa Canis fyderis ortum, atq; in peftilentia perirent. Sed (ut eft dictum) maxima pars generationis morborum eft, afficiendi corporis præparatio. Subijcitur ergo pro exemplo in ipfo aere inuehi quædam peftilentiæ femina: atque eorum corporum quæ uerfantur in eo,hæc effe uariorum excremẽtorum plena,paratorum quidem ex feipfis putrefieri, illa fine excrementis ac pura. atq; addatur prioribus ineffe obftructionem meatuum undique, ac plethoram appellatam, ac vitam otiofam in multis epulis & ebrietatibus & Veneris ufu immodico & cruditatibus,quę omnia prędicta neceffariò confequuntur. Alijs autem omnibus corpo-

corporibus puris ac sine excrementis insit ultra ea quæ diximus commoda, quod omnibus spiraculis corporis neque obstructis neque pressis angustiâ bene trāspirat: exercitatio uerò prudenter instituta, ac victus ratio moderata. deinde his ita subiectis, cogitabis num sit uerisimile utraque corpora conspiratione putridi aeris af fici. Nonne consonum est hæc statim à prima inspiratione initium putredinis accipere, unde in maiorem noxam prolabatur, quæcunque uerò uacua excrementis & pura sunt, ea uel nullo modo uel exigua labe infici, ut facilè ad habitū naturæ recurrant? Itidem quoties aeris temperamētum ab ipso naturæ habitu immoderatè recessit ad humiditatem & caliditatem, pestilentes fore morbos necesse est: affici autem his maximè eos, qui iam prius pleni fuerint humiditate excrementosa: quemadmodū qui laboribus moderatis ac victus ratione tēperata usi sunt, penitus impatibiles permanent per omnes eiusmodi affectiones. Hic sermo super uno exemplo dictus est, sed in omni genere causæ uerus est. Ac cui libeat integrè in eo exerceri, legat librum de causis procatarcticis, id est, externis. Ego uerò præsenti libro parcens longitudini uno capite omnem eum comprehendens, finem faciam. Oportet enim in unoquoque causarum genere scutantem qua potissimū facultate morbos committere soleat, deinde considerare congruentes & repugnantes ei dispositiones corporum: scientem ut congruentibus quidem prompta lęsio est, aduersus autem ac repugnantibus, quantam uim habeat & magnitudinem contrarietas, tantùm inuicti permanebunt. Ipse nanq; uidi nonnunquàm eueniente tali cōditione qualem Hippocrates in oppido Cranone fieri dixit, carbunculos grassa non paucos, quorum generatio & alia omnia eo quo ille scripsit modò, planè fuerunt. Quinetiam quæcunque tertio libro Epidemion pestilenti scripsit conditione, ea etiam omnia per aliam similem illi conditionem extiterunt. Summa eorum (ut ipse Hippocrates dixit) putredo fuit, atque id ipsi cognoscentes, statim incipiente conditione quæcunq; corpora uidimus humida, statim quouis modo exiccare tentauimus: quæcunque uerò ficciora, pristinam naturam in his custodiuimus: quæcunque uerò excrementis plena, purgationibus sanauimus: quascunq; uerò obstructiones meatuum, soluimus atque aperuimus. Sed hæc quidem iam quodam modo ad medendi methodum pertinent, & scilicet in eo opere fusissime dicentur. Nunc autem eorum mentionem feci, sequutus sermonem docentem quonam modo ab una causa exuperante quidam prætendantur febre, alij impatibiles permanēt. Dispositiones enim corporum dissimiles, multiformesq; sunt: & idcirco quidam facilè uincuntur, ac promptissime patiuntur à causa agente: alij inuicti penitus & impatibiles sunt, aut difficulter patiuntur. Ad eius rei demonstrationem coacti sumus mentionem fecisse etiam curationis, perinde ut Hippocrates facientes, qui alicubi eodem quodam modo celebre illud uerbum adscripsit. Id autem sanatio ipsa indicat.

De præcautione, & quonam modo diaria febris ex bubone consistat. Cap. VII.

PRæcautio igitur secundum talem quendam modum sanatio est. Quando & ipsa nomina sæpenumerò confunduntur apud medicos. Vt enim alio libro diximus, omnis medici operatio corporis ipsius uitia corrigit. Sed nihil ad proposita, huiusmodi nominum subtilitate egemus. Siue enim feces in duo nomina totum id, sanationem ac præcautionem, siue in unum ambo colligas, sanationem appellans: non paruo argumento est, non omnes ab eiusmodi causa similiter affici, dispositio corporum quæ prohibita sunt corripi epidemijs ac pestilētibus morbis. Vnum enim primumq; consiliū in omnibus commune est, ut corpus maximè uacet excrementis & ad trāspiratum habile sit, secundum uerò post hoc, ut exuperāti causæ repugnes, quoad fieri potest. Quibus uerò contraria horum insunt, ocyssime patiuntur, maximeq; ęgrotant. Sed quoniam febrium pestilentium mentionem feci, ex putredine omnium ortum habentium, par est incumbentem animo ad hunc sermonem explicandum hoc loco scrutari de antiqua opinione, omnem febrem consistere ex humorum putredine dicente. Videntur enim ita sentire ij, qui ab Athenæo fluxerunt non obscuri quidem uiri in hac arte, præsertim in ea quæ est de febribus scientia: in quibus ego plurimùm cum illis sentio, ueruntamen unum excipio diarias nominatas febres. Non enim mihi uidentur hæ subsequi putredinem humorum: sed qui ob æstum febricitat, ab ipso efficientis causæ calore alterari solet. Ob iram uerò febricitanti, & ei quidem ebullitionem quandam fieri sanguinis in corde necesse est, non tamen putredinem. Necnon per exercitationem, caliditatem ampliorem præter naturam sine humorum putredine accendi. & quisquis cutem habuerit adstrictam, per quam acria excremēta euacuabantur, illis collectis febricitauit sine putredine humorum. Quinetiam febris ex bubone omnis, mala est, excepta ephemera, ut Hippocrates dixit: licet etiam bubo ipse inflammationum genere contineatur. Atque assentio in hoc sermoni putredinis, nam ob eam rem ex inflammatione febricitant, non quemadmodum Erasistratus existimauit. Attamen nonnullæ sunt ex bubone febres in ge-

nere diariarum, quemadmodum aliæ quædam nunciant non faciles curatu morbos,ex inflammatione, aut vlcere, aut abſceſſu, aut altero quopiam tali in viſcere affectu ortum habentes. Cæterùm diſsident febres ex bubone ab ijs quæ ex putredine humorum conſiſtunt, quæ fit aut in aliquo viſcere,aut in cauis ac maximis uaſis: quoniam ubi febris ex bubone conſiſtit,pars continua ſemper calefit,ac calor quidem vſque ad ipſum cor diſtribuitur: cęterùm putrida fuligo vſque ad ipſum minimè peruenit, ſed ibi manet circumſcripta in bubonis loco, per alterationem ſolam continuarum partium ad cor perueniente calore. Quo potiſsimum modo, etiam per æſtum ac per exercitationem ex partibus primò calefactis,diſtributio ad ipsũ principium vitale fit. Vbi autem putredo fuerit in viſceribus atque in magnis vaſis,veluti fumus,ex putreſcẽtibus humoribus ad ipſos cordis ſinus peruenit. Accidit igitur ut humores in bubone quidẽ oẽs cunctim putreſcant,ſiue vno die,ſiue duobus continenter:utpote ſemper inuicẽ cõuerſantes & incluſi vno loco: in viſceribus autem conditi,& in magnis vaſis, vtpotè transfluentes ſemper, ac ſimul putrefaciẽtes quos attigerint, tempore ampliori putridum accendunt calorẽ. Sed ut uno uerbo dicatur, quẽadmodum in cæteris omnibus, quæcunque calefiunt præter naturam à quauis cauſa, ſi nequeat putreſcere id quod calefit,uelut lapis, aut lignũ, aut aliquod aliud tale, eò vſque perſeuerat calidum quoad refrixerit paulatim. Id autem quod putreſcere poteſt, depaſcentem ſemper ſecundum continuitatem habet calorem. Quemadmodùm interdum vidi in agro ſtercus pecudum ſimul & columborum ex parte quapiam ab ipſo ſole calefactum ita vehemẽter,ut multa exurgeret exhalatio,inſtar fumi aſcendens,uehemẽter mordens atque afficiens, & ſi quis propinquaſſet, oculos & nares lædens. Porrò ſtercus tangentibus erat ita calidum,ut deureret diutiùs impoſitas ipſi manus,aut pedes. Non tamen ſemper id ſymptoma durabat: ſed ſequenti die refrigerabatur quidem quantùm ſtercoris ad ſummum feruorem pridie peruenerat: quod autem continuum ipſi erat,tunc ſuccendebatur, quãdo primum ſtercus in ſummo feruoris uigore erat: illudq; ipſum (dum hoc inclinabat) rurſus incalebat atque efferueſcebat,ac paulò pòſt ſummũ feruorem obtinebat,primo refrigerato: atque illud rurſus inclinabat,dum id quod continuum erat,calorem concipiebat: & paulò pòſt accendebatur quidẽ hoc & ad ſummum feruoris perueniebat,priùs autem refrigerabatur. Erat autẽ hæc circuitio ferè tempus diei ac noctis: ita ut exemplum ſit maximè conueniens febri quotidianæ. Si verò duobus diebus ac noctibus dicta circuitio fuiſſet,exemplum foret ita febris tertianæ: & ſi tribus, quartanæ: & ſi quatuor, quintanę,ſi modò febris vlla quintana eſt,ipſe enim nondum perſpicuè vidi,neq; eam circuitionem, neq; aliquam aliam ultra quartanam. Sed de febribus repetentibus per circuitionem, pòſt dicetur. Putredo autem humorum quæ fit in vaſis,ſimilis putredini quæ in inflãmationibus fit, & abſceſsibus,& alijs phymatis,duplex quidem genere eſt: ex permixtione autem duorum generum,alia tertia uaria ſpecie exiſtit. Siquidem & mixtionis modi, cùm alterum genus maioris minorisq; ratione ſuperet & ſuperetur, facilè numerari non poſſunt. ſed ex duobus generibus alterum quidem fit ſuperante natura,alterum uerò euictâ. Superante quidem,ut per inflammationes & phymatoſos tumores omnes, pus: in humoribus autem venarum & arteriarum,id quod ſubſidet in vrina proportione puri reſpondens. Atque hæc putredo non ſimpliciter putredo cenſetur, ſed etiam habet aliquid concoctionis. manente enim adhuc cõcoquendi facultàte vaſorum, putreſcẽs tunc humor ad talem alterationem deducitur. Porrò alia eſt putredo concoquendi facultate adeò debili, ut nulla mutatio ad benignum putreſcentis excrementi efficiatur. Quod fit interdum illa extremè debili: quamuis putreſcens humor ſit modicè prauus. interdum autem facultas ad extremam debilitatem minimè deducitur: ſed humor extremè prauus exiſtit. Huiuſmodi excrementi putredo,neque conſiſtentiam,neque colorem, neque odorem habet vnum: ſed putreſcens humor ſemper ſecundum ſubſtantiã permutatur ac uariatur. Altera verò putredo quã & concoctionem eſſe diximus,in unam ſpeciem puris ſemper mutatur, & colorem, & conſiſtentiam,& odorem.

Quòd pus optimum ſit candidum & craſſum & minimè fœtidum, & quòd optima vrina habeat ſedimentũ candidũ, æquale ac minimè fœtidũ,& quibus indicijs febris diaria cognoſcatur. Cap. VIII.

VBI igitur natura ipſa omnino ſuperet pus optimum gignitur, viſu candidum ac craſſum, & ſibi ſimile vndique: læue autem tangenti, ac minimè fœtidum. Quòd ſi velut ſemiputridum fuerit,tertium genus in tali mutatione (quod paulò ſuprà diximus) conſiſtit. Porrò diximus tale genus maximè multiplex eſſe. Nam quòd magis ac minùs recipiat concoctionem, innumerabilis differentia eſt. Sæpe enim candidum effectum,aut fętidum eſt, aut tenue conſiſtentia: quandoque verò non candidum,ſed liuidum apparet,atque in omnibus his magis & minùs eſt infinitũ. Cęterũ quot in abſceſsibus putredinis differentiæ ſunt,tot in febribus ex putredine accenſis vrinarum for-

mæ

mæ exiſtunt. Optima enim quę putrido humore ea virtute q̃ continētibus vaſis inſita eſt,candidum,læue, æquale, ac minimè fœtidum ſedimentum habet. Peſsima verò, maximè contraria huic eſt. Ea verò quæ media eſt, quò magis alteri earum propinquet, tantò melior aut deterior eſt. Sed de vrinarum differentia libro de iudicationibus docuimus. Febres autem accenſas ex putredine humorum,alias à diarijs eſſe exiſtimare oportet. Atque harum agnitio nequaquàm difficilis eſt: quamuis impoſsibilis quibuſdam eſſe videatur,idq́; re ipſa millies indicauimus, prima acceſsione ſedata, lotum ac modicè cibatum ad ſolitas operationes redire pręcipientes: ceu poſteà non febricitaturum,& ita accidit. Vnum igitur ac primum indicium febris diariæ,eſt ab aliqua cauſa prægreſſa incepiſſe recenti atque euidenti: quam conſueuerunt omnes medici iuniores appellare cauſam procatarcticam,ideſt,pręgreſſam. Sed id quamuis inſeparabile ſit ab huiuſmodi febribus, earum proprium minimè eſt: quoniã & alię nonnullæ incipiunt cauſa quadam euidenti prægreſſa. Inſeparabile verò & proprium eſt,vrinę concoctio ſtatim primo die: & ad hęc,pulſus in magnitudinem ac celeritatem inſignem auctio, ita vt frequentia per exteriorem quietem minimè ſeruet proportionē. Magis prætereà proprium, atque inſeparabile earum indicium eſt, quòd contractio minimè creſcat in celeritatem: vel ſi creſcat interdum id minimum eſt, ac cognitu difficile, & paulùm à pulſu naturali recedens. Quinetiam caloris ſuauitas proprium atq; inſeparabile eſt talium febrium. Inſeparabile verò & æqualitas & aſcenſus liber tùm in caliditate, tum in pulſibus, non tamen proprium eſt. Etenim quibuſdam alijs ineſt: quemadmodum & ſtatus clemētia, neque enim id proprium eſt, quamuis his potiſsimum inſit. Ac meliùs quidem fuerit hæc quæ communia ſunt, quòd per incrementum ac vigorem diarijs præcipuè inſint,inter propria reponere. Sit enim ita,quamuis non rei ſpecies, tamen optimum certiſsimumque talium febrium proprium ſimul atq; inſeparabile indicium: quemadmodum inclinatio quæ cum ſudore aut madore, aut penitus vapore quodam ſuaui eſt,quam integritas perfecta excipiat. Atque his indicijs febres diariæ, promiſcuè cognoſcuntur. Sed de ſingulis ſeorſum ſecundum ſpeciem agetur.

Quibus indicijs cognoſci conueniat febrem putridã, ac de duritie pulſus nonnulla contra Archigenem. Cap. IX.

ALIVD autem genus febrium,quòd ex aduerſum diarijs diductũ eſt, nullum nomen commune omnium habet. Differentiæ autem primæ duæ exiſtunt, non obſcuris ſpeciebus definitæ: quædam enim ex eis putredine humorum accenduntur, aliæ verò partes ipſas animalis ſolidas occuparunt: atque appellant eas hecticas febres,vel quia ſtabiles ſunt ac ſolutu difficiles,quemadmodũ habitus,vel quia ipſum corporis habitum occuparunt. Ita namq; ſolent nominare ſolidas partes ex aduerſum diductas humoribus. Febres igitur humoribus accenſæ cognoſcuntur ad hunc modum. Primum igitur indicium, proprium quidem,ſed minimè inſeparabile eſt, quòd nulla prægreſſa cauſa tales præceſsit febres;neutri enim aliorum generum hoc ineſt: eo quòd omnis diaria ex cauſa prægreſſa conſiſtat. Hectica autem quoties ſine ea exiſtat, nunquàm ab initio præhendit. quocirca quoties ſine prægreſſa cauſa quis febricitare cœperit,cauſam huius eſſe in humoribus,ſciendum eſt. Sed interdum cauſa quæpiam euidens prægreſſa, diariam febrem, quantum eſt in ſeipſa, committens, febrem ex humorum putredine excitauit,quoties effectum corpus ita ſe habet,id eſt, quoties impurum, excrementoſumque eſt. Vbi enim excrementa per diariam febrem plus æquo calefacta fuerint,deinde initium putredinis inde ſuſceperint, alterum febrium genus accendunt,priore ſedato. Sed internoſcitur ſucceſsio talis febris indicio proprio ſimul atque inſeparabili: quòd febris diaria nequaquàm deſinat ad exquiſitam integritatem. Accidit enim interdum, ut per conſiſtendi vigorem diaria tranſeat in putridam: ac multò magis per inclinationem, quoties (ut paulò ante diximus) maxima tranquilitas febris abeſt, quæ adeſſe deberet. Hæc ſunt tranſitus indicia. At verò febrem ex rigore incepiſſe,nequaquàm prægreſſo æſtu vel frigore forti (quale maximè patiuntur, qui per niuem faciunt iter, vel alio modo in vehemēti frigore diuerſantur diutiùs) proprium eſt & hoc febrium putridarum, ſed haudquaquàm inſeparabile. Neque enim omnibus ipſis,quemadmodum nec horror, ineſt. is enim non ſolum non inſeparabilis eſt ab huiuſmodi febribus, ſed nec vllo pacto proprius eſt. Cęterùm pulſum atque etiam calorem inæqualem eſſe,ſiue per initia acceſsionum,ſiue per incrementa,talium generi febrium proprium eſt, ſed haudquaquàm inſeparabile (multæ enim etiam ſine inæqualitate ſenſibili incipiunt, atq; ad ſtatum perueniunt.) Iam verò multò minus illud inſeparabile eſt,quòd acceſsio multas habeat inuaſiones: quod repetere acceſsionem appellamus. Quemadmodùm quod pulſus arctior ſit (ita verò dicunt, vbi incipiente acceſsione paruus admodùm & inæqualis exiſtat) neque id talium febrium inſeparabile eſt: non tamen commune eſt alteri vlli generi febrium, ſed harum proprium,quemadmodum ipſa inæqualitas,vbi alicuius ſymptomatis ratione non accidit.

dit. Sæpe enim in ipso ore ventriculi collecto quodam prauo humore, ac mordaci vel frigido, paruus simul inæqualisque existit. Sed vbi frigidus humor sit, paruitas: vbi mordax, inæqualitas ipsa exuperat. Sed vomentibus, hæc ambo statim desistunt. Vbi verò ventriculus nihil eiusmodi patitur, prædictarum generis febrium talis pulsus existit. At verò maximum indicium febrium putridarum, est caloris qualitas. Nihil enim suaue, neque moderatum, neque diarijs simile habet. Sed quemadmodum optimi ante nos medici dixerunt, mordax potius quodammodo est, ut offendat, mordeatq; tactum, veluti fumus oculos, ac nares. Verùm inter initia accessionum (dum adhuc suffocatur calor, ac succenduntur intus excrementa) non statim immittentibus manum dignoscitur: sed diutiùs immorantibus prædictum caloris genus de profundo emergit. Ac (ut mihi videtur) quùm tale aliquid vidisset Themison proprium atque inseparabile esse omnibus febribus existimauit. Sed de his suo loco rursus agetur. Prædictum autem genus caloris perpungens (ut ita dixerim) aut erodens (veluti medicamentum aliquod acre) impositam manum, putredinis humorum soboles est, perspicuè per incrementa accessionum, atque vigores febrium apparens: non tamen statim per initia accessionum perspicuè existit. Proprium prætereà inseparabile est generi febrium ex humorum putredine infestantium, velocitas contractionis pulsus, euidentior quidem per incrementa, sed minimè obscura per ipsos vigores, atque initia accessionum. Comitatur autem has per initia, paruus simul ac velox pulsus: per vigorem autem, magnus simul ac velox. Nec secus frequentia ipsa per exteriorem quietem perspicua est in eiusmodi febribus, neque diarijs, neque hecticis similis. Maximè proprium prætereà est talium febrium, vrinæ cruditas, atque obscura concoctio, proprium indicium est febrium ex humoribus consistentium. Neque enim cruda, neque obscurè concocta in febribus diarijs existit. Atque alterutra quidem earum seorsum dicta proprium est febrium putridarum indicium: sed ambo simul dicta per ipsam enunciationis disiunctionem, penitus inseparabilia sunt. Quoniam primæ vrinæ in tali febrium genere, uel penitus crudæ, vel obscurè concoctæ existunt. Magnum verò atque insigne indiciũ concoctionis in primis vrinis nunquàm existit per huiusmodi febres, nisi à diarijs in has transeatur: id quod paulò ante docuimus. Cæterùm ab his quæ diximus indicijs propositarum febrium, id quoque existit, si per ipsum accessionis vigorem symptoma quoddam ardentis febris extiterit: quemadmodũ si quod epialæ, ac lipyriæ, uel semitertianæ, uel typhodis, uel alterius talis febris symptoma fuerit: quæ propria quidem sunt generis febrium ex putredine humorum consistentium, non tamen inseparabilia, & ob eam rem, si quidem hæc minimè adfuerint, ex alijs indicium quærendum: si uerò adfuerint, non solùm genus talium febrium, sed & species vna aliqua ex ipsis significatur. Quòd si inclinatio minimè desinit ad integritatem, siue per sudorem, siue etiam aliter fiat, alterum è duobus erit, aut indicium quòd transeat in alienam febrem, si superiora omnia diariæ fuerint indicia: sin nullum ex his fuerit, febrem quandam ex humoribus consistentem statim ab initio præhendisse ostenditur. Vbi uerò pulsus prima die durus existat, considerandum num concretio quædam ex frigore, an siccitas, an tensio conuulsifica in corpore laborantis, an inflammatio quædam, an scirrhus sit: scientes quòd ex his tantummodò pulsus durus efficiatur. Nam Archigenis errores circa notionem, cognitionemque duri pulsus, in opere de pulsibus abundè docuimus, in quo versatus sit oportet, qui ad hæc legenda accedet: ac potissimùm in ea parte quæ de pulsuum dignotione agit. Etenim pulsuum ipsorum nomina ac significata ab eis omnia, omnemque numerum vno uolumine indicauimus: quod quidem inscripsimus de differentia pulsuum. Sed quonam modo vnumquenque conueniat dignoscere, alio uolumine diximus in quatuor libros distincto, quod inscripsimus De dignotione pulsuum. Quemadmodùm alios deinceps quatuor libros de causis pulsuum effecimus: & item quatuor ab ijs dictis de prænotione ex pulsibus: non solùm uerbis, sed etiam re ipsa indicantes huius scientiæ vtilitatem. Et si quis nobiscum unà accessit ad ægros horum librorum speculationem re ipsa ostendentibus, cùm cætera ei persuasa sunt, tùm uerò etiam illud, non esse videlicet durum pulsum aut proprium talium febrium aut inseparabilem. Sed de hoc nunc non est dicendi locus: nam prædictis libris diximus, & alijs octo libris quibus expendimus librum de pulsibus Archigenis, abundè huiusmodi symptomata docuimus: hoc loco quod sit necessarium tantummodò indicabitur. Pulsus durus, neq; proprius est, neq; inseparabilis cuipiam generi febrium, neque diariæ, neque putridæ, neque hecticæ. Sed hecticæ inest magna ex parte, atque interdum in alijs duobus generibus ob symptoma quoddam existit in diaria quidem, quoties febris affligat ob refrigerationem fortem, uel tensio quædam neruosa insit: atq; interdum efficitur ob æstum fortem, uel lassitudinem simul, uel inopiam alimenti, uel uigilias immodicas, uel euacuationem: quoties ob alimenti defectum hæc quoque constiterint. Per febres autem putridas pulsus quoq; durus habetur, quoties in viscere inflammatio fatiget, uel scirrhus: & ob sympto-

ma

ma aliquod coniunctum, nempe aut neruosam aliquam tensionem, aut siccitatem, durus quoque sic pulsus euadit, velut & ijs qui intempestiuè frigidam biberunt, aut eadem lauerunt: vel fructus quosdam largiter comederunt. Sed pulsus purus nunquàm efficitur per ipsam febrem, quà febris est: neque per ipsam diariam, neque per ipsam putridam, neque enim quoties ex inflammatione febris affligat, eodem modo febris ac pulsus durities comitatur: sed febris quidem sequitur putredinem humorum: durities autem tensionem ex repletione vasorum. Nam (ut semel dicatur) durities tunicis arteriarum accedit, vel propter concretionem, uel tensionem, vel siccitatem. Concretionem igitur refrigeratio vehemens committit: tensionem verò inflammatio ac scirrhus, atque etiam neruorum proportionalis inflammationibus dispositio: siccitatem verò euacuationes diutinæ, uel ob alui fluorem, vel læuitatem inteſtinorum, uel difficultatem inteſtinorum, uel uomitum longum, uel aliud iſtiuſmodi, & fames diutina, atque ardentes febres diutinæ, & (ut in totum dicatur) quæcunque vehementer exiccant ipsius animalis partes solidas, uelut & hecticæ: de quibus nunc dicere fuerit tempeſtiuum, ab eorum generatione exorsis.

Quibus indicijs febris hectica cognoscatur, & quonam modo consumpto admodùm humore cordis dispositio efficiatur, quam Philippus nominat ex morbo senectam. Cap. X.

FEBRIS igitur hectica nomine efficitur duobus modis, magna ex parte ob febres ardentes, quæ prorogantur adeò, ut consumant spatio temporis humorem corporis cordis, vel etiam si adhuc multus permaneat. Illa igitur non solum hectica, sed etiam marasmodes iam exiſtit. Hæc uerò quæ manente adhuc humore fit, corpus ipsum cordis præhendens, inde maximè accenditur: quemadmodùm lucernarum flamma ex ellychnio. Atque vna quidem eius generatio eſt prodita. Reliqua autem eſt, quoties ſtatim ab initio præhendat, primam generationem similem habens diariæ ob mœrorem, iram, lassitudinem magnam cum vſtione contractam. Hanc igitur febrem sanare nequaquàm difficile eſt: quæ verò ex eis deuenerit in marasmum propter inscitiam eorum qui adhibiti sunt medicorum, eam sanare non solùm non facile, sed etiam impossibile eſt, quoties planè iam confirmata fuerit, nec prætereà incipiat. Natura enim eius calida ac sicca exiſtit, ac cor similiter afficitur, ut ellychnium in lucerna, quoties plurimum crematum fuerit. Etenim ita exuſtum friabile fit, atque diſſoluitur, perditurque continuitas præ ariditate: ut neque si affundas abundè oleum, queas rursus accendere flammam copiosam. Parua enim atque infirma flammula in ipso concutitur, ac semper minor efficitur, vſquequo extinguatur. Atque exactè quidem marasmodes febris huiusmodi exiſtit, nec eadem eſt cum affectu marcore. Hic enim in ijs efficitur qui consenuerunt sine febre, extincto in illis natiuo calore (quæ potissimùm mœrore vacua mors eſt, ac secundum naturam ex siccitate consiſtens) velut & in ijs qui emarcent præter naturam, genus illud efficitur, quod Philippus nominat ex morbo senectam. In quam multos nouimus non senes solum, sed etiam pueros incidiſſe. Febris autem marasmodes nō solùm sicca, sed & calida affectio eſt. Extinguitur autem per eam multò celeriùs calor in animali, atque tabescit totum corpus inſtar arboris in plenum arefactæ, uel ob temporis longitudinem, vel flammæ vicinitatem, uel fortem atque immoderatum squalorem. Sed de tota marcoris affectione, seorsum diximus. Hecticæ autem febris, cùm duplex eius genus sit, ut antè diximus, indicia deinceps explicabimus.

De febre hectica, & quòd diaria sæpenumerò transmeet in hecticam: cuius rei indicia multa exiſtunt. Cap. XI.

FEBRIS igitur hectica cum marcore coincidens, promptissimè ac facillimè cognosci poteſt. Priùs enim quàm tangas pulsum atque calorem, oculos supra modū cauos videbis, quasi in fouea quadam conditos, ob totius humidę eorum substantię consumptionem: ita, ut oſſa quibus palpebrę annexæ sunt, prominent. Quinetiam lippitudines in eis visuntur aridæ, ac quædam squalida dispositio, qualis maximè ineſt eis, qui per puluerem multum tota die in sole calido fecerunt iter. Flos ipse præter eà viuidus coloris perijt, atque id toti faciei accidit, & immoderatus squalor habetur totius cutis circa faciem, maximeque circa frontem: ita, ut propter siccitatem, sicca atque intenta sit, nō tamen queunt palpebras ipsas multùm attollere, perinde affecti semper ut qui dormit vriunt. Quinetiam conniuent magna ex parte, quemadmodum qui dormitant. Eſt autem talis affectio nequaquam somnus, sed impotentia vigilandi. Carnes prætereà consumptè sunt circa tempora, ita ut ea loca collapsa, cauaque appareant. Nec quicquam aliud omninò quàm oſſa, ac cutis sunt: ita, ut si eos nudos perspicias, in ventre nullum supereſſe inteſtinum, nec ulla uiscera, atque hypochondria ipsa retracta eſſe ad thoracem admodùm videantur. Quòd si libeat illos tangere, cutis quidem perquàm sicca exiſtit: & ubi attollas apprehendens digitis, quasi corium quoddam ſtat. Pulsus autem gracilis, durus,

durus, debilis, ac frequens habetur. Calor autem in primo quidem occursu debilis, sed paulopòst acer, atque erodens apparet: maximeque ubi tangendo diutius immoreris. Sed minimè conuenit reliqua indicia commemorare in re tam perspicua. Itaque satius est, ut ad ipsum marcorem adhuc incipientem ueniamus. Marcor ergo incipit, quoties humor insitus in vnoquoque corpore dispersus per loca media partium similarium, ex quo membra primùm aluntur, ferè in ipso corpore cordis nullus amplius inest. Quousque enim aliquid ipsius seruatur, hectica febris tantummodò est, nondum tamen marasmodes. Vbi verò ferè nihil insuper huius humoris existit, exquisitus iam marcor consistit Difficilis ergo cuiuslibet hecticæ febris dispositio est, quoties ipsius principij tempus præterierit. Definio autem principium, non dierum uel horarum numero: quemadmodùm neque in cæteris morbis, sed ipsa qualitate dispositionis, etenim dum corpus ipsum cordis discedit ab ipsa temperie naturali, non statim insitus humor perit, neque facultas debilitatur: sed in primis velut ebullitio quædam efficitur ipsius humoris quo tempore talis febris facillimè curatur: quippe quòd facultas nihil dum perpessa est. Deinceps autem consumptio quædam fit ob ebullitioné, eaque ipsa amplius iam procedente, ipsa etiam corpora similaria, quæ velut elementa cordis existunt, ficciora euadunt, minusque alimenti sentiunt: ac facultas debilis redditur tantùm, quantùm siccitas ac caliditas in eo exuperat. E quibus alterum sufficiens erat, ut exuperans infirmam redderet facultatem. Talis febris iam quodammodo medio genere ambigit, ac media est infanabilis penitus illius marasmodis, eiusque quam paulò ante diximus, adhuc incipientem facillimè posse curari. Atque in ea perquàm multa latitudo existit, quoniam non parua affectionis ipsius permutatio maioris minorisque ratione est. Itaque quoties ab utraque febre discedit æqualiter, ab exquisita scilicet marasmode, eaque quæ nondum quippiam eiusmodi habet, media quodammodo est, & ad curationem ambiguum habens utroq; uersus momentum. Quæ autem marasmodi propior est, iā periculo propinquat: quemadmodùm priori alteri propinquior, spem obtinet non paruam sanitatis. Sed tempus est ut ad earum indicia transeamus: & primùm quidem illius quam posse facilè curari docuimus, nisi in vulgarem quempiam medicum incidat. Est autem, ubi sola consistit, nequaquàm difficilis cognitu: implexa autem cuipiam putridæ, deprætensu difficilis iam existit ob permixtionem. Sed primam subijciamus ipsam solam ex quadam causa prędicta consistere, atque appareant in ea prima die cuncta indicia febris diariæ. Simul igitur cum eis apparebit statim causæ prægressæ genus, atque id indicabitur procedente oratione. Sed interrogando ægrotum ipsum licebit discas, si alijs in rebus non malè affectus, ex ira forti tantummodò, uel mœrore, febricitare incepit. Quòd si videantur hæc ita se habere, febrisque extendatur vsq; in secundum diem, nequaquàm desinens ad integritatem: sed neque vehementior euadens, si squalidior quidem appareat, suspicari hecticam fore talem debes. Quòd si tertio die sine cibo transmittere voluerit suspectas horas accessionis, quæ tertio quoque die præhendere solet, ac neque additio ulla facta sit, neque minutio insignis: sed primæ febris paruæ reliquiæ extendantur, permaneantque cum squalido corpore & calore, mitti quidem in primo occursu manus apparente: moranti autem diutiùs acri, mordaci & squalido occurrente, talem febrem hecticam esse existimare debes. At verò maximum tibi atque certissimum indicium erit naturæ eius nutrito homine quando certissimè uidetur transiuisse omnes horas suspectas. Statim enim à cibo post vnam horam vel alteram, omnibus tangentibus ęgrum, alterum incrementum febris ipsa habuisse videbitur. Nec deerit qui increpet tanquàm intempestiuè dantes cibum, & ipso potissimum tempore accessionis, & dicat diutiùs fuisse expectandum, & tardasse accessionem. Sed res non ita se habet. Cuilibet hecticæ febri proprium inseparabile, id est, ut ingesto cibo calor accendatur, pulsusque in magnitudinem ac uelocitatem increscat: ita ut æqualis esse accessio uideatur. Aequalem autem accessionem uoco, in qua nec horror extitit, nec frigus extremorum, neque somnus, neque pigritia insignis, uel inæqualitas quædam penitus, uel in calore, uel in pulsu, imò nec etiam paruitas, neque debilitas, neque aliud huiusmodi quicquam, sed tanquam alij cuipiam nutrito pulsu maior statim ac uelocior redditur. Accidit autem interdum & in aliis quibusdam febribus incrementum æquale: &, quod quidem ex ipso est, uidebitur minimè esse hecticæ febris symptoma proprium inseparabile. Sed non parùm differt, si ad vniuersam dictorum indiciorum collectionem respexeris. In omnibus enim alijs febribus tales accessiones æquales existunt, etiam citra alimentum ingestum. In hectica autem penitus contrarium euenit, nullo enim tempore accessio præhendit, sed una continua febris est, uelut ea quæ synochos, ideft continua propriè nominatur. Sed hæc quidem quasi flammam quandam permultam occurrentem habet imponenti bus manum: prætereà pulsus quoque velocissimus, frequentissimus, maximusque ei existit. In febre autem hectica, neque caloris multitudo occurrit, ac pulsus tantò minor, rarior, tardiorque

diorque est quàm in synocho, idest, continua, quantò calor ipse minor habetur.

De indicijs communibus cuique hecticæ febri, & quàm ob causam post ingestum cibum calorem ipsum augeri contingat. Cap. XII.

COMMVNE igitur cuiusuis hecticæ febris est, ut exigua sit atque æqualis semper, à primo initio vsque ad ultimum finem. Proprium autem eius quæ tabi affinis existit, siccitas est: quoniam hectica febris sæpe numerò sine siccitate cōsistit, nequaquàm transiens in marcorem, qualis etiam nunc multis in magna penuria contigit, febris igitur hectica dissidet à synocho, idest, continua: quemadmodum dictum iam est. Ab alijs autem habentibus accessiones æquales, eo ipso maximè dissidet, quòd inęqualitatem quandam illę omninò habeant post alimentū sub ipsam accessionis præhensionem: hecticæ autem post alimentum uelut accessio quædam æqualis contingat: quæ ut paulò antè docui, minimè accessio habetur, sed imperitos circa talia decipit ob caloris tùm multitudinem, tùm magnitudinē velocitatemque pulsus. Talis autem febris sequenti die planius cognosceetur, si diligentiùs obseruaris, quādiu permaneat post cibum ipsa pulsus calorisque alteratio. Inuenies enim tamdiu permanere omnium quæ manifestè apparent alterationem, donec distributio alimenti atque adiectio, squalorem cordis humefacit: deinde rursus ad pristinum redire statum, qui erat antequàm sumeret alimentum. Si igitur alio tempore nutrias ipsum sequenti die, rursusque alio tempore sequenti die, inuenies ita fieri, ut dixi, augeri quidem calorem post cibum, pulsumq; ipsum, ut dictum est, alterari. Constat enim illis id accidere, quod calci ac lapidi calefacto. Si enim eis affundas frigidissimam aquam, multò calidiores sentiuntur, tanquàm calor squalidus in eis ab humida substantia nutriatur. Quæ autem causa sit ob quam ita eueniat, quæstio naturalis existit: sed quòd ita efficiatur, cuius tentare volenti discere licet. Vbi enim manibus sumas glebulam calcis, contemnes eius caliditatem, ac minimè senties. Vbi uerò deponens ipsam humi, affundas illi aquam, perspicies statim admodùm calefieri, atque adeò feruere ut lebetes, quoties in multa flamma versentur. Videbis præterea vaporem ab ea haud exiguum efferri: quòd si audeas tangere, facilè deureris. Ad hunc igitur modum ad ipsum sensum, humidus calor non paulò habet uim euidentiorem quàm siccus. Cæterùm quòd calor siccus existat per hecticam febrem cui succedit marcor, hinc discas licebit. Nemo statim ab initio præhensus est tali febre: qui corporis habitum habuerit humidum: sed qui siccior naturâ existit, maximeque ubi calidus quoque naturâ sit, & qui vitam delegit in labore, uigilijs, cura, ac victu tenui, is assolet statim ab initio præhendi hectica febre ex ira, ac mœrore: ac multò magis, quoties æstas, & constitutio calida ac sicca, locusq; eiusmodi fuerit. Principium autem eius terminatur, quoties eo tempore quo diaria per inclinationem mitiorem deducitur ad integritatem, adeò nihil huiusmodi ipsi accidit, ut siccitas perspicuè intendatur: tunc enim primum succedens diarię, hectica iam efficitur. Definitur prætereà aliter eius incrementum atque perfecta generatio per accessionem tertiæ diei. Si enim (ut paulò antè diximus) eo die alia accessio minimè præhendat, neque æger sine febre existat, sed siccitas ipsi constanter intendatur, talis febris haud dubiè iam hectica est, ac processu temporis marasmodes sine mora euadet, nisi rectè curetur. Definitur autem abitio eius in tabem, cùm primum pulsus debilis simul ac durus est, continuoque paruus ac frequens is necessariò est, non tamen propterea marasmodes existit, sed propter debilitatem ac duritiem. At uerò debilitas accidit ob fortem cordis intemperiē: durities autem, ob siccitatem: quòd si tales affectus præhendant cor ipsum, marasmode febre detineri animal tunc necesse est. In eandem prætereà febrem incidunt ex acuta atque ardenti plerique eorum qui malè curantur: maximeque quicunque ubi frigidam aquam bibere postularent, adeò nihil eiusmodi biberunt, ut nec ullum aliud infrigidans remedium thoraci atque hypochondrijs adhibuerint. Quòd si adeò nihil eiusmodi adhibuerunt, ut insuper cataplasmatis ex melle plurimùm usi sint, quæ nunc frequenti in usu sunt amplius in marcorem incurrere his promptus est, siue solùm febricitent, siue ex iecoris aut uentris inflammatione. Maximè enim his inflammationibus haud rectè curatis succedit marcor: ita, ut quidam existimarint non aliter posse fieri huiusmodi affectionem, nequaquàm scientes, quòd neutrum horum, nec aliud quodquàm viscus, aut membrum neque marcorem, neque penitus hecticā ullam febrem committat, priusquàm (ut diximus) cor ipsum afficiatur. Talis igitur affectio eo incipit, interdum ex seipso, ut ex ira ac mœrore forti & longo: interdum ex febre ardenti: quandoque verò ex affectibus pulmonis ac thoracis, maximeque purulentis ac tabidis. Vt autem ex his, ita accidit ex uentre ac iecore: & ut summatim dicatur, quauis diutina inflammatione in parte principe simul cum siccitate totius animalis, maximeque cordis. Ego nanque uidi inflammationi laxioris intestini diutinæ succedere marcorem, ac stomachi, ac vesicæ, ac renum. fuerunt autem nonnulli qui affecti erant diffi-

cultate

cultate inteſtinorum tali febre correpti,cùm ſci licet laboraſſent inflammatione inteſtinorum. Atque etiam leuitates inteſtinorum, & fluores inteſtinorum diutinos,quoties ſtatim ab initio, aut tēpore procedēte febris exigua incidit,marcor ipſe ſubſequitur, & ut in ſumma dicatur, quoties præexiccatum cordis ipſius corpus, febrilem calorem ſuſceperit ſolutu difficilem.

Maximum indiciū eſſe febris hecticæ,quoties arteriæ ipſæ ſint quā corpora quæ circiter ſunt,calidiores: & quòd non oporteat ſolū circuitionem,ſed ipſum febrium genus conſiderare. Cap. XIII.

MAXIMVM itaque ſignum febris hecticę eſt,quoties arterię ipſę ſentiuntur calidiores quàm corpora quæ circiter ſunt: quod per alias febres illis minimè accidit. Fit autem ſymptoma adhuc euidentiùs ubi laueris, aut alio quouis modo rarefeceris, ita ut humor quidam profluat,atq; calor ipſe perſpiret. Calor enim moderatus in alijs partibus omnibus poſt talem perſpirationem apparet: in ipſis autem arterijs nequaquàm minor eſt priore. Is uerò quàm maximè exquiſitè ſentitur per pulſuū dia ſtolas,qui minimè mutatur poſt dictam expirationem: ſed ſimilis penitus permanet. Sola ergo conſiſtens hectica febris perſpicua eſt,ſiue abſo luto ſermone hectica, ſiue etiā maraſmodes ſit. Vbi verò cùm alia quapiā fuerit, difficiliùs iam cognoſcitur: quemadmodum quæ nuper mulieri cuipiam accidit, cui non ſolùm die,ſed etiā nocte non obſcurè fiebat acceſsio. Latuit enim maraſmodes febris omnes qui eam viſitabant, Medicos,exiſtimantes oportere, neque principium præhenſionis ſenſibile eſſe hecticæ febri, neque incrementum, neque uigorem,tanquàm minimè contingat hecticam febrem putridæ ali cui poſſe implicari:ſed nobis ſtatim primis diebus in hac muliere cognita eſt. Vtraq; enim acceſsio quæ die ac nocte fiebat, breues efficiebat partes acceſsionis, ac ſæpe cum madore quodā, aut perſpiratione vaporoſa ſoluebatur tam per ſpicuè, ut corpus ipſum bene temperatum tangentibus ſentiretur. Indicia aūt in arterijs paulò antè dicta ſemper extiterunt,nequaquam refrigeratis ipſis ſimiliter alijs partibus,neq; velocitatem aut frequētiam motus amittentibus. Quę ergo alio loco ſępenumerò docuimus,etiā nunc dicimus: non oportere ſolùm circuitiones,atq; proportiones acceſsionum cōſiderare,ſed multò priùs ipſam ſpeciem febris: ex eaq; cognoſcere ipſam febrem,quemadmodùm ipſum hominem ex propria forma. Sic ipſi ſæpe primā die ad hunc modum ſpeciē febris cognouimus,minimè expectātes tertianam, aut quartanam, aut quotidianam circuitionem. Sed de his ſecundo libro de iudicijs latiùs docuimus, atque eo ipſo libro nihilominus diximus quomodo oporteat diariæ febris cognoſcere differentias. Promiſeram autem(ſcio)me dicturum hoc loco de illis. Sed cum recordare pauca in eo libro deſiderari, quo in plenum de omnibus præceptū eſſet, alia quidem huc tranſcribere ſuperuacuū dixi, adijciam verò eo tantummodò quæ intra modum ſunt in eo prodita.

Quibus indicijs febres diariæ à ſe inuicem diſcrepēt: quoniam interdum propter æſtum, quandoque ex frigore ipſo febris diaria conſiſtit. Cap. XIIII.

FEBRICITANTIBVS igitur propter ęſtum, cutis magis ad habitum calidiorem & ſqualidiorem, quā pulſus ad febrilem diſpoſitionem mutatur: quocirca ſitis minùs hos infeſtat q̄ ubi ęqualem habēt caliditatem. Ac primo occurſu maior calor in ipſis vigere uidetur,con trà quàm in ægrotantibus propter adſtrictionē, in his enim increſcit. Caput pręterea peruri maximè uidetur ijs,qui propter æſtum febricitant. Gaudentq; magis & iuuantur frigidis fomentis atq; ipſorum oculi calidiores & rubicundiores, uidentur,cum ſiccitate,antequàm ſine grauedine & defluxione febricitant. Quibuſdam enim propter ęſtum talia accidunt,caputque ipſis red ditur non ſolùm calidum, ſed etiā plenum ſanguine: ita ut omnes uenæ admodū contendantur, quæ circa oculos & tempora & frontem & faciem totam habētur. Quòd autem pleni ſunt non minimum indicium eſt, vnde diſcernantur ab ijs qui ex humorum refrigerio febricitant. Hi enim ubi caput malè afficitur,promptè pręhenduntur grauedine & defluxione, & febris ipſa in terdum ſymptoma eſt ſolius in capite diſpoſitionis. Sed magna ex parte tunc magis febricitant,cùm corpus totum refrigeratū eſt,uel exuſtū. At uerò cutis minùs calida refrigeratis,atq; in tumore maiori corpus exiſtit, nec quiſquàm ſqualor circa faciē,qualis propter æſtū febricitantibus euenit ſine capitis repletione. Sed magna ex parte caput ſolet talibus repleri ab æſtu, niſi quis fuerit admodū purus,ac ſine excremen tis: ijs enim tantummodò contingit calefcens caput ſine repletione permanere. Verumtā interdū ſine repletione multus calor p̄hendit ipsū totū exuſtū. Hæc igitur affectio perſpicuè deſsidet ab ea quā frigus excitauit. At quę cum reple tione eſt,difficilè diſtinguit: utpotè defluxionē inferens ac grauedinē, quæ ēt refrigeratis accidunt: ſed (ut diximus) ſqualor & magnus calor cutis, & quæcunq; alia paulò antè dixi, propria vſtorū exiſtunt: de quibus in plenū libro de curandi uia & ratione dicetur, cum alijs omnibus diariæ febris differentijs: quarum dignotiones quia ſecūdo libro de iudicijs perſtrinximus, nō ēt hoc loco dicēdæ ſunt: ſed hunc quidē librum hic finiemus, deinceps uerò febrium ex humoribus accenſarū omnes differentias indicabimus.

PRIMI LIBRI FINIS.

CL. GAL. PERGAMENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBER SECVNDVS,

LAVRENTIO LAVRENTIANO FLORENTINO INTERPRETE.

De differentijs febrium ex humorum putredine infestantium: vbi refellit opinionem ponentium omnem febrem putridam fieri ex abundantia bilis. **Cap. I.**

SEQVITVR vt de differentia febrium ex humorũ putredine infestantium disseramus: id priùs de eis admonentes, minimè sufficere (ut quidam uoluerunt) ad generationẽ febrium augeri atque exuperare humorem biliosum, quem alij pallidam, nonnulli flauam nominant bilem. Omnes enim arquati maxima sic afficerentur febre, quibus copia talis bilis in toto corpore continetur: sed haudquaquàm febricitant priùs, q̃ alia quædã causa concurrat, de qua paulò pòst agetur. At verò absurdum est in quartana & quotidiana febre exquisita colligi amaram bilem existimare, quẽadmodum in tertiana atq; causo. Etenim contra q̃ in illis in quotidiana, & quartana febre, neque vomitus biliosus neque sudor, neq; urina, neque deiectiones uidentur biliosæ: prætereà nec quicquàm aliud quod præcesſit, aut simul adest eis, subscribit. Febris enim tertiana parte plurima cõsistit in corpore natura bilioso, & in ætate vigoris, quæ est omnium ætatum maximè biliosa, & æstiuo tempore maximè quo talis humor exuperat. Itidem in regione calida & sicca tẽperamento & conditione ambientis aeris tali, & uita non ociosa ac desidi plurimum, sed in labore, cura, uigilijs, æstu, & uictu parco, atque calido & sicco. Quin & immoderatus vsus medicamentorum calefacientium & exiccantium committit febrem tertianam. Quotidiana verò econtrario penitus efficitur in natura pituitosiore, ac tempore hyberno, & cõditione frigida & humida, senibus & pueris potius, in regiõne frigida & humida, & uita ociosa simul cum repletione, maximeq; quoties post cibum lauantur: ac multò magis, ubi ipse cibus pituitosior natura existit. Sed neque uomunt tales biliosum humorem, neque deijciunt, neque sudant, quemadmodum in tertiana febre. Hæc enim ex flaua bile putrescente fieri solet: quotidiana verò pituitosum humorem subsequitur, quomodo quartana melancholicum. Sic nanque natura corporis magis melancholica, & ætas inclinans, & autumni tempus, necnon omnia his proportionalia in cibo potuq́ue, & toto uictu, frigida & sicca temperamento, febrem gignũt quartanam. Et ob eam rem præcedens eas rigor nequaquàm similis est: sed in tertiana quasi pungẽs ac vulnerans sensum, efficientem causam indicat: in quartana autem quasi refrigerans. Sed de forma rigoris libro de causis symptomatum diffinitum abundè iam est, ubi etiam de eiusdem generis febrium differentia est proditum: nempe ex eis intermittentes (ita appello eas, quæ ad integritatem sensibilem desinunt) ex humore moto ac in omnem corporis partem delato efficiente febrem, consistere: synochos verò ex condito & contento in venis, de quarum cognitione secundo libro de iudicijs docuimus.

Febrium intermittentium tres haberi differentias: quotidianam, tertianam, & quartanam, atque esse synochon, id est, continuam, quam flaua bilis committat. **Cap. II.**

FEBRIVM igitur intermittentium omnes differentiæ tres existunt: quotidiana, tertiana, & quartana. ex pituita putri, quotidiana: ex vtraque bile, flaua quidem, tertiana: atra autem, quartana efficitur. Continuarum verò quæ ex flaua bile cõsistunt duplex genus est: vnum quidem earum quæ synochi, id est, continentes appellantur, quarum omne tempus vna accesſio est ab initio usque ad finem. Alterum, earum quæ communi, sed ambiguo genere continuæ dicuntur, & multis particularibus circuitionibus continentur. Cæterùm synochon differentiæ omninò tres existunt. Quædam enim earum ab initio usque ad finem æqualis persistit, quædam paulatim crescit, quædam paulatim decrescit. Ac nonnulli primam nominant homotonum, & acmasticam, id est, æqualiter affligentem ac vigentem: alteram anabaticam & epacmasticam, id est, ascendentem atque increscentem: tertiam uerò paracmasticam, id est, inclinantem appellant. Synechon porrò duæ differentiæ primæ existunt. Nam aliæ tertio quoque die tantummodò habẽt accesſionem, aliæ die intermedio alteram inferunt accesſionem. Atque hæ nullum nomen peculiare obtinent. Febrem autem tertio quoque die accedentem, ego quidem nomino tertianæ finitimam: non tamen prohibeo, si libeat, aliter appellare, modò serues in rebus ipsis differentiam. Alia enim est natura, quoties desinunt ad integritatem, alia quoties ad inclinationem febrilem finiuntur, febres continuæ alternis diebus accesſionem habentes. Et ad hæc ubi in medio altera fuerit accesſio, natura quædam diuersa est: sed nullam ex his semitertianam appello, non tamen prohibeo ita nominare volentes, si id vnum mihi caueatur ab eis, ut nullũ febris genus omittatur, sed vnũquodq; deinceps dicatur quẽadmodùm ego nunc in hoc libro facere institui. Ex continuis.n.quę in die medio accedunt, quędã

in forma quotidianæ procedit, duas accessiones simillimas inuicem efficiens: quædam verò dissimiles habens duas accessiones, primæ quidem tertiam simillimam obtinet, secundæ verò quartam, in forma duarum tertianarum procedēs: sed hæc ex bile potiùs: illa singulis diebus similiter accedens, ex pituitoso humore consistit. Porrò tertium aliud genus est febrium continuarum rarò eueniens, quoties accessio in forma quartanæ circuitionis procedit, nequaquàm definēs ad integritatem. Accidit autem, quēadmodum febris tertio quoque die accedens, interdum duplex ac triplex: ita etiam hæc non solum duplex, sed etiā triplex. Sed hi febrium implexus libro de typis commodius indicantur. Febrium autem simplicium ex humoribus infestantium simplices differētiæ tot numero sunt, quot proximè docuimus. Ex earum autem permixtione aliæ quædam efficiuntur, de quibus deinceps dicam, si prius de simplicibus quod deest, adiecero: ut quæcunq; fuerit omnino simplex febris, vnam speciem quasi regulam quandam obtineat earum, quas proximè indicabimus. Quæcunque verò degenerat aliquatenus, eatenus ab ipsis febribus simplicibus abscedit.

Quonam modo ex flaua bile delata in vniuersum corpus rigor existat: & vt ipsius tertianæ accessio, quod longissimum sit, horas duodecim occupet. Cap. III.

FEBRIS igitur excitata ex flaua bile delata per corpora sentientia, præhendit cum rigore, atque causodes est: & vomitu bilis, vel deiectione, uel sudore, uel quibusdā horum, uel omnibus simul soluitur. Huius febris longitudo accessionis quæ maxima sit, horarum est æquinoctialium duodecim: atque appellamus eā exquisitam tertianam, ex temperamento ægri biliosō, ac tempore, & regione, & conditione, & uictu calido & sicco effectam. Sed omnia alia paulò antè docuimus, quæcunq; conducunt ad eius generationem. Atque accessio breuior est magna ex parte, quàm quæ anteà dicta est longitudo, perquàm multam maioris ac minoris obtinēs differentiam: uel propter quantitatem & qualitatem ipsius bilis, uel propter ęgri vires, uel propter præsentem tunc in ægro corpore dispositionem. Bilis enim copiosior, longiorem quàm paucior efficit accessionem: tenuis, breuiorem quàm crassa. Sic uerò & uires ualidiores, breuiorem: imbecilliores, longiorem. Et corporis dispositio rara quidem, breuiorem: dēsa verò longiorem. At uerò tempus intermissionis in tali febre, ex pulsu indicium putredinis humoris penitus obscurum habet, sequenti die ac nocte post accessionē. Leuiter autem succensa ęgrè cognosci potest primis partibus posterioris diei: sed adhuc clarius circa fines eiusdem diei aut noctis: atque adhuc clarius proxima die uel nocte, quæ præcedit scilicet diem aut noctem accessionis. Sanè in ea ipsa perspicuum iam est indicium: multoque magis, quoties accessio præhendat: ac multò magis, vbi ascendat ad ipsum consistendi vigorem. In eo verò minus quàm per incrementum, rursusq; multò minus per inclinationem. Hanc febrem si libeat nominare exquisitam tertianā, nomine uteris antiquo: sin minus, at certè nobis dabis ita nominare gratia perspicuitatis doctrinæ.

Pituitam refrigerare partes extremas per initia accessionum, difficulterq; accendi calorem minimè purum, sed similem fumo quasi viridioribus accensis lignis. Cap. IIII.

ALIA porrò est simplex ac exquisita febris ex pituita putri, quæ per membra sentientia pellitur ab ipsa natura, consistens. Ea incipit ex frigore partium extremarum, atq; horrore potius, quàm rigore: difficulter accenditur, longumq; obtinet incrementum ad ipsum consistendi uigorem: quoniā humor ipse ex quo consistit, frigidus atque humidus est temperamento, ac glutinosus consistentia. Itaq; difficulter accenditur, ac tardè mouetur sępe in ipsis meatibus hęrens. Ac premit quidem interdum, grauatq; uires. Inęqualem autem ac magis debilē efficit parvumque pulsum in principio ac primo incremento. Per febrem verò biliosam existit inter initia accessionū unaquæq; affectio ex dictis circa pulsum: sed ab illa quidē citò abeunt, tùm alia, tùm etiam inæqualitas, quæ magna ex parte nec cum talibus febribus accedit, nec tales febres comitatur. Calor autem ipse non multò postquàm destitit rigor, accenditur luculentus, quemadmodum ignis quidam planè purus, in quo nulla fumosa caligo inuehitur. Calorem uerò pituitosi humoris assimilabis ignis fumoso lignorum uiridium accensorum. Euacuationes igitur in eo paucæ existunt, ac longitudo accessionis diuturnior: & tempus intermissionis non æquè ac primum purum est, sed semper seruans in calore & pulsu, putredinis humoris indicium. At uerò & in hac febre circa principia, atq; incrementa accessionum indicium putredinis est manifestissimum. Attamen & hæc vbi exquisita fuerit, uidetur multis habere puram intermissionem: & nos ipsi ita etiam non rarò dicimus, quoties importuna sermonis curiositas uidetur. Accidit autem naturæ corporis, tempori, regioni, tempestati, studio, victui, & alijs omnibus pituitosis. Accedit verò singulis diebus, quāuis minus calida sit quàm biliosa, quæ tertio quoq; die fatigat. Sed constat hanc quidem (quoniā & humorem habet accensu facilem, & proptè semper ob tenuitatē quicquid eius feruefactum est per accessionē, expurgatur)

ad

ad integritatem quãdam magis puram desinere, & exiguum post accessionem vestigiũ putridi caloris relinquere: eam verò quæ ex pituita consistit, nec integrè purgari per inclinationes accessionum, nec exiguum, quod velut succendatur, relinquere. Inde ergo efficitur & intermissio multò deterior, & secundæ accessionis maturius principium.

De quartana quæ ex atra bile consistit, & quonam modo fieri possit, ut rigor sine febre efficiatur. Cap. V.

AT verò tertium genus intermittẽtium febrium, quartana scilicet exquisita, quoties ex humore melãcholico solo efficitur frigido siccoq; temperie, paulatim quidem succenditur: queẽadmodum lapis quidam, uel testa, uel os, vel aliud quodpiam sic frigidum & siccũ corpus. Vbi verò flamma quædam ex eo accensa est, nihil relinquit fumosum, neque semiustum post accessionem: & ob eam rem euacuationes plures ex tali humore quàm pituitoso, & intermissio planè pura esse uidetur, eo quòd hîc omne id humoris melancholici quod est accensum euacuatur atque discutitur. Et ob eam rem accidit illis rigor, qualis potissimùm in forti frigore refrigeratis: non qualis interdum existit per æstum uel lassitudinem, uel medicamentum calidum, ac mordax vlceri adhibitum. Cæterùm necesse est hanc febrem antecessisse quicquid colligit atram bilem, ex vitæ genere, victu, cœli statu, tempore, regione, natura & ætate ægri melancholica. Accessio præterea huius febris longitudine temporis, tertianæ similis est: atque interdum accidit, ut sit longior, quamuis exquisita sit, quoniã ex humore frigidiore consistit. Causa autem similis est in his febribus & alijs omnibus quæ differentiam longitudinis efficit accessionum, quẽadmodùm paulò antè diximus in exquisita tertiana: in multitudine & qualitate humoris, & robore & infirmitate virium, & ad hæc ipsa ægri dispositione differentiam habente. Nam & alia omnia proportione respondent ijs quæ ex humore bilioso consistunt. Quocirca si humor melancholicus neque putrescat, neque uehementer feratur per corpora sentientia, nequaquàm efficit melancholicam circuitionẽ exquisitam. Sanè arquatis affectibus proportione respondent ex liene morbi diutini melancholici, corporisque totius colores fœdi. Et erysipelatibus ac herpetibus qui ex flaua bile consistunt, cancri & phagedenæ proportione respondent. Sed neque ex his neque ex melancholicis affectibus necessariò febricitant, nisi priùs humor melancholicus & biliosus putrescant. Natura enim semper nititur, suis uiribus utens, assimilare partibus nutriendis quicquid fieri utile potest: excernere autem id quod minimè istiusmodi est. Quòd si interdum præ crassitie, uel copia, uel lentore excrementi, vel stipatione quadam meatuum, uel sua ipsius debilitate nequaquàm possit excernere humorem vniuersum prauum, immorantem diutiùs in ipso corpore animalis putrescere necesse est. Nullus enim alius humor permanere qualis extitit ab initio, potest, nedùm qui adeò uitiosus est ut ab ipsa natura cultum ampliùs suscipere non possit: sed aut concoctus apponitur atque assimilatur solidis animalis partibus, aut corrumpitur atque putrescit. Ad hunc modum arquatis ac melancholicis affectibus, quoties humor biliosus exuperans in corpore diutiùs immoratur, febris superuenit. Sæpe etiam dispositio in iecore & in splene attulit febrem, quoties aut inflammatio aliqua, aut obstructio committit prædictos affectus. Pari ratione nec ubi pituitosus humor exuperat, febris sequitur, nisi putrescat priùs. Atque ob hunc quidem, quod ab antiquis existimatum est esse impossibile, sæpenumerò visum est: id autem est sine febre rigor, qui nonnullis quidem semel accidit, nonnullis autẽ etiam per circuitum pluribus diebus, uel continuus ab initio vsq; ad finem, uel omninò ita mediocris, vt nequaq̃ esse videatur, quotiẽs quiescerint, sed ubi moueantur tãtummodò efficiat sensum: vel etiã maior, vt etiam sine motu infestet. Sed quoties talis humor spacio temporis putrescat, non rigent solùm: sed etiam febricitant. Et diuturna admodùm & solutu difficilis febris in quotidianæ forma tales affectus sequitur.

De febre epiala qua simul febricitant ac rigent, ac de humore quem Praxagoras vitreum appellauit, & quotnam pituitæ genera sint. Cap. VI.

HOc genere continetur febris epiala propriè nominata, quoties simul febricitant ac rigent: & utrunque sentiunt, eodẽ tempore in quauis corporis parte. Sanè Archigenes existimat de nulla altera nomen epialon dici, q̃ de vna hac febri. Sed constat Atticos quosdam viros rigorem ante febrem ita appellare. Enimuerò Praxagoras uidetur mihi appellare uitreum, humorem talem. Recentiores autem, è quibus Philippus est, crudum simpliciter, nullum adijcientes uocabulum ad exquisitam definitionem. Is profectò ex specie pituitosi humoris est: ut qui admodùm frigidus atque humidus sit. Quisquis enim humor frigidus simul & humidus fuerit, sub ipsam phlegmatis, id est, pituitæ cadit appellationem, si quis Hippocraticè & ex omnium consuetudine non solùm ueterum, sed etiam aliorum scriptorum nominare voluerit. Prodicus enim libro de natura hominis prauè nominat, errans circa tale vocabulum ipsa de miranda etymologia adductus. Sed non est præsentis temporis ad talia deflectere orationẽ, cum

aliam dicarimus illis diſputationẽ. Ergo rurſus ad inſtitutum veniamus. Quiſquis in corpore humor fuerit frigidus & humidus, ipſi hunc nominamus pituitã: tu ſi libet appellabis ſcindapſum. Adeò ſanè nulla mihi vocabulorum eſt cura. At uerò ſcias huius humoris plures eſſe differentias. Nam vna quidem ſpecies eius eſt admodum frigida: ita ut maximos dolores adferat, cum in locum calidum impacta eſt. Et ſæpenumerò multos dolores eorũ qui colici dicuntur, ex acri clyſmate tali humore euacuato, ſtatim ſedatos intueri licet. Hic autem humor videtur ſimilis aſpectu vitro fuſo. Altera verò ſpecies pituitæ eſt, quam excreantes ſæpe expuunt quidam ſenſibilem obtinens dulcedinem. Conſtatq; eam nequaquàm poſſe eſſe omninò frigidam, ſi recordamur eorum quæ libro de ſimplicium medicamentorũ viribus docuimus. Tertia præthereà ſpecies alia pituitæ eſt, quæ ipſis expuentibus acida ſentitur, ac minus quàm vitrea, magis quàm dulcis frigida eſt. quemadmodum altera ſalſa habetur, aut ob putrefactionem, aut ob permixtionẽ ſalſæ ſeroſæ humiditatis: ex qua febricitantes minimè rigent, ſed horrent tantummodò, præhendente accesſione. Acida aũt ac vitrea ſi moueatur, per corpora ſentientia permeans, infert rigorem ſine febre. Quòd ſi qua putredo moderata illis adfuerit, epialam committit febrem. Sin magis putreſcat, rigor puenit: febris ipſa ſubſequitur, deuicto frigore ab ipſa multitudine caliditatis, ita vt nullo modo exiſtat per incrementa & vigores accesſionum. At verò vitrea pituita forſitan acidæ qualitatis particeps eſt: ita ut omnes eius differentiæ tres exiſtant: acida, dulcis, ſalſa. atque ex pituita dulci putreſcente rigor minimè antecedit febrem, forſitan uerò neque ſimpliciter, neque à ſimplici cauſa quis exiſtimarit tales fieri febres. Siquidem quicquid pituitæ putreſcit, accendit febrem: reliquum nondum putreſcens, ex quo rigent non eiuſdem eſt qualitatis, cum ea quæ putreſcit. Si igitur ab hac quidem rigor, à putrefacta verò febris efficitur, duplex ſemper cauſa erit. Licet verò hîc dicere febrem ab altero quidem fieri cauſæ genere, rigorem autem ab alio: ut qui non ſit, quod febris. Per febrem tamen tertianam flaua bilis & rigorem efficit, & febrem. Sed hęc logicæ magis ſunt cõſiderationis: nos ad inſtitutum noſtrum redeamus. Permixta pituita putreſcente, ex qua fieri quotidianam docuimus, cum glorioſo humore efficiente tertianã, compoſita duplexq; cauſa & diſpoſitio fuerit. Alter.n.humor vnoquoq; die, alter tertio quoque die committit accesſionem: ita ut unus dies duas habeat accesſiones; alter uerò unam, cùm tẽpora accesſionis in eaſdem horas minimè incidunt. Vbi enim incidant, una erit confuſa, neq; tertianæ, neque quotidianæ exactam ſpeciem ſeruans. Et quoniam vtraque febris duplex eſt, implexus quatuor erunt. Vnus, in quo tertiana permiſcetur quotidianæ: ſecundus, in quo tertiana permiſcetur continuę quotidianę: tertius, in quo permiſcetur quotidiana tertianæ continuæ: quartus autem, in quo permiſcetur quotidiana continua tertianæ continuæ.

Quot modis fieri cõueniat implexus febrium, ex quibus æger minimè deducitur ad integritatem. Cap. VII.

CAETERVM vnicuiuſque dictorum implexuum differentia duplex eſt. Interdum enim omnes accesſiones eodem tempore ſimul inuadunt, quandoque diuerſis temporibus accesſiones præhendunt. Sed hi cognoſci facilè poſſunt, præterquàm quòd ſæpe intermittens minimè cognoſcitur à parùm exercitatis: quoniam ægri nunquàm deducuntur ad integritatem, ſed oportet ſpeciem conſiderare accesſionis, quemadmodum ſecundo libro de iudicio ſatis dictum iam eſt, & inde cognoſcere, non ex ipſa circuituũ proportione. Subiiciatur enim ueniſſe cuipiam circa horam primam, accesſionem ſimul cum rigore, qui uideatur uulnerare carnem laborantis, deinde omnia alia tertianæ febris indicia uſq; ad uigorem proceſsiſſe: cum uomitu bilis ſimul cũ ſudore benigno inclinare, atq; eſſe iam diei horã nonam. Porrò coniectare nos ex toto accesſionis motu, circa vndecimam horam ſine febre fore ægrotum, ea ſcilicet integritate quam in circuitibus nominare ſolemus. Ita uerò ſperantibus ſtatim ſubſiſtere ſudorem, aut dẽſata ſolùm, aut etiam inhorreſcente cute. Deinde initium, atque incrementum, & ad hæc uigorem in genere continuæ febris pituitoſę ſequi. duplicem profectò ita cognoſcemus cauſam eſſe ac ſpeciem febrium, mixta intermittente cum cõtinua, quamuis nulla inueniatur intermisſio. Ac ſequenti quidem die ſperamus prehenſuram accesſionem hora nona. & ſi vt expectabamus res ipſa eueniat, penitus tertio die ſimiliter ſperabimus adhuc febricitante ægroto, iterum præhenſuram eum tertianæ febris accesſionem hora prima. Quòd ſi præueniat, aut cunctetur accesſio, quam ſecunda die ſperabamus fore hora nona, atque ea quam tertio die credebamus futuram prima hora: non etiam poſthac ſequentibus diebus, neq; nonam horam, neque primam expectabimus, ſed tantò priùs aut poſteriùs, quantò proportio primæ circuitionis accesſionem præueniſſe ab hora qua initio cepit, aut tardaſſe, indicauit. Vtra uerò earum deſitura ſit priùs, tùm ex febris ſpecie coniectandum eſt, tùm ex ipſa accesſionis longitudine, & magnitudine, & more, & motu, & item circuituum repetitione, & anticipatione & tardatione, & adhæc indicijs quæ poſteà apparent cruditatis & concoctionis totius morbi, quorum

quorum in vrina maxima cēſentur. Ac de his omnibus libro de iudicijs ſatis dictum eſt. Quòd ſi pituitoſa continua nequaquàm ad nonam horā, ſed quintam aut ſextam excipiat intermittentem biliosam, quæ prima hora incepit, adhuc difficilior cognitu eſt vulgo iſti medicorum, quibus talis conſideratio minimè curæ eſt, an ſcilicet ſit vnū febriū genus quod infeſtat, an duo, & quodnam vtrunq; ſit. Cæterùm tanquàm nihil horum cognoſcentes, non ſolùm neſciunt quonam modo oporteat curare eas quæ nequaquàm cognoſcuntur qualesnam ſint, ſed neque utrum ſecunda die ſuſpectas habere conueniat vtraſq; horas, quæ prima die acceſsiones attulerunt. Ego nanq; (ſcio) viſus ſum eis ſæpenumerò vaticinando potius quàm præſentiendo, ut medici ſolent conieciſſe initium acceſsionis.

Permiſceri inuicem febres, ſcilicet tertianam exquiſitam & quotidianam: & quonam modo Agathinus errauerit circa ſemitertianam. Cap. VIII.

PER hanc igitur mixtionem (de qua nunc agimus) tertianæ cum ea quæ quotidie accedit, vidi interdū circa primam horā præhendere acceſsionem exquiſitæ tertianæ, circa ſextā autem exiſtere acceſsionem eius, quam recentiores medici propriè nominãt καθημερινὸν, id eſt, quotidianam. Solent enim ita nominare febrem, quę ſingulis diebus accedit, nequaquàm deſinens ad integritatem. Ipſe verò ſolitus ſum talem nominare ἀμφημερινὸν συνεχῆ, id eſt quotidianam continuam. nomen enim καθημερινὸν, nequaquā licet inuenire apud quenquam Græcorū ſcriptum, ſed ἀμφημερινὸν appellant rem oēm quæ ſingulis diebus ſimiliter fit, ſed vt Plato dixit, contemnere oportet nomina eos quibus tantarum ac talium rerum propoſita eſt conſideratio. Appelletur igitur, gratia caloris doctrinæ, ea quę ſingulis diebus accedens deſinit ad integritatem, quotidiana ſimpliciter, nihil inſuper addendo ei per orationē: ea uero quæ minimè deſinit, quotidiana continua: ac liceat tibi, ſi libeat, alteri adijcere, intermittens. Pari ratione dicendum, & de ea quæ tertio quoque die accedit. Altera enim differentia tertiana ſimpliciter, uel etiam intermittens tertiana habetur, altera tertiana cōtinua eſt. Licet uerò & continuam tertianam nominare tertianam ſimpliciter, ſine adiectione ulla: quemadmodum nonnulli appellant. Sed enim non opus eſt fuſius diſputare de nominibus: ſed redire ad inſtitutum. Nam adoleſcens in quo dixi implexum extitiſſe tertianæ cum quotidiana continua, prima quidem die mane incepit cum rigore tertianæ proprio febri, alia omnia ſeruans exquiſitæ tertianæ indicia vſque ad ſextam horam, ſubitumque vomitum bilioſum, ac paruum ſudorem, à quo ſtatim contractus eſt atque inhorruit homo: deinde rurſus præhendente acceſsione, pulſus erat paruus & inæqualis: pòſt vſque ad horam undecimam, ſuccenſa adhuc paulatim, pleraque ipſius acceſsionis habebat propria: pauca uerò quæpiam ipſis quoq; incrementi: deinde vſque ad noctis horam quartam incrementum diligens erat, poſt in eadem magnitudine permanebat ad ipſum quidem ſenſum, uſque ad horam noctis ſextam. Vnde iam perſpicuè uidebatur inclinare uſque ad quartam horā in ſecundo die. In eā enim contrahebatur, atque ipſius acceſsionis indicia oſtendebantur, partibus quidē ipſius extremis frigidioribus cum dentibus, pulſu autem paruo: atque increſcebat uſque ad ueſperam paulatim, neque horrorem quempiam, nec inæqualitatem aliam efficiens: deinde rurſus uigebat circa horam quartam noctis, ac ſenſibiliter inclinare incipiebat circa ſextam. Ac quòd quidem tertia die hora circiter ſecunda oportebat eius expectare acceſsionem fore quotidianam, perſpicuum erat: non tamen tertiana, an ſeruatura eſſet eandem horam, an non, perſpicuum erat. Acceſsio igitur horrifica incepit hora ſecunda, quæ citiùs quàm pro acceſsione, in prima ac ſecunda die continuæ quotidianę increſcens uſque ad quintam horam, initium rurſus alterum fecit poſt quintam horam, atque ei erant omnia ſymptomata ſimilia ijs quæ ſecunda die extiterant. Deinde rurſus increſcēs promptius vſque ad octauam horam, rurſus horruit in illa hora, ac paulò pòſt acceſsio prōptè aſcendebat increſcens: ita ut circa horam noctis quartam ad conſiſtendi vigorē deduceretur. Ecquidnam aliud quàm exquiſitæ ſemitertianæ hæc acceſsio extitit? Cùm duę febres eadem hora inciperent, eo quòd quæ ſingulis diebus repetebat, duabus horis præueniſſet: tertiana uerò duabus horis tardaſſet. Quocirca nitenti dignoſcere ſpeciem febris perſpicuè videri potuiſſent temperata ac permixta tertianæ, ac continuæ quotidianæ ſymptomata. Cùm enim tertiana cum rigore incipiat, quotidiana uerò ſine rigore, permixta ex utriſque horrorem ſtatim inferebat, rem quidem minorem rigore, maiorem uerò frigore: ac tantò maiorem frigore, quantò minor rigore eſt. Quapropter æqualiter diſtans ab extremis utriſque horror in medio amborum collocatur, rigoris ſcilicet atque frigoris: id quod temperatis inuicem extremis potiſsimum fieri ſolet. Ergo non ab re nomen tali febri ſemitertianam indiderunt. Temperata enim ex quotidiana continua ac tertiana intermittente, totius ſuæ naturæ partem dimidiam utranque prædictarum febriū habet. Vt igitur hemionus, id eſt, mulus eſt ac ſemideus dictus: eodem modo ſemitertiana. Mulus enim medietatem quidem equi conducentis ei ad generationem, medietatē uerò aſini habens, ab altero eorum tātummodò dictus eſt.

& semideus, indicatur quidē participare Dei medietatem: quòd autem homo sit altera ex parte, omittitur. Itidem semitertiana, medietatem alteram habet tertianam, medietatem alteram quotidianam continuam. Sed duplex modus generationis eius est, aut enim in vnum tempus duæ accessiones concurrunt, ut paulò antè dixi, quia altera præuenit, altera cunctatur: aut ambæ statim ab initio inuicem temperantur. Ac quæ quidem ambabus in unum tempus coeuntibus fit, vnam solam habet accessionem naturæ ipsius semitertianæ: altera uerò, omnes ab initio morbi vsque in finem, quæ maximè propriè semitertiana ab omnibus nominatur. Sed de hoc paulò pòst agetur, potissimùm propter Agathinum & Archigenem. Adolescenti igitur quem nostra narratio suppo suit, tertio die tali veniēte accessione, propterea quòd in unum tempus ambarum febrium accessiones incidissent, præueniente duabus horis quotidianæ ipsius accessione semper, tertiana autem cunctante semper duabus, accessio quarta die incepit, oriente sole speciem seruans exactam febris pituitosæ. Futurum autē ex proportione erat, ut quinta ab ea accessio inciperet circa decimam horam noctis quoniam semper præueniebat horis duabus ab initio: tertia autem accessio febris biliosæ habitura principiū erat quinta die, hora quarta, ita vt medium interstitium initij duarum accessionum foret sex horarum, quod ēt factum est, circa decimam horam quartæ noctis incipiente accessione secundum speciē pituitosæ febris: atque ita procedente vsq; ad horam quartam diei, coeunte uerò cum biliosa simul modico rigore, deinde rursus permixtā speciem habente accessione secundum biliosę simul ac pituitosæ speciem. At uerò subsequenti nocte circa octauam horam pituitosa febris incipiens exquisita ac sola, totam obtinuit sequentem diē, quæ sexta fuit: tùm autem vsque ad mediam noctem inclinās, inde rursus incepit eodem modo. Posteà reliquam noctis medietatē, & tempus vsque ad meridiē septimæ diei obtinens, iam quodāmodo inclinauit. Sed tertiana ei successit cum rigore incipiens, quemadmodum solet incipere exquisita tertiana: atque alia omnia eodem modo exquisita afferens indicia, bilis vomitum effecit, & deiectionem biliosam, & urinam bonam, & quendam madorem crepusculo vespertino, indicans perspicuè ijs qui didicerunt cognoscere genera febrium, ꝙ remitteretur, atque inclinaret, & soluēda esset post vnam, vel (cùm tardissimè) alteram circuitionem. Etenim inclinatio facilitatem habuit mirabilem quandam, & qualē nulla ex prioribus, vsque ad horam noctis quartam. In illa enim febris pituitosa singulis diebus accedens, horis autem duabus pręueniens, incepit, atque occupans totam noctem, & totum sequētem diem, rursus incepit octaua nocte, secunda hora: quam quidem noctem totam occupans inclinauit sequenti die nono. Accessio autem tertianæ erat futura in illa die circa octauam horam: quoniam duabus horis cunctabatur. Sed tunc circa horam nonam incepit, indicans adhuc eo suā inclinationem. Sole autem occidente coiuit cum ea accessio pituitosa, anticipando inuadens, quē admodum solita erat: & noctem occupās illam, & sequentem diem, rursus incepit decimo die, hora decima. Dein rursus vndecima die hora octaua exactè permanens pituitosa: deinde circa horā noctis primā, initium horrificum tertianæ febris quatuor horis tardantis extitit, tùm aūt sexta hora noctis venter deiecit biliosa, & quidam in toto corpore sudor extitit: & post hęc tota inclinatio prope integritatem deuenit, atq; erat iam perspicuum tertianam destitisse integrè, pituitosam autem esse relictam solam iam & inclinantem. Has igitur ob res circa duodecimam diem, nec insuper accessio præuenit horis duabus, quemadmodum antea solita erat: sed septima hora incepit, deinde circa decimātertiam haudquaq̄ sexta: sed tardauit, ac septima hora incepit, ostendens insignem facilitatem atq; inclinationem. Quartodecimo autem die inclinatio multò melior extitit, atque accessio incepit hora nona, & in urina insigne concoctionis indicium apparuit, prēnunciās fore solutionem futuro decretorio, sed de hoc nunc non est sermo, nisi obiter. Quod autem sæpenumerò permisceantur diuersi generis febres medicorum vulgus latentes biliosæ scilicet pituitosis, itemq; continuæ intermittentibus, præscriptus ægrotus abundè indicauit.

De differentia semitertianæ. Cap. IX.

SED cùm de his satis dixerimus, ad id quod paulò antè promisimus, rursus veniamus. Composita enim ex tertiana & quotidiana continua (quam vocamus semitertianam) uel habet flauam bilem exuperantem, proindeque flauę bilis symptomata vehementia: uel hanc pauciorem, pituitam verò copiosiorem, proindeq; quotidianæ continuæ pathemata certiora: uel neutrum altero humore exuperantiorem, sed ambos æquales, quæ sanè exquisita semitertiana est, talis specie qualem Hippocrates indicauit, scribēs libro primo Epidemion ad hunc modum. Pleriq; in hunc modum afficiebantur. Febris horrifica, continua, acuta, in totum minimè intermittens. Modus autem semitertianæ erat, diem quidem vnum habens leuiorem, altero autem grauius affligens, atque ad acutiorem dispositionem increscens. Horrificam autem dixit, non simpliciter febrem incipientem cum horrore (nā innumeris febribus id accidit, de quibus deinceps docebo) sed in qua bonā partem accessionis horror occupat altera dūtaxat die, in qua simul inuadunt tertiana

tiana ac quotidiana continua. Sequens enim dies quotidianam tantummodò habet. Quocirca prima dies magna ex parte permixtam ex utrisq; febrem committit: secunda autem continuam quotidianam. Interdum enim prima die incipere pituitosam, secunda autem vtranq; contingit. Accessio igitur communis ex vtrisque quoties æquales fuerint humores, talis est, qualem paulò antè descripsimus semitertianam. Vbi uerò tertiana exuperat, febris magis horrifica est, & aliquid uigoris in accessione assumit. Statim itaque calidior talis est atque ardentior, ac celeriùs peruenit ad consistendi vigorem: & item quendam bilis vomitum, vel deiectionem, uel madorem infert. Vbi uerò humor pituitosus exuperet frigus extremarum partium exuperat, & horror paruus est, & pulsus contractio fortior ac diuturnior est, ac lentè accessio increscit, & multo post tempore viget: non tamen sitim efficit, neque ardorem, neque uomitus, neq; deiectio biliosa, uel mador per eam existit. Atque huius mixtionis duarum febrium etiam Archigenes ipse in notitiam quandam deuenit, sed confusè & incertè, quemadmodum indicauimus septimo libro, quem contra ipsius commentarios de pulsibus effecimus. Existimat enim in semitertiana quandoque exuperare tertianam febrem, quandoque quotidianam: non tamen mixtionem æqualem earum quæ sola semitertianam exquisitam committit, aut cognouit, aut indicauit, sed penitus omisit. Cùm enim ęquales magnitudine sunt intermittẽs tertiana & quotidiana continua, initium accessionis cum horrore existit, id enim medium rigoris, per frictionisque existit, è quibus alterum tertianæ, alterum quotidianæ continuæ inest. Incrementum uerò post initium propter tertianam facilè suscipit caliditatem, atque ad consistendi vigorem festinat: propter pituitosam autem tardum, quantùm in ea est efficientem incrementum, inhibetur atque interrumpitur. Atque est ueluti quędam pugna symptomatum, interdum incalescente ægro, quoties tertianæ calor vehementius agens ad cutem humores effert, detinente autem interdum ac retrahente intrò huius motum pituita, quæ ociosa ac frigida est ex natura, ac difficilè mouetur, & tardè transmeat. At uerò in tali pugna, exuperante frigido humore, contractio efficitur, & horror ac frigus partium extremarum & cutis: ita ut altera accessio rursum incipere videatur. Quòd si calidior exuperet, uniuersim calefiunt, & propè ad vigorem peruenisse videntur. Dein paulò pòst exuperante pituitoso, ægri rursus contrahuntur, refrigerantur & horrent. Idque minimè desinit vsque ad cõsistendi vigorem, qui maturiùs quàm pro pituitoso humore, tardiùs quàm pro bilioso existit: quoniam pituitosus detinet biliosi celeritatem, biliosus tamen tarditatem ac segnitiem pituitosi accelerat. Atque huiusmodi quidem exquisita semitertiana est, ex æquali temperamento duarum febrium & duorum humorum effecta. Ea uerò quæ minimè exquisita est, uel humorem biliosum, uel pituitosum obtinet ampliorem.

Semitertianam esse febrem continuam, nec vnquam deduci ad integritatem: sed errasse Agathinum, vocantem semitertianam omnem febrem diuturniorem. Cap. X.

AT verò secunda implexio ac mixtio est duarum febrium tertianæ & quotidianæ, subsimilem efficiens accessionem prædictæ, sed differentem eo: quòd hæc deducatur ad integritatem, & quòd secunda die, uel cum horrore uel rigore quotidiana sola effecta, incipiat. Quocirca talis febris non insuper semitertiana erit: siquidem semitertiana continua censetur. Si verò in altero genere febrium eam annumeremus, non solum talis, sed etiam aliæ quædam febres nominabuntur semitertianæ. Ob eam rem mihi videtur Agathinus omnes productas tertianas, appellare semitertianas. Sed enim cum de nominibus potiùs quàm de rebus tales quæstiones sint, immorandum in eis minimè censeo. Nam alio libro seorsum de vocabulis medicinalibus dictum iam est: in quo id ostenditur ac definitur in plenum, quænam sint de rebus, & quænam de nominibus controuersiæ. Quocirca rursus ad res ipsas redeamus, semitertianam ab Hippocrate nominatam horrificam & continuam, quam tertiana quotidianæ continuæ permixta committit: intermittenti autem, minimè efficit: propterea quòd febris ex utraque composita, necessariò & ipsa intermittens existit. Neque uerò ex duabus continuis, biliosa scilicet ac pituitosa, fieri potest semitertiana, neque enim mixtio horrificam faciet febrem, neque multas ingeminationes habentem. Cùm enim omnis continua febris suâpte ratione, cùm exquisita est, neque habeat horrorem, neque rigorem: neque etiam febris ex eis composita, horrifica erit. Oportet ergo si eadem futura sit horrifica simul ac continua, generationem habere eam ex duabus febribus: altera quidem intermittente, altera autem continua. Et ob eam rem tertiana permixta quotidianæ continuæ, committit semitertianam: neque ambæ intermittentes, neque ambæ continuę possunt committere talem febrem. Restat igitur una mixtio quæ ex quotidiana intermittente, ac biliosa continua constans, potest continuam simul atque horrificam committere febrem. Sed hæc contrà quàm prima, habebit continuitatem quidem ex biliosa, horrorem autem ex pituitosa, atque ingeminationes ex pugna mutua, maximeque quoties humores ipsi fuerint æquales. Vincentis verò eorum alterutrius ex symptomatis agnitio

agnitio in prima miſtione declarata eſt. Hæc omnia de quatuor miſtionibus bilioſæ febris ac pituitoſæ, magis propria ſunt libro qui eſt de typis: ſed hic neceſſariò dicta ſunt propter ſemitertianam: cuius generationem Archigenes ad tertianam quotidianamque retulit: nequaquàm videns ſe intermittentem efficere febrem. Agathinus verò perſpicuè confeſſus eſt eiuſdem generis eſſe cum tertiana ſemitertianam, diſsidentē tantummodò magnitudine acceſsionis. Si igitur omnes febrium differentias accuratè perſequuti, lapſi nominibus eſſent, fuiſſet id ferendum. Sed cum neque ſimplicium, neque compoſitarum omnes ſcripſerint differentias, & ad hæc quaſdam alias ſuperuacuas adiecerint, nihil neque in præſenſionem, neque in curationem iuuantes, nos conati ſumus pro viribus diligenter excolere omnem typum, longo tempore, ex uſu ſimul ac ratione, utiles in eo differentias perueſtigantes. Simplices ergo ad præſentem attinent librum: implexæ autem ex his, attinent ad librum de typis, cuius penitus ignarus non eris, vbi hunc diligenter euolueris. Ex ijs enim quæ diximus de febre pituitoſa ac bilioſa inuicem permixtis, licebit hæc ad atram bilem transferentes, de implexu cum utraque earum ac temperamēto conijcere: implexum nominantes, ubi diuerſis horis incipiant: temperamentum, ubi initium eodem tempore ſit. Nec ſecus tres febres implicare ac temperare quis per ſe ipſe poterit ſumpta ratione de prædictis. Horum enim omnium initium, fons & elementum eſt, diligenter internoſcere cuiuſque ſimplicium febrium ſpeciem. Neque enim magnus numerus earum eſt: ſed omnes tres exiſtunt, bilioſa, melancholica, ac pituitoſa, quarum cuiuſque duplex differentia eſt, intermittens & continua, ita ut omnes ſimplices differentiæ febrium ex humoribus putridis conſiſtentium ſex numero ſint. Quòd ſi qua alia illis acceſſerit, in his particulatim differentia ex copia humoris, quantitate & qualitate putredinis, necnon modo motus, & parte in qua putreſcit, generationem habebit.

Quo pacto erret Agathinus, appellans febrem omnem ſemitertianam, cuius acceßio plurimum producatur. Cap. XI.

QVALE hoc ſit quod iam proponatur ex ijs febribus intermittentibus quæ tertio quoque die infeſtant, cui quidem & acceſsionis tempus breue eſt, & initium cum rigore, & ſolutio cum ſudore ac uomitu bilis, uel etiā inferna aluo deijciente bilioſa: huic nomen inditum eſt exquiſita tertiana: cui verò aliquid horum deeſt, non amplius exquiſita, ſed ſimpliciter tertiana vocatur. Quòd ſi & intermiſsionem minorem habuerit, producta ſcilicet acceſsione, tertianam hanc nominant productam: tametſi hæc maioris minoriſque ratione differentiam magnam obtineat. Ac licet hanc quidem abſoluto ſermone appellare productam, quę cùm quatuor & viginti horas acceſsionis occupauerit, reliquas ſine febre obtinet: hanc verò admodùm productam, cùm circiter triginta horas febris producitur: & hanc præterea magis productam, cùm ad ſex & triginta procedit: & hanc aliam plurimum cùm ad quadraginta & eo ampliùs producitur. Sed hæc omnia definire certis terminis non licet ob acerualem dubitationem. Neque verò neceſſe eſt talem nominum ſubtilitatem quærere, cùm liceat nobis etiam ſine ea indicare ijs qui adſunt & diligenter de vnoquoque ægro, & rectè curare, ac euentum morbi, præſentire. Subijciamus enim quempiam quindecim horis febricitare, eſſe autem ſine febre tribus & triginta, atq; id deinceps ei accidere ex proportione. Sanè cibandi tempus certa ſcientia ſumere licebit tum ex acceſsionis, tum intermiſsionis tempore, & quicquid ex eo ſumi vtile poteſt ad præſenſionem & curationē, id quoque abundè ſuppetet, etiam ſi non quæratur tertianamne abſoluto ſermone oporteat nominare talem febrem, an cum quadam alia adiectione definiente ipſam differentiam. Quin & volens indicare alia ratione febrem ęgri quęnam ſit, diligentiùs indicabit, acceſsionis & intermiſſionis dicens longitudinem, quàm quærens nomen quod perſpicuè, ac definitè indicare idem queat. Hæc igitur optima enarratio, atque doctrina eſt. Secunda autem eſt quam paulò antè dixi, exquiſitam quandam tertianam nominans, aliam verò ſimpliciter tertianam, mox aliam paulum productam, deinde aliam admodum, aliam autem magis, poſtremò plurimum aliam. Sed ex omnibus obſcuriſsima ac peſsima eſt, quæ prima eſt prodita: ob quam recentiores medici quotidiè inter ſe certant atque contendunt, ne id quidem cognoſcentes ſe de nomine cōtendere. Sed de alijs quis fortaſſe minùs mirabitur: de Agathino verò magis mirandum, ſiquidem productam quandam nominans quotidianam & quartanam, in tertiana minime ſeruauit proportionem: ſed cuius ampliùs producta fuerit acceſsio hanc nominat ſemitertianam. Sed de nominum ratione hactenus, nam & ipſe plus quàm par eſt temporis in ipſis contero, proinde tempus eſt, ut ad conſiderationem aliarum rerum redeamus.

Quonam modo ex ſanguine putrefacto febris accendatur bilioſa: & quòd ſanguinis pars tenuior vertatur in flauam bilem, craßior in atram. Cap. XII.

SEQVENS eſt ut agitetur conſideratio nihilò nutilior, utrùm quemadmodum ob utranq; bilem ac pituitam fiunt genera quædam febrium, ita & ob ſanguinem putreſcētem eueniat.

Febris

Febris enim diaria, eo tantummodò calefacto (ut diximus) haudquaquàm putrefacto consistit. Per ipsam verò putrefactionem (necesse est enim interdum sanguinem putrefieri) quærendum febrium ipsarum genus. Id autem inuentum iri par est, si priùs inuenerimus quonam modo sanguis putrescit. Constat enim Aristotelem rectè dixisse, fieri putrefactionem ab aliena caliditate, intelligit autem alienam, externam, non natiuam, nec vnicuique rei propriam. Hæc enim concoquere: aliena verò corrumpere solet, quod est putrefacere. Extrinsecus autem caliditas superuenit sanguini per æstum, ac pestilentem constitutionem, & ut summatim dicam, per omnes febres ex quacunque causa in generationem deducantur. Quinetiam vbi in quapiam animalis parte sanguis copiosior collectus, supra uires eius fuerit, corrumpitur: maximeque quoties infarctus est ob crassitiem in paruis vasis, aut impactus ob copiam. Quemadmodum accidit in bubone & phymatis, & ut in summa dicam, in omni inflammatione. Nam in tali dispositione sanguis duplici ex causa corrumpitur: tùm quia minimè difflatur, tùm quia à natura minimè vincitur. Quòd autem quæ minimè difflantur, putrescere soleant, in cunctis exteris corporibus intueri licet, fructibus, seminibus, atque etiam vestibus: atque persuadere id quod dicimus, maximè potest pleuritis. Expuunt enim per eam alij spumosam, alij pallidam, alij rubram saniem, quæ nihil aliud est quàm humoris in inflammatione vincentis pars quæ non continetur, sed præ tenuitate foras resudat. Interdum etiam talis sanies nigra apparet, ac neque statim ab initio, sed processu temporis, præcedente magna ex parte pallido sputo, quod erat indiciū flauæ bilis exuperantis: quemadmodùm spumosum pituitę, rubrum sanguinis. Quocirca ratione non caret interdum putrescere sanguinem ipsum in locis inflāmatione affectis, febremque ex eo simpliciorem esse quàm ex alijs humoribus. Proportionem autem accessionum tertianæ circuitionis potissimum sumit (ita enim fieri cernitur & in pleuriticis quoties rubrum expuunt) ubi uerò supra modum assatur, mutatur penitus. Pars enim tenuissima simul ac pinguis in pallidam bilem: crassior autem in atram uertitur, quemadmodùm accidit in carbunculis. Etenim in his sanguis vehementer feruefactus mutatur in humorem melācholicum. Ad hunc uerò modum inaudire oportet humorem melancholicum, tanquàm nondum effectus sit atra bilis: sed in confinio quodam collocatus. Febres igitur consistent pro specie humoris, in quem sanguis mutatur, tantummodò dissidentes malignitate & clementia. Simpliciores enim sunt ex mutatione sanguinis: tùm cætera: tùm caloris lenitate. Etsi enim quam maximè multus manus occursu depræhendatur, prorsus tamen mitis est: quemadmodùm is qui post balnea accidit. Copia enim caloris febrilis in ipsa effluuij copia semper posita est: molestia verò, si admoueas extrinsecùs manum, in ipsa caliditatis acrimonia, idque erit tibi indicium maximum humoris committentis febrem: intelligo autem ipsius caloris qualitatem. Qui enim vaporosior est atque minùs molestus, sanguis est: qui molestus, erodensque & mordax, ex bile consistit. Vbi verò in primo occursu vaporosus potiùs quàm mordax sentitur, diutiùs autem immorantibus paulatim ei acrimonia accedit, eaque maximè inæqualis, ita ut per colum quoddam vel cribrum transmitti videatur talem febrem ex pituita putrescente consistere sciendum est.

Multa morborum genera repetere per circuitionem, ut ophthalmiam, capitis dolorem, podagram, dolorem articularem. Cap. XIII.

CAETERVM consideranti mihi quærentiq; causam ob quam febres ex alijs humoribus calorem habent æquabiliter occurrentem: quæ uerò ex pituita consistunt, dictam obtinent inęqualitatem: apparuit mihi potissimum causa esse lentor crassitiesque humoris, & dissolutionis difficultas. Huius enim, ut aliorum omnium, quicquid semper extenuatum est, per halitum digeritur: vix autem extenuatur, quicquid crassissimum: ac multò minus, si frigidum natura sit. Quocirca neque totum nec æqualiter, sed quicquid putredo occupauerit, id solùm in flatus vertitur, ac extenuatum foras fertur, ac perinde euenit ut in glutinosis crassisque humoribus externis dum elixantur. Existunt enim ex eis bullæ, quibus ruptis spiritus vniuersè educitur, simul secum abducens humorem attenuatum. Vbi verò tenuis humor elixatur, neque bullæ efficiuntur, & qui ab eo attollitur uapor omnino similis ac continuus sibijpsi est, sed cùm de his satis dictum sit, sequens est ut agamus de causa febrium synochorum. Mirum enim mihi esse videtur sæpe vsque ad quartum uel quintum, & interdum vsque ad septimum diem, unam fieri accessionem in eis ab initio vsque ad finem. Quanquàm si quis consideret diligenter, magis mirum est quasdam febres repetere per circuitionem. Exemplum enim supradictum à nobis de stercore particulatim putrescente, non perinde potest accidere, cū in corpore animalis putrescentes humores cum his qui putredine uacant, facilè misceri possint, utpotè cùm ex omnibus confluxus, conspiratioq; in omnia existat. Quocirca minimè fieri potest ut putredo in una aliqua parte, aliàs alia fiat, nisi inflammatio colligatum detineat incipientem putrescere humorem. Cùm igitur ratio in contrarium cedat, difficiliusque sit inuenire causam febrium circuitione repetentium quàm synochorum,

rum, de utrisque nitemur differere, neq; hic producentes sermonem, neque contradicentes erratis aliorum, sed (ut in omnibus antè fecimus) veritatem ipsam tantummodò persequentes, qua nixus possis depræhendere errata aliorum. Incipiendum igitur ab ijs quæ manifestissimè apparent, cuiusmodi sunt ophthalmiæ quædam, quarum hæ quidem singulis diebus, hæ autem tertio quoque die infestare cernuntur. Nec secus auriū dolor & capitis, uel totius, uel dimidij, quem nominant hemicraniam. Nonnullis verò etiam podagra ac dolor articularis repetit per circuitionem. Vt igitur in his omnibus videre licet uenas ipsas in partibus quæ infestantur in tumorem attolli, & phlegmonem augescere, & dolores intendi, & fluxionem insignem foras procumbere: ita existimandum est in partibus internis, quę minimè apparent seruari eandem proportionem. Verbi gratia per inflammationem pleuritides, ac peripneumoniæ intumescere quidem inter initia accessionum, discuti uerò ac subsidere per inclinationem. Sed quonam modo id fiat fortasse inueniemus, si ea quæ de inflammationis generatione & rheumaticis affectionibus uocatis alibi demonstrata sunt, ad memoriam reuocauerimus. Si enim simul cum illis adiecero quæcunque propria huic sermoni sunt, præsentibus quæstionibus sufficient.

Quam ob causam fluxiones certis temporibus decumbant, et quòd partes debiliores promptius suscipiant excrementa. Cap. XIIII.

FLVXIONEM igitur decumbentem in oculos, omnes quidem concedunt ab ipso capite defluere, sed quænam causa sit ob quam præfinita circuitione sæpenumerò defluat, dicere minimè possunt: ut qui nequaquàm commentati sint in facultatibus naturalibus, de quibus ipsi tribus libris perscripsimus, indicātes omnes quatuor esse, à quibus plantæ & animalia gubernantur. Vna ergo est quæ attrahit proprium alimentum, altera idipsum detinet: tertia autem ab his alterat: quarta ab his aliena expellit. Alienum autem in omnibus rebus duplex est: alterum qualitate, alterum quantitate. Id uerò propter sitarum in ipsis partibus facultatum fortitudinem atque imbecillitatem colligitur. Nam si quidem paribus sint viribus, & meatus deferentes excrementa se habuerint secundum naturam, partes ipsæ sanæ sunt: si uerò plus quàm alterari queat assumptum sit, excrementum omne excerni à facultate expultrice pulsum necesse est. Quòd si hæc imbecillis sit, eodem in loco manere necesse est. Atque si multùm sit, grauat eum ipsum, atque distendit, si acre sit erodit & mordet, quemadmodùm si calidum sit, calefacit: si frigidum, frigefacit, atque hæc perspicua sunt in ijs quæ in ventre habentur. Quidam nanque ingerentes plus alimenti, interdum vomere coguntur nauseabundi: interdum alui fluore corripiuntur. Quod igitur hic per maxima spacia excernitur eructantia foras excrementum, id in alijs partibus animalis per tenues meatus non foras, sed ex alijs in alias trāsfluit partes: expellentibus quidem fortioribus, suscipientibus verò debilioribus. Porrò rursus expellitur ex his in alias, atque ex illis in alias defluit, quousque in debilissimas omnium decumbat. Id autem rursus recurrere inde in alias fortiores nequaquàm possibile est. Atque ob eam rem per phlethoram ac uitium humorum partes omnium debilissimæ aliàs inflammatione, aliàs erysipelate, uel herpetibus, uel alia quapiam affectione præhenduntur, aut habent affectionem quam rheumaticam nominant, de qua seorsum scripsimus. Quocirca minimè mirum uideri debet, cerebrum uel etiam totum interdum caput ubi collegit aliquod excrementum, in aliquam partem debiliorem expellere, aut in aures, aut oculos, aut tempora, aut labrum, aut dentes, aut genas, aut palatum, aut gingiuas, & gurgulionem, & tonsillas, & adenas ibi contentos: atque ubi nullum ex his fuerit imbecille, in thoracem, pulmonem, fauces, gulam, uentriculum, fluxionem transmittit. Quemadmodùm ergo caput sæpenumerò prædictorum cuique causa morbi est: ita inflammationis in iecore & liene, proximarum aliqua partium, aut etiam mehercle, una longiùs positarum, uel plures quæ excrementa gignunt, augent, transmittunt, & circuitione affligunt. Ac nihil mihi est his accidere affectum similem excretioni excrementorum uentriculi. Quemadmodùm igitur si quis uideret quidem quātum quotidie excernitur, ignoraret autē causam excretionis, miraretur ordinem: ita qui nescit neque generationis in capite excrementorū, neq; excretionis causam, ignorat autē & quamobrem hæc foras decumbant, illa in aliquam aliā partem transfluant: hæret atq; miratur influxus proportionem. Pari autem modo, & qui ignorat quæ partes excrementum iocinori transmittunt, miratur proportionem excitatarum ex iecore febrium. At qui nouit decumbentem in uiscus fluxionem & primum phlegmones initium dedisse, & sequentis accessionis ipsam partē affectam authorem esse, mirari desinit.

Quonam modo ex calore attrahantur excrementa: & quòd dolor omnis irritet fluxiones. Cap. XV.

CAETERVM duplex causa est huiusmodi influxus humorum, una quam proximè indicaui, quoties ex alijs partibus in alias debiliores excrementa transmittuntur: altera uerò, quoties attrahuntur, de qua hoc loco agendum, initio sermonis petito ab ijs quæ omnibus prospi-

cua confessa quae sunt. Si enim tapsiam illinas cuipiam, videbis paruo tempore partem huic esse calidiorem, atque in tumorem non paruum attolli. Nec secus si foueas partē quampiam iuxta ignē, aut fortiter frices, aut vngas resina, aut pice modicè calida, deinde paulò pòst euellas vniuersim, aut si etiam vngas partem quopiam medicamento calido, videbis enim ex his omnibus ipsam attolli in molem: quia calor ipse, uel ad se trahere, uel suscipere soleat fluxionem. Verùm necesse non est in præsens talia definire, id quod vtile est instituto iam habētes, etiam sine huiusmodi contemplatione. Semper enim in partes vehementiùs calescentes decumbere fluxio videtur: ubi corpora plena sunt, atque abundant excremētis, admodum larga: vbi uacant excrementis, pauca. Decumbit prætereà maximè & in dolentes. Sic nanque sæpe cui summus digitus manus minima acu punctus est, statim dolet, & paulò pòst partes quæ circiter sunt inflammatione laborant, atque in molem maximam tolluntur. Quibusdam verò etiam bubones sub ipsis alis erumpunt, vbi acceperint aliquid fluxionis rara & spongiosa quæ ibi habentur corpora, quos Græci nominant adenas. Quibusdam autem accidet id in medio brachio ubi insignis adenea parte extiterit. Perspicuè id quod dicimus uidere licet, quoties ulcus aliquod exiguum sine inflāmatione ac dolore prope vnguem fuerit. Si enim hoc contemnatur, neque curat, & ad cicatricem deducatur, innata ipsi caro ab ungue pressa primùm quidem dolet, deinde totus digitus, aliquando verò & eorum corpus, & interdum manus uel pes in maximam deducitur inflammationem. Ita igitur dolor attrahit in dolore affectas partes fluxionem, non tamen causam huius hic dicere oportet. Alibi enim commodiùs est dicta, nec illius in præsens indigemus. Videntur ergo iam causæ fluxionum ex ipsis partibus laborantibus fluxione ortæ esse duplices. Vna ex calore qui in eis accenditur: altera ex dolore qui superuenit. Causa autem cur aut plus, aut minus, aut benignius, aut deterius influat, est non in ipsis solum partibus laborantibus fluxione: sed cur benignius deteriusúe influat, in ipsis partibus mittentibus causa est: cur autem plus minusúe, in utrisque. Calor enim fortis ac dolor, plus debilior, minus attrahit. Itidem corpora excrementis uacua exiguum quiddam trahentibus mittunt: excrementosa autem ac plethorica tantò plus mittunt, quantò ab ipso naturæ habitu longiùs recesserint. Atque hę quidem fluxionum differentiæ sine debilitate partium fluxione laborantium existunt. Aliæ uerò & ob harum debilitatem, ac fortitudinem mittentium excrementa, efficiuntur. Omnis enim inflammatio sine vulnere ac collisione præhendens partem, excrementis quibusdam decumbentibus ex fortioribus in debiliora existit. Talis autem inflammatio statim accendit febrem, quoties ob magnitudinem, aut uicinitatem calor ex ea ad cor peruenerit. Decumbentia igitur excrementa in omni inflammatione putrescunt propter causas prius dictas. Nec similiter omnia putrescunt, eo quòd quædam sunt pituitosa, alia melancholica, nonnulla biliosa. Ipsis autem putrescentibus accenditur calor præter naturam in parte inflammatione affecta: simul quidem calefaciens quæcunque primæ tangunt inflammatione obsessas partes, deinde illis continuas, ex quibus rursus aliæ ratione vicinitatis calefactæ, rursusque aliæ ab illis vsque ad ipsum cor deferunt interdum caliditatem. Sed quænam sit dispositio in parte inflammatione affecta, diximus in libro de intemperie inæquali: & item in libro de tumoribus prę ter naturam. Quòd autem necesse sit contentum in ea sanguinem putrefieri sæpenumero, simul cū materia quæ influxit, in hoc dicetur.

Colligi excrementa diuersis temporibus, quæ sæpenumero ordinem minimè seruent, atque esse quandoque breuem, quandoque longam accessionem. Cap. XVI.

EXCREMENTVM igitur quod decubuit ex vna parte in aliam, interdum adeò multum prauumque est, ut partis laborantis fluxio ne lædat vires: interdum adeò mite ac exiguum, ut suscipiens corpus minimè offendat. Si igitur adeò debilitet vires ut exoluantur, nec prætereà euincant ea quæ priùs uincebāt, tunc sanguinem putrefieri necesse est duplici ratione: & quia humor minimè euictus à calore proprio reliquam habet in putredinem mutationem: & quia simul cum excrementis putrescentibus putrescit. Sin non tantùm lædat vires ut exolutæ penitus quiescant, semiprauus & tanquam semiputris, in tali constitutione sanguis efficitur: uicinitate quidem putrescentium excrementorum simul putrescens, persistens tamen in sua ipsius natura quantum est in ratione facultatis ipsum conficientis. Vtcunque autem se res habeat, accēsus calor per primam putredinē penitus acrior ac mordacior est quàm foret dum per naturam haberet, atque tantùm crescit, quantùm natura ipsa excrementorum sufficiat. Hæc enim talem habent proportionem ad calorem ex eis accensum, qualem ligna ad ignem obtinent. Hæc tamen minimè in infinitum tempus sufficiunt ad alterationem: sed terminus alterationis ipsis est, humoris innati cōsumptio: nam eousque cremari queunt, dum innatum habuerint humorem: atque eo consumpto cremari desinunt, ac reliquiæ eorum nominantur cinis. Quinetiam putrescentium humorum similiter calor permanet dum prorsus sint assati, par est autem reliquias humorum terrestres exiguas esse nequaquàm multas, quemadmodū lignorum:

lignorum: propterea quòd in substantia eorum elementum humidum exuperat, non siccum. Simili modo si libeat coquere humorum externorum quempiam, ut oleum aut uinum, terrestre quidem eius qui minimũ relinquetur, reliquum autem totum extenuatum, in uaporem atque aerem discedet. Itaque tota substantia feruefactorum humorum ex putredine extenuatorum ab ipso calore in ambientem dispergitur per uigorem, inclinationemque febrium. Remanet autem iam excrementum omnino exiguum, uel nullum: in humoribus quidem crassioribus exiguum, in serosioribus autem nullum. Quòd si nulla debilitas extiterit uirium partis inflammatione laborantis, nec rursus mittantur excrementa: & morbus solutus est, & posthac haud iterum febricitauerit homo, neque sequenti die, neque tertio quoque die, neque quarto quoque. Quòd si ob eandem causam mittantur excrementa ob quam ab initio parti mittebantur, aut si hæc quidem non ampliùs mittantur, sed permaneat uirium debilitas: denuò febricitare hominem necesse est. Subijciatur enim primùm, facultas partis robusta, tempore uerò interueniente eisdem in partibus quæ priùs transmiserant, collecta esse excrementa paria quantitate & qualitate his quæ initio transmiserant. Hoc uerò accidit his in quibus dispositio mittentium, & attracti ad ipsas alimenti, quantitas & qualitas eadem permanet. Necesse enim est, æquale ac simile quod ab eadem alteratur facultate, æqualia ac similia facere excrementa. Quinetiam tempus collectionis eorum necessariò equale erit. Partes enim quæ aluntur quoad similem habuerint constitutionem ab eodem nutrita alimento, æqualia quantitate & similia qualitate, atq; eodem temporis tractu colligent excrementa. Quinetiam eadem circuitione incitantur ad expellenda ea atque mittēda debilioribus. Siquidem tunc primùm expellendi facultas excitatur ad operationem suam, ubi grauatur multitudine excrementorum, aut qualitate molestatur. Sed de his omnibus in commentarijs de uiribus naturalibus definitum iam est: in quibus exercitatum esse conuenit eum, qui quæ nunc dicuntur, sit cum demonstratione intellecturus: magno quidem præmio ipsi proposito ex tali contemplatione ad curãdi uiam & rationem. Nam ut alia omnia omittam quę sum dicturus in eo libro unius tantummodo faciam mentionem, quod maximè quidem in promptu est, quodque ipsi sæpenumero fecimus, opthalmiæ scilicet per circuitionem repetentis. Spero enim id non paruum incitamentum fore lectoribus ad eam quam hoc loco tradimus condiscendam doctrinam. Contrà enim quàm ij qui se nominant ab oculorum curatione ophthalmicos, curauimus semper huiusmodi ophthalmiam. Nam cum illi semper oculis negotium facesserēt, nos interdum purgatione, interdum balneo, interdum meri potione (ut Hippocrates dicit) interdum sanguinis missione, interdum utrisq;, uel clystere cum sanguinis missione usi sumus: atque interdum statim his adhibitis desiuit, quandoque etiam ubi capiti fuisset prospectum. Omnes enim qui ita curati sunt, aut omnino accessionem non habuerunt, aut semel solùm: sed multò leuiorē quàm priùs. Sed de curatorijs discretionibus ac de indicijs, ne quaquàm est hoc loco agendum. Ceterùm quòd accidat interdum totum caput aut minimè affectum, sed sanguine prauo atque excrementoso nutritum, colligere excrementa plura ac uitiosiora quàm antè, ita ut nequaquàm is sufficiant naturales effluxus ac perspiratus, sed cogatur natura expellere excrementũ ad aliquam partem debiliorem, aut si humores secundum naturam se habeant, ipsum autem affectum sit, aut etiam ambo concurrant, colligi excrementa, atque decumbere in aliquam partem, præsens sermo demonstrare studet. Etenim quoad decumbens humor similis fuerit, & capitis dispositio eadem, eousque excrementa æquali colligentur tempore similia & æqualia, & accessiones oculorum similes erãt. Simili modo & si nō totius capitis, at certè unius alicuius in eo partis, aut meningum, aut cerebri ipsius fuerit aliqua dispositio, ita ut ex tali nutrimento colligat tantum taleque excrementum tan to tempore: deinde expellat excremētum id tunc primùm cùm ab eo insigniter molestatur: accidit & tunc per circuitionem infestari uel oculos, uel aures, uel aliquid aliud tale, in quod debilius expulsum fuerit excrementum. Vt igitur in oculis, uel auribus, ac pedibus, & alijs multis partibus talibus perspicuè uidetur fieri accessio per circuitionem, quemadmodum ostensum est: quid mirum in pleuritide, & peripneumonia, & phrenitide, & alijs omnibus quorum non licet intueri inflammationes, similiter fluere excrementum? nul lo alio ipsa parte inflammatione obsessa affectu laborante peculiari ac proprio ad dictorum generationem, quàm quòd mittentibus excrementa eo tempore imbecillior est. Neque etiam illud mirum uideri debet, quod non eodem tempore colligantur omnia excrementa. Quòd enim neque qui defertur ratione alimenti sanguis semper similis est, neque dispositio partium quę aluntur eadem, idcirco aliud alij tempus satis est ad tanti excrementi collectionem. A quo primùm natura partis molestatur, cogiturque ueluti alienum à se id quod molestat, expellere. Neque porrò mirandum est, ipsarum accessionum longitudinem inæqualem esse. Cum enim neque genus, neque multitudo excrementorum una sit, neque similiter accendi in omnibus, neque discuti conuenit. Nam plura quidem & frigidiora, & glutinosa, & crassa, longiores committunt accessiones: pauciora autem & calidiora & tenuiora breuiores:

mores: conducente ad id non parum totius corporis constitutione eo tempore & virium robore. Corpus enim rarius breuiores, quantum in se est, efficit accessiones: densius autem longiores. Et robur quidem virium, breuiores: debilitas autem, multò longiores. Facultas enim valida promptius à se expellit id quod est alienum: corporis autem raritas, minime detinet id quod effertur. Quocirca ita affectis cito euacuari excrementum necesse est: si etiam alia similia existant. Pari ratione quibus econtrario corpus afficitur, ijs necesse est esse longiorem excretionem excrementorum, debiliter expellente excrementa facultate: detinente autem ea quæ efferuntur, angustia meatuum. Omnibus autem simul cōcurrentibus, aut breuissima aut longissima accessio fit. Longissima quidem, ob crassitiem, & multitudinem excrementi, ac virium imbecillitatem, meatuumque angustiam: breuissima autem, ob tenuitatem, & paucitatem excrementi, & robur viriū, ac uiarum amplitudinem.

Quam ob causam acceßiones desinant ad integritatem. Cap. XVII.

Simili modo nec quā ob causam accessiones quædam desinant ad integritatem, quædam verò nō, difficile est inuenire. Quoties enim prioris accessionis tempus adeo breue fuerit, vt priusquàm secunda incipiat, iam prima defierit: medium principij secundæ, priorisque finis interuallum totum sine febre existit. Sed vbi secunda priùs incipiat, quàm prior omnino soluatur, nihil harum medium relinquitur. Hoc igitur (vt diximus) fit, quum facultas partis excrementa recipientis sui similis esse pergit, hoc est, adhuc, vt antea, sanguinem qui in ipsa habetur, vincit. Quòd si quando debilis efficiatur, idque ei causa sit cur non excrementa solum, sed ipse etiam sanguis corrumpatur ac putrefiat, & febris accendatur: alterum inde quoque initium orietur circuitu repetentium accessionum. At si quidem prædictus adhuc seruetur calor, duplex erit genus febrium inter se implexarum. Si verò ille quidem desinat, dispositio verò suscipientis fluxionem permaneat, quæ demittente sunt dicta prius, de hac intelliges. Hæc enim pars efficiet in se quædam excrementa duplici ratione, quemadmodùm & illa, tum quia prauus est sanguis contentus in ea, tum quia facultas debilis est. Nec secus si ex quauis causa reddita sit interdum debilis partis dispositio: adeò vt onus ipsi potius quàm alimentum sit sanguis adiectus. Corrūpetur enim: & si calidus fuerit, facilè putrescet. Si verò subfrigidus ac pituitosus, non statim quidem: sed processu temporis is quoque eandem suscipiet dispositionem. Quinetiam vbi nequeat cōcoquere quælibet pars genita in se excrementa, aut expellere ad aliam, tale sibijpsi initium febricitandi, quale ea quæ transmittit alteri, adfert. Cur autem nequeat alteri mittere excrementa, prima quidem causa est in viribus mittentis suscipientisque: altera autem in uiarum obstructione, quæ à glutinosis, crassis, & multis fieri solet humoribus. Nihil igitur miri est, si etiā absque eo quòd altera mittat alteri excrementum (quemadmodùm caput oculis mittebat) ex excrementis in ipsa adhuc manentibus in eandem suscipienti aliená dispositionem deuenerit. Quæ enim obstruxerunt naturales effluxus, processu temporis ea quoque putrescant necesse est: & causa sint oportet ob quam multitudo excrementorum in parte minimè vacuetur, & vt solita erat diffletur: putrescunt igitur vt illa ea quoque quę postea colliguntur, & omnia simul accendunt statim in parte caliditatē febrilem. Suprà autem indicauimus vbi accenditur quædam uel etiam augetur caliditas, in eam partem ab alijs sanguinem defluere. Itaque necesse est, ut tempore quo defluit, partes illæ refrigerentur sanguine destitutæ: pars autem affecta grauetur atque distendatur: & qui defluxit, sanguis alteretur, propter duas causas, & quia putrescentibus iam excrementis permiscetur, & quia impactus minimè difflatur. Quocirca succēditur instar lignorum humidiorum confertim in exiguam flammam coniectorum, atque id tempus omne initium accessionis appellatur. Vbi uerò calor superat materiam, appellatur incrementum & ascensus, tale tempus. Atque eo tempore augetur calor tam multus, ut non solùm deurat locum ipsum qui ueluti causa quædam putredinis est, sed iam per continuitatem depascatur uniuersum corpus: & ubi ad summum peruenerunt feruorem qui accenduntur humores: apellatur uigor talis pars accessionis. Vniuersum uerò ignitum esse uidetur tunc ægroti corpus, calore in uniuerso animali æqualiter intenso: deinde si quidem humores tenues sint, ac facultas ualida, & corpus rarum, pars plurima feruefactorum humorum fusa in sudorē uacuatur. Quod si crassi fuerint, ac expultrix facultas debilis, & uiæ angustæ, nihil quidem sensibile effluit: sed solum id quod ita extenuatum est ut in habitus tenuis trāsierit naturam. appellatur autem id tempus inclinatio, quæ perspiratio quædam est humorum feruefactorum. Sed ubi in parte dispositio permaneat necesse est alterum in ea gigni excrementum: cum quod rursus in eam attrahitur alimentum, non plane totum uincatur. Quod rursus (ut ante docuimus) & ab excrementis putridis in parte ipsa relictis, & ab ipsa propria prauitate, initium putredinis suscipit: & ubi admodum incaluerit, rursus decumbit in ipsam, vt priùs dictus ex alijs animalis partibus sanguis, rursusque eodem modo, initium, incrementum, vigor

& inclinatio accesſionis fit. Atque hoc certo ambitu tantiſper fit, dum affectus in parte primum gignente excrementa ſeruatur.

Quamobrem febres interdum repetant per circuitionem, interdum continuæ ſint. *Cap. XVIII.*

At uerò diſpoſitio talis duplex eſt: altera quidem partis debilitas, per quam gignũtur excrementa: altera verò ex ipſis quotidie genitis collecta. Caue enim putes in vaſis externis in quibus elixa cibaria nidorulenta cuaſerunt, diſpoſitionem quandam relinqui: in partibus autem in quibus humores putreſcunt, nullam permanere. Quum ſanè hæc affectio ægrè ſoluatur, quoties vniuerſum corpus malis humoribus abundet, ac plethoricum ſit, multoque ægriùs, quoties in his fuerit anguſtia omnium meatuum partis excrementa educentium. quemadmodũ & ſanatio ſubſequetur, ſi & meatus expurgentur, vt partis meatus fluxiles ſint, & vires roborentur, & diſpoſitio corrigatur: & vniuerſum corpus neque malis humoribus ſcateat, neque plethoricũ ſit. Quamdiu autem hæc permanent, circuitionem acceſsionum permanere neceſſe eſt: Similiter accidit in mulieribus. In eis enim quoad ſimilis cauſa & æqualis permaneat menſtruorum, eadem eorum circuitio retinetur. Sed de his omnibus in libro de rheumaticis diſpoſitionibus latiùs docuimus: & nunc immorati diutiùs in cõfirmandis ijs quæ ante demonſtrata ſunt, minimè conuenit: neque præterire capita rerum in præſens vtilium. Maximè autem vtile eſt cognoſcere, quod aliquæ partes alijs tranſmittunt fluxiones, quemadmodùm caput oculis: quædam verò ab excrementis in ſe genitis initium febricitandi ſuſcipiunt: & quòd his omnibus commune excrementorum putredo eſt. Proprium verò ſingulis, huic quidem infarctio ac ſtipatio vaſorum, aut ex humore glutinoſo, vel craſſo, uel multo: alteri verò anguſtia meatuum vel ſenſibilium, vel minimè ſenſibilium: alij autem quòd omnia ſpacia vacua in toto ipſius corpore ſunt oppleta, & ab his plenitudo ad vires: quemadmodum in libro de plenitudine docuimus. Febrium igitur circuitione repetentium haud ſcio an vlla generationis cauſa omiſſa ſit. Earum autẽ quæ ordine carent, nonnullæ ob humoris mutationem, nonnullæ ob rationis victus errorem, ad eiuſmodi conſtitutionem deueniunt. Sanguis igitur putreſcens maximè mutatur, quoniam (ut ante diximus) partim flaua bilis, partim atra efficitur. Quantùm igitur humores in corpore ægro mutantur, tantùm & circuitiones acceſsionum. Quocirca minimè mirum videri debet, per tales mutationes ordinem quoque mutari. Mutantur uerò maximè, ubi qui incepit putrefieri, in aliqua parte alius exiſtit, alius autem ex alijs defluit, qui aut in illis ſolis talis habebatur, aut in toto animalis corpore exuperabat. Nec ſecus quæcunque ægri in uictus ratione delinquunt, hæc quoque nihilò minùs corrumpunt circuitionis ordinem. Vt enim in ſanis prauus victus morborum cauſa eſt: eodem modo vel magis etiam in ægris, ex ijs quæ deliquerint, acceſsiones inordinatæ exiſtunt. Nec ſolum adhuc ægrotantes, ſed etiam quo tempore à morbis ſe recolligunt, promptè ex quouis delicto læduntur. Quocirca per omnem inſignem læſionẽ uel præuenire multum circuitiones cogunt, aut diuerſi generis à prioribus quaſdam gignunt, à quibus acceſsionum ordo corrumpitur. Sæpe uerò ob implexionem circuitionum incognitam medicis, ægri viſi ſunt pati inordinatas acceſsiones. Sed tales ordinum permutationes reuerà non ſunt: ſed tantumodo uidentur. Quæcunque autem reuera ſunt, aut ob permutationem humorum committẽtium febres, aut ob errorem in uictus ratione efficiuntur. Reliquum porrò ſynochorum genus (quorum totum tempus una acceſsio eſt, aut ſemper ęqualis, aut decreſcens, aut increſcens uſque ad iudicium) ex tali cauſa fieri ſolet, qualem omnium febrium Praxagoras ſtatuit, humorũ in caua uena putredinem eſſe exiſtimans. ſed abſolutior ſermo ac uerior hoc modo euadet. Quicunque circuitionibus quibuſdam repetunt morbi, partium ſuperueniunt diſpoſitionibus, uel mittentium, uel ſuſcipientium, uel gignentium, uel trahentium excrementa, eo quo paulo ſuprà diximus modo. Qui uerò ſine circuitione fatigant, in his nullus locus peculiaris affectus eſt: ſed humores in uenis & arterijs omnibus, maximèque qui in maximis & calidiſsimis ſunt, aut ob aliquam aliam cauſam, vt in diarijs, aut etiam ob putredinem feruefacti, accendunt febrem unam continuam, ab initio uſque ad finẽ minimè intermittentem, eatenus durantem, ac deurentem hominem, quoad gignentes eam humores ſint conſumpti, aut concocti, aut vtrunque paſsi.

SECVNDI ET VLTIMI LIBRI GALENI DE DIFferentijs febrium finis.

CL. GALENI PERGAMENI
DE FEBRIBVS CVRANDIS LIBRI QVINQVE, QVI IN HIS, QVI DE METHODO MEDENDI inſcribuntur, ſunt VIII. IX. X. XI. & XII.

THOMA LINACRO INTERPRETE

De Febribus curandis Lib. I.

Febris quando gignuntur, eiusque primæ differentiæ, & indicationes.

Cap. I.

QVOD igitur ex calido, frigido, humido, & ſicco, ſimilarium particularum natura conſtet: quodque ipſæ ſimplices atque primæ particulæ ſecundum tales temperaturas inter ſe disſideant, alibi à nobis eſt traditum: quemadmodum etiam duo eſſe morborū genera quæ ſimplicibus ipſis particulis accidunt: alterum, quod compoſitis eſt etiam commune, & dicitur vnitatis ſolutio: alterum peculiare ipſarū, quod in calidi, frigidi, humidi, & ſicci intemperie conſiſtit. Quarum ſanè intemperantiarum, quatuor diximus eſſe ſimplices: quatuor verò compoſitas. Simplices quidem, quæ ſecundum vnam qualitatem à naturæ ordine aberrant: compoſitas verò, in quibus ſecundum oppoſitionem vtranque ipſa natura variatur. Febris autem, unus morborum eſt, quos intemperies gignit: vtique quum adeò immodicè eſt auctus calor, vt & offendat hominem, & eius functiones lædat. Porrò primarum differentiarum febrium, vna illa eſt, in qua cauſa adhuc adeſt febrim creans: aut febri excitata, iam deſijt. Altera uerò, qua egrè ſolubiles, à ſolutu facilibus febribus diſtinguūtur: illàs hecticas, has Græci ſcheticas uocant. At verò prima indicatio omnis febris, ueluti à morbo eſt, ablationem eius præſcribens. Secunda autem, ueluti à tali eſt morbo, quæ certam quandam ſublationem indicat: nempe intemperiem febrilem, quū ſit caloris exceſſus, per occurſum refrigerantium tollendam eſſe. Omnis quippe exceſſus per contrarium exceſſum ſanatur. Ergo ſi febris ipſa ſit genita, cauſa autem, quæ eam excitauit, iam deſiit, huc tantum ſanandæ eius dirigetur conſiliū, ut refrigeretur. Si uerò in generatione adhuc febris eſt, cauſa quæ accendit illam, eſt ſubmouenda. Sin pars eius iam genita eſt, pars etiamnum gignitur, conſulendum utrique fuerit: primùm quidem ſubmouendo, quę eam accendit, cauſam: deinde extinguendo, quæ ab hac accēſa eſt, febrē.

Febris à conſtipatione meatuum productæ curatio.

Cap. II.

EXcitare autem uel maximè febrem ſolet conſtipatio meatuum, in ijs corporibus, quibus quod tranſpirat, halituoſum nō eſt, ſed mordax, acre, & fuligini ſimile. His igit̄ corporibus ſaluberrima eſt ex aqua dulci tēperataq; lauatio: tū frictio quę rarefaciat: & exercitationes mediocres, & uictus qui dulces efficiat ſuccos. Aduerſisſima uerò ſunt lauatio frigida, & aluminoſa, & lauationis abſtinentia, & exercitatio acuta, & frictio, uel planè nulla, uel dura, & uictus mali ſucci, & uigiliæ, & ira, & triſtitia, & cura, vſtioque in ſole, & fatigatio. Grauisſimè autem peccare mihi videntur, à carnificibusque nihil differre, qui medici hominibus natura biliosis, tenuisſimam per morbos rationem uictus iniungunt: eosque tridui inedia conficiunt. Quum nimirum tales naturæ, ex longiori abſtinentia cibi, accerrimis acutisſimisque febribus corripiantur: à quibus promptus eſt in hectica tranſitus: atque ab his rurſus in maraſmum torridum: aut ſi os uentriculi eſt iniurijs obnoxium, in eum qui ſyncopen infert. Etenim in quorum temperie ſiccum præualet humido, & calidum frigido: his corporis habitus gracilis, hirſutus, & nigrior eſt: ac reliquis tribus intemperantijs, quæ hac minus calidæ ſunt, tactu calidior aduertitur. Plurima quoque his flaua eſt bilis, vrinæque ac deiectio biliosa, & pulſus magni, & ſomni leues & pauci, & animi impetus vehemens. Quare his tum refrigerationem, tum aquæ potionem, atque adeò requiem & cibum largiorem congruere profitetur Hippocrates. Quum autem refrigeratio ipſa concilietur corporibus tum ex alijs quibuſdam, tum non minimè ex ciborum exhibitione: conueniet vtiq;, ubi corpus calidius ſicciusq; ſolito eſt redditū, frigidum humidumq; nutrimentum ei exhibere: ſed quod nec medicamentoſam ullā ſenſu perceptibilē facultatem obtineat: nec ipſum, quod nutrit, plurimum: quemadmodum neq; minus q̄ ſit ex uſu. Cōmodisſimus itaq; tali corpori

eſt ptiſanæ cremor ad unguem coctus, in quo nullum ſit condimentum ſuperfluum: utpote qui & refrigerare, & humectare, ac ſine ſiti ſeruare hominem poteſt, cum eo quòd nec halituoſum, nec humidum, nec ſiccum detinet excrementum: quũ nec aſtringendi, nec obſtruendi, aliquam vim ſortiatur. Ac quod non aſtringat quidem, vel guſtus ipſe docet: cuius vnius id iudicare eſt proprium. Quòd verò nec obſtruat meatus, hinc licet etiam conijcere, quòd non ſecus quàm aphronitrum, ſordes cutis extergeat: vomituque à ventriculo mediocrem pituitam eliciat, nihilo in fœlicius quàm mulſa: quæ ſanè nec ſitim reſtinguit, vt ptiſana: & in naturis bilioſis bileſcit facilè. At verò ſi multa & vehementer glutinoſa, & craſſa pituita ventriculo adhæreat, hanc radicula ex oxymelite, non mulſa, aut ptiſana detergere eſt habilis. Optimum itaque bilioſis temperamentis nutrimentum eſt ptiſana. Proximum huic, alica, cui paululum aceti ad faciliorem diſtributionem adiectum fuerit. Tertium, quæ ſine aceto liquida exiſtit. Inieciſſe verò huic, dum coquitur, aliquid porri, ſatius eſt. Nam quod tum anethi, tum ſalis aliquid neceſſariò habebit, neminem latet. Quin etiam panis in furno coctus, eſt vtilis cibus: ſicuti etiam omnes piſces ſaxatiles: nec ipſis minus aſelli. Proximè aſellos ſunt ſolea, torpedo, lupus, mulusque: poſt, mugil è pelago. Omnis autem piſcis deterior eſt, qui propè lacum qui mari iungitur, aut magni fluminis oſtium, paſcit. Ex volatilibus optimi ſunt perdices, ac montanæ omnes auiculę. Ab his, galinacei, & phaſiani, & colũbæ iuuenes. Sed nec hæ tamẽ intus claudendæ: cũ excrementoſa ſint omnia, quæ exercitatione carent. Excrementoſa verò non minus ſunt, tũ lacuſtria, tum paluſtria omnia. Quo fit, vt ex ipſis etiam ſuillis carnibus, optima ſit montana. Ab his deinceps ſunt hœdi. In omnibus autem fugiẽda tum vetula, tum recens ædita ſunt. Illa nanque duriora, concoctuque difficiliora ſunt: hæc immodicè humida, & excrementoſa.

Febris à conſtipatione ortæ ſpecies, atque curatio: deinde diariarum febrium in bilioſo temperamento, tum communis omnium, tum cuiuſque propria victus ratio. Cap. III.

IGitur quibus acre aliquid quotidie tranſpirat (reuertamur enim rurſus ad inſtitutum) ij, ſi cutis eis conſtipetur, facilè corripiuntur febri. Stipant verò ipſam, tum quæ aſtringunt omnia: tum quæ lentitia, craſſitudineúe ſua, in exiguis hærent meatibus. Aliquando etiam ipſius cutis immoderatior ſiccitas, exiguos meatus denſat. Qui ergo ex ſtipata cute febri laborant, ij, inclinante prima acceſſione, ducendi omnes ad balneum ſunt: tum pinguiter, molliterque fricandi: ſi quidem ex aliquo, quod aſtrinxit cutim, laborent. Nã ſi ex ſiccitate, fricandi quidem & ipſi, ſed parcius: lauandi autem vberius. Reſpiciendum verò ad virtutis modum ſemper eſt, in huiuſcemodi auxilijs. Atque iræ quidem, triſtitiæ, vigiliæ & curæ, nec frictione, nec lauatione multa indigent. Sed omnibus qui ex eiuſmodi occaſione febricitarint, oleum infundendum eſt tepidum larg eque cui minimè aſtringens vis inſit: tum paulum fricandi, ex conſuetudineque lauandi. Vſtio verò, protinus ab initio, refrigerationem deſyderat: tum crebriorem lauationem: minimè tamen aut oleum largum, aut frictionem crebram. Sint autem quæ refrigerent, & roſaceum, & omphacinum, ſalis omnino expertia. Efficies hæc magis frigida, ſi ita vas, in quo continentur, in puteo ſuſpendas, vt aquam tangat. Præterea, ſi defluxus frigidæ aquæ vaſi ſe illidat, magis humorem refrigerat: magisque adhuc, nix circumpoſita. Infundere autem oleum ipſum ſyncipiti, ſublata in altum manu, per mediocrem lanæ modum oportet. Hæc vſque ad inclinationem faciens, in balneum duces. Si verò qui memorato eſt tempe ramento, ex frigore febriat, etiam ducendus ad balneum in remisſione is eſt. Si autem cum graue dine & deſtillatione febricitet, prius quã hæc ſint concocta, lauandus non eſt. At qui ex vſtione febricitant, ij, vel quum hæc adſint, lauari debebunt. Poſt lauacrum verò, ijſdem quibus ante ma defacienda amborum capita ſunt: eorum quidẽ qui ex vſtione febricitarunt, refrigerantibus: qui ex frigore, calfacientibus. Cuiuſmodi ſunt irinũ & nardinum vnguentum. Porrò qui ex vſtione febricitant, ijs intendenda quæ ex refrigerantibus conſtat curatio eſt: ijs verò qui ex frigore, quæ conſiſtit in calfacientibus remittenda fuerit. Omnium autem conditionum conprehenſarum in propoſito temperamento, vbi febri diaria laborat, victus communis eſt ijs, qui & ſit boni ſucci, & concoctu facilis, & qui nuſquàm exiguis cutis meatibus hæreat. Sed ijs qui exuſti ſunt, cum eo quod refrigeret, & humectet. Pari modo ijs, quos ira male habuit. Iis verò qui refrigerati fuerunt, cum eo quòd calfaciat modicè. Iis qui per uigilio, & triſtitia, & nimia cura confecti ſunt, victus eſſe debet humectans, atque ſomnum conciliãs. At eundem modũ ijs qui defatigati ſunt, magis nutriens: minus autem, ijs qui refrigerati. Reliquis, qui medius ſit amborum. Vinum verò ipſe, his omnibus exhibere ſoleo, ſed quod tum aſpectu, tum viribus ſit aquoſum. Id enim ad omnia utilius quàm aqua eſt: utpote quod & concoctionem iuuet, & urinas ac ſudores prouocet. Etenim conſtat Hippocratem, non in diarijs modò febribus, uerùm etiam in acutis, uinum porrigere. Cæterùm naturæ calidæ, magnopere frigida potione iuuantur: neque in diaria febri, ijs quibus in uſu fuit, ipſe eam circuncido. Si quis verò non aſſueuit, huic per ſe

brim

brim dare non inceperim: nisi pristina sanitate prius reddita.

Febris ab obstructione multi succi, crassi, & glutinosi factæ curatio. Cap. IIII.

PORrò si propter obstructionē morata sit trāspiratio, si parua quidem ea sit, qui rectè deserit, secundam fore accessionem vetabit: sin momentanea, nō possis ita promittere. Quòd si & multi, & crassi, & glutinosi impacti sint succi quæ hos excipit febris, fieri non potest, vt intra fines diariarum consistat: quando ex necessitate, huic in mali succi naturis ea quæ ex putredine humorum accenditur, succedet. Nam in alijs saltem temperamentis, quæ in sequentibus exponā, excitari ex tali causa potest, citra humorum putredinem, aliqua continentis febris species. Itaque nisi vitiosus succus transpiret penitus, necesse est vt putrescat: vt transpiret autem, valido auxilio est opus. Ac si quidem vel puer, vel senex sit, sanguinem detrahere non licet. Inter has ætates, vbi robur ægro non deest, secanda vena est, uel si plenitudinis signa non adsint. Præstat enim uitiosi succi maiore parte emissa, ad detergendas obstructiones accedere: quum alioqui uerendum sit, ne si obstructionibus liberandis, prius quàm uacuaueris, studeas, ipsas multo magis impingas. at soluunt quidem obstructiones, quæ detersoriam obtinēt facultatem, seu foris admota cuti, seu intrò in corpus accepta. Periculum uerò etiam est, ne quæ foras trahunt, unà cū ijs quæ obstruunt, etiā aliud quippiam attrahant: & quæ ab interno sursum feruntur, aliquid secum ex ijs quæ in uasis cōtinentur, rapiant. Quod ipsum si tenax & crassum sit, obstructionem planè, geminabit: sin aliter, multitudine certè sua, non parum omnino nocebit. Ne igitur hæc contingant, utilissimum est inanisse corpus. Discernetur autem magnitudo obstructionis ex ipsa magnitudine febris: ut quæ ex maiore obstructione, maior: ex minori minor inciderit: Vbi uerò modicè iam uacuaueris, haud multo post, aut nutrimentum aliquod, aut pharmacum ex jis quæ detergeāt, exhibebis. Atque in alimētorum quidem ratione sunt ptisana & mulsa: in pharmacorum, oxymeli & quæcunque incoquere in mulsa licet, ceu calamintham, hyssopum, origanum, serpillum, irim, & apium. Verùm hæc omnia iusto sunt calidiora, ideoque febres accendunt, æquè ut uinum. Oxymeli uerò solum, nec febres accendit, & strenue deterget, sicut ea quæ glutinosa crassaque sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Inter mulsam & oxymeli mediū locum habet quod apomeli dicitur. Nec immeritò arbitror & saccharum inter hæc numerandū. Ex hoc uictu obseruabis quantum de febrili calore minuitur. Etenim si tertio die mane uideris minimum esse quod de febri relinquitur, ac nec putredinis humorum in pulsu nota subsit, neque in urina cruditatis, suspecta verò hora, qua primo die febris occupauit, extra meridiē sit, audacter hominem quàm ocyssimè lauabis, longè ante sextam horam. Abundè tamen sit, si intra tertiam horam lauationem compleueris. Ad eundem modum & si decimam horam suspectam habueris, usq; ad septimam laues licet: quum tres æquinoctiales horas quatuorúe inter balneum accessionisque tempus interponi abundè sit satis. Debet autem in balneo corpus prius unctum ac moderatissimè frictum, mox detergeri extrinsecus abluique. Moderatissimè detergent tum erui, tum hordei, tum fabarum farina. Præterea mulsa quæ sit aquosa. Magis verò quàm hæc, iris, & panacis radix, & aristolochia, & mulsa quæ mediocri est mistura: ueluti etiam hac magis, quæ meracissima est. Possunt autem vel hac magis detergere, tum spuma nitri, tum nitrum ipsum, tum aphronitrum. Sapo etiam ex ijs est, quæ maximè detergere valent. Egressis balneum, præter aquā quæ parum apij incoctum in se habuerit, nihil est offerendum.

Febris diariæ ex cruditate ortæ, ex desurgendi frequentia, & à diarrhœa curatio, ventriculique dolentis medicatio. Cap. V. VI.

IAm verò diariæ febres (de quibus tantùm in præsenti commentario agere est animus) in propositis corporum temperamentis, sæpenumerò etiam cruditatibus solent superuenire. Est autem pessima in eiusmodi temperamentis cruditas illa, citissimeque febrem accendit, in qua cibus in nidorulentam & fumosam qualitatem corrumpitur. Quando ea quæ in acidam uertit ut raro talibus naturis contingit, ita minus nocet. Nidorosa tamen cruditas, si aluus lubrica sit, minus est noxia. Sin astringitur, grauis existit. Febricitant etiam nonnulli & ex ijs, quos diarrhœa ex cruditate malè habet. Quibus vtique non minimè proritatur febris ex desurgendi frequentia. Est autem eorum quibus clausa aluus est, & quibus fluens, non eadem sanatio. Si igitur ea tantùm quæ corrupta fuere, per diarrhœam uacuata esse videantur, tum lauandum, tum nutriendum in remissione febris est: sed ijs quæ circa ventriculum sunt, prius consulto. Sin ita multa inanitio aut prius facta sit, aut nunc etiam in homine duret, vt virtus iam sit defessa, satius est omissa lauatione cibare, sed consultò prius ijs quæ circa ventrem sunt. Consuletur ita laborantibus, si modò uacuatio amplius nō perseueret, fomento ex oleo & absynthio. Quòd si quis morsus, aut doloris sensus in uentriculo adhuc supersit, amiciri peniculo post fomentum debet, qui uel calidus sit, & siccus: uel ex oleo in quo absynthium incoctum fuit, uel ex vnguento nardino madens:

ac plurimum expressus. Iam multo etiam satius sit, si purpura marina is fuerit: atque etiam longè optimum, si optima sit Tyria. Quòd si os ventriculi imbecillius sit, tanta portione Chiæ masti ches in nardino tunsa, vnde sordium crassitudo existat, madefactã ex eo purpuram imponemus. Esto autem abundè calens taliũ quodque quum primum admouetur. Nam quæ tepida sunt, dissoluunt ventriculi firmitudinem. Vnguenta autẽ ipsa calfacere in duplici vase soleo: quandoquidem aliter calfacti s, vitiatur eorum facultas. Cæterùm fluente adhuc aluo, vtilius est, optimo recenteque melino, simili modo quo nardino, vti. Vtile autem ad omnia talia est, & mastichinum: nec in postremis conferunt spicata & foliata vnguenta, quæ Romanorum luxus inuenit. Mirè etiam ventriculum roborat, hoc cæratum quod subdam. Ceræ Tyrrhenicæ, Vnguenti nardini, singulorum, vnciam.j. Aloes, Mastiches, singulorũ drachmas.ij. Fiat ceratum. Si verò intus vratur ventriculus ita vt affectus quidam phlegmonæ similis consistere in ipsovideatur, vtilius est ceratum quod ex melino conficitur. Porrò cibandi sunt, fluente quidem etiamnum aluo, polenta & pane, qui pauxillum aceti receperit. Quòd si plus æquo aluus excernat, inspergere oportet polentam succo cotoneorum malorum, vel (si ægro magis arrideat) pirorum, aut malorum, aut myrtorum decocto. Sin venter nõ amplius excernit, suffecerit tum alica, similiter ptisanæ præparata: hoc est aceti habẽs pauxillum: tum ex ea sine aceto sorbitio: tum gallinaceorum testiculi: & saxatiles ex albo iure pisces: præterea fructuum aliquis ex ijs qui astringant, vel solius, vel cum pane. Quòd si appetentia deiecta sit, ex medicamento, quod ex succo, vel ex carne cotoneorum conficitur, vnum aut duo cochlearia exhibebis. Atq; ita sanè in prima remissione ijs qui ex cruditate febricitant, ventre excernente, mederi conuenit. At si omnino venter astringitur, si quidem in superioribus intestinis, vel etiam in ipso ventriculo cibus crudus consistat, aliquid diatrion pepereon propina, eius videlicet, quod in opere de utenda sanitate laudauimus, ceu & simplicissimum, & aptissimum, ijs qui cruditate laborant. Post deinde præcordia, omnemque ventrẽ perfundens. Hoc verò, etiam si inferius descenderint quæ vitiosa sunt, facies, pluris minorisque ratione id varians. Siquidem plus & temporis & perfusionis exigunt ad præparationem eorum quæ deinceps sunt agenda, quibus in superioribus uentris corruptum nutrimentum adhuc manet. Sin motum id notabiliter ad inferiora fit, adiuuandum aut glande subdita, aut leui per inferna infusione est. Vtique si morsus simul adsit, hunc mitigantibus nobis. Sin flatus, hunc comprimentibus. Sin neutrum fuerit, ex melle, aqua, & paululo olei ipsum clysmum facientibus. Vbi uerò morsus uehementior urget, sabinum oleum, in quo aliquid seui anserini, uel gallinacei, uel caprilli liquatum sit, est utilius. Quorum copia si desit, inijciendum oleo parum ceræ est elotæ. Flatus verò sanandi sunt oleo in quo ruta, & semina quæ flatus discutiunt, incocta fuere: cuiusmodi sunt apij, cumini marathri, sinonis, aliaque id genus. Vacuata aluo, nutriendum protinus in cęteris quidem ijs, quos memorauimus similiter est: astringẽtibus tamen amotis. His igitur prima & secunda die obitis, si secunda die febris desijt, hominem lauari permittes. Ac ubi sequenti nocte citra offensam dormierit, sanum iam hominem prorsus existimabis. Si uerò qui cruditati successit dies cum sequente nocte febrim attulerit, ueluti in secundo die, ita tunc & accurandus, & nutriendus homo est. Quòd si nox tertiæ diei febrile quiddam paululum afferat, ne sic quidem est formidandum, sed hos quoque postridie lauabis, nutriesque, ac reliqua omnia in illis, ut ante definitum est, ad portionem exequeris. Acida autem cruditas non contingit in biliosis temperamentis, nisi admodum raró, idque ex cibis qui promptè acescunt: nec accendere febrem diariam solet, æquè vt nec concoctionis tarditas: quandoquidem sicubi ob talem cruditatem febricitant, quibus amara bilis abundat in temperamento, obstructionis & humorum putredinis est suspitio. Adhæc, fumidus uapor ex tarditate concoctionis, aut cruditate, in qua ructus sentiuntur acidi, nunquam excitatur. Quippe frigidi halitus abs talibus succis ascendunt, hique omnino paucissimi: minimè autem uapores multi, humidique, ac fuliginosi: cum neq; in ijs quæ sunt extra, aliter aut fumum edi, aut fuliginem uideas, quàm fumum ex materijs semiustis: fuliginem ex immodicè assis, ustisque. Est nanque fuligo uapor terrestris. Fumus mistio quædam ex terrestri, aqueaque substantia.

Intemperies calida atque humida est maximè obnoxia morbis putredinis. ideo morbis facilè corripitur. Cap. VII.

ABsoluta iam in ijs naturis, quibus amara bilis redundat, diariarum febrium disputatione, ad aliud corporum temperamentũ transeamus, in quo ut calidum frigido, sic sicco humidũ præualet. Est enim hæc intemperies omnium maximè obnoxia putredinis morbis, propterea quòd per ipsam sanitatem ad putredinem proximè accedit: id quod tum ex sudoribus conijcere est, qui grauiter his olent: tum uerò exurinis deiectione, atque adeò ipsa etiam expiratione. Etenim qualis est hircorum, talis est harum naturarum temperies. Ideoque prompta est ex qualibet occasione tam alijs morbis, tum uerò febribus corripi. Siquidem quum eorum cutis est stipata, effugere febrem nõ possunt. Sed nec cùm ualen-

ualentem cruditatem contraxerunt, aut perusti fuerunt, aut tale quippiam aliud perpessi. Iam uerò à cruditatibus nidorosis obstructionibusque, naturæ calidæ & humidæ, quàm siccæ, próptius læ dentur. Itaque omnes diariæ febres accenduntur promptissimè in istiusmodi temperamentis, idque ex qualibet earum causarum, quas in biliosis naturis retuli: curationemque persimilem illis habent, ac in paucis omnino dissidentem. Nam quũ hæ naturæ humidiores sint, magis quàm illæ famem & sitim perferunt. Est igitur illis ex usu balneum, quod cutim laxet, non autem quòd corpus humectet. Quæcunque uerò de eiusmodi natura sunt dicta, eadem & de acquisito habitu dicta esse censendum.

Intemperantiarum omnium quænã sint magis obnoxiæ febribus. Cap. VIII.

QVum autem octo intemperies existant in uniuersum, opportunissima ad febres est calida & sicca: ac nisi quis illam (ut dictum est) cibet, ocyssimè in ea diaria febris in acutam mutatur. Propinqua huic est, quatenus ad febrem spectat, quis sit ad alia deterior, intẽperies calida & humida. Tertia ab his intemperies est, ea simplex intemperantia, in qua tantùm exuperat calidum. Huic proxima est simplex altera, in qua siccum humido præualet. Ab hac deinceps media omnium est, scilicet quæ mediocritatem in utraque oppositione tuetur. Quatuor quæ reliquæ sunt intemperies, neque facilè febribus, occasione iam dictarum causarum, patent: neque diaria tentatæ, si inediam tolerent, in plurium dierum febres transeunt: immo aliquæ saltem earum, vbi citra corruptelam contraxerunt redundantiam humorum, vtilitatẽ ex inedia sentiunt, ac potissimum quę frigida est, & humida. Ab hac quæ humida est: Tertio loco quæ frigida: Quarto quæ simul frigida & sicca.

In febre ex intemperie orta quæ uictus ratio exigatur. Cap. IX.

IN eiusmodi ergo omnibus temperaturis, temperamenti quidem ratione, victus ratio varianda est. Nam ex eo quòd eadem febri febricitant, non diuersam, sed omnino eandem sortientur indicationem. Siquidem quod secundum naturam est, semper similia postulat. Quod autem prętor naturam, contraria. Quum nimirum quod se naturaliter habet, custodire: quod præter naturam est, tollere expediat. Porrò febris omnis præter naturam est: ideoque victus rationem frigidã & humidam exigit. Temperamenta verò ipsa, aliàs similia, aliàs contraria postulant. Quæ enim vitio carent, similia perpetuo: quippe quæ seruare expedit. Quæ vitium habent, aliàs similia, aliàs contraria. Similia quidem, tũ in alijs de quibus mox dicemus: tum in vlceribus omnibus. Cõtraria autem in eo victu qui per sanitatem adhibetur, dum corrigere eorũ intemperantiam est animus: necnõ vbi eiusmodi vitiosæ naturæ à longo tempore, cõtraria victus rationi assueuerunt: gaudent enim naturæ consuetis semper. Duplex itaque nobis in ijs qui sani sunt finis proponitur. Nẽpe vel corpus sanum in pristina eius temperie tueri: vel hanc meliorem efficere. In ea tamen natura quæ haud dubiè in medio temperamento cõsistit, ab ipsa febri contrariorum indicatione accepta, eatenus humidum frigidumque adhibebimus victum, quatenus siccius calidiusque quàm antea iam redditum corpus apparet: Humidus igitur uictus (ut testatur etiam Hippocrates) febrientibus omnibus conuenit: maximè uerò pueris, & alijs qui sic cibari assueuerunt. Etenim febrientibus, quatenus febriunt, ex ipsa contrariorum indicatione humidus uictus conducit: pueris ex similiũ. Nã quũ ętas ex ijs sit quę natura nobis insunt, similẽ sibi uictũ postulat. Quæ uerò à consuetudine indicatio sumitur, sic sũpta est, sicuti & quæ ab ætate. Quippe seruare quoque hanc iubet Hippocrates, perinde ac proprium ætatis temperamentum. Sed à regione etiam & anni tempore interdum indicationes sumuntur. Cæterum à consuetudine quidem, semper est indicatio similium quoad scilicet ægrotant homines. At ab ætate, natura, regione, anni tempore, & statu cœli, ubi temperata hæc sunt, similium semper præsidiorum est indicatio: siue ualeant homines, siue etiam ægrotent. Contra ab intemperatis anni tempore, statu cœli, & regione, cõtrariorum est indicatio. Verùm ab ætate & natura, non absolutè, sed cum consuetudine. Porrò nihil in contrarijs indicationibus tam conuenit expendi, quàm magnitudinem eorum quæ ad indicationem conferunt: quæ quidem duplex existit: altera, quæ ex eorum dignitatibus spectatur: altera, quæ ex ipsorum proprijs substantijs. Quas sanè ex collatione cum mediocri, & quod secundum naturam est, esse accipiendas liquet. Omnibus igitur conspirantibus in unum indicationibus, unam prorsus uictus rationem constituemus. Dissidentibus uerò inter se, quæ ualentiores & plures fuerint, eas præferemus, ita ut uictus species, quam hæ præscribent, anteponamus: minimè tamen negligamus contrariam. Porrò quæ à febri sumitur indicatio, ea reliquis, quando omnes contrarium esse faciendum dictant, numero quidem inferior est: magnitudine tamen quæ ex dignitate spectatur, utique superior existit: potissimum si longè à natura recesit. Quippe duplex tũc ei magnitudo accedit: & quæ ex febris genere prouenit, quæ omnibus est communis: & quæ propria, suaque ipsius existit. Sin uerò parua sit febris, fas est reliquas omnes coniunctas indicationes vnà cum ipsa conferri.

ferri. Ac ſi quidē pares videant̄, media victus rō eligenda eſt.Sin altera indicatio exuperet, tantū receſſiſſe à temperato & medio victu par eſt,quā tum ea quæ pollent,ſua cōtraria ſuperant.Ac diariarum quidem febrium indicationes ex his capiuntur generibus, raroque à laborantis virium modo.At febriū, quæ pluribus diebus affligunt, indicationes, tum virium reſpectum neceſſariò adhibent : tum cauſarum quæ ipſas excitant : exceptis tamen hecticis, utpote quas nulla accedit cauſa:quemadmodum neque corpus id, quod iā habitu calorem ignis in ſe recepit : ſiue id lapis ſit,ſiue lignum.Illud namque commune cum diarijs habent,quòd uidelicet non amplius fiant: differunt autem in eo, quòd diariæ in leui affectu calorē habēt:hecticæ in habitu qui ægrè ſoluatur.

GALENI PERGAMENI DE FEBRIBVS CVRANDIS Liber Secundus.

Diariarum acceſſio eſt unica,tranſeunt hæ in putridas hecticasque, quæ ſit diaria, quæ putrida, quæ hectica. Cap. I.

DIARIARVM igitur curationē præcedenti libro expoſuimus. Quarum ſanè febrium unica acceſſio eſt, unico plurimum die, ex ipſarum ſaltem natura, circū ſcripta. Cæterum niſi quis eas commodè tractet in reliqua duo genera febrium, nempe in putridas & hecticas, tranſeunt. putridas enim appello, quæ ex humorum putredine: hecticas uerò, ex immodica ſolidarum partiū naſcuntur calfactione. At uerò in illo tranſitu à diarijs in reliqua illa duo febrium genera, alterum quoddam febrium genus mediū licet imaginari, quod neutri extremitatum ſit idem.Cæterùm medium id,quum inciderit,nec noſſe ij poſſunt,nec reprimere,qui extremitatum,quarum exiſtit medium, ſpeciem ignorāt.Ergo ex aduſtione, cruditate,laſſitudine,uigilia,perturbatione animi, uel bubone, ab euidenti cauſa aliqua oborto, nunquàm ad tertium uſq; diem progredietur febris acceſſio,niſi quid delictum circa laborantem fuerit.At quibus ſtipatio febris occaſio eſt,ijs etiam ultra hos porrigi acceſſio poteſt.Etenim ſtipatio fit,uel obſtructis exilibus meatibus propter glutinoſos,uel craſſos,uel copioſos ſuccos:aut conniuentibus,ob ea quæ corpus ſiccarunt,uel denique improbè condenſatis, ob occurſum cauſarum refrigerantium.Quas igitur febres uel conniuentia meatuum,uel recens corporum denſatio excitāt, hæ & poſt primam acceſſionem deſiſtunt,ſi quis rectè ipſas tractet:& uerè diariæ tū ſunt, tum dicuntur.At quæ ex obſtructione creantur, ſi hæc quidem puſilla ſit,ſolui quoque ipſæ ſimiliter ut aliæ diariæ poſſunt: ſi quis eas legitimè ſanet.Sin autem adeò uehementer ſint humores impacti,ut ualentius aliquid quod eos eximat,poſtulent, id genus febres corrigi ultra unū diem neceſſe eſt, ac proinde diariarum genus uideri egreſſas. Verùm ſi neque humor putreſcens ſubſit, neque ipſum corpus febrilem calorem ſuſceperit tanquā habitum, utique genus id febris, ab alijs duobus diuerſum erit.Quare huiuſcemodi febri natura quidē eadē eſt cum diarijs:nomen uerò non idē.

Synochæ febres quæ vocantur, ac quid ſit harum genus. Cap. II.

SI quidem quæ febris ab initio ad finem uſque unicā acceſſionem ſortiuntur, in multos dies porrectam,eæ ſynochi,hoc eſt continentes uocantur.Quarum natura eſt duplex. Quædā namque earum manifeſtam habent putredinis notam.Quædam prorſus non habent: quas nimirum ex diariarū eſſe genere conſtat.Quum enim acceſſionis remiſſio ex feruentiū humorum tranſpiratu cōtingere ſoleat:non trāſpirent autē prorſus in ſtipatione uehementi : neceſſe haud dubiè eſt,multorum dierum fieri acceſſionem. Igitur ubi in tali febri nulla ſubeſt occaſio,quæ alterius acceſſionis principium excitet non modò multorum dierum euadit febris, ſed abſque inuaſione ullius acceſſionis, ab initio ad finem una febris perſiſtit,nec quotidianā,nec tertianam,nec quartanam referens.

Synocharum febrium tres differentiæ:putredini quæ requirantur : continens febris in quibus non poſſit gigni corporibus. Cap. III.

QVoniam igitur,ex duobus his foueri febris poteſt: & quòd totus uapor non tranſpiret: & quòd idem uapor ea quæ contingit excalfaciat: neceſſum eſt tres eſſe ſynochorum differentias in uniuerſum : nempe uel pari permanente magnitudine ea,quam in primæ acceſſionis uigore habuit: uel adijciēte ſemper exiguū aliquid, minuenteúe : atque hæc uel æqualiter faciente,uel inæqualiter. Ac ſi quidem quod accenditur, ei quod tranſpirat par fuerit, nec augeri, nec minui febrilis calor cernetur. Verùm ſi eorū alterum uicerit,utique ſi quod uacuatur,neceſſariū eſt febrim minui : ſin quod adijcitur,omnino increſcere. Hæc itaq; eſt continentiū febriū ſpecies una, quæ eandem naturam cum diarijs ſortita,abſque humorum putredine in plureis dies extenditur. Altera uerò cōtingit,ubi in omnibus uaſis,ac potiſſimum maximis,æquabiliter ſucci putreſcunt.Quarum ſanè febrium in gracili & frigido corpore neutra ſolet conſiſtere:ſed plurimum in ijs qui ſanguine abundant,& corpulentis: quādo nec obſtructio citra putredinem excitare febrim

brim ualet,nisi id quod transpirat, & copiosum, & calidū sit:nec humorū putredo in omneis, quæ inter inguina & alas intersunt uenas, æquabiliter ac cito porrigi in frigido habitu potest. Debent enim quæ putrescunt,tum calida & humida esse, tum difficilem habere transpirationem. Eoque fit ut neque in frigida ætate,neque in frigido corporis temperamento,continens exciteţur febris: quemadmodum neque in gracilibus,uel qui raro sint corporis habitu,sed prorsus in tēperamentis, corporibus,atque naturis contrarijs. Proinde fit, ut qui ita febricitant, ijs & pulsus maximus sit, & æqualis, & uehemens: arteriæque consistentia inter molle & durum mediocris. At celeritas atque frequentia pulsus,pro ipsius magnitudine febris. Hæc itaque sunt ambarum febrium communia. Alteri tamen priuatim insunt notæ putredinis: non modò in lotio,sed in pulsu etiam,calorisque qualitate iniucunda.

Febrium continentium præsidium maximum est sanguinis mißio Cap. IIII.

Quarum sanè febrium dignotionem & curationem ipsi tum ratione,tum experientia didicimus,qui statim ab adolescentia Philosophię studio capti,primum nos ad eam cōtulimus: mox patris euidenti insomnio moniti, ad medicinæ studium excolendum accessimus. Est porrò continentium febrium pręsidium maximum,si modò uires ualentes sint,sanguinis diminutio,uel usque ad deliquium animi. Primum namque in contrarium statum agitur corpus, celerrimè ex animi defectu refrigeratum. Hoc uerò nihil inueniri possit neque ipsis ægris,nec naturæ quæ animātes gubernat,iucundius, utiliusúe. Postmodum in corporibus ipsis necessariò superuenit alui deiectio: nonnunquam & uomitus bilis. Quas res statim à toto corpore madores sudoresúe excipiunt. Etenim uel sola sanguinis detractione sic obita restitui olim ipse quendam adolescentem ardentissima laborantem synocho. Cui sanè post duas à sanguinis missione horas paulum nutrimenti exhibui,permisique ut quiesceret. Iam uerò eorum qui ex sola obstructione febricitantes mihi uidere contigit, nemo in putredinis febrem incidit, qui sanguinē prius detraxisset. Quem quidem ubi ualida uirtus subest, & ætas permittit,usque ad animi defectum (ut diximus) mittere expedit. Vbi horum alterum haud satis respondet, tutius est, quantum satis uisum fuerit, tantnm principio detrahere quod defuit, iteratione supplere. Quo quidem presidio omisso,in summum ægri discrimen ueniunt: nisi eos uel uirium robur,uel largum profluuium sanguinis,uel sudor copiosus,ex manifesta pernicie eripiat.

Synochi quando oriantur. quæ sit plenitudo secundum vires,quæ secundum uasa. Cap. V.

Agimus itaque in præsentiarum de ijs febribus, quæ ex stipatis per obstructionem meatibus oriuntur. Quas, si sine putredine quidem consistant ex diariarū esse genere dixi. Sin ijs putredo aliqua superueniat, ubi ī omnibus venis ac pręcipuè magnis, ea constitit, synochas, siue continentes excitari febres: ubi in vnica animalis parte, exacerbationes quæ certo ambitu repetant. Quibus igitur corpus ex succorum abundantia inhabile ad transpirationem iam reditum,tantum caloris congessit,vt inde iam febriat,ijs tantum sanguinis detrahendum est, quantum vires tolerant. Alioqui certè verendum est, ne aut suffocentur,aut corripiantur syncope, nisi eos vel virium robur,vel plurimus sudor,vel largum sanguinis profluuium à morte liberet. Nec verò existimes de plenitudine illa, quæ comparatur ad vires, hunc à nobis sermonē fieri (quippe quę nec sic obstruit venarum ora, vt refrigerationem prohibeat, nec tunicas earum distendit, nec ruborem,nec tumorem inuehit) verum de ea quæ contineri à vasis vltra non valet: quæque ob id ipsum solet prædicta symptomata inducere. Siquidem copia hæc, dum bonitatem suam seruat, vt pariter augeri cum virium robore est nata, ita si quando has grauat,nec de cætero augebitur, & bonitatem naturæ amittet: quare tunc fieri nequit vt non putrescat. Ergo festinare ad sanguinem detrahendum oportet: quo vasorum natura, ex transpirando, ventilandoque, naturalem temperiem seruans, humoribus, eo quo inter initia modo, dominetur: quando si ad intemperiem versa laborabit, metuendum est ne hi putrescant. Excitatur autem intemperies in ea, ex febris calore. Optimum itaque est in huiuscemodi febribus statim non numero dierum, sed vni virium robori attentum esse. Quocirca non solum sexto septimoúe, sed etiam sequentibus diebus sanguis mittendus est. Quòd si aut alij medici, aut æger, aut propinqui ipsius, non permittant vt feces venam, ad frigidam exhibendam accedes, sed diligenter ante discernens, quantum nocumentum ex ea contingere possit. Quippe intempestiuè im modiceq; exhibita,lentos & crassos humores attenuari, digeriq; prohibet. Imbecillas particulas corporis concutit. Nonnullis illico spirandi difficultatem, cōuulsionem,atq; tremorem conciliat. Tum verò, quibuscunque in particula principe tumor aliquis è phlegmones, œdematos,aut scirrhi genere constitit,ijs frigidam offerre non licet. Sed neque ijs quibus obstructio, putridusúe humor nōn concoctus incommodat. At si per continentes febres concoctionis humorum notas videris, absque impedimentis expositis, audacter ægris frigidam quantum appetant, dabis: præcipuè

què si tali potioni assueuerint. Porrò erysipelas verum consistens in aliquo viscere, non aliter, quàm frigidæ potu, sanabis. Sin verò mistum cũ phlegmone sit, in hoc concoctionis expectandę sunt notæ. Cęterum minus tuta ijs qui pauxillum sanguinis, carnisque obtinent, frigidæ potio est. Celeriter namque ad solidas animalis peruenit partes, nulli quod eius vim frangat, occurrens. Qua ratione etiam hecticæ febres nec prorsus frigidam, nec multam aquam desyderant. At continentium febriũ maxima remedia hæc duo sunt, detractio sanguinis, & potio frigida. Verùm illa nullo non tempore: modò vires sustineant: hæc, quum & in pulsu & urinis, concoctionis euidentes cernuntur notæ: febris autem est maxima. Est etiam habenda ratio in missione sanguinis, tam eorum quæ præcesserunt, quàm quæ consequentur ipsam. Nam si præcedat ciborum cruditas, tanto tempore differre uenæ sectionem iubebis, quantum satisfacere tum ad eorum concoctionem, tum ut excrementa descendant, uidebitur. Sin sequetur necessariò uacuatio quæpiam (ut exempli gratia, muliebre profluuium) tantum illi relinquendum est, ex eo quod superfluum existit, quantum est per eam uacuandum. Sed nec negligenda interim natura eius qui uenit uacuandus: sicuti neque ætas, nec cœli status, sub quo & regio, & anni tempus comprehenditur. Sunt enim nõnulli ad extrahendos digerendosq; succos, natura propensi: nẽpe qui humidi & calidi existunt: quiq; raro sunt corporis textu. Adhæc, quibus os uentris aut amara bile redundat, aut imbecillum est, aut supra modum sensile. Pueri certè propter ætatem perpetuò. Cœli uerò status ubi calidus nimium & siccus est, corpus in ambientem resoluit. Atq; hi quidem scopi sunt, qui à sanguinis detractione dehortantur. Eam autem postulant, unà cum affectu, cuius causa primùm requirebatur, habitus durus, densusque, quique digeritur ægrè: tum ambiens humidus, frigidusque.

Methodus consistit in uniuersalibus, exercitatio in particularibus. Cap. VI.

Qvum autẽ in uniuersalibus methodus, in particularibus exercitatio consistat, fieri non potest, ut sine multiplici in ægris singulatim exercitatione, quod ex usu sit facias: nec sine uniuersalium cognitione, probè exercitatio procedat. Non licet siquidem ullius artis scientiam nancisci, nisi & methodum quandam habueris per uniuersalia theoremata: & in particularibus te exemplis exerceas.

Methodum habere oportet in uniuersalibus, & exercitatio in particularibus. Cap. VII. VIII. VIIII.

Vt igitur reuertar ad methodum, equidem uirtutis considerationem ad curationem morborum sæpe maximè necessariã arbitror: sic, ut quæ circa ægrum administrantur, omnia fermè eius unius causa fiant: aliquando mediocriter necessariũ: sic ut aliquid ex hac quoq;, ad ea quæ facienda sunt, consilij petatur: nõ tamẽ præcipua facien dorum ratio huc omnis dirigatur. Possum rursus ostendere, uirtutẽ adeò exiguum ad inueniẽda remedia cõferre, ut propter exilitatẽ ẽt lateat: aliàs uerò pretermitti, ac silentio præteriri: quasi prorsus ex utiliter cõsiderãdis nõ sit: ut in diarijs febribus, in quibus uires nullã prouidentiã requirunt: utpote ualidæ. Verùm quod in uirtute accidit, id in reliquis omnibus quæ aliquid faciendum indicant, usu uenit.

Horum autem omnium aditum Hippocrates nobis ostendit, incultum tamen: quem methodo postea nos explanauimus: perinde, ut Traianus fecit, qui omnes Italiæ uias asperitate difficiles, refecit, instaurauitque.

Animæ naturalis sedes est hepar, irascibilis cor, rationalis cerebrum. vacuantia remedia virtutem exoluunt. Cap. X.

Vt uerò accuratius de ipsis uiribus disserã, operępretiũ est scire, tribus diuersi generis facultatibus siue animis uniuersum animal gubernari. Quarum sanè prima quæ stirpibus est communis, quamque uocant naturalem, atque etiam appetitricem, iecur pro fonte habet: per uenasque illinc sparsas in uniuersum corpus, id alit. Secunda autem est, quæ non modò ut stirpibus, aut uita præditis, sed etiam ut animalibus anima, est insita. Hæc in corde, fonte caloris insiti, residens, ab ipso per arterias ab eodem ortas, in totum corpus disseminatur: diciturque tum uitalis facultas, tum irascibilis anima. Tertia denique est anima rationatrix, quæ in cerebro domicilium habens, uoluntarijs actionibus præsidet: per neruosque, ceu per canales, toti corpori sensum & motum largitur. Has igitur facultates seruare, nihil planè est aliud, quàm uitam seruare. Siquidem qualibet earum amissa, necessum est, reliquas simul perire. Ac proinde in opere de sanitate tuenda huc omne consilium direximus. in hoc uerò, primum propositum est, morbi sublatio. Nam cuiusmodi in illo est sanitatis tuitio, eiusmodi in hoc est morbi sublatio. Quorum utrique communis est ipsa uitæ custodia. Hoc tamen interest, quòd quæ secundæ ualetudinis tuendæ gratia geruntur, eadem statim uitam tuentur: quæ uerò affectiones præter naturam in morbis discutiunt, ea non omnino uitã custodiant. Quippe aliqua eiusmodi prædita sunt facultate, ut si immoderatè aut intempestiuè utare, uitam adimant: quod solent uacuationes immodicæ. Ergo quum uirtus tantopere necessaria sit, eam autem

lædant

lædant omnia vacuantia remedia,si quis ipsis pa rum moderatè vtatur: vtiq; aduersæ inter se faciendorum indicationes in talibus corporibus sunt, in quibus affectus,quo expugnetur,notabilem vacuationem desyderat: virtus autem hanc ferre non valet. Cæterùm quemadmodum nihil quod sanitatem tuetur in valentibus vires corrumpit: sic in ægrotis aliquando virtus succedit ijs, quæ veluti in perniciem eius administrantur: vt si euacuemus in plenitudine quæ est supra vires: aliquando ab ipsis dissoluitur. Etenim in synochis febribus ex meatuum stipatione ortis, quoniam valida plerunq; virtus est, citra periculum vacuatio adhibetur. In alijs verò quæ ex corruptela humorum gignuntur, existit maximè periculosa. Siquidem quod corruptum est, alienum à natura quum sit, id se auferendum dictat, vel vena incisa, vel purgatione. Horum autem præsidiorum neutrum feret imbecilla facultas, si quando cū corruptela coiuerit. Oportet igitur, vbi indicationes ita sibi aduersantur, paulatim quod vitiosum est, vacuare: paulatimq;, quod salubre est, in eius locum reponere: quam curationem vitiosi succi Medici epicrasin nominant.

Sanguis dupliciter inutilis redditur, & quando utilis sit sanguinis missio. Cap. XI.

QVum igitur sectio venæ, sanguinis sit vacuatio: sanguis autem ipse utilis possessio naturæ existat: sic vtiq; oportet venæ sectionem fieri, vt quod inutile ex sanguine ipsi naturæ est, emittatur. Fit porrò sanguis bifariam naturæ inutilis: uel quum propriam qualitatem ad unguem non seruat: nec amplius nutrire, sicut prius, potest: uel dum ita multitudine creuit, ut premat uires, aut distendat uasa, uel rumpat ea, uel obstruat. Atq; in his quidem missio sanguinis utilis est, ceu uacuantium præsidiorum unum: in alijs autem, ceu quod humorum uehementiorem impetum ad partem diuersam reuocet, uel ad latera deriuet. Postulat autem semper ualentes uires, quæ modo uacuationis eius respondeant. Quoties igitur uirtuti notabilis ex uacuantibus auxilijs noxa incidet, toties ipsa utile aliquid indicabit: æquè utiq;, ut quum manifestè iuuabitur. Vbi uerò ex ijs quæ affectum submouent, nec commodum illi accedit ullum, neq; incommodum, ibi ueluti inutilis prætermittitur.

Virtus quot modis sit seruanda. Cap. XII. XIII.

POrrò quicquid aliquam præstat indicationem, si natura id simplex sit, etiam quod indicatur, utiq; simplex erit. At si illud compositum sit, & hoc erit quoq; cōpositum. At sanè quædam custodiam sui: quędam amotionem indicant. Virtus itaq; semper unam rem indicabit: utiq; sui custodiam. Custodietur autem, primò quidem, si quod ex substantia ipsius uel inanitum uel alteratum est, correxerimus. Secundò uerò, si quæ ipsius substantiā uacuare, alterareq; possunt prohibuerimus. Aestimari autē debebit interim, quod magnitudine, dignitateúe antecellit. Maxima igitur dignitas, uirium ipsarum est: quando uiuere ipsum nobis ex harum custodia constat: utpote quum uitam, aut ipsas esse uires, aut earum actiones, necesse sit. Virtus ergo omnium prima custodienda hominibus est. A uiriū indicatione proxima existit, quæ ab affectibus, quos curare conamur, subministratur: postea deinceps reliquæ. Quicquid igitur indicationi, quam uires præbent, aduersatur, id secundi est loci. Quę uerò cum ijs quæ cōducunt uiribus, in idem com petunt, hæc utrunq; calculum referunt: & eorum quæ primæ sunt notæ, & eorum quæ secundæ. Quare citra controuersiam facienda. Quæ uerò aduersantur, aliquando administranda prorsus non sunt: aliquando paulatim. Prima igitur indicatio omnium est, quæ à uirtute sumitur: non tamen sic prima, ut curationem nos doceat: quū ex numero curatricium indicationum non sit, sed uitalium. Nam neq; ut ualeamus, neq; ut à morbis liberemur ab ea quicquàm primum desumimus, sed ut uiuamus: quàmuis ex accidenti interdum uirtutis roboratio ad affectus curationem conducat.

Indicationes medicatrices unde sumantur, morbi differentiæ, febri quæ conueniant. Cap. XIIII.

AT uerò medicatrices indicationes à morbo ipso sumuntur, & à temperie corporis, & ab ambiente nos aere: qui causæ sine qua non, rationem obtinet: quum sine ipso nec tolli morbus, nec teneri sanitas posit. In omni itaq; curatione agendorum indicationes in his tribus ad summum consistunt. Reliquæ autem omnes ab his in partes diductis, oriuntur. Cæterùm effectus ipse haudquaquàm in causas diduci est aptus, quemadmodum temperies atq; ambiēs aer: sed tantummodo in differentias. Nam aut in similaribus consistit partibus: aut in instrumentarijs. Ac in similaribus quidem, uel simplex est intemperies, uel composita. In instrumentarijs, circa simplicium partium uel posituram, uel formā, uel numerum, uel magnitudinem, tum quæ horum sigillatim traditæ sunt differentiæ, consistit. Porrò affectuum qui simplices partes occupant, unus est intemperies calida. Quæ si in totum corpus diffusa sit, appellatur febris. Ideoq; omnis febris, qua febris est, humectatio refrigeratioq; remedia sunt. Ac si sola quidem sit febris, ad refrigerandum humectandumq;, ueluti ad finem, dirigetur omne medentis consilium. Quare, materia inuenta, opportunum tempus ex quatuor

febris

febris temporibus sumes: quantitatem verò, ex conferendo cum naturali habitu morbum. Quippe, quantum is recessit à naturali habitu, tantum opus est ægrum refrigeres & humectes. Ambiens autem aer (cuius fugere commercium non licet) si contrariam morbo temperiem habeat, è præsidiorum numero est unum: sin similem, vna est morbificarum causarum. Iccirco tunc inhibenda eius noxa est, scilicet reliquorum auxiliorum humiditate ac frigore intensis, adauctisq;. Ipse autem arte reddendus est talis, qualis ad profligandam febrim, aut aliam quampiam dispositionẽ, desyderatur. Si igitur morbus siccus & calidus sit, humidiores frigidioresq; domos & eligemus, & preparabimus. Sicuti è diuerso, si frigidus, humidusq;, eas quæ calfaciant & siccent. Sunt itaq; deligendæ quæ ex seipsis eiusmodi sint. Alioqui industria nostra preparabimus ipsas, per æstatem quidem eas subterraneas molientes, & ad Septentrionem cõuersas: ac pauimenta ipsarum assiduè humore aspergentes: tum vt ex euripo aliquo aura expiret, machinantes: flores præterea & germina, quæ frigidæ humidæq; sint facultatis, per aream disseminantes: per hyemem verò, contraria horum facientes: præsertim vbi morbus suadet: ubi non suadet: excessus tantùm utriusq; temporis remittentes.

Indicatio curationis generalißima est contrarietas. Cap. XV.

Poterunt rursus tres illæ indicationes prædictæ ad duas tantùm reduci: nempe ad morbum & sanitatem. Neq; enim aliud ipsa sanatio est, quàm morbi in sanitatem translatio. Qui affectus contrarij quum sint, necesse est per contraria fiat eorum alterius in alterum transmutatio. Atq; ita rursus una erit sola curationum indicatio generalissima, uidelicet contrarietas. Cæterùm ad accuratam contrariorum administrationem, necessum est curandorum corporum prius & naturas & temperamenta cognoscere: quæ quidem tum ex ijs quæ in libris temperamentorum tradita sunt, noscuntur: tum ex ætate, & tota anteacta uita, quæ nimirum in uictus & exercitij ratione consistit, præterea, in hac regione, & hoc anni tempore, & hoc cœli statu, conuersatione.

Consuetudo ad inuentionem remediorum, & ad sanitatem tuendam plurimum potest. Cap. XVI.

Ex ipso autem temperamento inuento, administrandorum indicatio suppeditabitur. Sed neq; paruum quid, negligendumúe, ad remediorum inuentionem consuetudo adfert: ueluti nec ad sanitatem tuendam: quum singulorum corporum etiam naturam ostendat. Nos siquidem uia ratione q; ab ea procedentes, inuenimus ipsarum partium affectum; dein ex illo rursus peruenimus ad faciendorum indicationem. Consuetudo itaq; curationis rationem indicat, per corporis naturam intercedentem, quemadmodum ætas: quæ & ipsa temperamenti interuentu, præstat indicationem.

Corpora dißipatu facilia, & difficilia sanguinis detractionem prohibentia. Cap. XVII.

Aduertere autem oportet, corpora frigida & sicca, quæq; ex terrestri natura constant (cuiusmodi sunt mineralia) quàm ægerrimè solui. At quæ calida & humida sunt, eorum substãtiam celerrimè dissipari in ambientẽ. quæ uerò in medio horum, ex diametro pugnantium, consistunt, ea corpora quo magis ad hæc, uel ad illa accesserint, eo uel aptiora ut dissipentur erunt, uel contumacia magis. In summa, citra calorem nõ potest in halitum digeri corpus ullum, quandiu substantia eius coacta densataq; manserit. Puerorum autem substantia, facillimè omnium digeritur, dissipaturque, propterea quòd est ut humidissima omnium, sic nulla frigidior. Quo minus uacuantis præsidij eget: quum ex se ipsa naturaliter abundè uacuetur. Fit autem profectò & propter calidam siccamque regionem, & tempus æstiuum, & statum cœli impensè siccum & calidum, notabilis per cutim uacuatio. Itaq; hac de causa, qui sanguinis detractionem desyderant, ijs aut prorsus non secabimus uenam, aut parum detrahemus. Eruntque in hac detractione quoq; spectanda, natura ab initio, consuetudo, ætas, locus habitationis, anni tempus, cœli status, necnon is, quem curamus, affectus: aliaq; ratione, ante hunc, laborantis facultas. Quum uerò affectus sint numerosi, cuiq; ipsorum sua est curationis per contraria indicatio. Quo circa, octo intemperamenta quum sint, octo erunt etiam morborum, quibus simplicia corpora sunt obnoxia, particulares indicationes. Vltraq; has, una eius affectus, qui instrumentalium communis est, diciturq; continui diuortium; cuius sanè est indicatio curationis, unitio: Est igitur unum morbi genus, quod similares & simplices animalis uexat particulas: quam intemperiem uocant. Huius aliquæ differentiæ oriuntur ubi corpora, nudis qualitatibus alterantur: aliæ quæ ubi accedente etiam humorum affluxu. Qua sanè dispositione utraq;, uel afficitur una pars corporis, uel plureis, uel uniuersum corpus.

FINIS.

GALENI PERGAMENI
De Febribvs Cvrandis
Liber III.

Indicatio ipsa à febre, à febrili causa, & à facultate oritur. Cap. I.

Ergo in diarijs febribus simplex quidam est in corpore præter naturã affectus: utpote causis quæ primum eas excitarunt, iam adẽptis. In quibus verò causa quæ eas accendit adhuc manet, in ijs neq; affectus simplex, neq; sanatio est. Siquidem quod febris iam receptũ in corpore est, id ex propria ipsius curãdi indicatione discutere oportet: quòd adhuc est futurum, id propulsare, ac ne fiat, vitare. Vetabitur autem, si quæ id excitat causa prorsus summota sit. Itaq; in diarijs faciendorũ indicationem maximè ex ipsa febre capiemus. In reliquis verò, quæ accensionis suæ causam intus habent, prima indicatio ab ipsa sumetur causa. Quare si febrium quę multos dies continuant, recte ostendimus putredinẽ esse causam: hæc nimirum sananda est prima. Sed nec interim extinguẽdæ febris, quæ per eam iam accensa est, ratio non habenda. Ac si quidem in idem consentiant, & quæ febrem extinguunt, & quæ oppugnant causam, in quod vtraq; conspirant, quum vnum sit, sine cunctatione est agendum. Sin febris, quæ iã accensa sit, sanatio, causam quę hanc excitauit, est auctura: aut quæ causam submouent, febrem exasperabunt, diligens habenda consyderatio est de remediorũ specie. Etenim si intolerabilis ægro sit magnitudo febris, committendũ nõ est, ut per ea quibus causam adimimus, febrem augeamus. Sin ita mediocris sit febris, vt quo tempore cõtra causam tantum pugnas, obruendæ interim vires ęgrotantis non sit, vtiq; contemnendus is curationis modus non est. Non contemnendus autem nec ille est, qui contra id, cuius maius momentũ est, instare iubet: nec tamen alterius omnino negligentem esse. Quum autem in examinandis ijs, ad hominis salutem non parum momenti facultas habere videatur, tria nimirum erunt, quæ in propositis iam ob putredinem febribus, agẽdorum indicatione nobis prima largiantur. Febris videlicet. Eius effectrix causa. Præterea naturalis facultas. Cæterùm priora duo sobmouenda sunt: tertium est custodiendum. Erit itaq; rursus & hic necesse, ut tum febrem, tum eius causam, cum facultate ipsa conferas. Mox si eadem ambo remedia requirant, ea prõptè exequaris. Sin indicationes pugnabunt, vnam præferas, uel quæ à uiribus sumitur, uel quæ à causa, uel quæ à febre: sic ut quæ cęteris sit ualentior, hanc magis sequaris: nec tamen cæteras negligas.

Diariæ quando fiant diuturniores: affectus harum multiplex, ac differentia multiplex. Cap. II.

Nunc verò ad particularium præsidiorum differentias nos conuertamus: repetita tamen mentione diariarum: quum & ipsæ, inscitia medicorum, in plurium dierum febres aliquando degenerent: idq; vel earum effectrice causa abeunte: uel etiamnum persistente. Porrò abijt effectrix causa, quoties ab ira, dolore, vigilia, cura, æstiuo sole, fatigatione, & bubone qui iam desiuit, citra stipationem febris est excitata. Manet, quoties vel ab externa causa, uel ab ipsa febre, stipatio aliqua est orta. Nam & frigiditas, & astringentium usus, per mediam stipationem, semper febrem excitant. Vstio præterea nonnunquàm constipat corporis habitum. Iam ipsum febris principium, ubi cum horrore inuasit, stipationem subinde fecit. Quinetiã glutinosi, & crassi, aut etiam copiosi succi, ubi mediocriter obstruxerunt, diariam aliquando febrem accendunt. Dicuntur autem id genus febres omnes diariæ, quia solui vno die sunt aptæ: computata cum hoc unà & nocte. Cæterùm non est idem diariarum omniũ affectus. Sed ab aliquibus ĩseparabilis stipatio est: ab aliquibus minimè inseparabilis: sed uel ut plerunq; simul adest: uel ambigua forte: vel raro. Inseparabilis stipatio est ijs, qui ex aluminosa aqua, vel calcãthode, vel tali quapiã alia, aut ex frigore, aut leui obstructiõe febricitarũt. Plurimũ verò ijs adest, qui ex vstione febricitãt. Ambigua forte, ijs, qui ex fatigatione. Quicunq; verò, ex ira vel tristitia, uel vigilijs, vel pertinaci studio, vel cruditate, vel bubone febricitant, ijs rarò adiuncta stipatio est. Atq; harũ omniũ febriũ nulla (quod vtiq; ex ipsa fit) ad secundã vsq; accessionẽ perdurat, sed intra quatuor & viginti horas omnino desinit: idq; cũ sudore, uel madore, uel transpiratũ quodã halituoso. Aut si quando earum aliquæ (quod tamen rarius contingit) longius trahunt, duæ ijs accedunt causæ, quæ ipsas solui uetant. Earum una frigus est, quod uel ex ambiẽte aere, vel ex vnctione quapiã extrinsecus admota proueniat. Altera egregia illa diatritos est, si qui uidelicet hanc transire, medicorum inscitia coguntur. Multæ igitur apparent diariarum esse febrium differentiæ particulares. Vna, quando iam prorsus recessit ipsarum effectrix causa: ueluti ustio. Altera, quando hæc etiam adest: sicuti stipatio. Cuius duę sunt differentiæ: nempe exiguorum meatuum & dẽsitas, & obstructio: Sanè dẽsitudo ipsa, aliàs ex siccitate prouenit: aliàs ex frigore, eoque uel simplici, uel cum astrictoria ui. Iam uerò obstructionum ipsarum, alia est, quæ ex abundantia: alia quæ ex qualitate succorum, scilicet qui aut lenti, aut crassi sint, incidit. Præferetur autem inter remedia, in ea quam copia facit, sanguinis missio: in ea, quæ ex humorum qualitate cõsistit, attenuantiũ vsus.

Consilium verò sumptum à uiribus, ut in diarijs sanè est exiguum, ita in ijs qui pluribus diebus urgent, satis magni est momenti, eoq; maioris, quo hæ sunt longiores. Enim uerò, ubi naturaliter vires se habent, ne minimum quidem in diuturnis febribus uacuationum vsum morantur: vbi autem sunt infirmiores, pro magnitudine imbecillitatis, impedit vsus auxiliorũ vacuantiũ. Rarius autẽ accidit, ut protinus in primo, secũdoue die, vires imbecillę cernãtur: id quod tamẽ interdũ accidit, vel propter ægrotantis malum corporis habitum, uel propter senium. Nonnullis etiam fatigatio, vbi tristitia, vigiliæq; præcesserunt, & inedia per totum secuta est diem, dein febris prius quàm homo cibaretur, circa vesperam occupauit & nox insomnis est acta, uires impensè resoluit.

De nutricatione febricitantium. Cap. III.

Porrò quibus temperies corporis ad siccum calidumq; conuersa, febrem accendit, ij interdum vel in prima inuasione accessionis, nutriendi sunt: ne dum ante illam. Eis autem soleo ipse sorbitionem ex alica exhibere, iniectis in eam mali punici granis: qui cibus bilioso stomacho est optimus. Nam & roborat hunc, malum punicum: & alica, cum diutissimè in eo citra corruptionem maneat, sensim concoquitur, idque nec acescens, nec etiam innatans.

De horrore, ac de rigore tractatur. Cap. IIII.

Igitur mordens halitus, succusq;, ubi per sensibilia corpora fertur, horrores & inæquales totius corporis concussiones facit, in ijs, quibus cute stipata, quæ prius transpirabat, iam sunt detenta. Quæ quidem, si fuliginosa sint, febres accẽdunt. Eiusmodi autẽ halitus, succosq; tũ multa & vehemens dimotio, tum vigiliæ, & ira, & dolor, & cura, augent: tum proximè ab istis, unum illud per se interdum augere eos sufficit, vtiq; si cibum quis non sumpserit. Efficitur nanq; corporis halitus in ijs naturis, quæ facilè amaram bilem gignunt, ex longa inedia biliosus. Concussio itaq; siue rigor succedet, propter eorum quæ feruntur excrementorum, tum multitudinem, tũ acrimoniam, tum impetus celeritatẽ, tum laborantis viriũ imbecillitatẽ. Horror verò fiet, vbi & qualitas eorũ, & impetus velocitas est remissa: tũ copia minor: ac potissimum cum vires tristanti obsistant. Quod si largius remittantur iam dicta, ne horror quidem continget: sed uel quidam ceu ulcerosus sensus: uel tantùm inæqualitas. Porrò quibuscunque uirtute existente imbecilla, squalidoq; ipsius corporis habitu, incipientis adhuc accessionis uidi adesse symptomata, ijs omnibus panẽ ex uino diluto, & calente, maturè, exhibens, horrorem statim inhibui. Quãto uerò hos citius cibaueris, tanto scilicet magis febrem prohibueris. Sin duæ hore ab initio inæqualitatis interpositæ sint, nutriẽs tunc quoq;, modò adhuc duret horror: prædicẽs tamẽ, quòd hi febricitabũt, cæterùm innoxia febre, & cui cutis mador succedet: quo facto, tũ lauare, tũ nutrire debebis. Quòd si horror præterierit, ac iam planè febricitent, id temporis nõ sunt cibandi: sed decrescẽte iã accessione atq; interdũ in summo uigore, nutriẽdi sunt solutionis integritate nõ expectata. In nullo nãq; squallido affectu cõmodè finitur accessio, prius q̃ illi uel ex lauacro, uel humido uictu, humectatio accesserit.

Inedia nocet calidis, qui à principio corripiuntur hecticæ, quando verò sint nutriendi. Cap. V.

Calidis itaq; & siccis naturis, siue à primo ortu sint tales, siue sint etiam acquisititiæ, maximè inedia aduersatur, febriũ paratissima causa. Inter alia autem, calidus in summo, siccusq; cœli status, iã dictã temperaturam efficit. Hic autem status alio anni tẽpore, q̃ æstate, planè incidere nequit: sicuti nec humidissimus, pariter frigidissimusq;, in alio q̃ hyeme. Corpora igitur calida & sicca, ex inedia facilè in febres ardẽtes incidunt: à quibus, nisi prius mors occupet, in hecticas transeunt: atq; ab his, in marasmũ: uel protinus ab initio, ardentibus præteritis abeũt in hecticas. Maximè autem siccas, calidasq; dispositiones corporum, à principio febris hectica corripit: id quod olim cuidam iuueni contigit, qui ex ira febricitauit. Cui quidẽ, quoties nutritus est, fontanæ planè gelidæ dedimus interim binos cyathos, interim ternos: quando frigidam simul mul tã sibi dari, qui ita sunt affecti, citra noxam non ferunt. Quo circa utilissimum fuerit, ubi febris ideam perspexeris, in prima statim occasione, minori cũ periculo, copiosiori frigida uti: corporibus ad ualidam siccitatem nondum perductis. Iã uerò quemadmodum in quibus febris accenditur propter mordentem acrimoniam excalfacti, attenuatiq; à Sole, inedia, & laboribus, succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentũ: sic è diuerso, ubi ob copiam, uel obstructionẽ, uel phlegmonem, uel humoris alicuius putredinem, febris est orta, maximo malo est cibus. Quã hos quidẽ, nec in febris inclinatione, citra noxã nutrias, nedũ ipsa accessione inuadente: illos uerò, omni certè tempore, sed potissimum per inclinationẽ. In summa uerò, illa duo à primo statim die, sunt tibi in omni ægro spectanda, morbi summus uigor, & ægrotantis uires: à quibus cibã di consilia petas. Postea si trãsiri summũ incremẽ tũ sine omni cibo potest, in cibi abstinẽtia hominem ipsum seruabis. Sin exiguum adminiculum requirat, abundè erit sola mulsa. Quòd si maius desyderat, quàm sit ex mulsa, ptisanæ cremor satis erit. At si fas non est summum morbi incrementum aut tenui uictu, aut inedia transmit-

ti, id agendum, vt homo statim in prima accessionis inclinatione nutriatur. Aliquos verò ipso rum,& quum inuasura adhuc est,& quum incipit, cibabis. Sint porrò hi sicco temperamento & calido, oportet: tũ viribus necessariò imbecillis: quũ fieri nequeat, vt abundè siccum, calidumq; corpus, si febricitet, viribus sit valentibus. Si autem cũ eiusmodi febri & corpore, momentanei mem bri phlegmone sit coniuncta, omnino æger morietur: magisq; id certum est, si vel peripneumonia, vel pleuritis vel angina, vel ventriculi, vel iecinoris phlegmone infestet: In quibus sanè affectibus vna salus est, virium robur. Nam quod ad phlegmonem quæ in ijs est partibus attinet, minimè planè est cibandum. Quod ad virium infirmitatem, vtiq; sæpe. Ac proinde necessum est, aut resoluantur vires, aut phlegmone augeatur.

Hectica febris quando sit expectanda, ac victus ratio quæ sit febricitantibus. Cap. VI.

QVoties igitur vel ex lassitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel uigilijs, vel tristitia, vel longa inedia, vel uniuersis unà coeũtibus, siccatum corpus est, ac febris inuasit, quæ & aridam reddit cutem, & igneum calorem refert, utique hunc talem timor est hectica febri correptum iri, potissimum in æstate, ac celi statu sicco, calidoq;. Oportet autem, quàmprimum ptisanę cremore, & sorbitione ex alica nutritum, paneq; post oblato, aquæ frigidę potione hominẽ cures. Quippe protinus extinguitur, ac cessat omnino febris: modò nec phlegmone aliqua ei sit adiuncta, nec putridus humor. Quanquàm ego etiam uel si hæc aderant, ægrotorum non paucis aquam frigidam dedi, tutius esse ratus, phlegmonas in præsens augere, quàm sinere hominem in hecticam febrem prolabi. Cæterùm si magnum fore in commodum, uel humori putri, uel phlegmonæ sit suspitio, à frigida quidem danda abstinebis: refrigerantibus autem remedijs, quæ foris applicantur, uteris: modo ea super os ventriculi, aut tota præcordia: modo super pectus imponens: ubi scilicet plurimum subesse caloris, maximè iudicabis. Balnea etiam, ijs qui siccato plurimũ corpore sunt, & citra humorũ putredinem febriunt, non incommoda existunt. At phlegmonas subsequũtur febres, propter putredinem humorũ, qui in ipsis impacti habentur. Possunt tamẽ, uel citra phlegmonem, in ipsis uasis aliqui humores putrescere: idq; aut in una animalis particula, ĩ finibus ipsorum impacti: aut etiam in totis eorum capacitatibus, quæ inter bubones & alas sunt, comprehensi. Vbi igitur citra putredinem squallenti corpori febricitare contigerit, caput totius curationis, in ijs remedijs quæ refrigerent, humectentq;, statuere oportet.

Remediorum refrigerantium, ac humectantium materia duplex & refrigeratio in febre est periculosa. Cap. VII.

POrrò duplex genere est harum rerum prima materia. Vna, eorum quæ foris incidunt: altera, quæ intus in corpus sumuntur. Extrinsecus corpori incidunt, tum aer ipse qui nos ambit: tũ pharmaca, quæcunq; humectandi refrigerandique uim obtinent: & tertium præter hæc, dulcis aquæ balneum. Intrò in corpus sumuntur, quæ eduntur, ac bibuntur, & inspiratus aer. Ab his generibus tentandum est propositis hoc loco febribus tum humiditatem, tum refrigerationem comparare. Verùm refrigeratio, quoniam per efficacissimam qualitatem inducitur, & parui tẽporis est, & periculosa. Contra siccitatis, per ea quæ humectent, curatio, ut longi temporis est opus, ita minus est, quàm refrigeratio, periculo exposita.

Febrietibus quales ædes cõueniãt, quis aer. Cap. VIII.

SI igitur temperatus sit aer, qualem se exhibet, tali eo est vtendum, nihil amplius de eo nobis solicitis. Sin uerò admodum calidus, uel sit admodum frigidus, pro calido inducendus arte contrarius est, subterraneis inuentis domibus, quæ & frigidissimæ sint, maximeq; per flatæ, & ad septentriona conuersæ: tum auris quibusdam suauibus opera nostra paratis: aliàs ex euripis, in quos multi se aquarum fontes præcipitent: aliàs aqua frigida ex uasis in uasa transfusa: id quod etiam conciliat somnum: præterea domo assiduè aqua, quæ prorsus frigida sit, asper sa: ac rosis plurimis humi fusis, aut uitium capreolis, aut ruborum clauiculis, aut lẽtisci ramis, aut deniq; reliquarum, quæ refrigerent, stirpium aliquibus, turba quoque hominum ingredi prohibita: vt quæ domum similiter calfaciat. Ac sic quidem calidissimum aerem, qui scilicet in æstate calida & sicca accidit, refrigerare est tentandum. Qui sanè si modicè frigidus sit, hoc esse con tentos oportet, nihil de eius temperie alterantes. Qui verò frigidissimus est, utique quatenus respirando attrahitur, admittẽdus est, ut qui admo dum calorem cordis refrigeret; non tamen quatenus extrinsecus ægrum contingit. Quippe densat, cogitque cutim, putrilaginosorumque humorum effluxum, atque transpirationem cohibet. Siquidem per pulmonem, quod rarum est viscus, difficile non est, ut tum qualitas ipsius, tum etiam substantia, facilè ad cor perueniat: per cutim verò, utpote densatam, fieri id nõ potest. Cæterùm ex frigida inspiratione maius sequitur cõmodum, quàm incommodũ ex cute densanda: præsertim cum operimentis hanc nobis calfacere liceat. Porrò utendum maximè eiusmodi aere est in ijs hecticis, in qbus primũ ꝙ afficitur, ipsum est cor: æquè vt si ventriculus primum affligere-

tur, ipsi per comesta & bibita succurrendum esset. At iecinori ex inspirato aere nulla certè accedit utilitas: à comestis uerò & bibitis, minor planè quàm uètriculo: aliqua tamē haud obscure aduenit. Communis autem omnium sanatio est, per ea quę extrinsecus applicata refrigerant, & humectant. Atq; ob hæc quidem viscera, magna ex parte hecticas, marasmodesq; febres accidere contēplati sumus. Superueniunt tamen aliquando & pulmonum intemperantiæ calidæ & siccæ. Incidunt præterea & pectori, & mesenterio, & ieiuno, & colo: interim verò, & vtero, & renibus. In septo autem transuerso marasmum non vidi: febrem hecticam vidi. Eiusmodi autem affectum & spirandi difficultas, & delirium excipere solet. Ex quibus magna ex parte prius moriūtur, quàm hectica sit prorsus perfecta. Est autem eorum agnitio facillima, tum ex pulsus duritia, tum ex eo quòd præcordia plurimū trahuntur sursum, tum ex difficultate respirationis, quæ illis est inæqualis, & varia: interdum admodum rara, magnaque: utiq; quum delirij malum præcipuè dominatur: Frigidus itaq; aer tunc vel maximè confert, quum quod primum afficitur, ipsum est cor: q̃uis confert & in reliquis febribus non parum: quandoquidem in his quoq; necesse est cor similem intemperiem recipiat.

Refrigerantia extrinsecus in febribus qualia esse debeant. Cap. VIIII.

Pulmones etiam ubi ij sunt qui primùm patiuntur, plus cæteris omnibus aerem refrigerantem postulant. Porrò ex medicamentis, quæ admota extrinsecus in eiusmodi affectibus, refrigerandi humectandiq; uim possident, deligenda ea sunt, quæ non modò citra astrictionem refrigerent, sed etiam corporis substantia sint tenui. Ac quæ quidem absolutissimè tenuium partium sit, substantiam exactè frigidam inuenisse, fortasse nō est. Dixi exactè, propter acetū. Quod quum omnium (quæ nouimus) potestate refrigerantium, planè tenuissimarum sit partium, admistam sibi aliquam habet caliditatē. Pręterea corpora quę contingit, siccat: quàmuis ad imaginationem sit humidum. Quo fit ut ad eos affectus, quos humectari & refrigerari expedit, solo eo nō utamur, sed tanto aquæ frigidæ admisto, ut possit bibi. Hoc autem medicamen quòd subdā, humectantium & refrigerantium omnium simplicissimum est, optimumq; ad erysipelata, & pudēdorum phlegmonas inter initia, prius quàm depascens aliqua subindicetur putredo. Olei rosacei ex omphacino oleo citra salē cōfecti. Vncias 3. uel. 4. Ceræ albæ, & elotæ, unciam unam. Liquentur simul in uase duplici, ac fiat ceratum humidum, cui abundo refrigerato, misceatur paulatim in mortario tantum frigidissimæ aquæ, quātum in se, dum cum ea mollitur, accipere possit. Quòd si aceti quoque admodum tenuis & clari paulum adijcere uelis, utiq; magis adhuc tum refrigerans, tū humectans medicamentū efficies. Non debebit autem medicamentum hoc eo vsq; super ægrum corpus manere, dum manifestè incaleat: sed assiduè subinde mutari. Aliud. Oxalidos, aut oxylapathi succus, cum exigua polenta mistus, excipiatur duplicato & detrito peniculo, aut linteo: affatimq; frigidum totum id admoueatur. Quin etiam portulacæ, & semperuiui, & vuæ immaturæ succus, similiter polentæ miscentur. Ad hæc, lens palustris, & viridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus, aliaq; refrigerantia, cum tenui polenta miscentur. Licet etiam absque polenta, uti integris herbis tunsis. Iam uerò quod epithema ex pinguibus conficitur palmulis salutare medicamentum est. Porrò coquere oportet harum carnem, omni membranoso exempto, aliàs ex solo claro aceto: aliàs aqua ipsi permista: atque hac, vbi tenera satis reddita est, tunsa uti. Est verò salutare medicamen ad talia, etiā succus rosarum frigidus, vnà cum polenta. Salutares similiter sunt & ipsæ rosæ contusæ. Præterea stirpium quæ moderatè astringunt, germina trita. Ad quem modum vti aliquando licet herbis mediocriter astringentibus: ut solano. Huiusmodi tamen refrigerantia omnia, illi tantùm admouenda sunt parti, quæ primariò est affecta: non alijs quæ refrigerari non postulant. Ego nanq; hominem scio, qui imposito præcordijs refrigerante medicamento, laborarit statim dypsnœa: sicuti alterum, qui tussierit protinus.

Refrigerantium remediorum nonnulla per se refrigerant, vt potio frigida: alia per accidens, vt balneū, de quo agitur. Cap. X.

Verùm ex remedijs ipsis, nonnulla quidem per se, neque intercedente alio, refrigerare sunt nata: ut gratia exempli, frigidæ potio, necnon succus uuæ immaturæ. Alia autem ex accidenti: ut sanguinis missio. quæ calidā aliquando intemperiem sanat. Ad eundem modum & clystere, & purgatio & fomentum, & cataplasma: q; uidelicet digerant, concoquantùe. Vtranque uerò facultatem in se comprehensam habet dulcis aquæ balneū temperatum: utpote ex partibus uaria facultate præditis constans. Siquidem quū primùm in id ægri ingrediuntur, in aere versantur calido: postea in calidam aquam descendunt. Mox ab hac egressi, in frigidam. Postremò sudorem detergent. Potest autē prima eius pars materias per totū corpus, tū calfacere, tum liquare: præterea, quæ inæqualia sunt, æquare: & cutim laxare: & multa, quæ sub hac ante detinebātur, uacuare. Secūda eius pars, ubi quis in sicco corporis affectu ea vtitur, pōt madorū vtilē solidis partibus

bus immittere. Tertia balnei pars poteſt, ubi quis frigida vtitur, & totum corpus refrigerare, & cutim denſare, & vires firmare. Quarta verò, corpus per ſudores, citra refrigerationis noxam, vacuare. At vbi quis intempeſtiue lauatur, in horrores, cutisq; denſitudinem incidit. Eſt autem continens ipſius horroris cauſa, mordentium excrementorum, aut etiam crudorum humorum, confertim actorum, citatior motus. Proinde, quibus horum eſt abundantia, caro verò ac cutis denſæ, ſiue balneum ſint ingreſſi, ſiue ſteterint in ſole, ſiue quoquomodo uel geſtati, vel perfricti, uel exercitati, uehementius dimoti fuerint, utiq; ijs horror incidit. Contra, quibus hæc pauca ſunt, & corporis habitus, ut remittatur, laxeturq; à balnei calore, promptus, ij non modò non horrent, ſed etiam meliores redduntur, utpote excrementis per id uacuatis. Quo rationabilius, neq; in primo inuaſionis initio, nec in incremento quiſquã ægrotantem lauit. Quippe denſata eſt hoc tempore, coarctataq; & cutis ipſa, & quæ ſub hac habetur carnea ſubſtantia. At in febris inclinatione uel incipiente, uel procedente, uel amplius progreſſa, ſæpenumero nos ægrotos lauantes, non parum eis contulimus. Si quis igitur balneũ ingreſſus, minimè inhorruit, ſed laxata illi, necnon rarefacta eſt cutis, huic ſuccedent planè excrementorum uacuatio, ęqualis per uniuerſum corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, tenſorum laxatio, denſatorum fuſio. Ac uacuatio quidem excrementorum, omni febri eſt utiliſſima. Pari modo & rarefactio, & relaxatio. Fuſio tamen, & calor, non item: ſed calor omni febri inimicus eſt. At fundi æqualiter, id ſolidis quidem animalis partibus non eſt alienum. Succis certè non perpetuò eſt utile. Sed quoties in animali uel phlegmone, uel affectus phlegmone ſimilis conſtitit, uel vtrauis plenitudo, omnium inimiciſſimum. Nam phlegmone quidem, quum calfacti & liquati ſucci ad ipſas confluunt, augentur. Tunicæ uerò uaſorum, impares plenitudini, quæ iam ex liquatione eſt repleta ſpiritu, diſtenduntur, ac uires hoc nomine malè habent. Ergo calidis illis, ſicciſq; affectibus, effuſio mordentium eſt ſalubris: liquatioq; eorum contingit citra periculum. Calfactio tamen noxa non caret. Atq; hæc quidem ex prima balnei parte optimè adminiſtrata ſumuntur. In ſecunda autem (quæ lauacrum erat) ut febrilia corpora ex humectatione iuuantur, ſic ex calore nihil illis commodè accedit. At in tertia, refrigerantur innoxiè, quæ fuerant excalfacta, & uires firmantur. Si qua uerò & laxata, & iuſto plus ſunt remiſſa, ea in naturalem redeunt mediocritatem, id quod quarta balnei pars, quæ deterſio eſt, indicat. Quippe quibus rite ſunt omnia adhibita, ij poſt frigidæ uſum adhuc ſudant, & omnia ipſis excrementa uacuantur. A balneis igitur (ut unam omniũ ueluti ſummam colligam) uacuatur quicquid in corpore uel fumidum, uel fuliginoſum præfuit. Reducuntur ad naturalem ſymmetriam, tum caro ipſa, tum cutis: corrigitur ſolidarum partiũ ariditas: & calor non modò is qui ex lauacro acceſſit, ſed qui etiam præfuit, ex frigidæ uſu extinguitur. Maximo huius rei documento eſt, præſidiũ quod ſentiunt homines, ex huiuſcemodi balneo, ubi à feruenti ſole exiccati, lauantur. Quippe quum accedant ad id, ritu ſtipulæ aridi, egreſſi è frigida, illico in naturalem habitum redeunt. Si itaq; certã febricitantium naturæ haberemus notitiam, non dubitaremus eorum aliquos aſſiduè in aquis frigidis citra balneum lauare. Quia uerò exacta nobis diſpoſitionum non eſt notitia, ac maxima ex errore impendet noxa, utiq; eiuſmodi recuſamus præſidia, potiſſimum in febribus hecticis: quando per has & pauci ſanguinis, & nudum carne, & expers adipis corpus eſt redditum. Etenim iuuenis corpulentus, æſtatis tempore, ac in febris ſummo, uigore modò nulla uiſcerum phlegmone ſubſit, ſudabit, ſi in frigidã ſe coniecerit. Quòd ſi ſit frigidæ lauationi aſſuetus, ſecurè remedio utetur. Qui autem ex calida & ſicca intemperie febricitant hectica: ac potiſſimum qui iam maraſmodes fiunt: ijs ubi tale pręſidium petunt, tutum non eſt in totam conijci: æquè ut nec gracilibus & imbecillis, qui æſtate calida & ſicca, longa uia peracta, refrigeratione indigẽt. Nam neq; his tutus eſt frigidi ſolij uſus, niſi prius fuerint in balneo æqualiter excalfacti. Siquidem ſimile quiddam nobis uidetur accidere, quum in frigidũ ſolium poſt balneum ingredimur, ei quod ferro accidit, quum tingitur. Etenim tum refrigeramur, tum roboramur: quemadmodum & illud, ubi cãdens iam redditũ frigidæ mergitur. Atq; huius rei cauſa ad imbecilla corpora inuentæ ſunt balneæ, quæ ea præcalfaciant, atq; ad frigidum ſoliũ præparent. Non diſſimile quiddam faciunt, & qui ſine balneo frigida utuntur, cùm ſcilicet ſe ab exercitatione in eam ſaltu demittunt. Siquidem quod nobis balneum, id præſtat illis exercitatio: ut quę non calfaciat tantùm, ſed etiam inſiti caloris motũ à profundo corpore extrorſum concitet, ſic, ut & frigidę impetui occurrat, & quo minus uiſcerũ aliquod feriat, aduerſetur, atq; prohibeat. Neq; enim ipſam frigidæ ſubſtantiam, neq; eius qualitatem omnino integram, uſque ad uiſcera pertingere eſt ſalubre. Immo ſatius & tutius fuerit, ſolam qualitatem, eamq; retuſam calidorum occurſu, deſcendere. Iam uerò qui hectica febricitãtes ad balneum accedunt, niſi in frigidam ſint dimiſſi, nihil iuuantur, contra q̃ alijs correpti febribus. Nam quũ ijs ſolidarum partiũ affectus candenti ferro ſit ſimilis, calfeciſſe duntaxat eos, humectaſſeq; haudquaq̃ uidetur ſatis (ſic.n. alimentum, incremẽtumq; præbuerimus febri) ſed opus eſt, ut merſis in frigidam, extinguamus calorem.

Quòd si ex violento ipso, subitoq; frigidæ usu, malè fuerint affecti,utpote in contrariam qualitatem mutati,hos licet in toto quod sequitur tempore, calfaciendo sanare: quum neq; par periculum sit in frigido affectu: nec in remedijs quæ illi adhibentur. Quum autem insanabilis solidarum partium summa siccitas sit, ad quam per hecticas febres via expeditissima patet, melius est, hominem in frigidam intemperiem transferre, ac cui curationem adhibeamus habere,quàm tendentem rectà ad interitum sinere, desperatamque illi salutem facere. Ergo eos qui hectica febriunt,illico omni ratione refrigeremus, antequàm progressi,in marasmum perueniant. Nam quem iam occuparit marasmus,hunc neutiquàm sanare tentaueris. Ipsum tamen in alterum transferre marasmum, quem appellant ex morbo senium licebit: ac sic superstitem,non tantùm plures dies, sed etiam menses, seruare. In cæteris autem febribus,quas vel phlegmone, vel putrescentes succi accenderunt, nihil offendes, etiam si in frigidam ægrum ipsum non merseris. At in hecticis, id quod remedium affert, calidæ solium non est, sed frigidæ. Quicunq; igitur hectica febre laborant, atq; ex ijs præcipuè,qui iam marasmo detenentur, modò his nulla alia febris, vel ex solo putrescente humore,vel cũ phlegmone,sit adiuncta,eos omnes audacter lauabis:sed prorsus citra omnem laborem:ne resoluantur vires. Sint ergo tres domus balnei: in quarum primam, quæ satis esse calida debet, in lectulo cubans ducatur: inibique nudetur. Illinc autem valida sindone in secũdam portari debet: quæ non tantùm situ sit media, sed etiam temperie: tanto scilicet prima calidior, quanto est tertia frigidior. In ea itaq; oleo tepido super sindone perfundatur. Hoc facto,ad tertiam ducatur domum:ubi nimirũ est solium, in cuius quidem moretur aqua mediocriter: idque sustentus sindone: nullaq; infusione aquæ, cuiusmodi in alijs vti solemus, adhibita: immo nec capiti eius quicquàm infundi velim: quum sit satis id quoq; bis,terúe vnà cum toto corpore, in aqua mergi: demissa mediocriter deorsum sindone: ac rursum per quatuor iuuenes, qui eum portant, leuata. Mox hinc eductus, in frigidam semel totus tingatur: ne vel breuissimo quidem spatio illic moratus. Protinus verò alter paratã habens calentem sindonem, ipsi inijciat. Dein æger suo in lectulo collocatus, primùm spongijs detergeatur: dein mollibus linteis,quoad fieri potest, blandissimè. Postea verò vnctus, amictusque vestibus,rursus super lectulo reducatur in aliquam aliam domũ uicinam, ubi cibari cõsueuit: inibique nutriatur.

Hecticorum uictus ratio. Cap. XI.

Porrò humidum esse, ac frigidum, quod hecticis febribus sit conducturum,nemo nescit. Eiusmodi verò sunt tum cremor ptisanæ, quum frigidus sumitur: tum alica, similiter ptisanæ cremori condita: id uero est ex aqua, & exiguo porri, & anetho:tum sale, oleo,& aceto. Commodus præterea ijs qui sic laborant, est & exiguus in aqua frigida panis. Cæterùm nullius horum,pura frigiditas esse debebit, sicuti potionis. Quippe hæc maturè tum incalescit,tum per corpus digeritur. Illa,quum pluſculum temporis in ventriculo morentur, ipsum fortassis refrigerant,si fuerint immodicè frigida. Vbi autem febris iam traxerit, dandum quoq; asininum lac est, sed diligẽter ob seruato, ne in ventre concrescat. Cauebitur autem id, si mel illi admisceas: aut salis, quo uescimur, exiguum. Abstinendum tamen in hecticis, quoad fieri poterit,à melle est:atq; iccirco etiam à mulsa. Quippe protinus in bilem conuertitur, & sicciores,acriorisq; caloris febres reddit. Dandus itaq; principio asinini lactis est non plus cyathus: sed inducta in ipsum cubiculum asina; quo nullum tempus interponatur:æger autem id protinus bibat. At uerò si corruptũ in uentre lac fuerit, pulsus paruos atq; inequales inuenies, quales accidunt in compressione ventriculi. Sin autem non sit corruptum, & maiores & ualentiores eos quàm pro cõsuetudine inuenies. Qua ratione obseruata, licebit tum lactis, tum aliorum ciborum omnium modum sensim augere. Qui igitur iam marasmo uexantur, eos, sicuti dictum est, lauabis. Quos uerò hectica premit, nondum tamen marasmo tentantur, eos licet etiam laues, sine subiecta sindone: utpote uiribus adhuc ualẽtes. At qui ex his minus sunt ualentes, eos non tutum est permittere in frigidam natationem descendere, sed foris ipsos potius perfundere: primum tepida: secundo frigida: qualis fontana est. Ac si quidem omnia curiosè administrentur, utique sanandi iã eius quem marasmus cõsumit, spes est. Sin error uel in uno committatur, is, reliqua subuertit omnia. Quippe quum exitialis horum effectus sit, ne leuissimum quidem errorem tolerat. Ac si quis talium est seruatus, huic carnosam tantum portionem marasmus iam occupauerat. Ipsis verò solidis reficcatis, fieri nequit, ut homo prorsus sanetur. Etenim primum eiusmodi febris propriã partium humiditatem, ex qua nutriuntur, depascit. Hinc transit ad genus carnosum. Deinde solidas populatur particulas. Vocatur autem caro tantum ea quæ in musculo est. Nam quæ in uiscesribus conspiciuntur, non carnes, sed parẽchymata nominantur. Porrò singularum particularum substantiæ moles, ex tali maximè completa est natura, quæ & perire, & regigni possit. At uerò nec fibrosa, nec neruosa, membranosave natura, eandem generationem habere cernitur: nec fas est eiusmodi singularum partium fibras, à febribus malignis liquari, perinde vt carnes: quando

animal

animal ipſum, prius quàm hæ prorſus ſint exicca tę, interemerint. Sanè ſunt & quas maraſmodes febres vocant, vniuerſæ ex earum genere quæ col liquant; ſed in eo differunt, quòd in his, quæ por tio carnis colliquatur, ea ſemper vaporis vice di geritur: in illis defluit in ventrem. Nam quemad modum quo magis animal vel adipe, vel carne abundat, eo, quod ab ipſius carnibus, dum in cra ticulis torentur, defluit, copioſius cernitur: ad eundem modum in calidisſimis febribus, ſi car nes humidæ ac molles, cū adipis copia fuerint, ea ſenſus liquari deprehēdas. Sin abſq; adipe & ſic cæ ſint, inſenſibiliter abſumūtur, & in febres ma raſmodes tranſeunt. Hæc præmonitus, colliquan tium febrium iiſdem methodis curam ages: tum ad frigidam exhibendam, quàmprimum prope rans: tū ijs quæ refrigerēt & humectent, nutriens. Mulſam verò inimicisſimam illis eſſe cenſebis.

GALENI PERGAMENI De Febribus curandis. Liber IIII.

Curationis ſcopi ſunt duo: affectus, & ægri temperies. Cap. I.

MODVM igitur curandarum ephe merarum, in octauo huius operis commentario: continentium, in nono: hecticarum deniq; in deci mo, ſatis accuratè expoſuimus. Nunc verò, quemadmodum quæ ex putreſcentibus humoribus excitantur, metho do ſint ſanandæ, aggredi eſt animus. Duo autem ſunt ſcopi curationis in uniuerſum: affectus nem pe ipſe: atq; ęgrotantis temperies. Affectus quip pe, ex ijs quæ ſibi contraria ſint, adhibenda eſſe remedia indicat. Laborantis uerò temperies, ſi mul cum ipſo morbo, menſuram contrarietatis definit. Poteſt etiā ambiens nos aer (qui ex cœli ſtatu, anni tempore, ac regionis natura ſuas mu tationes ſortitur) unam efficere indicationem: ac uel ægritudinis cauſis, uel ſanitatis, annumera ri. Porrò auxilium, quo ad morbos tollendos uti mur, prima & ultima dicitur ſanitatis cauſa: di uerſis tamen rationibus. Dicitur quippe ultima tempore: quando quidem & natura, & ars, & for tuna, priores, ſecundum tempus, eo ſanitatis exi ſtunt cauſæ. Prima uerò eſt, quatenus id primò laborantis corpus tangit, alteratq; eius affectum. Ars ſiquidem artifexq; & fortuna, non per ſe pri mùm, ſed per auxilia morbos profligant: materię que interuentu operantur: quemadmodum per ſeipſam natura. Quæ nimirum tum ex ſpiritus, tum ſolidarum particularum (quæ ex ſemine ge nitali oriunrur) tum carnoſarum ſubſtantia, con ſtat. Quarum trium ſubſtantiarum ſingulę pro priam pro natura ſua tum qualitatem, tum quan titatem habent. Ac qualitas quidem earum, ex congrua temperie humidi, ſicci, calidi, & frigidi efficitur. Quantitas uerò ſolidarum partium, par ſemper manet: ſed ijs qui adhuc inaugentur, nu mero duntaxat: qui uerò abſoluti iam ſunt, etiam magnitudine. Carnoſæ uerò ſubſtantiæ magni tudo uariatur, etiam ſi iam non augeatur ani mans. Pari modo & ſubſtantia ſpiritus propemo dum quolibet momento tum maior, tum minor conſpicitur. Ergo ad duos illos ſcopos prius tra ditos, etiam unica uirtus addetur, iuxta earum trium ſubſtātiarum enumerationem: aut tempe ries per ſe diſtinguetur: quæ & ipſa rurſus bifa riam ſcinditur: nempe & in originalem naturam, & in acquiſititiam diſpoſitionem: ſic nimirum ut ex iſtis, & alijs quæ prius dicta ſunt, propria quæ dam cuiuſq; remediorum ſit indicatio. Ex ætate etiam, uitæ ſtudijs, conſuetudineq;, remediorum indicationes ſumuntur.

Intemperies contraria per contrariam eſt curanda, & cuſtodia per ſimilia. Cap. II. III.

PRoponatur igitur nobis intemperies quæ dam curanda. Ea utiq; per contrarium in temperiem ſanabitur. At quoniam uniuerſi febrium generis intemperies, eſt calor: utiq; per frigiditatem curabitur. Quemadmodum autem ab affectu ad materias præſidiorum peruenimus, eodem etiam modo à ſingulis reliquorum gene rum primorum, ad eas eſt deſcendendum: ueluti à uirtute, quæ morbo, ceu aduerſatrix opponitur, & cui omni ratione opitulari & ſubuenire eſt cō ſilium. Quare uirtus quidem ipſa erit unus ac primus ſcopus: alter autem, atq; ſecundus, quod ab ea ſignificatur: nempe cuſtodia ipſius. Pari etiam ratione, morbus quidem dicitur eſſe pri mus ſcopus: ſecundus autem, ſublatio ipſius. At uerò cuſtodia, ſimilium indicabit exhibitionem: ſublatio, contrariorum. Quoniam uerò uirium ſubſtantia tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis completur: ex ijs quę ſimilia ſunt, moliri cuiq; ſuam cuſtodiam oportet. Spiri tui, ex reſpiratione, tranſpiratione, & uapore qui ex ſanguine attollitur. Solidorum uerò generi, ex ſolido nutrimento. Carnoſo generi, per eam naturam, quæ in medio humidorum ac ſolido rum corporum eſt. Porrò cuiuſque horum mo dum ex conſeruandæ ſubſtantiæ modo inue nies: qualitatem uerò, ex ipſius temperie. Quum autem horum cuiuſq; temperies, uel optima ſit, uel aliquatenus uitioſa: quæ quidem optima eſt, ſemper ſeruari debebit. Quæ uerò omnino uitio non caret, hæc in ſanis quidem, uel ſeruanda eſt, uel alteranda: in ægris uerò ſeruanda. Quum au tem diuerſitas non parua ſit, in partium animalis temperamento, propriam cuiq; menſuram, eo rum quæ ipſi ſimilia ſint, oportet accommodare. Nempe ei quæ terrea eſt magis, eorum quæ ma-

gis

gis sint terrea: & ei quæ humidior est, eorum quæ sint humidiora: ac sic de cæteris constitutionibus. Hinc verò iam materiæ particulares omnes in ci bis, potione, aere, & omnibus peragi solitis, inueniendæ sunt. Quòd si mutuo inter se pugnent aliquæ indicationes, perpendenda indicantium coporum tum magnitudo, tum dignitas est, efficiendumq; id, quòd tum maiores, tum digniores scopi admonent. Quorum dignitas quidem iudicanda est, uel vitæ uel sanitatis respectu. Magnitudo autem est duplex: vel propriæ substantiæ ratione, vel declinationis à naturali habitu.

Synochos febris quæ dicatur, & synochorum curatio. Cap. IIII.

HIs igitur præmisfis methodis, iam in febrium genere exercitemur, quòd ex putredine nascitur. Ac primum ab illa febri exordiamur, quę ex putredine humorum in maximis vasis, vel in omnibus simul, computrescentium, oritur: quamq; necessum est synochon, hoc est continentē, existere. Fieri aūt nequit, vt talis febris sanetur, nisi inhibita prius ipsa putredo sit: quæ sanè inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouenda ipsius causa est, si modo putredo ipsa prior: mox post ipsam, febris sanari debeat. Ostensum autem est, illa tantum putrescere corpora, quæ quum calida humidaq; natura sint, neq; perflata, neq; uentilata, in calido humidoq; loco includuntur. Quòd si in motu sint, ventilenturque ac perflentur, posse ea non putria, integraq; seruari: potisfimum quæcunque corpora sua ipsorum natura reguntur: vt animalium, stirpiumq;. Ea namq; ab initio congenitos secum motus habent, quibus superflua excernāt. Nec minus etiam est demonstratum, quanta sit tum respirationis, tum pulsuum vtilitas, ad perflatum, ventilationemq; corporis, atq; eius natiuum calorem tuendum. Itaq; si quid in eo manifestè putrescere debeat, dictas transpirationes esse impeditas oportet. Fieri autem non potest, ut illę per totum sistantur animal, nisi vel finibus vasorum stipatis, vel tota cute. Porrò accidere in finibus vasorum stipatio potest, vel ex vehemen ti extrinsecus refrigeratione: vel ex succorū, qui extrorsum in ipsos confertim ruerint, crassitudine, multitudine, vel lentitia. Accidit hoc illis & ex ijs exercitationibus, quæ in palestra, vel aliàs obeuntur, & itinere laborioso: vel ambientis statu, quum ex rigore in æstum mutatus est subitò. Nonnullis verò feruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, effecerunt dictas stipationes. Quisquis igitur propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius oportet adimat: simul calorem qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac quemadmodum quidem ille refrigerandus sit, prius est dictum. Causam verò adimi oportebit, propria cuiusq; naturæ inuenta contrarietate. Vtiq; si ex frigida causa stipatum, densumq; redditum corpus est, relaxato eo, omniq; ratione rarefacto. Sin ex obstructione ita est affectum, hac reclusa. Quod verò recludet, hic quoque ad contrarietatis indicationem attentus inuenies. Vbi nanq; abundantia humorum est, hos vacuabis. Vbi crasfi, glutinosiq; sunt, eos tenues & fluxiles reddes.

Nutrimenti quantitas quomodo sit expendenda. Cap. V.

SI plures causæ aliquando coibunt, omnibus per contraria occurres. In eiusmodi autem dictarum causarum complexu, cœpisse à sanguinis misfione conueniet: ac abundantia vacuata, tum ad extenuandos humores venire. Ab hoc ad remittenda quæ sunt constricta, & rarefacienda quæ sunt densata. Atq; hæc quidem à morbi affectu indicatiuè sumenda sunt. Quum autem ciborum atq; potionum, necnon spirituum decens quantitas, qualitasq; virtutem ipsam custodiant: ac modus quidem quantitatis ipsorum, à uirtutis substantia inueniatur: qualitatis verò, à tempe rie: nimirum æstimari debebit, quemadmodum uires quæ corpus regunt, se habeant. Quæ quidē si sint ualentes, audacter uacuantibus præsidijs uteris. Sin infirmiores sint redditæ, uacuantia re media cautius administrabis. Sed & nutrimenti modus hinc tibi desumendus est. Quippe quum uires legitimū robur suum habent, & morbi sum mus uigor breui expectatur futurus, tenuisfimo cibo uti licet. Vbi uerò infirmiores fuerint, non licet sine graui noxa. Sed adijcere ad nutrimenta tantum oportet, quantum est de robore uirium detractum. At nutrimenti qualitas, ex morbi affe ctu, unà cum solidorum corporum temperamento præsenti, sumenda est. Tempus autem nutriendi, quod quidem ad reliquas febres pertinet, quę ex putredine oriuntur, in progressu sermonis dicetur. Quę uerò unicam tantùm à principio ad finem usque accesfionem habent, synochiq; dicuntur (de quibus impræsentiarum est sermo) in ijs tunc offerendus est cibus, dum ægri melius se habent: eoq; potisfimum dici tempore, quo in sanitate prius cibari erant sueti. Est autem frigida quoque ijs propinanda, quum succi & iam concoquuntur, & crasfitudo eorum est extenuata.

Febrium putridarum differentiæ. Cap. VI. VII.

CAEterùm iam operæpretium est explicare, quot sint febrium, quas putredo accendit, in uniuersum differentiæ. Dein, quænam sit ipsius generis earum cōmunis utilium au xiliorum indicatio. Mox, quæ sit singulatim cuiusq; propria. Quod igitur ad differentias perti-

net,

net, prima ſanè ex eo eſt quòd cauſæ ipſius putre dinis vel adſunt, uel non adſunt, Secunda ex eo quòd per totum animal, aut eius partem aliquã diffuſa putredo ſit. Tertia, quatenus cum phlegmone, aut citra hanc.

Putredo quid ſit, & quomodo ſit ſananda. Cap. VIII.

ERgo ordiamur ab humorum putredine, quę primum indicans in diuiſione fuit. Cuius quidem natura, ad curationem erit inuentionis principiũ. Porrò natura putredinis eſt mutatio totius putreſcentis corporis ad corruptelã, à calido externo. Non.n. profectò à proprio calore corrũpitur quicquam: immo prorſus contra, quicquid in rebus ſubſiſtit, id augetur, roboratur, ſanum eſt, ac viuit, dum proprio calore regitur, ueluti nimirum ipſa animalium corpora, quandiu ſeruatur proprius eorum calor: in cordis quidem corpore, per reſpirationem: in reliquis omnibus partibus, tum per communitatem quam habent cum corde, tum per aliam quandam reſpirationis ſpeciem, quę per totam agitur cutem, & tranſpiratio, perſpiratioue dicitur. His uerò læſis, unà etiam calor natiuus læditur. Alter uerò quidam alienus, ac pręter naturam in corporibus excitatus, primùm quidem ipſos ſuccos propter humiditatem putrefacit, corrumpitq;. Spatio uerò, tum adipem inuadit, tum etiam carnem. Putredinem in corporibus ortã ſanabimus, id quod iam corruptũ eſt, omni ratione uacuantes: quod reliquum eſt moderatis motibus, & refrigerante per ſpiratu ad exactam ſymmetriam reducentes.

Putris humor quomodo ſit uacuandus, & quæ medicamenta uacuantia in febribus conueniant. Cap. VIIII.

AC vacuationem quidem illius per urinam deiectiones, ſudores, uomitumq́; moliemur, ſi putridus humor, ad os uentriculi aliquando ſua ſponte impetum faciat. Poſt hanc, dimotiones mediocres, unà cum ambientis bona tẽperie adhibebimus. Cauſam uerò putredinis, ſi adhuc perſeueret in corpore, per contraria tollemus. Itaq; quoniam tranſpirationis prohibitio fuit occaſio putredinis, hanc ſubmouere oportet. Quia uerò ea (quemadmodũ expoſuimus) à uarijs cauſis eſt orta, ipſarum ſingulis contraria medendi ratione occurremus. Sciendum tamen eſt, non eaſdem omnes partes uacuationes, medicamentaue requirere: quum & temperamẽtis, & poſituris, & forma, & omni deniq; conſtitutione, naturaq;, inter ſe disſideant. Quum autem maior pars medicamentorũ uacuantium, febrem ipſam adaugeant, utpote facultate calida & ſicca: deligenda medico ſunt, quæ citra calfactionem, ſiccationemq́; ualentem, ipſas uacuationes moliantur. Cuiuſmodi ſunt cremor ptiſanæ, aqua mulſa, oxymeli, apomeli, & apij radix, in aqua, quæ potui datur, incocta. Hæc autem ipſa uentri ſunt quoq; idonea. Qui ſi nihil reddat, inijcienda per clyſterem mulſa cum oleo eſt. Sanè totum corpus, prius quàm id uacuaris, rarefaciendum non eſt. Vbi uacuatum ſit, utiq; licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus inſit, rarefacias: cuiuſmodi eſt quòd ex chamæmelo conficitur. Hoc tẽpore ſi uinum quoq; aquoſum bibatur, id omnes uacuationes promouerit. Idem faciat & temperatum dulcis aquæ lauacrum. Cæterùm, ubi magnitudo febris obſtat, ſicuti in continentibus, nec uino eſt utendum, nec lauacro, nec ijs quæ habitum rarefaciant, unctionibus. Iam uerò id genus ardentisſimis febribus, potus frigidę confert: niſi ſubſint putreſcentes humores, par aluum, urinas, uel ſudores uacuandi. In uniuerſum autem, dum plura ſimul coeunt ſymptomata, id quod maximum omnium eſt, aggredi oportet: atq; ei uel ſoli, uel magis quàm cæteris, ſubuenire. Porrò ad corrigendos putreſcentes humores, non tantum requirimus uires ipſius pulſus firmas: ſicuti nec eius facultatis quæ uoluntariũ motum largitur: ſed multo magis ipſius concoctricis. Ergo ſi & uires cunctæ ualentes ſint, & ardentisſima febris, & concoctionis notæ planè euidentes, frigidam intrepidè propinabis. Quòd ſi etiam æger bona corporis habitudine ſit, tum ſtatus cœli calidus, ac ſiccus, etiam ſi in frigidam natationem hũc di mittas, haudquaquã lædetur. At ſi mediocris eſt febris, & uires non ualidæ, ſed cum notis concoctionis, ijs qui ita ſe habent, balneum prodeſt, & uini potio: tum uerò ex unctionibus eæ quæ rarefaciunt: idq́; multo magis, quum ambiens eſt frigidus. Neq; enim aut frigidam in balneo lotionem, aut frigidam potionem in eiuſmodi cœli ſtatu ferè expetunt, utpote inſpirationibus asſiduè refrigerati: quum ſi quando in frigido ambiente uehementer uri ægrotũ contingat, exigua ſalutis eius habenda ſpes eſt. Si uerò nec coctionis habeat ſigna, nec vires validas, ſeruari is planè non poteſt. Quo minus aut idem lauandus in balneo eſt, aut medicamentis ijs quæ rarefaciant, ungendus, aut uinum illi dandum, frigdaúe offerenda. In quo enim deſperata omnino eſt ſalus, imprudentis conſilij fuerit apud vulgum infamare pręſidia, quę multis fuere ſaluti, Febris igitur, prout febris eſt, aqua frigida eſt perpetuò remedium. Quòd uerò ad alia pertinet, non perpetuò. Veluti quum ex obſtructione glutinoſi & craſſi humoris putredo naſcitur. Ponatur autem cùm hoc, & redundantiam in toto eſſe corpore: tum uirtutem non imbecillam. In eiuſmodi etenim complexionibus, quum multa præter naturam in corpore ſint, quædam eorum præcedentes cauſæ erunt: ueluti redundantia cũ glutinoſis, & craſſis humoribus. Horum nãq; uitio obſtructio eſt

orta:

orta: quæ morbus instrumentalis est, eorum quæ obstructa sunt corporum. Hanc symptoma sequutum est, ipsa transpirationis cohibitio: quam rursus putredo humorũ excepit, antecedens quædam ipsius febris causa.

Obstructiones sunt aperiendæ, sed non prius quàm plenitudo vacuetur. Cap. X.

ERgo qui febrem curare vult, necesse est inhibeat putredinem. Ac sic duæ indicationes se exhibent: altera à febri: altera à putredine. Atq; à febri rursus duæ: scilicet ut portio febris, quæ iam accensa est, percuretur: quæ verò etiamnum gignitur, inhibeatur. Aliæ autem duæ rursus à putredine erunt indicationes: vt & quod putredinis iam factum est, sanes: & quòd in generatione adhuc est, sistas. Porrò quod in generatione est, id perspiratio impedita facit. Ita ab hac rursus aliæ duæ indicationes nascentur: tum ut quod retentum est, vacuetur: tum quod retinendum est, prohibeatur. Prohibebitur sanè, si obstructioni medeamur. Cuius quoq; ipsius, quod iam occupauit, sanandum est: per ea quæ obstructa liberant, quod futurum est, propulsandum: per ea nimirum, quæ affluxum obstruentium succorum compescunt. Ergo quod vltimũ in ipsa methodo resolutiua est inuentũ, id primum omniũ in curatione tibi est peragendum. Etenim si ijs auxilijs, quæ obstructiones eximant, uti, non uacuata prius abundantia, uelimus, non modò nihil proficiemus, sed maiorem etiam reddemus affectum. At si vacuata prius multitudine ad curandam obstructionem accedamus, medicamentis ijs vtemur, quæ citra calorem obstructiones expedire sint apta. Vbi autem quæ obstruunt detersa, dissectaq; sunt, per aluum, vrinas, atque sudorem, ea vacuare tentandum, idq; medicamẽtis quoad licet, minimè calfacientibus. Hoc verò tempore, etiam vires roborare, quo & putredinem superent, & succos concoquant, studebimus. Quod autem febris ipsius iam accensum est, refrigerabimus. Itaq; in auxiliorum inueniẽdorum ordine, vltima est quæ ab hac sumitur indicatio, quàmuis alia ratione sit prima: quum à febre uidelicet cœperit inueniendorum præsidiorum methodus.

Febris quando celerrime finiatur, & facultas mulsæ. Cap. XI.

AC si nullum quidem interim vehemens symptoma incidat, prohibeatque quominus auxilia ab initio morbi ad finem ita procedant, celerrimè febris finietur. Sin tale quippiam inciderit, quod totam ad se curationem reuocet, producetur & curationis finis. Expendere autem oportet medicamentorum tum usum, tum noxam. Quippe aqua mulsa, quatenus crassos succos extenuat, glutinosos deterget, atq; excretionem promouet, optimum in ijs synochis medicamen fuerit, quos habitus coarctatior, & putredo excitarunt. Quatenus verò calorem febris adauget, est noxia. Quare si hic immodicus sit, parcendum mulsæ est: vtendumq; cremore ptisanę. Quòd si difficiles & contumaces iudicaueris esse obstructiones, etiam oxymelite. At hoc ipsum rursus, immodicè utare, & intestina radit, & tussim excitat, & neruosa lædit.

Contrariorũ contraria esse remedia, contraria quæ dicantur & quæ non. Cap. XII.

PErpetuò autem dogma illud existit verum, contrariorum contraria esse remedia. Quandoquidem fieri non potest, ut eorum quæ præter naturam sint, quicquam per aliam ullam remediorum speciem curetur. Non tamen ex usu est semper omnibus quæ preter naturá sint, mederi: sed quum sola per se subsistunt. Nam si cum alijs unà incidant, alijs sæpe est ante illa medendum: sicuti in cauis ulceribus, ubi ea simul cum phlegmone sunt coniuncta. Siquidem uerum in his quoq; manet, quòd per ea quæ carne implent, curantur. Cæterùm his uti non licet prius quàm curaueris phlegmonem. Quæ itaq; præter naturam sunt, omnia ab ijs quæ ipsis sunt contraria, curantur. Quum autem eorum quæ præter naturam sunt duplex prima sit differentia, alijs per se subsistentibus: utputa affectibus: alijs in generatione suam essentiam habentibus, ac umbræ ritu affectus concomitantibus: nempe symptomatis; utiq; sanatio quidem, affectuũ sublatio est. Hanc uerò symptomatum amotio sequitur. Quare affectuum ipsorum, qui uerè & primariò curantur, potissimum dicuntur esse contraria remedia: symptomatum autem, ex accidenti. At uerò contraria dicuntur, quæ sub uno eodemq; genere, plurimum inter se dissident. Si autem in illo genere quòd mediocre est, hoc est mediũ inter duo extrema, intellexeris, infinitam quandam contrariarum rerum multitudinem, quæ maioris minorisq; ratione, inter se dissideant, ex eo inuenies. Non enim in corporum modò qualitate, uerum etiam in quantitate, eiusmodi contrarietatem inuenias. Quam utiq; Aristoteles non contrarietatem, sed oppositionem nominat. Verùm Hippocrati, omnia id genus contrariorum habent appellationem: sicuti etiam Platoni, qui ex contrarijs esse dicit generationes. Contemnere tamen nomina oportet: minimè autem scientiam rerũ. Cuius non ignarus Hippocrates ait, Medicina appositio est, & detractio: deficientium quidem appositio: redundãtium autem detractio. Porrò deficiunt, redundantq; nonnulla quidem in quãtitate: quædam autem in qualitate. In quantita-

te,

te, quum sanguis immodicè est auctus: aut rursus minor redditus. In qualitate, quũ vel calidus vel frigidus, vel crassus, vel tenuis, plus iusto, minusúe, est effectus.

Causarum genera præter naturam. Cap. XIII.

VErùm ad medendi indicationes propositi nobis febriũ generis reuertamur. Genera causarum quæ in nobis præter naturam oriuntur, sunt multitudo, crasſitudo, & lentor humoris. Causa simul atq; symptoma est trãspirabilis excrementi retẽtio. Simili modo causa pariter & affectus est ipsa putredo. Morbus verò tum obstructio, tũ febris ipsa. Symptoma est, transpirabilis excrementi retentio. Ergo indicabit præcedentium causarum quælibet propriũ aliquid, poscens nimirum ablationem sui per oppoſita. Nempe multitudo ipsa, quæ ex eorum est numero, quæ sunt ad aliquid, in prædicamento quãtitatis, uacuationem. Lentitia verò & crasſitudo, quæ sunt in qualitatis affectu, incisionem & abstersionem. Obstructio autem, qui morbus instrumentalis est, reclusionem. At transpirabiliũ retentio, excretionem eorundem. Sicuti & humorum putredo, excretionem, refrigerationem, uentilationem, & concoctionem semiputridorum: quæ omnia illi ex aduerso respondent. Ipsius verò febris refrigeratio oppositio est. Singulæ itaque res semper unam indicationem exhibent. Ac si prẹter naturam ipsum indicans sit, semper indicabit contrarium: sicuti non contrarium, sed simile; si secundum naturam se habeat.

In febribus putridis quando, & quomodo mittendus est sanguis. Cap. XIIII.

IGitur si uires eius qui ex putredine humorum febricitat, valentes sint, mittẽdus statim morbo incipiente est sanguis: si cruditas ventris non adsit. Sin vires infirmæ sint, aut ætas dehortetur, incidenda vena non est. Eiusmodi tamen febris in virtutem imbecillam non incidit. Quippe synochos bene habiti corporis, & calentis ætatis est propria. At si in puerum incidat, qui quartum decimum annum hactenus non attigerit, mitti illi sanguis non debet: propterea quòd tãtillis, quum præsertim calidi & humidi sint plurimum corporis substantiæ quotidie defluat, ac digeratur. Ita quòd ex incidenda vena moliendum nobis fuerat, id ultro nobis excurandi corporis natura præstatur. Quòd si corpus quartumdecimum excesserit annum, æstimandum est qualis eius natura sit: num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an contra. Atque ita in priori missionem sanguinis adhibebis: in secunda, nequaquàm. Quin etiam modus uacuandi sanguinis ex iisdem sumetur indicationibus. Si enim cui sanguis mittitur, triginta annos sit natus: sed laxus, & mollis, & pinguis, & albus, & gracilibus uenis: huic aut planè sanguinem non mittes: aut parum detrahes. Et omnino quidem non mittes æstiuo tempore, regione æstuosa, & cœli statu calido & sicco. Parum detrahes in reliquis tum anni temporibus, tum regione, tum cœli statu. Iam uerò, si neq; obstructio, nec putredo subesset, sed sola redundantia succorum, protinus à missione sanguinis, pro naturæ suę ratione homo se haberet. Verùm quoniam nec obstructio, nec putredo per solam curari misſionẽ sanguinis potest, reponi sanguinis aliquid ad spatium curationis debebit: quo minus intempestiuè nutrire necesſitate ulla cogamur. Quantum nanq; ad huiusmodi pertinet febrem, prorsus nutriendum non est. Siquidem ostensum prius est, solum uirtutis respectum esse, qui nutrimento præbeat indicationem. At uero euacuationis ratione, nutrire oportet. Ita necessum est duorũ alterum: aut febrem, si nutris, augere: aut uires, si non nutris, deiicere. Satius itaq; fuerit, aliquid sanguinis, quod propriũ partibus animalis nutrimentum sit, relinquas: ac ipse paucisſimas sorbitiones, potionesq; exhibere contentus sis: quibus utiq; ceu medicamentis, potius quàm nutrimentis egemus.

Victum instituens pars artis ex quibus constet. Cap. XV.

POrrò quum ars ipsa tota sit magna, non leuisſima eius pars, est scientia ordinandi uictus. Quæ utiq; ex his maximè remediis constituitur, cibo, potione, perfusione, cataplasmatis, & clysteribus. Cæterùm calfacere præcordia cataplasmatis aut perfusionibus, non est perpetuò tutum: sed in iis tantùm ægris, quibus in toto corpore nullum erat superfluum. Cæteris omnibus extrema est pernicies. Nam siue redundantia utrauis sit, uel ad uasa, uel iuxta uires: siue etiam in una parte pluribusúe uitiosa excremẽta habeantur: omnia ad partem excalfactam trahuntur: inibiq; sæpe phlegmonas excitant. Quare in eiusmodi morbis diuites potius quàm pauperes perperam solent curari. Nempe, & quòd raro illis mittatur sanguis, uel si maximè tali egeant auxilio: & quòd medici, ut agere aliquid semper uideantur, de prefundendis præcordiis maximè sint soliciti, itaq; accidit, ut illo ipso tẽpore phlegmonæ incipiant diuitibus, quo iam pauperibus, morbus propemodum productus ad finem est. Saluberrimum igitur est in febribus uenã incidere, non synochis modò, uerùm etiam aliis omnibus, quas putrescens humor concitat: ubi præsertim neq; ætas, nec uires prohibent. Leuata enim quę corpus nostrum regit natura, exonerataq; eo quo ueluti sarcina premitur, haud ægrè quod reliquum

liquum eſt vincet: concoquens quod concoqui eſt habile: & excernens quod poteſt excerni. Porrò vbi humor ad locum affectum confluit, remittere repellereq; hunc expedit: non ad ipſum trahere. At repellentia remedia, quæ certè aſtringendi vim obtinent, in principijs idonea ſunt duplici ratione. Et quòd robur affectis particulis inſerant (unde minus promptè affluxum excrementorum in ſe recipiunt) & quòd eorum quæ in ijs iam recepta ſunt, tenuisſimum extrorſum exprimant. Quòd ſi tum fluxio humorum per ea remedia compeſcitur: tum denſitas quæ in affecta particula relicta eſt, crasſiora detinet: iam tempeſtiua relaxatio eſt, quo ea quæ retenta ſunt, vacues. Præcipuè autem aſtringentibus eſt vtendum, vbi in iecur aut uentriculum, ſuperuacuum aliquid profluit, quando & è primoribus admodum hæ partes ſunt: & ut munus ſuum obeant, vel in ipſis morbis, eſt neceſſarium: quum alimentum corpori uniuerſo conficiant. Quare ciborum concoctio, ſiue ea in iecinore, ſiue in uentriculo ſit improſpera, febres intendit: ac ſucci uitio exacerbat. Quo magis in omnia febri, ciborum concoctionis proſpicere magnopere oportet. Atque eius rei gratia, roboris quoque inſtrumentorum quibus perficitur, non leuis habenda eſt cura.

Concoctionis inſtrumenta conſiderāda ſunt. Cap. XVI. XVII. XVIII.

Si ergo vel minima ſit ſuſpitio iecur aut ventriculum laborare, abſynthiū protinus oleo incoquemus, ac eas particulas perfundemus. Quum autem duplex in omni abſynthio facultas ſit, vtiq; in pontico aſtringendi facultas non parua eſt. In reliquis omnibus amara quidem qualitas eſt vehementisſima: aſtrictio verò, aut planè obſcura, aut prorſus nulla ſentitur. Proinde ponticum ad iecinoris & ventris phlegmonas eligi præſtat. Eſt autem id tum folio, tum flore longè quàm cætera abſynthia minore. Odor quoque huic non modo non inſuauis, uerum etiam quid aromaticū referens. Reliquis omnibus planè eſt fedus. Quare hæc fugere oportet: uti autem ſemper pontico. Etiam reliquorum medicamentorum, in quibus miſta cum amaritudine aſtringendi uis eſt, aliquid in oleum conijcere, atque ad eundem modum uti, licet. Amara ſiquidem qualitas præit, uiamq; aſtringenti facit. Ac ſi quidem intendere aſtrictionem ſtudes, oleum ipſum etiā aſtringēdi uim habeat: cuiuſmodi eſt, quod Hiſpanum uocant, & quęcunq; cum oleæ frondibus præparantur. Sin leuiore uti aſtrictione placet, aliud olei genus præparabis, præcipuè quòd tenuium ſit partium: quod genus Sabinum eſt. Optimum tamen ubi aſtringere uehementius expedit, eſt iſtricum oleum. In penuria uerò abſynthij inter initia uel melinum, uel maſtichinum, uel lentiſcinum ſatisfecerit. Quòd ſi exigua febris ſit, etiam unguentum nardinum: quod utique ualentius ijs omnibus calfacit. Quare ſi aliorum copia non eſt, inualeſcente febre, roſaceum illi admiſcebis. Sanè myrtini aſtrictio idonea non eſt: quum crasſiorum ſit partium, quàm ut altè deſcendere posſit. Ad eundem uerò modum & cataplaſma compoſitam vim obtineat, ex ea quæ tenuium ſit partium, ac relaxet: tum etiam, ex amara, aſtringenteq;. Superet autem in ijs, ubi ſcilicet tum reprimere, tum robur addere, ſtudemus, quod aſtringat. Vbi tenuare ac digerere, amarum. ubi euocare, quæ ex relaxantibus tenuium maximè ſint partium. Siquidē quæ craſſæ ſubſtantiæ ſunt, ea pus mouentibus ſunt accommoda. Cataplaſmate autem quod ſequitur fuimus nos fœliciter uſi, contra iecinoris phlegmonem. Recip. Olei in quo abſynthium decoctum fuerit, & cydoniorum decocti, ſing. vnc. 2. myrobalanorum & rad. ireos, ſing. drach. 2. Ceræ quod ſit ſatis. Fiat emplaſtrum puluerizatorum, iuxta artis præcepta. Coquitur & in uino auſtero cydonium: ex ipſiusq; carne aliquid eiuſmodi cataplaſmatis inditur: ubi uidelicet & quod confluit copioſum eſt, & particula ipſa infirmior. Tunc ſiquidem aſtringētem vim inaugemus. At uerò nec colo laborante, nec reliquorum inteſtinorum quouis, nec muſculis qui in præcordijs habentur, aut ipſo peritonęo, miſcenda aſtringentia ſunt. Sed nec quum ueſica malè habet, uteruſúe: modò nihili ultra ad locum fluat, nec ſanguinis redundantia, nec excrementorum copia, in toto ſit corpore. Porrò renes & pectus in media prædictorum conditione conſiſtunt: quantum ſcilicet à uentriculi iecinorisq; ſolicitudine abſunt, tantū reliquis antecellentia. Siquidem in ventriculo iecinoreq; reſolui robur pernicioſisſimum eſt: minimè in illis periculoſum. In his uerò eſt quidem periculoſum, non tamen perinde ac in illis: niſi pus educere ex pectore, aut pulmone, aliquando ſit opus. At in liene curando, ſi uel æger ex ijs ſit, qui atræ bilis excrementum naturaliter congerant: uel etiam eo tempore ſuccus is in eo redundet, neceſſe eſt reliquis aſtringentia permiſceas: quo viſceris robur cuſtodias. Ita enim & excrementa ad ſe trahet: & quum corpus expurgarit, ipſe rurſus per uentriculum excernet. Sin atræ bilis ſit omnino excrementum nullum, aut prorſus aſtringendum nō eſt, aut parcisſimè. Ad hæc, ſi in quauis phlegmone obſeſſa particula, calor tumorem ſuperet, agendum, ut ſenſim per ea quæ tepentē calorem obtinent, digeratur: quod genus eſt tū lini ſemen: tum chamemælum. Quibus adijci vel hordei uel fabarum farina debet: quippe quorum neutrum excalfacit. Sæpe uerò & artomelite ad eiuſmodi phlegmonas utimur: cui aquæ aliquid admiſcemus. Ad lienem uerò etiam aceti aliquando aliquid. Si uerò laborantis phlegmone partis calor non multum à natura receſſerit:

receſſerit:tumor autē ipſe fuerit notabilis,digerere haud timidè ſine aqua debebis:etiam fœnigræci aliquid ſupradictis immiſcens. Si ueluti ſcirrhoſa duritie phlegmone ſit, propter humoris quē continet uel craſsitudinem, uel lentorē, tum aceti aliquid,tū amara medicamenta,ſimul immiſcenda curabis: potiſsimum in liene. Etenim viſcus hoc, propterea quod ab iecinore craſſum humorem trahit, eiuſmodi humoris occaſione plerumq; laborat.Quo magis cataplaſmata quæ ex oxymelite, & abſinthio,& cappari fiunt,illi ſunt idonea. Cæterū nec eorū qui ex putreſcente humore febricitant,quenq̃ ipſe lauabo;nec relaxantibus cataplaſmatis, prius q̃ ſuperuacua purgarim, utar. His uacuatis,nō ſolùm audacter lauē, ſed etiā cataplaſmatis utar:in alijs quidē mēbris, ijs quę relaxent: in iecinore uerò ac uentriculo, additis etiam quæ aſtringant mediocriter.

Parcius autē ad pectus,q̃ ad ea, utendū aſtringentibus eſt. Quādo talia humores qui phlegmonem excitant,in pulmones & cor nonnunq̃ cōprimunt. Ac cibis potius horum firmitudini eſt conſulendum. Neq; enim ſicuti in iecinore & uentriculo phlegmone laborantibus,ità hic tenuiſsimo uictu eſt utendum. Ac longè quidē magis in pulmonis phlegmone abſtinendum ab aſtringentibus eſt. Quando in eo ipſis quoq; relaxantibus admiſcēdum aliquid acriū quodāmodo,& euidēter calfacientiū eſt.Quippe foras trahere, potius q̃ reprimere,in eo debemus. Itaq; etiā cucurbitula, in ijs qui ſic laborant, ſi prius ſint uacuati, applicabitur. Si uerò abūdātia ſuccorū adſit,nō magis ex pulmone in pectus aliquid excrementi trāſferet, quàm ex toto corpore attrahet in utrunq;.

Eadem ratione, neq; in cerebri & eius mēbrarum phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio utemur:uerum ubi nec influit adhuc quicq̃, & totū corpus prius eſt uacuatum. At reprimentibus in his quoq; inter initia utendū.Sed quū per cranij oſſa mediā occupātia regionē, in altum deſcēdere reprimentiū uim cupimus, eorū quę præire, ac deducere ea poſſunt,aliquid reprimētibus admiſcebimus. Ea ſunt, quorū ſubſtantia ex tenuibus partibus cōſtat. Sanè acetū nō modo tenuiū partiū eſt, ſed etiā non mediocrē reprimēdi uim obtinet.Quo profectò rationabilius in principijs affectuum ipſo utimur,roſaceo admiſcentes.Procedente uerò tempore,etiam ſpondylij & ſerpilli,aliquid miſcent:quo ſcilicet tempore tranſire ad ea quæ concoquāt,ac digerant,conuenit.Sanè ad eum modum & caſtoreo vtimur:quum tamen ipſo in alijs phlegmonis minimè utamur, quāuis etiam in ſumma inclinatione conſiſtant. Eſt nanque calidius id, quàm ut phlegmonis ſit idoneū.

Fluxiles reddantur meatus, qui ad emiſsionem excrementorum ſunt deſtinati. Cap. XIX. & XX.

SOleo autem ipſe ſingularum particularum meatus, qui ijs ad excrementorum emisſionem ſunt deſtinati, fluxiles reddere. Inteſtino, uentriculo, meſenterio, & iecinoris concauis, inteſtinum rectum. Renibus, ueſicæ, iecinoris gibbis, uenæ cauæ, arteriæ magnæ, & omnibus, quæ in lumbis habentur, eum qui ueſicæ inſerit. Pulmonibus & pectori, arteriam aſperam, atque fauces. Cerebro & eius inuolucris, eum qui per palatum & nares deſcendit. Paratur fluxibilitas ijs quidem quæ per ſedem excerni debent,mulſa,& cibis ijs qui uentrē liquant,& pharmacis, quæ modicè proritare poſſunt. Ad uentriculum uerò,iecur,& lienē,ſi quando phlegmone ſint uexata,nec mulſa ipſa eſt vtilis, quoniā illico in bilem tranſit, ac uiſcerum phlegmonas auget. Excrementa autem, ut cum urina excernantur, diureticis promouebis: quemadmodum quæ in pectore,& pulmone hærent, ijs quæ tuſsim excitant, euacuabis.

Porrò balneum in remisſione febris adminiſtratum, corpore iam mediocriter tranſpirante, non exiguum commodum affert, omnia ex eo tum fuliginoſa excrementa,tum humida educens. Curandum tamen eſt primò,ut citra horrorem adminiſtretur.Secundò,ut nullum primę notæ uiſcus ſit imbecillum.Tertiò deniq; ,ne multitudo crudi humoris in primis uenis contineatur. Horror ſiquidem & auget,& gignit febrem.Partes uerò imbecillæ,per balneum liquatos humores multo facilius alliciunt:& quòd ſucci liquati ſint,& quòd uiæ dilatatæ. At crudorum humorum copia in totum corpus digeritur. Horum ſi nihil obſtet, ex balneis duo hæc ægro compendia accedent: & quòd redundantiæ humorum uacuabitur aliquid,& quòd multum tranſpirabit caloris febrilis. At uerò quum particula, quam obſtructio, aut putredo, aut phlegmone obſedit, febris ipſius ueluti focus ſit, ſi ei propter calorem ſua ſponte trahenti, alia quæpiam occaſio extrinſecus,ex ijs quæ poteſtate excalfaciant,acceſſerit, neceſſe eſt affectum intendi. Si quis autem prius toto uacuato corpore, relaxantibus curet, ubi ſcilicet maxima febris non adeſt, utique prodeſſe aliquando poteſt. Quo tempore etiam lauare citra noxam licet. Cauendum tamē à frigido ſolio ijs eſt, quando & crudi & putreſcentes ſucci,minus apti ſic ad exhalandum redduntur. Itaq; in progreſſu morbi, ubi & abſumpta iam ſuperuacua ſunt,& tum cruda,tum putreſcentia concocta, & cataplaſmatis relaxantibus, & balneis ſine periculo utare.Porrò aptisſimū in febribus quæ intermittunt & repetunt,tempus eſt quum exhalare febrilis calor iam cœperit. Statim ſiquidem corpus ad nutrimentum præparant: huius quoq; opportuno tempore ex dupli ci coniectato reſpectu: nēpe ſummo præcedentis accesſionis uigore, & futuræ principio. Ad hæc nāq; ſpectantes, operam dabimus,ut quàm lon-

giſsimè ab utroq; nutriamus. Verum ſi febris ipſa ſit cõtinens, cõſtat eam breui finiendã. Si igitur ultra ſeptimũ neutiquã progreſſura uidetur, prorſus continendus à cibo æger eſt, ſi uirtutem non defuturam conijcimus. Sin ad nonum, aut undecimum, aut quartumdecimum, uſq; progreſſura uideatur, aut etiam finiẽda ſeptimo, cæterùm æger uires infirmiores habere, quàm ut in tantum tempus ſufficiat: neceſſum erit nutrire, ac deligere id, quod minus ſit noxium. Etenim ubi uel iecur, uel uentriculum phlegmone prehendit, pernicioſiſſimum eſt ante accesſionẽ cibare. Vbi hæc abeſt, quibus infirma eſt uirtus, utilisſimum. Porrò ſummum uigorem febrilis accesſionis expendes; an circa magnitudinẽ febrilis caloris ſit ſiccus, ſquallensq́; : an citra ſiccitatem urens. Priorem nanq; humectãte uictu quàmprimum madefacere oportet. In ſecundo, dum plurimum ſeſe calor remittat, manere. In principij uerò accesſionis more æſtimabis, an corporis extrema refrigeret, & magnam ſanguinis reuocationem ad interna corporis faciat: an omnino corpus nõ premat. Quippe ſecundum hoc, ceu facile manſuetum, contemnes. In priore diſtinguas oportet. Nam ſi abſq; uiſceris phlegmone, aut ſuccorum redundantia motus ad interiora in accesſionibus pollet, nihil offendes paulo ante cibans. Sin uel phlegmone, uel redundantia ſubſit, cauenda eſt ante accesſionem cibatio, ceu res maximè noxia.

GALENI PERGAMENI DE FEBR. CVRAND. Liber V.

Symptomatũ febribus incidẽtiũ drĩæ, et curatio. C. I. II

QVAE cum ſymptomatis conſiſtunt febres, non ſunt ad febriũ genus ullum, aut ſpecies aut differentia diſtincta. Porrò grauiorum ſymptomatũ, & quæ rarenter febrientibus incidunt, primæ differentiæ ſunt tres. Aut .n. in lęſione actionũ cõſiſtunt: aut in retentorũ uacuatorumúe ĩmodico exceſſu: aut in corporũ ipſorũ affectu. Ex quibus duæ quidẽ differentię priores, ſi cõtriſtent, ad ſe totam curationem cõuertunt, affectumq́; deſerere cogunt. Tertia uerò, alterius quidẽ, quem curare oportet, affectus, eſt ſignum: nullam tamẽ ſeorſum curationem exigit: utpote cum affectu, unde naſcitur, unà ceſſans. Nullum autẽ ſymptoma qua ſymptoma eſt, nec curationis rationem indicat, nec primũ immutat: licet ex accidenti interdum id faciat: ubi ſcilicet cauſæ locum ſortitur. Porrò eorũ omnium, ubi ueluti cauſæ curationem immutãt, unũ caput eſt, ipſa læſio, ſiue uirtutis ſit, ſiue diſpoſitionis. Lędunt aũt uires uigiliæ, dolor, atq; uacuatio immodica. Affectui uerò eadem, non utiq; ſemper, cæterum magna ex parte, nocent: ac potisſimũ quum fuerint immodica. Qua de cauſa, quandoq; cogimur prius ſubmouere ſymptoma, q̃ morbũ, mutato uidelicet inſtituto. Ergo ſi labãt uires, non tñ uehementer ſint reſolutę, ſed adhuc reſiſtũt, ad ſymptoma tm̃ ſumus attenti, atq; id quãprimum tollere maturamus. Sin iã reſolutę vehementer ſint uires, non modo ſymptoma ſedare, ſed illas ẽt firmare contendimus. Vbi uerò uirium roboris fiducia eſt, adeò nunquam contra ſymptoma pugnamus, ut (quod prorſus contrariũ eſt) per ea nõnunquam prępidia, quę dolorẽ afferunt, morbos ipſos curemus: ueluti profectò dyſenteriæ ipſi mordẽtibus maximè medicamentis, tum potisſimũ medemur quum utiq; eſt grauisſima. Eſt aũt duplex medicis contra dolorẽ inſtandi ratio. Altera, qua delitijs cubantium ſubſcribunt: altera, ex artis ratione. Quippe ſi licet ægrũ doloribus obnitentẽ ualentibus remedijs uno die perſanari, qui tota curatione neglecta dolori tm̃ intentus eſt, non ex artis ratione, ſed in gratiã ęgrotantis id facit. At ſi ex dolore uires ſoluuntur, atq; ex eo impẽdet periculũ, mitigari dolor, & roborari uires debebũt: quo & morbo reſiſtere, & curationis ſpatio ſufficere ualeant. Eſto igiẽ, terminus in ęgrotantibus, quẽ non tranſibit is, qui ex arte generoſe contra morbũ pugnat, ut tutò medicetur. Et uerò qui dolorẽ mitigat, ut uires cuſtodiat. Porrò dolorẽ mitigant, quę ex papaueris ſucco, uel alteri ſemine, uel radice mandragorę, uel deniq; ſtyrace cõſtãt. Cæterũ ſi fas ſit, ijs remedijs quæ morbũ ſanent, utendo, qđ optamus efficere cauendum ab id genus ſoporiferis medicamentis eſt. Sin uerò ex uigilijs & viribus reſoluendis, ęger ad mortis diſcrimen tendaẽ, tũ profectò ipſis tẽpeſtiuè utare: nõ ignarus .f. corporis habitũ nonnihil ex eis lædendũ: eligendã tñ potius lęſionẽ ipſam, q̃ mortem. Hac nimirũ perſuaſione ipſe quoq;, tametſi omniũ maximè ab uſu grauiter ſopientiũ abhorrens (ꝙ rebellẽ ualentemq́; in corpore frigiditatẽ relinquant) aliqñ tñ ea & colicis exhibeo, & ijs qui uel oculorũ, uel auriũ, uel aliarũ partiũ uehementisſimo dolore cruciãtur. Interim uerò, & quum ęger ex tenui deſtillatione, uigiljs, & uehementi tusſi urgetur, pauxillum eiuſmodi medicamẽti offerõ: facilè noxã eius, ſi quis ſemel ſit uſus, ſpatio emendatũ iri ratus. Oĩa tñ id genus magis ſalubria ſunt, ſi poſt annũ à compoſitione ſumanẽ: ueluti quod ad Philonẽ referẽ: Quod ad dolores ſtupefaciendo ſedãdos, nullo minus eſt celebre. Id uerò ẽt ſi duorum, triumúe, aut quatuor annorũ ſit, multo ſanè fuerit prędtantius: ſed neq; inutile tñ ſequẽtibus annis, ad decimũ uſq;. Ergo ſicuti cauẽdus eſt, quoad fieri põt, eiuſmodi medicamẽtorũ uſus: ita ſi necesſitas urgeat, nec admodũ recẽtia ſunt offerenda, ꝙ frigida q̃ in his ſunt, ꝑualentes uires adhuc habeãt, nec ita antiqua, ut ſpẽ noſtrã fruſtẽtur: ſed tandiu dimittenda ſunt, quoad uiolentia refrigerantiũ, ab eorũ quę calfa

ciunt

ciunt ui mitigetur. Et talium quidem medicamentorum vsus, eorum qui aduersus symptoma pugnant, est proprius: potissimum ubi ex frigida causa dolor est excitatus. Obsunt.n. talia plurimũ toti affectui, curatióiq; cõtumacẽ eũ reddũt.

At sanguinis missio, quæ scilicet vires nõ deijcit, symptoma spectantis medici opus non est, sed eius qui totum affectum adimere studet. Ad eundem modũ & balneum, & purgatio, & fomẽta calida, & vini potio. Quæ omnia, dum affectus sanant, vnà cum ipsis, etiam dolores sedant. Eodem modo & nutrimentũ exhibitum, vbi sicco & squallente morbo os ventriculi afficitur, dum affectum ipsum sanat, hominem prehendi syncope prohibet.

Vẽtriculi os offensus in febri quõ sit curandus. Cap. III

PORrò qui ex copia crudorum humorum, vnà cum oris ventriculi offensione, febricitant, ij neque missionem sanguinis, neque purgationem tolerant: quum tamen uacuationem desiderent. Quare eis uacuatio per frictionem solam administratur. Ergo linteis mediocriter aspe ris statim in ipsis auspicijs morbi fricandi sunt, à cruribus supernè deorsum. Debet enim radi ab his cutis, quum simul & calfieri per eam, & digeri corpus postulet. Dein tota brachia, simili modo ab humeris superne deorsum. Vbi verò artus omnes abundè calere iam videbuntur, & metus fuerit ne quis ex multitudine frictionis, contusa iam carne, superueniat lassitudinis sensus, oleo relaxante uteris: quod genus est Sabinum. Ab astringente uerò abstinebis, cuiusmodi Hispanũ existit. Hyems uerò si fuerit, nihilo deterius sit, si ad digerentium aliquod transieris, quale sicyonium est, aut etiam chamæmelinum. Vbi igitur oleo membra ipsa abundè fricueris, oleum est detergendum, atq; ad spinam dorsi transeundum: quam totam pariter fricare, primum quidem sicca frictione: post oleo, expedit. Ab hac rursus ad crura te conferes: & ab his ad brachia: denuoque dein ad spinam: sic totum diem agens, in domo lucida, & temperata. Sanè mulsa, in qua coctum hyssopum fuerit, his est aptissima. Qua sola primis tribus diebus vtentur. Ipse verò eo tãtum tẽpore dictam intermittes frictionem, quo somnus hominem occupauerit. Ad quem etiam aliciendum, & frictio vberior facit. Cæterum somnus vberior his minimè est salutaris: quum nec crudos succos digeri sinat: & uiscera reddat grauiora. Sed si quis alius affectus est, qui somnum & vigilias modicas postulet, hic profectò in his est. Quippe somnus concoquit. Vigiliæ digerũt. Quorum utroq; est opus ijs qui ex multitudine crudorũ succorum ęgrotant. Ac si pulsus his par uus admodũ, infirmusq; fit, aut etiam supra hæc uehementer inæqualis, extremum periculum indicat: nec quicquam, præter iam dicta, moliendum est. Sin uerò mediocriter fit robustus, nihilque intercisus uideatur, si sua quidẽ sponte aluus cõmodè non deijciat, soluenda est, mulsa iniecta. Quòd si maior iusto superfluorũ impetus ad aluũ citetur, principio quidem percoquere mulsam amplius oportet. Ea namq; sicut minus aluũ subducit, ita magis nutrit. Post hæc, si superuacua largius descendant, ne sic quidem sistenda: sed exhibendus pro aqua mulsa ptisanæ cremor est. Si uerò fluere pergãt, alicæ sorbitione ægrum nutries. Si pulsus interim ad imbecillitatem, uel inæqualitatem, uel paruitatem mutentur, panem imbutũ diluto uino porrigere conuenit: utiq; si nec uẽtriculus, nec iecur laborẽt phlegmone. Quãdo si hac infestentur, corpore crudis succis referto, salus deplorata est, pulsibus sic immutatis. Minimè autem utendum cataplasmatis aut perfusionibus est, prius q̃ superuacua magna ex parte partim uacuata sint, partim cõcocta. Interimq; sola mulsa, in qua coctum hyssopũ sit, usq; ad septimum diem utantur. Siquidem longissimam sic affecti cibi abstinentiam ferunt: corpore scilicet ex crudis ipsis, quos cõtinet, succis concoquendis alto. Verùm si aluus impense fluat, uel ęger mulsam fastidiat, ad ptisanæ cremorem est transeundum. Sin hunc quoq; auersetur, alica ad eundem quo ptisana modum ei præparabitur. Neq; enim eis qui sic sint affecti acetum incõmodum est. Immo sicubi crudos affatim succos esse animaduerteris, oxymeli assiduè pro mulsa dabis: siquidem æstas sit, & æger frigidę assuetus, frigidum: sin hyems autem, omnibus calidum. Maximè uerò pulsus paruus, tardus, & rarus, frigidos subesse succos ostendit. Sanè propositis aduersissima sunt tum balneum, tum aer ambiens: quoties uel nimiũ calidus est, uel frigidus. Itaq; ut lauandi hi nõ sunt, sic, & reclinandi in domo sunt: æstate quidem, quæ frigeat: hyeme, quæ caleat. Læduntur nanq; non parum ab vtroq; excessu. Atq; hæc quidem agenda sunt tibi, vbi à primo die curationem susceperis. Si autẽ ad eos quos iam præmit syncope accitus fueris, si ea quæ retuli loca phlegmone uacent, panẽ exhibebis nõ multũ, eumq; ex vino aliquo, quod celerẽ in corpus digestionẽ adiuuet: statimq; ad frictiones uenies, quas ut diximus administrabis. Ac si quidẽ cęli status sit uehemẽter calidus, cũ frigida uinũ dabis: cũ calida aũt mediocriter, si tẽperatus. Quæ tñ secundò & tertiò dabitur potio, omnino calidã exhibendã curabis: ut quæ succorum crudorũ concoctionẽ adiuuet. At quibus ex flaua bili, quę os ventriculi infestet, syncope incidit, ijs frigida exhibenda potio est.

Syncope laborantibus quale vinum sit exhibendum, ac vinorum genera quæ sint. Cap. IIII.

VInum tñ quod & calidũ natura sit, & dedũctionẽ in corpus promoueat, oĩbus quos syncope male habet, offerre cõuenit. Con

ſtat autem ex vinis ea deligenda eſſe, quæ & flauo colore ſint, & ſubſtantia tenui, & ætate vetera. Talia nimirum & boni odoris continuò fuerint. Quinetiam ſi paululũ ubi miſta ſunt, guſtes, ſenties calorem per totum corpus tranſmitti. Cæterum amara præ uetuſtate vina ne ſunto, præſertim quæ ijs exhibebis, q̃bus ſtomachus flaua bile urgetur. Commodisſima igitur his uina ſunt, quęquum naturaliter ſint auſtera, ſenſilē iam aſtringendi vim, propter uetuſtatē nõ amplius exhibēt: calorē tñ admodũ euidentē habent. Huius igitur generis vinorũ optima ſunt, Surētinũ, Signinum, Sabinũ, Tiburtinũ, & Marſum: oĩa quidē Italica, aſtringētiaq́;. Quibus tamē ex crudis humoribus ſyncopes periculum imminet, ſanè Falernũ tãto iam memoratis præſtat, quanto tum melioris eſt ſucci, tũ etiã calidius: vtpote quod & uelocius illis digeretur per corpus: & crudis ſuccis cõcoquēdis auxilio erit. In ſumma uerò, quibus ex abundantia crudorũ humorũ ſyncope incidit, ijs craſſa uina, ceu noxia: aquoſa, ceu parũ efficacia, fugiēda ſunt. Deligenda autē eorũ ſunt media, quęq́; flaua exiſtant, & calida. Neq; enim inuenias ex albo vinorum genere calidum ullum: quando etiã auſtera, & mediocriter alba, quum inueterauerint, quodãmodo fuluiora redduntur. Quotquot aũt in ipſis calidisſima ſunt, omnia profectò ſunt flaua. Reliquorũ uini generũ, auſtera quę medio criter alba, craſſaq́; ſunt, certè nullũ ad digeſtionem in corpus eſt idoneum. Si tamen abundè in ueterarint, nec aliorum copia ſit, uti illis licebit: quòd ſtomachum roborent. Cæterùm uina quæ calfaciunt immodicè, ijs offerenda non ſunt, quibus caput eſt imbecillum, facileq́; ab id genus uinis repletur. Porrò uina quæ odora, fuluaq́; ſunt, quantum ex ipſorum eſt natura, omnia caput grauant. Eoq́; tum Falernum, tum Tmolites, tũ Lesbiũ, infirmo capiti noxia ſunt. At uina auſtera uentriculum roborant, caputque inter omnia uina minimè tentant: digeſtionem tamen in corpus nõ promouent: quo magis fugiēda tibi in ſyncope præhenſis ſunt, non ſecus quàm aqua. In penuria uerò uini quod cõmodum utriq; ſyncope ſit, ei inquam quæ ex multitudine crudi ſucci oritur, & ei quæ ex bile incidit, coactus uti uino, utē ris aquoſis, magisq́; ſi antiqua fuerint. Talia nam que, tametſi non ualenter excalfaciant, facilè tamen deducuntur in corpus. Quo nomine urinas præter cætera omnia promouent. A quibus ſecundum locum obtinent, quæcunque fuluorũ maximè ſunt tenuia: quæ etiam ad ſyncopas præ cipuè ſunt deligenda.

Syncopis & uirium lapſus quomodo cognoſcatur & curetur. Cap. V.

Est autem ſyncope præceps uirium lapſus. Quum autem eſſentia uirium, quibus regitur corpus, tum in ſpiritu, tum in ſolidorũ corporum temperamento conſiſtat, hæc nobis, & ubi integra ſunt, ſeruari: & ubi corrupta ſunt, ad integrũ reuocari omnino debent. At uerò ſubſtantia ſpiritus, ipſaq́; ſolida corpora, ſic nobis ſunt cuſtodienda in morbis, ut tum qualitate, tũ quantitate, quoad fieri licet, ſe naturaliter habeant. Curandũ itaq; eſt, ut quæ ſubſtantiæ portio ab eis defluit, hanc per appoſitionem farciamus: quod in ipſis uerò alteraſcit, in debitã temperiem per contrariam alterationē reſtituamus. Si igitur tum uacuatio, tũ alteratio ſenſim, paulatimq́; fiant, etiam correctio utriuſq; ſenſim admi niſtrabitur: quod munus ad artem ſanitatis tuēdæ pertinet. Sin confertim & ſemel, ac magna aliquando uacuatio, uel etiam adiectio incidat, ſic ſanè & efficietur morbus, & medendi methodum ad eorum ſanationem deſyderabimus. Porrò animalis ſpiritus, à cerebro, ueluti à fonte, naſcitur. Qui partim ex inſpirãdo, partim ex eo quod reticularis plexus ſuppeditat, irrigatur, aliturq́;. At uitalis ſpiritus continetur in corde, & arterijs: nutriturq́; tum ex aere inſpirato, tũ ex ſanguine halituoſo. Quòd ſi naturalis quoq; aliquis ſpiritus ſit, utiq; continebitur is in iecinore & uenis. Virium igitur lapſus, qui quidem ſolidorum corporum ſubſtantiæ reſolutæ ſuccedit, in longisſimis morbis ſubinde incidit: animante ex frequenti atrophia extenuato: pręterea in colliquantibus febribus. Qui uerò ex ſubſtantiæ temperie mutata prouenit, is, uel ubi immodicè ipſa fuerint calfacta, frigefacta, madefacta, uel exiccata, uel horum aliquibus copulatis affecta, prouenit. At alteratio ſpiritus, tum ex uitioſis oritur ſuccis, tum ex ambientis aeris malitia: præterea uenenatis facultatibus, aut animalium quæ uirus eiectãt, uenenis. Ipſius uerò eſſentiæ ſpiritus corruptio (quæ tũ ob animi affectus, cuiuſmodi ſunt timor ſubitus, uehemensq́;, nec non mœror, ira, curæ, atq; ſumma uoluptas, tum ob ingentem dolorem: præterea ob plures motiones, uigiliasq́;, obq́; immodicam ipſius tenuitatem, & continentium cum uaſorum raritudinem, atq; adeò ante hęc omnia, ob reſpiratũ prohibitum, & nutrimenti defectum incidit) diligentius corrigi poſtulat. Sciendum autē eſt, in omnibus perturbationibus, ipſam per ſe ipſam moueri animam: quæ nimirum in alijs actiuis functionibus mouet etiam & ipſa corpus. Ob idq́; reſoluitur eius robur, utroq; motuum ſuorum generum, ſi modum excedant. Ergo nec rarefaciendum immodicè ægrotantis eſt corpus, ſi ſpiritum retineri in ipſo ſtudes: ſed nec quæ in eo ſunt, per comeſta & bibita ualenter extenuanda. Eſt etiam ad uirium robur tuendum, ciborum atq; potionum habenda ratio, ut ſint tum quantitate modici, tum qualitate exquiſiti. Aer præterea quem inſpiramus, debet eſſe ut optimè temperatus, ſic ab omni corruptela & inquinamento alienisſimus.

Curandum

Curandum similiter eſt, ut ipſa corpora ſolida, in quibus uel maximè conſiſtere uirium ſubſtantia uidetur, ſint ſano temporamento. Quippe ad conſeruandum virtutis robur, & ſyncopalem acceſsionem prohibenda, ſingulare præſidium eſt temperamenti cuſtodia: ante omnia quidem, trium principiorum: mox verò reliquarum partium, quæcunq; in conſortium affectus, principia ſecum ex facili trahunt. Cuiuſmodi eſt os ventriculi, quod propter exquiſitum ſenſum, accerſit ſyncopas. At verò ſi humores crudi uires ſua copia premant, ac propter multitudinem ſimul & craſsitudinem exiguos animalis meatus obſtruant, is affectus multis nominibus exitialis eſt, ac ſyncope opportunos reddit. Quippe ſucci crudi nutrire prius q̃ ſint, cõcocti, nequeũt. Quòd ſi nec obſtruant, nec onerent, ſyncopem ij certè nõ inferunt, ſed deliquia animi. Siquidem reſoluuntur ægrotantes huiuſmodi, niſi frequẽtius nutriãtur. Sunt autem nutriendi hi extenuantibus, calfacientibusq́;: idq́; nõ copioſe, nec ſemel. Medicamenta ſimiliter ſint extenuantia, calfacientiaq́;, ſed moderatè. His & aquoſum vinum idoneũ ab initio eſt, niſi tamen vehementer febricitent. Etenim qui laborant ex huiuſcemodi ſuccis, hos quotidie acceſsiones exercent, præcipueq́; ad ueſperam, noctuq́;.

Virium lapſus ex tenuiſsimis ſuccis curatio. Cap. VI.

Qui verò extenuiſsimis ſuccis vrgẽtur ſyncope, diuerſa à iam dictis ratione curandi ſunt. Illos nanq; paulatim & aſsiduè uacuamus. At qui ſic ſe habent, hos paulatim & aſſiduè nutriemus. Quòd ſi uiribus imbecillis, aliquod his uiſcus phlegmone obſeſſum ſit, eorũ ſalus eſt deplorata. Quando nec ipſos licet aſsiduè nutrire, ſed tãtum in remisſionibus: & ſeruari nõ poſſunt, ſi non nutriantur. Non ſolùm autem ex tenuatis ad eum modum ſpiritu & ſanguine ſolẽt ſæpe uiris reſolui, ſed etiam facultate expultrice per uniuerſam corporis molẽ immoderatius concitata: id quod accidere maximè ſolet, ob retentricis imbecillitatẽ. Ergo nutrire, quicquid horũ inciderit, eſt neceſſe, ſicuti etiã corporis ſummã denſare: non ſecus q̃ priorum rarefacere. Frigidum itaq; ijs aerẽ aſtringẽtemq́; comparabimus. Vngendi præterea ſunt aſtrictorijs vnguẽtis. Tũ cibi ijs dandi, qui non admodũ promptè diffluãt. Cuiuſmodi ſunt panis, ſorbitio ex alica, fructus auſteri, & qui non facilè corrumpantur, ouorum uitelli (quandoquidem albũ ægrè concoquitur) gallinaceorũ, qui lacte alti ſint, teſticuli, ac denique ſuillum cerebrum, diligenter aſſum, uel in albo iure legitimè elixũ, porro & anetho iniectis. In ſumma, omni ratione agendum, ut & ſuccorũ materiam craſsiorem reddas, & cutim denſes, & exhalationem inhibeas. Vinum uerò ipſis aquoſum, neceſſarium inter initia eſt, ſumptum poſt cibos. Quòd ſi ex ſententia nobis omnia reſponderint, etiã carnei ijs aliquid nutrimenti poſt alia dabimus: potiſsimum poſt quartum diem: ſuccis qui febrem excitauerunt, iam ad cancoctionem uenientibus. In omnibus autem eiuſmodi curationibus, ſi iam adſit ſyncope, omnis ſolicitudo me dẽtis ad ſimptoma uertetur. Sin expectetur, utriuſque curã habebit, & ut ſymptoma nõ incidat, & vt paulatim diſcutiatur morbus: quẽ celerius diſcuteremus, ſi nullus ſymptomatis ſubeſſet metus. Quippe qui multitudine crudi ſucci grauatur, hunc ſi modò iuſtam ſemel uacuationẽ ferre poſſet, nec metus aliquis ſyncopes impẽderet, ſemel, arbritror, uacuatum explicaremus à morbo. Eũ uerò, cuius ſpiritus & ſucci facilè exhalant, ſi ante acceſsionem cibare non cogeremur, longiorem illi morbum certè non redderemus.

Syncope quibus ſuccedere cauſis, & doloribus cauſæ quæ ſint. Cap. VII.

Svnt & aliæ quinq; occaſiones quibus ſuccedunt ſyncopæ: nempe dolor uehemens, uigiliæ: immodica uentris inanitio, motus in deliri rantibus: ac deniq; principiorum intemperantia, uel nuda, uel cum humorũ affluxu. Si igitur cauſſam ipſam unde excitatur dolor, adimere posſis, ita utiq; contra ſymptoma non pugnaueris, ſed curaueris ægritudinem. At ſi qua occasſione prò hibitus, affectui ſubmouendo intentum eſſe non licet uehementiã mitigabis doloris. Dolent porrò tantùm particulæ ſenſibiles, idq́; uel ob continuitatis diuortium, uel ob aliquam alterationem, non ſenſim, ſed confertim & uiolenter factam. Quippe uidentur corpora, non ſolùm quũ in non naturalem habitum confertim aguntur, triſtem mutationem ſentire, ſed etiam in ipſo ad naturalem ſtatum ſuum reditu, niſi is ſenſim fiat, torqueri. ac ex alterantibus quidem dolore afficiunt, omnia uehementer calfacientia, atque refrigerantia. Ipſam autem ſolutionem continui, neceſſe eſt, uel ruptionem, uel contuſionem, uel eroſionem exiſtere. At ruptio ex diſtentione quadam contuſio ex grauante aliquo, eroſio ex mordente prouenit qualitate. Ergo quum nihil extrinſecus ſit, quod uel diſtendat, uel grauet, vel erodat, ſed ex ſeipſo horum aliquod corpus ſentiat, neminem latere poteſt, diſtentionem ab aliqua intrinſecus ſubſtantia, quæ multitudine ſua corpus ſe continens diſtendat, aut immodica ſiccitate, prouenire: contuſionem, ex eo quòd aliquod corpus occurſarit extrinſecus, quod uel durum, uel magnũ, uel graue, uel ſimul ambo extitit: eroſionem uerò, ex ſucco aliquo, cui mordens natura inſit. Qui quidem ſi ſit in tunicis inteſtinorum imbibitus, cõmodiſsimè hiera picra expurgatur. Quòd ſi aliquam exulcera-

tionem pepererit, nutriendus certè æger eſt calente alica, ſed iniectis mali punici granis. Potus autem illi offerendus eſt mali punici cremor.

Dyſenteriæ curatio. Cap. VIII.

PОrrò ſi ſanguinis abundantia ſit quod diſtẽdit, protinus ſanguis mittendus eſt modò vires ægri non ſint infirmæ. Sed ſi is vel ſanguinis miſsionem timeat, uel viribus ſit imbecillis, tum reuellendus in diuerſum eſt ſanguis: tum per propinqua deriuandus. Quòd ſi his peractis dolor etiam perſtat, patet profectò in ægrotante particula impactum eſſe quod contriſtat. Patet verò non minus, & quòd curatio ipſa per digerentia medicamenta molienda ſit. Similiter etiã curantur dolores à flatulento ſpiritu orti: magis tamen ij extenuantia remedia deſiderant. Si moles aliqua grauando, contundendoúe dolorem excitet, moli ipſi eſt medendum. Sin mordens humor, aduerſiſsima huic ſunt, quæ extenuant, & calfaciunt. Poſtulat nanq; huius generis affectus vt ea quæ contriſtant vacuentur, aut alterentur, aut medicamentis torporem inferentibus retundantur. Ea quippe minus hos affectus lædunt, quàm alios, qui à craſsis glutinoſisq; humoribus proficiſcuntur. Huiuſmodi tamen ſuccos, dolor vehemens non comitatur, niſi aliquis eis halituoſus ſpiritus copuletur: qui ex ijs corporibus quibus continetur, erumpere prorſus non poſsit. Nã ſic, grauiſsimi ſolent excitari dolores. Etenim quum tunicæ inteſtinorum ſint duplices, ſi in medio ipſarum ſpatio frigidus ac viſcidus humor collectus ſit, à calore liquatus, in flatulentum mutatur ſpiritum: qui craſſus frigidusq; quũ ſit, acerbiſsimos dolores inducit. Ac ad tempus quidem, poſt bibitum medicamẽ ſtupefaciens, prorſus indolentes redduntur ægri: cæterùm affectus ijs uarijs modis fit maior. Nam & inteſtinorum tunicæ medicamentorum frigiditate denſiores, minusq; flatui tranſmittendo habiles, redduntur: & humor ipſe tum craſsior, tum ad motum ineptior euadit. Quare id genus dolores omnes, per ea quæ incidant, & concoquant: pręterea flatus diſcutiant, deficcentq; citra ualentem calfactionem, curandi ſunt. A nullo autem in eiuſmodi ſuccis tam eſt metuendum, quàm à calore qui & eos liquet, & in flatum vertat, ſed non ualeat diſcutere. porrò agreſtis quidam, allio comeſto, uinoque ad ueſperam meraciori bibito, à dolore colico fuit liberatus: neq; id iniuria. Allium ſiquidem flatum diſcutit, ac minimè ſitim infert. Quam ob rem ipſe allium theriacem agreſtium appello: eſtq; commodiſsimum ijs omnibus, qui regionem frigidam incolunt. Quos igitur ex ſupradicta cauſa uehemens inteſtinorum dolor citra febrem exercet, ijs & alliũ eſſe licet, & theriacem bibere. At ſi cum febri unà talis dolor aliquã dò incidat, principio quidem, ſi id ferunt, fomentum ſiccum ex milio adhibendum eſt. Si ab hoc non quieſcant, ſemen aliquod, quod flatum diſsipet, in oleo quod tenuium ſit partium, coquere, mox per linteum, quo purum ſit, oleum colare, dein anſeris, aut gallinaceum ſeuum, nec ſalſum, nec admodum uetus, in ipſo oleo liquare, & per ſedẽ infundere, oportet. At ſi neq; ex hoc remittãtur dolores, ſecundò rurſus inijciendũ eſt idẽ, adiecta etiãnũ caſtorei & papaueris ſucci, utriuſque fabæ non amplius magnitudine. Olei uerò hemina modus eſto. Excipitur & lanula ex hoc medicamento aliquid: quæ appenſa forti filo, quampenitiſsimè in rectum inteſtinum inferi debet: quo utiq; & quum libet, id facilè recipiatur, & euidentem utilitatem cõferat. Similiter & oculorum, & aurium dolores, qui ab ijſdem cauſis in febri excitantur, ſedare conueniet fomento ex milio. Sed infundimus etiam auribus medicamẽtũ id quod ex caſtoreo & papaueris ſucco cõficitur, ſapa liquatum. Quod ſanè auri inſtillatum, oculorum etiam, ac dentium dolores lenit. Iam uerò, ſi cataplaſma imponi aliquando res ipſa ſuadeat, papauerum capitibus in aqua coctis, ac fęnigręci, uel hordei, uel lini ſeminis farina aquę immiſſa, cataplaſma conficies. Porrò collyria ex opio confecta, uehementiſsimos oculorum dolores laxant: utendumq; his eſt, quum maxima neceſsitas urget. Nã tametſi imbecilliores ex frigiditate in reliquã uitam ipſas reddant particulas, occurrunt tamen præſenti diſcrimini: ac poſtea frigiditatem ab opio relictam, licet nobis corrigere, tum oleis calidis, tum etiam collyrijs. Nempe auribus oleum id quod ſolum caſtoreum recipit, inſtillamus: oculis uerò, ex cinnamomo collyrium. Qui à ſolo ſpiritu flatuoſo cruciantur, illico cucurbitula admota, tum à dolore liberi, tum omnino ſani redduntur: in quacunq; corporis parte dolor ſit excitatus. Quibus uerò non ſpiritus modò flatuoſus, ſed etiam humor quiſpiam, unde is oritur, uentris dolorem excitat, ijs illico ad tp̃s dolor ſedatur: reddit tñ uel in ſequenti nocte, vel poſtridie, uel ẽt tertio die ſimilis dolor. Quare in his primùm doloris acceſsio eſt curanda: admota ſcilicet cucurbitula. Poſtea uacuandus humor, infuſo per ſedem aliquo medicamento calfaciente ſimul & attenuante. Ego uerò oleo quopiam tenuis ſubſtantiæ uti aſſueui, rutam in eo præcoquens. Quo iniecto, nonnulli ægri paulo poſt excernunt humorem uitreum: atq; ex hoc protinus ſimul & à dolore, & ab affectu liberantur. Si dolor ex tenui acriq; excitet humore, qui conuulſiones uehementes etiam inducere ſolet, ſi quidem in uentriculo talis humor conſiſtat, uomitu expellendus eſt, aqua tepida propinata: ſin autem in inteſtinis, inijcere per ſedem oportet aliquod medicamen, quod blandè eluere, detergereq; eiuſmodi humorem poſsit. Commodiſ-

ſimus

ſimus itaq; ad id fuerit cremor ptiſanæ. Cibi verò exhibendi his ſunt, qui & boni ſint ſucci, nec facilè corrumpantur. Qui ob ſiccitatem vehementem diſtenduntur, & diſcruciantur, ſi curari ij debeant, humectationē deſiderant. Cęterùm ſi affectus is, ſit febris occaſione contractus, percuratu eſt difficilis, vel potius curationem non recipit. Quippe conuulſiones quæ ex plenitudine neruoſarum partiũ, vel ex humore mordente, vel denique ex ingenti frigore oriuntur, curari poſſunt. Quæ verò ex neruoſarum particularũ ariditate proueniunt, nullus certè ijs ad ſanitatē eſt locus.

F I N I S

GALENI PERGAMENI DE FEBRIBVS CVRANDIS LIBER, qui primus eſt in his, qui de arte curatiua ad Glauconē inſcribuntur. Cap. I.

NON communem tantũ omnium hominum naturam medicum cognoſcere oportet, ſed etiã vniuſcuiuſque propriam. Non tamen propriam ſingulorum naturam, æquè atq; communem, poſsibile eſt ſcribere. Quum igitur ad rectè medendum plurimum conferre temporis occaſio, & quantitas auxiliorum, uideatur, hæc autem propria in vnoquoq; ægro ſe contemplanda obijciant, nec quicquàm propriũ poſsit ſermone explicari: ob id nimirum quod cōmune eſt, ſcribere cogimur, quàmuis id ſit uſu ſecundum. Etenim quantum quiſq; à naturali receſsit habitu, ad tantam morbus magnitudinem peruenit. Diſtantiam verò receſſus, facilè deprehēdet is, qui naturalē vniuſcuiuſq; ægri ſtatũ exquiſitè cognouerit. Quod quidem quum nobis non liceat, confugimus ad cōes notiones: in quibus artifex plus aliquid, quàm inertes, aſſequitur. Porrò qui omnia quæ ſecundum naturam & præter naturam ſunt, diuiſione artificioſa cōplexus fuerit, atq; ab ijs omnibus, quæ ſufficienter diuiſa erunt, indicationes ſumpſerit, ſolus is, quantum humanis permittitur uiribus, minimè errabit medendo. Atq; illos quidem quorum habebit notitiam, melius curabit, quàm cæteros. Ignotos verò, proximè illis, quoad fieri poterit ad ſanitatem perducet. Si quis enim primum diſtinxerit differentiam ætatum: poſtea eã quæ ſecũdũm temperaturas, potentias, colores, calores, habitudines, pulſuũ motus, aſſuetudines, induſtrias, animiq; mores habetur: atque his quoq; adiunxerit maris fœminæq; diſcrimen, expenderitq; regionum, temporum, atq; adeò ambientis aeris temperies, hic ad propriam laborantis naturam agnoſcendam proximè accedet. Nunc verò de his ſolùm ægrotis dicere propoſuimus, quorum natura, ante quàm morbum contraherent, nobis erat exquiſitè perſpecta. Cum quibus tamen & reliqui omnes intelligentur, qui nobis erant ignoti.

De febribus ephemeris. Cap. II.

PRimò igitur de ephemeris febribus, utpote ſimplicisſimis diſſeramus: quæ nimirum ob laſsitudinem, ebrietatem, iram, excandeſcentiam, mœrorem, atq; alias vehementes animi ſolicitudines excitantur. Ex quarum genere ſunt, quæ ab inguinum inflammationibus trahunt ortum, præter quàm ſi abſq; ulcere fiant manifeſto. Tunc ſiquidem & ſuſpectæ ſunt, minimeq; mites apparent. Vigiliæ plerunq; induxerunt ſimplicē febrem: ſicuti frigefactio, & exuſtio quandoq;. Atque hæ omnes febres ſoluuntur facillimè, in hunc modum. Oportet enim ipſos confeſtim ducere ad balnea: deinq; ad conſuetam victus rationem. Nam qui triduanum terminum abſq; cibo expectant, ſæpius acriores febres efficiunt. Quũ igitur ad ægrum accedes, primùm à maximis quę circa ipſum ſunt, eſt conſideratio inchoanda: deinde & ab alijs: adeò ut nec minimũ quicquàm omittas. Nam ut magis aut minus ei quæ fit ex maximis indicationi credamus, ex aliorum fit adiunctione. Maxima quidem in omnibus febrientibus ſigna in pulſibus, atque vrinis conſiſtunt. His verò addere oportet, quæcunq; alia circa faciem ſcribit Hippocrates: accubitum quoq; & reſpirationem: Item ea quæ ab ore excernuntur, atque alui ſedimina: & ſi quid aliud accidere circa aliquam corporis partem, aut operationem uideris. Quæ omnia cōia ſunt omnibus febribus. Poſtquàm itaq; ex pulſibus atq; vrinis febris naturam perceperis, quum pulſus nullum inflãmationis ſignũ habuerit, neq; omnino inæqualitas in aliqua arteriæ compulſione ſe oſtenderit, aut ſi hoc adfuerit, omnino ſit imbecille: vrinæ autem, aut prorſus ſimiles ijs quæ ſecundum naturam ſe habent, aut non multum à naturali ſtatu receſſerint: tũc ſanè & ad omnia illa, quæ nuper à nobis expoſita ſunt, accedere oportet: & quum ueluti chorus quidam omnia concinnè loquuntur, tunc certè fidere oportet, ac, ſi libeat, interrogare, nunquid aliqua manifeſta anteceſſerit cauſa. Siquid enim huiuſmodi æger fateatur, ex pectata prima febris ſolutione, ſtatim oportet lauare: quum tunc certior ſit tibi facta cognitio, ex ipſo ſolutionis modo. Nam arteriarum motus in hoc in totũ aſsimilatur ei, qui in ſanis deprehēditur: quum in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur. Iam verò plurimis ephemerarum humidi quidam vapores, & quibuſdam etiã ſudores utiles cōſpiciuntur, acceſsione ceſſante. Quo tempore etiã vrinæ multo meliores, quàm circa febris initia, videbuntur: & ſi capitis aut alterius dolor, ſimul inuaſerit, neq; hic amplius

perſiſtet.

persistet. Aegrotantis quoq; , in tolerando facilitas, magnũ & ipsa signum, febris suauitatem tibi indicabit. Et si dum lauantur, nec horror aliquis insolitus molestauerit, nec alia tristitia adfuerit, post balneumq; & deinceps benè se habere perseueret, tunc ne uerearis offerre cibum, & vinum: adhibito tamen pro tempore modo. Communiter autẽ omnibus detentis ephemera, urinæ ruffę excernuntur. Adiungitur verò his qui propter tristitiam febricitant, acritudo potius quàm abũdantia caloris: quemadmodum è diuerso ijs, qui propter furorem. Sed & extenuatio corporis in ijs quos tristitia aut cura vexarunt, conspectior existit: oculorum præterea cauitas, & quædam inconsueta decoloratio. Hæc quidem sunt & ijs qui quouis modo aliter cogitarunt, communia. Maximè itaq; ex oculis distinguere oportet. Nã ex his etiam in sanis animæ mores conijcere possumus. At eos qui diu vigilarunt, arguit quædam palloris forma, faciesq; subtumens, necnon ipse oculorũ motus, quo vix palpebras, humore quodam imbutas, attollere possunt. At qui tristantur, aut cogitationibus detinentur, ijs exiccantur palpebræ. Cauitas est commune accidens omnibus, mœrori, vigilijs, cogitationibus, non tamen furori. In hoc enim, nec oculorum cauitas, nec manifestus pallor: & plus caloris atq; celerius ex imo prorumpit: nec pulsuum magnitudo destruitur, quemadmodum in vigilijs, tristitia, & cogitationibus. Eorum etiam qui ex lassitudine in febrem inciderunt, cutis est siccior, quàm in aliqua alia ephemera. Quæ autem ex densata cute accidunt febres (densatur enim aut ex frigore, aut ex aliqua qualitate astringente) hæ quidem solæ inter omnes febres, passio astricta existunt: ac uel solo tactu noscuntur: tum ob densitatem cutis, tum ob differentiam caloris, qui mitis quidem in primo tactu sentitur, acris autem, si plusculum tardemus. Non tamen & his vrinæ sunt ruffæ: neq; moles corporis concidit: neq; oculi redduntur aut caui, aut aridi: sicuti nec pulsus minores, quemadmodum in mœroribus, curis, vigilijs, aut exercitijs immoderatis.

De febribus ex inflammationibus inguinum. Cap. III.

Febres quæ ex inguinum inflammatione fiũt, pulsus habent maximos, ueloces, atq; frequentes: plurimusq; illis calor inest: ac postquàm febris constiterit, statim ex profundo quædam emergit humiditas, calida quidẽ, sed mitis. Atq; in totum facies rubicunda illis, & magis tumens, vrinæq; subalbidæ. Communis autem omnibus huiusmodi febribus est pulsus æqualitas. Curare igitur omnes quidem oportet balneis. Cæterùm qui ex cutis densitate, aut inguinis inflammatione febricitãt, si in aere balnei immorari iusseris, haudquaquam nocebis. Reliquos omnes quàm citissimè oportet ab aere semouere. Si uerò diutius in aqua immorari voluerint, permittere. Oleo autem multo, & tepido, & manibus mollibus perfricare quamplurimùm, sed eos præsertim, qui ex labore febricitant. Secundo autem loco, qui meatus habent astrictos: at tertiò, qui inguinum patiuntur inflãmationem: quos nimirum sæpius lauare expedit. Cibum autem concoctu facilem assumere qui ex labore febricitant, possunt multoties: non æquè tamen, qui ex densitate cutis, aut inguinis inflammatione laborant: quorum etiam utrisq; tenuis uictus est utilis. Sed & uinum potare quantum possunt conuincere, sunt permittendi, quibus labor febris occasio extitit. Mensuræ autem ratio, ex uiribus & ætate sumitur ægrotantis: nec non ex naturali temperie, cõsuetudine, anni tempore, & regione, alijsque id genus. Qui verò ex inguinũ inflammatione febricitant, arcendi sunt à vini potu, donec inflammationes soluantur. At, qui cutis foramina habent astricta, aut refrigerati sunt, si quidem nõ multum hoc affectu laborent, nec plenum corpus habeant, non sunt à vini potu prohibendi. Qui autẽ supra modũ refrigerati sunt, aut pleniore corpore, prohibere vtile est. Rursus, qui ex uigilijs, aut aliquo animi affectu febriunt, postquam balneaueris, cibo humido ac boni succi reficere oportet: vinum verò omnibus ijs qui vigiliam passi sint, intrepidè offerre, nisi capitis dolore premantur, aut pulsum venarum in temporibus sentiant. Sed & ijs qui ex ira aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitant, vinũ est exhibendum: sicuti & illis, qui furore perciti fuerunt, quando omnino perturbatio fuerit refrigerata: nam prius sanè vsus vini erit periculosus. Tentare autem oportet semper adferre contrarium ei quod infestat: labori quidem, quietem: vigilijs somnũ: iræ, furori, & tristitiæ, sermonibus, actionibus, spectaculis, enarrationibus, animi iucunditatem. Sic qui ex cogitatione laborat, omnino ratiocinationes omittat. Et qui ex inguinum inflãmatione febricitat, eius curationi intendat: ac multo prius vlceris, unde originem habuit. Atq; hactenus de ephemerarum indicijs, remedijsq;. Reliquę uerò febres, nonnullæ ex inflamationibus: nonnullæ ex humoribus accendũtur. Et quæ ex inflammationibus fiunt, sunt veluti symptomata quædam partium inflammatarũ.

De febribus putridis. Cap. IIII.

At quæ ex humorum putredine accenduntur febres, eæ & dicuntur putridæ, & sunt non morborũ symptomata, sed ipsæ, morbi. Et his uerò nonnullæ quidem absq; accidentibus accidunt, & mitissimæ sunt: nonnullæ item, cum accidentibus urgent. Earum igitur, quæ accidentibus carent, paucæ quidem ad exactam sui cogni-

cognitionem, diem quartum desiderant.

De signis febrium intermittentium, Cap. V.

QVæ igitur cum rigore inuadunt, non ab re ex earum esse numero iudicabis, quæ per circuitus infestant. Tertianæ enim atque quartanæ, in totum cum rigore accesfiones faciunt. Sed tertianæ quidem in primo insultu cū nimio sæpe rigore incipiunt: quartanam autem nō vidimus cum vehementi rigore incipientem, sed procedente tempore magnitudo ei superuenit, præter id, quòd nec statim ab initio hæc febris vt plurimum solet inuadere, sed alijs quæ antecesserint, subsequi. Quartana itaq; solet erraBundis febribus superuenire. Quotidiana verò, rarò accidit absq; læsione oris ventriculi. Rursus quartana ex male affecto splene gignitur: vt tertiana ex affectu iecinoris. Quæ verò cum valido rigore incipit, magis febris tertiana, quàm aliqua aliarum febrium fore speratur. Quòd si reliqua etiam signa attestentur, hanc dubio procul in prima statim die tertianam esse cognosces. Etenim calor multus & acris adesse debet: pulsus autem magni, calidi, vehementes, veloces, atq; frequentes, omnisq; inæqualitatis, præter quàm febrilis, expertes. Rigor porrò, veluti si à re aliqua acuta, plus quàm frigida, corpus perpungeretur: quum ij qui quartanam aut quotidianam intermittentem patiuntur, potius frigidum rigorem percipiant. Tempus autem anni æstiuum: sicuti & locus, & præsens status calidus. Sit autem & ægrotantis natura calidior, & biliosior, & ætas adolescentis: & exercitationes potius quàm ociositas antecesserint: magisq; deustio, quàm frigefactio, & parcitas cibi, potius quàm crapulæ. Vigiliæ quoq;, mœrores, atq; labores, & intensæ cogitationes, ad eundem affectum perducunt. Quòd si multos alios eodem tempore laborantes cōtigerit tertianis corripi febribus, hoc quoq; maximū aliquid, præter ea quæ nuper diximus, signum erit. Si igitur hæc omnia adfuerint indicia, aut saltem quæ maxima sunt, & sitis quoq; vehemēs adiungatur, uomitusq; bilis, aut sudor, uel utraque superuenerint, tunc nulla dubitatio relinquitur. Quòd si inter hæc à febri quieuerit homo, hac inquàm quæ ex suo motu est omnibus nota, propria uerò febrium inæqualitas, in arteriarum motu relinquatur, tunc firmiter poteris esse tertianam febrem ostendere, ac si tertio iam die accesfionem fecisse vidisses.

De signis quartanæ, Cap. VI.

DVm rigent qui quartana tenentur, pulsus habent satis tardos & raros. Quum autem consistit febris, atq; etiam augetur, necesse quidem est, ut ueloces fiant, atq; frequentes. Seruatur tamen & tunc propria ipsius tarditas, raritasq;, si additam uelocitatem atq; frequentiā in accesfionibus mediteris. Iam quę omnibus cō munis est febribus, in uno pulsu inæqualitatem, in hac manifestisfimè licet cōprehendere. Multo nanq; uelocius principium, finemq; motus inuenies, quàm medium. Præterea ęstum, & deustionem, & quendam ueluti feruorem, qualis in tertianis uidetur in quartanis haudquaquam inuenies. Sed & ęgrotantis natura inspiciunda est, an atra in ea bilis abundet: & tempus quoq; anni, an sit autumnus: & p̄sens status, an inęqualis. Sic uerò & loci natura, & morborum peruagantium vulgariter, & an liē intumuerit, febrisq; āntecesserit inordinata, & ætas senior quàm cōsistentium: & an cum sudore febres desinant. In his uerò bilis flauæ uomitus minimè expectandus est: quemadmodum nec in quotidianis intermittētibus. Hoc etenim tertianarū est proprium signum. At quū febris cessauerit, si adhuc uestigium febris remanserit, pulsusq; ijs, qui secundum naturam, rariores atq; tardiores fuerint, quartana proculdubio erit huiusce modi febris.

De signis quotidianæ intermittentis. Cap. VII.

QVotidianæ intermittentis calorem humidiorem cū quadam acrimonia esse oportet: non qùum primum manus admouetur, occurrētem, sed per moram. Nam quædam fumosa caliditas cum multo uapore commista perspirare uidebitur. Sed & his longè minores sunt pulsus pulsibus quartanarum, quàm istarum pulsus pulsibus tertianarum. Rursus verò tanto rariores sunt in quotidianis intermittentibus pulsus, his qui in tertianis, quanto illis pulsus quartanarum. At tarditas in utrisq; eodem modo se habet. Minus verò siticulosa hæc febris est: tantumq; eam quartana excedit, quantum istam tertiana. Humidisfimum etiam totum corpus in his febribus est, & uomitus pituitosi. Quæcunq; autem excernuntur per uentrem, frigidiora, humidiora, crudiora, & pituitosiora existunt. Et quidem ætatibus, naturis, anniq; statibus & temperaturis humidioribus hæ febres accidunt. Nā adolescentem biliosa & sicca temperatura, nunquam vidi quotidiana corripi febre. Pueri autem, præsertim minores natu, & ex adultis pituitosi, & habitudinis crassæ, atq; ocio plurimo dediti, necnon crapulis, ebrietatibus, balneis asfiduis, post cibum præsertim, utentes, facilè à quotidianis capiuntur. Loca etiam humidiora, atq; ex anni temporibus hybernum, ex statibusq; humidiores, hāc præcipuè conciliant febrē. Quòd si populariter etiam grassetur, hoc quoq; non parum ad eam dignoscendam conducet. Non tamen harum febriū declinationes, quemadmodum tertianarum & quartanarum, sudoribus terminantur. Quare neque

que ad integram quietem, exceptis paucis, perueniunt. Quotidianarum vrinæ sunt albæ, & tenues, vel crassæ & turbulentæ, vel rubicundæ. Tertianarum rufæ, vel subrufæ. Quartanarum variæ quidem, sed crudæ omnes.

De signis febrium continuarum. Cap. VIII.

FEbres autẽ continuas hinc cognosces, quòd nullum eis adest signum ex ijs quæ adesse intermittentibus diximus: & quòd intra quatuor & viginti horas non cessent. Si verò inæquale incrementum habuerint, hoc quidem, præter alia signa, longius etiam tempus ostendit: necnon si proprium febrium signum in pulsibus manifestum adsit. Quòd si inordinatio etiam ac inæqualitas ipsis vel inconcinnitas insit, & hoc etiam indicium simul magnitudinis atq; continuitatis. Si verò in hoc statu permanentes, tertio die maiorem accessionem ostenderint, aut excrementa & vrinæ omnino crudæ apparuerint, non possunt huiuscemodi febres ante septimũ diem terminari. Ad hæc si quarta dies tertiæ diei similis fuerit, & febris veluti deurens, nec facies, aut reliquum corpus collabitur quicquam, huiuscemodi febris ad longius extendi tempus consueuit. Ac tales quidem sunt differentiæ earum febrium, quæ accidentibus carent. Curatio autem cuiusq; earum deinceps scribetur: primùm tamen intermittentium: dein continuarum. Ex intermittentibus igitur breuissima mitissimaq; est tertiana. Longissima autem, &, quantum in ipsa est, haudquaquàm periculosa, quartana. Quotidiana verò, & longa, & non sine periculo. Porrò vbi morbi exiftunt acuti, celeriterq; ad statum perueniunt, & si valde tenuem victum exhibeas, non multum lædes. Vbi verò sunt diuturniores, nisi ab initio cibo vberiore reficias, hominem simul cum morbo perimes: aut intempestiuè victus modum cõmutabis. Neq; enim oportet statu accedente offerre largiorem cibum quàm prius: sed contrà, potius tenuissimum victum, qui in toto morbo exhibeatur, in statum reseruare. Distinguendum autem est, num exquisita, an minimè exquisita sit febris. Etenim exquisita tertiana, ad maximũ, septem circuitibus iudicatur: estq; minimè periculosa. Alteram uerò non exquisitam, quandoq; vidi, quum in autumno incepisset, in uere desiisse. Quantum autem hæ natura inter se differunt, tãtum rationabile est & rationem victus mutare. Ergo si quæ in principio sermonis tertianarũ febriũ indicia scripsimus, oĩa adfuerint, exquisitã reddunt tertianam. Cuius accessionis tẽpus breue, quatuor, aut quinq;, aut sex: at longissimum, undecim aut duodecim horas complectitur. At que huiusmodi febrium urinæ, tertio die, aut ad summum quarto, coctionis signum ostendunt. Quibus sanè indicijs exquisitam, à non exquisita tertiana distingues. Eadem quoq; ratione exquisitam quartanam & quotidianam. Cui enim omnia insunt indicia, quæ in quartanis febribus antea descripsimus, hæc uera & exquisita est quartana. Cui uerò minimè, spuria & non exquisita existit. Quotidiana etiã cui omnia quæ diximus insunt, exquisita est: quæ autem eam naturam nõ habet, spuria. Non igitur quẽadmodum exquisitæ quotidianæ & quartanæ, sic etiã nõ exquisitę sunt longæ. Nam quemadmodum exquisita tertiana est breuis, sic & quotidiana & quartana diuturnæ. Cæterùm non licet nobis bene prænoscere, nisi quantitatem morbi atq; uirium accuratè expendamus. Etenim si uires adeò ualidæ fuerint, ut morbum uincere possint, necesse est ægrotum euadere. Sin verò contrà, omnino morietur.

De cura exquisitæ tertianæ. Cap. IX.

EXquisitam ergo tertianam, ut quæ ex flaua bile cõmota inualescat, quammaximè fieri potest, refrigerare, atq; humectare oportet. Nam contrariorum contraria remedia sunt: quæ quidem quod superfluum est, reprimant: quod uerò deficit, suppleant. At flauæ bilis humor, omnium qui in corpore sunt, aridissimus, calidissimusq; existit. Hunc igitur, quum ad uentriculum repit, per uomitum educere oportet. Quum uerò uergit ad inferiora, eodẽ modo per aluu: id quod fieri solet sponte, in exquisitis tertianis. Per urinam quoq; & sudores oportet ipsum uacuare. Ac uenter quidẽ, mollibus clysteribus inaniẽdus est: urina uerò, potionibus, in quibus apium, aut anethum maduerit, prouocanda. Quòd si tibi coctionis signa monstrentur, iam cum fiducia aliquid absynthij exhibebis: quod alioqui summum est remedium, ubi infestauerit bilis, si præsertim ex ipsius coma, quantum sit satis, accipiens, mellicrato intinxeris. Balnea uerò calida, ex aqua potabili profunt: tum quia aliquid bilis educunt: tum quia sua qualitate & humectant, & potentia refrigerant. At marinæ aquæ salsæ, nitrosæ, & sulphureæ, plus quidem bilis educunt, sed magis sua qualitate nocent, quàm euacuationibus iuuent. Semper autem oportet contrarias qualitates, illis quæ inualuerint præter naturam, opponere: quum hoc multo plus iuuet, quàm quomodolibet euacuare. Hic itaq; in balneis scopus sit, ut corpus madeat, utq; humectetur. Vbi igitur plurimum olei calidi infuderis, ad aquam perducere, ac madefacere oportet. Quòd si in ea natare uoluerint, quantum id facere possunt, permittendum. At qui balneis admodum delectantur, si etiam bis in die lauari permiseris, non aberrabis. Sed illud semper habeto in memoria, ut tempestiue id faciant. Si uerò etiam coctionis signa ostendantur, si sæpius laueris, nihil deliqueris. A uino autem, ante quàm morbus coquatur, prorsus

ſus eſt abſtinendum. Verùm vbi concoqui is cœperit, dandum eſt ab initio tenue, aquaticum, at que paucum. Vbi verò iam prope eſt, ut morbus ſoluatur, amplius eſt offerendum. Cibi autem quicunq; humectant,atq; refrigerant,omnes uti les ſunt exquiſitis tertianis. Cæterùm quātitas in ipſis ſit tanta,vt bene concoqui poſſint. Ex oleri bus quidem, atriplex, blitum,lappathum,malua, lactuca,& cucurbita. Ex alijs verò,ptiſanæ ſuccus, ſorbitio ex alica, ex piſcibusq́; ſaxatiles. Ex uolatilibus deniq; ea, quæ mollibus cōſtant carnibus. Quæ autem talia non ſunt, eorum alæ; teſticuli quoq; gallorum,& ſuum pedes,& cerebra. Paruorum uerò ſi etiam dederis carnes aſſas, nihil nocebis. Sed & oua ad ſorbendum ſunt offerenda: & præſertim vitelli eorum:nam hi facilius quàm pars alba coquuntur. Ex fructibus autem illos tātum deguſtēt,qui nō ſunt omnino difficiles coctu. Oportet abſtinere à melle, ſinapi, ſalitis & acribus omnibus:ſicuti & à vinis ſatis uetuſtis & calidis.

De cura tertianæ nothæ. Cap. X.

IN ijs verò quæ non adeò exquiſitæ ſunt,prouidendū eſt,ne morbus augeatur:neue ægrotantis vires corruant, quæ laborare longiori tempore debēt. Quare operæpretium eſt ſcire,ad quantum magnitudinem morbus ipſe ſit peruenturus:& quantæ ſint ipſius ægri uires:ut ad ea inſpiciens quæ maius auxilium poſtulant, inedia quidem, in ualentioribus utaris uiribus,& morbo concoctu difficili:largiori autem cibo,ubi uires ſunt infirmiores, nec morbus admodum ad concoctionem contumax. Iam uerò in tertianis non exquiſitis,nec ſtatim circa initia balneare expedit: ſed quum primum coctionis ſigna apparuerint. Nec cibum quotidie offerre expedit,ſed alternis diebus. Quies uerò,& calfactio circa prę cordia iuuant, & ſorbitiones quæ concoquuntur facilè, & clyſteria non admodum mollia. Quòd ſi ſanguinem mittere oporteat, neq; hoc quoq; omittendum eſt. Sed ab initio ſtatim, tantum ſanguinis detrahendum eſt,quantum præſens ſtatus exigit. Sit autem totius victus ratio, non quæ humectet, atq; refrigeret uniuerſum corpus: ſed quæ aliquem modum etiam aſſumat, ad calfaciēdum, incidendumq́;. Plurimum igitur eos iuuat ptiſanæ ſuccus pipere adiecto. Adhæc hyſſopum, uel origanum, uel ſpicam nardi mulſa infundēs, & decoquens, ad bibendum propina, & quæcunque alia prouocantia urinam, exceptis illis, quæ pręter modum calfaciunt,exiccantq́;. Maximè uerò poſt diem ſeptimam danda eis iugiter eſt abſynthij coma. Et quidem oxymel potione plurimos iuuat: & aliquid ex ijs quæ molliter ventrē ſubducunt. Vomitus etiam poſt cibum,adeò his quibus hæc febris perdurauerit, utilis eſt, ut multos ſciam ſolis uomitibus ſtatim fuiſſe curatos.

De cura quartanarum. Cap. XI.

QVartanas ab initio mediocriter, ac leniter tractare oportet,nullum forte medicamen, aut euacuationem exhibentes: niſi fortè ſanguis vehemēter ſuperabundās appareat. Cæterùm ſi vena inciſa,is qui fluit,niger & craſſus uideatur (qualis in ijs præcipuè viſitur, qui liene laborāt)audacius mittēdus eſt. At ſi flauus, aut tenuis cernatur, ſubitò ſupprimendus. Venā verò ſecare oportet,uel interiorem,uel mediam, quæ eſt in ſiniſtro cubito. Victū deinceps inſtituere ſine flatibus, ac optimum:uentremq́; emollire, ijs quæ uſitata ſunt, expedit. Quod ſi hæc nihil proficiant clyſteribus utendum eſt, à principio quidem mollibus: poſtmodum uerò acrioribus. Arcendi ſunt autem à ſuilis carnibus, ab omnibusq́; edulijs,quæ tenacia ſunt, & tardum habēt exitum, quæq; tum refrigerant, tum ſiccant corpus. Vino uerò utendum eſt albo,tenui,& mediocriter calido, & uolatilibus quæ boni ſunt ſucci, nec in paludibus degunt. Piſces ſunt adhibendi, qui facilè cōcoquantur,ac molles carnibus, nihilque tenax habentes. Vtendum eſt autem ſalſamentis,& ſinapi: ac certis diebus medicamen dia trion pepereon, uel dioſpoliticū eſt aſſumēdum. Quòd ſi quotidie piper tantùm cum aqua biberent, rectè etiam facerent. A frictionibus autem, ambulationibus, atq; balneis, non ſunt penitus prohibendi. Quanquam ſi omnino poſſent à balneo abſtinere, ſolis contenti frictionibus, inde plurimum iuuarentur. Iam ſi quartana ipſa ſit breuis,nec admodum uiolenta, nihil nocuerit, ſi diebus interiectis ad conſueta exercitia ſe tranſferant. Hæc igitur ab initio, & uſq; ad ſtatū ſunt peragenda. In ſtatu autem ſubtilior uictus ratio adhibenda eſt, quàm ante, uel poſt. Statim uerò æger continendus in quiete eſt:ac uiſceribus prouidendum ungentis & cataplaſmatis, quæ mollire & laxare poſſint. Deinde medicamentis utēdum, quæ ciendi urinam uim habeant. Vbi uerò coctionis ſigna apparuerint, tunc ſanè purgare oportet ijs quæ humores atros inaniant, non ſemel tantùm,ſed ſæpius,ſi uideatur neceſſe. Vtendum autem & uomitibus ſtatim à cibo: & ſi nihil prohibuerit,elleborum album eſt exhibendū: primò quidem,permiſtum radiculis:quòd ſi nihil profecerit, ipſum per ſe. Cæterùm qui nequeunt euomere,ij uehemētius per inferiora purgentur: ac poſtmodum offeratur eis in potu,medicamen confectum ex uiperis: necnon quod ſuccum cyrenaicum recipit. Quicunq; verò ab initio aliquid ex hiſce medicamētis exhibuerunt,aut omnino ante ſtatum, quartanam quæ erat ſimplex, duplicem reddiderunt, aut omnino maiorem, atq; difficiliorem: ex duplici autem triplicem, aut

omnino

omnino ambas difficiliores.

De cura quotidianæ. Cap. XII.

Quotidianam autem quum volueris curare, oxymelite vtitor post primos dies: & illis quæ probè possunt vrinam ciere: vniuersumq; totius uictus caput sit ad incidendum efficacius. Circa statum verò, de ventriculo est habenda solicitudo, ac de ipsius ore præsertim. Deinceps iubendum est, utpost radiculas & cibos assumptos vomant. His etiam quæ pituitam subducunt, utendum.

De cura febrium continuarum, quæ carent accidentibus. Cap. XIII.

IN continuis autem febribus, quibus non vltra septimum futurus status est, si vires validæ sint, & ætas consentiat, admodum exquisitus & tenuis victus est instituendus. In quibus verò uel status totius morbi longius abest à septimo, vel vires robustæ non fuerint, uberiori cibo ægri sunt reficiendi: quemadmodum prope statum tenuiori. Quum autem iam adest status, tenuissimum victũ seruare oportet: deinde rursus semper uberiorem. Sanguinem verò mittere oportet, & ob morbi magnitudinem. Quibus autem rubor multo intensior, quàm pro naturæ ordine, & maior, quàm pro consuetudine, totius corporis moles, venæque eminentes, extensæque fuerint, ijs etiam est auferendus, nisi uires, aut ætas, aut aliquid commemoratorum, prohibuerit. Quod uerò humidus uictus in febribus acutis omnibus iuuat, rectè iam dictum est. Cremorem igitur ptisanæ, ijs quibus non acescit, exhibere oportet: & mellicratum quibus non bilescit: & sorbitiones ex alica: & panem ex aqua. Porrò in febribus præter modum calidis, vrentibusq;, quum primũ coctionis signa apparuerint, tũc audacter aquam frigidã propinabis. Modus uerò in quantitate seruetur, quẽadmodũ tempus anni, regio, ætas, natura, consuetudoq; exigunt.

De curatione febrium cum accidentibus. Cap. XIIII.

QVæ febres cum accidentibus vrgent, non æquè simplicem exigũt curationem. Sed pro uiribus metiendũ est, quanta sit ipsa febris, quantumq; ex accidentibus immineat periculum: atq; ad id quod uehementius fuerit, & difficilius, intendendum: non posthabita omnino etiam alterius cura. Etenim ubi simul cũ ipsa febre sentitur circa os uentriculi anxietas, morsus, & imbecillitas, prius sanè uacuandi humores non sunt, quàm os ipsum uentris corroboretur: etiam si cruditate aut cacochymia æger ipse laboret. Sed nec si fuerit febris cum uentris profluuio, alia est opus euacuatione. Verùm hæc sola sufficit, quanuis non sit pro ratione ipsius plenitudinis. Iam uerò si quis simul & distentione neruorum laborauerit, & sanguinis eguerit missione, neq; huic tantum semel mittere oportet, quantum exigit morbus, sed aliquid etiam accidenti est linquendũ, cujus causa sæpe sudores eueniũt, & uigiliæ molestant, & uires ægroti debilitantur. Ita etiam si uehementes uigiliæ, aut dolor intensus ægrotum cruciant, cauendæ sunt subitæ euacuationes, ac multæ. Ipsa præterea ambientis aeris temperies, loco accidentis cuiusdam habenda est, dum exquisitè calida & sicca fuerit: qualis est tempore medio inter canis & arcturi ortum. Si etiam ualde frigida fuerit, tunc quoq; sanguinẽ mittere formidãdum. Ob hæc etiam neque in locis admodum calidis, aut frigidis, sanguinẽ mittere audemus. Quòd si regioni tẽporis status cõsentiat, etiã omnino abstinemus: si uerò non consentiat, euacuamus quidem, sed multo minus, q̃ si neutrum prohiberet. Tolerantia etiã ægri, ceu quoddam accidens, expendenda uenit: nec secus ipsa temperatura. Nam quicunq; calidi & sicci natura sunt, hi omnes facilè ab integris euacuationibus offenduntur. Consuetudo quoque non parui momẽti est, quum ad omnia alia, tum præcipuè ad euacuationis indicationem. Quidam enim nunquàm prius fuere uacuati, & multis cibis sunt usi. Nonnulli contra, nec multis cibis sunt vsi, & euacuationibus assueuerunt. Hos igitur intrepidè euacuare oportet, si reliqua etiam consentiant: alios uerò, ne si reliqua omnia id suaserint. Eodem pariter modo & corporis habitus considerandus. Nam qui densa & solida carne constant, non offenduntur facilè. Quare non oportet uereri ipsos uacuare ex toto, si quidem & alia id iubent. At qui mollem, & tenellã, & diffluentem carnem sortiuntur, ij mirum in modum sunt ad patiendum habiles. Quare uel si reliqua omnia sanguinem esse mittendum suadeant, non tamen id facere audendum est, sed vtendum alijs euacutionibus moderatè. Eodem modo & in ijs qui supra modum crassi aut macilenti sunt, ab incidenda uena supersedendum, cæterasq; integras euacuationes uereri oportet. His etiam & ætas annumeranda est, ueluti quoddam symptoma, quod prohibendi integram uacuationem uim habet. Neq; enim pueri, neq; seniores hanc sine noxa tolerant. Hosce igitur omnes, si dispositiones hortentur, non semel nec ex toto, sed paulatim oportet uacuare, inedijs moderatis, frictionibus, clysteribus mollibus, perfusionibus, atq; balneis. Quòd si duo contraria symptomata, aut morbi, coeãt, aduersus id quod magis urgeat instandum: nec interim alterum negligendum. Eas uerò quæ habentur ex accidentibus & morbis indicationes, non simpliciter, sed secundũ causam à qua singula fiunt, considerare oportet;

quæ duo nomina de unica re dicuntur, cuius plures existunt causæ. Siquidem non solùm per uarios affectus corporis, sed etiam in uehementissimis perturbationibus animi, nonnulli exoluti fuerunt: præcipueq; senes, & natura imbecilli. Etenim plures eorũ tristati, aut lætati, aut irati animo defecerunt. Qui autẽ magis robusto sunt corpore, ex immodicis euacuationibus idem patiuntur. Iam verò si abscessus quispiam rumpatur, uires uehementer lædit, ac tum præcipuè, quum materia simul tota ad uentriculum, uel ipsius os, aut thoracem defluxerit. Quòd si quando etiam nos abscessus secãtes, totũ simul emittere pus uoluerimus, animi defectũ subsequi est necessariũ. Nec uerò laborantibus aqua inter cutẽ, tota simul humiditas (quis ea præter naturam sit) potest sine noxa uacuari: sed tunc quoq; necessum est, hominem deficere animo. Ex dolorum etiam uehementia, similiter dissolutiones accidũt. Quinetiã neruus percussus, & musculi caput, & maligna in articulis ulcera, & immoderata quædã frigiditas, aut caliditas, uitalisq; roboris exolutio, prȩterea insignis cruditas, obstructioq;, aut inflammatio alicuius præcipuæ partis, aut os uẽtriculi malè affectũ, aut improbæ euacuationes, aut deniq; alia multa, de quibus postea dicemus, inferre possunt defectum animi. Quarum sanè causarũ singulæ propriã curationem desiderãt. Porrò eos qui ex choleris, & alui profluuio, & alijs tũ largè, tũ vno impetu factis euacuationibus dissoluuntur, frigida spargere oportet, & nares comprehendere, & os uentriculi perfricare, iubereq; ut uomant, stomachũ irritando digito uel pennȩ immissione, ac deniq; alligare pedes & manus. Oportet autẽ nexus fieri, plures quidẽ, ac fortiores, circa manus, quãdo per inferiorẽ partem fiunt euacuationes. Nã si uacuatio per superiora fiat plures ac uehementiores ligaturæ cruribus admoliẽdæ sunt. Sitũ quoq; aliquẽ parti fluxionẽ patienti expedit inuenire, in aduersum tendentẽ, sed moderatè. Nã si nimium tendatur, atq; ex hoc fatigetur, nihilo minus irritatur, q̃ si inclinaret ad eũdẽ. In uniuersum aũt, aut ad cõia mẽbris patiẽtibus in aduersum trahere oportet: aut ad ea in q̃bus est fluxionis origo. Atq; ideo uehementes euacuationes quȩ ex matricibus fiunt, cucurbitulæ iuxta mammas appositæ, statim sedant. Quæ uerò ex naribus, hepati, ac spleni secũdũ narẽ patientẽ. Quod si ex ambabus naribus simul plurimus sanguis effluat, utriq; uisceri applicãdæ sunt. Vinum etiam aqua frigida temperatũ, curat eas, quæ ex magnis fiunt euacuationibus, dissolutiones: ac tunc p̃sertim, q̃n humores fluũt ad uentriculum. Cæterũ si aliquod uiscus sit inflãmatũ, aut caput doleat uehemẽtius, aut aliqua alienatio animi affuerit, aut febris ardens in morbo crudo: magna & penè insanabilia ex potu uini, huiuscemodi affectibus nocumenta proueniunt. Iã uerò, qui frigidũ potare nõ sunt assueti, aut manifestè ex ipso lædũtur, quique natura sunt frigidiores, & qui ĩ extrema sunt senectute, & loco degunt natura frigidiori, & tp̃e hyberno, cauere à potione frigida debent. At qui contrario modo se habent, ijs intrepidè illã offerre licet. Sit aũt uinũ, in fluxionibus quȩ ad uentriculũ fiunt, calidum simul & tenue, quale Lesbiũ. in sanguinis uerò fluxibus, crassũ, & nigrũ, & acerbum. Ipsis aũt locis imponere oportet, ueluti uentriculo, matrici, stomacho, & thoraci, quæ corroborandi uim habent: capiti aũt & fronti, præter hæc illa ẽt quæ refrigerent. Et quibus uel in superficie, uel in naribus, uena aliqua disrupta est, medicamen aliquod, ex ijs sanguinem supprimere possunt, est imponendum. Porrò balneæ in fluxionibus ad uentriculum quidem aptissimæ sunt: at sanguinis fluxum acriter irritant. Et quicunq; ob sudoris copiam animi defectũ patiuntur, his etiã plurimũ nocent: ut quas potius astringere oporteat, atq; refrigerare. His etiam uinum frigidum exhibẽdum est: ac nihil omnino calidum. Sed nec etiam artus ipsorum ligare oportet, neq; cogere ad uomitum, neq; ullo modo mouere. At uentis refrigerantibus aditũ prȩparare: aerem quoq; domus alterare frigida & acida qualitate, myrtorũ frondibus, & uitium capreolis, ac rosis pauimentum consternentes. Nihil uerò horũ confert, ubi fluxiones ad uentriculum fiunt. At qui exoluuntur ob plenitudinem, eorum artus q̃plurimũ perfricare oportet, calfacere, ac deligare. A uino uerò & cibis sunt abstinendi, & à balneis, si febriant. Sufficit autem, si eis dederimus mellicrati potũ, in quo ebullierit thymus, uel origanum, uel pulegium, uel hyssopus. Cõuenit quoq; oxymel. Quæ ex matrice laborant, atq; exoluuntur, non aliter sunt curandæ, excepto oxymelite. Fricare autem ac deligare magis earum crura oportet, quàm manus. At quibus uterus aut sursum, aut ad latus reuellitur, inguinibus & coxis cucurbitulas applicamus: & naribus quidem, ea quæ fœtidissimum habent odorem: matricibus autem odorata, & ea quæ laxare, calfacereq; p̃nt, medicamenta offeremus. Si uerò ob imbecillitatem uentriculi, animi sequatur deliquiũ, ea quæ roborandi uim habent oportet emplastra adhibere, quale est quod fit ex palmulis, uino, farina hordei, croco, aloe, & mastiche. Madefacere aũt ijs quæ constant ex absinthio, oleo melino, & mastichino: necnon nardo, uino, & œnanthe. Quòd si exurantur, miscere ex refrigerantibus aliquid conuenit, ueluti cucurbitæ, lactucæ, portulacæ, solani, intybi, atque uuæ acerbæ succum. Aqua etiam frigida plerunq; iuuat malè affectos stomacho, si tempestiuè, hoc est in declinatione, exhibeatur. Alioqui plurimum obest. Atq; his qui os uentriculi imbecillum habent, uinum calidum exhibere oportet, si nihil prohibeat. Plurimum uerò iuuat eos qui sic laborant, ẽt frictio extremorũ. Quod

si ex ijs remedijs nihil melius se habuerint, eos quidem qui adusti sunt, quamprimũ ad balnea ducere oportet. Qui verò aliquid frigoris sentiunt, medicamen diatrion pepereon, ipsumq; piper solum, atq; etiam absynthium bibant. At qui exitiosis humoribus os ventriculi mordicantibus exoluuntur, hos post aquæ calidæ, aut hydrolei potum, fac vomere. Vacuatis humoribus, partem læsam oportet modis omnibus roborare: partim ijs quę admouētur extrinsecus: partim absynthij potione. Cæterùm si humores adhuc in uentre consistant, minimè sanè astringere, sed tantùm concalfacere oportet. Vbi uerò multa pituita in ore uentriculi aceruata fuerit, fouere quidem plurimum oleo, in quo ebullierit absynthium: postea mellicratum exhibere, in quo hyssopum, uel quid simile infusum fuerit: item oxymeli, & piper, & diatrion pepereon, & diospoliticon medicamen. Victus ratio in summa, incidendi vim habeat. Quæ uerò ex nimia frigiditate eueniunt exolutiones, eodem modo curandæ sunt, quo bulimi, omnimodo calefacientibus. Vinum igitur eis exhibere oportet, calida temperatum: ac cibos qui calfaciendi naturam habent: fricareq; & calfacere ad ignem simul. Quæ ex calore nimio accidunt deliquia animi, ijs quæ refrigerandi & roborandi uim habent, curantur. Statim igitur ipsos corroborabis, si aqua frigida sparseris, & flabellaueris, & os uentriculi perfricaueris, & agitaueris, uinoq; & cibo refeceris. At qui ob inflammationis magnitudinē, aut uehemētis febris malignitatem, animi defectũ patiũtur, & in principijs accessionum refrigerantur, ijs artus fricare fortiter, & calfacere, cruraq; ac manus alligare, & uigilias, cibiq; & potus omnimodam abstinentiam præcipere oportet. Optimum uerò in his quid futurum sit, præcognoscere. Eos etiam qui ex siccitate in principijs accessionum, defectum animi sunt incursuri, optimum est præuidere. Nam si duabus aut tribus horis ante accessionē exhibito cibo, concoctu facili, manus ac pedes constringi iusseris, non interibunt. Quòd si magnum imminere periculũ suspicatus fueris, uinũ in alicam elixam infusum, dare anticipabis: aut panem quoq; ex alica. At si mediocris expectatur defectus animi, parcendum est uino: sed sufficit tunc mala punica, aut pira, cibis ipsis miscere. Ijs qui præter expectationem in periculum inciderunt, uinum calidum, & panis est exhibendus: parumq; aliquid cum eo alicæ calidæ. Qui ob pręcipui membri obstructionem linquuntur animo, ijs oxymel dare oportet, atq; ex hyssopo, origano, pulegio, & melle potum: cibosq; incidendi naturam habentes. Sed nec deterius fuerit artus perfricare, deligareq;. Prodest etiam hisce potibus uti, qui urinam ciendi uim habent: ueluti qui anethum, fœniculum, apium, petroselinum, ammi, daucum, & spicam nardi recipiunt. Quæ ubi manifestè iuuerint, iam uino albo, & tenui, nec admodum antiquo, est utendum. Fiunt uerò & in huiuscemodi dispositionibus, quum uehementes fuerint, pulsus inæquales, intercidentesque. Qui ex abscessus disruptione, aut sectione exoluuntur, aut ex superflua aquæ inter cutim inanitione, ij quidem confestim optimis odoribus sunt fouendi. Paulo autem post, sorbitionibus concoctu facilibus, sunt reficiendi. Si uerò ob tristitiam, aut gaudium, aut timorem, aut irā, aut terrorem exolui uideantur, odoribus, & narium apprehensionibus reuocandi sunt, cogendique ad uomitum. Eodem pariter modo, qui ex uulneribus, aut purgationibus, aut doloribus qui in articulis, neruis, & musculorum chordis eueniunt, exoluuntur, reuocandi statim ab eo affectu sunt: postmodũ uerò, conueniens passioni cura afferēda. Defectus animi qui ex intestini laxioris doloribus, aut ilei, aut similibus cruciatibus fiunt, ex patientiũ locorum calefactione, frictioneque extremorum curantur. At, quæ ex propria imbecillitate uirium, quæ regunt corpus, eueniunt exolutiones, ex intemperie uidelicet ortæ, partium à quibus uires proficiscunrur, contrarijs intemperaturis curandæ sunt. Virtus ergo uitalis, quæ ex corde nascitur, ex pulsuũ imbecillitate cognoscitur. At quæ ex hepate oritur, & naturalis dicitur, ex sanguineis egestionibus, ab initio aquosis atq; tenuibus: postmodum uerò crassis, ad modum fæcis. Quæ ex cerebro originem ducit, quam animalem appellant, ex motuum uoluntariorum imbecillitate deprehenditur.

De cura capitis à uarijs occasionibus læsi. Cap. XV.

IGitur symptomatum causæ, congruam curationem ostendunt. Veluti si quis doleat caput, simulq; fastidiat cibos, ex fameq; sentiat mordicationem, iubendus est, ut euomat: nã vel bilem uomet, uel pituitam, uel utrunq;. Porrò qui cum grauitate dolores capitis fiunt, multitudinem indicant. Qui autem cum mordicatione, uaporis humorisue acritudinem. Cum pulsu uerò, inflammationem. At cum tensione, si quidem sine grauitate ac pulsu, spiritus flatulenti & crudi multitudinem. Si uero cum pulsu, inflammationē corporis membranosi. At si adsit grauitas, multitudo intra membranas contenta significatur. Quũ igitur omnia distinxeris, causam ex qua horum singula fiunt, considerare oportebit. Veluti si multitudo uaporis atque humoris contineatur, aduertere oportet, nunquid ob magnitudinem febrium humores diffusi, ac ueluti efferuescentes, ad caput ascenderint: aut propter eius partis imbecillitatē: aut ob totius corporis plenitudinē. Hanc enim totius corporis euacuationibus haud difficulter curabis. Eam uerò quæ ex partis imbecillitate contingit, partim quidem in contrarium trahendo per totum corpus: partim

partim ipsi capiti remedia adhibendo. Atq; in cõtrarium quidem trahes, clysteribus acribus, nexibus, frictionibus plurimis infernarum partium, & si expediat, sanguinis aliquantula detractione. Partem autẽ sanabis eo tempore quo ad uniuersum corpus retrahis, ijs vtens aspercinibus, quæ à capite uim repellendi habent: ac dein euacuantibus: postremò deniq; corroborantibus. Repellit autem oleum quod immaturum dicitur, ac tum oxyrhodinum, tum rosaceum, & quæcunq; ex capitibus papaueris, & teneris oliuæ germinibus, & hederæ corymbis, menthaq; uiridi, & sisymbrio fiunt. Vtendum verò ipsis, in multitudine crudiori & frigidiori, tepidis: in calidiori autem & biliosiori, frigidis. Euacuat etiam, dissoluitq; oleum calidum, ipsum per sese: & magis si antiquum fuerit, & sycionium, aut anethum ferueфactum in ipso fuerit. Quod si spondylion, vel serpillum, uel pulegij comam, vel calaminthæ, vel menthæ, vel sisymbrij, intus decoxeris, ita etiam crassiores succos uacuaueris. Hæc uerò ipsa, uirium etiam aliquid membro imbecillo adijciunt. Quòd si etiam ex vsu videatur, per nares atque palatum expurgatio molienda est, sternutamentumq; excitandum. Si ad balnea hominem duxeris, siccis sindonibus caput est perfricandum, salq;, & nitrum, & synapi, sine oleo imponendum. Hæ itaq; sunt ex particulæ imbecillitate, doloris capitis medicinæ. At quando ex magnitudine febris accidit, & medicamenta adhibere conuenit, frigidæ qualitates ac vires, & quæ ex hydrelæo & oxyrhodino, & papaueris capitulis perfusiones constant, expediunt. In dolore autem capitis, qui sanguinis fluxum, ant vomitum decretorium significat, remedia inuestiganda nõ sunt: quum non accidens, sed talis dolor bonum existat signum. Siquidem vbi natura excretionem aliquam, ac præcipuè vomitum, aut sanguinis per nares fluxum molitur, horum inseparabile indicium est capitis dolor. Considerandæ igitur ad cognoscendam crisim, primùm quidem sunt febrium species, an calidæ sint, atq; vrentes: nam hæ per excretiones iudicari consueuerunt: quẽadmodum quę moliores sunt, ac veluti fumigantes, diu durant, & sæpius in abscessus contendunt. Secundo loco, an morbus sit salutaris. Nam quis obsecro bonam crisim in morbo pernicioso expectauerit? Tertiò ad hæc totius morbi tempus considerandũ. Nam si principij vel augmenti adsit signum, minimè autem status, nec concoctionis signa in vrinis, vel sputis, vel alui excrementis cernantur, non est quòd bonam speres crisim. Porrò difficilis tolerantia antecedere omnem crisim solet. Quæ quidem si in die accidat, crisis sequetur noctu. Si autẽ noctu, in die. Si igitur tale aliquid uideas cõsiderandum est, quotus sit ægritudinis dies. Etenim septimus dies, etiam ex paruo naturæ apparatu, ad crisim per excretionem mouetur. Sextus uerò, magno apparatu indiget: & sæpe neq; ulla in eo fit crisis, nec sine periculo, nec fideliter accidit. Ergo si dolor capitis statim ab initio non inuasit, sicuti quoddam ipsius morbi symptoma, sed in ipsa ante crisim perturbatione: dein si collum etiam aliquid condolescat, & præcordia retracta sint, aut repente superuenerit difficilis respiratio, pulsusq; in tumorem subitò elati, non reciderint in paruitatẽ, neq; debiles fuerint, statim crisis per sanguinis fluxum è naribus, expectanda est. Si uerò non modò non deciderint, sed etiam in altum attollantur, & uehementiam assumpserint, faciem iã ægrotantis inspicere oportet. Nam si quod in ea membrum palpitet, aut uenæ quæ sunt in temporibus pulsent, aut malum, uel nasus, uel oculus rubidior sit factus, magis etiam talis crisis est expectanda. Quòd si etiam inuiti illachrymẽt, uel imaginentur se splendores cernere, ac nares ipsas scalpant, tunc non iam fluxurum, sed iam fluẽtem conspicies sanguinem. Nec uerò ex his perterrearis, si hominem desipientem, aut resilientem uideris. Nam & hæc humorum repentium ad partes supernas indicia sunt. Præterea si ægrotus sit adolescens, aut alioqui natura calidus, aut multo sanguine abundans, magis adhuc de hoc sperandum erit. Quòd si sæpius etiam antea illi sanguis è naribus fluere est uisus, hoc uel solum sufficit fluxus sanguinis spem confirmare. Si uerò & tempus anni æstas sit, uel calidus cœli status, & si plures eo tempore crisim ex sanguinis fluxu habuerint, ægriq; corpus plenum extiterit, & consuetæ excretiones retentæ, hæc inquam omnia spem uehementius augebunt. Has itaq; & alias excretiones omnes prænoscere licet, si hæc duo tantùm explorauerimus, & unde naturæ motus agatur, & in quam partem. Siquidem quæ deficiunt adiuuabimus, & quæ immoderatè feruntur, coercebimus, si ista nouerimus. Veluti confestim sanguinis fluxus ex splene magnæ cucurbitæ sinistris præcordijs superpositæ, facilè retrahunt. At qui ab hepate proficiscitur, dextris. Qui ab alijs membris, eadem ratione.

PAVLI AEGINETAE
DE FEBRIBVS
LIBER
Interprete Ioanne Guinterio.

De Febribus diarijs dignoſcendis curandisq́;. *Cap. I.*

DIARIAS febres, urinarũ in primo die concoctio calorisq́; ſuauitas ceu propriæ ipſarum & inſeparabiles notę teſtantur. Verum à prima febrium ſolutione, certiorem habiturus es earũ cognitionem. Quippe arteriarum in hac motus ei qui in ſecunda ualetudine fuit, ex toto reſpondet, cum nulla ex alijs febribus in naturalem ſtatum reuertatur. iam vero ꝙ facile morbum fert æger, maximum & id indiciũ eſt. Opportuni ſunt, id genus febribus, in quo rum corpore quod tranſpirat, halituoſum non eſt, ſed mordax & acre fumo fuliginiũe non abſimile. Hi autem ſunt calidi & ſicci temperamento breuiter bilioſi, quos πικροχόλους Grẹci uocãt, qui igitur ob laſsitudinem febricitarunt, pinguiter ſimul ac molliter fricandi ſunt, in balneumq́; ducendi. Quibus ſiccitas febrem intulit, fricandi hi quidem minus, ſed lauandi ſunt liberalius. Quos curæ, mœrores, vigiliæ, & ira exercuerunt: lauare quidem non ſubinde oportet, uerum oleo copioſiore tepido, cui minima aſtringens uis inſit, tum paululum fricare, tum ex conſuetudine lauare cõuenit. Ab inſolatu uſti, protinus ab initio refrigerationem deſiderant, tum crebriorẽ lauationem: minime uero aut oleum largum, aut crebram frictionem. Sint autem quæ refrigerẽt & roſaceum & omphacinum, quod nihil in ſe ſalis habeat: ea dẽ uero ſincipiti uehementer ſuperfundere oportet: & ubi febris inclinauerit, in balneum æger ducendus eſt. Siquis ex frigoris iniuria febrẽ concipit, etiam is in remisſione lauandus eſt. At ſi cũ grauedine & deſtillatione febriat, priuſquam hæc concoquantur, lauationi non committetur. Porrò qui æſtus iniurijs patuerũt, ij, vel cum hæc adſunt, commode lauantur. Poſt lauacrum uero caput perfundendum eſt: eorum quidẽ qui ex uſtione febricitarunt, refrigerantibus: qui autem ex frigore, calefacientibus mediocriter, cuiuſmodi irinum eſt, & nardinum unguẽtum. Verum in quibus meatuum conſtipatio febrem excitat, his conuenit ex aqua dulci, & temperata lauatio, tum frictio, quæ rarefaciat, & exercitationes modicæ, uictusq́; dulcibus procreãdis ſuccis idoneus. At cui propter inediam febris cõtracta fuerit, ei opus eſt ſtatim, vbi prima accesſio remiſerit, in balneum perduci, & tepente oleo largisſime perfundi, tum molli manu perfricari, lente in calidi ſolij aqua immorari. Simul atq; exierit, ac ſeſe recollegerit, denuo balneum ingredi, poſtea aquam calidam potare, mox ptiſanæ cremorem, deinde lactucam aſſumere, & aliquid piſcium eorum qui molli ſunt carne, ex albo iure. Omnium uero communis eſto uictus ſpecies, quæ, & boni ſit ſucci, & concoctu facilis, & quæ nuſquam exiguis cutis meatibus inhæreat. Vinum propinetur & aſpectu, & uiribus aquoſum. Oportet autem in primo febrium inſultu nonnunquam primæ acceſſionis horum aliqua mutare, in quibus corporis intemperies ad calidius, ſicciusq́ue tranſiens, febres accendit. Qui ex inguinum inflammatione febrim conceperunt, ne medicum quidem interrogant quid ſit faciundum, ſed ulceri, quod in inguinibus, excitatum eſt, proſpicientes, lauant, ubi accesſio declinauerit. Cæterum à uino ipſi ſunt arcendi, priuſquam inflãmationes inguinũ fuerint ſolutæ, & tenuiore uictu enutriendi.

De putridarum febrium agnitione. *Cap. II.*

PVtridæ febres dignoſcuntur his notis: nulla ipſas exterior cauſa præcedit: neq; à rigore incipiunt, neq; æſtu, neq; frigore uehemẽti: quod & ipſum eſt peculiare febrium putridarum indicium, ſicut & pulſuum depresſio. Nominãt ſic, cum incipiente accesſione perexiguos quidẽ ipſos & inæquales obtinent: ut qui ſingulariter illiuſmodi febribus ſint peculiares. iam & caloris qualitas maxima putridarũ febrium nota eſt, qui fuliginoſus adeo exiſtit, ut manum erodat. Similiter ad ipſas proprie ſpectat etiam urinarum cruditas, & obſcura concoctio. Magnum uero & notabile concoctionis indicium, in primis urinis nunquam eiuſmodi febres repræſentant.

Curatio febrium putridarum. *Cap. III.*

SI uires ſint ualidæ ei qui ex putredine febricitat, ſanguinẽ dimittes protinus, modo cruditas uentriculum non infeſtat. At ſi uires imbecillæ, aut ætas prohibeat, ſanguinem non detrahes, à cuius uacuatione putrida per urinas aluum & ſudores expurgare conuenit. Sin autem ſpõte ſua nonnunquã impetum ad os uentriculi capeſſant, etiam per uomitum: alioqui non opor

tet

cet ea præter naturam irritare: verũ deligi materiæ debent, quæ fine calefaciendo ficcandoq; ualenter, prædictas uacuationes moliri poffunt, ueluti ptifanæ cremor, aqua mulfa, oxymeli, & apomeli, apijq; radix in aqua potabili incocta. Cum aluus nihil deijcit, ex aqua mulfa cum oleo clyftere ducenda eft. uerum totum corpus rareface re prius non expedit, q̃ uacuatum fuerit: ubi uacuaueris, rarefacias utique licet, oleo tepide cali do, quale eft, quod ex chamæmelo conficitur. in hoc tempore uinum aquofum potui datum, uniuerfas promouet uacuationes: eiufdem facultatis eft temperatum dulcis aquæ lauacrum. Quòd fi uero febris magnitudo obftiterit, neque uino utendum, neque lauacro, neque unctionibus rare faciendi uirtute præditis, fed aqua frigida his in febribus commode bibitur, nifi quid & hanc prohibeat. Ergo fi quidem & uires robuftæ omnes fuerint, & febris ardentisfima, & concoctionis figna plane euidentia, frigidam cum fiducia exhibebis. Præterea fi bona corporis habitudine fit æger, tum ftatus cœli calidus ac ficcus, etiam fi in frigidam natationem hunc dimittas, haudquaquam lędetur: finautem mediocris exiftat febris, & uires inualidæ, fed cum notis concoctionis, ijs qui ita fe habent balneum prodeft, & uini potio. Tũ vero ex unctionibus eæ quæ rarefaciũt.

De tertianarum agnitione. Cap. IIII.

TErtiana febris cum fit flauæ bilis commotæ foboles, protinus ab initio rigorẽ, hoc eft totius corporis concusfionem haud exiguam infert. hoc difcrimine à quartanæ rigore uariat, quòd pungere uideatur & cutem conuulnerare. In quartanis autem, accesfionis infultus uehementem perfrictionem habet. Quotidianas nequaquam rigor pręcedit: fed membra folum perfrigefcunt. Cęterum tertiana etiam exactum pul fuũ ordinem obtinet. fiti uero uehementi in ftatu affligit, & hominem perurit, ac paulopoft confiftit, calorq; æquabiliter per omnes corporis partes diffunditur, nihiloq; magis pectus quàm extrema calent. Et fi manum inijcis, primo quidem cõtactu, calor copiofus & acris occurrit, ueluti cũ uapore quodam erumpens, fed paulo poft à manu remanente uincitur. Vbi potione æger fuerit recreatus, ftatim copia uaporis calidi per cutem emergit, fudorem nuntia. Bilis uomitio fuperuenit, aut aluus foluitur, perque urinã biliofa reddũtur. præterea ad integritatem tertiana definit, ubi accesfionis tempus, horarum non plurium duodecim expedierit. Febrẽ igitur quæ intra duodecim horas terminatur, exactam tertianam nominamus: quæ uero diuturniorem accesfionem habuerit, illam fimplici uocabulo tertianam nuncupamus. quæcunque aũt longisfime productam accesfionem feruauerit, exiguum uero interuallum, hanc rurfus extenfam tertianam dicimus.

Curatio tertianæ. Cap. V.

EXquifitam tertianam, ut quam flaua bilis procreet, humectare oportet ac refrigerare. & fane quod in uẽtriculũ confluit, uomitionibus, quod ad inferiora urgit, alui deiectionibus, elicere. Item per urinas & fudores uacuare id ipfum conuenit. Aluus itaque mollibus clyfterijs euocatur: urina potionibus, in quibus apiũ & anethum maduerunt. fimulatq; coctionis figna deprehenderis, magna iam confidentia etiam abfinthium dederis. Balnea uero ex aqua calida potulenta conueniunt: quibus neq; nitrum, neque fal, neque finapi adijci, fed oleo quãmaxime calido infufo ægrum oportet in aquam defcendere. At qui balneis admodũ gaudent, eos etiam fi bis die laueris, haud peccabis. Vbi uero cõcoctionis notas perceperis, tunc, uel fi fæpius laueris, nihil offendes. Porrò uinum priufquã morbus concoquatur, ex toto circuncidendum eft. fimulatq; cõcoqui inceperit, tenue, aquofum modicũ, primo die exhibendum. Cibi humectantes, refrigerãtes que utiliter affumuntur. A melle abftinendũ, finapi, falfis & acribus omnibus. uinis autem admodum uetuftis, & natura calidis. Cæterũ nihil miri eft, fi in hominibus primum exercitis, inediamq; expertis, tunc autem ordine cõuerfo otiofis cibo que ufis pleniore, bilis maxima ex parte mixta pituitæ reperiatur. Cuius rei gratia complures tertianæ, aut citra totius corporis concusfionem fiunt: aut perexigua ipfis oboritur, unde etiã animaduerfionem propriam defiderant. Neq; enim balneum, neque cibus aliquis liberalior tertianis fpurijs ante concoctionem conuenit: quoniam ne panis quidem micæ, oua, & confimilia.

Curatio tertianæ nothæ Cap. VI.

LAuare in tertianis fpurijs per initia falubre non eft, fed quãdo iam concoctionis notæ apparent: neque cibum quotidie exhibere, fed alternis diebus abunde eft. Quies autẽ, & præcordiorum fotus ipfis conducit, tum forbitiones concoctu faciles, & clyfteres aluo inditi non admodũ molles. Atq; fi fanguinem detrahere opus eft, neque hoc omittere oportet. Tota uero uictus ratio erit, nõ quæ refrigeret uniuerfum corpus, humectetq;, uerum etiam modus aliquis qui magis incidat, ac calefaciat, adhibeatur. Maxime uero conduxerit ipfis ptifanæ cremor pipere iniecto, uel hyffopum quoque nonnunquam, uel origanum, uel fpica nardi, aquæ mulfæ admifta, incoctaq; potui exhibetur, & alia, quæ urinæ cien dæ funt, præterquam ea, quæ uehementer calefaciunt, exiccantq;. Maxime uero abfinthij coma

post septimum diem continue porrigitur. Iam & oxymel epotum, multis fuit auxilio. ad hæc nonnulla ex his quæ molliter uentrē subducunt. Porrò uomitus secundum cibum, ijs quibus hæc febris in uetustatem incidit, utilissimus est.

Quartanarum cognitio. Cap. VII.

Quartana inuadit multa cū perfrictione, ut quæ ex frigido humore, atra bile originem trahat. Calorem uero feruoremq; febrilem tertianæ modo non obtinet, imo nec bilis uomitus eam comitatur. Adhæc si urinæ tenues, albæ, & dilutæ fuerint, quartana erit febris. Eximia uero ipsius nota est, pulsus exiguus, & rarus. Cæterum in autumno potissimum incipit erraticis superueniens febribus, ac nonnunquam in forma eius potissimū subsistit quæ quarto die reuertitur: aliquando etiam plurium dierum interuallo, iuxta quosdā circuitus accessionē habet.

Curatio quartanarum Cap. VIII.

Quartana laborantes leniter tractādi sunt, neq; medicamento ullo forti solicitandi, neq; uacuatione, nisi forte sanguis uehementer exuperare uideatur, cum uenam disseca re conuenit. Victus eis offeretur optimus, qui nō inflet, & uenter his quibus uti consueuit, emolliri debet. Quòd si hæc nihil proficiant, clysteribus per initia mollibus, deinde acribus utendum est. A suilla carne prohibeantur ægri, atq; ab omnibus cibis qui glutinosi, ad exitum tardi sunt, tum qui refrigerant corpus humectantq;. Vinum uti le est tenue, album & modice calidum. Item salsa & sinapi ex usu sunt, tum triduo assumptum medicamentum diatrion pipereon, id est, quod triplici constat pipere, uel quod diospoliticon appellant. Iam & piper solum recte ex aqua quoti die sumitur. In morbi statu uictus ægro tenuissimus præcipietur, statim uero etiam ut diu conquiescat, inungendum est, tum uisceribus prospiciendum per ea quæ emolliunt, relaxantq;. Infecutis diebus medicamenta conferunt, quæ urinam cient. atq; si cōcoctionis notæ apparuerint, cum fiducia tunc quoque ijs uti expedit, quæ atros humores uacuant, idq; non semel duntaxat, uerumetiam sæpius. Porrò secundum ualidam purgationem, & medicamentum quòd uiperis constat, exhibetur, & alia quæ ad eiusmodi febres commendantur, inter quæ est & nobis familiare, omnium probatissimum, quod succum cyrenaicum recipit.

Quotidianæ agnitio. Cap. IX.

Quotidiana hudquaquam cum rigore primo statim die inuadit, sed temporis spatio perfrictio magis quam rigor oritur. Aegre uero incalescit, & diuturnum habet incrementum, non tamen adurit ægros, neq; multum, & crebro spirare compellit, ac ueluti flammam ex ore elidere, uel frigidam bibere. pituitosi autem uomitus hic accidunt, & quæ aluum uacuantur, frigidiora, crudiora, dilutiora, & pituitosiora cernūtur: totū corpus crudis humoribus redundat: sudores minime primis diebus erumpunt, neque ad integritatem uenitur, cutis ægrotantibus albicat, urinæ uel tenues sunt & exalbidæ, vel crassæ, turbidæ & rubræ.

Curatio quotidianæ. Cap. X.

Quotidianam curantes, oxymelite primis diebus utimur, tum ijs quæ urinam probe eliciunt, ac vniuersa victus species inci soria esto, circa statum uero uentris habenda est ratio, præsertim ipsius orificij, deinde ægris iubendum est, ut à radicula, & cibis assumptis uomant. Itidem utantur ijs quæ pituitam subducunt, idque tam diu, quam febris cessauerit.

De hepialo febri et rigore, quæ nullo calore possunt euinci. Cap. XI.

Si uitrea pituita, quæ omnium aliarum frigidissima est, nondum putrefacta toto in corpore exundauerit inexpugnabiles, & qui nullo euinci calore possunt, rigores sine febri excitat. In febribus enim quæ humoris uitio accenduntur putrefactio maxime febrilem calorem suscitat. At si toto hæc pituita putruerit, quod tamen raro fit ob immensam putrefactionem quotidianæ febris causa redditur. Quando uerò non tota æqualiter, sed ex dimidio ipsius putrida fuerit, aut aliquæ ipsius partes, nonnullæ uero non putruerint. Hepialum febrem hanc facit: in qua simul & rigor & febris caliditas est. Particulæ quidem humoris eius necdum putredinem expertæ, omnibus venis, vel etiam reliquo corpori cōmunicatæ & sparsæ rigorē creant: putrefactæ uero febrem accendunt. Dicta est autem Hepialos per translationem à sale: dico autem mari, quod à principio tranquillum apparet, cum turbatur difficillimum euadit. Vel ab Hepios, quod est molliter & aleænin, quod signat calefacere, quasi drcas. quoniam blande & leniter calefacit. Atq; hæc febris cum ex quotidianarum genere existat, utpote ex pituita nascens, illarū curationi subijci tur speciali, nisi quòd tanto commemorata quoti diana calidioribus magisq; incidentibus præsidijs indiget, quanto etiam pituita frigidior illa existat. Hepiali uero rigor multo magis calefacientia requirit, Itaque medicamentū ex triplici confectum pipere: ex calaminthe, præterea & quod liquore cyrenaico constat, his sunt accommoda

moda.Item ex caſtoreo,ſimilibuſq; preparata re media conueniunt. Latius autem diffuſiuſq; explicatam curationem horum reperies in capite 45.de perfrictione.Inſuper Lypyrię & Tiphodes quæq; præter commemoratas febres dicuntur, cum ſint ex relatarum numero,etiam curationes, tum in illis expoſitas, tum exponendas poſtulát.

De febribus continentibus. Cap. XII.

Continentes finitimæ ſunt, ſingulis intermittentibus: tertianæ quidem exactæ ardẽs,quę cauſos dicitur:quotidianæ,ea quæ ſingulis diebus acceſſionem habet,non autem ad integritatem deſinit. Sic etiam quartanæ ea quæ quarto die accedit. Exactus nanq; cauſos, cum omnes alias exquiſitæ tertianæ notas ſeruet, hoc ſolo diſcrimine uariat, quòd non cum totius corporis cõcusſione, ρῖγος apellatur,inuadat,neq; ad integritatem ueniat. Qui ſingulis diebus acceſſionem obtinet cauſos, omnes ſimiliter exactis quotidianis notas præ ſe fert, quod autem ad integritatem non peruenit, hac re à quotidiana ſpecie conſimili differt: ea ratione & quæ quarto quoq; die acceſſionem habet, uerum ad integritatem non ceſſat, finitima eſt quartanæ. Continens itaq; febris eſt, quæ non ante ad integritatem terminatur, quàm ex toto fuerit ſoluta, etſi inclinatio aliqua ſenſibilis appareat. Quũ autem nulla accidit,quæ ſenſibus queat percipi,hęc quoque ex ardentium genere habetur, ſed acrimonia ab ipſis uariat.

Agnitio febrium continentium, & curatio. Cap. XIII.

Continentium febrium origo ex ſanguine eſt, qui nunc efferueſcens, tantum nunc putrefactus obſtruitur.Quapropter acceſſio ipſis ad uſq; finem una eſt. Indicia uero ſunt, pulſus maximi, vehementes, citati crebri, æquabiles, non mordaces. Vrinæ non multum adeo à ſanis recedunt. Curatio eſt, ſanguinis quouſq; deficiat anima, dimisſio. Qui ſi non fuerit detractus,febricitantes in ſummum ueniunt diſcrimẽ. At ſi quid per uenę ſectionem uacuare prohibuerit, alijs uti remedijs oportet, quæ meatus reclu dunt, copiam materiæ uacuant,& febrium feruorem leniunt. Cum autem euidentes humorum concoctionis notas in ipſis uideris, neq; in principe particula inflammatio quædam, aut tumor œdematis ſpeciẽ repræſentãs,aut ſchirrus fuerit, neq; particula aliqua tẽperamẽto adeo frigido, ut in hanc noxa procũbat,cũ fiducia frigidã propinato: maxime ſi æger eius potioni aſſueuerit.

Ardentium agnitio. Cap. XIIII.

Ardentibus hæc ſuperueniunt, arida lingua, craſſa & nigra, uentriculi roſio, deiectiones pallidæ, ſitis uehemens,uigiliæ,nonnunquam etiam delirium.

Ardentium curatio. Cap. XV.

Horum alterutrum fieri neceſſarium eſt, ſi perfecte morbus ſolui debet: aut biliosos excerni humores,aut eoſdem extingui. Excernuntur itaq; per ſudores, uomitiones, & imũ uentrem. Extinguuntur autem frigidæ potu:quo nos ardentisſimas febres, cauſos appellant, ex eo tẽ curauimus. Suſtinere eos qui his cruciantur,nõ aqua ſola conuenit: neq; mulſa duntaxat,uerum diluta mulſa exhibita. Nam qui huiuſmodi morbis conflictantur,ſola potione ſuſtentandi ſunt. Porrò balneum illis ſolũ uſui eſt, qui citra tumorem inflammationi, aut eryſipelati conſimilem, ardenti febre laborant. Quod ſi uero concoctionis notæ percipiantur,multo magis ipſis conducet. Qui ex falſo humore: febrim ardentem conceperunt, his eſt inutile. Verum ijſdem ptiſanæ etiam cremorem cibi loco offerre conuenit.

Febrium quibus ex affectu eryſipelas reuerente origo eſt curatio & agnitio. Cap. XVI.

Febres quæ ex affectu uiſcerum eryſipelas referente procreantur, his notis agnoſces. interna feruent immodice, dolor urget uehemens, præterea ſitis excruciat,& æſtus immoderatus. Summatim ex indicijs acerrimæ bilis cum pauco ſanguine putreſcentis deprehendes. Hunc in modum curabitur: A balneo in totum abſtinere decet. Aqua frigida per morbi ſtatum uehemẽti,hoc eſt frigidisſima utendum eſt: per initia nõ item. Extrinſecus vero refrigerantia imponuntur. Et ſi nihil hæc promouerint, etiam intro ſumere cogentur. Maxime ipſis conueniunt lactucæ, & quæ parem his facultatem obtinent. à foris & ipſe lactucæ ſuccus idoneus eſt, adeoq; intybi & ſemperuiui, & reliqua refrigerandi uirtute prędita. ſed præſtantisſimo partex plurima utimur. Nam humorem refrigerantis alicuius expreſſum pilæ cum portulaca inijcimus, deinde contuſum exprimimus. cum uſus exigit, modico polentæ mixto & in aqua frigida merſo, partem refrigeramus. Linteum uero duplicatum in ea intinctũ extrinſecus, aut ubi calor ſentitur, præcordijs obtendimus,nõ diu adhærere ſinentes, verum aliud frigidũ eius loco applicantes. Iam uero & oleum omphacinũ medicamini nonnunquã miſcemus.

Hecticarum febrium agnitio. Cap. XVII.

Hectica febris non in humoribus, & ſpiritu ſolum, ſed iam partibus etiam ſolidis conſiſtit. Hæc dolorem neſcit, & qui ea detinentur,

nequaquam febricitare se existimant: neque enim calorem percipiunt, cum uniuersæ ipsis particulæ æqualiter sint excalfactæ. Duplex hecticarum febrium species est, prima ardentibus magna ex parte superuenit, quæ prorogantur adeo ut tempore corporis ipsius cordis madorem absumat, uel etiam si copiosus adhuc subsistat: alia manēte etiamnum humiditate cordis corpus occupans, inde potissimum accenditur. Vnam sane ipsius generationem prodidimus, reliqua est, cū statim ab initio inuadit, primam originē diarijs similem, ex mœrore, ira, lassitudine maioreque una cum exustione sortita. Hęc igitur non difficulter cedit remedijs. Quæ vero ex ipsis in marcorem qui Græcis dicitur μαρασμὸς deuenit, omnem respuit curationem. Atque hæc sanè cognitu est facillima: oculi siquidem præter modum concaui testantur, & lemæ ipsis inhærescentes aridæ, tum dispositio quædam squalida, uiuidi ipsorum coloris flos emarcuit, frons sicca est & intēta. Quin etiam conniuent plurimum, hac occupati, quem admodum dormiturientes. uerum affectio, somnus non est, sed uigilandi impotentia: tempora collapsa sunt. & quid enim aliud prēter ossa & cutem solam habent? Nam si denudatum uentrem inspexeris, neq; intestinum, neq; uiscus ullum superesse tibi uidebitur: præcordia sursum conuelluntur, & cutis ipsis extrema reficcata est, pulsus gracilis, creber & durus. Caliditas autē primo occursu languida, paulo post acris & rodens erumpit, quousq; igitur humiditatis aliquid reliquum est, hectica solum febris dicitur. Cum uero periclitatur, ne nihil amplius humoris supersit, absolutus iam marcor constituitur.

Hecticarum febrium curatio Cap. XVIII.

Hectica febre laborantes, statim ab initio nutriri desiderant, humorum rodentium gratia. Maximum uero remedium huius est, uictus humectans. Conuenit igitur quàm maxime ptisanæ cremoris halicæq; sorbitionibus, & pane præterea adiecto ægrum nutritum, moderato frigidæ potu curare, si neque inflammatio quædam, neq; humorum putrefactio subēst. at si magnam inde offensam fore conjectúraueris, frigida abstinere oportet, extrinsecus autē impositis, quæ refrigerant auxilijs, uti. Balnea uero hoc morbo obnoxijs, quolibet tempore sunt idonea.

De semitertianis. Cap. XIX.

Quandoquidem tertiana cum rigore, quotidiana uero citra illum inuadit: quæ ambarum mistura constat, horrorem inducit, qui minor quidem res est rigore, maior autē perfrictione. Quapropter cum horror æquali ab utrisq; extremis interuallo, medium amborum rigoris nimirum & frigoris occupet, quod contēperatis inuicem extremis accidit, non abs re nomen huiusmodi febri semitertianæ indiderunt. Porrò duplici modo generatur: vel enim duæ accessiones in idem tempus concurrunt, uel statim ab initio ambæ inuicem iunguntur. Quando igitur tertiana præpollet, magis horrifica febris efficitur, & rigoris etiam nonnihil per accessionem assumit. Protinus autem talis calidior est & ardētior, tum uomitionem quandam bilis, aut deiectionem, aut madorem adfert. Quando altera pituitosa superat, perfrictiones quidem summa exercent, pauci uero horrores: neque tamen sitis, neq; ardor in his affligit. Cum pares magnitudine sunt tertiana intermittens, & quotidiana cōtinua, insultus quidem accessionis cum horrore accidit. At cum ex pituita proueniens febris præcelluerit, submissiones pulsuū fiunt, & horrores. Si uero calidior præualeat subito incalescunt. Talis sane est exacta semitertiana, ex æquiualente duarum febrium, puta tertianæ intermittentis & quotidianæ continuæ temperatura proficiscēs. Non exquisita uero uel bilem largiorem, uel pituitā causatur, quę iam magis etiā curationi renititur, cum paucus humor à copiosioris excellētia artisq; auxilio expedit uinci possit. Si autem pituita sit superior, præsidijs maxime utemur quæ in quotidiana exposuimus. Sin autem flaua bilis, ijs quæ in tertiana comprehensa sunt, in totum ei quod urget incumbentes, sed ita, ne alterum prorsus negligamus.

De Morbis publice grassantibus. Cap. XX.

Publice grassantes communesq; morbos nominant, qui multis simul obueniunt, quorū ut generatio, sic etiam causa communis est. Cibi igitur communes praui, illiusmodi morbos pariunt. Item communis aquæ uitiatæ potio, nimis laboriosa uitæ ratio, labores quibus quisque assueuerat omissi, inedia, repletio, idq; dum fames grassatur, aut fœcundus annonæ prouentus est. Item regionum naturæ, communes subinde morbos intulerunt, quæ nonnunquam palustres aliquando barathrum uicinum habentes uaporē exiciosum prauumq; exhalant. Hæc igitur continue accidere consueuerunt. Aer uero nos ambiens, temperamenta corporum commutat, uel calidior impendio, uel frigidior, uel humidior euadens: siquidem in alias causas neque omnes simul incidimus, neque eis toto die immoramur. At quoniam aer qui omnibus circunfusus est, & per inspiratum attrahitur, ut animalium corpora pro temperamenti ipsius immutationibus afficiātur, necesse est. Qui igitur hæc intelligit, non solum morbos ex unoquoq; aeris statu futuros prę sagiet, sed etiam ne fiant prohibebit, contrarium immoderatis circunflui aeris temperaturis uictū indicens.

Itaq; corpora morbo alicui ex propria intemperie uicina, hæc à simili circundantis nos aeris temperamento deprehenduntur. Quæ contrariam cœlo temperiem obtinent, præter quod nullam offensam ex periuntur, etiam meliora fiunt, dum repugnans aeris immoderatio temperamenti immoderationem punit. ac qui hoc nouit, secundā ualetudinem tuebitur, contraria corporibus inducens, nunc refrigerantia scilicet, nūc calida: aqua quidem super infusa refrigerans, itidem otio, ciborum inedia, & potu largiore: calefaciens autē, operimento, laboribus, cibo liberaliore, & interdum parciore. Præterea pyræ incendio haud mediocriter aerem ad calidum & siccum mutaueris, si tunc humidus fuerit, quo modo Acronem agragantinum factitasse ferunt.

De pestilentia ex commentarijs Rufi. Cap. XXI.

PEstilentiæ grauissima quæq; superueniunt: nihilq; ī hac sicut in alijs morbis singulis definitum. Etenim delirium accidit, & bilis uomitio, præcordia intenduntur, labores afficiunt, sudores largi erumpunt, extrema algent, alui profluuia urgent biliosa, tenuia & flatulenta, urinæ cernuntur dilutæ, tenues, biliosæ, nigræ, mala habent subsidentia, quæ superinnatant, pessima, nares sanguinem destillant, pectus ardet, lingua torrida est, siticulosa tristitia oboritur, torquent uigiliæ, cōuulsiones uiolentæ, aliaq; multa praua. At si quis pestē uenturam prænoscet ex malignorum anni temporum, & uitæ studiorum ad sanitatem haud conducentium animaduersione, aliorumq; animalium precedente interitu, his apud se consideratis, & illud præterea perpendito cuiusmodi sit præsens anni tempus, qualisq; uniuersus annus. Inde siquidem qualis uictus ratio esse debeat, optime deprehendes: utpote cum anni tēpus, si quidem rite ortum est, ex sicco humidum nūc euaserit, necessum est uictus ratione desiccare, ut humor superfluus absumatur. Cæterum uētris habenda est ratio. Quibus superior uentriculus pituitam continet, uomitionibus solicitare, quibus sanguis inundauerit, secare uenam oportet. Item per urinas, & ex toto corpore facta purgatio, aliæq; hoc in casu sunt utiles. Quod si etiā æger ardore æstuet, & flammam usque ad pectus pertineat, haud abs re fuerit refrigeria pectori applicare, & potionem frigidam offerre, idq; nō paulatim, nam magis hoc pacto incendit, uerum uniuersim ut flammam extinguat. In quibus autem ardor interiora occupat, summā uero inalgescunt, cutis in superficie frigida percipitur, præcordia contenduntur, uenter syntexim patitur, aut uomitu, aut infra reiectiones fiunt, uigiliæ urgent, mens desipit, lingua est aspera, hi calefacientia requirūt remedia, ut calor per totum corpus distrahatur, ac si alio quopiam modo ab internis foras poterit elici. Iam uero & hæc potio utiliter præsumitur: Aloes partes duæ, guttæ ammoniaci partes duæ, myrrhæ pars una. Hæc in uino odorato contrita instar dimidiæ cyathi exhibentur, nimirum quotidie. Haud noui, inquit Rufus, qui post hunc potum pestem non superauerit. Hæc quidem Rufus memoriæ prodidit. Galenus autem tradit ad pestilentiales putredines, bolum armeniacum salubriter potari. Simili felicitate etiā Theriacen ex uiperis magnam prodesse. Etenim in pestilentia quæ Romam internecino morbi genere depopulata est, omnes quos nullum ex his medicamentis adiuuit, interijsse scriptum reliquit.

De ijs qui ex redundantia crudorum humorum syncope periclitantur. Cap. XXII.

NOnnulli febricitare incipiunt, ubi magnā crudorum humorum copiā ore uentriculi simul offenso, uel ex cruditatibus, uel alia quapiam occasione congesserunt. His & præcordia inflātur, & os uentriculi uastiore mole, quàm pro naturæ modo cernitur: ad hæc color ipsis ad albidius, aquosiusq; quānaturaliter esse debet, & eorum speciem quos aqua inter cutem male habet, magis est mutatus. quibusdam ad nigrius liuidiusq;, nulli talium sanguis mitti sine maximo dispendio solet, etsi uacuationem desiderent. Verum nec sanguinis dimissionem, nec purgationem sustinent, utpote quos etiam sine his syncope subito adoriatur. Ratio igitur medendi talibus est quàm frictione molimur. Incipere vero per initia statim morbi oportet, ac primum à superiore crurum parte deorsum, idq; linteis non admodum mollibus, sed modice asperis. Deinde tota brachia ab humeris usq;, & superiore parte deorsum simili modo sunt fricanda. Vbi vero artus omnes abunde calidi uidentur, & metus est, ne quis ex ampla frictione lassitudinis sensus superueniat, oleo relaxante uteris, quale est Sabinum: ab astringente uero abstinebis, cuiusmodi Hispanum est, Histricumq;. et quod unà cum germinibus uel ex oliua adhuc immatura conficitur. per hyemē uero digerentium usus erit, quod genus est Sicyonum & chamæmelinū. Cum iam artus plurimum perfricueris, postea oleum detergetur, inde ad spinam dorsi transitus est: hæcque tota perfricabitur similiter, ab hac rursus ad crura te conferes, & hinc ad brachia. exinde rursus ad spinam: ita toto die facies. Porrò mulsa, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima. cauendumq; ne vel cibum, vel sorbitionem, uel aquam exhibeas, vel omnino liberaliter bibere sinas, nisi mulsam tribus primis diebus dūtaxat, tuis ipse manibus, quas dixi partes ordine perfricans. Sin pulsus robore mediocri sit, ac magnitudine, considera quæ ad aluum spectant, ac si sua

sponte

ſponte commode non deijciat, cum fiducia aliquid in aluũ ab inferioribus partibus infundes. Quòd ſi maior iuſto recrementorum impetus ad aluũ citetur, principio quidem percoquere mulſam amplius oportebit: minus enim ea ſubducit, magis nutrit: cruda uero minus nutrit, magis ſub ducit. At ſi plenius ſuperuacua deſcendant, ne ſic quidem ſiſtenda aluus, ſed exhibendus pro aqua mulſa ptiſanæ cremor eſt. Si uero fluere pergant, chondri ſorbitione nutries. Si ex pulſus imbecillitate uires quoq; collapſas didicerimus, panem ex uino diluto exhibere conueniet. utiq; ſi nec uenter, nec iecur inflammatione laboret: quãdo ſi hac infeſtentur iam corpore crudis ſuccis refer to, nulla plane medicina periculo ſubtrahit. Atqui ſi quãdoque craſsi abunde humores deprehẽdantur, oxymeli pro mulſa continue exhibebitur. Ergo ſi æſtas ſit, & ęger frigidæ potioni aſſuetus, frigidum huic oxymeli dabis: ſin hyems ſit, calidum omnibus. Sane balneũ his eſt aduerſisſimum, tum aer ambiens vel nimium calidus vel frigidus. Porrò ijs quos ſyncope iam premit, ſi partes modo commemoratæ inflammatione uacent, panis exhibebitur modicus, isq; ex uino quod celerem in corpus digeſtionem adiuuet, ſtatimq; ad frictionem ueniundum eſt, quæ pro tradito quoque iam modo adminiſtrabitur: uerum quibus ex flaua bili, quæ os uentriculi infeſtet, ſyncope inedit ijs frigida offerenda potio eſt, uinum tamen tenue, rubens & uetus.

De his qui ob prætenues humores ſyncope opprimuntur. Cap. XXIII.

QVi tenuium humorum uitio ſyncope premuntur, diuerſam à ſupradictis curandi rationem deſiderant, ut quos dignoſcendi notæ illis contrariæ teſtentur. Nutrire hos oportet paulatim & continue. porrò ad exitium ſpectare exiſtimandi ſunt, ſi uel iecur ipſorum, uel uentriculum inflammatio obſedit, uiribus iã languentibus. In eiuſmodi affectibus emortua illa ſpecies in facie celeriter apparet. Sane nutrire quicquid horum inciderit, eſt neceſſe: ſicut etiam corporis ſumma denſare, non ſecus quàm priorum rarefacere, & frigidum ipſis aerem accerſire. Vngendi ſunt præterea aſtrictorijs unguentis. tum cibi ijs dandi, qui non admodum prompte difluant, non aqua mulſa, nõ ptiſanæ cremor, ſed panis & ſorbitio ex chondro, & fugaces fructus auſteri, qui non facile corrumpantur, tum ipſi per ſe, tum uero & cum pane. Vinũ ijs aquoſum neceſſariũ inter initia eſt, ſumptũ poſt cibũ.

De reliquis occaſionibus quibus ſyncopæ ſuccedunt. Cap. XXIIII.

REliquæ occasſiones, quæ ſyncopas concitãt, quatuor ſunt numero: dolor uehemens, uigiliæ, immodica uentris inanitio, ac in ijs qui aliena loquuntur, aliquando motus. Sed & quintã, ſi placet, addas, nempe principiorũ intemperiem. Celerrime igitur cor affectum in perniciem præcipitatur, mox cerebrum, deinde breui iecur.

De dolore. Cap. XXV.

ITaque dolor, qui ſtuporem inducit ex frigida oritur diſpoſitione. Pulſatilis labor magnæ inflammationis comes eſt. Sin autem tanquam ab aculeo impacto, aut ueluti à terebro forari putes, craſsi inteſtini ſpecies doloris eſt. pulſatilis, circa membranas conſtituitur: pertundens uehementisſimis nõ heterocrannijs ſolum, ſed cephalęis quoque accidit. Interim hic à parte primario affecta, ceu à radice ſubito in uicinas perfertur. Porrò diſtendentes utrinque neruorum dolores ſunt, cum & laborant, & ad utraque extrema tenduntur: minime uero in latitudinẽ porrecti neruí dolores percipiunt, membrana uero ſub cute porrecte tenſiuos, ſtupefacientesque dolores inducit, quæ inter carnem hæreſcit, tanquam dilaniantem cruciatum excitat: multæ ſiquidem & inæqualiter inhæreſcunt, & ipſam carnem amplectuntur. Quæ uero membranæ osſibus circũdantur, profundæ ſunt, ipſorumque osſium tanquam dolentium imaginem repræſentant. Quando igitur nulla extrinſecus doloris occaſio fieri apparet, præcedens uictus ratio uenit inſpicienda, fuerit ne præter conſuetudinem otioſa, aut cibis homo uſus ſit largioribus, ijsque ex ualenti materia uel ſolita excretio ſit retenta. Nam ſi ex his aliquod, uel omnia quoque appareant, doloris cauſa eſt repletio: ac quamcitisſime homo uacuari debet. Sic enim licebit tibi maxima cum ſecuritate ijs uti remedijs, quæ fluxiones dolentibus particulis incumbentes repellant. Si igitur ſanguinis ſit copia, quod diſtendit, ueluti in inflammatione oriri ſolet, protinus ſi uires patiuntur, ſanguis dimittendus eſt. Sed ſi æger ſanguinis misſionem timeat, uel imbecillis ſit uiribus, tum auertendus in diuerſum ſanguis eſt, tum per magnam uenam patienti particulæ propinquã deriuandus. Vbi uero uitioſus humor duntaxat affligit, purgãdus eſt. Si utraque coeant, ambabus utere uacuationibus, ſanguine prius emiſſo. Quod ſi his peractis dolor etiam remanet, conſtat profecto in ægrotante particula impactum eſſe quod afficit. Patet uero non minus & curationem ipſam per digerentia medicamenta eſſe moliendam. Pari ratione & qui ex flatuoſo ſpiritu dolores contrahuntur, curabimus: ſed ſimul in his potius tum extenuantibus cibis tum potione, tum per ſedẽ iniectionibus, tum cataplaſmatis auxiliantes, tũ irrorationibus atque fomentis ambiens ipſum corpus rarefacientes. Sin moles aliqua grauando, contundendoúe dolorem excitet, moli eidem

dem est medendum. Sin rodens humor est qui affligit, aduersissima huic sunt quæ extenuant & calefaciunt. Anethum oleo incoctum, dolorem lenit, & somniferum est: & uiride sicco magis.

Si corpus tabe consumatur. Cap. XXVI.

QVum per uentrem aliquid non ex esculentis poculentisq;, uerum ex ipsius corporis substantia excernitur humore in aluū ipsam confluente qui quidem flauæ bili continue per uomitum, & infra erumpenti consimilis est, odoris autem fœditate, tum quòd deiectus flauior & crassitie glutinosus, interim oleosus appareat, ab ipsa differt, tunc nimirum caro pinguis & recens coacta ab ardenti febre resoluitur, & eliquescit. Malo inueterante, nonnihil etiam ex ipsis solidis partibus absumitur. In hac perniciosissima febri frigidæ potio utilis est, quæ ex terra frigidissima petitur. Huiusmodi quoque esse conuenit cataplasmata, & epithemata, quæ refrigerent, thoraci & præcordijs imposita. Item cibi refrigerantes recte offeruntur.

De uigilijs in febribus. Cap. XXVII.

AT uero eorum, qui immodicis torquentur uigilijs, crura & manus uincire, quo tempore somnum captare solēt, iubemus & excitari. nonnunquam palpebras aperire, uel conniuere compelimus, donec abunde fatigentur. Inde subito uincula soluimus lucernamq; tollimus, & altam esse quietem iniūgimus. si nihilo minus uigiliæ pertinaciter urgent, ubi accessio remiserit, frons nigri papaueris capitum decocto, illuitur, naribusq; offertur papaueris albi cortex torrefactus detritusq;, & mandragoræ radicis læuigatæ tantundem cum uino. Item rosacei malagmate facies illinitur, serpilloq; cū meliloto in passo decocto. Hoc etiam inaccessionibus est utendum. uel trita papaueris capita excipientes pane cum rosaceo uel eiusmodi cerato illinimus. Cibus quodammodo sit plenior, exquisitiorq;. Adijciatur autem sorbitionibus capitum papaueris albi seminis cochleariū trium instar. oleribus cōmisceatur papaueris nigri, si quidē folia fuerint uiridia, quantum tribus digitis potest comprehendi: sin minus, tria quatuorúe papaueris capita sicca, simul incocta deligantur. Si ne sic quidem somnus accesserit, papaueris lachryma, aut succo mādragoræ circumlinentur. Iam eclegma ex papaueris capitibus compositum, & præsertim ex decocto, mensura cochlearij, uel unius, uel dimidij potum, somnum frequenter accersiuit. In quibus autem caput non est repletum, & uigiliæ infestant vtere in declinationibus etiam tali suffitu. folij amomi, costi, arnabo, singulorum uncia. carpobalsami libra, styracis, amomi, ammoniaci, bdellij scythici, mandragoræ radicis, lachrymæ papaueris, singulorum drachmis quatuor. Ex lignis cupressi accensis suffito.

Curatio soporis noxij, qui cataphora Grecis dicitur. Cap. XXVIII.

FRons posca, cui lactis aliquid sit adiectum, abstergitur, & summa ualide ligamentis excipiuntur. naribus admouentur quæ incisoriam facultatem obtinent. In remissionibus etiā cucurbitulæ ualenter dorso, & spinæ defiguntur. Si morbus his non cedit remedijs, etiam quæ sternutamenta excitant, obijciuntur. Ciborum materia sit quæ incidat diuidatq;, ueluti in præceptis de sanitate tuenda est comprehensum.

Curatio doloris capitis in febribus. Cap. XXIX.

SI capitis dolor in febribus affligit, post conuenientem febriū uacuationem in accessionum declinationibus, caput inūgi debet, primum communi oleo crudo, uel rosaceo, cui etiā aceti pauxillum sit admixtum: si æstas sit, & febris ardens, frigido: sin hyems neque febris ardens, calido, aut tepido. Incoquatur nōnunquam oleo & serpilli polygonijq; succus. per æstatem etiam papaueris capita, uel ipsum papauer: quemadmodum hyeme peucedani momentum. Quòd si uero dolor in fronte perseueret, sinciputq; pilis careat, hoc quoq; oblinendum est ueteri polenta & polygonio: uel pane similiter & rosis, uel modica myrto, uel serpillo. Quosdam & pulegium applicatum magis leuauit. Nonnullis etiam cum ignis sensus inest, psyllium polenta temperatum profuit, uel ipsum per se in uiscum coctione redactum, & continue mutatum. Item corianum similiter cum polenta, & aloe cum aceto illinitur myrrhaq;, & ammoniacum pari modo, necnon crocomagma. Pulsatiles dolores ruta, menthaq; cum pane difflat, rosaceo quoque superaddito. Atqui si dolor commemoratis auxilijs non elidi tur, primum caput ad cutem adtondere oportet. deinde pinguioribus asperginibus totum ipsum foueri mox cucurbitulæ occipitio aglutinari, & summæ partes deligari debent, permulceriq;. Iam uero irudines recte affiguntur. Cæterum si defluxio quædam à capite, uel grauedo oborta capitis dolorem suscitauerit, ijs utendum est auxilijs, quæ aduersus hæc suo loco perscribentur. Sin autem à stomachi regionibus uapores sursum tendentes caput offenderint, etiam horum ratio habenda est, ueluti præceptum à nobis est.

Quomodo stomachi curā habere conueniat. Cap. XXX.

SI stomachus imbecillis fuerit, corroborantibus oblinetur, quod genus palmulæ sunt, uinum, farinæ, crocus, mastiche, & aloe. aspergique

ſque debet medicamentis ex abſinthio, melino, maſtichino, nardo,& uino confectis. At ſi ardorem experiatur, miſcendum aliquod ex refrigerātibus, puta cucurbitæ ſuccus, lactucæ, portulacæ, ſolani, ſereos, & uuæ immaturæ. Sin autem inflāmatio quædam in uiſceribus appareat, etiam relaxantia quædam adiungenda ſunt: aſperſionibus, oleum chamæmelinum, cyprinum, adipes gallinæ, aut anſeris, bdellium, uel ammoniacum, & ſimilia: cataplaſmatis autem apij ſemen, fœnugræcum, althææ, chamæmelorum flos & ut uno uerbo expediam, compoſitam habeant facultatem, tum relaxantem ſubtilium partium amaramque, tum aſtringentem.

De immodico frigore in febribus & rigore. Cap. XXXI

RIgori, qui criſis ratione obuenit, remedijs occurrere non oportet: nec uehementiam eius diſſoluere. Quod ex ſudore frigus prouenit, prompte remittitur, ac nihil adfert moleſtiæ. In ſolo autem rigore, aut algore, ex frigidiſſima copioſaq; potisſimum pituita nato, primū quidē artus plurimis in locis conſtringendi ſunt, mox oleo delinendi chamæmelino aut cyprino, aut irino. Sin autem maiore auxilio tibi opus ſit, etiam piper oleo admiſcebis, uel cachry, uel adarcen, uel caſtoreum molliterque totum corpus infricabis. Porrò ne facile oleoſum iſtud præſidiū defluat, haud fuerit abſurdum & ceræ momentum colliquefacere. At ſi per hæc rigor non poſſit excalfieri, ualentioribus quoque ex his factis acopis necnon dropacibus & ſinapiſmis uti conſilium eſt, aliaque fomenta rite admoliri. Item acriora ex ijs quæ admouentur naribus, commode faciunt, calaminthe, pulegium & hyſſopum. Potui dabitur ante accesſionem mulſa. in qua piper, & ruta ſit incocta. ad hæc liquoris cyrenaici cocto melleformati inſtar mihi duabus horis ante accesſionem præſtabimus. Similiter & liquoris ſylphij. Ad hæc quod in quartanis ex liquore cyrenaico componitur, multis fuit auxilio. Iam uero in oleum largius, quod incaluerit nonnulli deſcendentes, rigores pertinacisſimos abſterſerunt, ut Archigenes memoriæ prodidit. Galenus autem ante accesſionem, cutem abrotano infricādum præcipit, uel calamintha arida, vel cunilę tū folijs tum floribus, uel coſto, uel pyrethro, utroque horum cum oleo, unde fiet, ut uel nequaquā, uel certe minus rigeant.

De ſudoribus. Cap. XXXII.

SVdores, quibus morbus ſoluitur, excipere oportet, quandiu ſatis uacuatum fuerit, adiutareq; fotu mediocri, & quiete. quamobrē non abſtergendus eſt: nam alius quoque alium elicit, & calido clyſtere in aluum dato, & ſorbitione, & ſomno. At ſudores in remisſionibus morborum erumpentes, ſimile ijs qui morbum finiunt, κριτικοὺς appellant, ad miniſterium capiunt. Itaque præſidia quibus ſudores euocantur, libro ſuperiore capite quadrageſimo octauo abunde ſunt comprehenſa. Cum enim ſudores largius eruperint, abſtergendo, leuandoq; operimenta refrigerare cōuenit. Etenim laſſant ſupra modum excidentes, ut in ſyncopen frequenter ægros perduxerint. Leui ueſte madidaq; debent eſſe cōtecti, feneſtris patentibus, ut perflatus aeris frigidior accedat. his ſomnus adiungatur, & euentilatio. Inſuper myrtus nigra in pollinem coacta, corpori inſpergatur. Similiter galla, picea cortex, electrum & polenta cum uino aſtringēte, particulis ſudores recipientibus imponantur, facieſq; poſca per ſpongiam aſpergatur. Archigenes etiam calcem non reſtinctam, & floces uini combuſtas, tum in his, tum in rigore, quem nullus euincit calor, aſſumit. Ambo ſiquidē, inquit, per fotus calidos ſiccefcūt. Media uero corporis loca delinēda ſucco arnogloſſę, uel coriani, uel portulacę, uel brasſicę pręcipit, ut cōſtricta, ſudores reprimant. Idem pręſtat reprimendo creta cimolia aqua diſſoluta, dorſo per ſomnum, & thoraci ſubiecta. Totum uero corpus roſoraceo perungitur, uel melino, uel myrteo, uel lentiſcino, uel ceratis quæ ex his conſiunt. Nam magis ſunt his idoneæ reunctiones, quæ latentes meatus obſtruendo, humoris exitum prohibeant. Patet autem omnibus quòd cibus quoque ſiccior his conuenit, & uina mediocriter aſtringentia. Cæterum largiore potu, & præſertim humidiore, tum crebris iniectionibus abſtineant. Si autem fieri poteſt, geſtatione corpus agitandum, in frigidiore ædificio, ut ſummæ his partes quàm maxime refrigeſcant. Qui porrò per eliſum ſudores fiunt, (hi autem uel ob dolores excitantur, uel conuulſiones) & retentione, fotuq; extremorum, & refrigerio per panniculos laneos acceríito, leuiter curantur.

De tuſſi in febribus. Cap. XXXIII.

TVsſi in febribus, præſertim cum rigore obuenientibus ocurrere conuenit. Nam tuſſis intentione, febris quæ inclinabat erigitur recolligiturq;. Aduerſus hanc formulæ medicamenti ex melle cocto coactoq;, hypoglottia uocant, offerruntur. Linguæ autem ſuppoſita, unde nomen habent, eliqueſcunt: & quod ſpirandi impedit facillitatem, diſcutiunt: tempus ipſarum eſt in accesſionum ſtatu, & ſpatio quod paulum accesſionem præcedit. datur etiam hydromeli diſcoctum. Quibus autem de neruoſo genere metus non eſt, temporis proceſſu exhibebis cum fiducia & oxymeli. ſin minus, hyſſopi decoctum, quod etiam rigentibus auxiliatur. Item caſtoreū

cum febris ardens non est, neruoso quoq; gene ri commiscetur. Adhæc eclegma ex piceæ fructu, nucleis pineis, itide, semine lini, amygdalis ama ris, & urticæ semine plurima uero ex parte cibis quoq; hæc simul adiungentur. Ac resina quoque & terebinthina in ouo exhibetur. Extrinsecus au tem thoraci, & locis arteriæ uicinis, lana sulfure infecta imponatur, ac pingue, oleumue rutaceũ esto, uel irinum, uel anethium. Præterea deligatura ualida in lõgum exacte porrecta, tussim co hibet: dico autem per medias partes extremasque. Non ratione caret, & apophlegmatismis tussis gratia uti, utroque herbæ pituitariæ genere, & syluestri, & satiuo cõmanducato. uel cum mastiche summa debent infricari, contrectari, & ligaturis intercipi. deinde rursus soluenda est retractio. At si propter febris acrimoniam tussis con citatur, utendum est gargarizationibus ex aqua tepida, necnon frigida subinde profuit, & ex posca, & palmularum decocto, uel rosarum, uel dul cis radiculæ. Visceribus autem, uel etiam cordi ipsi inijciuntur quæ modice refrigerant.

De sternutamento. *Cap. XXXIIII.*

STernutamenta dum febribus incidunt, subinde molestant. Etenim caput replent, & uir tutem arguunt. Nonnullis sanguinem quoque eliciunt, & alia huiusmodi inferunt incommoda. Quare aduersus ipso remedijs pugnandum est. Cohibet itaq; sternutamentum inuadens, nasi perfricatio, frontis & oculorum apertio, studiosa palati frictio, ructus, illum intentio, capitis in altum eleuatio, inclinatioq; ad latus, summorum musculorum contrectatio, maxillæ musculorum perunctio, calentis olei in aures infusio, ligamentum calidum mento impositum. Caueri debet repentina ex somno excitatio, fumus, puluis, acrior odoratus piperis, castorei, sinapis, mentę, suauitas malorum, & farinæ odor. obtundunt enim sternutamenti elisum, & spongiæ ex mari inanes. Vbi uero cupiditas ster nutandi oborta fuerit: non autem sternutamentum erumpat, labij quies idonea est. tum acriorum odorum experientia, & animi remisſio.

De cibi fastidio. *Cap. XXXV.*

QVibus uitiosi humores fastidium procrearint, ij cibis & poculentis solicitandi sunt, qui huiusmodi succos uel per uomitiones, uel per aluum excernere soleant, uel contemperat, meliores reddant, quorum materiam libro superiore, qui totius operis primus est, cõprehendimus. At si ob uirtutis imbecillitatem, cibũ respuant, quoniam omnis facultas ex particularum intemperie infirmatur: conuenit intempera menti speciem, contrarijs medicari. Plura de fastidio, in stomachi uitijs, libro tertio pertractabimus. In febricitantibus autem, statim per initia cibi cupiditas, ijs quæ odorem mouent, recuperanda est. Potissimum uero polenta in aquam mersa, uel poscam, uel dilutam uini potionem, uel cuiusdam odorati, & fructuum fugatium qui astringant decoctum, item perunctione blãda, & moderata totius corporis frictione, elidi tur cibi fastidium, ac contrectatione tum frontis collutione, aquæ sorbitione modicæ. Cæterum stomachus digito immisso turbatus, ad cibum assumendum quodammodo solicitatur, idq; potissimum bilioso quodam humore, aut acido sursum educto. Secundum primos dies, cataplasmatis quoque à foris stomachus ad cibum cõuer titur, ex palmulis, malis, œnanthe, absinthio, & aloe confectis. Cibi autem præparentur plures simplicesq; & frumentacei. Insuper alterius generis uarietatem quandam sortiti, qui tamen non ab ijs abhorrent, qui in febribus dantur, in quibus & fructus fugaces conueniunt, qui non ex facili acescunt, neque nimium dulces sunt, sed maturi, neque ad facietatem exibendi, uerum quantum ad aliorum ciborum cupiditatem excitandam sufficit. Præsto autem sint reficiendis familiarissimi, qui tũ corripere ægros, tum adhortari queant. Porrò febribus solutis, si in uirium recreatione perduret fastidium, etiã sisarum cum oxymelite coctum, lactuca, oliuæ halmades, capparis, salsamentum, bulbi & quic quid ad bonitatem stomachi facit, accommode tur. Nec non & illud ipsum in memoriam reducatur, quibus cibis per sanitatem maxime usi sint. item ambulationes, gestationes, clamores, dropacismi, frictiones & exercitia adhibeantur. Præterea absinthij succi potio, uel aloes, acetique scillitis instar mistri absortum, in id uehementer efficax est.

De grandi fame, quæ Græcis bulimos dicitur. *Cap. XXXVI.*

SI uero in grandem famem, quam bulimon appellant Græci (dico autem cum minus quàm par est, cibos corpora sentiunt) fastidium inclinauerit, hisce reficiemus, tum alijs, quę naribus admouentur, suillisq; carnihus assis, & hœdinis. In summa omnibus, quæ nidorosum odorem repræsentant. Acirmonia sanè febrium lenita, & extremæ partes deligari ipsiq; excitari debent, maxillas pungendo & crines, uel auricu las uellicãdo. refectis, panis ex diluta uini potione, uel aliud quippiam distribui facile exhibetur.

De canino appetitu. *Cap. XXXVII.*

ETsi hoc symptoma febribus non adeo superueniat, sed nonnunquam secundum ipsas,

præſertim gratia cognationis, quam cum faſtidio contraxit, nil tamen fuerit mali, etiam de immodico appetitu, quō ambo naturæ modum excedant, ſermonem inſtituere. Quoniam igitur à pituita potisſimū acida conſtituitur affectus, iis utendum eſt, quæ hanc incidant repurgentq;. Talia autem ſunt maxime, dulcia, ſalſa, & alioquin abſtergentia calida. Vinum igitur ipſis recte datur copioſum, ex eorum numero quæ impenſe calefaciūnt, cuiuſmodi habentur colore uermicula, aut rubra, aſtrictionis expertia. Verum dulciora potius propinantur, uel non ſitientibus. At cum optime habuerint, primum ipſis pinguia, mox alia omnia ex oleo largiore præparata, quibus nihil auſterum, aut aſtringens ſit adiectum, offerentur. Hæc etenim, licet aduerſus ipſam cauſam manifeſte non pugnent, attamen impotentē ad cibos animi impetum diſſoluunt. Horum autem penuria conſiſtentiam pituitæ ſtomacho inhærentis abſumit, minuitq;. Iam ſalſamenta ipſis commode exhibentur, ab his vina commemorata liberaliter aſſumpta proſunt, quod ubi longiori tēpore fecerint, caninus appetitus finitur.

De ſiti. Cap. XXXVIII.

SItim admodum longam fieri exiſtimabis ex ſiccitate, aut caliditate, particularum per quas humor ex ore in uentriculum defertur. & ſiccitatis quidem remedium eſt ſomnus, caliditatis autem uigiliæ. Nonnulli uero ſitibundi ex uino ciborumq; caliditate fiunt, quibus medetur frigida potio. Prauas autem qualitates deſiderant, quemadmodum & cibos, prępollenti humorum uitio reſpondentes. Cęterum ſiti preſſos inextinguibili, unde etiam mortem oppetierunt, noui qui uiperas dipſadas aliquando uoraſſent. item qui vino veteri ſeſe inebriaſſent, item nauigantes, qui ob aquæ potabilis defectum, marinam bibere auſi, interierūnt. Verum ſitim in febribus placare ſolet, fotus capitis ex oleo frigidisſimo, uel roſaceo, uniuerſim ſuperaccommodatus. Optime facit ad ſitim nigræ lactucæ ſemen commanducatum. item glycyriza appellata. adhæc cucumeris ſemen in ore retentum. Datur etiam ad ſitim hoc catapotium. cucumeris domeſtici drachmæ octo, tragacanthi drachmæ quatuor: tragacanthum ſoluitur ouorum crudorum retentium albumine. & cum fuerit diſſolutum cō tritumq;, cucumeris ſemini prius lęuigato adiungitur. Poſtq̄ emolieris, pilulæ formantur, in umbraq; ſiccantur, ex his una ſub lingua tenenda exhibetur: humor paulatim ſaliua ſolutus deglutitur. Iam dilutum malorum cydoniorum, uel pirorum, uel meſpilorum, uel pampinorum uitis, uel mali granati ſuccus ſorbitioni datur.

De linguæ ſcabritie. Cap. XXXIX.

HVmectanda eſt linguæ ſcabrities, lini ſeminis decocto ægris in os dato melius autem facit myxa cum lini ſemine incocta, ac digito in hunc ſuccū demerſo lingua infricata, aqua puriore abluitur. uel ſpongia abſtergitur. deinde roſaceo illinitur, iam ipſum roſaceo melle contemperatum, in id ualde efficax eſt, & portulacæ ſuccus in ore retentus. item rhu obſoniorum mulſæ admiſtum bene facit. inſuper Damaſcena, & myſclion (hoc autem eſt myxa) ore retenta & linguæ, circundata. His adde etiam lactucæ cauliculum. Archigenes autem tradit etiā ſalem indicum, colore quidem & ſubſtantia communi ſimilem, guſtu autem mellitum, lenticulæ inſtar, vel plurimum ad fabæ magnitudinem deuoratum, uehementer poſſe humectare. Cæterum in latus decumbere prodeſt, nam ſupinus cubitus exiccat: item os conniuere. hiatus enim madorem abſumit. Sternutamenta porrò accerſita, linguas quouis alio plenius humectant.

De nauſea. Cap. XL.

CVm ſine cibo aſſumpto nauſeabundus æger efficitur, cuius licet, arbitror ratiocinari prauos humores uentriculum obſidere. Nōnulli uero turbantur, ſed nihil euomūt, humore ipſis tunicis imbutis. Pituitoſos itaque ſuccos concoquere oportet, ſeruando ægrum in quiete, inedia, & ſomno. tenuiores uomitus eijcit, qui nonnunquam ex ptiſanæ cremore, uel mulſa excitatur. glutinoſi humores & craſſi, attenuantia deſiderant. quod genus eſt oxymel, & ſimilia. Humiditate autem praua tunicis impacta, picra ex aloe utilis eſt. verum quæ aſtringunt, haud mediocrem noxam conciliant, quemadmodum rurſus, cum humiditas multa citra malitiam ineſt, aſtringentia quidem q̄ utilisſima ſunt: medicamētum uero ex aloe in marcorem perducit. Cum uero frigiditas humori adeſt, aſtringentibus miſceri etiam debent calefacientia. Nota eſt frigida affectus, quòd neque ſitim, neque ardorem eo detenti experiantur.

De bilis uomitione. Cap. XLI.

BIlem uomentibus cataplaſma applicandū eſt ex palmulis, malicorio, galla uinō incoctis, uel poſca, pane ſimul contrito: Item acacia, hypocyſtis, balauſtium, & rhu cataplaſmati adiungantur. Præter hæc cucurbitula admota magnifice auxiliatur, cum largiore flamma. cibum uero frequenter paulatim dabimus. In his autem qui atram bilem uomunt, & inflationes ſtomachi experiuntur, ſpongias aceto quàm acer

rimo

rimo calente madidas imponito, vel hederæ folia uino incocta illinito.

De singultibus. Cap. XLII.

Singultus oritur uel ex repletione, uel inanitione, uel succis acrioribus stomachum erodentibus, quibus per uomitionē redditis, cessat. Pleriq; uero medicamentum diatrion pepereon assumentes, si statim uinū superbiberint, singultiunt. ꝙ aūt nonnulli ēt cibo intus corrupto singultu infestentur, cuilibet notū est, iā non pauci rigore correpti singultiunt. Vomitum itaq; ijs qui ex repletione, aut rosione stomachi singultu cruciantur, mederi abunde comperimus: calida uero, ijs qui ob perfrictionem. At quum ab humorum repletione, singultus originem habuerit, uiolēta indiget euacuatione, quā sternutamentū præstat, ob inanitionē creati singultus, sternutamento nō finiuntur: datur aūt singultiētibus ruta cum uino, uel nitrum in mulsa, uel seseli, uel daucū, uel cyminū, uel gingiber, uel calamintha, vel nardus gallica. Hæc sanè singultus ex ciborū corruptione, aut frigore, aut repletione contracti, auxilia sunt. qui autem ex frigidorum uiscosorumq; humorum copia singultū experiuntur, castoreum tribus obolis potui sument ex posca, idē cuti impositum unà cū oleo ueteri sicyonio adiuuat. Insuper acetum scillites, uel oxymeli potum conuenit. denique spiritus retentio, præsens est remedium.

De aluo in febribus astricta, & cita. Cap. XLIII.

Quæ arescentem aluum proritant, libro priore quantum res exegerit comprehendimus, quoniam uero eadem quoque liquida febribus incidit, in præsentiarum mentionem ipsius facere oportet. Multi enim non febris ratione, sed ob hoc solum accidens in perniciem præcipitati sunt. Principio igitur excipiemus quę egeruntur, nullo remedio occurrentes à corruptione & cruditate emanantibus. Sin autem uacuatio modum excedat, cohibenda aluus est, & si quidem acriora efferuntur boni succi esse, & alioquin crassioris conuenit, quæ assumuntur. huiusmodi existunt ex chondro, & ptisana sorbitiones. balnea his postq̃ morbus ematuruerit sunt idonea. Cum uero pituitosiora & fluida erūpunt, cōtra sicciores calidioresq; cibi erunt, quatenus febres permittant. Huius generis habentur, quæ ex panificijs calefacientibus confiunt. Balneis hi prohibendi si nihil aliud compulerit. Porrò ubi concoctrix facultas infirmatur, astringentibus tum cibis, tum remedijs utendum est. cibis sanè, in quibus maxime malum granatum, aut poma, aut pira, aut mespila sint iniecta. uel etiam hisipsis, & uino tenui odorato astringente: remedijs autem, cataplasmatis, nimirum ex polenta, palmulis, absinthio, rosis, myrtis, & consimili materia. Cæterum considerandum uenit, quibus potissimum particulis cataplasmata debeant imponi. dico autem stomacho, aut imo uentri: non nunquam & circa lumbos applicamus. Cruentas autem excretiones reprimunt ex thure confecta, desiccantq;, uel pollem polentæ, uel farinæ, uel thus, uel manna uino macerata, uel posca. Porrò acriorem humiditatem etiam iniectione per aluum, edulcare competit, nunc ipsa aqua, nunc ptisanæ cremore, uel chondri, uel oryzæ, uel tragi, idq; non semel, uerum sæpius. Postea uero adiungentur etiam rosæ siccæ, uel myrti, nonnunquam & gallæ, & ouum simul cum rosaceo uino que tenui astringenti, uel rosarum decocto inditum: uel sedi quoque appositum excernendi cupiditates retundit. Cum frequens desidendi est appetitus, agatium sedi accommodatum ex calidis spissamentis immittatur.

De sanguinis distillatione, & eiusdem ex naribus pro fluuio. Cap. XLIIII.

Quoniam distillatio totius corporis, aut capitis redundantiam innui, per extusionem, uel densitatem eueniens: largior autem excretio habilis est laxare & minuere copiam. ratioq; est inde ipsam moliri, unde natura proclinauerit. his ego consideratis ausus sum in quartanarum distillationibus scalpello, ut mos est, narium uasa conuulnerare, oportet autem non exiguo fluore contentum esse, sed pro uiribus detrahere. Spontanea in febribus per nares sanguinis profluuia, si in crisi fiant, excipere conuenit. sin autem sanguis immodice erumpat, sistere conandum est. Primum itaq; extremæ partes ualide deligabuntur, æger sublimi capite figurabitur. Videtur etiam præputij deligatura sanguinis peculiariter ex naribus profluuia cohibere. æger non expurget narium foramina, neq; irritet, uerum sanguinem concrescere sinat. nasus spongia, quæ in posca maduerit refrigescat, ac obturamen ex linimento naribus profluentibus demittatur, medicamento quodam ex eis quæ sanguinem comprimunt, inuncto: horum materiam, & reliquam locorum affectorum curationem libro subsequenti uerbosius persequemur.

Si anima deficiat. Cap. XLV.

Qui ex cholera, alui profluuio, alijsq; multis, & uniuersim factis uacuationibus, resoluuntur, ijs aqua frigida aspergitur, & nares comprehenduntur, os uentriculi infricatur uomitus præcipitur, stomachus turbatur, uel digitis immissis, uel pinnis. præterea pluribus uinculis ualide deligari debēt. Cum per imas particulas

ticulas uacuationes fiunt, manus: cum per superiores crura. Cæterum sanguinē fundētibus prospicienda est figura sine dolore sublimis, & cucurbitula defigetur, quæ particulas retrahat contrario uacuationem experiuntibus modo. Curat etiam uinum aqua temperatum resolutiones ex subitis uacuationibus ortas nisi uiscerum inflammatio, aut uehemens capitis dolor, aut attonitus aliquis affectus, aut febris ardens, in crudo morbo prohibeat: in his siquidem magna uinum adfert incommoda. Et si æstas fuerit, calidiq; temperamenti æger, ac frigidæ assueuerit, frigida exhibebitur. sin contraria euenerint, calida. At si ex sudoris copia animæ deficiunt, cutis dēsanda est, quemadmodū à nobis prius est dictum. Tū ut frigidus aliquis perflatus accedat, prospiciendū est. Porrò in uentriculum defluxionibus nihil horū cōuenit, præterquā ipsi uentriculo stomachoq; corroborantia admouere, & affectos in balneum ducere. Hoc siquidem illiusmodi fluoribus est accommodatissimum, uerum sanguinis profluuia, & sudores uehementer proritat. Qui ob plenitudinem animo destituuntur, uino ciboq; abstinebunt. item balneis, si febricitent. Potio autē mulsæ datur, in qua uel thymus, uel origanū, uel pulegiū, uel hyssopum sit incoctum. Propitiū uero ijs est & oxymeli. At si propter humores uitiosos in stomacho cōtentos anima defecerit, iubēdi sunt uomere ab hydrelæo, digitis, aut pinnis in os demissis. Sin autem uomere nequeant, oleum q̃ laudatissimum ipsis propinabitur, hoc enim & aluo ex inferioribus partibus īfusum, subinde uacuat. Iam uero absinthiū ipsis auxiliatur. Porrò si propter stomachi imbecillitatem dissoluātur, ijs uti expedit quæ firmando ipsi sunt: ueluti ante in capite de eodem comprehensum est, summaq; perfricare oportet. Exusti in sole ad balneū ducūtur. qui perfrixerunt, medicamen diatrion pipereon, ipsumq; piper assumāt. Qui uero ob caliditatem largiorem, æstumúe, aut lentā in balneo moram, animo deficiunt, curantur frigida aspersa, aeris perspiratu, stomachi frictione, uini cibiq; usu. Sin autem propter inflammationis magnitudinem, aut febris malignitatem in accessionibus animus deliquerit, perfrigescantq; artus, fricare ualēter iubeto, fouere & deligare. Ad hæc uigilias inediāque precipito. Ea uerò & ante accessione facienda sunt. Quibus ob siccitatem anima deficit, duabus tribusúe horis ante accessionem, cibus offeretur, uel chondri cremor, uel panis ex aqua simul cum mali granati nucleis, aut pomis, aut piris. Si autem magni periculi metus sit, etiam uinum dabitur. item ijs qui subito animam perdunt, his remedijs succurrendum est. ac vbiq; causam considerare conuenit, propter quam animæ defectus accidat, atq; contra hanc pugnandum est. Nōnunquam uero & symptomatis maior habenda est solicitudo, nempe cum periculum, uel etiam mortem minatur.

Quomodo ulcus circa os sacrum proueniens curetur. *Cap. XLVI.*

ET hic affectus, febribus potissimum lentis, ex diuturno decubitu superuenit. Cum itaque sacri ossis regio incipit rubescere, circulum ex lana iustæ magnitudinis, parti subijcemus, postea rosaceum, uel myrteum ceratum, quod argenti spumam, aut cerusam habeat, super accommodabimus. Inflammatione autē oborta, cataplasma ex pane cum solano, uel polygonio, uel arnoglosso, uel tenera brassica applicatur. Si ulcus serpat, lēticula cū malicorio illinitur.

F I N I S.

ALEXANDRI TRALLIANI
LIBER DE FEBRIBVS.

IO. GVINTERIO ANDERNACO Interprete.

De Febribus *Cap. I.*

CVM postulaueris à me charissime Cosma, ut curationes, quas in diuersis morbis frequenter sum expertus tibi exponerem, non grauate obtēperaui, ut qui fatear iure me gratiam utrisque, & tibi, & patri tuo pro beniuolentia, quam subinde mihi benigne præstitistis, debere. Hic enim protinus ab initio non in artis modo operibus, sed etiam in uniuersis uitæ negotijs commodus mihi fuit administer: tu uero cum apud Barbaros, neutiquam me propter casus euentusq; rerum quæ nos urserunt negligendum censuisti. Quare etiā senex in posterū uobis morē gero, & cum nō amplius

plius laborē ferre posſim,librū hūc cōſcribendū, & experimenta, quæ longo vſu, atq; exercitatione in hominum morbis à me ſunt comperta,in cōmentarium redigenda putaui. Oblectabit autem non paucisſimos, qui hæc citra inuidiam inſpicere voluerint, accurata iſta docendi ratio, breuitaſq; ſimul & perſpicuitas dictionis. Studui enim quantū licuit,uerbis uti communibus,magiſque perſpicuis, vt etiā vulgaribus liber eſſet dictione ipſa facilis & explicatus. Exordium itaque à Diarijs febribus ſumemus, diuinisſimi Galeni doctrinam pro uiribus hic quoque imitantes.

Quòd ſane Febris eſſentia,ſubſtantiaq;,& natura nihil aliud ſit,q̄ tum cordis tum arteriarū calor naturali contrarius,à pręſtantisſimis medicorum, Galeno potisſimum,& Hippocrati eſt demonſtratum. Quare huc Eraſiſtrati opinionē adducere, Aſclepiadiſque, & aliorum medicorum chorum, ſuperuacaneū exiſtimaui. Quod autem rationi conſentit,febrim à corde potius quam ab alia corporis noſtri particula proficiſci,multis licet argumētis colligere. Si quidē febris natiui caloris eſt mutatio,natiuus autē calor in corde exiſtit,cōſtat etiam febrim in corde ſedē habere. At quoniā febris eſt nō ſolus abſolute calor naturali contrarius,ſed in materia quadā ſubſiſtit, materia vero triplex genere in nobis habetur, manifeſtū eſt,ꝙ febris quoque in tribus cōſiſtere materijs cognoſcetur,in ſpiritibus nempe,humoribus & ſolidis particulis. Si igitur ſpiritus immutatus fuerit,febrim parit ex illo prouenientē,quā Græci Ephemeron,nos Diariā appellamus:ſin autem humores,eā quæ putredini fertur accepta:ſi uero particulę ſolidę,Hecticam efficiunt. Dicamus itaque de vnaquaq; quid ſit, & quomodo ſpecięs eius dignoſci optimeque posſit curari. Exponemus autem primum Diariam, utpote omnium ſimplicisſimam,quæq; ſimul uniuerſis magna ex parte hominibus ſuperuenire conſueuerit.

Diariarum notæ.

Febres Diariæ cum ex ſpiritibus habeant originem,nihil ſtabile,neque firmum continent,ſed uti celeriter generantur, ita etiam ſoluuntur. unde & Diariæ uocatę ſunt,ad unum uſq; diem,aut paulo diutius interdum durantes. Notari uero ipſæ hoc pacto debent, ex tactu, urinis,& præterea etiam pulſibus. Ex tactu enim caloris copia nobis innoteſcit, cum is ſola quantitate increuerit, ut ſpectare licet etiam calorem,qui in balneo excitatur. Ex urinis autem quoniā his per initia morbi manifeſtas concoctionis notas repræſentant, quod in nulla aliarum febriū ineſſe ſolet. Ac pulſus harum celerem arteriæ & eleuatam diaſtolē tardiorem uero ſyſtolen obtinent. Nam refrigerium magis quam recrementorum expurgationem requirunt. Iam eiuſmodi febres ſtatum quoque habent æquabiliorem,& declinationem,quæ in purum interuallum, perfectamque integritatem deſinat. Habentur autem aliæ quoque notę febrium, quæ ob ſpiritus conſtituuntur, uerum hæc quoq; abunde ſpeciem febris declarare uobis, & alijs à febribus poſſunt ſecernere.

Diariæ curatio.

Diariæ febres cum communem habeant generationem quantum ad ipſas attinet,communem quoque curationem recipiunt. At quoniam non una earum cauſa,ſed plures, & uariæ eſſe ſolent, de his dicendum arbitror. Etenim laſſitudo, frigus, repletio, inedia,uigiliæ, ciborum in uentre corruptio, ulcera & omnes (ut ita dicam) antecedentes cauſæ, has eo febres producunt. Quandoquidem igitur non una febris Diariæ efficiens cauſa exiſtit, ſed plures, conuenit etiam, ut nos non paucas quaſdam curationes, ſed cum plures unicuique ſpeciei conuenientes exponamus.

De his qui ex laſſitudine febricitant.

Qui ob laſſitudinem febricitarunt plerunque medicos non expectant,ſed ſtatim ubi febrim declinaſſe ſenſerint,ad balneum proficiſcuntur,tanquam à natura quadam edocti optimum præcipuumq; remedium eſſe defatigatis lauacrū. Hoc aūt plæriq; etiam medicorum inconſiderate faciunt:& nulla ratione habita ad lauacra tranſmittunt, unde interim non paucos inſigniter offendunt, Si namque corpus recrementis uacuum,neque plethoricum,aut uitioſis obnoxium ſuccis inuentum fuerit, maxime iuuantur,nec alterius indigent curationis. Quibus autem corpus omnibus ex æquo ſuccis ſcatet, plethoricum appellāt, & uitioſis infeſtatur,quod cacochymum dicitur, putredinique eſt opportunum, ut hinc non modo ſpiritus, ſed humores quoque antea incaluerint, uice uerſa plurimum offenduntur, & in febres putridas prompte incidunt, præſertim ſi uictu uſi ſunt minus curioſo. Ne igitur idem nobis quod illis accidat, primum notas earum perſequi oportet. Nōnullæ igitur earū ſunt exquiſitæ, nonnullæ uero nō exquiſitæ, cū ſint,in putridas prolabuntur. Ita nanque & lauare,& nutrire probe & non lauare rarius bona ratione poterimus.

Curatio eorum qui ex laſſitudine febicitant.

Quoniam ex laſſitudine febricitantes diligenter plane humectādi ſunt,& refrigerādi,fiet id cōmode balneis tēperatis,uictu,& unctionibus,quę nullam diſcutiendi uim obtinent. Nam in his omnia facere oportet,quę humiditatē potius augere, quā ex corpore auferre poſsūt. Quare neq; corpus multū perfricare,neq; tepida ex ſolo oleo unctione,ſed ex hydreleo magis vti oportet. Quippe id liberalius,quā ipſum oleū ꝑ ſe humectat,& pe-

nitius in corpus ab aqua transmittitur refrigerat que articulos excalfactos & feruidos ex nimio labore affectos. Quo circa neq; vngere in aere cali do neque perfricare conuenit, sudoribus enim manantibus ne humectare quidem prorsus unctio poterit, ut quæ cum eis à corpore decidat. Præstat autem meo iudicio multa tepidæ sudorē eluere & ægrotantē in exteriorem domum egressum strigilli abstergere atque ita hydrelæo perungere, deinde exiguo spacio interposito intrare ipsum, & in calentis aquæ solium descendere ita vt neque integram omnino horam in aere perseueret, sed tantum transire uideatur. Sic enim hume ctabitur, & metuēdū non erit, ne perustus incensusque ab aere, aliā rursus febrim acquirat. Hęc sane medendi ratio omnibus ex lassitudine febricitantibus conducit, præsertim ijs qui calidiore sunt temperamento. Ignoro igitur, cur Diuinissimus Galenus oleo quidē tepido duntaxat vsus fuerit, aquam vero ei miscere uitarit: licet enim & frigidam ei aquam, præterea etiam tepidam admiscere. In summa, ut cuiusq; temperamentū est, calorisque & siccitatis ex lassitudine ortæ excessus, ita quoque unctione utendum erit. Quod si uero iterum rursus lauare ægros uolueris, eodemque modo perungere, & in calidæ solium demittere, & in eo, aliquandiu immorari ualde qui dem ipsos hac ratione iuuabis, ut reuersi à balneo lassitudinis omnisq; intemperiei prorsus obliuiscantur. Atque hac ratione etiam in ijs utendum erit, qui ex uigilijs febricitarunt, item qui ex mœrore: & in illis qui ex morbo se recolligunt. Restat nunc, ut de his sermonē instituamus, quibus cruditas superueniens febrim Diariam excitauit.

De his qui ex cruditate febricitant.

Cruditas ex caliditate, magis autem ex frigida intemperie generatur. Notatur facile ex ructu, nidoroso quidem in his, quibus caliditas cruditatem induxit, acido uero, quibus frigiditas illam peperit. At non solum ructus, sed etiam aliæ omnes notæ attendendæ sunt ætas inquam, temperamentum, studia uitæ, & reliqua totius uictus ratio. Neq; enim si ructus est nidorosus, calidam iam quoque cruditatem esse prorsus suspicabimur. Interdum enim ex ingestorum etiam qualitate fuit excitata, uel cum ægri ipsi nidorosum, aut melleū quid in cibo antea assumpserit. Quin nec acidus ructus omnino suspicionē nobis præbet, ut frigidam intemperiem dicamus, quippe etiam acidus cibus, & acerbus frequenter effecit, ut ructus acidus appareret, interim uero caliditas quoque, nam acidus ructus nō solum ex frigiditate, sed calida etiam intemperie generatur, fieri que non potest, ut eiusmodi cesset ructus, nisi quis refrigerāte & humectante uictu usus fuerit. Conuenit igitur cruditates ex omnibus iam com memoratis internoscere, atq; ubi sic discretæ fuerint, firmam earum curationem aggredi.

De ciborum corruptione ex caliditate, & nidoroso ructu proueniente.

Qui sane ex caliditate ciborum corruptionē nidorosamque cruditatem sustinuerunt, eaq; de causa in febrim Diariam inciderunt, ijs non calefacientes cibi, aut potus adhiberi debent. Et si enim exiguo tempore mitigari, leniriq; uidebuntur, flatibus qui infestabant, dissipatis, postea tamen occasionem præbent, ut febris Diaria magis incendatur, interim uero, ut etiam febris, quę ex humorum putredine oriri solet, rursus subsequatur. Ne igitur hæc ueniant, congrua uictus ratio præscribi, & curatio quæ è contrario repugnet, adhibenda est. Quippe fieri nequit, ut affectus qui infestat, ex toto conquiescat, & ueluti radicitus excindatur, ubi causa quæ ipsum efficiebat, prius non fuerit sublata. Quare si tibi cibus, qui ad nidorosam cruditatem inclinauerit, suspendere adhuc in uentriculo uideatur, tūc potio ni aqua calida potissimum est sumenda. Hęc nanque partem humorum eluere, abstergere, & ad inferiorem uentrem propellere, partem uero ut in corpus etiam distribuatur, præparare, & præterea spiritum iam siccum, incensumq; temperare, & lenire, meatusque laxiores efficere potest. Haud noui, an quis hoc præstantius remedium ijs qui ex calida intemperie cruditate laborarunt, eoq; in Diariam febrim inciderunt, excogitare possit. Quod si uero cibi corrupti non in uentriculo hærere tibi uideantur, sed per aluum egeri, rursus hic non solum non impediri, sed etiam adiuuari debet, quo ea quæ corrupta sunt, per uentrem potius queant excerni, sin autem immoderatius per aluum ferantur, rodantq; intestinum, etiam hic ad balneum ægros ducere conuenit, & uentris iecorisque regionem potissimum uino meli no perungere, & pane ex aqua calida nutrire. Porro inijciatur in eam & apij & coriandri radix, uerum apium nō multum in ea efferuescat, sed protinus, antequā in calida ualde maceretur, auferatur. Si uero caliditas, aut inflammatio quæpiam uentriculum obsederit, neq; radix apij, sed coriādri tantū immitti debet: uel offa panis calidæ iterum, aut tertio intincta esui per se exibeatur. At si uenter copiosius profluxerit, ut deinceps uires debilitentur, etiam omphacomeli, aut hydromelum, aut hydrorosatum dabitur. Sin autem nulla inflammatio uentriculi os obsidere uideatur, uini Cnidij, aut Sabini quod exiguam habeat astrictionem, momentum propinari ipsis debet. Sin uires nullam noxam expertæ fuerint, caue ne uinum permittas, præcipue calidiore temperamento præditis. Si nanq; nidorosa cruditas ex calore acciderit, constat magis eam in calidioribus au-

ctum

ctum iri, si uino uti uoluerimus. Ac mirari mihi subit, quomodo diuinissimus Galenus in opere de medendis morbis calefacientibus remedijs usus appareat. Nam antidotum quod à triplici pipere Græci diatrion pepereon appellant, & illud quod ex malis cotoneis paratur, exhiberi ipsis permittit, extrinsecus autem rursus uentriculo purpuram nardino, absinthio, & mastiche imbutam, applicare. Atque hæc calida imponere iubet, ne uentriculi robur dissoluatur. Ego uero ea neutiquam calidiore affectu pressis cõuenire arbritror. Atque hæc nequaquam dico contradicendi studio, sed quòd ita mihi ueritas habere uideatur, quam semper cuiuis præponendam censeo. Si enim nidorosus ructus, & cruditas à caliditate prouenerit, conueniebat, vti arbitror, contrarijs hanc remedijs moderate utentes, ita medicari. Sin autem à calidioribus pinguibusq; cibis orta fuerit, etiam sic uictus cõtrarius, qui modice refrigerare possit, iniungi debebat. In summa didicimus, omnia quæ naturam excesserunt, contrarijs curari oportere, & rutaceum oleum, & si quæ alia est calida iniectio, adhibere dissuadeo. atq; hoc cauendum est, in quibus corruptio & febris ex calida intemperie sunt subsecutæ.

De his qui ex cruditate febricitant humore magis acido proueniente.

Hactenus de his, qui ob nidorosum ructum febricitarunt egimus. nunc autem dicamus etiam de illis, qui ex frigida intemperie in cruditatem inciderunt. Acida cruditas non adeo celeriter febrim solet accendere. si uero etiam febrim excitare contigerit, perpende, & disquire, num quando que etiam calida intemperies acidum ructũ procrearit, fit enim interdum, ut is non solũ ex frigore, sed etiam ex caliditate frequenter oboriatur. Idem siquidem in externis quoq; uidemus. Accidit enim in calidis pariter, & frigidis admodũ domicilijs, ut uinũ nonnunq̃ in acidum cõuertatur. Similiter aũt in fermento quoq; idẽ spectare licet, hoc etenim in calidioribus retentum domicilijs, in acorem mutatur, idem uero experitur, ubi à gelido aere fuerit refrigeratum. Quare unum idemq; accidens à contrarijs causis generatur. Attendere igitur oportet signa, tum præsentia, tum quæ præcesserunt, ut ex omnibus possis cognoscere, quæ tandem sit causa, calida ne, an frigida, atq; ita ad curationem uenire. Quare si acidus ructus ex caliditate prouenerit, refrigerãtibus, & potu, & cibo uti conuenit, præcipue his, qui resistere possunt, & non facile corrũpi. Quapropter neq; cremor ptisanæ, neq; halicæ ipsis est exhibendus, facile enim corrumpuntur, & in stomacho supernatant, suspenduntur q;, unde etiam accidit, ut ipsis magis accescãt. Itaq; pisces, qui dura carne sunt præditi, his expediunt, & gallinæ ex decocto, aut simplici iure paratæ, adhæc Isicia similiter dura, cuiusmodi sunt, quæ ex buccino, & glauco, orphoq; pisce potissimum conficiuntur. Nec mireris quod hæc dicam, qui nanque ex calida intemperie acores experiuntur, eos etiam si pedem bubulum exhibeas, nõ offendes, immo adiuuabis quoque. Ego sane noui quendã cum longo tempore acorem experiretur, his me cibis persanasse. præterea etiam ostrea non cocta, & duracina exhibui, omniq; alimento quod refrigeraret, ægre corrumperetur mutareturq;, sum usus.

De acido ructu, qui ex frigida intemperie nascitur.

Quòd si acidus ructus nõ à calidiore, sed frigidiore intemperie originem traxerit, tunc potius uictus calefaciens, & antidota conueniunt, cuius modi sunt tum quod ex malis cotoneis cõficitur, tum quod à triplici pipere Diatrion pepereon nominatur, adhæc fomentum ex nardino. Quæ igitur diuinissimus Galenus in nidoroso ructu fieri præcepit, ea ego omnia ijs potius, qui ex frigida intemperie cruditatem sunt experti, conuenire, & non aliter habere posse arbitror.

De febribus diarijs, quæ ex obstructione generantur.

Febris Diaria ex uiscosis etiam crassisq; humoribus nascitur, dum nimirum excrementa propter meatus occlusos nõ perspirãt, fiuntq; acriora. Aduertere igitur animum hic, & internoscere oportet, sola ne copia, an crassicies sola, & humorum lentor obstructionem effecerit. Si enim copia pepererit, ante omnia sane per sanguinis missionem vacuatio tentanda est, deinde sic particularibus vtendum præsidijs, quæ laxare, discutere, vel extenuare possunt. Nam si vacuatione omissa laxantibus quispiam, aut discutientibus uti voluerit, malorum magnorum autor erit, quippe obstructionem multo adhuc maiorem reddet, discutientibus ante concoctionem, aut euacuationem vsus remedijs. Quod si non copia, sed uiscosi crassiq; humores obstructionẽ procrearint, sanguis mittendus non est, sed decoctis potius quibusdam vtendum, quæ extenuare possunt, ita vt non calefaciãt, nec inspergere oportet, quæ uulgares medici temere audent, vt serpillum, aut calaminthem, aut hyssopum, aut origanum, aut rutam his adhibere, ignari quod multo magis offendant, quã iuuent ægros. Et si enim materiã attenuare nonnihil uideantur, alia tamen ratione offendunt, dum febres reddunt acriores. Quare illa potius quærere conabimur, quæ abstergere & attenuare citra caliditatem nouimus. Hoc autem in numero habetur oxymeli, quod & generose abstergit, & febres non exacuit. At qui nec hoc in omnibus uerum existit. In quibus enim occasionem

nem morbi craſſa recrementa præbent,quæ & ob ſtructionem excitarint , & febrim accenderint Diariam, à calore, aut ſiccitate craſsitiem & lēto rem conſecuta, quemadmodum id in rebus plus æquo coctis,aut aſſatis nimium fieri cernimus,in his oxymeli exhibendum quoq; non eſt,neq; uero in quibus ſiccius eſt temperamentum,aut mœrores quidam, aut laſsitudines,aut ira, aut ſolicitudo, aut uigiliæ præceſſerunt. Etſi enim talia non admodum calefaciant,tamen ſiccando materiam adhuc magis craſſam faciunt,quam, ut arbitrantur, attenuent. Quæ enim à ſiccitate coacta fuerint, & craſsiora quàm prius euaſerint, nunquam eiuſmodi ſiccans aliquod medicamentum attenuare poteſt. Ego ſiquidem in huiuſmodi tē peramentis ſubinde ſpectaui,quòd oxymeli cuipiam propinatum, pro eo quòd urinas prouocare debet, retentionem potius, & obſtructionem materiæ pepererit, ut hinc etiam febres magis fuerint auctæ. Verum cum uulgare, iſti cauſam ignorent,ad alia eam referunt. Quapropter illis tantum exhiberi debet oxymeli, in quibus cruda craſſaq; & frigida recrementa hærent, ad hæc qui pituitoſo & frigido ſunt temperamēto, in quibus etiam cruditates, repletiones, & ocioſa potius uita præceſſerit. In his nanq; ipſis idoneum exiſtit,& ſi quid uiſcoſum inhæret,& craſſum, à frigidis cibis, aut potionibus collectum. Ex omnibus autē alijs quę medici ipſis in balneo, ad extergendam cutem, ut ſaponem, mel, & aphonitrū præcipiūt,hæc magis attenuare,& meatus obſtructos liberare poſſunt. Veruntamen in calidioribus temperamentis non ſolum ab oxymelite, ſed alijs quoq; decoctis,quæ ſiccare, aut calefacere poſſunt, abſtinendum cenſeo. Victu autem utendum humido magis, & tēperato qui nihil ſiccum,& acre in ſe habeat. Quare ptiſana, & foris & intus eſt eis aptiſsima, ut quæ præterquam quod humectet, etiam abſterſorium non nihil, & attenuatorium obtineat. Admiſceatur autem ei apomelitis paululum, nam id quoque abſterſorium quippiam citra ullum calorem poſſidet. Iam piſces hiſce cōueniunt,quippe alimē tum inde proueniens, & probe concoquitur, & nequaquam meatibus inhæreſcit, adhæc gallinarum cohortalium alæ, & lactucarum caules,intybi, & troxyma.Hac igitur uictus ratione illi ſuſtē tandi ſunt, in quibus recrementa terreſtria magis, & craſsiori quàm fuerint, à calore facta cenſueris. Sin autem nihil tale fuerit,pituitoſiora uero ea tibi appareant, quæ obſtructionem excitarint,tūc confidenti animo etiam decoctum apij, aniſi, adianthi,& oxymeli non modo ſimplicius, ſed etiam compoſitum propinato.Nā in frigidioribus tēperamentis,& in quibus materia pituitoſior eſt,& humidior,in his id quod à diuiniſsimo Galeno dicitur,uerisſimum exiſtit,nempe quod oxymeli tum obſtergit generoſe, tum febres non exacuit, in naturis autem bilioſioribus, & magis melāchoIicis rariſsime exhibēdum. Porro quod in uiribus iam magis debilitatis nullus eo uti debeat,id quoq; ijs conſtare arbitror,qui Hippocratis ſcripta didicerunt, & experientia quoq; perceperunt, quod uim etiam radendi inteſtina obtineat. Multas ſiquidem noxas,& incommoditates continet. Ac diligenter is, qui uelit aut oxymeli, aut herbarum decoctum,aut aliud quoddam inciſorium curationis gratia exhibere, tum facultatem eius quod propinatur, tū quantitatem, tum qualitatem, tum ordinem,tum ne temere, & indiſtincte in omnibus utatur remedijs, diligenter cognoſcere debet. Hoc enim ad præſtātiſsimum quemq; medicum pertinet,ut omnia perquirat, curioſeq; examinet, & pręſidia conſiderare diſtincteq; admoueat.

De febribus ex putredine creatis. ***Cap. II.***

QVòd omnes febres continentes ex materia quæ eas incendit,intra uaſa ſubſiſtente,& putreſcente generantur,omnibus in confeſſo eſt. Atq; idcirco etiam continuationem habent, neq; rigorem mouent, qui in externam cutem feratur, ſenſibileſq; particulas rodat,ut in his quæ intermittunt, fieri ſolet, unde in continē tibus, ſi inquit,rigor ſuperueniat, bonum eſt indiciū. Atq; hoc in ardentibus, quas Cauſos græci appellant,etiam uidere licet. Docuit autē nos id quoq; Diuiniſsimus Hippocrates, ubi ait, ſi ei qui ardente febri laborat,rigor ſuperueniat, morbi ſolutio expectanda eſt. Porro ſunt nonnulli, qui etiā febres intermittentes intra uaſa conſiſtere, quēadmodum & cōtinentes arbitrentur,ac nihil prorſus loci,ſed quantitatis & qualitatis ratione differre. Etenim in cōtinuis,& multam,& craſſam eſſe materiam exiſtimare cōuenit, atq; ideo neq; extra uaſa emitti poſſe,intermittētium uero tenuiorem,& ut in extimam cutem efferatur, magis idoneam. Porro huiuſmodi etiam intermittē tibus accidit, & materia extra uaſa putreſcit,urinæ quoq; teſtantur. Quippe materiam ipſam, quæ iam dudum computruerit,repræſentant. Atque hinc ſane integra morbi tempora coniectura depræhendimus, quando.ſ. concoctionis initium morbus habet, quando incrementum,& ſtatum. Alij uero non de loco ſolum in quo conſtituuntur & generatione quam febres habent,diſſentiunt,ſed etiam de materia ipſa,unde procreā tur. Nonnulli etenim in uniuerſum febres ex bile incendi dixerunt,cum febris res quæpiam calida ſit, & ſicca,talis autē bilis quoq; exiſtat ad generandos huiuſmodi affectus accommodata. Alij uero ipſorum nō bilem,ſed pituitam cauſantur, eo quòd hæc rurſus ad putreſcendum obturandumq; non parum eſt idonea,cum humida ſit & craſſa. Iam hoc quoq; nobis indicat ipſum pitui

tæ vocabulum, quod Phlegma Græce dicitur, à verbo Phlegin,quod eſt inflammare.Nam Phlegma eo quòd inflammet ipſum & calefaciat dictũ eſt, atq; hoc ſane palam eſt abſurdum. Cæterum de humore melancholico nonnulli opinati ſunt, nunquam ipſum febrim poſſe incẽdere, eo quod frigidus ipſe ſit natura, & ſiccus, nihilq; habeat humidi, aut calidi,unde putredines generentur. Nihil itaq; mirum eſt, quoſdam putare melancholicum humorem neutiquam plane putredinẽ recipere. Non deſunt, qui in uniuerſum febrim nunquam à putredine fieri pronunciarint. Nam humores in uenis exardeſcere,non putrefieri dictitant. Si nanq; hoc eſſet, inquiunt, cur tandem non etiam lumbrici, aut aliæ quædam beſtiæ in vaſis, ſi putrefactio eſt, gigni cernuntur, quemadmodum in uentre & alijs particulis? Quinetiã in externis omnibus hoc ſpectare licet.quòd quæ putreſcunt, uariarum rerum ſpecies generare ſolent,quarum nulla unquam per urinas excerni uiſa eſt. Dicendum igitur eſt putreſcere, & incendi, ut uidere id licet in pice & bitumine,aut arundinibus,aut chartis alijſq; multis fieri,quæ prompte ab igni afficiuntur, incenduntur q;. Sic igitur nonnulla etiam ſcintillam modicam nacta, magnam & immenſam flammam excitarunt, ut nõ ſolum uicina, ſed etiam omnia longius ſita combuſſerint. Tale quid etiam in nobis, inquiunt,accidit. Incipit enim ſpiritus inflammari, atque ex ardeſcere, non enim iam computreſcere, ipſum quoq; dicendum eſt,quia niſi ſpiritus humectantia & refrigerantia, quæ ipſum contemperare & mitigare poſsint conſequatur, etiam uicina depaſcitur. Atq; ex his ipſis ille nimirum primus eſt, qui ad hoc magis idoneus inueniri poterit. Non ſolum autem de putreſcenda in uaſis materia, ut opinor, diſſentiunt, ſed etiam de putrefactionis modo. Alij ſiquidem ipſam ex calido & humido, nimirum humiditate fieri dixerunt, ad vetera, & putrefacta ligna reſpicientes. Sic enim res habere uidetur,ac puto utroſque uera dicere, fieriq; nõnunquam etiam putredinem ex ſiccitate, magis autem aduſtione. Nonnulli uero medicorum nullam prorſus in uenis putredinem fieri, ſed magis in uentre exiſtimarunt. Eius autem rei fidem faciunt tum ex uermibus, quæ in eo generantur,tum ex recrementis ſubductis, quæ & malum odorem, & ad putredinem nihilominus inclinationem repræſentent. indicant hoc quoq; uomitus,inquiunt, qui crebro tam perfecte febres exciderunt,ut æger non amplius malam acceſsionem ſit expertus. Iam alios rurſus à febri liberatos ex una & ſola ſorbitione,uel iniectione conſpexiſſe, uerum nõ ex his modo,ſed alijs quoque multis accurate uidere licet,quod uẽter etiã febrium ex putredine ortarum cauſa exiſtat, forſan autem aliarum quoq; fons, & origo ipſe proprie exiſtit.

Notæ febris ex putredine.

In primis ſane ſcire conuenit,febres quę ex putredine oriuntur,non ſolũ à præcedẽte cauſa ,ſed etiam ex Diariarum febrium degeneratione originẽ habere. Cognoſces autem febrium degenerationẽ ex tribus hiſce notis potiſsimum, prima ſane eſt quòd febris Diarię quę præceſsit,non in purum deſinat interuallum: ſecundaq; ſtatus nõ fiat ad tolerandum facilis: tertia quod ſtatus non deſinat madore, aut ſubdore. Hæc ſunt indicia manifeſtiſsima, quod febris Diaria in putridam tranſierit. At in qualem febris ſpeciem degeneratura ſit, hac ratione,& coniectura colligere,& internoſcere oportet. Si nanq; pallidus æger fuerit uigilijs torqueatur, curis afficiatur, & ætate floreat, ſcito bilem totam Tertianam excitaſſe febrim. ſin autem albus,& uita ocioſus exiſtat Quotidianam eſſe putato, quemadmodum etiã ſi plumbei coloris,quartanam. Atq; hæ ſane notæ ſunt febrium Diariarum, quæ in putridas degenerarunt. Cæterum uero etiam generatim comitatur eas id,quod nulli aliarum febrium adeſt, ut rigor, aut horror, aut frigus ſuperueniat, præcipue intermittentibus. Nam in continentibus nihil horum euenit, uerum etiam ſi contingat, aut horror, aut rigor, in Semitertianis tale incidit. Adhæc inæqualis pulſuum motus,& caliditas has potiſsimum ſequitur,& quòd multas reduplicationes, quas Græci Anadiploſes uocant, præcipue efficiat,imiteturq; columbarum ſtercus, quod ſecundum putredinis ſucceſsionem, ignem accendit,ac rurſus conquieſcit. Iam rodẽs qualitas & ipſa maximum febrium ex putredine ortarum indicium exiſtit. Apparet etenim in Hecticis quoq;,ſed in alto magis delitefcit,ex putredine uero ortis febribus rodens qualitas per extimas partes maxime percipitur, inſuper maxima & certiſsima nota eſt, etiam pulſuum ſyſtole citatior, & urinarum cruditas, nã in Diarijs ſemper concoctæ apparent. Tantum etiam de febribus ex putredine internoſcendis dictum ſit.

De curatione febrium continentium.

Continentes febres ſolerti diligentia curari debent, ſubitoq; id faciendum, quo internotio dictauerit, ſiue ſanguinis miſsionem, ſiue purgationem requirat. Maximum enim incommodũ eſt,cum in omnibus morbis,tũ uero incõtinentibus dilatio. Nam febres uehementiores reddun tur,dum putredo augeſcit,& uires imbecilliores fiunt,ut quæ febrium magnitudinẽ non amplius ferre poſsint, neq; pręterea magnorum præſidiorum aliquod ad curationem admittere queant.

Internotio.

Qui igitur ſanguinis miſsione indigent, eos hoc

hoc pacto internoſcere tibi licet, urinas habent rubras, turbatas, & putridas, multumq́; acres, oculos biliofos, & rubros, totum corpus graue, uenas latiores, & earum torulos quam antea, tumidiores. Cæterum etiam cauſæ quæ præceſſerunt, humorem redundantem tibi indicabunt, præcipue uictus ratio. Nã ægri calidioribus magna parte cibis, potibus, uino liberaliore & magis uetuſto, carnibus pinguibus uſi deprehendũtur. Multi uero ex inedia, aut ira in continentes febres, quæ ob putredinem naſcuntur, inciderũt, alij ob ſanguinis uenarum in ano extantium, hæmorroidas Græci appellant, retentionem, alij uero ob ſanguinis copiam potius hæc habent indicia, nonnulli ex bile ſuperflua pallidi ſunt magis, & nigriores. Quando autem humores etiam plus æquo aduſti fuerint, tunc ipſis urina adhuc magis pallida, & ſubinde nigrior apparet, & deiectiones ſimiliter acres, & bilioſæ. Hoc igitur modo humores qui redundant qualeſq́; ſunt, cognoſcere oportet.

Curatio.

Itaq; febres ex putredine, & ſanguinis abũdantia ortæ, uenæ ſectione curari debent, non tamen minus etiam his, quia bile infeſtentur, ſanguinem detrahes, ſiquidem turgens, ad purgatio nem idoneus, craſsior, & copia tibi peccare uideatur. Nam perſpiratu diſcutere materiam intus latitantem, & putreſcentem conducit, quippe minor efficitur, nec permittendum ut ea propter copiam, & craſsitiẽ meatibus infarciatur, & putreſcat. Quod ſi uenæ ſectionem non poſsis ob uires ægri imbecilliores, aut quòd is ſanguinem dimittere metuerit, adhibere, tunc magis ad uictus rationem, quæ refrigerare poſsit, & humectare, nec non attenuare, & diffundere adeo citra calorem queat, reſpicito. Poſtquam uero hoc feceris, & materia multo minor, & concoctionis notas habere uideatur, tunc audacter aquam frigidam exhibeto.

De frigidæ potu.

Atq; id facies potisſimum, ſi æger aquam bibere conſueuerit, adhæc ſi nec inflammatio, aut ſcirroſus tumor, aut laxus, quod œdema dicitur, particulam quandam poſsideat. Si enim ex his aliquod apparuerit, aquæ potio uitanda eſt.

De inflammatione Eryſipelacea.

Quòd ſi inflammatio feruens, & Eryſipelacea fuerit tunc frigidæ potum exhibere, ne tentaueris. Prædicito autem id quod futurum ſit, nẽpe quòd feruor febris extinguetur quidem neceſſario, ipſa uero tota non prorſus diſcutietur, ſed tempore aliquo procedente febris reliquiæ adhuc ſuperſtites, tuto & particulatim diſſoluentur. Ego ſane noui aquam me frigidam alicui dediſſe, qui Eryſipelate infeſtaretur, ardentique, & continua febri laboraret, ac uehementiam febris ex ea reſtinxi, eripuiq́; periculis, dum fere ex intempeſtiuis cataplaſmatis, & inunctionibus interijſſe, ut medici ſemper in omnibus ſolent adhibere.

Notæ inflammationis Eryſipelaceæ.

Sciendum eſt eos, qui ardenti febri laborant ob Eryſipelaceam inflammationem magis quam alios ſitire, ueſtimenta à corpore proijcere. Euidentius autem hoc eſt indicium, quòd etiam tertio quoq; die acceſsionem ualidiorem experiuntur, & recrementa per aluũ bilioſa, & ſaniei ſimilia excernant. At qui in pulmone inflammationem Eryſipelaceam ſentiunt, non adeo uehementer ſitiunt, ſed frequentem magnamq́; reſpirationem ædunt, genas habent rubentes, linguam ſcabram & delirant: frigidumq́; aerem magis appetunt, magisq́; ab eo quam frigidæ potu iuuantur, quam ijs potius, qui in alia parte inflammationẽ habent Eryſipelaceam, offerre conuenit, illis autem, quorum pulmonem hæc exercet, frigidum aerem, ut à quo etiam iuuentur, ad ſpirandum magis procurato.

De cauſo, hoc eſt, ardente febri, falſa. Cap. III.

Scire hoc quoq; oportet, duas eſſe Cauſi ſpecies, unam ſane ueram, & exquiſitam, quæ omnia commemorata habeat, ſitim uehemẽtem, deiectiones bilioſas, linguam ſcabram, & nigricantem: falſa autem, & ipſa quoq; ſitim adfert, ſed non adeo vehementem, & intenſam, neque linguæ nigrorem, neq; excrementum per aluum excernitur bilioſum, ſed magis corrupta, neq; amaritudo in guſtu ex pituitoſo humore ſalſoq́; potius ſuperante percipitur, unde etiam periculoſa magis eſt, quam febris germana. Quapropter cauſis veris exquiſitisq́;, cum à flaua excitentur bile, aquæ frigidæ potio magis conuenit, aliaque omnia, quæ refrigerare etiam extrinſecus facultate, & actu poſſunt. Quibus autem ex pituita origo eſt, his frigida potio exhiberi non debet, ac nulla quę actu refrigerant, uerum illa potius, quæ mitem calorẽ, tepidumq́; ſortita ſunt, cuiuſmodi exiſtunt ſuperfuſiones etiam ſolæ, quæ ex lini ſemine parantur, ſubinde uero etiam quæ ex ordeacea farina aquæ incocta, cui chamęmelũ, & melilotum adiecta fuerint, conficiuntur: Nam lintei lanei iuri herbarum, quas diximus decoctarum, intincti magis conueniunt. At clarum eſt, quod etiam oleum quoddam, cuiuſmodi eſt chamæmelinum, roſaceum, & omphacinum, decocto recte accommodatur. Intelligendum autem eſt huiuſmodi fomenta non ſolũ falſis, ſed etiam germanis

germanis caufis cōducere,falfis tamen amplius. Quæ enim & facultate, & actu refrigerant, ea germanis potius competere, cuiufmodi funt etiā Lexipyreta,quæ ex rofaceo parantur,quibus adie ctus quoq; fit fuccus herbarum refrigerantium, cotyledonis, oxalidis, lactucæ, atriplicis,portu-lacę,plātaginis,& aliarū cōplurium.Cum igitur differentias ipfarum notaueris,& materiem,unde accenduntur, ita etiam intelligito, quatenus refrigerare, & quomodo id quod corrumpitur, expurgare debeas.

Ad ftomachum ardore æftuantem.

Quibus ftomachus ardore æftuat, probe facit aqua frigida cum rofaceo fubacta, & extrinfecus impofita, aut fefamum aqua maceratum, deinde cum rofaceo diligenter læuigatum.Item ceratū rofaceum bene facit,cui admixtus fit portulacæ, & uuæ acerbæ fuccus pari portione. Sin autem totum quoque corpus cerato inducto humectaueris, ualde commodabis.

Quomodo febres ex fanguineo humore prouenientes notari debeant.

Febres, quæ ex fanguinei humoris putredine accenduntur, inde cognofces,quod mitis ftatim calor ad primum manus tactum percipitur, qui nihil abeat rodens,& acre,quale in febribus,quæ ex flaua bile plus fatis adufta excitantur, deprēhēditur. Apparet etenim in febribus etiam ex pituita putrefcente creatis ftatim per initia calor tum mitis, tum vaporofus. fin autem quis manū diutius admoueat, paulo poft rodens caliditas tactui occurrit,veluti per colum quoddam,aut cribrum furfum emergens. Vbi igitur febres ex fanguine oriuntes internoueris, ftatim per initia, vt dictum eft, uenam fecato, eos autem qui ex bile febricitant purgato potius, fi materia tibi ad excretionem procliuis videatur, & febris quæ inuadit, vehemens non fuerit. Noui autem me etiam acuta laborantem febri purgaffe, verum huiufmodi multā diligentemq; notationē,& animaduerfionem requirunt,& medicum,qui animo fuerit confidenti. Abunde vero eft, etiam fanguinē duntaxat mittere,eo quod tutius efficaciusq; fit remedium, & refrigerante ac humectante uictu, atq; huiufmodi unctionibus in pofterum uti.

De uictus ratione.

In omnibus fane ptifanæ cremor idoneus exiftit,fed in germanis quidem, & perurētibus Caufis, quæ fiti uehementi cruciant,etiam refrigeratum cremorem concedere oportet,accerata fimiliter parare ex aqua frigida, rofaceo,& refrigerātibus, in falfis autem, nequaquam, uerum fufficiunt omnia tepida, & temperata, & nullum ex ijs quę uehementer refrigerare poffunt,habentia, porro lactucæ caules refrigeratas, oua, fimiliterque intybum agreftem,& domefticum,& cucurbitas ijs qui perardenti febri laborant, omnia exhibere conducit.oxymeli uero his dari prorfus non debet, nec multiplicia ac varij generis omnino decocta, vt quæ grauiter febricitantibus omnia fint inimica. Porro fi multis ægrum uigilijs conflictari acciderit, tunc ei antidotum, quod à papaueris capitibus Dia codyon Gręcis appellantur, offerendum eft. Quippe ubi deuoratum fuerit, fomnum inducit, & febrium uehementiam ardoremque obtundit. Quod fi vero etiam falfis Caufis ob vigilias, aut mentis alienationē ægro moleftam, dare ipfum cogaris,cum momēto apomelitis ei admixto,exhibeto.Sic nanq; metuendum non eft, ne medicamentum frigiditate materiam reddat crasfiorē. Ac rhodomeli & hydrorofatum aquę mixtum,ac rofatum ipfum per fe refrigeratum,ijs potisfimum qui iecoris ardorem fentiebant, me exibuiffe noui.

De balneo.

Lauandi funt, qui feruida & perardenti febri laborant,in domo potifsimum,ubi folium habeatur tepente aqua plenum, vt totum ægri corpus vndequaq; ab aqua operiatur. Non autem adiunges ei aliā præterea, neque omnino ipfam commouebis,vt quæ uires digerat, & conuellat. Quare neq; imbecillis admodūm uiribus præditos in folio lauare conuenit, quod apud Romanos in folium demittere,dicitur, illi uero in id defcendent, quorum uires diffolutioni & degeftioni, quę ex tepida prouenit,obfiftere ac tolerare pof funt. Tantum de caufis, & continentibus febribus dictum fit, putoque hæc abnnde fufficere. Si enim ex particularibus quippiam prætermiffum fuerit, ex his quæ generatim membratimque dicta funt, reliquum ipfe tibi inuenire poteris.

De Syncope quæ in febribus accidit.

Virium ruinę quas Gręci fyncopas appellant, fubito in ægris oriuntur,aut ex crudorum humorum præfertim os uentriculi grauantium copia, aut ex biliofis nimiumq; tenuibus, & qui facile difsipantur, humoribus, interdum uero etiam, dum ad os uentriculi confluunt, ut hac quoque de caufa vires conuelli profternarique cōtingat. Quoniam igitur uirium ruinæ non una ex caufa, fed tum ex crudis,tum ex tenuibus biliofisque humoribus oboriuntur, uidendum eft quomodo horum differentiæ difcerni, notarique debeant. Nifi enim difcrimina internoueris, fieri non poteft,ut remedia ad unamquamque caufam recte accommodes.

Nota

Nota febrium in quibus humorum crudorum copia syncopen inducit.

Qui sane ob crudorum humorum copiam in syncopen incidunt, primum sane faciem habent tumidiorem, pallidioremq;,os uentriculi totumque uentrem flatibus distentũ, adhæc pulsus exiguos, raros, & tardos, insuper ructus sustinent acidos, habitumq; pituitosiorem repræsentant. Iam ea quæ præcesserunt clarius tibi humorem superantem indicabunt. Nam cruditates tunc cõtinuæ plurimum præcedunt, ocia, intempestiua balnea, leguminum fructuumq; fugacium,& carnium repletio, uinique crassioris sinister usus hoc igitur modo,qui ex crudorum humorũ abundantia syncopen experiuntur,internosci debent.

Nota eorum, qui ob biliosos tenuesque humores Syncope conflictantur.

Qui ob biliosos tenuesque humores Syncope laborant, hac ratione internosci possunt. Primũ sane facies ipsorum squalida est, & sicca, pulsus exigui, inæquales,& inordinati apparebunt,deiectio autem biliosa est, uigiliæ magis quã in alijs vrgent, sitisque affligit.Iam ex alijs quoque multis notis discerni possunt, præsertim vero ijs quę pręcesserunt.Solicitudines enim,& tristitia,cibusque modicus ijs qui ex uitiosis, & acribus assumptis, hos præcedere magna parte consueuit. Sic igitur ipsi internosci debent.

Curatio eorum, qui Syncope periclitantur.

Curandi sũt, qui ex crudorum humorum copia in Syncopem incidunt, tenui uictu,atque omnibus quæ extenuare possunt. Salubre igitur est, quantum ad copiam attinet, uacuationem per se ctam uenã moliri,eamque rursus iterare, immo non permitte, ut humores crudi rursus in corpore redundent. Metus enim est,ne uires prostratæ humorem crudum nequeant concoquere, & distribuere. Satius igitur arbitror, ut uacuationẽ potius uitemus. Sin aũt humor usq; adeo superauerit, ut periculũ sit ne uires suffocentur,non ab surdum est tunc ex copia modicum subtrahere, & grauatas ipsas leuare. Videmus enim plerunque id etiam in igne euenire. Quippe cum is propemodum à uiridibus lignis extingueretur, sub inde paucis ademptis rursus illuxit, & ijs quæ ipsum suffocabant, superior euasit.Quapropter si vires robustæ, & copia quæ ostendit, admodum ampla fuerit, in eum modum est agẽdum.Sin autem imbecillæ fuerint, & cruditas multa subsit, frictionibus incumbendum, atq; ijs quæ sensim extenuare, ac discutere, crudosque humores, & incoctos possunt concoquere. Tale vero est chamæmelum, vt quod rarefaciat, dissipet, & causas morbi concoquat. At frictionem incipere conuenit à cruribus deorsum deinde ad totam spinã, & brachia transeundum est:postea rursus à brachijs ad inferiores partes & pedes,idq; frequentius faciundum est, ita vt virium ratio habeatur. Cum enim nonnulli sæpe immoderatam magis frictionem adhibuissent, vires subito digestæ,dissolutæq; fuerunt. Ego ita quendam ex inscitia fricantium in syncopen prolapsum conspexi.iusserat enim ille continue integrum diem & noctem ipsum perfricari, & à cibo omni ad quintum vsq; diem abstinere, deinde cum impie hoc ipse faceret,æger qui non potuit utrunq;,tum de fatigationem, tum inediam in alios quinq; dies tolerare, Syncope interijt. Conueniebat enim meo iudicio, eum qui tam immoderata frictione, & acribus oleis in usum adhibitis tantam cruditatem discutiendam putabat, non prorsus à cibo ægrum continere adeo, neq; rursus nimium eo grauare, sed ab immoderata frictione desinere. Nam vbi fames,laborandum non est,sicut inter omnia hoc quoque prudens ille senex pronuntiauit Haud noui, quid etiam Diuinissimo Galeno in mentem venerit, quòd ita faciundum esse præcipiat. frictionibus autem immoderatis utendum, oleumq; sicyonium inducendum, ac inediã imperet.Nam hyssopum ipsis una cũ modico melle bibere præcipit, nihilq; aliud ad septimum usq; diem assumere. Qui ò Dij immortales uires adeo ualidas esse cogitare poterit,qui simul omnia, & inediam,& frictionem pariter ferre queat. Mihi sane melius videtur, & moderatius perfricare, & rursus nutrire ad vires respiciẽdo, cremore ptisanæ, aut halicæ cum oxymelite, & pane in uinum tincto, ubi uires admodum imbecillæ appareant. Nam utrunque faciendo, ut interim sane ex copia humorum nonnihil per fricationem dissipemus,deinde rursus commodum alimentum,quod cõcoqui facile,& in partes corporis distribui possit, substituamus, tum uires conseruari, tum crudi humores probe concoqui poterunt.

De uino.

Vinum dare febris quidem causa nõ oportet, verum ob crudiorem materiam superantem, eorum quę sensim extenuare,& calefacere possunt, vsus existit. Nihil itaque absurdi est tenue,quod que in corpus facile distribuitur, & nullam manifestam astrictionem, aut dulcedinem obtinet,ex hibere,ætate uero non nimium recens, neq; uetus esto, neque colore nigrum, sed potius subrubens, & album, & substantia tenue. Cupimus enim, vt quam primum in uenas, totamq; corpus distribuatur, præsertim tum uires & collapsas,& in periculo interitus constitutas recreare festinamus.

De

De Balneo.

Qui ex humorum cruditate ſyncope laborant, non ſunt, opinor, ad balneum cito ducendi. Nam materia cum craſsior ſit, & copioſa, nondumque extenuata, eoq; diſcuti nequeat, inde magis meatibus infarcietur, & febres augebit. Vbi igitur humores extenuati fuerint, & concoctio iam appareat, ita tandem lauare ægros, & cibo leuiter calefaciente nutrire oportet, utpote porro probe cocto cum apomelite, & piſcibus ſi fieri poteſt, ſaxatilibus, ſin minus fluuialibus, quos Greci Anadromus appellant, ex oxymelite, & gallinarum cohortalium alis. Poſtquam uires ex his auctæ fuerint, citra noxã deinceps cibi offerri poſſunt, quæ ualentioribus ſint ad nutriendum materiæ.

Curatio eorum, qui ob tenuium humorum putredinem Syncope conflictantur.

Qui ex ſubtiliorum humorum putredine in Syncopen incidunt, eos conſtet contrario modo curandos eſſe uictu, qui humores craſſos reddat, & ægre in partes digeratur. Cremor igitur halicę iſtis conuenit, & panis hydroroſato, aut omphaco meliti intinctus, itẽ gallorum teſticuli, citrum, intybus lactuca, aſtaci, pectinas, buccina, erinaceus, amphratum, mala, malum punicum, pira. Atque hæc non una uice, ſed particulatim, & ex interuallis offerre conuenit, ut etiam id quod ratione alimenti datur, nõ grauet in Syncope uires, ſed potius auget.

De Vino.

Vinum his aquoſum dari debet, quale eſt Cnidium, aut Sareptinum, aut generoſum Sabinum: non ſi ætate nimis uetuſtum, ſed aquoſum adeo, neque merum bibatur. Quin & unctio adhibeatur, quæ nullam habeat uim cutis laxandæ, aut rarefaciendæ efficacem, ſed è contrario denſandæ, & corroborandæ: cuiuſmodi eſt etiam oleum melinum. Puluerum uero eiuſmodi uſus eſto, qualis roſarum flos ipſęque roſę, ſi inſpergantur, exiſtit, præcipue quando etiam ſudores copioſius erumpunt, & æger in Syncopen incidit, ad ſummam imbecillitatem perueniunt.

De animi defectione.

Quoniam uero animi quoque defectiones Syncopas inducentes ægris contingunt, uiresq; repente deijciunt, conſentaneum eſt ut de his quoque generalius diſceptemus, deinde ita, quæ etiam nobis tempus intelligenda obtulit, apponemus ijs quæ Diuiſsimo Galeno ſunt prodita. Ipſa igitur defectionis animi res una eſt, cauſæ uero ipſius multæ, & unaquæque ipſius ſpecies propriam obtinet. At de omnibus nunc ſcribere non licet, affectus autem qui ſimul comitantur, ſeorſum curari non poſſunt. Tantum igitur in præſenti libro de eis dicemus, quomodo quis acceſsionibus ſubito incidentibus queat reſiſtere.

De his qui ob ſubitas vacuationes animo deficiunt.

Qui igitur ob Choleram, inteſtinorum læuitatem, & alias ſubitas uacuationes animo deficiunt, ijs aquam frigidam aſpergere oportet, nares comprehendere, os uentriculi perfricare, ſtomachum ad uomitionem turbare, aut digitis, aut pennis inditis, imo & manus & crura ligare conuenit, ac deligaturæ plures uehementioresq; eſſe debent, in ſuperioribus quidem partibus, ſi deorſum uergat euacuatio: in imis autem, ſi ſurſum erumpat. Cæterum uinum aqua frigida dilutum Syncopis medetur, quæ ob uacuationes uno impetu factas & uirium diſſolutiones eueniunt, maxime cum defluxiones in uentriculum decubuerint: ſed inſpiciendum eſt, numquid uinum prohibeat. Balneæ fluxionibus quidem in uentriculum idoneæ ſunt, uerum ſanguinis fluorem uehementer irritant: adhæc eis qui ob copiam ſudorum animo deficiunt, atq; hi ratione maxime contraria curabuntur. Cutis horum refrigeranda, aſtringenda, non laxanda eſt, ac uinũ his potiſsimum frigidũ exhiberi, nihilq; prorſus calidum offerri debet, imo neq; ligare imos artus, neq; uomitũ cogere oportet, ſed uẽtorum ingreſſus ad eos potius moliri conuenit, ac domus aerem ad refrigerantem & aſtringentem qualitatem conuertere, myrtiq;, & uitium capreolis, & roſis pauimentum inſternere. Horum nullo uteris, ubi fluxiones in uentrem tendunt, nam fluxio augeſcit quantum cutis denſata fuerit. Qui igitur ob uacuationes diſſoluuntur, ijs hoc pacto ſtatim ſuccurrendum eſt.

De his qui ex copia humorum animo deficiunt.

Quibus ex copia animus deficit, non ſimiliter tractari debent, uerum artus in illis quamplurimum perfricare, calefacere, deligare conuenit, uino autẽ, ciboque, & balneis, ſi febricitent, abſtinere. Satis eſt eis etiã mulſam potui dare in qua thymum, aut origanum, aut pulegium, aut hyſſopum decoctum ſit: coducit etiam oxymeli.

De his, quæ ex utero animi defectionem experiuntur.

Et quæ utero diſſoluuntur pari modo præter quam oxymelite curandæ ſunt. Ac crura potius quam brachia earum deligare, ac fricare oportet. Quemadmodum enim quibus ſanguis ex utero immoderate profluit, earum mamillis cucurbitulas defigere ſolemus, ita quibus uterus ſurſum, & ad latus attractus eſt, inguinibus fœminibusque admouebimus, naribus, ea quæ fœtidiſsimum odorem mouent. Vteris autem odoratis, & quæ laxare poſſunt, ac calefacere.

De ijs, qui ob imbecillem ſtomachum animi defectionem experiuntur.

Quod ſi ſtomachus imbecillis fuerit, atq; ideo animus deficiat, obduci quidem debet ijs, quæ roborandi uim habent, cuiuſmodi parantur ex palmulis, uino, farinis, croco, aloe, ac maſtiche: foueri autem oleo abſinthite, melino, maſtichino, & nardino.

Si ardor ſtomachum infeſtet.

Si ardor ſtomachum exercet, refrigerantium aliquod miſcerit, debet ut ſuccus cucurbitę, lactu cę, portulacæ, ſolani, cichorij, & uuæ acerbę. is quidem nō aſtringit ſolum, ſed etiam confirmat. Iā aqua frigida tempeſtiue ijs data, quibus ſtomachus ardore ęſtuat, frequenter profuit. Sin autem intempeſtiue exhibeatur, ualde nocet: atque idcirco potius quando dari debeat, accurate internoſcendum eſt. Vinum autem calidum imbecilli ſtomacho ſi nihil aliud obſtabit, recte exhibetur. Iam extremorum frictio tales quoque inſigniter adiuuat, quod ſi ex his melius habuerint, ſi ardorem quidem in ſtomacho ſentiunt, ad balneum celerrime ducēdi: qui vero frigiditatem aliquam percipiūt, his medicamentum diatrion pepereon, ipſumque piper ſolum, & abſinthium propinari debet: qui ex vitioſis humoribus, ventriculi os rodentibus animi defectionem ſuſtinent, his aqua calente, & hydrelæo dato vomitus pręcipitur. Sin autem æger difficulter vomat, ipſas ſtomachi regiones, pedes, & manus prius oportet fomentis calefacere. Sin vomere nequeat, digiti, aut pennis in os inditis ad id prouocandi ſunt. Sine ſic quidem potuerint, rurſus eis oleum calidum quam copioſiſſimum exhibere conuenit. Solet autem frequenter hydrelæum non ad vomitum incitare, ſed uentrem emollire, id quæ non exiguum præſentibus ægris præſidium affert. Quare ſi æger non ſua ſponte ad uomitum proclius eſt, arte is ſollecitari debet: maxime autem rebus quoq; appoſitis id præſtare conandum eſt. At ſi uacatio ex his prouenerit, abſinthij turionibus decoctis mulſa potiri que dari, in ſequenti tempore uinum quoq; debet, & particulę uarijs modis tum exter nis Epithematis, tum abſinthij potione roborari, non tamē id per initia facere pręcipio, ſed poſtea cum uenter fuerit purgatus. Vbi uero humores in eo continentur, neutiquam eum aſtringere, ſed fomentis tantum calefacere, ut antea compræhen ſum eſt, oportet.

Si ob pituitam animus deficiat.

Vbi pituita frigida, copioſaque in ſtomacho collecta fuerit, is oleo, in quo abſinthij turiones decocti ſint, liberaliter fouendus eſt: deinde uero mel, piper, & antidotum, quòd Dioſpolites, ac uniuerſa uictus ratio inciſoria adhibeatur.

Si ob frigiditatem animi defectio eueniat.

Qui ob ualidas perfrictiones animo deficiunt eos ſimiliter, ac grandi fame infeſtatos curabis, nempe ut omni modo eos calefacias, tum uino calida diluto, tum cibis calori excitando efficacibus exhibitis. Adhæc perfricare eos, & ad ignem calefacere expedit.

Si ob caliditatem animus deficiat.

Defectiones animi ob caliditatem ampliorē prouenientes, refrigerantibus, & ijs quæ roborare poſſunt, curare oportet. Incidunt autem hæ ijs potiſſimum, qui in aere ſuffocato, & balneis diutius ſunt immorati. Roborabis igitur ipſos ſi quā primum aquam frigidam potioni exhibeas, refrigeria uentilando excites, & in aerem ducas: os uentriculi perfrices, uomitumque prorites: deinde uero & uinum, & cibos offeras.

Si ob igneas inflammationes animus deficit.

Qui ob inflammationis magnitudinem, & febrium malitiam animo deficiunt, cum in acceſſionibus perfrigeſcunt eorum artus ualenter perfricare, & calefacere, crura & brachia deligare oportet: uigiliæ indici ægris, omniſque cibus & potio circumcidi debet. Optimum autem in his eſt prę noſcere, quando futura ſit acceſſio, ut hoc ipſum antequam illa inuadat, efficere poſſis. At qui ex ſiccitate, & inedia in Syncopen per acceſſionem initia concidunt, optimū eſt ijs antea proſpicere. Si enim horis duabus, aut tribus ante acceſſionē cibo dato pedes & manus contineri iuſſeris, non interibunt. oportet autem cibos eſſe, qui facile & concoqui, & in corpus diſtribui poſſint. Si uero etiam uehemens aliquod periculum ſubeſſe conſideraueris, uinum mox exhibebis, maxime quod chondro incocto ſuperfuderis: ſi panem quoque in chondri uicem offeras, idem ualet. Quod ſi mediocris Syncope expectetur, neq; uinum dari debet, uerum abunde, tunc eſt malum punicum, aut pirum, aut malum, aut aliud quoddam pomū aſtringens cibo miſcere. Et ſi ob hæc acceſſionē moderate ferant, cum rurſus cibum offers, non neceſſe eſt, pomis uti. Hæc quidem agenda ſunt, ſi id quod futurum eſt, prænoueris. Illis autem qui repente in periculum incidunt, uinum exhibebis, panemque calidum & cum eo chondri ualde exiguum. Si enim copioſius cibos etiam concoctu difficiliores ita affectis dare uelis, non modo in Syncopen incident, ſed etiam ſuffocabuntur.

Si ob nobilis paticulæ obſtructionem animus deficit.

Quibus ex inſignis particulæ obſtructione animos deficit, oxymeli propinatur, & qui ex hyſſopo, origano, pulegio, & melle tum potus, tum cibi conficiuntur, exhiberi debent: imo etiam artus & fricare & deligare uincit. Iam prodeſt quoque cientibus urinam uti, cuiuſmodi ſunt ea quæ ex anetho, fœniculo, apio, ſpica nardi, dauco, & ami parantur. Ex quibus cum manifeſtum iam commodum apparuerit, uino etiam utendum albo, te nui, & non ualde uetuſto.

Obſtructionis notæ.

Deprehendes huiuſmodi oſtructiones cum ex alijs pulſuum inęqualitatibus, tum uero ex ijs maxime, quæ ex magnitudine, paruitate, uehemētia, & obſtructione cernuntur, depræhenduntur que, concurſu, ut uocant plethorico, non præſente. Sunt autem pulſus in ea, qui etiam ob magnas huiuſmodi affectiones intermittētes redduntur.

Cum

Cum animus ob sectionem abscessus, aut rupturam deficit.

Quibus propter rupturam abscessus, aut sectionem uacuationemq; uno impetu factã animi defectio orta fuerit, hos quamprimum odoratis recreare oportet: paulo autem post sorbitionibus concoctu facilibus alere.

Si ob gaudium aut mœrorem & similia: item si ob dolorem animus deficiat.

Qui uero ex tristitia, aut gaudio, aut metu, aut attoniti in animi defectionẽ inciderint, eos post quã odoratis admotis, naribusq; comprehensos restituerimus, ad uomitũ cogemus. Pari modo, qui ex uulneribus, ac doloribus articulorum, neruorum, & musculorum tendinum deficiunt, quam primum recreare oportet: postea affectus quoque curationem aggredi.

Si ob Ilion, aut Colum animus deficit.

In Colicis affectibus, aut Ileosis, aut aliquo eorum, qui adeo magnos cruciatus inducunt, comitantes animi defectiones, si affectæ particulæ foueantur, conquiescunt.

Si ob uirium imbecillitatem animus deficiat.

Sin autem ex propria facultatis quę corpus regit, imbecillitate animæ defectio contingat, quæ intemperiẽ illarũ partium comitatur, vnde uires ducunt originem, contrarijs curabitur, calefaciẽdo quidem frigidas, refrigerando autẽ calidas: atque in alijs simili ratione. Facultas igitur quæ uitalis dicitur, ex corde proficiscitur, quã ex obscuris pulsibus cognosci demonstratũ est: quę autẽ ex iecore prouenit, cruentis deiectionibus, quæ per initia quidem aquosæ & tenues, postea uero amurcæ instar crassæ fiunt. At quæ ex cerebro trahit originem, quam nonnulli singulari uocabulo animalem nuncupant, ex uoluntarij motus imbecillitate cognoscitur.

De febre Hectica. Cap. IIII.

CVm immodicus feruor humiditati substãtiali, quæ solidis particulis inest, superuenerit, non tamen hæc dissipata fuerit, uerũ salua adhuc in eis perseueret, semperq; ferueat, & nullam declinationem habeat, tunc huius febris speciem Hecticam nominant.

De Marasmode ex Hectica.

Quod si humiditas substantialis in nobis consumatur, huiusmodi febris à marcore Græcis ab solute Marasmodes appellatur. Sin autẽ in totum consumpta fuerit, aut torrefacta, tũc Marasmus constituitur: unde Hectica quidẽ non adeo difficilem curationẽ recipit, torrida autẽ ac marcida nullam. Ne igitur difficilibus curatu tanquã facilibus per ignoratiam manum admoueamus, & sperato successu frustremur, neque rursus curatu facilia, ceu deplorata uitemus, unaquæque ipsarum species ab altera diligenter nobis est discernẽda, ut hæ singulę etiã optime internosci queãt.

Quomodo Diaria ab Hectica discerni queat, & notari.

Hecticæ febres quemadmodũ Diarię frequenter etiam ipsæ præcedente causa nascuntur, & nõ semper à febrium ob putredinem ortarum transitu. Ad scire licet caloris qualitatẽ in Hecticis quidem acrem, & siccam esse, in Diarijs autem mitissimã, atque celeriter tactui occurrit, & quodãmodo imprimitur. Iam ex urinis quoque has licet facile discernere: nã si perfecta concoctio per initia tibi appareat, tunc Diariã febrim esse putato: cum autem cibus quidẽ sumitur, nulla autem concoctio appareat, Hecticam suspicari oportet, quæ etiam ex pulsibus notatur. Nã in Diarijs magni sunt, & celeres, in Hecticis autem exigui, & obscuri, cum sint uirium imbecillitatem portendunt. Iam numeris horarum inuicem discernuntur: nam horis decem præteritis si febris non cõquieuerit, Hecticam fore potius existimandũ est.

Quomodo Hectica à putridis discerni debeat.

Quod si febris interuallum prorsus nullũ habeat adhęc neque obscurior, aut uehemẽtior fiat, neque adeo ualida, Hecticam esse hanc putato. Nam in putridis & incrementum, & imminutio accidit, augmentum quidem in statu, immunutio autem in declinationibus.

Quomodo continens ab Hecticis discernatur.

Etsi uero Continentes hac ratione similes Hecticis uideantur, quod & ipsæ nec augumentum, nec imminutionẽ recipiunt, attamẽ caloris qualitate, & pulsibus ab ilis discernuntur, siquidem Continentium calor non est siccus, & acris quẽadmodum in Hecticis, sed etiam in summa cute magis apparet. Ac in Continentibus pulsus sane magni, & celeres existũt, in Hecticis autem & exigui, & obscuri. Hoc sane modo Hecticas ab omnibus ex putredine ortis discernere poteris.

Notæ Hecticarum maximæ.

Maxima uero nota est Hecticarum, quod à cibo caloris incrementum fieri uideatur. non est autem incrementum, sed caliditatis in alto cælatæ occultæq; argumentum. Quippe in his tale fieri contingit, quale in calce. Etenim ut ignis in hæc cælatus ab iniecta aqua deprænhenditur, sic etiam in Hecticis cibus, assumptus calorem in alto delitescentem foras euocat.

Notæ Hecticæ in Marasmoden febrim transeuntis.

Marasmodes febris ab Hectica profectæ signa etiã ex ipsa sola ægri facile omnibus manifestissima existunt. Primum.n. color uiuus ac sanguineus, quẽ Græci chœas, anthos hoc est florẽ coloris appellant, non amplius in eis seruatur, sed nigrior quodammodo, exaridus, & ab immodica febriũ caliditate squalidus apparet. cutis uero frõtis ualide distenditur, & palpebræ grauantur, ceu in ijs qui dormituriunt, non autẽ est somnus, sed potius imbecillitas musculorum, qui palpebras sursum attrahere solent, unde etiã pituitas crassas, quas lemas uocant græci, aridas ob naturaliũ facultatẽ impotentiã in oculis habẽt: præcordia intenta sunt, non autẽ quod ipsa uere sint intẽta, sed quia membranæ, & nerui tẽsionẽ quãdam ob siccitatem sustinuerint. Nã tali de causa imaginatio quædam nobis oritur, ut præcordia & inflammari, & distenta esse putemus. Ac pulsus in eiusmodi duri sunt, & exigui simili ex causa, & frequẽtes propter usus necessitatẽ, obscuri ob imbecillitatem: graciles, quia in latum extendi nequeunt. At quid opus est talia signa commemorare, cum hæc adeo euidẽter Marasmodẽ febrim repræsentare nobis possint. Cum igitur moderatiores sint per initia, ualentiores autẽ ubi radices iã egerint, etiam id quod nondum est per id quod iam est, Marasmum fieri significat. Postquam omnium iam Hecticarum notas exposuerimus, ad curationem modo digrediemur.

Curatio febris Hecticæ.

Hecticam si probe curare cogites, uictu utero qui humectet, & refrigeret, eo quod etiam non aliunde occasionem accepit, quã ex humiditatis, quæ solidas ipsas partes imprimis nutrire potest. indigentia. Verũ quia refrigerantia diuersam sortiuntur facultatem, etenim alia plus, alia minus sunt efficacia, sciendũ est, quibusnã aqua, & aliud quoddam refrigerans, & quibus quidem magis, quibus aũt minus dari debeat, item quibus nullo modo offerre oporteat, ad hoc tempus, quo exhiberi conueniat: item quos sane tum intus, tum foris refrigerare, quos uero solũmodo extrinsecus oporteat. Cum.n. ita nos omnia distinxerimus, ẽt curatio Hecticarũ quamuis sit operosa, tũ facilis, tum prompta ad sanationem efficitur.

Quibus frigida dari debeat.

Siquidem igitur æger primario in Hecticam febrim inciderit, atq; non ex acutorum morborũ transitu originem traxerit, cum fiducia cremorẽ ptisanæ potioni offerto, & panem in aquam tinctum, lactucasq;, ac omni cibo utitor. Post cibũ aquam frigidam, quantum uelit, potui dato: cauere enim hic febris insultus & metuere nõ oportet. Neque enim remissionem, aut accessiones, quemadmodum in febribus ex putredine ortis inuenire licet. Ita sane agendũ est si quando ipsa febris Hectica per se ac primario, fuerit, ægriq; uires imbecillæ, & non alia febris ex putredine creata, ei sit admixta.

Quibus frigidam dare non oporteat.

Prępende rursus, num quandoque febris Hectica inflammatione magna præcordia infestante, aut putredine quadam in uenis apparente, aut crudioribus humoribus excitata fuerit. Fieri nãque potest, ut Hectica sit febris, & ut quædã ex putredine prouenientiũ ipsam adulterauerit. Si igitur tale quid fuerit aqua dari nõ debet, & præsertim, si nulla concoctio in urinis appareat, neque inflammatio feruens, & magnitudine insignis: præterea si uires ægri sint imbecillæ.

Quando frigida exhibeatur, etiam inflammatione infestante.

Sin autem inflammatio feruens admodũ fuerit biliosa, Erysipelacea, frigida recte exhibetur. Ego sane noui me cuidam tali affectu laboranti, æstuantiq; ardore frigida exhibita plurimũ profuisse, ita tamen ut prædixerim ægrum paulo diutius morbo conflictatum, quod etiam accidit. tardius enim uires recolligebat. euaserat autem ut non cum febris esset aucta, Hectica in Marasmodem inciderit. Hac autem ratione, etiam si quæ, ex putredine ortarum admixta fuerit & pręcipue ex ardentium genere, frigida potui exhiberi debet: neq; uero simpliciter in his dabitur, sed cum bonæ concoctionis notæ in urinis iam apparuerint, tunc offerre conducit.

De Hecticis febribus, quæ ex alijs in eas transeuntibus mutatisque generantur.

Quod si Hectica ex acutis morbis in eam cõmutatis oboriatur, magna .n. ex parte Marasmodes Hecticæ succedunt, ubi ardentes febres non recte curantur frigidæ potu interdicetur, præsertim immoderato. Nã corpore iã antea extenuato, imbecilliq́ue simul, & excarni reddito, tum propter tẽpus, quo illa excepta est, tum propter ardentium febrium intemperiem, necesse est duplicẽ comitari noxam, aut ualidam uirium deiectionem interitumq;, aut refrigerato corde, caloreq; natiuo protinus abolito Marasmũ senio per similem, quem merito ex morbo senium uocabant, subsequi. Hoc enim & frigidum & siccum existit quod nequaquam febrim inducit. Quare neque refrigerantia hic Marasmus, sed potius humectantia simul & calefacientia requirit.

Quomodo ex extremis remedijs succurrendũ ijs sit quibus frigidam dare non possumus.

Cataplasmatis igitur, fomẽtis, ceratisq; refrigerantibus

rantibus in oĩbus quidẽ febribus recte utimur, in quibus aquę potio dari nequit, aut ob uiriũ imbecillitatẽ, aut ob corpus plus ęquo extenuatum carnibusq; destitutũ. Inspicito autem, num etiã Hectica marasmodes iam excitata ex affecta particula primario duxerit originem. Etenim ex inflãmatione iecoris, ventris, mesaræi, renũ, & coli, adhęc ob diuturnas uteri, pectoris, pulmonis, septi transuersi, & aliarum partium inflãmationes prouenire solet. Quare inspiciendũ est, animaduertendumq;, qua in particula febrim Marasmodẽ subsequi cõtigerit, eiq; potius remedia ad refrigerandũ humectandumq; efficacia adhibebimus, vt ipsum ueluti ignis fomitẽ extinguas. Multa igitur sunt in id efficacia, sed nullum ita ut ceratum rosaceum. Quippe solidas partes refrigerare, & humectare potest, ac tueri ne humiditas quę modica in eis adhuc superest, prorsus intereat, in hunc autem modum conficitur. Cerę quadrans, rosacei sextans. Cera semel, aut bis lauatur deinde ubi in aqua frigida soluta fuerit, rosaceo sic adijcito, sed ex hoc seruato instar unciæ paulo plus aut minus. Et cũ ceratũ lento igne probe solutum fuerit, finito ipsum refrigerare, deinde ex cerato portionem acceptã in pila subigito, interim relicti rosacei, interim aquę frigidę momentũ in pilã conijciẽs, donec totum rosaceũ insumptum fuerit, ac cerato probe mixtũ esse cõspexeris. Quod si etiam ouorum albumina adijcere uolueris, præstantius adhuc erit remediũ. Pari modo si cremorẽ ptisanæ adiunxeris, melius adhuc efficies. Oportet autem linimenta crebrius mutare, nec permittere, ut medicamentũ diutius corpori adhærescat, neque multum incalescat. quippe mora imbecillius redditur. Ceratũ hoc ad multa est utilissimũ, nec eo temere uti oportet. Ego sane hoc frequenter usus incipientes Hecticas cito discussi, ne adauctæ Marasmoden febrim inferre potuerint. Oportet autẽ in his quoque vsui istius insistere, & non eum detrectare, sed etiam crebrius adhibere, alias ut ceratũ inducẽtes, alias liquidius reddentes, hydrorosato copiose diluẽdo. Ita namq; hoc præsidio instar vnctionis uti licebit, cum omni in corpore, tum præcipue in consumptis, & extenuatis. ac nõ modo semel in die, sed etiam bis ita præsertim in uisceribus uti conuenit. Quoniam autem iterum illinemus, ratio est, ut etiam secunda uice vnctum abstergamus.

De fomento.

Fomentis utendum ex succo lactucæ, vuæ immaturę, portulacę, solani, & vmbilici veneris. Pręstat autẽ succos etiam refrigeratos, & præsertim niue superaccommodare. Quod si nobilis quædam particula inflãmatione tentetur, succos non per se ac separatim, uerum oleo omphacino admisto, aut chamęmelino, aut etiam rosaceo, aut simul omnibus inducere conabimur. At pectori remedia nõ nimis refrigerantia admoueri debẽt nisi multus feruor, aut inflãmmatio in eo specta ta fuerit. Verum ne sic quidem linimenta diutius inhærere sinemus, eo quod plærosq; ab immodica ipsorum refrigeratione haud mediocrem non solum respirationis, sed etiam vocis noxam expertos nouimus.

De domo in qua æger decumbet.

Non solum autem refrigerijs, quæ extrinsecus admouentur, sed etiã aeris mutandi ad frigidius artificio auxiliari tentabimus. Si igitur æstas fuerit, in subterranea domo æger decumbet, & pauimentum aqua frigida copiose conspergetur, ut aer hinc frigidior euadat iã aqua ex alijs uasis in alia decidat: nã mediocris huius strepitus ẽt somnum prouocat: præstat adhuc, si aerem ita immutes, ut non modo refrigerare corpus, sed etiã corroborare possit. id quod fiet, si pauimẽto inijcias refrigerantium aliquod, aut rosam, aut semperuiuum, aut rubum, aut lentisci turiones, aut uitis capreolos, aut simile quoddam, tum ad refrigerãdum tum ad robur inducendum efficax. Huiusmodi sane aer omnibus quidem Hecticis condu cit, maxime uero, quibus pulmo & cor igneum ardorem primario senserit. Etenim à cibo & potu refrigerante, non tantũ iuuantur, quantum à frigidi aeris inspiratu: cõtra maius à cibo sentiũt commodum, quam ab aere, si iecur, & uẽter, aut alia quæpiã particula fuerit affecta. Ita sane ubi æstas fuerit, aerem ad frigidum mutari oportet: ubi hyems calidior parandus non est: quocunq; .n. frigidus fuerit, nihil ipsos offendit. Reliquũ uero corpus solo modo moderate cooperiri oportet, pluribus tugumentis incalescat, & æger ideo uirium defectionem aliquam sustineat.

De Balneo.

Et balneum ijs conducit, qui Hectica febri laborant, quæ per se fuerit, & non cũ aliqua ex hũmorum putredine prouenientium coniuncta inueniatur. Tunc.n. offenduntur, & nequaq̃ iuuantur, præsertim si crudis adhuc humoribus lauare quis ipsos uoluerit: neq; minus lęduntur, si inflãmatione nobiles particulas obsidente, ẽt modice id facere tentaueris. Sciendum aũt, nõ modo Hectica febri laborantibus, sed ẽt frigidis siccisq; intemperiebus & senio ex morbo balneum conferre. Habẽt enim balnea hoc quoq; admiratione dignum, ꝙ & calidas & frigidas intemperies iuuare possunt. In summa, si quis diuersos illos lauandi modos nouerit, is meo iudicio etiam omnem intemperiem mutare in contrariũ poterit. Esto igitur temperatus aer, unctio, & soliũ, eluere autem oleũ conuenit, ac statim cum æger in exteriorem domus partem ingressus fuerit corpus perungi, uerum diutius in aere morari non debet, oleum autem uisceribus potius superfundi. Egressus æger in frigidæ solium, quod non aquã frigidam, sed lactis more tepentem habea-

perungatur ; circundatus autem operimentis, nō admodū diu in eis immoretur cū uestē iam induet, rursus totū corpus ungatur. Valde.n.hoc iuuare ipsos potest, quoniam humiditatem quæ à balneo accedit, diu retinere oportet, & non sinere, ut prompte ex corpore defluat. Egressus æger ex balneo, aut cremorem ptisanæ, aut halicę, aut lac assumat: sin autem sitis vrgeat, etiam cum adhuc operimentis inuolutus est, non recuses, aut lac, aut aliud quoddam alimentum exhibere. Etenim tunc potius in uniuersum corpus distribuitur, cum attrahitur.

De lacte.

Lac igitur omnibus Hecticis, præsertim in Marasmum desinentibus, si quid aliud, idoneum est. Quapropter etiam ijs ualde conueniens est, qui vires habent imbecilles, neque alimentum possunt attrahere: & hoc solum in corpus distribui, trahique nō parum accommodate potest. Itaque lac muliebre primum locum obtinet, secundum uero asininum. Verum quoniam æger nonnulli hoc assumunt, caprillum ipsis dandum est, quod medium fere existit, & magis potest nutrire. Constat autem etiam curā animalis habendam esse, ut nutriatur domi ordeo, myrti, lentisci, & quercus folijs. ita enim lac non amplius corrumpitur. Nam huius sollicitudo habenda est, ut ne Hecticorum aluus subducatur præcipue eorum, qui ex frequenti Syncope, & diuturna vacuatione alui in Marasmodem febrim inciderunt. Quamobrem quibus uenter imbecillis, & facile subducitur, in his etiam lac bis coquere, uel etiam fluuiales lapillos in id coniicere oportet. Reddūtur autem igne candentes, ut serosum à lacte per ipsos dissoluatur. Atqui lac solum nolint assumere etiam cum ptisana, aut halica, aut chidrio ipsum decoctum exhibeto: adhæc cū itrio, hoc est libo suminali, & similagine similiter bis coctum offerto: pręterea magis adhuc illis lac exhiberi debet, quibus etiam uenter copiosiora, & biliosiora deijcere uidetur. Procedente autem tempore, ubi febres mitigatæ fuerint, & uires aliquomodo instauratæ, mollissimum, & recentem caseum ex eo coagulatum dare ipsis non alienum est. Quatenus enim uires augeri cernimus, eatenus nos quoque cibis adijciemus.

De uino

Vinum ijs qui frigidam siccamque intemperiem in solidis particulis habent, & Marasmo ex morbo, ut uocant, detinētur, exhibere necesse est, ut quos calefacere simul, & humectare oporteat, quę omnia uinum moderatum pręstare ipsis potest. Qui uero cum febri marcescunt, præsertim qui macie torrentur, ijs uinum dare cautio est: ut quod eis, si quid aliud maxime aduersetur.

Si ex syncope marasmus obtigerit. Cap. V.

QVi ex Syncope Marasmo contabescunt, ijs quantum sane ad uires collapsas, & per frictionem frequenter comitantem attinet, uinum offerri debet. Quoniam uero etiam caliditas naturæ contraria, febrisq; præterea eis adest, & perfrictio quidem interdū conquiescit, rursus autem febris superuenit, ac summatim cū periculum sit, ne alias aliter æger intereat, nunc à perfrictione, nūc à febri, necesse est tum demum ad urgentem causam respicere, ac nonnunquam uinum tempestiue præcipere, nonnunquam uero rursus id dissuadere.

De testiculis gallorum.

Testiculos gallorum, quos Græci Orchis & Parastatas appellant, dare his oportet. Perpetuo enim omnibus Hectica laborantibus commodi existunt, cum abunde nutrire, & uires augere possint, ubi probe concocti fuerint. Quapropter id alimentum semper exhibēdum est, ubi vires nondum ad extremum collapsæ fuerint. Quod enim præsidium deinceps esse potest, si vires alimentum non coquant, superentque ? Quippe nequaquam cibus uires augebit, sed natura, quæ omne alimentum & concoquere, & mutare, & corpori apponere consueuit.

De fructibus pomaceis.

Fructus pomaceus, qui Opora græcis dicitur, quia sane humectat, ideo Hecticis cibus est accommodatus. Quoniam uero omnes propemodum non solum humectare, sed etiam refrigerare solent, idcirco rursus dicendum non est, uniuersim omni Hectico conuenire. Illis enim qui calida & sicca intemperie laborant, & omnibus qui Marasmo contabescunt, & torrentur, cōgrue frigida & humida victus ratio adhibetur, maxime peponum medulla, & cucumerum : item mala, duracina, & cerasia his sunt idonea. Qui autē frigida intemperie detinentur, & in senium ex morbo inciderunt, ijs inutilia. Reliqui uero pomacei fructus, qui non adeo refrigerant, sed potius calefaciunt, & humectant modice, exhibere non est absurdum: nempe vuam maturam, valde dulcem, præsertim quæ passa est, ac malum valde dulce, & ficum admodum maturum. Nam hæc probe concocta propemodum nihil nocet. Si igitur uenter nihil nos impediat, plus iusto excernes cum fiducia cibos commemoratos exhibeto. Si nanq; tale quippiam fuerit, & aluus magis quam conuenit profluere uideatur, his quidem abstinē dum in præsentia, dandum aūt punicum modice astringēs aut pirū, aut malum eiusdē qualitatis, præsertim ante alium cibum, nam si à cibo sumātur, aluum subducunt. Ac cibi qui stomacho potius, & cordi corroborando sunt utiles, Marasmo

ex Syncope contabescentibus, & omnibus Hecticis dari debent. Si hi quoq; siti, & uehementi febri laborare uideantur, etiam ipsis fructus poma cei refrigerantes opportune offeruntur. Breuiter omnia ad id quod magis urget, accomodari debent. Hanc enim rationem animaduersionẽque obseruans, nunquam aliquem offendas neq; si pomaceum fructum, aut alium quempiam cibum exhibeas. Nam omnia quantitate, qualitate, tempore, ordine, & utendi modo, aut bene, aut male administrantur.

De tabe quæ Marasmus græce dicitur.

Si tabes quam greci uocant Marasmum reuera humiditatis quæ in solidis partibus subsistit, absolutus existit interitus, nullā medicinam recipit. Propter hoc igitur nonnulli medicorum merito decepti in discernendo, putarunt se uerum Marasmum curasse. Etenim fieri potest, ut tenuitas carnium maciesq;, & ueluti colliquatio earum resarciatur, primariam uero humiditatem, & quæ solida ipsa nutrire potest, prorsus absumptā perditamque non licet restituere. Sic enim senium quoq; sanari nequit, ut quod naturalis sit tabes. Quemadmodum igitur senium nulla medicina tolli potest, sic neq; ea quæ reuera tabes. Attamẽ propter humanum benignumq; artis auxiliū contendere cum morbis oportet, & non cendeploratos omnino relinquere. Interdum .n. ubi quis naturam dextram nactus fuerit, & tabes incipiat, nondumq; solidas partes torruerit, speratum successum consequi poterit. Sin autem minus, quanto magis æger affectus est, tãto minus agendum. Nam desperatis maloq; uictis manus admoueri non debet.

De tertiana. *Cap. VI.*

Tertiana quidem facilis curatu est: eum autem à medicis illis, qui nulla ratione, & via vtuntur, male tractatur, non difficilis modo curatu, sed etiam insanabilis interdum redditur. Constat igitur cibum humectantẽ refrigerātemq; in omnibus esse præscribendum, cum Tertiana mixtione pura, & germana existit, & à solo bile excitatur. Itaq; ptisanæ cremor super omnia utilis ipsis censetur: atq; hoc usi nonnulli usq; ad Crisim, hoc est morbi solutionem, optime superstites uitæ manserunt. Sin autem minus oblectentur ptisana, etiam auenę cremor ipsis dabitur: ac lactucæ, aut intybi caulibus vtendum. Quod si febris non fuerit uehemens, et quędam notę concoctioni appareãt, etiam gallinarum alę, & pisciculus moli carne præditus concedi potest. Vrinæ in his prouocari debent, maxime apij radicis, & adianthi diluto. Nam anethi decoctum & si urinas mouere prope possit, uitare tamen ipsum magis oportet in germanis Tertianis, & in quibus callidius sicciusq; tẽperamentum habetur, præterea si ęgri solicitudine, & uigilijs crucientur. Nā in his omnibus offensa maior, quam utilitas prouenire solet. Absinthij etiam decoctum maxime uitandum est, quando calidum, & siccum ægri temperamentum habent. Noui autem ego nonnullos etiam paticularum colliquationem expertos, quod immoderatius illud assumpsissẽt, & nõ vitassent. Contigit enim quorundam sane partes solidas sicciores depræhendi, quorundam uero bilem, & feruescentem, non quantitate, sed qualitate potius offendere: alium autem igneam intemperiem, aut inflammationem in ore uentriculi sentire. In his itaq; omnibus talia uitanda sunt & tepida liberaliori magis ante cibum utendum. Nihil autem minus etiam in alio tempore potio exhibenda, quippe hæc humectat, feruorem refrigerat, meatusq; laxat. Quare ex his omnibus accidit, hanc quidem partem bilis per uentrem excerni, aliam uero per urinas, quæ antea detinebatur, & propter caliditatis feruorem, & propter nimiam decoctorum adustionem non potuit expurgari. Miror autem quomodo Galenus qui artem legitime, si quis etiam aliorū medicorum exercuit, adeo indistincte scripserit, ut dicat exquisita Tertiana correptis absinthij dilutum à septimo die propinandum esse. Ego uero falsis Tertianis potius dedi, mixto ei oxymelitis momento. Sic enim pituitæ miscellam, & citra noxam magis extenuat, & leuiter purgat, ut non usus ueniat origani, aut hyssopi, aut calaminthæ, aut pulegij. Quæ omnia acriora sunt & cum periculo, crebroq; febrim iam magis accendunt. Hec igitur uniuersa uitare magis oportet, & tunc audacter offerre, quando pituita bilem longe superauerit, & temperamentum ægri frigidius fuerit, uitaq; ociosa præcesserit, & alia omnia, quæ humorem frigidiorem superantem efficiunt. Sin autem humor, qui abundat, contrarius horum fuerit, tum his abstinendum est, utendum uero illis potius quæ extenuant, & accessiones uehementiores fieri non cogunt.

De pomaceis fructibus.

Pomaceos fructus, quos oporan Gręcis appellari diximus, exquisitis Tertianis parcissime exhiberi conuenit, nempe vuam dulcem, persica cocta, & non cocta, peponumq; medullam: præsertim autem si etiā ægri siti uexentur. Ego sane noui, me frequenter ægros, ne amplius accessione febris infestarentur, impediuisse, cum peponas probe refrigeratos hora ante incursum morbi assumere iussissem, & rursus aquam tẽperatam copiosam, & quantam potuerint, peponi superbibere pręcepissem. Secutus itaque est non multo post aquam epotam aliquibus sane sudor, alijs copiosa bilis per aluum. Offendi autem ego plerosqu

rosque Romæ medicos, qui ne nomen quidem peponum tanquam bilem procreantium profer re audebant. Quum itaq; ego cuidam aliquando, & sitienti uehementer, & æstu flagranti, defatigatoque iniunxissem, ut peponem assumeret, quidam præsens medicus exclamauit, homo cur ægrum magis uis occidere? an nō didicisti, quod pepon bilem producat, lege Galenum de alimentis, ubi dicat manifesto, peponem comestū Cholericos efficere. Laboraui igitur ego non parum, ut ijs persuaderē, qui intellectu assequi poterant, Galenum non dicere hic ipsos pepones bilē creare, sed Choleram efficere. Choleram autem uocabant stomachi subuersionem cum uomitu, & perturbatione uentris: ac Cholericos, quibus hęc accidunt. Nam pepon reuera habet aliud stomacho contrarium, quare etiam copiosior comestus uomitum, uentris perturbationem, & præterea perfrictionem, ac totius corporis conuulsiones excitat. Ac melopepon nihil horum facere censetur: non enim habet adeo, quod stomacho aduersetur: imo neque pepon modice comestus: Proinde Tertiana febri detentis cum fiducia dari debet: nec non his qui Causo & calida intēperie laborant, siue in renibus, siue in iecore, uel in stomacho, uel capite. Nihil enim eiusmodi intemperiebus aduersari potest, debellare, & euincere, ut pepon, aut qui dicitur melopepon. Quomodo enim ea quæ refrigerant, & humectant bilem parere possint, non uideo: ubi autem peponum facultas tibi deest, etiam cauliculi lactucarum refrigerati, & cucurbitæ, item cucumerum medulla, persica coctionem non experta, sed in uaporem suspensa, & ab eo solo cocta, uelutiq; condita substitui possunt, eisq; & similibus semper uti licet. Iam in oleribus, & pomaceis fructibus etiam omnibus deligere oportet, quæ refrigerare queant, & humectare, cōuenienter ea pro uniuscuiusque temperamento, & morbi magnitudine accommodantes.

De balneo.

Balneum, ut maximum præsidium, ipsis præbendum, maxime calido & sicco temperamento præditis, & qui crebris uti lauacris consueuerunt: nec concoctione omnino expectanda est, sed ubi siccitas urget, etiam ante concoctionem lauare conuenit. Modus autem lauandi talis esto. Postquam æger in temperatum aerem ingressus fuerit, modice sudarit, & tepidas aquas acceperit, ita oleo non simplici perungatur. Quid enim corpus bile exardescens, humectare, aut refrigerare probe præterquam aqua potest? præstat igitur aquam tepidam admiscere, sic .n. refrigerare, & humectare magis, & in altum corporis penetrare percipitur. Vnctio autem adhibeatur non in domo, quę calidum aerem habet, sed in exteriorem eius partem reuerso, quam etiam à molliendo malacticē appellant: deinde post illitionem hydrelæi, aut hydrochamæmeli. Nam si bilis multa & præcipue crassior sit, non alienum est in uicē olei communis etiam chamæmelino uti, quod vim discutiendi multo habet ampliorem, sed nō diu æger in aere immorabitur, verum celerrimo transitu tantum usus in tepidum calentis aquæ solium descēdet, in eoq; diutius subsistet. Egressus autem ex domo calida, monendus, ut in aqua frigida immoretur: & si bene habuerit, etiam ieiuniū indices, indumentis uero iam sumptis, ut aquæ tepidæ quantum uelit, paruo spacio interposito, bibere hortandus est. Nam à potione sudores copiosos effundi uidebis: interim uero etiam bilem per uomitum reijci, ut æger quam primum ex ijs quæ superueniebant, morbo fuerit liberatus. Reuersus autem in domum, si pepo non adfuerit, aut alimentum quod diximus sumat, aut lactucarum cauliculos, aut cucurbitas, aut cucumeres, aut ptisanam. Cæterum aquam tepidam non modo semel, sed etiam bis & frequēter dare expedit, & nihil metuere. In hoc nanq; morbo aqua tepida maximum est præsidium. Tētabimus autē in declinatione potius exhibere, & ante accessionem: interim uero etiam in accessione. Noui siquidem accessionibus subtrahi debere, ut Diuinissimus Hippocrates inquit, ac uerum est, quantum ad hoc attinet, etiam cum nihil urget. Frequenter enim cogimur propter causam urgentem, non tepidam modo aquam, sed etiam cibum in ipsa accessione offerre. In illis autem hoc agendum est, qui immoderatum stomachi habitum, & uirium imbecillitatem habent, ut insultus magnitudinem ferre nequeat, sed Syncopem minetur. Noui igitur ego in his qui immoderate rodūtur, tepidam me aquam propinasse, deinde uomitu oborto, & bile copiosissima excreta, istorum beneficio accessionem conquieuisse. Vt autem illa aucta fuerant, ita etiam alia decrescebāt, & aqua temperata, & bile euacuata.

Quomodo tertiana discernatur, germana ac uera ne sit, an falsa.

Tertianas illas germanas esse censendum est, quibus omnia quæ cognata dicuntur, consenserint, ætas dico, regio, consuetudo, temperamentum, studia, & victus ratio. Potest autem senex quoq; Tertiana infestari, quæ omnem Tertianę germanæ speciem, omnemq; modum conseruet. Ego sane meis oculis hæc in sene quodam conspexi, qui flauam bilē uomeret, similiterque per aluum excerneret, uehementer febricitaret: atque idcirco accessio cum ualido rigore eum inuadebat, ac declinatio multis sudoribus accidebat, detinebatur autem accessione horis fere decem, aut duodecim. Huius alij sane familiares, eo quod senex esset, decoctum exhibere præcipiebāt, ac omnia illa facere quæ falsis Tertianis,

ut aiunt, idonea exiſtunt: fereq; interijſſet æger decoctis ex hyſſopo, origano, & pulegio aſſumptis, niſi quis ſubito ex periculo ipſum ſubtraxiſſet,iubens eum etiam pepones aſſumere,& lactucas, & ptiſanam, quæ nihil curioſum habent,operoſumq́ue,ac omnem alium uictum, qui humectaret, ac refrigeraret ,ut in Tertiana exquiſita, non deceptus ætate, quod ſenex eſſet, ſed potius toto temperamēto.Habuerat enim iam inde ab initio igneam intemperiem,quam alij propemodum omnes poſtea, ad amuſsim conſeruabunt. Quare naturam ægri, & cauſas præcedentes maxime attendere oportet: nihil autem minus, imo etiam omnium maxime febris ſpeciem. Ego autem neq; Tertianarum falſarum *victus* rationem in omnibus ut ueram, & utilem commendo,quā Galenus in libris ad Glauconem philoſophum præcipere uidetur, inijciens omnino ptiſanæ piper, aut origanum, aut hyſſopum. Etenim huiuſmodi plærūq; periculoſa ſunt,& febres uehemētiores accendunt, idq́; magis adhuc, ſi temperamentum corporis calidius inueniatur, & pituita mitior quam bilis, & quæ non adeo calefacientia requirat. Quippe ſatis erat, in his uti, & non multis valde refrigerātibus,& his quę ſenſim extenuare citra calorem poſſunt, qualis eſt radix apij expurgata,ut non particeps ſit radicularum: item ptiſana ſimiliter,interim adiunctum habēs apium, aut aniſum,aut comam porri, aut mellis, & aceti momentum. Quod ſi non admodum in ſincera, ac falſa Tertiana fuerit, nullus horum uſus eſt, uerum abunde eſt ſola ptiſana per ſe uti, & id quod bilioſum eſt,contemperare:quod pituitoſum,diſſoluere,non autem ſiccantibus cōpingere, ac cogere:quemadmodū ij qui piper,& hyſſopum præcipiunt,factitant,eo quod illa uideantur extenuare. Oportet autem diligenter animum aduertere eum qui humectante uictu uſus ſit,ut cum humores ab illos diſſolutos uiderit,ſtatim euacuandis eis extrahendisq́; incūbat, medicamento exhibito,quod non magnam calefaciendi uim obtineat. Eius autem generis multa ſunt,& quę ex oxymelite ſimplicius parantur, & quæ ex ſucco roſarum modico, agarico, & ſcāmoniæ lachrimæ.Quando igitur humores cōpendioſe ſubducendi ſunt? Nimirum cum diffundi iam eos,& turgere tandē conſpexeris,ut Diuiniſſimus Hippocrates ſcriptum reliquit.

Quomodo humores diffundi,diſsoluiq́;, & iam ad excretionem incitari cognoſcatur.

Materiam ſubiectam temperato, aut humectante uictu diſſolui inde cognoſces, quod cum per initia eſſet immobilis,nunc aliquo modo agitari incipiat, atq; alias in alium locum deſcendere: interim ad os uentriculi, & inteſtina: interim etiam ad articulos,aut cutem.Peritum igitur animaduertere hunc humorum motum, & obſeruare diligēter oportet,& dare aliquid,quod eos ſubducat, antequam oberrantes noxam intulerint, in partem aliquam nobiliorem decumbentes. Verum vulgares medici nihil horum norunt, ut qui motiones humorum diſcernere non laborent, unde fit, ut contraria faciant. Poſtquam igitur hæc uiderint ſtatim ad ea prorūpunt quæ ſiccare humores,& craſſos facere poſſunt, atq; huiuſmodi quidem aſtrictoria medicamenta, ſimilemq́; uictum præcipiunt,unde accidit,ut humores inde craſsiores redditi neq; purgantibus facile cedant medicamentis, neque obediant. Conuenit igitur, ut qui humores diſſolutos nouerit, non modo ſemel exhibeat,quæ per aluum ſubducere poſsint, ſed etiam rurſus humectante uictu vſi, & diſſoluentes,ſi quæ ſiccę & craſſæ reliquiæ ſubſint, iterum leuiter expurgēt. Ita enim humoribus modice ſubtractis, etiam ſolus uictus morbum in totum euincere,mutare,& ad bonum ſtatum deducere poterit, ut nulla alia medicina indigeat. Quod ſi opus erit,licebit etiam epithematis ſimplicioribus uti, & ſuperfuſionibus, & cum concoctio apparere incipit, & longe antequam acceſsio expectetur. Ita nanq; erunt tum efficaciora, tum magna ex parte acceſsiones expectatas diſcutiunt. Quoniam autem purgantibus utēdum eſt, ut ea prompte, & compendioſe inuenias, bonum eſſe duxi, etiam cōpoſitionem ipſorum hic apponere: in hunc modum habet.

Rhodomeli purgans.

Roſarum ſucci ſextarij duo: mellis ſextarius: ſcammoniæ torrefactæ vncia. Omnia ſimul coquūtur. Summus medicamēti modus eſt cochlearia quatuor: medius tria: minor duo. Hoc non ſolum Tertianarijs propinari debet, ſed ijs etiā, qui lippitudine, & alio quodam modo ex bile, & calida intemperie ægrotant.

Aliud Rhodomeli purgans.

Roſarum ſucci ſextarius:ſcammoniæ unc.agarici drach.piperis drach.duæ: mellis unc.ſex. Ad ignem lentum coquantur,& ubi in craſsitiē coierint, adijcito ſcammoniam, agaricum, & piper: ac utitor. Datur inſtar cochlearium quinq;, aut ſex. Hoc ſolis cōuenit qui falſa Tertiana detinentur. Habet enim nonnihil,quod etiam pituitā ſubducat,cum agaricum, & piper receperit. Noui autem purgaſſe me etiam medicamento, quod corticem mali citrij reciperet, & eo quod ex malis cotoneis paratur, & horū penuria ſola uſum ſcammonia. Quod enim ipſa non modo bilem, ſed etiam pituitam potius euacuat,manifeſtum eſt, ſi quis temperato, & humectante uictu vſus, pituitam diffundat,uacuabit hanc quoq; ſcammonia:nec indigebit ijs,quæ agaricum, aut cucurbitam ſylueſtrem recipiunt. Quare etiam ſi quis recto uictu uſus falſam Tertianam ſcammonia purgare

gare uelit,non delinquet.Hæc quoque hactenus de Tertiana breuiter à nobis dicta sunto. Non enim sumus ignari,ueteres quoq; de his scripsisse,& nemo ea de causa culpandus erit.Quę enim nobis quoq; tempus, & longa experientia noscē da obtulit, hæc æquum censui amicis, & medicis ea nos postulantibus exponere,quę quidem pau cula existunt, sed magnam uim continent. Nam methodi prædictæ non in Tertianis tantum, sed in alijs quoque multis morbis accommodari possunt.

De quotidiana. *Cap. VII.*

QVod quotidiana febris ex pituita trahit originem, omnibus inconfesso est: quip pe neque acuta febris esse his apparet,neque sitis ualida urget,neque perurens quid,& sic cum habere sub primo statim contactu percipitur,sed magis ubi manus diutius immoratur,caliditas fuliginosa ex alto emergere depræhēditur: ac pulsus bona ex parte exigui,& rari existunt,in crementum non uelox,sed longiore tempore detinet: sudores qui ipsis oboriuntur, nunquam purum ostendunt interuallum, quale in Tertiana, aut Quartana frequenter apparere uidemus. Iam manifestius adhuc febris speciem etiam ex præcedentibus causis cognosces, si nō obiter,sed multa cum diligentia inquirere, & examinare omnia coneris. Etenim cruditates plurimū,crapulæ, & balnei immoderati usus, interdum iecoris quoq;, & stomachi perfrictio præcedit. Hæc igitur eum attendere, & diligenter considerare oportet, qui febris speciem uelit cognoscere.Nā interdum indicia omnia simul adsunt: interdum non,quippe in germanis, exquisitisque febribus vniuersa prope inueniuntur: in falsis autem non omnia,sed quædam ipsorum adsunt, quædam nō semper, propter varias ipsarum causas. Ac maxima quædam in eis tum curandis, tum internoscē dis differentia depræhenditur. In hunc itaque modum internosci debent.Quin & Diuinissimus Galenus, Ruphus,& plerique alij veteres de hac re copiosius tradiderūt, nos autem deinceps etiā de curatione agamus. Nam curandi ratio ab illis prodita in quæstionem aliquam vocatur, num videlicet vera in omnibus existat.

De curatione.

Quod febris Quotidiana,vt quæ ex pituita nascatur, ex tenuantiū incidentiumque vsu requirat,verum existit,si enim crassa est,& viscosa, extenuantibus indigebit. Duplex autem harum differentia esse cernitur, quædam enim incisoriam uim obtinent,ita vt simul egregie calefacere possint, quædam autem incidendi quidem, nō autē valde calefaciēdi potestatem habent, quædam in totum non calefaciūt. Quibus igitur in hoc morbo vti oportet? ijs neque calefacere possunt, an illis quæ citra calorem extenuant? videtur enim Diuinissimus Galenus in distinctione Glauconi Philosopho præcipere, vt extenuantibus vtatur. Conueniebat aūt meo iudicio, cum maxima sit differētia,dimissione ac distinctione vti,quibus, ī quo vtēdū sit.Neq;.n.pituita huius,vnde febris accenditur,vnam habet speciem:alia.n.est salsa: alia acida:alia vitrea:vtraq; vero frigida,& crassa:ac ideo quod particulis sit impacta,febrim excitauit. Merito igitur etiā extenuantia ad curatio nē desiderat:salsa vero nō similiter: siquidē & caliditas,& siccitas hoc ei præstat.Calidam aūt ipsam quoq; esse cōstat inde, quod intestinū rodat radatq;,& grauissima tormēta, quas Dysenterias Græci vocant,nihil minus etiam quam bilem, cū huius quoq; qualitatem receperit, suscitet. Nam humores non secundum materiam ipsorum, sed etiam secūdum qualitates eis subiectas operant. Hæ siquidem aduersus ipsas pugnant, & operantur. Ac pituita salsa,etiam si videatur, tamen cōstat facultate siccam esse, quemadmodum etiam aquam marinam. Iam alia multa imaginatione quidem sunt humida, facultate autem sicca. At quod pituita salsa nequit per ea, quæ inflammant ipsam,siccantq;,extenuari quandoq;,& diffundi, sed potius adhuc etiam crassior effici, manifesto hoc testantur nitrū,sal, & iura salsa. Quippe hæc calescentia,crassiora reddūtur. Nam id ab Aristotele, ipsaq; experientia probatū est, ea quæ à calore coacta fuerint,nō a calore,sed a cōtrario dissolui posse. Hæc igitur etiam in corporis humoribus considerari debent, & si quidem falsi sunt, nō calefacientia, aut quæ admodū siccant, aut extenuare possunt,adhibere oportet, quæ vulgares in eis faciunt, raphani radicula ipsis exhibentes, piper,salsamentū,capparim,& decocta, quæ vehemēter extenuāt,& antidota,quæ aduersus eiusmodi offerūtur. Hæc sane oportebat ijs potius quotidianis, quæ a frigido atque acido humore prouenerūt,īperare:quippe ab eiusmodi adiuuantur. Ego sane noui crebro me oīa hæc in quotidiana,quę à frigida humidaq;, & acida pituita incēsa fuit,obtulisse. In quibus aūt salsum,aut biliosum quid admixtū fuerit,in his magna ex parte extenuans quidam exhibuisse, præsertim si etiam ægri temperamentū calidius erat. Minime vero eiusmodi medicamenta per initia morbi ægrotā ti exhibere cōuenit, cū salsus adhuc humor superat,præpolletq;& ægri corpus fuerit ītemperatū. Sin aūt etiam huiusmodi aliquo vti oportebit,eo quod æger appetat,aut vt appetentia restituatur, temperato prius victu vtendū erit: ac vbi concoquere æger inceperit,tunc ei permittendū,vt assumat tū cibos, tū potus, qui leuiter extenuent,& calefaciant,vt pote apij turiones, porriq;,& piperis exiguū, vini momentū,eiusq; albi, idque non

frequenter

frequenter, nam vſus eorũ liberalior noxius eſt. Verum laborandũ eſt, vt humores ad cõcoctionem perueniant, neq; in vetuſtatẽ venire ſinendi, ſed purgandi. Cum enim in corpore diutius inſidẽt, magis adhuc ab omnibus præſidijs quæ calefaciũt vidẽturq; extenuare, craſsi ſunt, vt nõ amplius ne medicamẽtis quidem ad purgandũ efficacibus prompte cedãt, cũ difficiles ipſi ad motũ & terreſtres magis ab ipſis euaſerint. Noueris ãt hãc ad purgationẽ eſſe opportunitatẽ temporis, & cõmoditatem. Frequenter.n. vrinarum notæ à præſumpto victu, & tẽperata potione mutantur, atque tunc huiuſmodi vrinas incoctas eſſe, ab ijs qui id non nouerũt, cenſeri uidemus. At quia frequẽter accidit materiam in totũ corpus diffundi, & alias aliter, aut per ſudores, aut uomitũ, aut uẽtrem disſipari: ideo urinæ etiã ſedimenti expertes uulgo apparent. Satius igitur eſt cõſiderare, & diſcernere, quãdo potius materia extenuari, diffundi, ad excretionem incitari, & ex loco in locũ trãſire incipit, atq; ita demũ purgare oportebit, nõ ſolis urinis animũ adhibentes. Nõ aũt conuenit vniuerſam curationem moliri, ſed per uices, & interualla. Ita nanq; accõmodari debet morbis, qui ex craſsioribus humoribus generantur ac ſenſim extenuare, & læuiter purgare materiæ copiam oportet, donec ſatis habere uibebitur. Nam ſi æger aſſumat medicamentũ, quod copioſius purget, magnã corpori intemperiem conciliat, & potius nocet, quam iuuat, magiſq; in ijs adhuc, qui calidiore temperamẽto, & bilioſiore pręditi ſunt.

Quando ſalſis vtendum in quotidianis febribus.

Qui iecur, aut os uentriculi habent refrigeratum, & acidam pituitam uomunt, tenenturque quotidiana, his etiam calidioribus cibis, ſi uoles, uti nõ alienum eſt. Humidus enim & frigidus ſtomachus uniuerſa extenuantia citra noxam tolerat. Auſus igitur ego quandoq; ſum in quodã, qui quotidie febris acceſsionem experiretur, & pituitam uomeret, ſalſis uti, & cibo, qui Græcis Encathera dicitur: item hydrogaro, porri decocti iure, & nõ aquoſo, ac mirifice conualuit, ita tamẽ, ut & ori uentriculi, unguentis epithematisq; ei extrinſecus applicatis, & totius corporis tẽperaturæ proſpexerim. non alienum eſt hęc quoque in Quotidianis tentare, ac pituitæ qualitatẽ, & quãtitatem obſeruare, atq; ita conuenientem unicuique uictum pręſcribere. Quemadmodum enim nõ una pituitæ eſt ſpecies, ita neq; unã uictus rationem eſſe oportet, ſed unicuiq; ſpeciei idoneã. Ac in omni medicina idem præſtandum eſt, & id quod unicuique ſalubre eſt quærendum. ut autẽ is qui medicamenta quærit, prompte ea posſit inuenire, & non aliunde cum Antidota, tum purgationes colligere cogatur, expoſui hic diſcrimina, adiuncta etiã diſtinctione, qualia in quibus uſurpare potius oporteat.

De fomentis & cataplaſmatis.

Fomentis autem, & cataplaſmatis per initia ſtatim uti feſtinandum non eſt, neq; cum copia humorum in toto corpore ſuperat. Metus.n.eſt ne dum uiſcera nimium incaleſcunt, laxanturq;, cõfluxus quidam ad partes affectas decumbat, & adaucta illuc inflammatione, præterquam quod nihil proficimus, magis etiã offendamus. Quod ij quoque faciunt, qui priuſquam totum corpus recrementis fuerit liberatum, cataplaſmatis, & ſuperfuſionibus uti non uerentur. Ego itaq; noui etiam inflammationes, quæ non erant, ob præcipitem ipſorũ uſum ſuperuenire. Ne igitur officiamus, laborandũ eſt copia iam imminuta, & cum iam concoctio quædam in urinis apparere incipit, calefacientia, aut laxantia ſi uſus requirat, uiſceribus inducere. Fugito autem fomenta, aut cataplaſmata, quæ laxare tamen, & quæ repellere poſſunt, mixtam uero confectionem ipſorum parato. Et ſi quidem uiſcera infirmiora, & defluxionibus opportuna uideantur, ægerq; faſtidiat, aſtringentium, & roborantium uires intendere oportet, ſin autem inflammatione, aut dolore uexentur, laxantia potius. Summatim utriuſque, medicamenti tum laxantis tum repellentis, uires pro cauſa urgente, & intendere, & remittere conuenit.

De ſtomachi imbecillis, & mediocriter inflammatione laborantis fomento.

Ad quinas uini partes miſceto omphacij quaternas, chamæmeli binas, & maſtiches momentũ. Quod ſi inflammatio feruens appareat, etiam ſi gleucinum, aut nardinum adieceris, nihil nocebis, ſed plurimum quoque iuuabis. Sin autem os uentriculi non infirmum æger habere, aut cibum nõ faſtidire uideatur, loco uini decoctum fomento admiſceas, glandemque unguentariam, & fœnugræcum prius in illo decoquendum curato. Hanc quoq; animaduerſionem in cataplaſmatis ſeruare ratio eſt, ut mixta in ipſis fiat curatio, & utrobiq; ſane anethinum, aut cyprinum, aut nardinum cataplaſmati ſemper adijciatur. At ſi acoris, aut frigiditatis in ſtomacho ſenſus eſt, etiam in decocto in quo illa parantur, nardum Gallicã, abſinthium & anethum adiungere eis oportet. Cum falſum humorem uomunt ægri temperamento calidi, ſolum quoque chamæmelinum oleum adijcere ſemper, & maſtichæ momentum inſpergere conduci. At tempus cataplaſmatum eſto hora, ante acceſsionem, abſq; plurimo potu, & impoſita non diu inhæreſcant. Quippe omnia, ſiue fomentum, ſiue cataplaſmata fuerint, etiam ſi maxime ea quis ex medicamẽtis omnibus, quæ robur adferre poſſunt, apparare potuerit tamen ſi diutius corpori incumbant, uirium reſolutionem, & imbecillitatem efficiunt. Tantum de fomentis, & cataplaſmatis dictum ſit. Si enim particularium quoque nonnihil prætermiſſum ſit, id

ratione quis adinuenire poterit, si omnia consideret, & animum ad id quod conducit intendat.

De purgatione.

Materia iam attenuata diffusaq; oxymelite, & alijs quæ in cibis extenuare solent,& decoctis, & cataplasmatis adhibitis,tunc demum ad purgandum eam venito, valde enim à vacuationibus adiuuantur. Non oportet autem vniuersè ipsos purgare,sed per vices,& simplicioribus: hinc demum aliquanto valentioribus. Cum enim materia sit crassa,haud facile ijs cedit,quę vniuersam celeremq; vacuationem præstant. Agarici igitur scrupulos tres aut quatuor ex melle exhibeto: interim etiam plus,aut minus pro ægrotantis viriũ ratione,& humoris qui superat,quantitate.Quippe pituitam educit, nec morbum inueterari sinit. Aliud. Et granum Cnidium, si post concoctionẽ datur,diuturnis Quotidianis medetur. Adhęc catapotia quibus ego semper, & in Quartanis & alijs affectibus vti soleo, benefaciũt in vesperam data. Habes ipsorum descriptionem alibi quoq; proditam:hæc autem recipit. Aloes vnciam,cucurbitæ syluestris vncias duas,scammoniæ vnciá: euphorbij semunciam: veratri nigri corticis vnciam:bdelli vnciam:gummi vnciam: nitri Alexãdrini semunciam: in alio exemplari habetur sescunciam. Succo brasicæ excipito, datoq; ex eis scrupulos quatuor,aut quinq;: nihil metuens,aut rosionem,aut nimiam purgationem: vacuãt sine omni molestia non modo pituitam, sed etiam humorem melancholicum,eoque circuitus quartanos finiunt. Dato hæc catapotia,granorum instar figurata,in quibus multa cruditas,crapula,& vita ociosa præcesit, temperamentumque est pituitosius,& quod nihil siccum,aut acre obtinet. Nam in eiusmodi tuto dantur: & qui hæc assumunt, valde adiuuantur.

Aliud quod citra molestiam sumitur, à sale dictum Græcis Halatium, admodum efficax.

Gingiberis,petroselini Macedonici,epithymi, laseris,cumini,apij seminis,ligustici, singulorum vnciæ quatuor: scammoniæ vnciæ tres, & semissis: salis communis, & torrefacti vnciæ quatuor.

Aliud vt scriptura Halatiorum habet præstantius.

Gingiberis semuncia: petrosellini Macedonici,epithymi, laseris, apij seminis, ameos,cumini, ligustici,piperis, singulorum drachmæ duæ:salis torrefacti vnciæ duæ, semis:scammoniæ sescũcia, scropuli sex. Dato vesperi in febrium interuallis, quandocunq; velint.At si aluũ emoliri velis dato cochleare vnum: sin autem plus purgare cogites, duo: ac in robustioribus viris scrupulos septem exhibeto: in pueris & mulieribus grauidis, & in summa in imbecillioribus tribus, vel quatuor scrupulis vacuationem moliaris. Ita sine omni molestia,& periculo offerentur.Licet etiam cum pane dare,& ex posca,& oleribus. Attamen præstat in morbis,qui per circuitus reuertuntur,cum ptisanæ cremore ipsum pręberè. Tantum etiam de purgationibus dictum sit.

De antidotis ad Quotidianas.

Styracis calamitis,iridis Illyricæ,myrrhæ,singulorum drachmæ quatuor:opoponacis,piperis, galbani,opij singulæ drachmæ. Hæc trita omnia in unitatem cogito admiscens eis mellis quod sufficit, ac dato fabæ ægyptiæ instar ante accesśionem in lecto decumbenti perunctoque ex oleo, & pipere granis decem: iuxta uero appositæ sint prunæ. Hoc somnum,& sudores excitat, leuatq; pręcipue, eos qui multa cruditate scatent.

Aliud.

Agarici, gentianæ, singulæ drachmæ dantur cum mulsa ante accesśionem. Hoc mediocriter extenuat, meatus infractos aperit,& materiam per aluum,& vrinas moderate ducit.

Aliud.

Decoctum chamedryos ijs quos Quotidiana febris circuitusúe affligit, potioni dato. Vrinas multas ducit, & leuat. aptũm ergo illis, qui non valde febricitant, neque temperamento calido sunt,& sicco.

Antidotum ad quotidianas, facit etiam ad quartanas.

Opij,oppoponacis,castorei,seminis dauci singulorum drach: quatuor:læuigatis paulum mellis adijcito,viris obulos tres,pueris duos exhibeto.Vtitor autem hoc tanquam admirabili ex mulso hora ante accesśionem,& præsertim quos non falsa pituita vrget, nec bene calidum siccumque temperamentum inest.

De vnctione.

Vnctione vtemur ita,ut ad horroris febrisque magnitudinem,& ægri uires respiciamus. Si namque multa perfrictione,& horrore infestante,febris non adeo tibi uehementis appareat, neque uires imbecillæ,sed robustæ,magis utitor ualidis unctionibus, quæ externam cutem calefacere,ad ruborem perducere,& extenuare possunt. Si contra,neque uires ualidæ, neque frigus multum, ac febres uehementes fieri uidentur, tunc ijs utendum erit,quę cutem modice extenuant,& rarefaciunt. Dicamus igitur de unctionum differentijs, hoc ipsum præterea distinguentes, quænam ualentiora,quæ uero imbecilliora existant.

Vnctio valida.

Pyrethro, pipere, & nitro pari portione cum pulegij momento, in unitatem coctis, & ex oleo contritis,summas corporis partes,& spinam perungito. Sin autem frigus etiam in ea percipitur, mirifica est unctio, & ualde proficit, uehementem perfrictionẽ,morbique uetustatem expertis.

Alia mediocris.

Piperis grana tria, & micam thuris in læuorem trita ex oleo illinito.

Alia.

Alia.

Nitro ex oleo trito fummas ægri partes, fpinamq́; , tum in balneo, tum extra illud perfricari iubeto. mouet enim fudores, & iuuat.

Alia valde bona, & multis experimentis comprobata.

ArthemifięCrocodiliadis, adipis Crocodili fluuiatilis, fingulorū vnciæ fex: olei fextarius. Coctis ex oleo ęgrū & pręfertim eius fpinā ante accesfionē vngito, ac miraberis efficaciā. Nō abs re eft ēt odoratū quid admifcere, eo quod unctio ingrati fit odoris, & cōtraria quadā ratione operetur.

Alia in quibus febres vehementes vrgent, & frigus moderatum apparet efficax.

Spumę lebetū in balneis efferuefcētiū oleū admifceto, dū vifci crasfitudo fiat, vngitoq; corpus, antequā febris inuadat. Idem naturaliter pręftat.

Naturalia, quæ corpori alligari folent.

Lapis Actites cum ad alia plurima, tum ad rigores, qui per circuitus reuertantur, & præfertim ad quotidianas facit, fic corpori alligetur.

Aliud quod appendi folet, multis experimentis à me probatum.

In folium oleæ ex communi attramento infcribito, Ca, Roi, A. Capito autem folium oleæ ante folis exortum, & collo fufpendito.

Aliud naturale ad Quotidianas.

Animalculum quod defidet, & texit, ut mufcas uenetur, bene facit, fi linteolo illigatur, & finiftro brachio appendatur.

De Quartana. Cap. *VIII.*

Quartanæ febris non una eft fpecies, fed multiplices, & diuerfæ exiftunt. Etenim alia ex flaua bile nimium adufta, alia ex fęculento fanguine nafcitur, non folum autem materia, fed etiam loco in quo conftituuntur, inuicem differunt: hæc enim in uafis, illa in liene potius fubfiftit. Quoniā igitur diuerfę funt fpecies, curationis quoq; modos diuerfos, & non unum, ficut uulgares arbitrantur, effe oportet. Nanq; ab humore melancholico creatur, merito calefacientibus humectantibusq; iuuatur. Quæ uero ex nimia bilis aduftione prouenit, humectātibus, & refrigerantibus, ut peponibus, uua, oftreis, pifciculis, aqua, & breuiter temperata, & refrigerante uictus ratione, ac balneis tepidis tractari debet. Mihi itaq; frequenter fubit mirari, quomodo Diuinisfimus Galenus in omnibus nō alium quendam uictum, quam qui calefacere ipfos & ficcare posfit, pręcipere uideatur. Prębet enim ipfis antidotum Diatrion pepereon, & quod Diofpolites dicitur: item liquorem Cyrenaicū, & Theriacam: & in cibo, falfamentum & piper. hoc autem potiffimum quotidie bibere iusfit. In uniuerfum præcipit abftinere ijs, quæ refrigerant & humectant eo quod humor, inquit, morbum efficiēs frigidus exiftat. Verum etfi humor melancholicus calefacientia defideret non tamen neceffario etiam ficcantibus indiget. fi quidem frigidus eft & ficcus, calefacientibus, & humectantibus opus habebit. At non uidetur etiam humectantiū aliquot prorfus uelle præfcribere, fed è contrario omnia quæ ficcant affantq; nimium, & humorem crasfiorem potius reddunt. Nam quæ uidentur magis extenuare, cum fint etiam paulo calidiora, quam ut mediocriter extenuēt, poftea terreftres magis, & multo quam prius crasfiores efficiunt, dum humiditatem quæ in eis fubfiftit, exuguunt, infumuntq;, ut natura ideo recrementa lentius exoquat. Didicimus enim concoctiones omnemq́ue uitæ originē calido fieri, & humido, id quod etiā in externis uidere licet. Nam fructus & fingulæ ftirpes à pluuijs, & folis calore producuntur, & pręterea omnia quę præter naturam exiftunt, cōtraria ad curationem requiritur: quæ fecundum naturam, funt fimilia potius. Quare hoc eft præftantisfimi medici officium, ut calidum quidem refrigeret, ficcum autem humectet, frigidum calefaciat, & humidum ficcet. In fumma, ut ea quæ funt uitia ac affectus, contrariorū ufu euincat, ac omnia quæ res poftulat curiofe perfequatur, omniq́; arte & ratione, tanquam in bello decertans, ægrum conferuet. Si quando igitur accidat ægrum & ficciore quoq; uti uictu, uel quod appetat, uel etiam quod ita laborans ficcantia medicamenta aut cibos requirat, nempe hydrogarum, uel conditum, uel eiufmodi aliquod præfidium, confulo & tunc, ubi femel, aut bis eo fuerit ufus, ac corpus modice incalefcat, rurfus ftatim ad uictum per initia inftitutum, qui leniter humectare, & calefacere posfit, reuerti. Ita enim neque ea quæ calefaciunt, affumpta multum adeo nocere poterunt: & præterea humor qui natura admouendum difficilis, & ficcior erat facilius folui poterit, ut ipfe remiffus poft diffolutionem, & quodammodo excerni incitatus à medicamentis, quę benigne euacuāt, citra noxam paulatim fubtrahi queat. Etenim fic agendum eft in crasfioribus ficcioribusq́ue humoribus, ac humectare ipfos, & diffoluere cōuenit: nec diutius diffolutio eorum expectāda eft, fed protinus ad purgationē ipforū properandū: & fi adhuc res poftulat, rurfus humectando, tū balneis, tū uictu ita fubducere expedit.

Quartana, quæ ex nimia flauæ bilis aduftiōe excitatur.

Quod fi quartana nō tibi à ficco, frgidoq́; humore, fed potius biliofo, & plus fatis adufto excitari uideat, tūc potius refrigerare potentibus uti oportet: fi quidē ęger ēt natura calidus fimul & ficcus, ętate uigēs, & frigidę potionis affuetus appareat, adhuc fi anni tp̄s fit ęftiuū: interim uero fi ēt curę, uigilię, triftitia, ira, & acriū medicamentorū ufus pręcefferit. Hęc.n. oīa biliosā, & ex aduftione nimia quartanā generare, pofsūt. In his igit̄ nō peccaueris, fi potionibus, et cibis frigidis utaris, ut peponibus, fi tp̄s dederit, duracinis, intybis & lactuca, breuiter nō offēdes, fi oīa agas q̄ in germana tertiana tētaueris. Nulla.n. alia rōe humor q̄ à

caliditate,& ſiccitate inſpiſſatus fuerit, euinci poteſt,niſi quędam refrigerantia humectantiaq́; aſſumpſeris, quemadmodum etiam quæ à frigiditate inſpiſſata ſunt,à calefacientibus.Hęc igitur,vti diximus,vniuerſa calefacientia,etſi extenuare videantur, tamen inſpiſſant prӕterea. Quare in his offerenda non ſunt vt quæ eiuſmodi humorem craſſum reddant magis quam extenuent, pręſertim quę vehemētius calefacere, & inſpiſſare prędicantur.Quare neq; in quartana cataplaſmatis, aut ſuperfuſionibus, fomentiſq́; vti ſtudebimus. Quippe vnctio ſola quæ ex copioſiore hydrelæo paratur,frequentius à balneo,& cibis temperatis adhibita calorem abunde contemperare,ac lęnire poteſt,& ſi quæ in iecore durities eſt,hanc quoque laxare.Sin autem res poſtulauerit,ipſo quoq; ſolo potius vti oportet,vel etiam chamæmeli decocto in quo abſinthij thuriones, palmulæ pingues,& melilotū deferbuerint. Noui me in quartana etiam frequenter epithematis vſum,tempore quidē opportuno,vt in tertiana ante acceſsionem,ex farina ordei,lini ſemine, & decocto chamæmeli,ac multū profeciſſe, vt ęger nō amplius acceſsione expertus, fuerit: præſertim autem in quartana, quæ ex nimia bilis aduſtione concitata erat, ac in pueris temperamento calidioribus,in quibus inflammatio quæpiam præcordia exercet,talia probari videntur. At ſi quis etiam in frigida quartana, (ſic enim appellanda eſt, quæ ex frigido,& ſicco humore melācholico excitatur,) ſuperfuſione item calidiore ante acceſsionē vtatur, hic item maximum adiumentum ſentiet, vt etiam ſubito febris conquieſcat, quamuis moleſtam acceſsionem ægrum experiri contigerit.Satius autem eſt, ſi quis etiam toto antea vacuato corpore ſuperfuſionibus,omniq́; alio particulari præſidio vtatur. Qui enim toto corpore adhuc ſordido, ac impuro, vel cataplaſmata inducere, vel perfundere aggrediuntur,hi inſignium malorum authores fiūt. Cæterum quartanas ex aduſta bile conſiſtentes purgare decet,corpus prius humectando pleniore cibo, & quiete: quæ vero ob humorem melancholicum procreātur,humectare quidem eas oportet, (ſiccus enim humor ille exiſtit,) ob terreſtrem vero eius partem,& frigidam, tum calefacere, tum extenuare conuenit. Purgationem autē non per febris initia, ſed cum concoctio iam apparet,moliri,debemus.Ita porro etiam ſi ęgrum ſanguinis vacuationem requirere cenſes,vt ex quo humor melancholicus procreetur,in ſtatu,cum humor quoq; à natura cōcoqui ſolet,tentare eam cōuenit. Tunc enim leuata natura reliquias materiæ euincit,id quod tibi cōcoctio in vrinis apparens indicat, ad medicamentum purgās,nempe, quod ex Rhodomelite conficitur, bilem, & humores nimium aduſtos ſine moleſtia purgans hoc præſtare debet: habet autem in hunc modum.

Purgatio ex Rhodomelite.

Succi roſarū ſextarij duo mellis, ſextarius: ſcā monię torrefactę vncia. Omnia ſimul coquūtur, danturq́; ad ſummum choclearia duo,vel minus. At ſi humorællioſus nō admodum calidus,& ſiccus,ſed craſsior,ac pituitoſo humore adulteratus eſſe videatur,paulū agarici prędicto Rhodomeliti adijciendū erit:atq; in eū modum hic quoq; leuiter purgari debet. Vt aūt prompte cōponas medicamentū,pareſq́;,ſubſcribam eius quoq; mixturā,quę ita habet. Roſarū ſucci libra:ſcammoniæ vncia:agarici vncię quatuor, piperis ſcrupuli duo mellis vncię ſex. Ad ignē lentum hęc coquito,ac vbi in craſsitiem coierint, adijcito ſcāmoniam & piper, atq; vtitor. Nam ſine omni adeo moleſtia vacuat, præterquam quod non multū calefaciat.

Purgatio quæ ex malis cotoneis paratur.

Mala cotonea octo impleto ſcammonia,cuius modus ſit vncia,& extrinſecus ea fermēto oblinito atq; ſic aſſanda dato: vbi aſſata probe fuerint, adijcito mel probe læuigatū ac vtitor pro virium ratione, in febribus quæ à bile excitātur & in ijs, qui generoſam purgationē ferre nequeūt:atq; in pueris magis,& mulieribus, nā citra omnē prorſus moleſtiā purgat, ſin ipſum efficacius reddere voles,in iſtum modū parato. Scammonię vnciā: petroſelini Macedonici vnciā,piperis albi vnciā: agarici ſemunciam, ſucci cotoneorū vncias ſex, ſucci citrinorū vncias tres,mellis libram. Dato in ſtar vnciæ.Succū melle coquito,atq; ita pulueres lęuigatos inſpergito, ac in pixide recondito cū fiducia. Eſt enim præſidiū in multos vſus acōmodatum,vt quod non ſolū bilem,ſed etiam pituitā & humorem melancholicū repurgare probe poſſit. Atq; idcirco quartanis quoq; falſis exhibere licet,in illis aūt magis,quorū ſtomachus affectus neq; concoquere bene,neq; appetere cibū poteſt nec nō ijs qui quotidianis infeſtantur. Hac de cauſa varijs in mixturis ad omnia pręparare cōducit.

De vomitu.

Vomitus omnibus vtiliſsimus eſt,pręſertim ijs qui humores craſſos in ore vētriculi continent. Nā craſsitiē extenuat,& vt cōcoquatur,celeriuſq́; diſcutiatur,efficit. Optimū aūt tempus ad vomitum eſt acceſsione incipiente: quoniā etiam tunc humores,cum materię mouentur,& illi in ſtomachum confluūt,illumq́; rodunt, nauſeam excitāt. Dato eis mulſam non nimis aquoſam: ita nanq; procliuius ad excretionem prorūpent,qui autem valde lenti,ſunt,& difficulter auelli poſſunt,ęgrius excernētur,ac pennis pręcipue anſerinis vtendū eſt, vt maiori irritatu vomitus omnino proueniat.Si.n.ex lētis humoribus aliquid ſurſum eductum fuerit, ſtatim etiam acceſsio minuetur,tum ſpacio temporis,tum ſimul more ac cōſuetudine. Ego enim noui me hoc modo inueteratas quartanas diſcusſiſſe,vt nonnullę ipſarum ſuperata iam deteriore parte conquieuerint.

De salsamentis.

Salsamentis autẽ in illis nimirum, qui ab humore melancholico excitantur, & in quibus stomachus vitiosis humoribus scatet, aut multa lienem vrget obstructio, vtendum est. Maxime hic commendatur etiam Encathera dicta, & quæ Alexandrinorum Buridia sunt, Menomenia, & Membridia. Oportet autem eum, qui horum aliquod assumit, aliquandiu sitim tolerare, & nullã potionem ingerere, vt efficere quid possint, & vim suam corpori imprimere: deinde vbi ita viribus destituitur æger, vt sitim ferre nequeat, tunc vinum Ascalonites, aut Gazites dilutum quantumlibet, propinare licet. Ego itaque noui quendam ex his qui Quartana ex terrestri & frigido humore laboraret, ita huius victus rationis vsu liberatum, vt etiam per aluum humorem superãtem excreuerit. Erat autem id quod excreuerat adeo valde nigrum, ut nonnullis medicorum metũ incuteret, non modo ob colorem, sed etiam propter copiam euacuatã. Verũ quod ęger paulo post morbum facilius ferre inceperit, & quod lien, qui antea maximus erat, paruus euaserit, effecit, vt omnes bene sperarent, & nihil amplius metuerent. Sciendum vero est, quod cibi enumerati, & quicquid abstergere, & extenuare mediocriter potest etiam cum concoctio incipit apparere, humidioribus tẽperamẽto, frigidioribus, & bene habitis dari debẽt. Etenim humores tũc magis & repurgãtibus, & extenuantibus prõpte obediunt. Qui enim per initia, cum materia planè esset incocta, extenuantibus vel purgantibus vsi sunt, hi prærerquam quod nihil eorum quæ superabant, in corpore vacuare potuerint, etiam sicciores crassioresq; humores effecerũt. Si itaq; talis sit Quartana, quæ à frigido, & terrestri humore concitetur, ita agere oportet. Sin autem à bilioso humore, exusto, & in cinerem redacto prouenerit, omnia contraria, quæ humectare, aut refrigerare possunt, tentare conuenit: balneum dulcis aquæ adhibere, & cibos tẽperatos. In summa quemadmodum diuersas habent species, ita quoque differentem ipsarum victum præscribere oportet.

De antidotis.

Nonnulli veteres Quartanarijs, etiam antidota dederunt ac multas variasq; descriptiones ab ipsis proditas inuenire licet. Quin & Diuinissimus Galenus ea memoriæ prodidit, sed nulla videtur vsus distinctione: unde pleriq; cum eis quæ titulo ipsa promittebant persuasi, deinde non exquisita discretione exhibuissent, maximæ offensionis & periculorum authores extiterũt. Miror sanè, cur antidotum ex liquore Cyrenaico paratum omnibus conuenire dixerit, iubeatq; frequẽter eo uti, atqui nõ uidetur res sic se habere. Neq; enim citra offensionem quis ipsum hominibus calido, sicco, & bilioso temperamento pręditis, & in Quartanã ex nimia adustione prolapsi, bibendum dederit. Attamen nec ea quæ ex sulphure uiuo, & pipere confecta sunt neq; Theriace antidotum dari debet. Hęc.n. uniuersa istis aduersantur. Quare præstat eis, si fieri potest, nullum antidotum exhibere, uerum sufficit, uictu potius refrigerante, & contẽperante, nec non ijs quę superflua repurgant frequentius uti. Sin autem antidoto interim uti cogaris, illa potius in Quartanis ex adustione nimia ortis propinanda putes, quæ constant ex opio, cicuta, & alterco, item quę urinam prouocare possunt, ita ut non ualde calefaciant, idq; in eis præcipue, quos uigilia, & sitis comitatur. Nam somnus ante accessionem obueniens frequenter impediuit, ne accessio in totum oboriretur, aut effecit, ut moderatior ea fieret. Porro ut antidota à me dicta facile inueniantur, necessariũ duxi compositiones exponere maxime illorum, quorum etiam antea in Quartanis, quæ ab humore Melancholico excitantur, multam habui experientiam.

Antidotum ad quartanas, quæ ex humore melancholico constituuntur.

Castorei, papaueris, mirrhę, piperis albi, liquoris Cyrenaici, singulorum drachmæ quatuor. Liquorem læuigatum & aqua maceratum reliquis adijcito, fingitoq; catapotia, & dato ante accessionẽ ieiuno, aut cęnato ex aqua. Præstat si ęgrũ ipsum etiam perungas, nempe oleo calido, quod nitrum admixtum habeat.

Aliud etiam ad quotidianas efficax.

Opoponacis, opij, castorei, alterci seminis, singulorum drachmæ quatuor. Læuigatis paulum mellis admisceto, datoq; adultis quidẽ dimidiæ drachmæ instar, pueris aut hora antequam inuadat accessio obulos duos.

Aliud ad Quartanam.

Liquoris Cyrenaici, piperis, mirrhę, rutę folia, singulorum drachmæ quatuor. Detritis, probeq; mixtis ante accessionem ex oxymelite utitor.

Antidotum Acariston.

Facit ad multos interiores affectus, præcipue uero ad Quartanas. Croci uncia, opij uncię septem, galbani vnciæ septem, casiæ unciæ tres: styracis unciæ septem, myrrhæ unciæ quatuor, castorei unciæ septem, costi unciæ tres, piperis uncię quatuor, spicę nardi uncię septẽ, mellis despumati, quod sufficit. Datur fabæ ægyptię instar ex mulsa ante accessionem.

Antidotum quod & ipsum mirifice ad Quartanas ualet.

Styracis exquisiti drachmæ quatuor, myrrhæ drachmę duę, opoponacis drachmæ quatuor, iridis sesquidrachma, piperis drachmæ sex, galbani drachma, lachrymæ papaueris drachma. Datur fabę ægyptiæ instar melle exceptum hora antequam accessio inuadat.

Pastillus insignis admodum ad Quartanas.

Opij veteris, rutę foliorũ, singulorum drachmę duę: croci drachma, alterci foliorũ drachmę duę. Contusa increta, læuigataq; in pastillos redigito, qui singuli scrupulos duos pẽdeant. Ac dato horis duabus ante accessionem ex posca, pro ægri virium ratione.

Pastillus alius benefaciens admodum Quartanis.

Piperis albi, seminis dauci Cretici pares portiones. Contusas incretasque ante accessionem ex multa aqua calida cochlearij mensura dato. Hoc plerosq;, cũ simplicius sit, adiuuit quartanarios.

Pastillus alius præstantissimus, ut nullus alius, succurrens curãsq; cellerrime: elicit enim sudores, atque ita morbo diuturno ægrum liberat.

Opij drachma, piperis longi, castorei, singulæ Mulso conformantur. Dato singulis obolum ex oxymelite lotis, & in lecto repositis. Hoc multos sudores euocat, & magna ex parte bis, aut ter potum liberat. Hæ omnes validæ sunt antidotorum vires, ad calefaciendum, & attenuãdum efficaces. Quare etiam Quartanis potius, vt diximus, conueniunt, quæ à melancholico, & terrestri humore excitantur adulteranturque à pituita, non autem continue, sed per longa interualla exhiberi debẽt, Nam liberalior eorũ vsus humores multo adhuc sicciores, crassioresq; efficit. Tutius autem dantur, cum concoctio iam apparuerit, & vires sint robustæ, ac ægri multum ad hoc inclinationem habent, qui & à nobis medicamenta sumere consueuerunt, & nos pharmaca sibi offerre compellunt. Sunt enim nonnulli non modo barbari, sed etiam alij pleriq; opinione ac ratione aliena prędití, vt etiam secari vtiq; præ omni medicina malint, ac eos qui hęc faciunt, scire aliquid arbitrantur, inuitantq; studiose in edes suas, & præstantiores hosce medicos censent, quam qui uictum præscribunt. Si igitur nostrum aliquis dare quid eis cogatur, qui calido siccoq; tẽperamẽto sũt, & ex nimia flauę bilis adustione Quartanã experiuntur, illa offeret antidota, quæ uim non adeo acrem, & calidam posſident, sed quantum licet, ac uacant, & si fieri poterit, refrigerãtia potius, & ad somnum inducendum, sensimq; extenuãdum efficacia obtinet, qualis est etiam Xenocratis pastillus, cum ad alia pleraque utilis, tum uero eximie, & ad Quartanas, & ad Tertianas. descriptio ipsius in hunc modum habet.

Pastillus ad Quartanarios ex nimia flauæ bilis adustione.

Seminis papaueris hortensis, lachrymæ papaueris, singulorum scrupuli duo: alterci albi, succi dulcis radiculæ singulorum scrupuli sex: styracis, anisi, singulorum scrupuli quatuor: croci, castorei corticis mandragorę, singulorum scrupuli tres. Arida contusa, incretaque, succo, sapa uel passo Cretico ueteri excipito, ac utitor cum fiducia in his præcipue, quos uigilia comitatur, aluus profluit, os uentriculi fluxione laborat, & dolor Colum exercet.

Aliud simplicius.

Decoctum scopiuri herbę mirifice prope omnibus auxiliatur, si ante accessionẽ bibatur. Iuuat enim non modo ratione naturali, sed etiam quia materiam per aluum & uomitus educit.

De lapide armeniaco.

Lapis qui Armeniacus dicitur, siue lotus, siue illotus offeratur, quatuor siliquarum pondere mirabiliter ad omnẽ Quartanæ speciem ualet. Nam humorem melancholicum ut nullum aliud præsidium euacuat: sed lotus quidem aqua per inferiora magis purgat: illotus autem per uomitiones citra calorem, non quemadmodum aliã. Si uero nonnulli lapidis potionem odio habuerint in catapotia redigito, his medicamentis ei adiectis. Aloes scrupuli quatuor: epythimi scrupuli tres: agarici scrupulus: lapidis Armeniaci scrupulus: gariophyli grana quinq; : scammoniæ scrupuli quinq; . Excipito succo Citrij, aut Croco melo, aut Rhodomelo, aut Rhodomelite. Dantur scrupuli duo. Proficiunt etiam catapotia ex epithymo absque scammonia, habent autem in hunc modũ. Absinthij succi drachmę quatuor: medullę cucurbitę syluestris drachma: aloes drachmæ duæ, mastiches drachmæ tres: epithymi drachmæ duæ. Datur noctu catapotia. Benefaciunt etiam ad mendaces Quartanas, quę paulum quoque pituitæ habent admixtum.

Aliud antidotum mirificum ad multa efficax maxime vero Quartanis.

Vetustum capitis dolorẽ finit, uertiginosũq; affectum, comitiales accessiones, & uigilias sopit: insaniam quæ Mania dicitur, sedat: magnos oculorũ dolores lenit: fluxionẽ doloréq; dentium discutit: spirãdi difficultatem, omnemq; asthmatis causam abigit, tussi uetustæ, peripneumoniæ, & pleuritidi medetur, cum siccę, tum humidę: omne à pulmone humiditatis uitium dissipat, sputa tenuia mitigat, & eductioni parationem ex hydromelite potum efficit. Sin autem quis sanguinem spuerit, ex oxymelite, aut posca, aut polygonij succo, aut plantaginis drachmarum duarum instar dato, pro ægri uiribus ponderi paulum quiddam adijciens, aut detrahens. Cæterum hoc antidotum stomachi est præsidium. Nam ex humiditate flacidum, imbecillemque astringit, & firmat, cibosque ob uomitiones

non

non continentem roborat,& omnes uetriculi inflationes per ructus discutit, punctorios iecoris dolores mitigat, & Arquatis morbis auxiliatur. Nam unamquamq; partem ad priorem naturam reuocat,& atræ bilis morbum, quæ Melancholia dicitur,diuturnum,& turbulentum, uigiliasq; leuat:lienis grauitatem subtrahit,& faciei colorem restituit, pituitam bilem per intestina detrahit, caliditatem intestinis partitam suggerit,distributionis meatus aperit,urinas segregat, & ueluti renes inuadit, atque ita ex eis tum arenas tum sanguinis grumos ad uesicam propellit, renibus ac uesicæ medetur,urinæ difficultatem reprimit. Omnibus porrò prædictis affectibus potu assumptum opitulatur. In ileosis autem morbis, & Cœliacis hęc potio ueluti uiam pręparat,inueteratum stercus subducit,uetustamq; inflammationem resoluit,tormina lenit,distentionem uasorum remmittit, & quietem inducit,non ueterni modo,sed somno concilians.Qui igitur per os id assumere nequeūt: his inijcito per aluum cum fœnugræci succo, & dolore liberat. Iam plurimū auxiliari potest uteri, ut aiunt, calamitatibus. Quippe dolores quoque ex partu solatur, & uigilias molestissimas imminuit, elationem distensionemque uteri molit, morbosam purgationem reficit, recreatque, & angustos uasorum meatus dilatat, sanguinis in uterum profluuium acutius, magisq; subitum non modo potu restringit, sed etiam uino calente in ipsam infusum sistit, item uocis abscisionem,& neruorum contorsiones potu mitigat.Vtimur eo in Articularijs,& Podagricis, ac plurimum id opitulari ægris compertum est. Maxime uero inuenias medicamentum uim istam in uirulentis,non modo si per os exibeatur seruare,sed etiam si locis oblæsis illinatur, proficere, ac in uehementibus periculis utroq; modo antidoto utendum est. Itaq; non solum in continuis febribus,ardētibusq;, & colliquantibus,quæ syntecticæ græcis dicuntur ex aqua,uel mulsa sumitur, ac maxima titulus eius promittit. Datur ægris drachma instar hora una, aut duabus ante accessionem.in Quartanis autē copiosiore utor medicamento, eo quod diuturnius malum inhæreat,& ægre refici possit. Qui medicamētum hoc donauit, incomparabile ipsum esse asseuerabat. Hæc est ipsius cōpositio. Myrrhæ scrupuli septē, spicænardi scrupuli tredicim,croci scrupuli quindecim, castorei scrupuli quatuor, opij scrupuli octodecim,amomi scrupuli quatuor, anisi, scrupuli decē,petroselini Macedonici scrupuli quindecim, apij seminis scrupuli duodecim,iunci quadrati floris scrupuli nouem, cæsiæ Aegiptiæ scrupuli quatuor, piperis albi scrupuli quatuor,piperis nigri scrupuli quindecim,sysonis Syriaci scrupuli duodecim,styracis scrupuli sex,seselios scrupuli quatuor,Hedichroi fecis,quod magna dicitur,scrupuli quinque,mellis despumati quod satis est. Styracem dilatatum melle soluito, arida super inspergēs. Opiū uero ex sapa macerato,donec mellis fiat spissitudo,atq; sic reliquis adijcito

De balneis.

Sciendum est, balneis quoq; sic utendum esse, ad unamquanq; speciē respiciendo, calidioribus quidem in ijs,quę ex humore melancholico excitantur, temperatis autem potius in illis, quæ ob nimiam humoris biliosi adustionem proueniunt, adhæc exercitijs similiter, & frictione, sed minus in calidioribus.

De unctione.

Præterea unctio interdum quidem adhibenda est ex oleo cyprino, aut gleucino in frigidioribus Chamæmelino autem,uel oleo dulci, aut hydrelæo in calidioribus. In summa pro uaria huius specie,diuersa quoq; curatio adhibeatur. Frictione tā, ut maximū præsidiū, si quid aliud adhibere conuenit,nūc copiosiorē, nunc pauciorem. Satis igitur sunt,& dicta iam remedia, & uniuersa uictus ratio, si quis oīno perseuerāter uti velit diuturnę Quartanę medebitur.Quoniam uero nonnulli negligentes metuunt, ne morbus diutius moretur, & multis corripiantur accessionibus, omnibus desiderant uti, & naturalibus simul, & his quæ alligantur,necessariū duxi propter huiusmodi hęc quoq; exponere,si quid à nobis ex longo tēporis usu,& experientia cognosci potuerit.

Medicamentum.

Medicamentum,quod appendi solet ad quartanas, sæpe à nobis multis experimentis comprobatum.Scarabæus Quartanarios curat, oportet autem ipsum uiuum extrinsecus fuluo linteolo firmiter alligatū,collo suspendere. dicunt autem hoc ipsū pręstare,si ita appēdatur. Est hoc quoq; uerum, usu multo compertū. Lacertam uiridem appendito, item ex unguibus ægri tum manuum, tum pedum exiguū præcisum,sicut facere solent, quibus ungues præcidūtur,rufo panniculo inijcere,& in eo firmiter illigatū ita appendito, ac rursus appensam ipsam resoluere unde etiam capta fuerit.Referunt quoq;, si quis ex gena hirci pilos acceptos ægro adalliget, mirabiliter Quartanæ posse mederi.Omnium uero naturalium medicorum testimonijs confirmatum est sanguinem qui primus à virgine fuerit excretus, naturaliter Quartanæ aduersari, similiter etiam corruptæ sāguinem efficere, si quis ipsum ęgro ad brachiale dextræ manus, aut ad eiusdem brachium alliget. Noui ego quendam, qui hac ratione utens Quartanam curauerit: dabat mulieri parienti pallium ægrotantis ferendum quod ille interius ferebat, illotū,& iam perspirabile:postea à partu pallium recipiens,ægro ferendum rursus præbebat. Ac Quartana non amplius in posterum affligere,mirabiliter contrarietate quadam,& ratione arcana depræhendebatur.

Ex libris Aetij de Erysipelaceis viscerum affectibus.

Erysiplaceus affectus nonnunquam viscerum alicui oboritur, qui febrim ardentē, & Hæcticam inferat. & siquidem Erysipelas ventriculum obsideat, hinc febris incenditur, quam Lepyrian Græci nominant, sin autem iecur infestet, Typhode, si pulmonē exerceat, Grynodē. Huiusmodi vero febris primum refrigerantibus, & humectātibus, tum cibis, tum potibus, & ijs quæ exterius imponuntur indiget. Quoniam igitur Hæctica febris alteri morbo non est cōmixta, balneum requirit, quemadmodū etiam alij omnes calores, & siccitates. Quod si Erysipelaceus affectus viscera vrgeat, abstinendum quidem balneo in totum, frigida autem in morbi vigore strenue vtēdum est. Ita nominare consueuimus, cum vna vice & frigidissimam, & multam dederimus, verum ante statum frigida non vtemur, nisi ab ægro, qui & frigidæ potioni assueuerit, et sitim ferre nequeat, coacti fuerimus. Extrinsecus igitur imponi debent, quæ refrigerant, & si nihil proficiunt, tunc etiam frigidam potionem dare, aut potius cibos refrigerantes oportet. Maxime omnium conueniunt teneræ, & dulces lactucæ. eluantur autem liberaliore aqua frigida, optime quidem ita sumptæ proficiunt. Quoniam vero iniucunditatem ipsarum, si ita sumantur, gratiorē nonnunquam reddere coacti sumus, aceto copiosiori aquæ frigidæ mixto, intingere illas permittemus. Acetū autē sit tale, quod ab omni vitiosa qualitate prorsus recesserit. Extrinsecus etiam ipsæ lactucę succus accommodari potest: imo & semperuiui, & seris, similiterq; refrigerantiū. Præstantissimum quoque est, quo nos vtimur, ex oliuis acerbis, & rhoe. Humorem enim ipsorū expressum in pilam cum portulaca viridi conijcimus: deinde contusum exprimimus: & coniecto in vas liquore, & orificio exacte obturato, vas in aquam frigidam mittimus: præstaret autem si vas etiam niue obduceretur. In vsu miscemus farinæ ordei tenuissimæ: deinde maceratum, vt liquidius sit, linteo duplici illinimus, imponimusq; precordijs, ita vt nō diu sinamus inhærere, sed postquam tepidum euaserit, hoc quidem tollentes, alterum imponamus, idq; perpetuo consequēter facientes, donec æger altas corporis partes quodammodo refrigerari senserit, & siti minus crucietur. Miscemus autem nōnunquam etiam oleū omphacinum, & rosaceum, vbi Erysipelas inflammatorium præcordia torserit. Atque hæc sanè de febrium curatione abunde dicta esse arbitramur.

DE FEBRIBVS

AETII LIBER.

Febrium diuisio, & de diarijs febribus. Cap. I.

EX morbis ob intemperiē oriētibus unus est & febris ipsa, calore pręternaturali ad tantam immodestiam euecta, vt angat hominem, & actionem lædat. Differentiæ huius caloris maioris ac minoris ratione distinguūtur, & iuxta subiectum siue materiam: aut ipsum cordis corpus calore occupante, aut humores, aut aeream essentiam. Incipit igitur hæc pręternaturalis caliditas, aliàs ex alio de prędictis, & nisi soluta fuerit, progressu temporis similiter reliqua duo genera afficit. Et si quidem in spiritibus permanserit hic calor, diariā febrem efficit. Si vero humores occuparit, febrem putridam incēdit. Si uero ipsum cordis corpus iniuria affecerit, hæcticam ac habitualem febrem facit. Nam aliqui febricitātes facile solubilem affectionem habent, uelut calefactū sole lignum. Aliqui uero ægre solubilem, velut accensum ab igne lignum vt etiam fumum edat. Quidam uero planè exuruntur, velut lignum ad carbonis naturā adactum. Tria igitur sunt genera, diariæ, putridæ & hęcticæ. Primum itaque de diarijs tractabimus. Fiunt hæ febres, uelut dictum est, citra humorum putrefactionem, solo spiritu feruefacto, & propterea diarię appellantur. Nam ubi loti sunt ęgri in prima huius febris declinatione, & cibum boni succi ac humectum acceperint, non amplius secundario febricitant. Propriū autem & inseparabile signum diariarū febrium est vrinarum concoctio in prima die & caloris iucunditas. Verum post exacerbationem sedatam, certiorem habebis cognitionem. Nam arteriarum motus, per omnia assimilatur motui sanorū quod nulli alij febri adest. Et ipsa bona ægri tolerantia maximum liberationis signum est. Et urinæ multo meliores post exacerbationem quam in febris principio tibi apparebunt. Et si ipsis dum lauantur, neque horror aliquis insuetus acciderit, neq; alia aliqua iniucunditas, & post balneum conse-

quenter bona tolerantia manserit, confidenter nutrire potes ipsum,& vinum exhibere intrepide bibendum, quantum in præsens moderatum est. Facile vero à talibus febribus capiũtur hi in quibus defluxiones corporis non uaporosum, sed acre quid ac fumosum habent. Quare si quando suppressus fuerit coaceruatus in ipsis calor, febrilis efficitur. Auspicãtes uero ac externæ lacessentes harum febrium causæ sunt, lassitudines, frigiditates, uigiliæ, curæ, tristitiæ, iracundiæ, rigor, ardor ac exustio cutis vt difficulter transpirationem admittat.

De diarijs ex laßitudine febribus. Cap. II.

QVi ex lassitudine febricitant, cutem sicciorem quàm qui ex alia quadam diaria febre laborant, habent. Et hoc maxime contingit his, qui simul frigefacti sunt ex multa lassitudine, ut etiam post febris uigorem permaneat ipsis siccitas. Et pulsus his parui fiunt. Qui uero non nimium fatigati sunt, his humiditates quædam, aut uapor calidus eã profundo effertur. Magni autem sunt & his pulsus. Oportet autem ipsos statim post exacerbationis declinationem, in balneum ducere. Et accurate simul ac molliter modico oleo dulci tepido perfrictos, aquarũm dulcium lauacris lauare. Sed neque si in aere balnei ipsos morari iusseris, quicquam læseris, propter frigiditatem. Postea quietis studiũ prodest.

De febriẽtibus ex vigilijs, & cura & tristitia, aut ira. Cap. III.

EOs qui ex uigilijs febricitant, distinguit etiam coloris species. Est enim subtumima. Sed & oculorũ motus manifesti sunt: uix enim attollunt supercilia. Et caui fiunt ipsis oculi, immo etiam sicci. Pulsus autem densiores fiũt omnibus ob uigilias, curam, ac tristitiam febrientibus. Qui uero ex ira febriunt, his neque cauitas oculorum adest, neq; color ille. Et calor his est amplior, & uelut ex profundo emergens. Et magni sũt his pulsus. Omnes igitur relati, neq; frictionibus neq; balneis multis opus habent. Sed multi olei perfusione omnino nõ adstringentes. Atq; ubi parum defricti sunt, pro more lauentur.

De febrientibus ex ardore. Cap. IIII.

FEbrientes ex ardore statim ab initio perfrigerãtibus, sanare oportet, & balneis pluribus dulcissimarum ac temperatissimarum aquarum. Oleum autem modicum adhibendũ est, & omnino non africandum. Sint autem quæ adhibentur capiti frigefacientia, omphacinum & rosaceum ex ipso præparatum sine sale. Facere autem hæc possumus frigida, uas in quo continentur suspendentes in puteum ut aquam contingat. Sed adhuc magis saliens aquæ frigidæ, oleum rigefacit, & magis adhuc nix forinsecus uasi circumposita. Perfundendum est autem sinciput ex oleo sic frigefacto, lana moderate excepto, ita ut manum in sublime leuemus, & hoc indesinenter faciamus, usq; ad febris declinationem: atq; ita in balneum dulcium ac temperatarum aquarum ducamus, accessu solo aeris balnei per transitum concesso.

De febrientibus ex frigore. Cap. V.

SI quis frigefactus febricitauit, suppressis uidelicet fumosis transpirationibus, quæ per cutem fiunt, & hic in balneum ducendus est in febris delinatione. Caput aũtem calefaciendũ est & ante balneum, & post balneum, in declinatione, ex unguento amaricino aut nardino.

De febrientibus ex grauedine ac destillatione. Cap. VI.

QVi ob grauedinem febriunt lauare non oportet priusquam ea concoquatur, si ex frigiditate aut cruditate destillatio facta est. Caput autem humectandum est irino unguento aut amaricino aut nardino. Si uero ardore facta est destillatio capite calefacto, & instar cucurbitæ attrahẽte materiam ex locis subiectis: hunc statim in balneum dulcium ac temperatum aquarum ducere oportet, & in frigidam immergere, & sub salientem locare: In balneis autem frigefacientibus caput humectare. Sunt autem ea moderata, propter balneum.

De febribus ex cutis densitate. Cap. VII.

DEnsatur cutis aut ex frigore, aut acerba qualitate ipsi præter adsuetudinem allapsa. Quale quid accidit etiam his qui in aluminosa aqua lauantur. Arctissima est his cutis, ut etiam tactu cognoscatur. Immo & caloris motus, læuis quidem iuxta primam manus admotionem apparens, acris efficitur, si diutius tactus perseueret. Vrinæ autem nõ uelut alijs fuluę sunt. Quare non accusamus in his quod alimentum non sentiant, unde corporis moles cõtrahitur. Neque uero oculi caui ac sicci fiunt. Verum sunt quibus humidiores & prominentiores esse uidentur naturalibus. eo quod non contigit trãspiratio in ipsis, sed materiæ magis intus concluduntur. Vnde neq; pulsus parui sunt uelut in tristitia, aut cura, aut vigilijs, & ualde immoderatis exercitijs. Curare porrò eos oportet aquarũ dulcissimarũ ac tẽperatissimarũ balneis, post exacerbationis declinationẽ, & pręcipere ipsis ut aliquã diu in balnei aere morentur, affundẽdũq; est ipsis oleum

oleum dulce tepidū, & fricatio mollis ac moderata adhibenda. Tenuis autem victus præscribendus est, & vinum dandum tenue & album.

De febribus ex fame. Cap. VIII.

Si ob famē fiat febris, exacerbatione declinante in balneū ducantur, & plurimo oleo tepido dulcissimo perfusi læuissime fricētur, & plurimo tempore in calido solio morētur. Egressi deinde ac viribus refecti rursus in balneum ducantur, & in calidum solium locentur. Postea egressis post balnei turbationem sedatam, danda est aqua calida potanda, deinde ptisanę succus, aliquando etiam pisces petrosi in iure albo parati.

Diæta communis omnium diariarum febrium. Cap. VIIII.

Diæta in febribus diarijs omnibus cōmunē scopū habet, ut sit ex edulijs boni succi & quę omnino concoquuntur, & nusquam circa meatus detinentur, his quidem qui ex ardore aut ira febriūt, quæ simul frigefaciunt ac humectant: frigefactis uero, minus alentia & moderate calefacientia. His autem qui vigilarunt, aut tristes fuerunt, aut curis vexati, humidus & somnificus cibus congruus est. Fatigatis autem plurimus & maxime nutriens. At in quibus intēperatura corporis calidior ac siccior facta est, eos oportet aliquando circa primum exacerbationis impetum nutrire. Vinum autem dandum est omnibus qui ex diaria febre laborant, aquosum, tenue ac albū, quod & concoctionem adiuuat, & vrinas ac sudores propellit. His uero qui uigilarunt, aut tristes fuerunt aut curis uexati, magis intrepide uinum datur. Sed & fatigatis nimium, dandum est quantum superare possunt. Iratis autem priusquam ab affectu omnino liberati fuerint, minime tutum est uinum dare.

De febrientibus ex inguinum inflammatione. Cap. X.

Siquidem citra lacessentē externā causam inguinis glandularū inflammatio fiat, multitudinem sanguinis plerunque in uniuerso corpore indicat. Nam & calor in his amplior est quam in prædictis, & facies rubicunda ac tumida apparet. Oportet igitur celerrime uenām secare priusquā materia in inflammato putrescat, ac febrem putridam accendat, post uenæ sectionem utendum est tenui diæta, usq; ad perfectam liberationem. At inflammato inguini, ante uenę sectionem adstringentia ac repellentia imponenda sunt post uenam sectam, laxantia ac moderate discutiētia. Cæterum quibus propter offensionem digitorū pedis, aut aliud quid tale, inguinis inflammatio facta est, & ea de causa febris diaria consequuta, tales ne interrogāt quidem Medicum quid facere oporteat: sed ulceri ex quo inguinis inflāmatio facta est prospicientes, lauātur circa exacerbationis declinationem. Prohibendū autem est uinum omnibus ex inguinis inflāmatione febrientibus, donec inflammatio fuerit soluta. Et uictus ratio tenuior ipsis constituenda est.

De diarijs febribus ex cruditate obortis. Cap. XI.

In corporibus ex malis humoribus uitiatis cruditates oriētes citissime febrem accēdunt. Minus autem fit malum, si ob cruditatem aluus infra erumpat. Non paruum autem malum est, si fuerit suppressa. Febriunt autem aliqui etiam in quibus profluuium uentris ob cruditatem fit. Si quidem igitur sola corrupta euacuata esse apparuerint: lauandi sunt ac nutriendi in febris declinatione. Si uero plus iusto euacuatio fiat, melius est nutrire citra balneū prospiciendo uentri ipsi. Cura uero uentris dupliciter fiat. Si enim non amplius feratur ipsa aluus, absinthium modicum aqua macerans coquito cum oleo in duplici uasculo, & ex hoc loco circa uentrem humectato; Deinde lapsum lanę purpurcę oleo imbutū uentri imponito. Si uero debilius est os uentris, mastichen cum unguēto nardino ad strigmentitiam crassitudinem redige, & purpurā ex eo imbutam impone. Sint autem ea quę imponuntur ad tactū calida: tepida enim robur uentris exoluunt. At si adhuc feratur aluus, melius est optimo melino uti pro nardino, cum modico uino. Commodum est ad hæc & mastichinum. Si uero etiam uenter exuratur post euacuationē, melino similiter utaris, aut cerato ex ipso parato. Nutriendi porrò sunt adhuc fluente aluo, ex polenta & panibus paucissimum acetum habētibus, quos hinc oxylipes Græci uocant. Inspergenda est autem polenta succo malorum punicorum aut pirorum, aut malorum, pręsertim cotoneorum. Vel in ipso eorum decoctum, aut myrtorū. Si uero fluxus cessarit, alica detur, & gallorū testes, & pisces petrosi in iure albo parati, & fructus adstringentes. Si uero inappetētes fuerint, ut auersentur cibos, ex concoctorio medicamēto ex malorum cotoneorum succo ac melle cōposito, cochlearium unū, aut duo danda sunt. Si autem nō affuerit id quod ex succo compositum est, detur id quod ex carnibus cotoneorum paratur, cui nihil omnino piperis additum est, aut ualde exiguum quiddam. Si uero supprimatur aluus in his qui ob cruditatem ex diaria febri febricitant; siquidem cibi adhuc in uentre continentur, plurima tepida pota, digitis aut pennis immissis, per uomitum iubebimus id quod molestum est reijcere: deinde præcordia fouere, & quietem agere. Si uero cibi iam descen

derunt

ad inteftina, reclinatis ipfis ita ut partes circa caput & ftomachum furfum uergentes habeant, foueatur uenter, & fomnus concilietur. Poft fomnũ autem glandula fubdetur, ad fuperfluitates quæ defcenderunt educẽdas, aut per mitiorem clyfterem, quale eft furfurũ decoctum, euacuatio fiat. Diæta fit tenuisfima, quæ plurimam exterforiam uim in fe habet. Quod fi inflatio acceflerit, inquere oportet in oleo cuminũ, aut rutã, & infundere per fedem. Euacuata uero aluo, ftatim nutriantur. Si uero etiam citra moleftiam dormierint, poftridie lauentur, adhibẽtes uentri unguentum nardinũ cum modico vino. Et poft balneum fimiliter tenui uictu utantur. Si uero etiam tertia dies febrem aliquam induxerit, neque fic timendum eft, fed fimiliter lauandum, ac moderate nutriendũ. Dare autem oportet talibus ante cibum aliquod concoctorium, oxyporium à cita penetratione appellatum medicamentũ, & præfertim quod ex cotoneis malis fit cochlearij menfura.

Curatio diariarum febrium multarum dierum, quarum aliquæ ex mutatione diariarum generantur, ob cutis obturationem. Cap. XII.

Quædam febres propter obturationẽ uaforũ circa cutem fiunt, ex diariarum mutatione, quum non probe curatæ fuerint ftatim ab initio. Contingit hoc maxime in corporibus uitiofis humoribus præditis quũ multum fuerint uoraces. Nam in talibus circa primam ac fecundam diem aliquantifper, non eft in pulfu putredinis fignum, ficut neq; in urinis, cruditatis: dum enim prolongatur quidem declinatio, & non amplius iuxta proportionem remittit, fufpecta eft affectio: fi enim non tranfpirauerint perfecte, neceffe eft putrefactos effe uitiofos humores. Siquidem igitur puer aut fenex fuerit ægrotus, uenam fecare non expedit. In medijs autem ætatibus, robore præfente, ęgroto uena fecetur, fi fanè etiam plenitudinis figna affuerint in corpore. Detrahendum eft autem pro uiribus, & obturationis magnitudine: maior.n. febris ob uehementiores obturationes incidit. Minor autem ob minores. Euacuata uero multitudine, & rarefactis meatibus, fumofæ ac fuliginofæ fuperfluitates tranfpirantes pauciores fieri poterunt. Periculofum enim eft aperire potentibus obftructiones uti ante euacuationem. Quæ enim uim exterforiam habent, exhibita dum exhalant fimul attrahunt quid ex crasfis ac uifcofis humoribus in uafis, & duplicãt in anguftis meatibus obturationes. Si uero etiam extrinfecus cuti admoueantur exterforia, periculum eft ne attrahant etiam aliud quid ad meatus obftructos. Quo igitur fecure & intrinfecis exhalatio, & extrinfecis attractio cõtingat, utilisfimũ eft euacuare pro uiribus corpus: poft euacuationem uero non longa facta dilatione, aliqua exterforia edulia aut pharmaca dare. Eduliorum qui dem loco ptifanam & aquam mulfam, pro pharmacis autem, acetum mulfum ex folo aceto ac melle paratum. Quæ enim in aceto mulfo coquuntur aliàs, uelut calamintha, & fimilia calida, febres accendunt, velut etiam uinum. At poft tertiam diem, neq; putredinis humorum figno in pulfibus præfente, neq; in urinis cruditate, & ubi hora fufpecta in qua febris accesfit in prima die tranfijt, confidenter iam hominem lauare oportet. Si uero etiam circa decimam horam fufpectus tibi fuerit paroxyfmus fiue exacerbatio, lauare oportet ante horam fextam. In balneo uero corpore præcalefacto illinire oportet oleo dulci tepido, & moderatius confricare, poftea depurgare & abluere forinfecus corpus. Eligẽda adhoc quædam moderate extergẽtia, qualis eft hordeacea farina & fabacea. Deinde immittere in foliũ calidæ temperate, deinde etiam in frigidam. Si uero circa decimã horam, ut ita demus, turbatio quædam fufpecta fit, nihil exhibendum eft pręter aquam cui incocta eft hyffopus & parum apij: Deinde fi nihil mali intulerit hora, nutriantur. Si uero etiam quid attulerit, oĩo moderatũ appa rebit. Quare & lauare poteris poftridie ac nutrire. At ubi magna facta eft obturatio, neceffario putrefactio contingit. Vnde curatio in putredinofa febre referenda, etiam his congrua eft.

De febribus continentibus fiue fynochis. Cap. XIII.

Continens febris nominatur, cuius ab initio ufque ad finem una eft exacerbatio, nullam alterius exacerbationis principij fignificationem faciens. Corporibus bono habitu præditis, & multo fanguine refertis, & ætate calida peculiaris eft continens febris. Conflatur enim ob calidi fanguinis copiam nondum putrefacti, & eo quod non trafpirat, feruore folum caliditatem excitantis: quemadmodum nouum uinum folet in dolijs: tempus autem talium febrium maxime uernum eft. Sunt autem differentiæ febris continentis tres, nam aut æqualis permanet magnitudo ab initio ufq; ad folutionem, aut additamentum facit, aut detractionem: hoc autem cõtingit prout maiores, aut minores fiunt tranfpirationes, ex eo quod denfior aut rarior eft habitus corporis affecti. Eft autem multa copia quæ in talibus affligit, & feruorem fanguinis ebullientem confequẽter febris accendit, aliquãdo uero etiam crasfitudo. Scopus igitur curationis in ipfis eft euacuare copiam, & extinguere calorem pręternaturalem, & crasfitudinem fecare, fiquidem affuerit: Deinde ueterem bonam temperaturam debilitatis partibus reparare.

De vena

De venæ sectione. Cap. XIII.

SI ualidæ sunt uires, & ætas permittit, & nihil aliud fortiter resistit, sanguinis tantū aufer- re oportet, quantum uires tolerant. Præstat autem si uires adsunt, usque ad animi deliquium ducere. Quibus uero non sic uena secta est, hi ad extremum periculum deueniunt, ut aut suffocentur, aut animo linquantur, nisi uirium robur, aut larga sanguinis eruptio, aut multus sudor, ex manifesta pernicie ipsos eripiat. Nam multitudo in his non amplius à uenis contineri potens, obturat ac distendit corporis molem, & propterea ipsum aliquando dirumpit, & uasa maxime in naribus aperit. Ea gratia festinare oportet ad sanguinis detractionem, quantum uires ferunt: quo uasorum natura ex transpiratione ac uentilatione, naturale temperamentum cōseruans, iuxta morem ab initio humoribus dominetur. Verum animaduertēdum est & ad ipsius uenæ sectionis scopos. Præcedente enim ciborum cruditate, eousq; uenæ sectionem differre conuenit donec tibi satis esse uidebitur concoctio ipsorum in uentre peracta, itemq; secessus superfluitatem in intestinis. Si uero suspectam habes post uenæ sectionem, aliam fore sanguinis euacuationem, uelut muliebrem purgationem, aut hęmorrhoidum in sede fluxum, relinquere oportet in uenę sectione tantum sanguinis quantum per alios locos, euacuandum putas. Quare siue menses fuerint moti, siue hęmorrhois aperta, totum negotium naturę permittito. Si uero non tantum quantum oportebat euacuatū fuerit, tunc uenam secato, quo ex utrisque compositis perficiatur quod cōuenit. Aptus est ad uenæ sectionem habitus corporis durus, multi sanguinis, densus, & ægre transpirans. Status aeris humidior. Resistit uenę sectioni puerilis ac senilis ætas, temperamentum calidum, ac siccum ualde, & tempus ac regio consimilis, & qui natura humidiore sunt, & præsertim cum caliditate, & qui raro habitu præditi sunt, insuper quibus os uentris aut amara bili ualde uexatur, aut de bile est, aut ultra iustū subtili sensu præditum: hi enim omne facile transpirant, & in uenæ sectione animi deliquijs corripiuntur, ex quibus ægre reuocari possunt. Similiter autem etiam si triginta annorum fuerit is cui uena secanda est, uerum humidus & mollis, & pinguis ac albus corpore, & paruas uenas habuerit: huic aut omnino nō uenam secabis, aut parum detrahes: omnino quidē non ęstatis tempore & in reliquis eiusdem ordinis: parum uero, alijs temporibus ac reliquis constitutionibus. Proinde aliqui in animi deliquium collapsi in ipsis medicorum manibus, non sunt reuocati, quare si quis euacuasset citra uirium dissolutionem, nō perijssent. Aliqui vero per omnem deinceps uitam, totum corporis temperamētum frigidius habuerunt, propter immodicam euacuationem, ut quidam in malo corpore ac habitu uitā degerint: quidam vero ex hoc ipso perniciosis morbis correpti sunt, ab aqua inter cutē, & erectæ ceruicis spiratione, hepatisq; ac ventris debilitate, & semisyderatione, optimū igitur est quemadmodum nos semper facere uidisti non dierū numero animum aduertere, neq; soli multitudini, sed uirium robori, in omnibus quidem, uerū maxime in continentibus febribus, si enim uires conseruentur, non solum sexta ac septima, sed etiā sequētibus diebus uenam secabis.

De frigidæ aquæ exhibitione. Cap. XIIII.

SI aliquando coactus fueris curare ęgrotum, qui nō solum antea uenę secandæ auxilium omisit, sed etiam nunc aut propter timiditatem ęgroti, aut cognatorum, sanguinem detrahere prohibearis: ad frigidæ exhibitionē deueniendum est exacta præscriptione facta, quantum ex ipsa fieri possit detrimētum. Nam si hoc paruum vel omnino nullum futurum est danda est in potu frigida sincera quantum æger eius uoluerit. Tunc autem danda est frigida, quum in vrinis videris concoctionis signa. Neque autem in principio, neq; in augmento danda est frigida: sed in ipso vigore totius morbi, ac particularis exacerbationis. Opportuno enim tēpore data frigida, corroborat solidarum partium naturam. Corroborata vero natura pręattenuatos humores aggreditur, vt bonos quidem detineat, inutiles vero eijciat, aut per ventrem, aut per vomitus, aut sudores. Si vero frigidæ potor fuerit æger tempore sanitatis, valde confidenter frigidam dato ipsa experientia doctus, omnia uiscera frigidę familiaritatē sustinere. Si enim omnino aliqua pars adeo frigida esset, vt ab ipsa lęderetur, sanitatis itaque tempore euidens detrimentū ostendisset. Quum autem nulla pars in sanitate læsa sit, ne in febre quidem lædi poterit, quum maximum propugnaculum habeat in profundo ardentis caloris multitudinem. Quapropter his qui modicum sanguinem, & minimum carnis habent frigidæ potus periculosior est. Cito.n. ad solidas animalis partes penetrat carnibus nudatas. Quapropter etiam habituales febres, neq; sincera, neq; multa frigida opus habent. Tenuia enim sunt in ipsis ac modici sanguinis corpora. Vnde quum magni detrimēti timor immineat in ineptis, à frigidæ exhibitione abstinere, & vti alijs auxilijs, quæ obturationes referant, & multitudinem euacuant, & feruorem febris mitigant. At uero detrimenta ex intempestiuo frigidæ potu orientia hæc sunt. Viscosos ac crassos humores attenuari ac transpirare frigida impedit. Quare siue inflammatio fuerit in aliquo viscere, siue ignis sacer, siue indurata, siue mollis ac laxa affectio, frigidæ potus ad huius sanationē nihil cōfert: sed eueftigio quidem non modicam

affert

affert lenitatem,eo quod febrem iam factam extinguit.Manente autem intus causa,quum ex frigida densatum fuerit corpus, aliam febrem accēdit priore grauiorem. Atq; hæc quidē detrimenti species contemni poterat. Verum plerūq; debilia habentes uiscera, citius ac facilius à frigidæ exhibitione læduntur. Quibusdam enim stomachus siue gula adeo fortiter affectus est, ut perdiderit actionē & uix potuerit deglutire: Alijs uenter læsus est, ut uix concoquere potuerit: Alijs hepar, ut ex hoc in aquam inter cutem inciderint. Alijs colum, aut pulmo, aut rhenes & uesica, aut aliud quid à frigida læsum, debile ad propriam actionem factum est. Quidam ipsorū statim erectæ ceruicis spiratione, aut alto sopore, aut lethargo, aut aurium abscessu, aut conuulsionibus, aut tremoribus, aut siderationibus corripiuntur. Et ut in summa dicam: Omne neruorum genus & caput ipsis affligitur. Noui quod formidinē tibi induxerim per ea quæ retuli, ad frigidæ exhibitionem. Verū uidisti me sæpe ipsa opportune usum esse, & in quibus dare oportet. Et semper utilitatem assequutum esse, citra ægri læsionem.

Diæta in febribus continentibus. Cap. XV.

QVibus uena secta est, his ego post duas uenæ sectæ horas, semper do modicum ptisanæ succum, & iubeo quiescere. Et postquam ex somnis surrexerint, rursus similiter ptisanæ succum exhibeo, & in hoc perseuero usq; ad tertiam diem. Quarta ferè semper in balneum duco. Tales enim opportune uena secta uiribus robustis, & ad animi deliquium euacuati, necessario sequitur non longe postea uentris secessus, at tenuatis uidelicet humoribus, & leuatis ac corroboratis uiribus. Aliquando uero etiam bilis uomitus. Ad quæ statim ēt humiditates per totū corpus aut sudores succedunt. Quare confidēter hos hos lauato quarta die. At uero tempus exhibendi cibi in febribus continentibus, tum his quę iā relatę sunt, tum his quę postea referentur, quæ sanè unam solum ab initio usq; ad finem exacerbationem habent est bona ægri tolerantia & consuetudo. Tunc enim ipsis cibi dandi sunt, quādo tolerantissimi sibijpsis esse uidentur. Et illo præsertim tempore diei, in quo etiam prius morem accipiendi cibi habuerunt: maxime enim toleranter pertulerint cibos isto tēpore acceptos. Robustis igitur uiribus, & dum uigor morbi breui expectatur, tenuissimo uictu uti licet. Vbi uero uires ęgrę sunt, non licet tenui uictu uti, citra magnum detrimentum. Quare alimentis tātum apponendū est, quantum roboris uiribus detractum est.

Vniuersalis doctrina de febribus putredinosis. Cap. XVI.

TRansspirationis angustia ac impedimentum meatuum obscurorum totius corporis obturationem facit, per quos fumosæ & fuliginosę superfluitates quotidie transspirant. At obturationis affectio quum parua fuerit, & probe tractata, diariam febrem efficit. Quum autem siue propter magnitudinem, siue imperitiam Medicorum consuetum diariarum tempus excesserit, aut continētem, aut aliam quandam ob humorum putrefactionem accendit febrem. At uero transspiratio multiformiter impeditur, & dum densantur meatus propter siccitatem, aut adstrictionem cutis, & dum obturantur propter multitudinem & crassitudinem ac uiscositatem humorum. Dum itaq; quotidie fumosarum ac fuliginosarum superfluitatum transspiratio impeditur, naturalis in nobis calor affligitur. Alius uero præter naturam corporibus accedens, primum humores propter humiditatem putrefacit ac corrumpit. Progressu uero temporis etiam pinguedinem ac carnem, & ipsa solida corpora inuadit. Est autem putrefactio essentię putrescētis corporis ad corruptionē trāsmutatio, à calore præter naturam fiens. Putrescentes igitur humores, aut intra uasa arctati, continuas, & nunquam intermittentes usq; ad perfectam morbi solutionem febres efficiunt: aut per totum corpus delati, & extra uasa, elapsi, quandam febrem per circuitum accedentem, & interualla habentem accendunt, uelut tertianā, quartanā, quotidianam, aut aliam consimilem. Causa vero cur non excidant extra uasa humores in febribus continuis, est aut multitudo, aut crassitudo, aut uiscositas ipsorum. Quemadmodum igitur dum inanimata corpora putrescunt, primum abijcimus ex ipsis quæ iam putruerunt, deinde reliquum in aere frigido suspendimus, & prespirationes perfrigerantes molimur. Eodem modo sanabimus in humanis corporibus putrefactionem, quod quidem iam corruptū est omni modo euacuantes. Reliquum uero gestationibus moderatis & transspirationibus perfrigerantibus, ad exactam ac naturalem proportionem reducentes. Proinde ubi prius de non intermittētibus febribus tractauerimus, mentionem faciemus deinceps & reliquarum.

De febribus putridis. Cap. XVII.

QVum in omnibus uasis, & præsertim maximis, circa alas ac inguina, ac consimilibus, sanguis calidior æqualiter redundās putruerit, febrem putridam continentem efficit. Plerunq; uero in corporibus multi sanguinis ac carnosis, & denso habitu præditis, & superfluitatibus calidis refertis hæc generatur. Proinde his iam febrientibus pulsus maximus & æqualis ac uehemens est, & qui compagem arteriæ neq; duriorem, neq; moliorem habet. Ad tantam uero uelocitatem ac densitatem uenit, ad quantam magnitudinem ipsa febris uenit. Atq; hæc quidē

ambabus

ambabus communia sunt, huic uidelicet, & prædictæ continenti citra putrefactionem febri. Verum huic præcipua putrefactionis signa in urinis, & pulsibus, & caloris specie adsunt. Curatio uero harum febrium, in utroq; genere cõmunicat, tum in eo quod cum putrefactione, tum eo quod sine hac est. At essentia quidem & uniuersa ipsarum natura, ex genere putridarum est. Verũ quatenus una est tota ipsarum exacerbatio, ab initio usq; ad totius morbi solutionem, eatenus cõmunicat cum cõtinenti absque putrefactione. Oportet itaq; etiam curationem ipsis in hoc solũ cum illis continentibus communem esse. Per alia uero omnia bifariam secari, ita ut quosdam medendi scopos ex genere putridarũ accipiamus, quosdam uero ex propria ipsarum essentia. Sanguis enim est qui in hac febre putrefactionem suscepit. Sic uero etiam alias differentias putrefactorum humorum sanare conuenit, iudicationem partim, à putrefactione sumendo, partim à propria uniuscuiusque differentia, uelut pituita, aut utraq; bile. Quandoquidem igitur putridarum febrium septem subiecta sunt præter naturam, à quibus iudicationes sumuntur, nempe copia humorum, & crassitudo, & uiscositas, & obturatio, & transpirãtium suppressio, & putrefactio, & febris non habens interuallum, unamquanq; sanè ex relatis affectionem sanare oportet per contraria. Copiam per euacuationem. Crassitudinem per secantia. Viscositatem per extergentia. Obturationem, aperientibus. Transpirantium suppressionem, siquidem propter constrictionem cutis facta est, per diffundẽtia. Si uero propter densitatem, per rarefacientia. Deinde putrefactionem, extergentibus & alterantibus, ac trãsmutantibus. Febrem autem, per frigefacientia. Quum igitur uires fuerint fortes, uena & his secanda est, nisi cruditas uentris, aut alterius cuiusdã partis prohibeat, uelut antea dictum est. Nam ex his quæ de illis diximus: considerare oportet conuenientia etiam de his, quãdoquidem uero neq; obturatio neq; putrefactio curari potest per solam uenæ sectionem. quum alijs auxilijs opus habeant reseruare aliquid sanguinis oportet ad curationis tempus, ut ne necessitas aliqua ingruat, ob inopiam, intempestiue nutriendi. Quantum enim ad talem febrẽ attinet omnino non nutrire oportet. Quantum uero ad sanguinis euacuationẽ, nutrire opus erit. Quare ex duobus alterum necessarium erit, ut aut nutrientes febrem augeamus: aut non nutrientes: uires dissoluamus. Melius igitur uelut dictum est, relinquere sanguinis proprium alimẽtum animalis partibus. Et ipsum contentum esse modicis sorbitionum exhibitionibus, uelut sunt ptisana & aqua mulsa, quibus, ut medicamentis magis q̃ alimentis opus habemus. Si uero ob aliquam causam relictum fuerit uenę sectionis auxilium: homini per tenuem uictum connutrito, quũ iam concocti fuerint humores, crassitudo ipsarum fuerit præattenuata, febre in uigore existente, dabimus frigidam aquam, uelut in superioribus continentibus febribus, nisi quid ex illic relatis prohibeat exhibitionem. Quod si uero etiam frigidæ potionis auxilium fuerit relictum, alijs auxilijs utendum est, quæ obturationes aperiunt, & multitudinem euacuant, & feruorem mitigãt, uelut antea dictum est, & deinceps consequenter referetur.

Communis diæta omnium febrium putridarum. Cap. XVIII.

IN omnibus putridis febribus in cõmuni putrefactos humores expurgare oportet, per urinã & uentrem ac sudores. Hoc enim commune est omni putredini. Si uero aliquando sua sponte ad os uentris impetum fecerint per uomitus euacuentur. Alioqui non oportet ægre uomẽtes prę ternaturã irritare, ut ne uires oris uentris exoluãtur, quibus maxime in morbis opus habemus. Eligẽda uero sunt quæ citra calefactionẽ ac resiccationẽ prædictas euacuationes perficere possunt: Velut est ptisanę succus, & aqua mulsa, acetũ mulsum simplicissimum, & fauorum mellis elotorũ cremor, apomeli Græci uocant, & radicis apij decoctum. Aqua itaq; mulsa ad secandos crassos humores, & detergendos uiscosos, & promouendas excretiones, optima fuerit, in febribus ex coarctatione ac putrefactione obortis, & præsertim cõtinentibus putridis. attamen febrilem calorem auget. Quare si immodica fuerit caliditas ab aqua mulsa abstinendum est, & utendum ptisanæ succo. Si uero obturationes ægre solubiles esse indicauerimus, acetum mulsum dandum est: quanquam & hoc si quis immodice utatur intestina radit, & tussim mouet, & neruosas partes lædit, ut difficile sit reperire tale auxilium, quod nihil lædens multum prosit. atq; hoc contingit propter complexum affectionum præter naturam in corpore. Quapropter his qui facile à quacunq; re exhibita læduntur, melius est ut ptisanæ succo utatur donec ualidius alimentum accipere possint. At si aluus non egerat, aqua mulsa cum solo oleo infusa eluatur, totum uero corpus forinsecus ante euacuationem discussorijs difflare non oportet, post euacuationem uero discussorijs uti licet. Pharmacis autem utendum est tepidam caliditatem habentibus, uelut est oleum chamæmelinum. & in hoc tempore, inter discutiendum inquam, etiam uinum aquosum potum omnes excretiones mouet. Concoctione uero manifesta in urinis apparente, etiam lauare licet, dulcis & potabilis aquæ balneo.

De febribus continuis. Cap. XIX.

FEbres continuæ eiusdem generis sunt cum intermittentibus siue interpolatis. Eiusdem autem generis dico cum tertiana exquisita.

febrem

febrem ardentem (causum Græcis) dictam exquisitam, & cum quotidiana, eam quæ quotidie exacerbatur, & tamen non intermittit. Nam & febris ardēs omnes alias exquisitę tertianæ notas seruat,& in hoc solum ab illa differt, quod cū rigore non irruit neq; intermittit. Et quæ quotidie exacerbatur, similiter omnes notas habet cum quotidiana. In eo uero quod non intermittit, eiusdem cum illa generis est. Eodē modo etiam quæ per quartam exacerbatur,non autem intermittit, eiusdem generis est cū quartanis. Et manifestum est quod neque rigor exacerbationes præcedit, neque sudor consequitur in hac febre, quemadmodum neque in febre ardente. In febre ardente rigor superueniens soluit ægritudinem. Differt autem febris ardens à cōtinente putrida, eo quod hęc ex sanguine putrefacto conflatur,& à principio usq; in finem unam habet exacerbationem. Febris autem ardens ex flaua bile putrescente incenditur,& alterius diebus exacerbatur, & quādam habet febris imminutionem ac uelut remisfionem. Continens uero putrida similis manet vsque ad solutionem.

Cura febris ardentis. Philumeni. Cap. XX.

Est igitur febris ex flaua bile putrefacta incensa,continua ardentisfima, & neq; medicis, neque ægris bona ordinem exhibet, Lingua enim in his arida est & nigra ac aspera. Morsus item uentris, ac sitis intolerabilis, & uigiliæ. Aliquando etiam delyrium. Primūm itaq; leniter ac blande hanc febrem aggredi oportet. Vbi uero concoctionis signa apparuerint in urinis & morbus iam uigerit: acrius instare, & ad frigidæ potum accedere. Nisi & hic aliquid prohibeat,& his quę de continentibus febribus relatā sunt. Prima uero auxilia in febre ardenti sunt: Decubitus in locis frigidis,qui ad purum aerem patent ac perflantur. Stratum molle & sæpius renouatum, amicula asfidue permutata, & satis gracilia & nō sordida. Lectus sit abunde amplus, quo posfint mēbra calefacta subinde ad alias atque alias eius partes trāsferri. Et per flabellū aer ignauior concitetur. Epithemata conueniūt pectori ac stomacho imposita, palmulæ cū uino & rosaceo aut melino tritæ. Sunt & frigefacientia cōmoda,uelut sunt pampini uitis triti,seris,polygonum,plantago,ramēta cucurbitę, lactuca, rumex acutus. Singulis autem ammisceantur micæ panis præmadefactæ,aut polentę. Oportet tamē asfiduos horum usus deuitare. At uero paniculi linei complicati moderate graciles aqua & oleo calido imbutę,& pectori ac stomacho impositę, ardentē febrem mirifice mitigant. Sed & aqua & oleum calidū,aut aqua & oleū rosaceum,ex alto in pectus delata per lanæ manipulū, vehementiā ardoris facile obtundūt. Oportet aūt abūde calidam esse aquā & oleum,aut aquam & rosaceum. Tepidā enim partium firmitatē exoluunt. Si uero parū nitri his ammixtū fuerit, sudores excludere poterint. In ardētisfimis aūt febribus etiam aceti parum ammiscēdum est, nam & hoc quod debet facit. cibi porrò offerēdi sūt humidisfimi,& nihil acre habentes,uelut sunt lactucæ, caules cū posca aquosa feruefacti,& cucurbitę similiter cū posca. Sed & ptisanę succus tenuior dandus est absque sale, aut alio additamento. Et aliquando post cibum aquam frigidam cochlearij unius aut duorum mensura absorbeant. Aut sit potius ipsorum potus in totum lactei teporis. Sed & aqua frigida fracta colluenda ac gargarissanda prębeatur. Et rosarum succi cochlearium absorptum stomachum refrigerat. Quin & alia animi oblectamenta procurentur. Folia uitis uiridia, item myrti ac rosarum per pauimentum spargantur: & aqua frigida frequenter irroretur: Et aquæ salientes in uicinia forum ædant. Tempus autem frigefacientium epithematū ac similiū, est vigor exacerbationis. Nam in principijs ac augmentis exacerbationum, dum adhuc inæqualiter affectā est, & caliditas circa uiscera residet, si hæc adhibeantur,diffundunt quidem sensum,uerum repellentia caliditatem in profundū, maius detrimentum inducunt, incluso intus feruido calore, & rursus febrem ardentiorem efficiente. At in uigore exacerbationum, expassa caliditate per totum corpus, facile extingui poterit ea quæ adhuc reliqua est circa uiscera. Nam & melius spirantes, & minus siticulosi fiunt,his in tempore ad hibitis. Et ipsorū roscido uapore excluso,ad somnum conuertuntur. Cæterum instante iam uigore, toriūs morbi, & nullo prohibente ex his quæ in continenti febre relata sunt, tempus iam est frigidæ exhibendæ. In quibus igitur confidimus, nullum ex uisceribus, neque caput, uelut dictum est,læsionem incursurū, sinceram sanè frigidam exhibemus. In quibus uero metus est, atq; is uel minus impedimento est, pro prima uice fractum exhibebimus potum siue frigidā. Frangitur autem si quis temperatæ aquæ calidæ cyathum unum, ad quinque frigidæ puræ sincere ammiscuerit. Atque talis potio suspectis corporibus exhibetur. Quidam uero olei rosacei cyathum frigidæ exhibendæ affundunt, & sic exhibent. Ipsum enim rosaceum nō ualde frigefacit,& oleositas eius corporibus intus oblita, non permittit ipsa à frigida aqua lædi. Et simul firmitatem quādam exhibet uentri rosaceum, & lubricitatem, propter oleositatem. Quidam pro rosaceo,melinum exhibent. Porrò balneum illis solum conuenit in ardenti febri, qui citra tumorem aliquem inflammatum, aut erysipelatum ægrotant, ubi concoctionis signa apparuerint in urinis. Quod si quis iuuenis sit carnosus, tempore æsta-

tis & constitutione calida ac sicca, febre in vigore existente, & concoctione in vrinis apparente, citra visceris alicuius inflãmationem, & in lauacrũ frigidę notatorium seipsum iniiciat, atque natet, sudores vtiq; commouerit. Si uero etiam ad frigidæ balneum adsuetus fuerit, valde confidenter hoc auxilio vtatur. Quibusdam enim statim venter biliosa ægessit. At si moderata est febris, & vires robustæ, vnà cum concoctionis signis, prosunt ipsis balnea dulcium ac temperatarum aquarum, & ex vnguẽtis chamęmelinum, præsertim si aer ambiens, frigidus fuerit. Nam si aliquãdo contigerit, vt frigido existente ambiente æger fortiter à febre exuratur, modicam salutis spem de ipso habere oportet. Si uero neque concoctionis signa affuerint, in tali aeris statu, neque vires fortes habere apparuerit, talem seruari impossibile est. Quare neque lauabis ipsum, neque inunges rarefacientibus medicamẽtis, neq; vinũ dabis neque frigidam. In quibus enim desperata est salus, vanum est auxilia multos seruantia imperitorum calumniæ exponere. Proinde ego sanè Medicos quosdã noui methodi ignaros, qui imitati sunt ea quæ à nobis fieri solent, & usi sunt his auxilijs, in his qui penitus mortui fuerunt, & neq; quicquam profecisse, & opportunũ ipsorũ vsum suspectum ac horrendum fecisse. At nos & temporum occasiones, & auxilia describimus, in his qui seruari possunt. Nã qui incurabiles sunt ęgri, his neque occasio, neque auxilia commodant.

Tertianæ exquisitæ dinotio. Cap. XXI.

Febris tertiana exquisita in corporibus natura biliosioribus omnino consistit, & in ætate uigoris, & maxime tempore ęstiuo, & in locis calidis ac siccis temperamento, & in tali ambiẽtis nos aeris statu. Sed & vitę in laboribus, & curis, ac vigilijs, ardoribusq; & pauco alimẽto, eoq; calido & sicco. Et immodicus calefacientiũ ac siccãtium potionum ac medicamentorũ vsus, apta sunt ad febrem tertianam. Quum igitur gignatur tertiana, ex flaua bile putrefacta, ac mota, & extra uasa lata, statim à principio rigorem insignem inducit, qui à quartanę febris rigore in hoc differt, quod in tertianis pungi ac uulnerari corpus uideatur. Nam in quartanis inuasio uehemẽtem perfrigerationem habet, & magis in profundo. Quotidianam uero neque rigor omnino pręcedit, sed magis circũfrigesiunt. Est etiam in tertianis febribus ordo pulsuum exquisitus & ęqualitas. Excitatur autẽ in progressibus exacerbationum pulsus ipse ad uehementiam ac magnitudinem & densitatem. Sitim etiam inducit tertiana, maxime in uigore, & hominem exurit, vt se denudet & abijciat uestitum, & magnum ac densum spiritum ducat, & uelut flammam quandam efflet, & frigidã bibere expetat. Et paulo post calor æqualiter per totum corpus extenditur. Quod si etiam manũ inieceris corpori, iuxta primũ contractum calor multus & acris occurrit qui uelut cum uapore quodam affertur. Vincitur autem paulo post à manu, & sanè iam etiã bibere tempus est ægro, atq; ubi bibit, statim multitudinem calidi uaporis per cutem remittit, prænuntiam sudoris, & vomitus bilis apparet, & aliquando etiam uẽter ęgerit. Vrinæ uero his sunt biliosæ & subfuluę ac subflauę, & moderate crassę, & paulo post aũt nubeculam albam, aut quidam in medio dependens bonum efficiunt. At si fuluiores fuerint urinæ, & neq; quid in medio pendẽs, neque nubecula, in primo circuitu apparuerit, ad septẽ circuitus extendetur morbus. Verum exquisita tertiana quæ in prima die ostendit in urinis subsidentiam albam ac leuem, & ęqualem, tertiũ circuitum non trãsgredietur. Hæc febris in integrã febris quietem definit post exacerbationem, uniuersum exacerbationis tempus duodecim horarum ad summum faciens, & non plurium. Atq; hanc exquisitam tertianã nominamus. Quæ vero diuturniorẽ habuerit exacerbationẽ, eam appellamus extentã. Si uero quotidie exacerbauerit, cum rigore irruens uehementi, habuerit autem omnes prædictas notas in pulsibus & urinis, & reliquo corpore, hanc duplam tertianam nominamus. Et hoc contingit propter multitudinem & crassitudinem bilis inæqualitatem.

Tertianæ exquisitæ curatio. Cap. XXII.

Tertianam igitur exquisitam velut à flaua bile commota fientẽ, humectare ac frigefacere quantum eius fieri potest, cõuenit. Et quæ quidem in supernum uentrem confluunt, euacuare per vomitus. Quę uero infernũ subeũt, similiter per infernam excretionem. Sed & urinis ac sudoribus uia aperienda est, & ueuter quidem mollibus infusis euacuandus est. Vrinæ autem propellendæ sunt, apio & anetho in potionibus maceratis. Et si concoctionis signa apparuerint, confidenter iam etiam absinthij comã aqua mulsa maceratam ac excolatam dabis. Balnea uero ipsis conueniunt, ex aqua calida potabili temperata, & neque nitrum, neque aliud quiddam tale in balneis adhibere, sed aquam & oleum pręcale facto corpori circunfundere, & in calidæ solium locare, ac hortari ut in ipso moretur quantum eius fieri potest. Eos uero qui balneum amant etiam si bis laueris, non peccaueris. A uino uero abstinendum est penitus priusquam concoquatur morbus. Vbi uero concoqui incipit, tenue & aquosum ac modicum, primum dandum est, prope solutionem uero, uberius. Cibi qui humectant ac frigefaciunt, omnes commodant tertianis exquisitis. Quantitas uero in ipsis tanta sit, quantum probe concoquere possunt. Et ex oleribus

ribus quidem conueniunt atriplex, blitum, malua, lactuca, & cucurbita. Ex reliquis autem ptisanæ succus, & sorbitiones ex alica, & pisces petrosi, & ex volucribus quæ mollem carnẽ habent. Ex alijs alas,& gallorum testes, & suillos pedes, ac cerebella,& paruorum porcellorum extremas partes dare conuenit. Sorbendi sunt etiam ouorum vitelli, & fructus gustandi non ægre concoctiles. Abstinẽdum uero ab omnibus dulcibus & acribus, & salsis, nidorosisq; ac virosis edulijs ac potibus. Et à veteribus ac natura calidis vinis.

Tertianæ spuriæ curatio. Cap. XXIII.

IN non exquisitis tertianis,neque lauare statim ab initio bonum est,sed quando iam apparuerint signa cõcoctionis:neque quotidie nutrire,sed satis est alterius.Quies autem & calefactio præcordiorum ipsis conducit & sorbitiones concoctu faciliores. Infusa item inferni uentris non valde mollia.Et si sanguinis detractione opus habuerint,neq; hæc relinquatur,sed statim ab initio distinctione facta, velut in Sermone de venæ sectione dictum est,moderatus sanguis auferatur, quantum in præsens satis est.Totus uero diætæ status non frigefaciens & humectans sit in totũ,velut in tertianis exquisitis, sed etiam quid de incisorio ac calefactorio modo assumat:nimirum velut crassiore bile subiecta, & non ualde calidiore. Maxime vero contulerit ipsis ptisanæ succus,iniecto pipere & hyssopo aut origano.Sed & nardi spicam cum aqua mulsa, coctam bibendam dato.Et alia quoq; quæ vrinam cient,prçter quam extreme calefacientia ac siccantia.Maxime quoque absinthij cremor assidue dandus est post septimam diem. Sed & acetum mulsum multis profuit potum. Et aliquod lene purgatorium, bona concoctione in vrinis apparente. At uero uomitus ab accepto cibo, vsq; adeo commodus est his qui in hac febre perseuerant: vt multos nouerim statim perfecte liberatos ex huius usu.

De hemitritæo,hoc est, semitertiana. Cap. XXIIII.

FEbris semitertiana appellata,fit pituita putrefacta ad putrefactum amarç bilis humorem ammixta, & est ex duabus febribus composita,quotidiana enim cum circumfrigefactione irruente, tertiana vero cum rigore, febris ex ambabus mixta,horrorem inducit, & de rigore quidem minus,plus autem de frigefactione,id quod extremitatibus permixtis contingit. Itaq; neque absonum nomen huic febri imposuerunt qui hæmitritæum dixerunt. Duplex est autem modus generationis eius. Aut duabus exacerbationis vno tempore coincidentibus: Aut statim ab initio vtrisq; inter se permixtis. Quum igitur tertiana prædominatur horridior febris fit, & iuxta accessionem etiam aliquid rigoris assumit. Statim vero talis etiam calidior est & çstuosior,& quendam bilis vomitum, aut egestionem,aut sudorem inducit. Vbi vero altera pituitosior febris præualet, prçdominatur quidem frigiditas extremitatum, verum modici sunt horrores: & non sunt siticulosi,neque çstuosi. At vbi çquales magnitudine fuerint, & tertiana interpollata, & quotidiana continua, inuasio quidem exacerbationis cum horrore contingit.Et quum pituitosa febris dominatur, contractiones fiunt ac horrores.Quum autem biliosa febris prçualuerit,acervatim incalescunt. Atque hæc quidem est semitertiana exquisita, ex tertiana intermittente & quotidiana continua composita, ambarum febrium temperatura æquali existente. Cæterum semitertiana non exquisita, aut biliosum humorem habet,aut pituitosum. Quũ igitur ex vtrisq; relatis humoribus semitertiana febris confletur, etiam curationem mixtam esse conuenit. Quare ex his quæ de tertiana relata sunt, & ex his quæ de quotidiana dicentur, curationem componere oportet.

Quartanæ exquisitæ dinotio. Cap. XXV.

QVartana exquisita omnem ætatem inuadit,præcipue tamen inclinatam. Hippocrates autem in libro de septenario,vigoris ætatem dixit. Idem asserere videtur, eundem hominem non bis quartanam febrem incidere. Verba eius sunt.Primum quidem quartana febre idem homo bis neq; capitur, neq; unquã captus est,neq; de cætero corripietur,si semel sanus fiat, & hoc propterea: Iuxta propriã vniuscuiusq; hominis naturã,& çtatem vigoris contingit.Necesse enim est vigentem hominis naturam in hoc tempore quartana febre corripi.Prçterito autem vigore exolutam esse à quartana,& ab inuasione. At uero naturæ corporũ magis atrabiliariæ hanc febrem perferũt,& ex temporibus Autumnus, & præsertim vbi ipse seipso fuerit frigidior ac siccior, & inæqualis. Edulia item ac potiones, & totus vitæ victus siccus & frigidus tempore existens,quartanarum febrium signum est: Et lienes aucti. Hæc autem febris non statim à prima die omnino irruit cum rigore.Sed aliquando ex alijs in hanc fit transmutatio, ex his quæ erroneæ ac inordinatç vocãtur.Verum in progressu rigor accedit,& cum augescente etiam rigor augetur.Sensus aũt çgrotis contingit,non uelut pũgatur & stimuletur cutis, velut in tertianis contingit, sed & perfrigerãtur vehementer,& velut frangũtur vsq; ad ossa.Proinde audire est çgros dicẽtes,quod ossiũ lassitudine tenentur,& carnẽ confringi imaginãtur.Pulsus porrò sunt parui,obscuri, ac tardi & rari in principijs accessionũ, velut ĩ nulla alia affe

ctione. Etenim iuxta inuasiones quartanarum arteria tibi ligata esse videbitur, & introrsum retrahi ac prohiberi à regressu. Quare etiam si iuuenis fuerit æger, tamen senilis extremę ætatis motum arterię imitatur. Si enim ęgrotantis naturalem pulsum noueris, aut in principio exacerbationis alterius morbi affueris, nihil aliud expectaueris quo minus pronuncies, irruentem à principio febrem quartanam esse adeo immensa quædam mutatio pulsus ad raritatem ac tarditatem fit. Vrinæ uero his in principio quidē albæ ac tenues & aquosæ, nimirum propter materiæ crassitudinem percolatæ. Progrediente uero morbo, pro ratione coloratiores fiunt, & subsidentiam habent crassam. Sequitur autem sudorum copia circa exacerbationis declinationem. Ex Rufo. Quartanæ igitur à splene initium sumentes, diuturniores sunt. Fiūt autem manifestæ ex colore, & cruditatibus, & quod uenter non facile ęgerit, & ex splenis tumore, & quod ad sinistram magis se reclinent. Est autem periculum ne progressu temporis etiam in aquam inter cutem incidant. At uero propter hepar inflammatum quartanarij, coloris sunt albicantis, & toto corpore tumidi, & vrinę his sunt ualde rubrę, sandaracham referentes. Et ad contactum tumor dextri præcordij occurrit. Et hi etiam magis difficulter spirant quàm splenici, & subtussiunt, & postremum in hydropem ineuitabilem delabuntur.

Quartanæ curatio. Cap. XXVI.

IN principio igitur moderate ac leniter tractandi qui ex quartana febri laborant, ita ut neque medicamentum aliquod forte adhibeamus, neque euacuationem, nisi sanæ sanguis ualde abundare uideatur. Tunc enim moderate sanguinē auferre oportet. Et si diducta uena sanguis fluens niger ac crassus fuerit, confidenter euacua: Talis autem in splenicis maxime reperitur. Vbi uero flauus ac tenuis apparuerit, statim cohibe. Secanda est autem uena, aut interna, aut media, in sinistro cubito, si splenicus fuerit homo: Aut in dextro, si circa hepar fuerit affectio. Diæta uero sit flatus expers, & bona. Venter autē molliatur quantum eius fieri potest, per consuetos cibos. Si uero hi nihil profecerint, infusis per clysterem utendum est, primum quidem mollibus, postea acribus. Prohibendę sunt carnes porcinæ, & omnes uiscosæ ac tardi transitus. Item frigida ac humida edulia omnia. Vino utendum est pauco, albo, & tenui, ac moderate calido, uolucribus autem montanis. Et piscibus mollis carnis, ac facilis concoctionis, & nihil uiscosum habentibus. Vtendum est etiam salsamentis ac sinapi. Et per dies aliquod accipiendum est pharmacum ex tribus piperis generibus, & diospoliticū appellatum. Et si piper solum tritum quotidie acceperint, recte utique fecerint. A frictionibus aūt & deambulationibus & alijs consuetis, nō penitus arceantur. A balneis uero abstineāt frictionibus cōtenti, quæ ualde prosunt. Et si breuis fuerit ac non ualde uiolenta quartana: non malum fuerit in intermedijs diebus consueta exercitia contingere. Atq; hæc quidē in principio ac augmēto faciēda sūt. In uigore uero morbi tenuiore uictu utendum est, & iubendi sunt ęgri diu quiescere, & uisceribus prospiciēdum est, & adhibitis fomētis ac cataplasmatis mollire ac laxare potētibus, & flatus dissoluere. Talia uero sunt, farina ordeacea, & semen liniris, cuminū, chamępitis, & ruta, in aqua mulsa cocta. Oleū quoq; à fomēto cataplasmati miscendum est. Oportet aūt primū olei fotu per paucos dies irrigare, atque ita cataplasmatis uti, in die uidelicet adhibitis, si æger se rat. Epithematis autē utendum est polyarchio, & eo quod ex styrace paratur, & similibus. Consequenter autē etiam urinam cientibus utendū est. Et aqua mulsa in potu exhibenda, in qua cocta est ruta & anethū. Quod si concoctionis morbi signa euidēter apparuerint, cōfidēdum est statim pharmacis humores nigros euacuantibus, & non semel, sed sepius, si opus fuerit. Conuenit autem Epithymum quartanis potum, & Veratrū nigrū maxime prodest, eo quod citra molestiā euacuat ea quę molestant. Et uinum dulce in uacuum colocynthidis calicē infusum. Omnibus tamen miscendum est apium, aut anisum, aut dauci semen, iucunditatis gratia. Assidue ēt betę ac ostreorum decoctum bibant. Conueniunt his quoq; aloedaria Oribasij quæ sic habebat. Aloes drac.c. spicæ nardi, asari, mastiches, croci, xylobalsami, singulorum drach.vj. casiæ drach.xij. epithymi drac. xvj. veratri nigri exempta medulla drac. viij. forma pilulas magnitudine erui cū pulegij decocto, & exhibe pro viribus. Possunt & cum melle cocto pilulæ formari. Ego uero etiam ueratrū internū adieci. Vtendum est & vomitibus à cibo, & à raphanis: si nihil impedierit. Pleriq; enim ipsis assidue vsi: partim perfecte à morbo liberati sunt, partim facile pertulerunt. Nam vna cū hoc quod euacuant ea quæ stomachum infestant, etiam facilius concoquūt tales. vbi uero nihil iam prohibet, etiam albū ueratrum dandū est, primū quidem raphanis infixū velut in Sermone de purgatorijs dictū est, postea vero etiā ipsum per se. Qui vero vomere nō possunt his uehemētius inferne purgatis dandū est medicamentū ex viperis, theriaca appellatū, & reliqua quę ad tales febres laudātur. Inter quę est & familiare illud nobis oīum probatissimū, quod recipit succi cyrenaici, & piperis, & myrrhę troglodyticę, & foliorū rutę viridiū, singulorū ęqual. partes. Singula seorsim lęuissime teruntur, & ruta cū melle trita excipiuntur, fiuntque pilulę, de quibus aliquibus obolus unus alijs duo exhibētur. Aliud Asclepiadæ, hoc etiam somnium

somnum facit, quo etiam ipse utor piperis longi, myrrhæ troglodyticę, succi papaueris, castorij, singulorũ pares portiones efforma & utere, obolum unum aut dimidium exhibens cũ aceto mulso duabus horis ante accesſionem. Aliud ad quartanam facit & ad arthriticos: hoc in quartanis dato prælotis duabus horis ante accesſionem drachmæ unius pondere cum aceto mulso. Arthriticis uero cum aqua mulsa. Bituminis unciæ una myrrhę troglodyticæ drach. duæ, folijs mẽthæ uiridibus leuisſime tritis excipe, ac utere uelut prædictum est. Cæterum qui in principijs talium pharmacorum aliquod exhibuerunt, aut omnino ante uigorem, hi sæpe simplicẽ quartanam duplicem fecerunt, aut omnino maiorem ac difficiliorem effecerunt. Aut duplicem antea triplicem reddiderunt, aut omnino duas difficiliores ac maiores effecerunt. Noui ego quendam medicum qui ausus fuit è tribus quartanis correpto dare theriacã ante morbi uigorẽ. Deinde auctis omnibus accidentibus quum febris continua succesſiſſet hominem peremit. Archigenis. Quartana febre laborantibus, inquit Archigenes, trifolij bitumẽ olentis seminis drach. una in tribus aquæ mulsæ cyathis, exhibere solet. Mirifice etiam ipsis prodest bitumen ipsum iudaicũ tritum potum cum uino diluto drachmę pondere. Verũ pharmacum minime molestum, & sæpe succesſum sortitum expertus sum ego hoc, maxime in quibus splenes tument, & hyhrops initium capit. Hederæ corymbiferę folia quinq; cum myrrhę troglodyticę magnitudine fabę trita, in aquę mulsæ dulcioris heminą exhibẽtur. Sed & castorium potum rigores mitigat, & morbosam carnem consumit, & concoctionibus in uenis opitulatur, & segniciem admodum eximit. Rufi. Absinthij cremor humores uentrem infestantes deterget, & concoctioni auxiliatur. Vnde neque saliuam colligunt qui absinthium bibũt. Mitigat etiam inflammationes hæpatis ac splenis, & vrinas impellit, & menses muliebres. At si ęger adsuetus fuerit, & habitus uentris euacuatione gaudeat & mordaces humores secedant, lac recens mulctum asininum aut equinum, quibusdã dedi, quos magis purgare uolui. Alij uero caprinũ propter familiaritatem & parabilitatem. Exhibui autem ab initio heminas tres, & progresſus sum usq; ad sex. Deinde intermiſſo uno circuitu, similiter à tribus heminis incepi, & addita quotidie hemina, ad sex progresſus sum, & postea detracta quotidie hemina una rursus per duos circuitus quieui. Et simul morbus diſſoluebatur, & corpus nutriebatur. Oportet autem animal boni succi esse, cuius lac exhibemus. Si uero alicui non accesſit neq; nidorosum sit neque per uentrem erumpit, etiam in suspecta die, sorbitionis loco moderate dandum est, multo tempore ante accesſionem, & bucellę panis modicę superingerendæ. At uero morbo in uigore constituto, apparente manifestisſima concoctione, nullo uiscere læso, adsuetis tempore sanitatis, etiam aquã frigidam exhibui duarum heminarum mensurã, instante iam prope inuasione, & reuera à multis rigorem prohibui, non parum sæpe etiam febribus exemptis. Melius est autem etiam forinsecus calefacere corpus cyprino aut sicyonio, ante exacerbationes quidem, ut ne rigeant, sedatis autem exacerbationibus, vt ne ab extra allabẽtibus perfrigerentur. Dioscorides porrò dicit prodeſſe his qui quartana tenentur febre, hæc in potu accepta etiam ante accesſionem. Plantaginis radices quatuor, sicce tritæ in uino bibuntur. Verbenacæ recte quartus à terra geniculus tritus cum uino potatur. In tertiana uero tertius radicis, item libanotidis drach. j. in uino exhibetur. Quod si oleo illineris totum corpus, extremitates autem ex unguento aliquo ad rigores destinato innuxeris, & ægrum contectum quiescere sineris, non expetietur rigorem.

Quotidianæ febris dinotio, Cap. XXVII.

Quotidiana febris in pituitosioribus naturis consistit, & tempore hyemis, & in humidioribus ac frigidioribus constitutionibus. Et senes quoque magis infestat & pueros, propter edacitatem, & pręsertim eos qui in humidis ac frigidis regionibus degunt, & uitam ociosam agunt cum repletione, atq; hoc magis ubi post cibos asſidue balneis utantur, & adhuc multo magis ubi ipsi cibi natura sunt pituitosiores, & inordinatus est ipsorum usus. Hęc igitur febris neque cum rigore irruit statim in prima die, sed temporis progreſſu, non rigor, sed circumfrigefactio ægre concalescens ipsis accedit. In pulsibus autem manifesta ordinis confusio, & inæqualitas adest, tempore irruptionis exacerbationis præsertim, & uelocitas ac uehementia motus ipsis non adest. Non autem exurit febris hæc ægrotos, neque densam respirationem facit, neque crebras efflationes, neque frigidæ expetentiam excitat. Sed hæ febres minime siticulosæ sunt. Vomunt autem pituitosa. Et quæ per uentrem infernæ ipsis euacuantur, frigidiora, pallidiora, crudiora, & aquosiora omnino sunt. Exudant autem nequaquam in primis diebus, neque ad putrefactam febris quietem deueniunt. Albus est ipsorum color. Vrinæ albæ & tenues in primis diebus minguntur: postea uero craſſæ ac conturbatæ. Hic humor quotidie exacerbatur, desinit autem in quietem febris non integram, uniuersum tempus faciens horarum plerunque octo & decem. Quapropter etiam amphemerina febris à gręcis uocatur, de ambabus enim participat, die ac nocte.

Quotidianæ febris curatio. Cap. XXVIII.

IN quotidianæ febris curatione aceto mulſo utimur in primis diebus, & his quæ urinas probe impellere poſſunt. Et tota diætæ forma ſecandi uim habeat. Circa uigorẽ uero uentri proſpicere oportet, & præſertim ori ipſius: Et poſtea uomere à cibis, & raphanis, & purgatorijs pituitam euacuantibus uti. Reliquam diætam ad communes ſcopos reſpectu facto comperies, vt ſcilicet attenuãte diẹta, & pharmacis inciſorijs ac attenuantibus utaris.

De Epialis febribus. Cap. XXVIIII.

PRædicti generis, pituitoſi inquam, eſt & febris quæ priuatim à leni afflictione Epiala appellatur, quum ſimul & febricitant & rigent, & utrunque percipiunt eodem tempore in omni corporis parte. Pituita enim acida, & nitrea appellata, citra febrem quidem, rigorem inducit. Si uero putredo aliqua moderata ipſis accedat, febrem epialã efficit. Si uero amplius putreſcat, pręcedit quidem rigor, ſequitur autem febris, exuperata frigiditate à multitudine caloris, ut omnino nõ appareat iuxta augmẽta & uigores exacerbationum. Fortaſsis aũt & pituita uitrea acidam qualitatem habet. Curatio porrò conſimilis eſt his qui quotidiana febre laborant, inciſorio curationis modo amplius aucto.

Communia auxilia febrium per circuitum repetentium Dioſcoridis. Cap. XXX.

IN cõi ad omnem circuitum ac rigores vtiliter exhibẽtur ea quæ ſudores mouere pñt, & ſunt hęc, Seminis ſmyrnij drac.i. datur potanda ex uino duabus horis ante acceſsionem. Item ariſtolochiæ drac.i. & iridis drach.2. & calaminthes decoctum cũ caſtorij drac.i. in quartanis & quotidianis. Chamædryos itẽ decoctũ aſsidue potatũ, quartanam, & quotidianam ſoluere ſolet. Caroi quoque ſemen, ferulæ ſemen, uerbaſci radix, aut ſuccus cum uino. Aliud, quod ad omnem circuitum, & maxime ad quartanas datur duabus horis ante acceſsionem. Facit & ad calculoſos, ac dyſentericos, & ſtomachicos. Eſt etiam anxioſis ac deſperatis, & lippientibus commodum. Seminis hyoſcyami albi, ſeminis apij, ſeminis aniſi, ſtyracis, ſingulorum drach. quatuor, croci drach. decem, opij drach. tres, caſtorij drach. duas, myrrhæ drach. duas cum aqua ad fabæ ægyptiæ magnitudinem formato, & cũ duobus aquæ cyathis exhibeto. Aliud ad omnem circuitum Aphrodæ. Seminis hyoſcyami, myrrhæ trogloditicæ, opij, ſtyracis, ſingulorũ drac. una croci, zingiberis, aloes, ſingulorum drach. decem, & obolos tres, excipe melle, & exhibe nucis ponticæ magnitudine, cum aquæ cyathis tres præillitis extremitatibus ac cruribus, & ſine ut dormiat. Ego vero etiam caſtorij drachm. unã adieci, & mirifice uim ſuam declarauit. Vtere etiam confidenter antidoto pæonia, & ea quæ ex ſulphure conſtat. Miram enim efficaciam habent aduerſus omnem circuitum præſertim quartanas ac quotidianas febres. Cæterum quæ trita cum oleo illinuntur, proſunt omnibus qui per circuitũ exacerbantur, cum rigore, fouent enim corpus, & ſudores mouent. Sunt autem hęc. Chamęmeli flos tritus, & in paſtillos efformatus, ac in umbra ſiccatus, & uſus expetente cum oleo tritus ac illitus. Semen uiticis cũ oleo, ſemen libanotidis, flos ſalis, nitrum, ſpuma nitri, baccæ lauri pyretrum, ſmyrnij ſemen, hypericũ, calamintha, canchryon, caſtoriũ, conyza, coſtus, granum cnidium, cum nitro oleo & aceto, oleum amygdalinum, cyprinum, irinum, gleucinum, chamædrys, ſtaphis agreſtis. Aſclepiadę unguentum ad acceſſiones cum rigore. Hoc ſæpe tertianas depuli inquit: ſpumę nitri drach. ij. myrrhę drac. duas, piperis grana viginti, cerę drach. quatuor olei cyprini, aut irini, aut gleucini, aut amygdalini ſexuncẽ, liquefacta aridis ammiſceantur. Vſus eſt hora ante acceſsionem. Magis autem confricandi ſunt pedes, unde horrores initium ſumere uidentur. Aliud ad tertianas. Grani cnidij, ſpumæ nitri, piperis, ęquales portiones excipe irino, & ad ſtrigmentitiam craſsitudinẽ redige, & utere extremitates leniter confricans. Hoc medicamentum ſudores ciet, & per duos aut tres circuitus ſanitatẽ reducit. Aliud, ad quartanas, tertianas, ac reliquos circuitus. Myrrhæ drach. octo, caſiæ drach. decem piperis drach. duodecim ſtaphidis agreſtis drach. tres, nitri drach. iiij. cerę ſexuncem. Cypri ni aut alterius talis lib. j. Myrrham uino dilue, & ſtaphidem reliqua contunde ac cribra, & cũ myrrha tere, ac cerato affuſo excipe. Vſus autem tempore pharmacũ cum pari cyprini portione illine.

De ignis ſacri circa viſcera affectionibus. Cap. XXXI.

FIunt aliquando ignis ſacri affectiones circa aliqua uiſcera, febrẽ ardentẽ ac habitualẽ inducentes. Et ſi quidem circa uentrem fuerit ignis ſacer, eryſipelas grẹcis appellatus, febrẽ ex his ac cenſam lypiriam nominant. Si uero circa hepar, urentem ſiue fumoſam. Si circa pulmonem, algidam. Talis aũt febris frigefaciẽtibus ac humectãtibus opus habet edulijs ac potibus, & his quę extrinſecus imponũtur. Quũ igitur febris habitualis aliũ morbum ammixtũ non habet balneo indiget, quemadmodũ etiam aliæ oẽs caliditates ac ſiccitates. Si uero affectio fuerit circa uiſcera ignis ſacri, à balneo quidem abſtinere oportet in totũ. frigida uero in uigore morbi utendum eſt contẽtioſa, ſic aũt appellare ſolemus quũ ſemel frigidiſsimam

disſimam & mulſam damus. Ante uigorem autem frigida non eſt danda, niſi ab ægroto cogamur, cui mos ſit frigidam bibere, & qui ſitim non ferat. At forinſecus imponenda ſunt frigefacientia: & ſi nihil profecerint, tunc etiam frigidæ potus exhibeatur, aut edulia potius frigefacientia. conueniunt autem maxime lactucæ humidæ ac dulces, pura frigida elotæ. Atq; ſic quidem acceptæ optimæ ſunt. Si uero opus fuerit aliquãdo ad preces ægrorum, in ſuauitatem ipſarum mitigare, acetum multæ aquæ frigidæ ammixtum, ad intinctum concedemus. Sit autem acetum, exacte ſe paratum ab omni uinoſa qualitate. Forinſecus autem etiam ipſe lactucæ ſuccus aptus eſt. Immo etiam ſemperuiui, & intybi, portulacæ, atriplicis, ſolaniq; ac plantaginis, cum pane ſicco trito, & modico bono roſaceo, & his quæ ſimiliter refrigerant. Optimum uero eſt id quo nos utimur, iuxta uuarum acerbarum tempus: expreſſum enim ipſarum liquorem, in mortarium conijcimus, cum portulacis uiridibus tundimus, & utrunq; liquorem in uas mittimus oſculumque eius diligenter obturamus, atque ſic uas in aquam immittimus. Melius autem eſt etiam niue uas obruere. Vſus autem tempore polentam tenuiſsimam ammiſceo, & poſtea ſubigo ut liquidius euadat medicamentum, idq; duplici linteolo infarctum præcordijs impono: non immorari ſino, ſed ubi tepidum factum fuerit tollo, ac alterum impono. Atq; hoc ſemper conſequenter facio, donec æger ſentiat profunditatem quodam modo perfrigeratam, & à ſiti liberetur. Ammiſcemus autem aliquando etiam oleum omphacinũ aut roſaceum, ubi circa præcordia fuerit ignis ſacer, inflammationis naturam habens. Vidi mulierem ſupinam decũbentem in terra & uoce deſtitutã, habentem que pulſum formicantem, unà cum manuum ac pedum perfrigeratione. Putabam autem calidam eſſe affectionem. Nam ſimul cum relatis peſsimis ſignis, denſiorem uidebã reſpirationem factam. Hoc autem ſignum eſt magni doloris, ac calidi morbi ĩ præcordijs ac thoracis partibus exiſtẽtis. Dixit autem quidam ex aſtantibus ſe audiſſe mulierem dicere, quod arderet eius ſtomachus, & frigidæ potionis magnã cupiditatem haberet. Quapropter etiã in pauimẽto iacet, inquit, uenans frigiditatem. Itaq; confiſus dedi ipſi per cochleariũ aquã frigidam, iterũ atq; iterũ immittens ipſam ori eius uiolenter. Videbam aũt labia ipſius placide aquã intus attrahere. Et ratiocinatus ipſam ex petere frigidæ potum, propter inſitam uentri feruidam affectionem, rurſus amplius exhibui. Poſt hoc autem oculis quoque annuere incepit, indicans ſic me facere debere. Accepta itaq; confectione ex papaueris capitibus conſtante, diacodion appellata, parum de ea cum uino cnidio & aqua frigida, per cochlearium ori infudi. Et ex hoc nimirum paulo poſt ſenſim loqui cepit. Quare rurſus amplius de hac potione dedi, uino emmeleo pro cnidio accepto, cũ modica aqua. Ori item uentris ſemperuiuum & lactucam, cum pane trito & roſaceo impoſui. Frigida autem hæc adhibui propter affectionis caliditatem, & tempus æſtatis, donec frigiditatem abunde ſentiret.

De colliquatione Philagrij. Cap. XXXII.

COlliquatio noĩatur quum excernitur quid per uentrem, non ex comeſtis aut concoctis, ſed ex humoribus ex toto corpore in ipſum confluentibus, quod ſimile quidem eſt bili quæ aſsidue per uomitum reijcitur, ac per uentrẽ ſecedit. Differt autem ab ipſa fętoris graueolentia, & quod egeſtio fuluior apparet, & craſsitudinem habet ſtrigmẽtitiam, aliquando etiam oleoſam, aut adipoſam. Colliquatio autem appellatur hic morbus: quoniam recens compacta eſſentia pinguedinis ac carnis ab ardentiſsima febre diſſoluitur ac colliqueſcit. Et ubi iam diuturnum eſt malum, etiam ipſarum ſolidarum partiũ eſſentia ex parte eliquatur. Quapropter grauiſsima omnium eſt hęc febris. Satis autem clarum eſt extinctorijs medelis utimur, ita ut ualde frigidã aquam potandam exhibeamus, & cataplaſmata & epithemata frigefacientia thoraci ac præcordijs imponamus. Et cibos humectantes ac frigefacientes demus. Dictum eſt autem de his in tractatione de febribus ardentibus. Dicetur item conſequenter in ſequenti capite.

De febribus quæ in calidis ac ſiccis temperaturis fiunt, citra inflammationem ac putrefactionem. Cap. XXXIII.

QVicũq;, temperatura biliosi, & habitu graciles & natura aridi, & ſtomachum ſubtili ſenſu præditum habentes, & qui facile in bilem efferueſcit: hi ubi famem aut uigilias pertulerunt, aut nimium delaſſati ſunt, & præſertim in profectione ac ęſtiuo ſole, aut triſtitia affecti ſunt, aut grauibus curis preſsi, prompte ab horroribus ac febribus corripiuntur. Nam habitus in bilioſis naturis, ob famem ac omnia relata, facile in bilem efferueſcit. Et primum quidem inæqualitatem percipiunt, poſtea etiam horrorem. Et ſi quidem in motibus perſeuerarint, aut cibum non acceperint, ſtatim febricitant. Mordaces enim humores ac uapores per ſenſitiua corpora delati, horrores ac rigores generant. Et propterea horrente ac denſata cute, uelut quæ ex natura in his aridior eſt, cohibentur fuliginoſæ, ac fumoſæ ſuperfluitates, antea trãſpirare ſolitæ, & ſic febrem accendunt, niſi talis cibum accipiendo uelut dixi præuerterit. Oſtendi autem tibi aliquos qui ſic febricitarunt, & maxime qui ex longo morbo ſe recolligebant. Ex quibus uni in foro obuiam factus horro-

horrore incipiente, introducto ipsi in officinam quandam, panem ex uino diluto exhibui, & e uestigio horrorē sedaui, & febrem prohibui. Alios uero in suas domos abire festinantes, in principio horroris, aut paulo post nutriui. Et in summa, quibus adhuc sunt principij exacerbationum accidentia in talibus temperaturis, his omnibus panem ex uino diluto cito exhibui, & horrorem statim sedaui, & febrem prohibui. Quanto enim citius ipsos nutries, tanto magis febrem impedies. Si uero aliquando paulo tardius ipsos nutriui, febris quidem facta non est. Calor autem modicus ipsis accedet, ut si diutius moreris nutrire, tali caliditate excalescet, ambiguum ut sit an febrem appellare ipsam oporteat. Si uero duę horę post horroris initium factæ fuerint, manente adhuc horrore etiam tunc nutrire oportet. Verum prædicere quod febricitabunt hi febre non molesta, ad quam exudationes consequentur. Et hoc facto, & lauare oportet, & rursus nutrire. At postquam sedatus est horror, incepitque febris cum contractione, non amplius nutriendi sunt illo tempore. Declinante uerò exacerbatione statim alantur, & ne expectetur donec febris integre quiescat. Detur etiam potus aqua calida in uigore amplior. In omnibus enim squalentibus affectionibus non cessant exacerbationes, priusquā aut balneis, aut alimentis humectantibus rigentur. Quosdam uero etiam declinatione incipiente: Alios autem uigore exacerbationis instante nutrio. Fames enim in his temperaturis, maxime febrientib. non simpliciter nociua est, sed si quid aliud perniciosa. Aut enim ex fame in ardentes febres incidunt, ex quibus si non morte præuenti fuerint, in habituales delabuntur, & ex his rursus in tabem. Aut statim ab initio habitualis febris ipsis coincidit. Proinde à principio sic nutrire oportet eos qui talem temperaturam habent. Quum uero aut ex lassitudinibus, aut ira, aut curis pluribus, aut uigilia, aut tristitia, aut ex omnibus simul commissis, corpore uehementer reficcato, febris inuaserit, squalidam quidem habens cutem, ardentem autem caliditatem, timor profecto est talem hominem habituali febre corripiendum esse, & præsertim in æstate, & sicca ac calida constitutione. Opus igitur habent tales humectantibus ac frigefacientibus edulijs ac potibus. Qui enim temperatura calidi ac sicci sunt, hi etiam necessario uires debiles habent. Non enim fieri potest, ut corpus calidum ac siccum, ubi febricitet uires ualidas habeat. Cōuenit igitur quàm celerrime per ptisanæ succum, aut sorbitiones ex alica nutrire, & paululum panis insuper exhibere, atq; sic per frigidæ potum ægrum curare. Extinguitur enim statim ac sedatur febris perfecte, si non inflammatio aliqua ipsi adest, neq; humorum putrefactio. Si tamen magnum detrimentum futurum coniectaris, exhibitionem eius inhibe, & per ea quæ extrinsecus corpori adueniunt ac adhibentur, curationē molire. Forinsecus autem adueniunt, aer nos ambiens, & quæcunq; humectare ac frigefacere solent medicamenta. Et ad hæc aquarum dulcium balnea. Si itaq; ambiens nos aer temperatus fuerit, utendum est eo uelut habet, nihil amplius moliēdo. Si uero aut multum calidus est aut frigidus, calido quidem uice uersa excogitādę sunt subterraneæ domus, frigidæq;, ac quæ uentis perflantur ad septentrionē conuersę. Auras quoq; ipsis quasdam proprias excogitabimus. Aliquando ex Euripis in quos plures aquæ salientes se præcipitant. Aliquando aqua frigida ex uasis in uasa transfluēte. Hæc uero statim etiam somnum conciliant. Respergenda est etiam domus assidue frigida aqua pura. Et rosæ multæ, aut uitium pampini, aut myrtus per terram sternantur: Aut aliæ quædam plantæ frigefacientes. Arcenda est ab ingressu hominum copia. Nam & hoc domum calefacit. Si uero frigidissimus est aer, uelut in hyeme maxime, per tegumenta corpus foueatur. Frigus enim densat ac constringit cutem, & humorum qui intus aduruntur defluxiones transpirare prohibet. Maiorem enim ex frigida inspiratione utilitatem fore noscendum est, quam ea est quæ ex cutis perfrigeratione contingit. Similiter autem & in his quæ forinsecus imponuntur, eligenda sunt frigefacientia citra fortem adstrictionem, densationemq; ipsius cutis. Et non solum quæ frigefaciunt, sed etiam quę compage corporis fuerint partium tenuium, quantum eius reperire est in frigefacientibus aut citra ammixtionem alterius uehementis qualitatis. Est autem simplicissimum medicamentum ex humectantibus ac perfrigerantibus, quo & ad ignem sacrum utor, & ad pudendorū inflammationes in principio. Ceram albissimā in duplici uase liquato, & in aquā frigidam diffundito, ac manibus emollito diu eam eluens. Deinde similiter ipsam liquatam, in aliam aquam diffundito, & rursus tertio idem facito. Ad hanc autem ceram sic lotam, rosaceum ex optimo oleo omphacino pręparatum adijcito, ut sit quidem ceræ unc. j. rosacei uero triens. Hæc similiter in duplici uase liquato, & ab igne ablata, moueto, donec aliquantulum frigefiant. Postea in mortarium diffunde, & pistillo fortiter tere, aqua potabili ac frigidissima paulatim instillata quantum satis est, & tandem fictili puram aquam habente excipe, & aquam quotidie permuta. Hoc pharmacum tenui linteo inductum impone, non super totum pectus, uelut quidam faciunt, neque super tota pręcordia, sed illo maxime loco in quo multæ caliditatis sensus percipitur. Permutetur autem pharmacum semper priusquam manifeste calefiat. Aliud epithema optimū. Rumicis acuti succus polēta tenui ammixta, duplicato linteo detrito excipiatur, & frigidus imponatur. Facit & portulacæ succus, & semper uiui

pestuini, cum uuæ acerbæ ſucco & polenta. Item tribuli uiridis ſuccus, & polygoni, ac ſeridis, & lactucæ cum polenta. Sed & ipſa horum folia trita imponito. Bonum pharmacum etiam hoc eſt: Palmularum pinguium carnem exemptis membranis, cum poſca moratiore ad flacciditatem uſque coctam, & cum tenuiſsima polenta tritam impone. Si uero aridius hoc uidebitur, ex prædicto cerato parum, aut roſacei optimi minimum quiddam ammiſce. Bonum etiam pharmacum eſt roſarum ſuccus cum tenui polenta. Et ipſæ roſæ tritæ impoſitæ. Et hæc quidem aſſumimus multum frigefacere uolentes. Si uero moderate hoc facere uoluerimus, non modica eſt copia emplaſtrorum leniter perfrigerare potentium. Ego enim noui, impoſito aliquando frigido medicamento præcordijs, hominem euestigio difficulter ſpiraſſe: alium autem ſtatim tuſsiuiſſe. Et paulo poſt amborum accidens quieuiſſe, frigido pharmaco ſublato. Balnea porrò dulciū ac calidarum aquarum, aut potius temperatarum, utiliſsima ſunt omnibus, ſiccam ac calidam temperaturam habētibus. Lauandi autem ſunt quemadmodum hectici, in ſecunda balnei domo, corpore ex aqua & oleo calido perfuſo, & ipſis ſtatim in temperatæ aquæ ſoliū locatis. Deinde etiam in frigidæ ſolium. In frigida tamen moram diutius trahere nō oportet. Si uero inflammatio alicuius uiſceris accedat, balneum recuſare oportet. Illud tamen noſſe expedit, quod ſi quando inflammatio principalis partis in talibus febribus ac corporibus coinciderit, omnino morientur. Et præſertim ſi pulmonis, aut membranæ coſtas ſuccingentis, aut uentris, aut hepatis inflāmatio fuerit. Nam quantum ad inflammationes harum partium attinet, minime nutrire oportet. Quantum uero ad uiriū debilitatem, ſæpe nutrire oportet. Quare neceſſarium eſt, ut aut dum non nutrimus, uires exoluamus: aut dum nutrimus, inflammationes augeamus.

De febribus hecticis ac tabidis. Cap. XXXIIII.

Hectica, hoc eſt, habitualis nominatur febris, quum ad tantam immodeſtiam ueneritcaliditas præter naturam, ut in habitu ſit ipſius ſolidę eſſentię ſimilaris corporis cordis. Et propterea ægre ſolubilem habet ſtructuram. Primum igitur calor præternaturalis eliquat, & reſiccat, ac conſumit eſſentiam in partibus uelut ex humore concretam, qualis eſt pinguedo, & caro: Deinde uero propriam humiditatem conſumit, ex qua corpora nutriuntur. Quæ ſane circunfuſa eſt ac inſtar roris diſperſa, circa omnes animalis partes. Hinc autem tranſit ad carnoſum genus, quod fibris & membranoſis partibus ſolidorum corporum inſitum eſt, quod ſanè diſcidentes coqui tollunt, fibras uero abicijunt. Exactum autem eius complementum in hoc eſt, ſi ipſa ſolida ſimilarium partium eſſentia ſiccior facta eſt, quando & tabida febris uocatur. Duplex eſt autem genus hecticarum febrium. Quædam enim ex ipſis poſt febres ardentes plerunq; fiunt, aut abſque adeo in longum extentas, ut temporis progreſſu humorem corporis cordis conſumpſerint. Aut manente adhuc humiditate fientes, & cordis corpus occupantes, hinc incenduntur: quemadmodum lucernarum flamma ex funiculo, ſuperſtite adhuc in lucernis oleo. Et hæc quidem una eſt ipſarum generatio. Altera uero quum ab initio ſtatim irruerint, primam generationem diarijs ſimilem facientes, ob triſtitiam, & iram, & laſsitudinem ampliorem ſimul cum ardore factam. Has igitur non difficile eſt curare. Eas uero quæ in tabem procedunt, ſanare impoſsibile eſt. Natura enim ipſarum calida eſt & ſicca, ſimile quidam patiente corde, quale quid patitur funiculus in lucernis: ubi plurimum fuerit exuſtus. Qui enim exuſtus eſt comminuitur, ut neq; ſi largum oleum affuderis, luculentam flammam excitare poſsis. Proinde parua hæc & infirma flamma circumcirca tremit, ſemper amplius minor euadens, donec fuerit extincta. Facilis autem cognitu eſt hæc febris. Priuſquam enim contigeris pulſus ac caliditatem, oculos immodice cauos uidebis, uelut in foueis quibuſdam ſitos, & gramas in ipſis reperies ſiccas, & ſquallidam quandam affectionem, qualis his fieri ſolet qui per totū diem in ſole æſtiuo multū puluerem percurrunt. Perijt autem & ipſorum coloris uitalis flos. Et cutis circa frontem ſicca eſt ac circumtenſa. Et plerunq; palpebris nictant, uelut ſomno grauati. Eſt autē hæc affectio non ſomnus, ſed impotentia uigilandi. Et tempora ſunt collapſa, ut loci caui appareant. Et quid aliud quàm oſſa & cutis ſunt in toto tum? ut etiam ſi denudatum conſideraueris uentrem, neque aliquod inteſtinum, neque uiſcus aliquod ſaluum eſſe putes, & præcordia uehementer retracta eſſe ad thoracem, & cutem totam ſiccam ac obaridam, & ſi deſtenderis digitis appræhenſam, uelut corium quoddā producitur. Febris itaq; exacte tabida incurabilis eſt uelut dixi. Tabeſcit enim in ipſis totum corpus, inſtar arboris extreme arefactæ, aut ob flammę uicinam, aut ob uehementem ac immodicam ſiccitatem. Atq; hęc eſt quam ſenectam ex morbo uocant. Tela enim corpus fit in his qui ſecundum naturam ad extremam ſenectam perueniunt citra febrem, paulatim extincto in ipſis inſito calore. Verum eorum qui ſecundum naturam conſueuerunt, mors ſine moleſtia contingit, ob frigiditatem ac ſiccitatem imminens. Tabida uero febris non ſolum ſicca, ſed calida affectio eſt. Hæc igitur uelut dixi incurabilis eſt. Illud porrò omnibus febribus hecticis commune eſt ut debiles ſint & æquales ſemper, à prima die uſque ad extremam reſpirationē.

Maximum

Maximum autem & minime ambiguum naturæ ipsius signum habebis, si cibum homini præbueris. Alimento enim accepto accenditur calor, & pulsus augetur ad magnitudinem ac uelocitatem. Et quod in ipsis contingit simile est ei quod accidit in calce ac lapidibus calefactis. Si enim frigidissimam aquam ipsis affuderis multo calidiores apparent uapor se in ipsis caliditate, ab humida essentia irrigata. Donec igitur aliquid humidę essentię seruatur, hectica solū febris est. Quum uero in periculum uenerit, ut non amplius supersit aliquid humiditatis, exacta iam tabes, Marasmus græcis dictus, consistit. Nos autem earum solum curationem aggredimur, quæ sanari possunt.

Hecticarum febrium curatio. *Cap. XXXV.*

Hecticas febres omni modo statim refrigeramus, priusquam progressæ in tabem desinant. Caput autem curationis ipsarum in humectantibus, ac frigefacientibus consistit, tum his quæ foris adhibentur, tum quæ intra corpus accipiuntur. In quibus est & aer qui inspiratur. Omnes igitur hecticos, ętiam si iam principium tabescendi acceperint, absque hoc ut alia febris ipsis siti implicata, aut propter humorum putrefactionē, aut cum principalis partis inflammatione, confidenter lauato, citra omnem tamen laborem, ut ne uires exoluantur. Deferatur itaq; æger in lecto ad balneum. Præparata autem ipsi sindone calida, in ipsa ad primam balnei domum gestetur. Sint autem quatuor qui sindonem teneāt, in singulis angulis unus: Deinde in prima domo nudatus, ad secundam portetur. In qua toto corpore ex oleo tepido dulcissimo perfusus, ad tertiam domum feratur, & in solium locetur. Sit autem aer balnei temperatus, & humidus præparetur, parietibus aqua calida respersis. In ipsa uero solij aqua temperata abunde quiescat, moderate in sindone uectus, nulla corporis perfusione fiente, neque itē capitis perfusione. Hinc autem extractus à quatuor adolescentibus sindonem gestantibus, in frigidam aquam confertim mergatur, ne minimum quidem moræ in ipsa trahens. Statim autem alius paratam habens sindonem aliam, ipsi iniiciat, & alius aliam simili modo: demissus autem in lectum, mollibus linteis lenissime detergatur. Postea uero unctus & uestibus contectus ad domum in lecto referatur. Sit autem & domus balneo uicina. Eos quidem igitur qui iam tabescunt, lauare oportet uelut dictū est. Qui uero in hecticis febribus sunt nondum tabescētes, hi etiam citra sindonem lauari possunt. Deferendi tamen & hi sunt ad domum siue in lecto, siue in uehiculo quopiam, aut lectica, deinde oleum ipsis infundendum, uelut dictum est. Et postea ad calidam aquam ducantur, ut in illa immorentur. Deinde ad frigidam prodeant, ut nullam omnino moram in ipsa trahant. Atq; ita detersi ac inuncti ad domum reducantur. De balneis igitur satis dictum est. Consequens est ut de alimentorum uiribus addamus. Quod quidem igitur frigidos, & humidos conuenit esse cibos hecticis febribus profuturos, omnibus manifestū est. Tales autem sunt, ptisanæ succus frigidus acceptus, & alica uelut ptisana preparata, conuenit etiam panis aqua frigida madefactus. Verum nullius horum frigiditas sincera sit, ueluti potus. Nā quæ bibuntur, & cito calescunt, & meatus penetrant. Quæ uero eduntur aut sorbentur, diutius in uentre perseuerantia, perfrigerant ipsum si immodice fuerint frigida. At ubi iam diuturna est febris lac asininum dādum est, diligenti animaduersione habita, ne in uentre in caseum coaguletur. Hoc uero aliquando etiam ipse ęger nos docebit, ut qui suæ naturæ habet experimentum. Quandoq; autem nos ipsos depręhendere oportebit paulatim ad eius usum progrediendo. Fugiēda est autem quantum eius fieri potest, mellis mixtura in omnibus hecticis febribus. Dandum uero est primum lac asinæ in cubiculum adductæ, quo calidum adhuc lac potetur. Si quidem igitur probe fuerit concoctum, & nō corruptum, copia eius augeri potest, ut in exhibitione cyathus dimidius addatur. Reliqua uero dięta facienda est, uelut in siccis uentris intemperaturis, uelut proprio loco dicetur. Quanto autem hecticarum febrium caliditas maior illis est, tanto frigidioribus auxilijs opus habet, & diligētia ampliore, ut ne damnum aliquod consequatur, ex fortiorum auxiliorum usu.

FINIS.

DE FEBRIBVS
ARABVM MEDICORVM, ET IVDAEORVM,
Tomus Secundus.

AVICENNAE DE FEBRIBVS
TRACTATVS QVATVOR.
Tractatus Primus de Febre ephimera.

De diffinitione Febris, & generibus febrium. Cap. I.

FEBRIS eſt calor extraneus accenſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu & ſanguine per arterias & venas in totum corpus. inflammatur in eo inflammatione, quę nocet operationibus naturalibus: non ſicut caliditas irę & laboris: cum non ultimatur: uel cum non peruenit ad hoc ut ſit accenſa, & noceat operationibus. Et ſunt quidam hominum qui diuidunt febres in duas diuiſiones: primas ſcilicet in febrem ægritudinem, & in febrem accidens: & ponunt febres apoſtematum de genere febris accidentis. Et intentio quidem ſermonis eorum eſt hæc, quod febris ægritudinalis eſt illa inter quam, & cauſam quæ non eſt ægritudo, non eſt medium, ſicut febris putredinis: putredo enim eſt cauſa eius abſq; medio: & non eſt putredo in ſeipſa ægritudo: immo eſt cauſa ægritudinis. Febris uero apoſtematis eſt accidens apoſtemati exiſtens, dum eſt apoſtema, ſequens ipſum: & apoſtema eſt ægritudo in ſeipſo. Et contradicenti quidem ineſt ut dicat: quoniam ſi propterea quod febris apoſtematis ſequitur caliditatem eius, & ſequitur uel cōcomitatur dolorem ipſius, uidetur ut ſit febris accidens, tunc oportet ut ſit plurimum febrium ephimerarum accidens: & ſi ipſa ſequitur putredinem, quę eſt in apoſtemate, tunc apoſtema non eſt cauſa eius prima, unde eſt apoſtema: immo quantum ad putredinem, quæ eſt in ipſo: cauſa igitur eius quæ eſt eſſentialis, eſt putredo, & apoſtema non eſt cauſa eius niſi per accidens. Et dicimus quod ſi non ſignificauerint per febrem accidens, hoc: immo non intellexerunt per eam, niſi quod ipſa ſequitur apoſtema inuentum, per inuentionem apoſtematis: ſimiliter eſt diſpoſitio febrium putredinis per comparationem ad putredinem. Verum occupatio in huiuſmodi contradictionibus eſt illud, quod non confert in ſcientia medicinæ aliquid: & facit medicum procedere ex arte ſua ad inquiſitiones, quæ fortaſſe impediunt ipſum ab arte ſua: procedamus ergo ſecundum id quod conſuetum eſt. Dicamus ergo propterea quod febres apoſtematum, & oppilationum ſunt febres accidentes, & aliæ febres ſunt ægritudines, tunc conueniens eſt ut dicamus, Quoniam propterea quod omnia quę ſunt in corpore hominis ſunt tria genera, ſcilicet membra continentia illud, quod eſt in eis de humiditatibus, & ſpiritibus, quorum comparatio eſt comparatio parietum balnei: Et humiditas contenta, & eius comparatio eſt comparatio aquæ balnei: Et ſpiritus animalis, & uitalis, & naturalis, & uapores ſparſi, & comparatio eorum eſt comparatio aëris balnei. Et accenſum cum caliditate extranea inflammatione prima eſt illud quod quādo ipſum extinguitur infrigidatur quod ei uicinatur: & quādo infrigidatur illud quod eſt uicinum ei, non oportet ut ipſum extinguatur: immo poſsibile eſt ut remaneat, & redeat, & calefaciat illud quod ei uicinum eſt, exiſtens unum iſtorum trium generum extra, quę non inuenitur in homine genus corporeum. Et ſi accendatur febris in membris radicalibus accenſione prima: ſicut accēditur adustio: uerbi gratia: in parietibus balnei, aut in folle ferrarij, aut in olla coci, tunc illud genus febrium nominatur febris hæctica. Et ſi accenditur febris accenſione prima in humoribus: deinde accendatur ex eis in membris ſicut accidit: ut effundatur aqua calida in balneo, & ignientur uel calefiant parietes eius, cauſa ipſius: aut ius cali-

dum in olla & accendatur olla causa eius, tunc illud genus febrium nominatur febris humoris. Et si accendatur febris accensione sua prima in spiritibus, & uaporibus: deinde accendatur ex eis in membris, & humoribus: sicut accidit, ut perueniat ad balneum aer calidus, aut accendatur ignis in eo, quare calefiat aer eius, & perueniat ad aquã, & parietes: tunc genus illud febris nominatur febris ephimera: quoniam est accensa in re subtili, quæ resoluitur cum uelocitate: & raro pertransit diem cum nocte sua: nisi conuertatur ad genus aliud febrium. Hæc ergo diuisio febrium est per modum propinquum diuisioni euenienti per differentias. Et diuiduntur febres alio modo. Dicitur enim quòd de febribus sunt febres acutæ: & de eis sunt non acutæ. Et de eis sunt chronicæ: & de eis sunt non chronicæ: Et de eis sunt nocturnę: & de eis sunt diurnæ Et de eis sunt salubres recte: & de eis sunt habentes accidentia horribilia. Et de eis sunt dimittentes: & de eis sunt inseparabiles. Et de inseparabilibus sunt quędã, quibus in sunt intesiones, & remisiones seu tepores. Et de eis sunt similes. Et de eis sunt calidæ. Et de eis sunt frigidæ habẽtes rigorem, aut horripilationẽ. Et de eis sunt simplices. Et de eis sunt compositæ.

De præparatis ad febres. Cap. II.

Dixerunt quidam quòd corpora uehementius præparata ad febres sunt corpora calida, & humida: & proprie cum humiditas est fortior caliditate: & isti quidem fœtidi sudoris, & urinæ, & egestionis. Et corpora calida & sicca iterum sunt præparata ad febres acutas, & incipiunt prius ephimeræ, deinde festinant ad putredinem, & adustionem: & quandoque faciunt cadere in hecticam. Et sequuntur ea ambo, quæ æquantur in humiditate & siccitate, & dominatur caliditas: & ista sunt de genere eorum in quibus incipit febris uaporis calidi, deinde permutatur ad febrem humoris. Postea illa in quibus æquantur calor & frigus, & multiplicatur humiditas, & istis quidem febres putredinis accidunt secundum plurimum incipientes. Et corpora frigida & humida, & frigida & sicca, sunt lõginquiora corpora à febribus, & proprie ab ephimera.

De horis febrium. Cap. III.

Febrium horę sunt sicut reliquarum ęgritudinum, principium, & augmẽtum, & status apud vltimum, & declinatio. Et sunt quandoq; istę horę vniuersales. Et sunt quandoq; particulares secundum quemlibet paroxysmum, & timor est in principio vsque ad statum: apud declinationem vero nõ moritur æger ex ipsa febre, nisi per id quod dicemus de causa. Et principium quidem est hora, in qua calor naturalis præfocatur à materia submergente ipsum in membro, & est hora, in qua nõ apparet digestionis, aut diuersitatis eius contrarię digestioni vestigiũ. Et principium quidem est inuentum in omni ægritudine. verum quandoq; occultatur, sicut est eius occultatio in synocho, & epilepsia, & apoplexia. Et quando principium est occultum paucorum accidentium, existimatur quod non sit principium in ea. Et similiter quãdoq; in die primo febrium acutarum videtur nubes, & signũ maturitatis, & existimatur quod non sit ei principium: & nõ est ita. Et augmentum quidem est hora in qua commouetur caliditas innata ad resistendum materiei motu manifesto, & apparent signa digestionis: aut signa cõtraria digestioni. Et status est hora in qua vehemens est pugna inter naturam & materiam: & apparet victoria vnius ambarũ earũ super aliam: & est hora pugnæ: & eius spatiũ est in habentibus paroxysmos acutos, paroxysmus vnus, & non cognoscitur nisi per illum qui sequitur ipsum: aut duo paroxysmi, & cognoscitur in tertio eius: & non addit super illos ambos, vt in pluribus, nisi in ægritudinibus macronoxijs: fortasse enim assimilantur paroxysmi plures in omnibus iudicijs suis: & illic apud statum completur vestigium digestionis aut contrarij eius. Et declinatio quidem est hora in qua calor innatus iam dominatur materiei, & vincit eam: & existit in congregationis eius separatione. f. rei post rẽ, & tunc alleuiatur caliditas intrinseca, & expellitur ad extremitates donec resoluitur, & multoties accidit error. Et status quidem diuersificatur in ægritudinibus. Aegritudinum enim valde acutarum longinquior status est vsque ad quatuor dies: & febres ephimerę sunt de hac summa: verũ tamen ipsæ non numerantur acutæ, quoniam nõ sufficit in acuitate ægritudinis vt sit status eius proximus, immo sit de ægritudinibus habentibus timorem. Et sequuntur eas, febres acutæ absolutæ, & sunt illæ quarum status est vsq; ad septimum diem sicut febris adustiua, seu causon, & tertiana continua. Et ex eis sunt, quæ sunt minus acutę quam illę, & sunt illæ quarũ status peruenit vsq; ad quatuordecim dies, & quæ sunt post illas sunt acutę chronicę vsq; ad. 21. diem, postea sunt chronicæ vsq; ad. 40. & 60. & quod est supra id. Et cognitio quidem ægritudinum acutarum in gradibus suis, & chronicarum, est iuuatiua in regimine cibi ægri secundum quod dicemus in sequentibus. Et plures quidem febrium complent principium, & augmentum, & statum in paroxysmo vno: & faciunt paroxysmum alium declinando. Et febres quidem diuersificantur in his temporibus: de eis enim sunt, quarum augmentum prolongatur: et de eis sunt quarum declinatio prolongatur.

Cognitio horarum vniuersalium ægritudinis, & proprie status. Cap. IIII.

COgnitio horarum ægritudinis uniuersalium quandoq; est ex specie ægritudinis: nam spasmus siccus, & epilepsia, & apoplexia, & squinantia sunt ex acutis ualde. Et tertiana pura, & causon de acutis non ualde. Et quartana, & paralysis de macronoxijs. Et quandoq; ex motu ægritudinis: nam si paroxysmi sunt breues, significant quòd status est propinquus: sicut tertiana pura, tempus enim paroxysmorum eius est ex tribus horis vsq; ad quatuordecim horas: & si sint prolixi, significant ꝙ materia est grossa, & status longinquus: sicut in tertiana non pura. Et si non fuerint illic paroxysmi, immo materia eius fuerit acuta sicut synochi, tūc ægritudo erit acuta: Et si fuerit materia eius grossa frigida, aut decliuis ad grossitudinem, tunc ęgritudo erit nō acuta. Et quandoq; ex forma seu figura, quoniā si ipsa extenuetur vel tornatilis fiat velociter, & contabescant facies & hypocondria, tunc ægritudo erit acuta, & si remāserint cū dispositione sua, tunc ægritudo non erit illius acuitatis. Et quandoq; est ex virtute ægri cui velociter aduenit debilitas: quare est ęgritudo acuta: aut non apparet illud, & est ægritudo non acuta. Et quandoq; est ex ætate, & tempore, nam in tempore calido, & ętate calida festinat status ęgritudinum: & in tēporibus frigidis, & ætatibus frigidis tardatur status ægritudinum: & similiter est dispositio regionum. Et ex pulsu, nam si est velox, frequens magnus, tunc ægritudo est ad acuitatem decliuis: & si non, tunc non est acuta. Et ex rigore, nam si est prolixi spacij, tūc ęgritudo est decliuis ad prolixitatem: & si est breuis spatij, tūc ęgritudo ad acuitatem tendit. Et quādo nullo modo est rigor, tūc ipsa est ex breuiori genere ipsius. Et cognoscuntur horę ęgritudinis quandoq; ex parte horarum paroxysmorū, nam si fuerint procedentes secundum antecesſionem superfluentem, ad illum qui antecesſit superfluitate tendente ad additionem tunc ægritudo erit in augmento: quoniam de ægritudinibus sunt, quæ currunt vsq; ad finem horarum suarum secundū additionem, & sunt quādoq; de genere tertianę, & de genere quotidianę & cum iam steterint poſt antecesſionem, & steterint superfluitates, tunc sine dubio erit ægritudo in statu. Et seruans horam vnam est longi spatij: & si postponūtur, tunc ægritudo est in declinatione. Et similiter cognoscitur dispositio horarum ex augmento accidentium febris, & statione eorum, & declinatione ipsorum, & ex additione paroxysmorum eius in longitudine, & breuiatione ipsorum: & fortasse diuersificantur & non assimilantur. Et quandoq; cognoscuntur ex dispositione euacuationum: nam cum accidit in paroxysmo aliquo sudor, aut ventris fluxus, & paroxysmus secundus qui est post ipsum est in similitudine vehementiæ primi, & fortitudine eius, aut supra ipsam, tūc euacuatio eius est propter multitudinem, nō propter fortitudinem, & ægritudo iudicatur longa. Et quandoq; cognoscuntur ex parte digestionis secundum quod diximus, & contrarij digestionis. Verbigratia quādo apparet sputum cum digestione aliqua, aut vrina in qua est nubes aliqua, tūc est principium augmenti: deinde quandoq; multiplicatur illud, & apparet, aut contrarium eius, tunc est status: & iterum quando apparet digestio, aut contrarium eius velociter ex sputo, aut nube, tunc scias quod status est propinquus: & si tardatur, tunc scias, quod status est longinquus. Cognitio autē horarum particularium sic accipitur: nam hora principij paroxysmi est hora in qua coarctatur pulsus, & tu iam sciuisti intentionem eius: & plūbeus fit color extremitatum, & infrigidantur extrema, & proprie extremitas auris, & nasi, vsq; ad horā in qua sentitur sparsio caliditatis. Et quandoq; associātur principio alteratio coloris, & pigritia, & angustia, & tarditas motuum, & profūditas somni, & mollificatio palpebrarum, & grauitas sermonis, & horripilatio ītet spatulas, & in dorso, & fortasse accidit in eo rigor fortis, & quādoq; accidit cursus saliuæ, & saltus temporum, & tinnitus aurium, & sternutatio, & tensio membrorum corporis. Et uehementius quidem debilitatur virtus propter debilitatem quæ est in principio, aut statu. Et horæ augmenti medietas prima est hora, in qua pulsus incipit apparere, & magnificari, & velox fieri, & spargitur calor in toto corpore secundā æqualitatem, & medietas eius altera est hora, in qua non cessat hæc caliditas sparsa cum æqualitate augmentari. Et hora status est hora in qua remanent caliditas sparsa cum æqualitate, & accidentia cum dispositione sua, & pulsus fit maior quam vnquam, & sit vehemētius velox, & frequens. Et hora declinationis est hora in qua īcipit diminutio, & incipit pulsus tēperari, & ęquatur. Deinde illa ī qua incipit corpus sudare, & perducit ad eradicationē. Et multoties quidē accidit apud mortē dispositio, quę est sicut declinatio, & est quāsi ęger euaserit: & non oportet vt tu occuperis in hoc, immo cognoscas dispositionē pulsus, & an magnificetur, & fortis fiat. Et si tibi videtur, ponā tibi exemplū de tertiana. Attende ergo ꝙ in tertiana in pluribus dispositionibus incipit horripilatio: deinde frigus, & rigor, postea sedatur rigor, & minoratur frigus, & incipit calefactio: postea æquatur calefactio, deinde additur: postea stat: deinde incipit minui vsquequo eradicetur. Et scias ꝙ tēpus ægritudinis prolōgatur, aut ꝓpter multitudinē materiei, aut propter grosſitiē eius, aut ꝓpter frigus eius. Et quandoq; adiuuāt ad illud tempus frigidum, & regio frigida, & ætas frigida, & debilitas caloris innati, & spisſitudo seu densitas cutis.

Sermo vniuersalis de febribus ephimeris. Cap. V.

CAusę omnium specierum febris ephimerę sunt causæ primitiuæ calefaciētes essentialiter, & calefacientes per accidens de summa occurrentium, & assumptorum.s.in cibo, & in potu & passionum corporearum, & animalium, & ex doloribus, & apostematibus extrinsecis. & quandoque quædam ex eis sunt ex oppilationibus, quarum causa non est primitiua, & non perueniunt causę earum cum vehementia sua ad hoc, vt pertranseat illud quod inflammat spiritum: nam si pertranseat illud, faciunt cadere in hecticam: aut in speciem febrium humorū quam dicemus. Causæ enim primitiuæ plerunq; mouent antecedentes: quod si mouerint eas ad putredinem, erunt febres putredinis. Et sunt quidā hominum qui existimant, quod febris ephimera non fit nisi ex labore spiritus, & corporis, & illud est error. Et istæ quidem febres secundum plurimum recedunt in die vno, & raro pertranseunt tertium diem. Nam si pertranseant illam quantitatem, existimatur de esse earū, quod ipsæ permutātur. Et intentio quidem permutationis est, quod accensio caliditatis pertransit spiritum: aut ad corpus, aut humorē. Licet sint de hominibus qui dicant, ꝙ ipsa quandoque remanet sex diebus, & consumitur integra consumptione: cui nō esset similis, si permutaretur ad genus aliud. Et hæc quidem febris est facilis curationis, & difficilis cognitionis: & similiter principiū hecticæ. Et homines quidem velocius cadentes in febres ephimeras, & qui vehementius læduntur ab eis, si erretur in eis, sunt illi in quibus calor & siccitas sunt magis vincentes: quoniam perueniunt velociter ad hecticam, & tertianam. Deinde illi in quibus calor & humiditas vincunt, quoniam perueniūt velociter ad febrem putredinis. Deinde illi in quibus calor est plus. Deinde illi in quibus est plus siccitas. Et cum illi, qui habent complexionem siccam & calidam, accidit fames, & associantur ei vigilia, & labor animalis, & labor corporeus, festinat ad ipsum febris ephimera cū horripilatione quadam. Quod si non succurratur, & cibetur statim, festinabit ad ipsum febris putredinis.

Signa propria febrium ephimerarum, distinguentia eas ab alijs. Cap. VI.

DE proprietatibus earum est, quod ipsæ non fiunt à causis antecedentibus: neq; incipiūt cum coarctatione, & est ꝙ ipsæ nō incipiūt secundum plurimum cū rigore, & frigore extremitatum, & profundatione caliditatis, & declinatione ad pigritiam, & somnum, & submersionem pulsus, & diuersitatem eius, & paruitatem ipsius. Immo fortasse accidit in principio earum similitudo frigoris, & horripilationis, & pūctio: cuius causa est vapor chymi mali, & remouetur velociter: & accidit, sed raro rigor propter multitudinem vaporum lædentium lacertos propter punctionem suam plurimam superfluam. Et est eius inflammatio non mordicatiua aspera, immo bona, sicut caliditas corporis laborantis, & ebrij. Et cū est vrina in primo die digesta, & pulsus bonus, tunc iudica quod est febris ephimera: & illud ideo, quoniam vrina non alteratur in ea in quantum ipsa est ephimera, & est sedimē eius digestum, nō decliue ad colorem humoris, & est quandoque nubes eius pendens, & quandoq; est natans boni coloris, & quandoq; accidit vt non ęquetur color eius, tñ eius substātia est ęqualis: et nō alteratur color eius, nisi propter id ꝙ associatur ei de causa alterationis vrinæ: quamuis non sit illis febris ephimera ex eo ꝙ dicemus in ephimera ex labore, & similibus ei. Et pulsus est decliuis ad spissitudinē, & fortitudinē, & magnitudinē nisi in ea quę est à passionibus debilitantibus, & nisi fuerit in stomacho humor mordicatiuus, aut frigidus, aut causa alia de his, quæ purificant pulsū pter febrē. Et raro quidē diuersificatur: si vero diuersificetur, erit ei ordo: nam si diuersificetur illud, tunc erit propter causam aliam antecedentem febrem, aut associatam ei, sicut est labor vehemēs, aut mordicatio vehemens in visceribus, & similia his. Et quandoq; accidit vt induretur pulsus propter frigus vehemens, & inspissans infrigidans, aut propter caliditatē solis vehementem exiccantem: aut propter vehemētem laborem exiccantem, aut famem, aut angustias, aut vigilias, aut euacuationes: Et quandoq; festinat in eo dilatatio, & tardatur constrictio: & nō festinat plusquā naturalis nisi raro, & cum velocitate pauca, quoniam necessitas euentationis in eo est vehementior, quā necessitas educendi vaporem corruptū: vapor nanq; in eo nō est corruptus cōparatione sui ad ęqualem: immo est calefactus cōparatione sui ad eum. Et cū ambiguus sit tibi pulsus, & constrictio ipsius, tunc scias ex anhelitu: Et pulsus quidem reddit post eradicationem eius ad consuetudinē eius naturalē in illo corpore, & hoc est signum bonū. Et scias penitus, ꝙ quoties vrina & pulsus sunt boni, significant ꝙ febris est ephimera: & quando non sunt boni, non oportet vt nō sit ephimera, multoties enim est in ea vrina tincta, & pulsus diuersus, & debilis, & paruus. Et de illis, quæ significant ꝙ ipsa est febris ephimera, est vt sit principiū eius facile, & leue: & sit augmentū eius nō addens supra duas horas, & neq; associētur statui accidētia vehemētia. Et in febre putrida est cōtrariū, & vt nō accidāt in ea accidentia praua: & nō sit in ea acuitas caloris vehemens, & minorentur cū ea dolores. ꝙ si cū ea dolor fuerit capitis, aut dolor alius nō sit fixus ĩseparabilis post eradicationē eius: & hoc quidē significat ꝙ ipsa est ephimera. Et plurimum

rimum quidem eradicationis eius fit per ſudorem,& humoroſitatem ſimilem ſudori naturali, non humoroſo:& non ſit uehemens ſuperfluitas iterum in quantitate ſua: immo appropinquat ſudori naturali in quantitate ſua ſicut eſt proximus ei in qualitate ſua. Si enim uideris ſudorem plurimum, tunc febris erit non ephimera. Et de eis de quibus febris ephimera experitur, eſt ut ingrediatur balneum habens eam: cumq; mora fecerit euenire in eo quaſi horripilationem non conſuetam, ſcitur quod febris eſt febris putredinis: & egrediatur habens eam ex balneo illico: & ſi nihil alteratur à diſpoſitione ſua tunc febris eſt ephimera.

Permutatio febris ephimeræ. Cap. VII.

CVm expedit ut febrem ephimeram patiens cibetur, & errat medicus ſuper eam, & non cibat ipſum: permutatur febris in corporibus cholericis ad hecticam & incenſiuam, & in corporibus carnoſis ad ſynocham, quæ eſt abſq; putredine: & fortaſſe permutatur ad illam, quæ eſt cum putredine. Et ſimiliter quando neceſſariũ eſt adiutorium in aperiendo poros, & rarificando corpus, & non fit, fit inflammatio in humoribus retentis in corpore inflãmatione qua fit calefactio cum fortitudine, & fit putrefactio.

Signa permutationis febris ephimeræ ad febres alias, Cap. VIII.

SIgnificatio illius eſt, quòd ipſa declinat abſque ſudore, aut humoroſitate: aut cum ſudore abſq; mundificatione per ſudorem: & eſt declinatio longa difficilis, & abſque mundificatione pulſus. Immo remanet in pulſu aliquid, & remanet dolor capitis ſi fuerit: & hoc totum ſignificat permutationẽ ad febrem putrefactionis humoris aut ad ſanguineam & ſi cauſæ fuerint vehementes, aut prolongetur mora eius, permutabitur ad hecticam. Quod ſi ad hecticã permutetur, videbis tactum arteriarum calidum valde: & uidebis febrem ſimilem, uel fixam, & in omnibus membris additur calefactio ſuper repletionem: & in tempore acceptionis cibi: aut videbis pulſum ſeruare æqualitatem cum duritie, & paruitate. Et videbis ſigna reliqua, quæ diximus de ſignis hecticę. Et quando permutatur ad genus febrium ſanguinis: quod nominatur ſynocha abſq; putredine. uidebis additionem,& repletionem caliditatis: & inflammationem faciei. Et quandoq; permutatur ad febres putredinis, apparent horripilatio, & diuerſitas pulſus, & paruitas, & coarctatio: & eſt caliditas mordicatiua ſicca, & uehementia accidentium. In urina autem fortaſſe remanet digeſtio rei præcedentis, & in pluribus nõ apparet in ea digeſtio.

Curationes febris ephimeræ ſecundum modum vniuerſalem. Cap. IX.

IN omnibus ſpeciebus febris ephimeræ oportet, ut afferantur ſuper corpora patientium eas, ea quæ nutriant eos nutrimento bono cum uelocitate digeſtionis: quoniam febriens eſt æger: & æger eſt læſus, & leſus non digerit aut tarde digerit. At quibusdam eorum conceditur qui eſcere ſeu deliciari in ea: ſicut patienti febrem ex labore, & anguſtia, & fame, & illis in quorum corporibus cholera plurima eſt. Et qui conqueritur ſe pati horripilationem in principio, deglutiat cibum infuſum in aqua, & uino ut ſit magis penetrans: & iſti qnidem cibantur etiam in principio febris. Et quibuſdam prohibetur quieſcere ſeu deliciari in ea, & innuitur eis ut fiat ſubtiliatio regiminis ſicut in patiente febrem ex oppilatione, & ſoliditate, & ex apoſtemate. Et melius quidem eſt ut poſtponatur cibatio uſq; ad declinationem, niſi in illis quos excepimus. Et aqua frigida quidem oportet ut non prohibeatur in principio rei, quoniam virtus eſt fortis: quare non timetur debilitas eius: & eſt melior cura in infrigidando ſpiritus. uerum ſi fuerit illic debilitas in viſceribus, & febris iam extẽditur, ſeu prolongatur, aut fuerit febris ex oppilatione, tunc melius eſt vt de ea non multum ſumatur. Et conceditur eis balneum cum eorum paroxyſmus cõſumitur in febribus ephimeris propter intentiones de quibus eſt humectatio. & de eis eſt prouocatio ſudoris, & rarificatio pororum, & de eis eſt infrigidatio in ſecunda diſpoſitione: & prohibetur ubi timetur caſus putredinis. Et nõ oportet ut euitet balneum niſi habens eam ex oppilatione, quandoq; enim balneum generat ægritudinem putridam: & ſimiliter patiẽs eam ex ſatietate nauſeatiua, niſi in fine rei, & cum dilatantur pori, & deſcendit nauſeatiua ſatietas: illic enim oportet vt balneet. Et habens catarrhũ nõ balneetur, niſi ſit aduſtius. Et omnes habentes febres ephimeras oportet, ut non prolongent moram in aere balnei, immo in aqua eius quantum uolunt, niſi habentes eam ex ſoliditate, & ex ſpiſſitudine: eis enim conuenit, ut prolongent moram in aere balnei donec ſudent. Inunctio autem ſi fuerit effundendo, aut liniendo tantum, oppilat poros. Et in curatione omnis febris ephimeræ, quæ eſt ab oppilatione extrinſeca, aut intrinſeca, fricatio aperit poros habentis eam, deinde ſi obuiat humiditati plurimę, reſoluit eam, & ſi obuiat humiditati paruæ, exiccat corpus. Euacuatione autem non indiget aliquis eorum niſi habens oppilationem repletionalem, & habens nauſeatiuam ſatietatem. & qui habent febrem ephimeram ex ſoliditate, cuius corpus eſt repletum.

Species febris ephimeræ. Cap. X.

DE febribus ephimeris sunt, quæ omnino comparantur ad dispositiones animales. Et de eis sunt quę comparãtur ad dispositiones corporeas. Et de eis sunt, quæ proportionantur ad res quæ eueniunt deforis. Et de comparatis ad dispositiones animales est illa, quæ fit ex angustia, & illa quæ fit ex tristitia, & illa quæ fit ex existimatione, & cogitatione, & ira, & vigilijs, & somno, & tranquillitate, & timore, & gaudio. Et de proportionatis ad dispositiones corporeas sunt illę quę comparãtur ad res, quę sunt actiones & motus: & de eis sunt, quæ comparantur ad non actiones & motus, & ad contraria eorum. Et comparatæ ad res, quæ sunt motus, & contraria eorum est illa, quæ fit ex labore: & illa, quæ ex tranquillitate, & illa, quę fit ex euacuatione: & de eis est febris ephimera ex dolore: & de eis est febris ephimera, quæ est cum syncopi; & de eis est illa, quę fit ex fame, & de eis est illa, quę fit ex siti. Et de comparatis ad ea, quæ non sunt actiones, est illa, quæ fit ex oppilatione: & de eis est illa, quæ fit ex nauseatiua satietate: & de eis est illa, quæ fit ex apostemate: & de eis est illa, quæ fit ex asperitate uel siccitate cutis. Comparatæ autem, ad res, quæ accidunt deforis sunt, sicut illa, quæ fit ex adustione solis, & sicut quæ fit ex condensatione cutis facta ex frigore, & facta ex ablutione cum aquis stypticis. dicam itaque unamquamq; earum cum curatione sua.

De febre ephimera ex angustia, & signis eius. Cap. XI.

QVandoq; accidit ex motu spiritus ad interiora, & conculcatione eius in eis propter superfluitatem angustiæ febris spiritualis. Cuius signa sunt igneitas vrinæ, & acuitas eius: ita ut habens eam sentiat acuitatem ipsius, propter dominium siccitatis in ea: & est motus oculi ad clausionem decliuis: & est oculus submersus propter resolutionem cum quiete tepo-ris, & facies est tendens ad citrinitatem propter profunditatem caliditatis. Et pulsus est ad debilitatem, & paruitatem decliuis: & forte declinat ad duritiem.

De cura. Cap. XII.

OPortet ut habens eam multiplicet introitum tinæ, & ponat plurimum suæ intentionis in balneatione cum aqua balnei absq; aere eius, & multiplicet eam inunctionem cum oleo post illud. oleum enim est magis iuuatiuum ei quam balneum. Et vtatur lætificãtibus, & odoriferis frigidis. Et ponat super pectus suũ epithemata infrigidantia ex mucilaginibus, & succis, & aquis boni odoris, & sumat in potu vinum plurimæ commistionis: est enim bonum medicamen ei.

De febre ephimera ex beam. Cap. XIII.

QVandoq; accidit ex multitudine tristitię propter rem quæsitam motus laboriosus, spiritum calefaciens, faciens cadere in febrem: cuius signa sunt similia signis eius, quæ est ex angustia: nisi quia motus oculi cum profunditate sua, propter resolutionem est ad partem extrinsecam: & pulsus non est demissus depressus: immo est in eo eleuatio aliqua cum debilitate: si ipsa debilitas fuerit cum eo. Et cura eius est sicut cura eius, quæ est ex angustia.

De febre ephimera ex cogitatione. Cap. XIIII.

QVandoq; accidit ex multitudine cogitationis in rebus, febris similis illi, quæ est ex angustia & tristitia, nisi quia motus oculi est ęqualis, non ad clausionem, neq; ad exitum decliuis, & est decliuis ad profunditatem: & pulsus est diuersus in eleuatione & depressione & plurimum quidem est ęqualis: Et facies est ad citrinitatẽ decliuis. Et cura eius est cura illius, quæ est ex tristitia.

De febre ephimera ex ira. Cap. XV.

QVandoq; accidit propter supefluitatem motus spiritus ad exteriora in dispositione iræ, calefactio superflua accensa in spiritu. Cuius signa sunt rubedo faciei, nisi permisceatur ei timor, quoniam citrinatur: & inflatio faciei similis ei, quæ inflatur in dormitione: Et sunt oculi rubei tendentes exterius propter vehementiam motus spiritus ad exteriora. Et quãdoq; accidit quibusdam eorum tremor, propter motum humoris: aut propter debilitatem naturarum: Et est aqua rubea, acuti tactus propter acuitatem suam. Et quandoq; est cum ea aliquãtulum claritatis. Et pulsus est grossus, plenus, eleuatus, frequens.

De cura. Cap. XVI.

FAceos quiescere, & fac ut occupentur lætificantibus, & narrationibus, & vocibus bonis & ludis mirabilibus: & fac eos ingredi balneum in aqua tepida, non plurimi caloris: & inungantur plurimum cum aliquo oleo plurimo. illud enim est magis conueniens eis, quam aqua calida. Et cibentur eis, quæ infrigidant, & humectant: Et prohibeantur à uino omnino, non enim est eis via ad ipsum.

De febre ephimera ex vigilijs. Cap. XVII.

QVandoq; etiam accidit ex vigilijs febris ephimera: cuius signa sunt, antecesſio vigiliarum, & grauitas palpebrarum, & fortaſſe nō aperit eas; & profundatio oculi propter reſolutionem, & inflatio palpebrarum propter corruptionem cibi, & multitudinem vaporis: Et conturbatio vrinæ propter priuationem digeſtionis. Et debilitas pulſus: Et citrinitas faciei propter malitiā digeſtionis: Et inflatio eius propter tumefactionem factam ex malitia digeſtionis, ſed non eſt cum rubedine, ſicut in illa quæ eſt ex ira.

De curatione. Cap. XVIII.

CVratio autem eius eſt ociari, & quieſcere, & dormire, & embrocare caput cum eis, quę infrigidant & humectāt: & balneum humidum, & cibi bonorum chymorum: & inunctiones humectantes. Et vinum eſt ex rebus magis conferentibus eis: & ſumant in potu ipſum ſine timore, niſi fuerit dolor capitis.

De febre ephimera ex ſomno & quiete. Cap. XIX.

A Spiritu quandoque reſoluuntur vapores calidi per vigilias, & motus. Cum ergo prolungatur ſomnus, & tranquillitas, & non reſoluuntur: accidit ex eis calefactio ſpiritus & febris eius. Cuius ſigna ſunt iſta, ſignificāt enim eam antecesſio ſomni, & tranquillitas plurima, & proprie, quæ non eſt in conſuetudine, & cadit contrarium conſuetudinis, & ſignificat ipſam repletio vaporoſa pulſus.

De curatione eius. Cap. XX.

CVratio eius eſt ſudatio in aere balnei, & ablutio æqualis cum aqua calida, & paucitas cibi, & declinatio eius ad id quod infrigidat, & humectat ipſum, & eaercitium temperatum, & non oportet vt bibat vinum.

De febre ephimera ex gaudio. Cap. XXI.

QVandoq; accidit ex gaudio febris, ſicut illa quæ fit ex ira. Cuius ſigna ſunt proxima ſignis eius, quæ eſt ex ira, niſi quia forma oculi eſt forma guadentis, non forma iraſcentis. Et eſt frequentia in pulſu minor. Et cura eius eſt proxima curationi eius, quæ eſt ex ira.

De febre ephimera ex timore. Cap. XXII.

QVandoq; accidit ex timore febris ſecundū ſemita, quę accidit ex anguſtia. Proportio nanq; timoris ad anguſtiam, eſt proportio iræ, ad gaudium, ex hoc, quòd motus timoris eſt ad interiora, & iræ ad exteriora, & fit ſubito, & aliorum modorum fit gradatim. Cuius ſigna ſunt proxima ſignis eius, quæ fit ex anguſtia: niſi quia diuerſitas in pulſu eſt vehementior: & forma oculi eius eſt forma territi. Curatio eius eſt proxima curationi eius, quę fit ex anguſtia: & oportet ut ſecuretur à timore: & ueniatur ad eum cum nuntijs gaudere facientibus: & uinum confert eis.

De febre ephimera ex labore. Cap. XXIII.

LAbor quandoq; peruenit ad ſummum in calefaciendo ſpiritum, ita ut fiat febris nocens operationibus, & eſt plurimi nocumēti, & grauitatis ipſius ſuper vitalem, & animalem. Signa ſunt antecesſio laboris, & additio calefactionis iuncturarum ſuper alia: & ſenſatio laſſitudinis: & ſiccitas corporis. Et quandoq; accidit in fine eius humectatio, ſi fuerit labor temperatus, & non fuerit calor exicans, aut frigus prohibens ſudorem. Si autē labor fuerit ſuperfluus, minoratur humectatio, & ſudor: & quandoque ſequitur ipſum tusſis ſicca propter communitatem pulmonis: & fit pulſus eius paruus debilis: & quandoq; declinat ad duritiem: & vrina eſt citrina, acuta propter motum, & ſubtilis propter reſolutionem.

De cura. Cap. XXIIII.

CVratio eorum eſt trāquillitas, & balneatio in tina: & inunctio cum fricatione leui ſuper iuncturas: & acceptio cibi boni chymi, humectantis, ſecundum quantitatem quā digeratur, de genere carnium pullorum, & hœdi, & piſcium petroſoſum. Et quoniā virtutes eorum ſunt debiles, tunc non oportet vt confidant de ſe, poſſe digerere, quod digerebāt in diſpoſitione ſanitatis: immo minus illo. Et propter hoc cibentur eis, quorum paucum nutrit plurimum, ſicut ea quę diximus: & ſicut vitelli ouorum ſorbilium, & teſticuli gallorum ſunt eis boni. Quidam tamen exiſtimauerunt: quod oportet vt patientium lasſitudinem regimen plus ſubtilietur quam aliorum: ſed illud non eſt rectum. Et oportet vt ſumant de fructibus humidis. Et ſumant in potu vinum plurimæ commiſtionis, ſi fuerint aſſueti: aut iuleb, & aliud, ſi non fuerint conſueti. Et oportet vt eorum inunctio ſit plurima, quam inunctio aliorum cum oleo aliquo vt humectentur eorum membra, & iuncturæ exſiccatæ: & iterum vt mollificetur illud quod accidit eis de tenſione. Et oleum viol. eſt de oleis melioribus eis. Et oportet vt communicet inunctio eorum copori: & propriȩ capiti, & collo, & ſpondylibus dorſi,

dorſi,& iunčturis omnibus: & proprie poſt balneationem. Et oportet vt mollificetur ſtrata eorum,& aromatizentur induměta eorum, & ſedilia eorũ; & ſi indigent iteratione balnei propter reliquias, iterentur omnia quæ ſcripta ſunt in capitulo ſuo.

De febre ephimera ex euacuatione.
Cap. XXV.

QVandoque accidit ex commotione humorum poſt ventris ſolutionem motus ſpirituum ſuperfluus, & inflammans in ipſo febrem propter multitudinem laſſitudinis, quæ ſequitur ipſam. Et quandoque faciunt eam medicinæ ſolutiuæ,propterea quod calefaciunt. Et quandoq; ſequitur phlebotomiam,propterea quod redire facit humiditatem vaporum:& ſanguinitatem earum ad furioſitatem cholericam.

Curatio. Cap. XXVI.

OPortet vt ſubtilietur vel ingenietur in retinendo naturam per ea quę ſunt ordinata in capitulis ſuis:& vt cibetur ęger cum eo,quod confortat plus: ſecundum quantitatem qua digeratur,de eis quę infrigidăt & humectant & ſint in eo pontica, ſtyptica:& ponantur ſuper ſtomachum emplaſtra,& embrocę confortantia calefacta, non tepefacta. Nam omne tepidum eſt mollificatiuũ, & reſoluit virtutem. Et de hac ſumma eſt lana infuſa in oleo nardino,aut oleo frigidiore eo,aromatizato: & exprimatur adeo, donec ſeparentur ab ea partes olei. Et ponantur ſuper cor,& hepar ea,quæ infrigidant.

De febre ephimera ex dolore. Cap. XXVII.

DOlor quandoq; calefacit ſpiritum adeo, donec inflammetur febris. Signa. Dolor in capite, aut oculo, aut aure, aut dente, aut iuncturis, aut extremitatibus, aut colica, aut hæmorrhoidibus, aut alijs de doloribus furunculorum.

De cura eius quæ fit ex dolore.
Cap. XXVIIII.

REgatur dolor cum eo quod oportet in capitulo ſuo,deinde curetur cura eius, quæ fit ex labore.Quod ſi timeatur ex potu vini motus doloris,non detur in potu.

De febre ephimera ex ſyncopi. Cap. XIX.

QVandoq; accidit ei,cui ſuperuenit ſyncopis propter agitationem motus ſpirituum calefactio, quæ conuertitur in febrem:& quandoq; remanent de ea poſt ablationem timoris in ſyncopi reliquiæ.Signa. Vicinitas ſyncopis, & caſus virtutis abſq; ſignis febrium aliarum, quæ non ſunt ex febribus ephimeris. Et pulſus in ea eſt diuerſarum diſpoſitionum.Quandoq; enim cadit,& deſtruitur,quando vincit frigus: Et quandoq; fit velox, & apparet,cum dominatur caliditas: & ſimilatur pulſui patientium extenuationem exiccatiuam,in duritie cum diſpoſitione pulſus vermicularis.

Curatio. Cap. XXX.

CVra eius eſt cura ſyncopis, & dare cibos velocis digeſtionis, boni chymi, de illis quos ſciuiſti:& ſi indigueris vt des in potu vinum, fac: & non cures de febre. Cum ergo liberatur ex ſyncopi,& remanet febris,ſimilis ei, quę eſt cũ extenuatione, curetur cũ eo quod eſt in canone de infrigidatione, & humectatione.

De febre ephimera ex fame. Cap. XXXI.

QVandoq; acuuntur vapores in corpore quando non inueniunt, nutrimentum, & generant febrem: Et eius pulſus eſt debilis, paruus, & quandoq; declinat ad duritiĕ. Curatio. Cibatio quidĕ in febre eſt ſicut ex ſorbitionibus factis ex Kiſt hordei cum oleribus, & poſt illas cum cibis bonis confortătibus: Et balneetur, & effundatur ſuper caput eius aqua plurima tepida:& ſedeat in ea, & humectetur corpus eius cum eis, quæ ſunt ſicut oleum viol. & roſ.& cucurbitinum.

De febre ephimera ex ſiti. Cap. XXXII.

HAec proxima eſt ei quæ eſt ex fame:& eſt dignior vt accidat propter defectũ aquæ cum qua ſedatur caliditas fortis in vaporibus.Curatio. Eſt dare in potu aquam frigidam & aquas fructuum frigidorum,& proprie granatorum. Et humectare corpus cum tina. & ſi poſſibile eſt ei balneatio cum aqua frigida,faciat.

De febre ephimera ex oppilatione.
Cap. XXXIII.

OPpilationes fiunt in poris cutis, propter ſiccitatem eius, & paucitatĕ ablutionis, & multitudinem pulueris,& propter frigiditatem.Et propter ablutionem cum aquis frigidis ſtypticis. Et propter aduſtionem ſolis. Et quandoque fit in villis venarum, & in ramis earum, & orificijs ipſarum, & curſibus ſeu vijs earum. Et cum dicitur febris ephimera ex oppilatione, non innuitur niſi ad hanc ſpeciem. Nam accidit vt minoretur reſolutio, & multiplicetur reple-

repletio, & coarctatio, & priuetur respiratio, & aggregetur vapor plurimus, calidus, & non resoluatur, & tunc eueniat caliditas superflua, & dum perseuerauerit eius inflammatio in subtiliori ex corporibus, quod est spiritus, erit febris ephimera. Quod si inflammatur in sanguine, est species famosa sinochæ, quam dicemus: & est illa, quę est de summa febrium humorum, & non est propter putredinem, immo est propter inflammationem, & ebullitionem. Quod si perducat illud ad putredinem, quam facit opilatio & priuatio respirationis, permutatur ad febres putredinis. Et huiusmodi quidem oppilatio, aut fit ex multitudine humorum & sanguinis, aut ex grossitudine eorum, aut ex uiscositate eorum: aut propter casum rei de causis oppilationis in instrumēto, non in meatu sicut frigus constringens, aut apostema coarctans, aut nascentia rei: aut aliud de illis quarum te oportet rememorari. Et hæc quidē febris de febribus ephimeris parum permutatur ad hecticam: quoniam corpus in ea est plurimæ materiæ. Et in hac febre iterum est sitis, & inflammatio, & adhærentia caliditatis: & urina media inter igneam, & fuscam. Et hæc febris est difficilis ad cognoscendum, cuius similitudo est proxima similitudini febrium humorum. Et hæc febris quandoq; remanet vsq; ad diem tertium, & in eo quod est post ipsum, si sunt opilationes plurimæ fortes. Et non sint oppilationes cum inspissatione cutis causatæ deforis: & si sunt oppilationes paucæ, festinat eius eradicatio, si non fuerit error. Et hæc febris inter febres ephimeras, quandoq; accidit, & redit propter fixionem oppilationis, quæ est causa quare fiunt ei sicut paroxysmi. Et hæc quidem febris multoties permutatur ad frigus, & horripilationem, & significat quòd ipsa sit putrida. Et cum illa quæ est ex opilatione facit accidere dolorem in latere sinistro post phlebotomiam lateris dextri non est excusatio iterationis phlebotomiæ: præcipue cum sedatur febris, & perseuerat dolor. Signa. Quando accidit febris ephimera non à causa primitiua, & est longæ declinationis, tunc existima, quòd ipsa est ex opilatione, & proprie quā do declinat sine euacuatione rorida. Et verificant existimationem suam signa repletionis, in corporibus plurimi sanguinis, & generātibus eū: aut grossorum humorum, viscosorum. Et differentia quidem inter ea ambo est, quoniam si oppilationes in eis sunt propter grossitudinem humorum, & viscositatem eorum, significant ea signa nota eis, & non est illic inflatio corporis, & rubedo, & tensio, & ad summum non sunt illic signa multitudinis. Et in illis in quibus causa est repletio, sunt signa repletionis ex rubedine faciei, & exuberatione venarum, & inflatione, & tensione, & alia apparentia. Et si superfluunt oppilationes, pulsus est paruus: & si non superfluunt, non oportet ut minoretur pulsus. Cura. Cum causa est multitudo humorum & repletio, tunc oportet ut in principio properes ad phlebotomiam, & euacuationem. Et ut phlebotomes eū cum iam non febrit, tunc est melius. Et quando febrit, si non fuerit necessitas, tunc statio est magis conueniens: phlebotomia enim facit humores currere, & præmiscet inter eos. Si autem non fuerit excusatio, tunc non oportet ut postponatur, & tardetur phlebotomia, & euacuatio. Deinde fiat occupatio in eius quę aperiunt oppilationes, & mundificant meatus. Et non properes ante euacuationem ad mundificandos meatus, & apertionem. Illud enim fortasse fit causa ad attrahendum humores subito ad quosdam meatus, & inuiscandum in eis: & illud est res in qua sunt errores plurimi: & fortasse addit in oppilationibus, si fuerint grossi, & proprie si meatus in creatione sua fuerint stricti. Verum phlebotomia iterum, & euacuatio quandoq; educunt superfluitates fumosas, facientes coarctatione sua hanc febrem, & prohibent, ut permutetur ad putredinem: & proprie cum ad ultimum facis eam peruenire, & facis approximare syncopi. Et si non sentis multitudinem humorum, immo sentis oppilationes, & quòd ipsæ sunt accidentes à grossitudine eorum, & uiscositate ipsorum: tunc fortasse non indiges phlebotomia superflua, & euacuatione superflua: immo indiges apertione. Et apertio quidem est cum abstergentibus ex medicinis, & cibis. Et propterea quòd ęgritudo est febris, non est possibile ut redeas in aperiendo ad abstergentia calida: immo ad illa quę sunt inter syrupum acetosum purum, usq; ad illum qui est cum seminibus, & aqua endiuiæ usq; ad aquam fœniculi. Et cibus sit ille in quo est ablutio: & non in quo est uiscositas, sicut Kist hordei. Et zuccarū cū hoc quòd ipsum est propinquū ei bo, est in ipso apertio, & absterſio: non est ergo malum si misceatur cū Kist hordei. Demum oportet ut cōsideres cū euacuaueris, si necessaria fuerit euacuatio eius, & facta fuerit apertio sicut cum eis quæ diximus, an minuatur febris, & deficiat, & an, si paroxysmos habuerit, frangatur, & debilitetur paroxysmus eius secundus à primo. Et considera urinam: & si inuenis eam non priuatam digestione: & in pulsu, & si inuenis eum non significare putredinem, procedes secundum hoc regimen. Et intromitte ęgrum in die tertio post paroxysmum in balneum, hora mollificationis paroxysmi expectati, si fuerit febris, usque ad quinq; horas. Et inunge eum: & frica ipsum cum rebus in quibus est abstersio æqualis, sicut quod est inter farinam fabarum usque ad farinam orobi, & farinam radicum lilij, & aristolochię emollitæ cum aliquantulo mellis & aquę. Quod si fueris ausus uti fortiori hoc, tunc utere spuma baurac. Et si eaistimas quòd balneum al-

tera

terat naturā eius in aliquo,& facit accidere quasi horripilationem, non moretur in eo ictu oculi: oppilationes enim istæ non sunt de genere earum, quas aperit balneum. Cum ergo egreditur de balneo, nō oportet ut approximet cibo, neq; uino, nisi post securitatem ex paroxysmo. Si autem exigit dispositio ut cibetur aliquantulum, & non tolerat: detur in potu id in quo est apertio,sicut aqua hordei subtilis,plurimę aquę, pauci hordei, plurimæ decoctionis,decocta cum apio. Quod si paroxysmus non iteratur ei, tunc balnea eum secundo, si desiderauerit illud,& ciba ipsum. Et si fuerit paroxysmus diminutus à paroxysmo primo,& vrina fuerit bona,tunc con fide in ueritate curationis, & paucitate oppilationis: & cura eum post eradicationem eius, sicut curasti, & ciba ipsum. Et si uenerit paroxysmus sicut fuit, aut fortior illo, & urina non fuerit sicut oportet,tunc ægritudo est tendens ad putredinem: & curatio eius est curatio putredinis.

De febre ephimera ex nauseatiua satietate, & repletione. Cap. XXXIIII.

QVandoq; accidunt ex nauseatiua satietate uapores mali, ex quibus accenditur caliditas,& inflammantur spiritus,quare accidit febris & proprie in corporibus choleris: & in illis qui non habent amplos poros. Nā plurimum superfluitatum eorum uaporat uapo rationes famosas:& minoratur in eis eructuatio acida. Et de illis qui sunt uehementius dispositi ad illam,sunt illi qui incipiunt post nauseatiuam satietatem uti exercitio, & motu, & ire sub sole, & balneatione postquam accidit eis hoc: multiplicantur enim in eis vapores fumosi: & proprie quando habuerint in corporibus suis dolorem & mordicationem, & proprie in uisceribus eorum. De materia uero eructationis acetosæ, & in habentibus eam, raro contingit ut generetur febris. Si autem generetur erit debilis:immo nō generatur. Et existimamus febrem generatam cum eructuatione acetosa esse propter causam aliam à satietate nauseatiua. Et isti quidem cum eorum soluuntur naturæ, iuuantur ualde, & remouetur febris eorum propter expulsionem superfluitatis superfluæ fumosæ. Et diuersificatur quidem curatio eius, cuius retinetur natura ex illis, & cuius soluitur. Et si natura illius, qui febrit ex nauseatiua satietate, leniatur duabus ascellationibus,aut tribus,deinde phlebotometur, fortis fit super eam fluxus ventris: & fortasse fiet fluxus hepaticus, quem significabunt pulsus cordis, & nigredo linguæ. Et similantur accidentia febris ephimeræ ex repletione accidentibus febris conclusæ: rubent enim oculi, & facies ualde, & fit inflammatio uehemens, & magnificatur pulsus, & fit velox: & rubet urina. Amplius cum plus remanet, non excedit tres dies. Et scias, quòd febris ephimera ex nauseatiua satietate quandoq; uenit cum periodis quatuor,aut septem, & cum hoc est febris ephimera, verum pulsus eius est sanus. Signa eius sunt alteratio eructuationis ad acetositatē,aut fumositatem. Cum ergo alteratur eructuatio ad sanitatem, indicat sanitatem. Et urina quidem istorum est priuata digestione aquosa. Et quando causa nauseatiuę satietatis est uigilia, est in facie, & faucibus eorum inflatio:& in palpebris eorum est grauitas.

De cura. Cap. XXXV.

PAtiens hanc nauseatiuam satietatem non euacuatur quin aut sit natura eius non soluta, aut sit soluta. Quod si natura eius fuerit non soluta, tunc conuenientius est ut soluas eam. Et si fuerit aliquid cibi, aut fæcis,aut grauitatis remanens in stomacho, tunc oportebit ut facias uomere ipsum, deinde solue eum. Et cōsidera ubi inuenit grauitatē. & considera tūc, an sit rectius euacuare illud cū clysteribus, & suppositorijs, aut cum aliquo,ꝗ bibitur de super ut soluat,aut deponat, aut digerat. Et significat illud, ꝙ rectius est de hoc dispositio eructuationis:fortasse.n.necessariū erit,si fuerit cibus stans desuper, & sit difficilis uomitus, vt non aspiciatur ad febrem, sed administretur diapepereon,vt præcipitetur, & descendat cum digestione; aut administretur, quod est debilius eo: & administrentur embrocę, & emplastra digestiua cognita in capitulo digestionis:& solutiua cognita in capitulo solutionis.Cum ergo descenderit, tunc aut egredietur per seipsum, aut iuuabitur cum suppositorio. Et toleretur fames super eum tamdiu,donec non remaneat hæsitatio in destructione satietatis nauseatiuæ: deinde sumat cibū leuem,uelocis digestionis,boni chymi.& festinatio ad famem, & ad somnum, est ex eis quæ sunt sufficiens curatio uel sufficiens adiutorium in alleuiatione repletionis.Quod si natura fuerit soluta, considera an res, quæ euacuatur, sit illud quod est corruptum. Et si fuerit illud, non retineatur donec totum euacuetur usq; ad postremum eius. Et expecta declinationem paroxysmi, & fac ingredi ipsum tunc balneum, & ciba ipsum, nisi fuerit illic superfluum destruens uirtutem: tunc enim non facias ipsum ingredi balneum, immo ciba ipsum, & conforta stomachū eius cum rebus, quas scies, & quarum quædam scriptæ sunt in capitulis de solutione ventris: & de illis est lana infusa in oleo, in quo est uirtus absinthij, aut etiam in oleo nardino postquam fuerit expressa, & separata fuerit ab ea maxima pars olei.Et si perseuerat solutio, & inuenis id, quod egreditur,absq; genere eius, quod corruptum

ptum eſt, adminiſtra oleũ de cydonijs bonum, recens ſecundum hunc modum, & oleum de maſtice: & non eſt iterum in oleo nardino contrarietas eis. Et fortaſſe adminiſtrabimus cerataria, & proprie quando non ſuffert diſpoſitio ſtricturam eorum ſuper ventres eorum. Et quandoque indigemus emplaſtris fortioribus hoc, de emplaſtris prædictis in cholirica paſsione. Et da eis in potu aquas fructuum, ſi deſiderat eas: & da ei ad comedendum illud cuius alleuiatur nutrimentum, & facilis ſit digeſtio, ſicut teſticuli galli & piſces alradradi, & præmitte ſuper illud aliquid de fructibus, & ſuccis, & robub ſtypticis. Et ſi abſcinditur de appetitu aliquid admoue ipſum cũ eis, quæ ſciuiſti, & proprie cum eis, quæ fiunt ex cydonijs. Et cum expeditus fueris: non eſt malum, ut adminiſtres ei electuarium forte de illis, quæ digerunt, & confortant ſtomachum, & aperiunt oppilationes: & illud poſt ablationem febris, & accidentium. Et iter quidem ad phlebotomiam eſt, ut non fiat in ea, donec declinet: tũc enim fiat: & illud quod prius datur in potu, eſt aqua hordei. Et cibus ſit ſicut ille, qui fit de agreſta cum cucurbita, & amygdalis paucis. Et infrigidetur locus eius, & odoramentum eius, & trochiſci de camphora in quibus non ponitur reubarbarum.

De febre ephimera ex apoſtemate. Cap. XXXVI.

FEbres ſequentes apoſtemata interiora ſunt putridæ. Et quandoq; aſſociatur eis hectica: & non ſunt de numero febrium ephimerarũ. Apoſtemata uero extrinſeca, ſicut ſunt furunculi, & exituræ, vel bubones, quæ eueniunt in ea, & proprie apoſtemata magna, quæ fiunt in membris glanduloſis, & in carnibus, quæ vocantur molles, ſicut illa, quæ fiunt in inguinibus à ſuperfluitatibus hepatis, & in aſcellis à ſuperfluitatibus cordis, & ſub aure à ſuperfluitatibus cerebri, quandoque ſequuntur febres, & non euacuantur quin aut ſit illud, quod peruenit ex eis ad cor, donec igneat ipſum calefactio ſola, aut cum putredine: quod ſi fuerit calefactio ſola: tunc erit de genere febrium ephimerarum. Et ſi fuerit calefactio cum putredine, tunc erit de genere febrium apoſtematum intrinſecorum. Et plurimum, quod accidit de iſtis febribus ſequentibus apoſtemata ſequentia cauſas primitiuas ex vlceribus, & ſcabie, & doloribus, & percuſsionibus, & caſibus, ad quæ expelluntur materiæ, & retinentur in uijs apud carnes molles, eſt de genere febris ephimerę. Et plurimum, quod accidit de iſtis febribus ſequentibus apoſtemata, quorum cauſæ ſunt antecedentes, ſicut repletiones & oppilationes præteritæ ſunt putridę, & ſecundum plurimum febres ſunt radices, & apoſtemata ſunt ſequentia, licet quãdoq; accidat è contrario. Et Hippo. nominauit has febres, malignas, quę ex eis ſunt ephimeræ, & quæ non ſunt ephimeræ. Et febres quidem ſequentes ea ſecundum plurimum ſunt ephimerę, & ſi non ſunt ephimerę ſunt malæ. Et plurimum quidem harum ſeqũntur apoſtemata ſanguinea: & quandoq; accidunt ſequentes eryſipilam, & ſimilia ei. Signa earum ſunt ea, quæ diximus de antecesſione apoſtematum ante eas. Et facies eſt inflata & rubea, augmentata in his duobus ſuper diſpoſitionem ſanitatis. Et non eſt caliditas vehementer mordicans, quamuis ſit multitudo eius in eis: quoniam huiuſmodi apoſtemata ſunt ſanguinea, niſi ſint febres ſequentes eryſipilam: & tũc iſtis febribus ſuccedit humectatio uel roritas refudans à corpore, & eſt pulſus in eis uelox, magnus, frequens propter repletionẽ & caliditatẽ. Et eſt urina aquoſa alba propter curſum materierum ad apoſtemata, & ulcera. Cura. Oportet ut antecesſio fiat in ea cum phlebotomia, & fluxu uentris. Et curetur apoſtema cum eo, quod oportet in capitulo ſuo. Et ſubtilietur regimen: & non bibat uinum omnino: & non cibetur, niſi poſt declinationem completam. Et neceſſaria ſunt extinguentia, & infrigidantia humectantia: & emplaſtra infrigidata cum niue ſuper membrum infirmum apoſtemoſum: ita ut non noceant apoſtemati, neq; faciant ipſum crudum: immo infrigidetur uia inter ipſum, & cor, infrigidatione penetrante in profundum.

De febre ephimera ex ſiccitate vel aſperitate. Cap. XXXVII.

HAec febris iterum ſequitur priuationem reſolutionis propter oppilationes non profundatas. Et plures quidem hominũ cum dimittũt conſuetudines ſuas balneandi, febriunt. Et plures eorum ſunt illi, in quorum corporibus generatur uapor cholericus, propter cõplexiunem corporum eorum, & ciborum ipſorum, & aquarum ipſarum, malarum, & propter diſpoſitiones eorum accidentes ex uigilijs & labore. Curatio eius eſt extinctio, & adminiſtratio balnei, & ſudare in eo poſt declinationem. Et fricari cum eis, quæ ſunt ſicut furfur, & farina fabarum, & amygdalarum amararum, & ſemen melonis, & aliquid de alaſnan, & baurac. Et ſit cibus eius extinguens, & humectans: & uinũ eius ſit plurimæ commiſtionis. Et iterum balneũ multotics.

Febris ephimera ex calore. Cap. XXXVIII.

QVandoq; accidit ex calore aeris, & calore balnei, & ſimilium, febris ephimera, Et plurimum illius non accidit niſi ex vehementia caloris Solis. Et eſt prima ſuſpenſio eius

eius cum ſpiritu animali: cum primum, quod eo læditur, ſit caput: calefacit enim aer eius, & peruenit ad cor, & fit febris: deinde ſpargitur in totum corpus. Et quandoq; fit eius ſuſpenſio cum corde propter caliditatem anhelitus: & quando cuſtoditur caput à calore. Sed illa, quæ ex Sole accidit, plurimum imprimit in cerebro & capite: & propter illud, qui non eſt mundus, impletur caput eius. Et illa, quæ non fit ex Sole, ſed fit ex diebus canicularibus, & ex balneatione, & ex alijs, impreſsionem facit in cor. Signa ſunt cauſa eueniens ex uehementia inflammationis capitis in parte ſolari cerebri. Et fortaſſe eſt cum grauitate, & repletione, ſi non fuerit corpus mundum. Et magnitudo anhelitus in parte cordiali. Et illud, quod apparet de corpore uehemẽtis calefactionis calidius interiore eius. Et de illis quibus ſcitur, illud eſt quod ſitis eius eſt minor ſiti illius, cuius caliditas, eſt illa caliditas, & eſt in hac habitudine contraria uel diuerſa ei, quæ eſt ex denſitate. Curatio. Eſt neceſſarium ut incipiatur in curatione eius cum eo, quod infrigidat ex embrocis ſuper caput, & pectus: & ex oleis frigidis, & proprie oleo roſ. infrigidato ſuper niuẽ, quod fundatur ſuper caput, & pectus ex loco longinquo. Et detur in potu aqua frigida & quę currunt curſu eius: & ſine ceſſatione eius fiat illud uſque quo declinet febris. Cumq; aufertur ingrediatur tinam & non curetur de catarrho, ſi fuerit cum eo, & balnea eum cum aqua tepida: & non permittas aerem eius calefacere ipſum: & non timeas ex effuſione aquæ calidæ ſuper caput eius: quoniam ipſa humectat, & reſoluit febrem: & neceſsitas ad balneandũ plus eſt, quàm neceſsitas ad fricationem. Cum ergo egreditur: inunge vehementer caput eius cum oleis frigidis, ſicut eſt oleum roſaceum, & de nenufare.

De febre ephimera, quæ accidit ex ſoliditate uel condenſatione cutis cauſata à frigore. Cap. XXXIX.

Quandoq; accidit ex frigore, & balneatione cum aquis frigidis, ut condenſentur pori extrinſeci: & coarctentur uapores fumoſi, ſecundum quòd dictum eſt in illa, quæ fit ex ſiccitate uel aſperitate cutis: quare accidit febris, & multoties perducit ad putridam. Et non perducit ad illam febrem, niſi quando vapor præfocatus eſt acutus, non ſuauis. ſuauis enim non generat eam. Signa eius ſunt cauſæ: & corpus in ea in primis cum tangitur, non eſt uehementis caliditatis. Cumq; figitur manus, ſentitur calor eleuari. Et pulſus non eſt in paruitate, in qua eſt in illa, quæ fit ex anguſtia, triſtitia, & fame, quoniã nõ eſt illic reſolutio: ſed eſt uelox propter neceſsitatem. ſ. attrahendi aerẽ: niſi ſit frigus uehemẽs & fortaſſe declinat ad duritiem. Et oculus non eſt profundus, immo quandoq; eſt inflatus propter vaporem coarctatum. Et urina quandoq; eſt alba, quoniã caliditas eſt præfocata: & quandoq; eſt tincta, quoniam caliditas, quæ reſoluebatur ex poris expellitur ad uiã urinæ. Curatio. Cooperiantur in febre, donec ſudent; cum ergo declinant, ingrediantur balneum, & balneentur cum aqua ad caliditatem decliui, & cum aere calido: & embrocentur ſuper ipſos aquę in quibus decocta ſunt, ſicut amaracum, & anethum, & ſiſymbrium. Et fricetur cum eis, quæ diximus, quæ abſtergunt poros, & mollificant eos. Et poſtponatur in eis inunctio vſque quo ſudent, & fricentur, & balneentur cũ aqua calida ualde. Et oportet ut antecedat balneatio cum aqua, balneationẽ cũ aere: deinde inungatur cum aliquo ex oleis dilatantibus poros. Et fundatur ſuper capita eorum ſicut oleum de anetho, & Keiri, & de chamæmilla. Et cibentur cibis leuibus, & aromatizẽtur. Et ſumant in potu uinum album, ſubtile, cõmiſtum: & eſt melius eis, quàm aqua propter id, quod eſt in eo de ſudatione, & prouocatione. Et inunctio cum oleo aliquo patientibus ex labore, eſt magis iuuatiua, quàm patientibus ex ſoliditate.

De febre ephimera ex ſoliditate vel condenſatione cutis cauſata ex aquis ſtypticis. Cap. X.

Quandoq; accidit illis, qui balneantur in aquis ſtypticitatem facientibus ſicut ſuper quam vincit uirtus aluminis, aut draganthi, ut uehemens fiat ſpiſsitudo pororum extrinſecorum, quare coarctantur eorum uapores: & accidit eis, quod diximus aliquoties: & multoties quidem perducit ad putredinem.

De ſignis. Cap. XLI.

Significant eam cauſæ, & quod ſignificatur de aſperitate cutis, quaſi ipſa exiccata ſit præparata præparatione, qua præparantur coria: & ſicut ſi tangatur cutis infuſa in aqua dragãthi: & eſt diſpoſitio in additione caliditatis poſt tempus ex tactu manus ſicut in alijs de illis, quæ accidunt ex oppilatione pororum. Et pulſus eſt debilior, & minor, & uehementioris uelocitatis. Et vrina eſt uehementius alba, & tenuis, ſicut urina mulieris: & non eſt in corporibus eorũ detumitio uel extenuatio, neq; in oculis eorum profundatio. Cura. Oportet, ut curetur cum propinquitate curationis eorum, qui ſunt ante eos: ueruntamen eis non datur in potu uinum, niſi poſt fiduciam uehementiæ amplitudinis pororum, niſi ſit cõdenſatio parua: fortaſſe enim tunc aperit eam uinum. Et oportet ut ſubtiliatio regiminis ipſorum ſit maior: & mora

mota corum in aere balnei,& balneatione eorum cum aqua calida maior. Et oportet ut tardetur inunctio eorum plus.

De febre ephimera ex vino. Cap. 42.

Quandoque accidit ex uino febris ephimera, & cura eorum eſt cura ebrietatis. Et fortaſſe indigent ſolutione cum aqua fructuum,& ſimilibus, & phlebotomia, & uomitu,& proprie quãdo perſeuerat dolor capitis eorum.Et oportet ut ingrediatur balneũ poſt declinationẽ.

De febre ephimera ex cibis calidis. Cap. 43.

Cibi calidi faciunt febrẽ ephimeram: & ſicut illa,quę eſt ex Sole ſecundũ plurimũ, eſt cerebralis,& in ſpiritu animali: & illa,quæ fit ex balneo eſt cordialis, & in ſpiritu uitali ſimiliter illa,quę fit ex cibo ẽ hepatica,& in ſpiritu naturali.

De cura. Cap. 44.

Eius curatio eſt prouocatio cum infrigidantibus notis: & ſolutio naturæ eſt melior cũ ſiracoſt,& tamarindis. Et rectificare hepar cum eis,quæ ſunt aqua endiuiæ,& oleum,& ſyrupus acetoſus: & emplaſtra infrigidantia ex ſandalis,& camphora,& aqua roſ.& oleo,& ſucco eius, & ex ſuccis olerum infrigidatis actu. Et extinctio cum cibis frigidis, & humidis.

Principium ſermonis de febribus putridis & complementum ſermonis eſt in febribus ſanguineis,& cholericis.

TRACTATVS II.

Sermo vniuerſalis de febribus putridis. Cap. 1.

PVTREDO accidit aut propter cibum malum, cum eſt præparatus ut putrefiat illud,quod generatur ab eo propter malitiam ſuæ ſubſtantiæ. Aut propterea,quod uelociter recipit corruptionẽ,quãuis ſit bonæ ſubſtantiæ,ſicut lac. Aut quoniam eſt aquoſus,nutrimenti mali, remouens ſanguinem à ſubſtantia ſua uel groſsitie ſua ſicut illud,quod generatur à fructibus humidis ualde. Aut qm̃ eſt ex illis, quæ non conuertuntur ad ſanguinẽ bonum: imò remanet humor malus frigidus,quẽ abhorret calor innatus, & putrefacit ipſum extraneus ſicut ille,qui gñatur à cucumere,& citrulo,& piris, & ſimilib. Aut pp malitiã artificij eius,aut horę ipſius. Aut ordinis eius ſcd̃m quod ſcis. Aut pp oppilationẽ prohibẽtẽ reſpirationẽ,& euẽtationẽ, pp cõplexionẽ corporis malã cũ nõ põt digeſtionem facere bonã. Et ſunt iterum uirtutes de illis,quæ nõ faciunt in cibo aut humore aliquid,quare dimittunt eũ crudũ. Et hmõi quidem complexio aut generat humorem malũ,aut corrumpit id quod generat pp abbreuiationem ſuam in digeſtione, & quia mouet eum motu pigro. Et iſtæ cauſæ ſunt iuuantes in gñatione oppilationis generantis putredinẽ. Aut propter diſpoſitiones extrinſecas ex aeribus malis,ſicut eſt aer peſtilentiæ,& aer lacunarum,& locorum infuſorum in quib. madefiunt res ut linũ & aſpaltum. Et qñq; aggregatur de eis numerus rerũ plurimus. Et plurimum cauſarum putredinis humorum eſt oppilatio. Et oppilatio quidem aut eſt propter multitudinem humoris, aut groſsitudinem ſuam,aut uiſcoſitatem ſui. Et cauſę multitudinis humorũ, & uiſcoſitatis,& groſſitiei humorum ſunt notæ. Et generatio oppilationis eſt nota. Ergo qñ fecerint oppilationẽ,accidit putredo propter euentationis priuationem,& proprie cum fuerint ſuccedentes ei motus in non ſua hora ſuper repletionẽ,& nauſeatiuam ſatietatem. Et balneationes ſimiliter aut ſtatio ſub Sole aut ſumere calefacientia ſuper repletionem: & dimiſſio cautelæ obſeruatiõis digeſtionis in ſtomacho, & hepate,& ſuccurrendi defectui ſi acciderit cum calefactione ipſorum amborum cum linimentis ſeu epithematibus,& fomentationibus,& uaporationibus. Et putredo quidem qñq; eſt cõis corpori toti:& qñq; eſt in membro propter debilitatem ſuam: aut propter uehementiam caliditatis ſuæ extraneæ,& ſuæ acuitatis,aut doloris eius. Et humor recipiens putredinem, aut eſt cholera cuius natura eſt ut illud quod ab ea uaporat ſit uapor fumoſus ſubtilis acutus aut ſanguinis cuius natura eſt ut euaporet ab eo uapor ſubtilis: Aut phlegma cuius natura eſt ut illud quod euaporat ab eo, ſit uapor ſpiſſus. Aut melancholia cuius natura eſt ut illud quod euaporat ab ea, ſit uapor fumoſus, ſpiſſus,puluerulentus. Et putredo quidem choleræ facit tertianam, & quæ currunt curſu eius. Et putredo ſangui.facit cõcluſam.Et putredo phlegmatis ſecundũ plurimum,facit quotidianã:& quæ currunt curſu eius. Et putredo melancholiæ facit quartanam: & quæ currunt curſu eius.Et ſangui. locus eſt intra uenas, quare putredo eius eſt intra uenas. Cholera autem & phlegma,& melãcholia qñq; putreſiunt intra uenas: & qñq; extra uenas: & qñ putreſiunt extra uenas, ſi non eſt cauſa alia, neq; eſt putredo in apoſtemate intrinſeco, quod det cordi putredinem cõtinuam, faciunt periodos quas diximus unicuiq; humori accidere & eradicari quãuis phlegmatica non eradicetur, quin ibi ſint reliquiæ occultę.Et qñ putreſiunt intra uenas faciunt adhærẽtiam febris: & non eradicatur neq; eſt proxima ei, quæ eradicatur: immo eſt aſsidua inſeparabilis: ſed ei eſt uehementia per quam cognoſcitur paroxyſmus, qui eſt ei. Et qñ putredo eſt intrinſeca cõis ſuper uenas oẽs aut ſuper plurimum earum,quæ uicinantur cordi,tũc non ſunt forſitan additiones, & diminutiones apparentes.

tes. Cum autē eſt ſecundum contrariū eius appa-
rent alterationes manifeſtę. Et febris putredinis quidē extrinſece non eradicatur, & reddit niſi qm̃ materiei, quæ putrefit ſuperuenit putredo in tpe paroxyſmi: & finiuntur eius humiditates ex quib. pendebat caliditas, & reſoluuntur & egrediuntur ex corpore: qm̃ non ſunt retentæ in uenis, ita ut prohibeat eas illud à cōplemento reſolutionis: & remanet cinereitas eius, & ipſius terreitas, quæ nō ſunt uehiculum febris, & caliditatis: ſicut uidetur de diſpoſitione cumulorum ſtercorum paulatim paulatim putreſcentiū donec fiat cinis totū: deinde non remanet caliditas. Et qñ non remanet in humore aduſto per putredinem caliditas, deſtruitur febris, quouſq; aggregetur uice alia ad locum putredinis. Et iam remanſerunt in ea reliquiæ caliditatis ex putredine prima, quamuis non remaneat materia: aut propter inuentionem cauſæ primæ putredinis in materia prima, & inflāmatur in materia ſecūda ſecundum ſemitā putrefactionis. Res ergo putredinis periodice procedit ſecūdum inuētionem caliditatis deficientis, putrefacientis & reſoluentis, & facientis cinerem, & peruenientis ad uicinū aliud, donec abſcindat terminū, & finiat materiam, & non inueniat uicinum aliud & remaneant reliquię febris expectantes materiam aliam, quæ effundatur ad locum eius. Cum aūt putredo eſt intra uenas: tunc accidit ut ſit reſolutio cōpleta difficilis: & ꝙ procedat putredo propter continuitatē cuiuſdam rei, quę eſt in uenis cum quadā alia, & putrefit oīs res, quæ uicina eſt ei: deinde procedit ad uicinum aliud. Et iterum illud, quod comprehenſum eſt in uenis, eſt uehementioris peruentionis ad cor. Et iſtæ quidem febres quibus ſunt paroxyſmi eradicationis, & teporis, qñq; dimittunt ordinē ſuū propter diuerſitatem materierum in multitudine, & paucitate, & groſsitudine, & tenuitate: & propter diuerſitatem in eis in genere, qm̃ permutantur quędam materiæ, & fiunt de genere materiei alterius, quæ diuerſificatur ab eis in ſpecie, non in multitudine & paucitate, & tenuitate, & groſsitie tantum. Et qñq; fit ex malitia regiminis ęgri: aut propter debilitatem eius: aut propter multitudinē ſenſus eius. Et paroxyſmi quidē qui eradicātur, incipiunt ſecundum plurimū cum horripilatione, aut frigore, aut rigore, & reſoluuntur per ſudorem. Et nō incipiunt cum frigore aut horripilatione ſecundum plurimum, niſi aut propter frigus humoris, aut acuitatem eius: quare humor mordicat lacertos: aut propter profundationem caliditatis ad inferiora euntis uerſus materiam: aut propter debilitatem uirtutis: aut propter frigus aeris, ſicut contingit tempore hyemis. Et illud quod ſit ex mordicatione caliditatis, eſt dignius ut proportionetur ad horripilationē, quā ad frigus. Et plurimum, quod accidit de eo, eſt ut ſit ſicut punctio acuum in omni membro. Verum reſolutio materiei cū ſudore eſt, qm̃ caliditas putrefaciens reſoluit humiditatem, & remanet cinereitas: cum ergo ſit illa humiditas non obſeſſa in uenis, facilis ſit expulſio eius per ſudorē in poris. Paroxyſmi autē febris inſeparabilis, quæ tepeſcit, & non eradicatur, non incipiunt cum frigore, niſi propter debilitatem uirtutis: aut propter profundationē caloris innati, quare infrigidantur extremitates: & illud eſt ſignū malum. Et in quibuſdā febribus componuntur frigus, & horripilatio, qm̃ materia, quæ putrefit, eſt compoſita ex frigido, & mordicatiuo. Et qñq; componūtur quædā febres putredinis tali compoſitione, qua fiant in forma inſeparabiles: & illud eſt uerbi gratia, quādo incipit humor putrefieri in loco, & cū ſuperuenerit ei putredo, incipit humor de genere eius, aut non de genere eius putrefieri: tunc obuiat paroxyſmus ſecundus tpi eradicationis paroxyſmi primi, deinde cōtinuatur res ita. Et quādoq; cōponuntur febres putredinis modis alijs compoſitionis, quos diſtinguā in capitulis ſuis. Et paroxyſmi quidem febriū prolongātur quandoq;, & quandoq; abbreuiātur: & prolōgatio eorum eſt aut propter groſsitudinē materiæ aut uiſcoſitatē eius, aut multitudinē eius: aut ipſius quietem: aut propter debilitatem uirtutis, aut propter debilitatē ſenſus: aut propter ſpiſſitudinem pororum: quare non reſoluitur humor: & eorum abbreuiatio eſt propter contraria eorū. Et paroxyſmi iterum feſtinant, & tardantur: & tarditas eorum eſt, aut propterea, quia eorum materia eſt pauca, aut tardi motus ad mineram putredinis propter groſsitiem ſuam, & hoc quidem eſt ſicut materia quartanæ. Et uelocitas eorū eſt, qm̃ ipſa eſt multa, ſicut phlegma, niſi ſit uitreum, qm̃ paroxyſmi eius quandoque tardantur: aut ſubtilis ſicut cholera. Et deteriores quidem febres ſunt inſeparabiles in quibus putredo eſt intra uenas. Deinde illæ, quę eradicantur, in quibus eſt putredo in toto corpore, aut in partibus cordis. Et parum quidem accidit ſenibus febris ualde accenſa propter frigus complexionis eorū, & paucitatem carnis ipſorum. Pulſus uero diſpoſitiones diuerſificantur in febribus putredinis, ſecundum diuerſitatem earum in generibus ſuis, & ſecundum diuerſitatem ſpeciei unius earum in uehementia, & debilitate: & in fortitudine accidentium, & debilitate eorum. Et quandoq; accidit ei durities, aut propter apoſtema calidum uehementis extenſionis: aut propter apoſtema calidū in mēbro neruoſo aut propter apoſtema durū: aut propter uehemētiā ſiccitatis: aut cū dominat frigus in principijs. Et qñq; fit lenis pp materiam lenem phlegmaticam, & ſanguineam, & propterea, ꝙ apoſtema eſt in membro leni, ſicut illud, ꝙ eſt in hepate, & peripneumonia, & lethargia: aut propter humoſitatē cū expectatur qñ uult ut ſedet. Et pulſus quidē in principio paroxyſmorū ſit debilis coarctatus propter aduentū uirtutis ſuper materiā, & occupationem eius in mundando & euentando.

Sermo

Sermo vniuerſalis de ſignis febrium putredinis. Cap. 2.

Significant febres putredinis aduentus cauſarum antecedentium eas: & proprie quando non eſt in eis cauſa primitiua. Et pulſus, & anhelitus conſtrictio eſt uelox, quoniã neceſsitas eſt ad mundificandũ uehemens ualde. Et eſt caliditas mordicatiua non ſuauis, ſicut eſt caliditas ephimeræ febris. Et plurimũ quidem febrium putredinis antecedit almeliletu, & almeliletu quidẽ eſt diſpoſitio, cui admiſcetur caliditas, non perueniens ad hoc ut ſit febris: & aſſociatur ei laſsitudo, & fractio membrorum, & pigritia, & alices, & ſaltus, & commotio ſomni, & uigiliæ, & conſtrictio anhelitus, & tenſio uenarum, & hypochondriorũ, & dolor capitis, & pulſatio capitis. Cum ergo prolongatur facit cadere in febres putredinis: aut facit accidere debilitatem, & citrinitatem coloris. Et quandoque aſſociantur almeliletu antecedenti febres, multitudo ſuperfluitatis, & mucus, & nauſea, & urina plurima, & egeſtio plurima putrida, & grauitas capitis, & tebegi. Et accidit frequentia in pulſu non à cauſa extrinſeca, ex labore, aut ira, aut alijs. Cum ergo acciderit in eo coarctatio, tunc iam uenit paroxyſmus, & coarctatio quidem eſt ſubmerſio pulſus, & paruitas diuerſa in qua accidunt pulſationes magnæ, fortes, & non eſt uelocitas eius fortis. Sed diuerſitas in principio, & in augmento eſt ex proprietatibus ſignificantibus febrem putridam: quamuis non appareat in tertiana plurima apparitione propter leuitatem materiei. Et de ſignis quidem quod febris ſit putrida, eſt euacuatio periodi primi ſudoris, & humectationis. Ephimera enim eſt è contrario illius dum non permutatur ad putredinem, licet ſit in principio febris tertianæ propter lenitatẽ eius prædictam, & ꝙ augmentum eius eſt permiſtum, non proportionatum, non ſimile. Et prolixitas augmenti iterum ſignificat, quod ipſa eſt putrida. Et additio pulſus in magnitudine ſecundum proceſſionem ſignificat augmentum. Amplius aut eſt interpollata incipiens cum rigore, aut horripilatione, & dimittens ſecundum plurimum cum ſudore & humoroſitate & procedens periodice cum paroxyſmis ſuis. Aut eſt inſeparabilis cũ tepore aut ſine tepore, non ſimilis ephimeræ, in urina, & pulſu, & complemento mundificationis, & quiete accidentium. Et cum plurimis quidem putridarum ſunt accidentia plurima ex ſiti, & dolore capitis, & nigredine linguæ, & proprie apud ſtatum: & multiplicatur inquietudo ex anguſtia, & agitatione vehementi, quam facit pugna materiei & uirtutis: quandoque.n. eleuatur materia, & quãdoque conſurgit uirtus. Et pulſus propter illud quãdoq; tẽdit ad magnitudinem, & fortitudinem: & qñq; ad paruitatem, & debilitatem, & coarctationem. Durities aũt fit quãdoque, & non oportet ſemper ut ſit niſi ſit cum febre ãpa durum, in quocunque membro ſit: aut ãpa in membro duro quamuis non ſit durum: aut iam acciderit potus aquæ frigidæ: aut aliquid aliud de illis, quæ indurant pulſum de illis, quæ dicuntur in libro pulſuum. Diuerſitas autem in principio, & augmento eſt ex proprietatibus febris putridæ: & eſt de ſignificationibus eius fortibus, quamuis non appareat in tertiana plurimum, propter leuitatem materiei. Et dum non ſit pulſus fortis & non ſit uelox uelocitate prædicta, tunc febris adhuc eſt ephimera: & non permutatur ad putredinem. Et eſt urina in principio indigeſta, aut parum digeſta: & fortaſſe eſt acuta. Et ſcias, quod à febribus acutis raro ſit euaſio niſi cum contractione membri. Et quando remanſerit febris poſt quietem apoſtematis in pleureſi, & ſimilibus, tunc ſcias, quod de materia remanſit aliquid, & quod materia iam declinauit ad locum ubi apparet dolor.

De ſignis febris continuæ. Cap. 3.

In continua eſt diuerſitas pulſus, quæ eſt ſecundum febrem, apparens ualde: & eſt in plurimo eius non habens ordinem, neque pondus. Et perſeuerat febris, & non ſeparatur poſt uiginti quatuor horas. Et non aſſociatur ei, quod diximus de diſpoſitionibus interpollatæ ſcilicet de anteceſsione rigoris, & alijs. Et de illis, quæ ſignificant eam eſt eius aſsiduitas, & uehementia diuerſitatis diſpoſitionis eius apud augmentum: minuitur enim quandoque, & augetur uicealia.

De rebus in quibus differunt febres putredinis, & in quibus communicant. Cap. 4.

Febris quæ eſt propter putredinem choleræ, motus eſt tertianus, ſiue ſit motus principij paroxyſmi, aut principij vehementiæ: niſi ſpecies eius, quæ dicitur aduſta, cuius motus eſt occultus ualde: & eſt ſicut inſeparabilis concluſa. Et tertiana quidem pura eſt acuta propter ſubtilitatem materiei: & eius caliditas eſt magna, mordicatiua propter fortitudinem choleræ: ſed eſt ſalutifera: propterea, quod cholera eſt leuis ſuper naturam, & quoniam ipſa facit quietem. Tertiana uero non pura eſt longioris ſpatij, quàm pura. Et pura quidem raro pertranſit ſeptem periodos, niſi ab errore. Continua quandoque conſumitur in hebdomada. Et illa, quæ eſt ex putredine ſanguinis, eſt continua, inſeparabilis: & eius calor eſt plurimus, communis, cum lenitate, non cum mordicatione choleræ: & quandoque peruenit ad ſtatum in quatuor diebus. Phlegmatica autem periodicans omni die, eſt lenis caliditatis per

comparationem ad cholericam: & eſt longa propter viſcoſitatem materiei, & frigus eius, & multitudiné eius: & eſt magni timoris, quoniã habet paruum ſpatiũ eradicationis & tẽporis, & quoniã ipſa aſſociatur corruptioni & debilitati in ore ſtomachi à qua non excuſatur: & illud eſt de illis, quæ attrahunt accidentia mala ex ſyncopi, & pulſu cordis, & caſu appetitus. Et quæ de ea eſt inſeparabilis, eſt res magis ſimilis hecticæ, ſi non eſſet lenitas pulſus: quamuis quandoq; fiat durus etiã. Et quantum eſt minus pura, eſt minoris, & breuioris paroxyſmi niſi declinet cum paruitate ſuæ puritatis ad melancholiam. Quartana autem eſt non acuta propter frigus materiei, longa propter illud: & fortaſſe extẽditur, quæ de ea pura eſt anno uno: & non pura eſt breuioris ſpatij: uerum in ea nõ eſt timor, quoniam quietem facit in ſpatio longo: & quoniam ipſa nõ eſt talis acuitatis, ꝙ ipſam ſequãtur accidentia vehementia. Et quartana quidem, & tertiana aſsidua, & interpolata conſumũtur per vomitum, & ſolutionem ventris, aut ſudorem, aut prouocationem vrinæ. Aduſtiua autem conſumitur per huiuſmodi, & fluxum ſanguinis narium. Et ſcias, quod principium prolongatur in tertiana, & ſtatus in concluſa, & declinatio in incenſiua, ſeu aduſtiua, & ſtatus & declinatio in quotidiana; quamuis raro inueniatur quartana continua, & quotidiana integræ eradicationis. Et febres quã do non curantur, ſecundum ꝙ oportet, & proprie apoſtemoſæ, conuertuntur ad arefactioné: & proprie in febribus acutis, in quibus oportet vt patientes eas, cibentur: & non cibantur propter intentionem ut perueniat natura ſuper materiã: aut oportet vt detur in potu aqua frigida, & nõ datur in potu propter intentionem ut non fiat cruda, & non ſuccurritur cum extinctione alia. Quoniam ſi fuerit intentio quam dicturi ſumus in cibatione, & dando in potu aquam frigidam, fortior duarum intentionum prædictarum, præmittatur ſuper eas ambas, & dimittatur obſeruatio illarum duarum.

De ſignificationibus accidentium febrium. Cap. 5.

Scias, quòd acceptio ſignificationum febrium eſt ex regimine antecedente, & quomodo fuit. Et ex diſpoſitionibus & accidentibus præſentibus ex eis, quæ dicemus, & ex regionibus, & temporibus, & ex ætate, & complexione, & ex pulſu, & vrina, & vomitu, & egeſtione, & fluxu ſanguinis narium, & ex diſpoſitione febris in rigore, & ſudore, & qualitate caliditatis, & ex paroxyſmis, & ex diſpoſitione appetitus, & ſitis, & ex diſpoſitione anhelitus, & ex coniunctis ſicut dolore capitis, & vigilijs, & alienatione, & inquietudine, & alijs. Febribus enim adſunt accidentia ex quibus ſignificantur diſpoſitiones earum: de quibus ſunt accidentia ſignificantia magnitudinem earum, & ipſarum paruitatem, ſicut qualitas caliditatis, & quantitas ipſius. Et de ea eſt, quæ eſt mordicatiua uehementer a principio quæ incepit, vel inuadit uſque ad finem ſuum. Et de ea eſt, quæ mordicat in primis, deinde minuitur propter reſolutionem materiei, & lenitur. Et de eis ſunt, quæ non mordicant. Et de eis ſunt quarum caliditas eſt humida. Et de eis quarum caliditas eſt ſicca. Et ſunt accidentia, quæ ſignificant genus earum, ſicut accidentia propria cum tertiana, ſicut principium paroxyſmi cum punctione, & horripilatione, & mordicatione caliditatis in eo. Et accidentia ſignificantia malitiam earum, ſicut inquietudo, & alienatio, & vigiliæ. Et accidentia ſignificantia digeſtionem, & indigeſtionem ſunt ſicut illud, quod dicemus de diſpoſitionibus vrinæ. Et accidentia, quæ ſignificant criſim, quæ dicemus. Et accidentia ſignificantia ſoſpitatem aut contrarium eius: & dicemus omnia illa. Et formæ inſunt iudicia plurima, ſicut ille cuius color uertitur color ad plumbeitatem ex albedine, & uiriditate: & ſignificat frigiditatem humorum, & paucitatem caloris innati: aut conuertitur ad tebegi, & inflationem ſicut accidit ei cuius febris cauſa eſt ſatietas nauſeatiua: & ſicut velocitas detumitionis vel extenuationis faciei, & tornatilitatis eius, & tenuitas naſi, & ſignificant aut uehementiam caliditatis, aut ſubtilitatem humoris, aut uelocitatem reſolutionis eorum propter amplitudinem pororum. Et motus in ſeipſis, & exitus eorum a conſuetudine, aut caſus eorum habent ſignificationes & res aliæ de illis quas dicemus. Et accidentium febrium quædam ſunt quorum hora eſt hora ſtatus, ſicut alienatio, & commiſtio mentis, propter inflammationem capitis. Et de illis ſunt quorum hora eſt principium, ſicut horripilatio, & frigus, & ſicut profunditas ſomni, quæ conſequitur plurimum principiorum febrium, propter debilitatem cerebri, & declinationem caliditatis ad interiora ubi eſt materia: & multitudinem vaporum eleuatorum propter commotionem incipientem in corpore, uſquequo reſoluat eos inflammatio: & adiuuat illud frigus cerebri in ſeipſo & frigus humoris, qui uult putrefieri, & calefit. Et res ex quibus ſcitur diſpoſitio febris, & ex qua ſpecie ſit, ſunt diſpoſitio febris in acuitate ſua, & ſua lenitate: & diſpoſitio febris in hoc, quòd ipſa accidit à cauſis primitiuis, aut antecedentibus ſecundum conditionem prædictam. Et diſpoſitio febris in adhærentia uel continuitate ſua: & eradicatione: & tepore ſuo: & diſpoſitio febris in inceptione ſua cum rigore: & frigore, & horripilatione, aut eius contrario, & in quo tempore fuerit illud, quod exeo fuit. Et diſpoſitio febris in dimiſsione ſua cũ ſudore plurimo, aut pauco. Aut diſpoſitio præterita regiminis, & ætas, & forma, & tempus, & ars, & diſpoſitio pulſus, & vrinæ.

Sermo de rigore, & frigore, & horripilatione, & fractione. Cap. 6.

HOrripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore, & punctione in cute, & lacertis: & antecedit eam pigritia, & fractio, & quasi fractio est species eius. Frigus autem est vt sentiunt in membris suis, & dorsis lacertorum suorum frigus purum. Rigor vero est, vt non possit continere membra sua ex cōmotione, & tremore eueniente in eis, & motibus inuoluntarijs: & fortasse est frigus forte, & non fit rigor fortis, sicut in febribus phlegmaticis, & quartana. Et de causis uehementiæ rigoris est uehementia virtutis expulsiuæ in lacertis: & propter illud quanto est causa rigoris mordacior, est rigor vehementior: & sang. submergitur cum rigore ad interiora. Et scias, quòd humor frigidus est quietus, quem iam consueuit membrū in quo est: & quiescit passio eius ab eo, quare non sentit frigus eius. Cum ergo mouetur, & spargitur sparsione plurima, aut pauca propter aliquam causarum.s.propter caliditatem separantem, aut aliud, patitur ab eo membrum, quod erat non occurrens ei: & sentit frigus eius propter causam complexionis diuersæ: & tu quidem sciuisti hoc in radicibus vniuersalibus scientiæ medicinæ. Et multoties quidem accidit à phlegmate vitreo sparso in corpore rigor, non perducens ad febrem. Et quandoque sunt ei periodi: & non est fortitudo eius fortitudo rigoris perducentis ad febrem. Et materia, quæ facit lassitudinem per paucitatem suam, facit rigorem per suam multitudinem antequam putrefiat: nam si non putrefit, non perducit ad febrem. Et quandoque accidit frigus, & rigor propter submersionem caloris in corpore causa cibi, & quæ sunt ei similia. Et rigor, & frigus antecedunt febres, quoniam humor crudus effunditur ad lacertos in primis, & nocet frigore suo per comparationem ad lacertos: deinde cum incipit putrefieri, incipit calefieri. Et quandoque antecedit rigor febres propter mordicationem humoris, & fortitudinē virtutis expulsiuæ, quæ est in lacertis, sicut excutitur homo ex effusione aquæ calidæ ualde super cutem, & proprie cum est salsa. Et fortasse fit nocumentū eius, quod mordicat causa vt refugiat calor innatus ad interiora, & dominetur frigus: quare fit cum mordicatione caloris frigus, quasi frigus ambiens extrinsece, & mordicatio calidi fit apud panniculos interiores. Et quandoque accidit rigor: propterea, quia refugit calor ad interiora, sicut fit in apostematibus intrinsecis. Et quandoq; significāt rigor, & horripilatio sanitatē in febribus inseparabilibus, quoniam significāt quod materia expellitur ex venis, & egreditur. Verū quando nō est cū digestione, & in hora cretica, & nō sequitur eā leuitas, est significatio, ꝙ expulsio illius quātitatis nō est: quoniā virtus est vincens: immo quoniā materia multa expellitur propter multitudinem suā. Et de rigore est, qui significat mortē sicut ille, qui sequitur debilitatē virtutis & casum caloris innati & siccitatem. Horripilatio uero fit ex causis paucioribus causis rigoris. Et commotio animæ, & periodi indicat periodum. Et senum quidem febres sunt sepultæ. Et quandoque est causa in longitudine febris grossitudo in uisceribus, quare resupinetur febriens, & extendat pedes suos, & tangātur viscera sua. Et quando denigratur lingua febriētis cum alleuiatione febris, tunc febris eius est sepulta. Et quādoque associatur febri paralysis, ergo curetur febris in primis. Et de eis quæ conueniūt illis, est syrupus acetosus permistus cum gele niabin, & aqua ciceris cum oleo, si tolerat febris. Et rasio capitis ex eis, quæ inspissant cutem eius, quare reuertuntur vapores, & fit fortis febris.

De intentione ad curationes vniuersales febrium putredinis. Cap. 7.

SCias quod intētio in medicādo has febres quādoq; vertitur ad partē febris, quare est necessariū ut infrigidēt, & humectent. & quādoq; ad partē materiei, ubi necesse est ut digeratur: aut necesse est ut euacuetur. Et digestio quidē in grossa est æquatio eius cū subtiliatione. In subtili est æquatio eius cū ingrossatione. Et quādoq; cōtraria sunt illa, quæ requirit febris de infrigidatione, & illud quod requirit humor de digestione, & euacuatione, & resolutione. Quādoque.n. est digestiuum, & euacuatiuū calidū: immo est secundū plurimum ita, & tunc oportet ut obseruetur magis timorosā de una duarū rerū. Et fortasse contrariū est illud, quod cōuenit febri de infrigidatione cum eis, quæ sunt sicut batech indi, & reliqua olera, ei quod cōuenit materiei de minoratione, quare prohibet illud dare ea in potu, nisi ubi nō est materia. Et omnino solicitudo sit ut postponatur aqua alfuache. i. fructuū recentiū usq; ad hebdomadā: & sit contētus aqua hordei. Et omnes fructus nocēt febricitātibus cū ebullitione sua, & corruptione sua in stomacho. Et multoties quidē inuenitur res, quæ digerit, & subtiliat, & infrigidat cum euacuatione sicut syrupus acetosus. Et scias, quod febris quando que est tātæ uehemētiæ, & acuitatis, quod nō licet uti regimine causæ, immo indiget infrigidatione ultima: & proprie cū nō inuenis virtutē fortem, resistentē, tolerantē. Quod si inuenis eā resistentem, tolerantē, abscinde causam, & rege humorē, & abscinde cibum: & nō infrigides infrigidatione, quæ prohibeat resolutionem. Quod si inuenis virtutē deficientem, sis occupatus in æquando complexionem contrariam ei, quare infrigida eam, & viuifica uirtutem cum cibo. Cumque uirtus fortificata fuerit per viuificationem suam, & vincit contrarium suum, redi ad causam. Et cum tu infrigidas de istis febribus, tunc non infrigides cum eo in quo sunt stypticitas, & inspissatio sicut sunt trochisci infrigidantes, nisi post digestionē, & euacuationem.

tionem. Et ſcias, quod cura febris putridæ eſt diuerſa à curatione febris hecticæ. Curatio.n.hecticæ eſt contenta ſuper cõtrarietatem ægritudinis: & curatio febris putridæ non eſt contenta ſuper contrarietatem ægritudinis tantum, immo ſuper ipſam & ſuper abſciſsionem cauſæ eius: quamuis ipſa non ſit ſimilis vel conformis ægritudini. Et ci batio quidẽ eſt amica virtuti ex parte viuificationis eius, & inimica virtuti ex parte ꝙ ipſa eſt amica inimico eius, & eſt materia: quare eſt adiuuans vtranq; earum, quamobrem indiges in regimine eius canone: & nos ſingulare capitulum ei, ſi Deus voluerit, faciemus. Et ſcias, quod non eſt tibi poſſibile curare febrẽ, niſi cognoueris eam. Quod ſi ignoraueris, tunc ſubtilia regimen: & prouide ne occurrat paroxyſmo, niſi ventrem habeat vacuũ. Et non moueas in die paroxyſmi aliquid quantũ poſsibile eſt tibi, neq; cures febrẽ. Et oportet ut obſerues in omnibus illis diſpoſitionem virtutis. Quod ſi fuerit fortis, & fuerit illud, quod vincit ſanguis, aut cum humore, qui vincit, ſangui. tunc phlebotomia eſt magis conueniens, & proprie cũ vrina eſt rubea, groſſa, non citrina ignea, ex qua ti meatur apud phlebotomiam victoria choleræ, & acuitas eius. Deinde fac ſequi phlebotomiam ſolutionem vẽtris ſubtilem, proprie ſi fuerit illic ſic citas, cum eis quæ ſunt ſicut aqua hordei, & alſira coſt parum, & aqua hordei & ſyrupus acetoſus. Et ſi natura non fuerit lenis adde in eo, quod eſt ſi cut ſiracoſt, quod ſit ſicut ſyrupus viol. Et ſit finis intentus lenificatio, non fluxus ventris, & non ſolutio laborioſa. Et magis dilectum eſt apud me ad miniſtratio clyſteriorum ſecundum quantitatem vel menſuram qua indigetur in virtute. Et de clyſteribus communis iuuamenti leuibus eſt clyſtere factum ex oleo viol. & ſucco foliorum ſiclæ, & vitello oui, & zuccaro ru. & baurac. Cum ergo le nieris hac lenificatione fortaſſe in ſtatu indigebis eo debiliore quam illud quo indiguiſti in principio. Et illud eſt quando natura eſt obediẽs. Deinde fac ipſum ſequi ea, quæ vrinã prouocent: ſicut ſyrupus acetoſus decoctus cum radice apij, & ſimilibus. Deinde fac ipſum ſudare, & aperi poroſitates eius cum illis in quibus non ſit calor fortis, ſicut cum inunctione ex oleo chamæmelino, & fricatione cum vino albo, & cum aqua dul ci tepida. Et ſi febris fuerit acuta valde non con ceditur aliquid ex vnctionibus & embrocationibus. Quod ſi inuenis humorem in primis declina re ad ſtomachum, fac vomere cum eis in quibus non ſit diuerſitas conſuetudini: immo cum eis, quæ ſunt ſicut ſyrupus acetoſus cum aqua calida, cum natura mouet humorem ad vomitum: & non diuerſifices eam, ſi fuerit declinatio ad inteſtina, & ſenſerit infirmus rugitum, & deſcenſum fæcis, tunc adhibe, quod ſoluat ventrem. Et prohibe eũ à ſomno in principijs febrium: proprie quãdo eſt horripilatio, aut frigus, & rigor, quoniam prolongatur ſuper eũ frigus, & rigor: ipſe nanq; adiuuat materias, ſi fuerint commotæ ad quædam viſcera, & prohibet digeſtionem humorum: apud declinationem vero eſt iuuatiuus ualde: & fortaſſe non nocet apud ſtatum. Et non prohibeas ei aquã frigidam, niſi fuerit humor, qui eſt in eo, crudus, & groſſus: tunc.n.prohibet digeſtionem. Et ſcias, ꝙ quando phlebotomia iuuat, deinde vteris via mala, vel regimine malo & non eſt corpus mundificatum, indicat recidiuam. Humoris autẽ cholerici digeſtio eſt, vt cõuerſus à ſua ſubtilitate fiat ſpiſſus: & aqua quidem frigida facit illud, niſi ſit ſtomachus, aut hepar debile, aut frigidum: aut ſit in viſceribus apoſtema: aut ſit in neruis eius dolor: aut ſit complexio eius pauci ſanguinis: aut caliditas eius innata debilis, quare debilitatur poſt potum aquæ frigidæ. Aut ſit non conſuetus pota re aquam frigidam: ſicut illi, qui ſunt de regione calida: iſti.n. ſpaſmantur velociter, & aſſociatur eis ſingultus: & extenuatus eſt de hac ſumma. Vbi autem materia calida, aut groſſa iam digeſta eſt, & corpus eſt carnoſum, & caliditas innata exu berans, & virtus eſt fortis, & viſcera ſana, & non frigida eorum complexio radicalis, & non inſueta aquæ frigidæ, immo aſſueta aqua frigida ualde, tunc aqua frigida eſt melior res: multoties.n.adiuuat ad expellẽdum materiam cum ſolutione naturæ, aut per uomitum, aut per vrinam, aut per ſudorem, aut per omnia illa: quare ſit ſtatim, ut ſanetur. Et quãdoque dat in potu medicus de aqua frigida infirmo quantitatem plurimam adeo, donec color eius fiat viridis, & tremat, quæ ſit ſaltem perueniens uſque ad heminam unam, & dimidiã. Et fortaſſe conuertitur febris ad phlegmaticam: & fortaſſe confortatur natura, & expellit materiam cum ſudore, & vrina, & fluxu ventris, & eſt ſanitas. Et quandoque iterum ſunt quædam prohibentia, deinde timetur malitia caliditatis, & ſitis, & exiſtimas, ꝙ peruenitur per eam ad aridita tem, uel extenuationem, non prohibeas aquã frigidam, nã additio apoſtematis & cruditatis eius fortaſſe melior eſt, quàm extenuatio. Et ſyrupus quidem acetoſus quandoque etiam ſedat ſitim, & incidit, & ſoluit: & nocumentum ipſius apoſte mati non eſt plurimum, ſicut nocumentum aquæ: & non eſt ei vis aggregandi materiam, & inſpiſſandi eam. Et ſimiliter iuleb plurimæ comeſtionis. Et cum non licet bibere aquam frigidam, & ſit audax ſuper eam, timetur ꝙ faciat accidere con ſtrictionem pororum: quare ſit cauſa febris alterius propter aduentum oppilationis alterius: & fortaſſe erit uehementior prima. Et quando obuiat membro debili, corrumpit operationẽ eius: & multoties facit deglutionem difficilem, & facit difficultatem anhelitus: & facit accidere tremorem, & ſpaſmum, & debilitatem veſicæ, aut renis, aut colon. Et ille quem plurimum oportet ex eis prohibere à potu aquæ frigidæ, eſt cui nocet in ſa

nitate

nitate sua: immo cum videris figuram fortem, & musculos grossos & complexionem calidam sic - cam, & euacuaueris, tunc quandoque concedes in fusionem fieri in aqua frigida, & apud declinatio nem & apparitionem signorum digestionis, & euacuationem humorum, non est malum vt administretur balneum; & potus vini subtilis commisti, & inunctio cum oleis resoluentibus. Et cum administraueris canones prædictos in principio euentus febris, tunc oportet post illud vt tu occuperis in digestione, & euacuatione, quæ non est secundum semitam minorationis & desiccationis, & iam diximus eam: immo secundum semitam abscisionis causæ. Et non euacues materiam indigestam in calido, aut frigido nisi propter necessitatem: fortasse enim multiplicatur euacuatio alterius humoris non præparati cum digestione ut euacuetur. Et fortasse permiscetur cum ea malignum cum bono: propterea, quòd mouetur maligni gnum cum bono absq; digestione sua. Et tu non auscultes virum, qui existimabat, quòd intentio in digerendo est subtiliare, & humor calidus est subtilis, quare non est necesse ut subtilietur. Res enim non est sicut dixit, immo intentio in digerendo est æquare substantiam materiei, ita vt fiat præparata ad expulsionem facilem, & subtile imbibitum, & grossum fixum, & uiscosum adhærens: totum illud non est preparatum ad expulsionem facilem: immo est necessarium ut inspissetur subtile parumper, & subtilietur spissum parumper, & incidatur uiscosum. Et si uir iste non audiuisset in sermone antiquorum de digestione aliquid ex genere eius, quod diximus, & considerasset dispositionem digestionis humorum per sputum expulsorũ, scilicet quia qui de eis subtilis est, indiget ut inspissetur: & qui de eis spissus est, indiget ut subtilietur, necessariũ fuisset ut sciuisset hoc per illud. Et quare est, quòd non considerauit in seipso, & non dixit, quare est, quòd vrinæ in febribus acutis non habent in principijs earum sedimen, deinde fiunt habentes sedimen, & an sedimen laudabile est aliquid aliud ab humore facien te ægritudinem, qui iam digestus est, & quare non expellitur in principijs egritudinis, si est subtilitas vltimum, quod intenditur in digestione: & necessarium esset tunc, quòd fit in principio febrium sang. & choleræ sedimen laudabile. Si autem naturæ non est possibile expellere illam superfluitatem, nisi post horam, in qua fit præparatio ad expellendum in vrina, tunc similiter oportet vt sciatur, quod arti euacuare humorem ante illam horam in qua apparet digestio in urina, est prohibitum, difficile, laboriosum. Et fortasse mouet, & nõ operatur vltime: & fortasse miscet malignũ cum bono. Et esset melius homini huic, ut bene opinaretur de illis, qui fuerunt sicut Gal. & Hippo. in eis, quæ scripserunt de hoc, aut considerasset optima consideratione, postea redijsset ad contradictionem: quia contradicens primoribus cum veritate est excusatus. Verum melius esset ei ut bene considerasset prius. Et opinor, quòd huic uiro accide runt experimenta, quæ profuerunt in hoc capitulo, & acquieuit in eis. Et huiusmodi quidem expe rimentis, quæ non sunt secundum canones, accidit eis, ut nec unum ualeat, seu iuuet, aut accidit eis ut neq; unum frustretur operatione sua iuuati ua, & hoc est conueniens. Cum autem materia est plurima, mobilis, permutabilis de mẽbro ad mem brum, & existimas, quod non est spacium in digestione eius, aut fortasse accidit ex ea apostema sirsen, aut aliud ab eo. Et si dimittatur, faciet cade re in timore ante tempus, in quo cadit digestio eius: & illud est longius, quàm tempus in quo cadit, uel expectatur digestio æqualis, proculdubio tunc est necessaria euacuatio eius: timor enim in hoc est minor, quàm timor in illa: & cum hoc natura mouetur ad expellendum eam, propter multitudinem sui nocumenti: cum ergo adiuuatur natura, conuenit ei adiutorium ultimum: quare non est excusatio eius. Et scias, ꝙ phlebotomia quando est intentio sanguinis non est ex genere eius, in quo expectatur digestio, expectatione, quæ est in solutiuis: & non expectatur digestio nisi in humoribus alijs. Et cum postponitur phlebotomia à principio ægritudinis, tunc non phlebotomes in statu eius, cum non sit ei intentio, & fortasse inter ficit propter aduentum debilitatis uirtutis. Et similiter si times uictoriam humoris, & magis necessaria cautella est euacuatio, & si nõ est digestus non moueas nisi in principio: apud statum vero non moueas aliquid, donec vincat natura, & dige rat: & si ipsa non mouet, moue tu motu simili, uel conuenienti motui eius, uel ad partem ad quam ipsa mouet: & si ipsa mouet, aut mouit, tunc dimit te eam & operationem eius. Et hoc est illud, quod nominauit Hippo. furiositatem, ubi dixit: oportet vt administretur medicina solutiua postquàm digeritur ægritudo. In principio autem ęgritudinis non oportet ut administretur illud, nisi ægritudo sit furiosa, & forsitan nõ est secundum plurimum furiosa. Et talis est ista euacuatio necessaria, quæ non est in hora sua, sicut cibatio necessaria, quæ non est in hora sua. Et proportio istius euacuationis ad prohibendam acuitatem materiæ, est sicut proportio illius cibationis ad prohibendum uirtutem à casu suo. Cum ergo exerces euacuationem, tunc considera horam interpolationis, aut horam ipsius teporis, aut frigidiorem horam, quæ est in die: & non euacues per fluxum uentris in die periodi. Neque phlebotomes. Et non agas cum euacuatione artis contra partem euacuationis naturæ. Et nõ moueas humorem cum eo, quod facit statim dispositionem motus periodi. Et omnino caueatur à regimine grosso in hora periodi, ita ut non detur in potu aqua hordei zuccarum, neque iuleb, ut non frangat periodum cum con-

stri-

ſtrictione meatuum: quoniam eſt timor: immo adiuua niſi ſuperfluat, quoniam medicus adiutor eſt naturæ,nõ impediens eam. Et oportet vt ſcias, quod multoties indigetur medicina forti debili, ſed eius fortitudo eſt hoc, ꝙ ſoluit humorẽ groſſum, viſcoſum: & ipſius quidem debilitas eſt ex hoc, ꝙ facit aſcellare ſemel aut bis. Et non euacuetur plurimum ſimul, ita vt non cadat virtus. Et conſilium quidem meum in phlebotomia eſt, vt dimittatur quantum poſsibile eſt. Si autem nõ eſt poſsibile, tunc multiplicatio numeri eſt melior multiplicatione quantitatis: oportet enim vt non euacuetur ſang. multus ſubito, quoniam euacuatur multum de eo cuius non eſt neceſſaria euacuatio. Et non erit in ſanguine uel ex ſanguine reſiſtentia ſeu quod reſiſtit euacuationibus quibus fortaſſe indigetur: & debilitatur virtus à reſiſtendo in criſibus expectatis. Et ſcias, ꝙ quando aggregantur dolor capitis,& febris: tunc curatio febris eſt dignior. Et ſcias, ꝙ dolor capitis quandoque facit redire febrem declinatam, ad augmentum, quare oportet vt ſedetur. Et cum infans lactens febricitat, tunc oportet vt rectificetur lac matris eius. Et quando vrina ictérici in febre fuerit cruda, ſignificat apoſtema: quare eſt curatio dare in potu aquam hordei, aut ſyrupum acetoſum. Cum ergo quieſcit febris, intentio ſit ad apoſtema. Et quando fuerit cum febre colica, dum non aperitur uia, non exhibeatur in potu aqua hordei, immo ius galli, & lenifica cum clyſteri, & multiplica unctuoſitatem eius: deinde detur in potu aqua hordei, ſi neceſſe fuerit. De ſolutiuis uero eſt potio facta ex tamarindis, & tereniabin, & ſiracoſt. Et quandoque ponitur in ea aqua Iubleb,& quandoque ponitur in ea caſiaſiſt. Et fortaſſe proijcitur deſuper ſcammonea. Et fortaſſe datur in potu ſcammonea ſola in iuleb. Et fortaſſe eſt neceſſarium adminiſtrare ea quæ ſunt ſicut aloe, quando materia eſt groſſa. Et melius quidem eſt ut abluatur,& nutriatur cum aqua endiuiæ, & aqua ſolatri deinde fiant ex eo pilulæ. Mirobalanos uero citrinos quidã adminiſtrauerũt, & dũ inuenitur ab eis via alia. i. adminiſtratio aliarũ medicinarum, fiat: quoniam ipſi cõſtringunt poros, poſt ſolutionem ventris, & exaſperant viſcera. quòd ſi fuerint neceſſarij, tunc adminiſtrentur poſt digeſtionem in tegram. Et aqua duorum granatorum eſt maximi iuuamenti præcipue expreſſa cum pulpis ambo rum in quibuſdam horis. Et ex ſolutiuis eſt illud, quod fit ex uiolis, & ſcammonea: ita ut de uiol. ſit quantitas aure.i. de ſcammonea uſque ad Kirat ideſt & quandoque ponitur in eis parum mentæ. Et quandoque fit ex infrigidantibus extinguentibus medicina, in qua ponitur ſcammonea, ſicut pilulæ huiuſmodi. Recip. coriandri, ſpodij, roſarum ana drach.5. camphoræ toſugi.i. ſcammoneę duodecima pars drach.j. & uſque ad ſextam partem eius: & detur in potu eis. Aliud. Recip. ſicacoſt. drach.v. tereniabin etiam drach. v. ſucci pomorum de ſeni, ſucci cydoniorum partes æquales, ſucci coriandri humidi ſextam partis vnius, aggrega ſuccos,& ſubmerge in eis ſiracoſt,& tereniabin, & inſpiſſetur cum eis, donec exiſtimetur, quòd ſint inſpiſſata, deinde ſume camphoræ pondus ſextæ drach. i. & medietatis ſextæ, ſcammoneæ danich.i. & eleuetur medicina ab igne,& pulueriza deſuper camphoram, & ſcammoneam. E conſeruetur ne reſoluatur cum vapore, deinde dimittatur donec coaguletur per ſe cum facilitate: & doſis eius ſit à drach.ii. uſque ad. ii. &.5. Et eſt poſsibile ut fiat ex tereniabin,& ſiracoſt, & zuccaro tabarzet natif.i. formæ, quæ ſunt ſicut penidiæ, & ponitur in ea ſcammonea, & camphora ſecundum quantitatem, quæ cadat in vna potione eius, uidelicet camphoræ uſque ad toſugi. i. & ſcammoneæ uſque ad ſextam drach. i. quare ſit tunc delectabile animæ non horribile. Et febricitans quidem in æſtate febre acuta non ingrediatur domum frigidam ventoſam proprie quando ſudat, vt non conuertatur materia à reſolutione ſua. Et trochiſci quidem non ſunt conuenientes principijs harum febrium, niſi poſt digeſtionem,& euacuationem. Et trochiſci quidem ſunt magis conuenientes ei cuius febris eſt adhærens in ſuo ſtomacho, quaſi ipſa ſit hectica. Et dimiſſor conſuetudinis in regimine ſuo, ſentit quandoque ſebrẽ: & non eſt tantum nocumentum, quoniam cauſa eius eſt dimiſsio conſuetudinis in regimine.

De cibatione febricitantium in generali. Cap. 8.

Scias quòd conuenietiores cibi febricitantibus ſunt cibi humidi: & proprie ei cuius complexio eſt humida ex infantibus, & graſsis: uel ocioſe uiuentibus: conueniunt enim ex hoc, quòd aſsimilantur complexioni, & ex hoc, quòd ſunt contrarij ægritudini. Cumq; accidit febris,& natura eſt ſicca, non cibes penitus dum non egreditur perfecte fæx. Et oportet ut occurrant eis paroxyſmi periodici, & paroxyſmi exacerbationum uẽ tribus ipſorum uacuis: in quibus non ſit cibus omnino: nam ſi cibati fuerint, in illa hora occupabitur natura in digerendo: & dimittet digerere, & expellere: & confirmabitur ægritudo, & prolongabitur. Et propter illud oportet vt poſtponant cibationem uſque ad declinationem: & in eo quod eſt poſt ipſam. Et ſi accidat forte vt hora declinationis ſit hora conſuetudinis in cibo, tunc eſt melius quam eſſe poteſt. Et ſcias, quòd de cibatione & regimine eſt, quod eſt ſubtile ualde,& de groſſum ualde, & de eo quod eſt inter illa: & eſt pars eius decliuis ad ſubtile plus: & pars eius declinat ad ſpiſſum plus. Et ſubtile ultimum in ſubtilitate, eſt prohibitio cibi. Et groſſum ualde, eſt adminiſtratio ciborum ſanorum hominum. Et illud quod ſequitur latus ſubtile & eſt ex eis, quæ ſunt

sunt media est, ut sit contentus in cibo suco granatorum, & iuleb subtili valde: & post ipsum aqua hordei subtili: & post ipsam aqua hordei grossa: & oleribus frigidis, & humidis sicut atriplices, & spinachia, & bliti, & similia: & postea Kisch hordei sicut est, & est medium. Et illi, qui sequuntur latus grossi, sunt sicut gallinæ, & extremitates. Et subtiliores eis sunt sicut alchubugi, & pulli, galliculi, & subtiliores eis sunt alæ pullorum & alteiugi, & oua sorbilia pauca subtilia, & pisces parui. Et subtilius eis est. Kisch hordei sicut est. Et subtilius eo est panis similæ solutus in aqua bene frigida solutione bona subtili. Grossi autem est cibus fortior. Et Kisch quidem hordei est bonus cibus: ipsum enim aggregat ad glutinationē, & digestionem suam. & lenitatem, & planitiem, & lubricitatem, & absterfionem, & humectationem, & contrarietatem febris, & sedationem sitis, & uelocitatem penetrationis, & ablutionem: & non est in eo stypticitas: qua propter non residet, neque figitur in poris, & meatibus, quamuis sint constricti, & non est in ea adhærentia cum incedit per meri, & fortasse abstergit illud, quod est sicut phlegma. Et quando bona sit eius decoctio non inflat ōmnino. Et antiqui quidem vsi sunt ubi necessaria est subtiliatio regiminis subtilioris, quàm regimen cum Kisch hordei & aqua eius, aqua mellis plurimæ aquæ: quoniam nutrimentum eius est paruum: & quod ipsa facit penetrare aquam: & eius humectatio, & absterfio, & eius apertio, & prouocatio eius est multa, & caliditas eius est cō fracta. Et ipsa proculdubio quandoque addit in uirtute additionem quādam, quamuis sit parua. Et sequitur eam syrupus acetosus de melle, sed est grossior, & nutribilior: & fortioris incisionis, & absterfionis: & non est in eo de calefactione, & de nocumento viscerum calidorum, quod est in melle, sed in hoc loco mel cannę, quod est zuccarum & proprie mundificatum, est melius melle apis: licet eius absterfio sit minor absterfione mellis: & similiter syrupus acetosus de zuccaro: sed contentari in syrupo acetoso quandoque faciet incurrere rasuram intestinorum, & hoc quidem timorosum est in ægritudinibus acutis. Et nos ponemus aquæ hordei potationem, & syrupi acetosi, sermonem singularem. Et subtiliationem quidem regiminis ægri significat natura materiei ægritudinis: & applicatio uel permanentia naturæ, in digerendo ipsam, & resoluendo, & euacuando eam. Et dignior horarum ad subtiliationem est status: hic enim est uehementia occupationis naturæ in pugna materiei. Et non oportet ut ab ea recedens occupetur re alia, & proprie apud crisim: ante uero illud, pugna nondum est confirmata. Et de illis, quæ significant, & faciunt pertinere ad subtiliationem, est ut si sit necessitas phlebotomiæ, aut solutionis ventris, aut clysteris, aut sedationis doloris, tunc oportet ut des operam ad expediendam uel complendam illam necessitatem: deinde ciba si necessarius est cibus, nisi sit prohibens aliud. Et ingrossationem quidem regiminis significat uel requirit uirtus. Et dignior horarum ad ingrossandum est hora, in qua uirtus non est ualde occupata in materia: & est principium ægritudinis. Et oportet ut succurratur nocumento illius ingrossationis cum sparsione: quoniam est leuius super uirtutem ite rum. Et æstas quidem propter suam resolutionem indiget additione cibationis & separatione eius: nam uirtus non sufficit ad digerendum illud, quod multum est semel. Et quoniam resolutio in ea est per sparsionem: tunc oportet ut cambium sit per sparsionem. Et an hyeme est res ē contrario, quoniam propter paruitatem resolutionis eius, non facit indigere cābio multo. Amplius si multum dederit cambium uice una, uirtus erit tolerans ipsum, & fortis in se expediendo ab eo uice una. Et autumnus quidem est tempus malum: & propter hoc oportet & subtilietur in eo inter conseruationem uirtutis, & inter dominium materiæ, & partire paulatim in eo est melius: & prorsus partire cum debilitate uirtutis est melius ægro. Et scias, quòd si non esset illud, quod pertinet uirtuti, esset magis necessariū, ut subtiliaretur cibus vltima subtiliatione, sed uirtus non suffert illud, & deficit: & cum deficit, non ualet curatio. Curans enim sicut sciuisti, est uirtus, non medicus: quoniam medicus est minister faciens peruenire instrumenta ad uirtutem. Et cum intellexeris hoc, tunc oportebit ut consideres, nam si ægritudo fuerit ualde acuta, & illud est ut sit status eius propinquus, & existimaueris quòd uirtus non deficiet in hoc tempore, quod est inter principium eius usque ad statum eius, alleuiabis occupationem super uirtutem, & incitabis eam super materiam: & non facias eam occupari in cibo spisso, immo subtilia regimen etiam cum dimissione cibi omnino, & proprie in die crisis. Et si uideris ægritudinem acutam non ualde, immo acutam absolute, tunc oportebit vt subtilies regimen non in ultimo nisi apud statum, in die crisis proprie: nisi propter causam maximam. Et si uideris ægritudinem chronicam, aut propinquam chronicæ, non subtilies regimen: uirtus enim non saluabitur usque ad statum cum subtiliatione regiminis. Verum est tibi necessarium cum hoc in omnibus speciebus ut sit principiū tui regiminis grossius: & postremum tui regiminis proueniens ad statum, subtilius: & gradatim procedas in eo, quod est inter illa, ita ut uirtus sit conseruata usque prope statum: tunc enim intende super materiam, & non sis occupatus in alio. Et quando scis, quòd uirtus est fortis, tunc fortasse necessarium facit dispositio ut sis contentus iuleb & similibus: & si non plus, saltem

faltem hebdomada una, & proprie in febribus apoftematum. Quod fi timueris debilitatem, fis contentus aqua hordei. Et cum ambigua fit tibi difpofitio in ęgritudine,& non cognofcis eã, tunc ut declines ad fubtiliationem eft melius, quàm ut declines ad additionem, te obferuante uirtutem, & tolerantiam. Et illius quidem, qui exiftimauit,quòd cibatio,& confortatio in febre acuta eft melior,quoniam non eft intentio in digeftione, & in poteftate tua eft euacuatio cum volueris ut faciat id natura,aut non faciat, errorem iam te fcire feci: immo quãdo times cafum uirtutis, tunc cibatio eft melior. Et de corporibus funt corpora cholerica, quæ requirunt regimen diuerfum ab illo, quod diximus: & proprie quando funt affueta comeftioni plurimæ: ipfi enim cum non cibantur etiam in ipfo principio febris,immo in hora,quæ eft prauior ea,& eft hora ftatus, non uacuæ funt difpofitiones eorum à duabus rebus: quoniam cum ipfi fint debilium uirtutum,fuperuenit ei fyncopis,& moriuntur in proximo: & fi funt fortium uirtutum, caduntin extenuationem, & apparent fuper eos figna ariditatis ex fubtiliatione nafi, & profundatione oculorum: & quod tempora funt depreffa,& fortaffe fuperuenit eis fyncopis ante illud, propter illud, quod effunditur ad ftomachos eorum de cholera mordicatiua.Et funt de hominibus quidam, qui funt exuberantis carnis,fed cum abfcinditur ab eis cibus,debilitantur,& extenuationem incurrunt: quare non tolerant prohibitionem cibi. Et omnis cuius calor innatus fortis eft ualde, aut plurimus, aut calor innatus eft ualde debilis, paucus nõ poteft dimittere cibum. Et de his funt quibus accidit dolor,& læfio in ftomacho, & dolor capitis propter communitatem, & ifti funt de hoc genere. Et iftis fortaffe fufficit aqua hordei: & fortaffe egent ut mifceant fuccum granatorum,& fimilia illi,ut confortetur os ftomachi. Et quandoq; eft nobis neceffarium, ut faciamus eos vomere cum facilitate,ante cibum.Et in plurimis iftorum cum debilitantur, aut fortaffe fuperuenit eis fyncopis, caufa non eft uehementia debilitatis: immo effufio choleræ ad os ftomachi: cum ergo fumunt in potu fyrupum acetofum permiftum cum aqua calida multa, aut uinum permiftum cum aqua multa, euomunt in uomitu humores cholericos, & uirtus eorum fit fortis: cumque cibantur aliquo rebub ftyptico, fedantur. Et fenes quidem,& debiles, & infantes funt de genere eorum, qui non tolerant famem.Primi uero fenes funt uehementis tolerantiæ famis: & fequuntur eos iuuenes: & proprie habentes folida membra, amplas uenas in aere frigido. Et multoties quidem errat medicus in huiufmodi ægrotis fecundum alium modum: quoniam ipfe prohibet eis cibum in principio rei, & quando appropinquat ftatus & fciuerit, quòd cadit uirtus, cibat in illa hora neceffario: iam ergo errauerat duobus modis: & fi ipfe cibaret eos in principio ,effet error ille,& ignorantia infra hunc errorem. Et accidit iftis ægris ut accidant eis catarrhi crudi, & cholerici, & uigiliæ & inquietudo propter priuationem digeftionis: & inquieti fiunt,& modo quiefcunt & modo mouentur & coarctant materiæ uirtutes eorum, & multiplicantur ipforum vapores, quare audiunt id,quod non eft, & tremunt,& citantur uel faliunt, & permutantur in lectis,& imaginantur, quod non eft, & iectigant labia eorum inferiora propter dolorem oris ftomachi, & contriftantur animæ eorum propter grauitatem materiei.

Canon in dando in potu aquam hordei,& fyrupum acetofum. Cap. 9.

Aqua hordei quędam eft in qua non eft de corpore hordei,nifi quod eft ficut uirtus, & forma: & non eft ei introitus in curatione, aut fiducia in iuuamento: nifi quando eft completæ decoctionis. Et quæ de ea eft melior, eft ut fit aquæ quantitas facraiati 20. & hordei facraiati .i. & fit iam reducta prope uel circa ad duas quintas: & affumatur illud, quod de ea rubeum eft,& fubtile. Hoc enim eft fubtile,cuius nutrimentum eft minus: & cuius humectatio eft maior, & ablutio eius, & extractio fuperfluitatũ ab ea, & digeftio facta ab ipfa eft multa, & infrigidatio eius eft ęqualis. Et de ea eft in qua eft aliquid de corpore hordei,& farina eius. Et magis dilectum mihi in huiufmodi eft ut non fit plurimum decocta: immo fecundum menfuram,quę aufcrat inflationem, & non perueniat adhoc, ut faciat ipfam vifcofam uehementer. Et huiufmodi quidem eft pluris nutrimenti,& minoris ablutionis, & digeftionis: & accidit ei multoties ut acetet in ftomacho frigido in fubftantia fua: id eft in natura fua, & fi fit in eo calor extraneus multus ex capitulo malitiæ complexionis. Et aqua quidem hordei quandoque eft decocta ex hordeo ipfo ficut eft: & quandoque eft excorticatum.Et melior quidem fyrupus acetofus apud me eft ille in quo ponitur zuccarum in uafe, deinde funditur fuper ipfum acetum forte, quod fit de uino,tantæ quantitatis ne eleuetur fuper dorfum zuccari: immo dimittat ipfum difcoopertum,deinde ponantur fub uafe carbones quieti.i. non multæ caliditatis,aut cinis calidus donec liquefiat zuccarum in aceto fine ebullitione, deinde colligitur fpuma, & dimittitur una hora non cum multo calore, donec mifceatur zuccarum cum aceto, deinde funditur fuper ipfum aquæ quantitas duorum digitorum, & bullit ufque ad fpifsitudinem.Et aggregare fyrupum acetofum, & aquam hordei fimul,eft illaudabile: quoniam corrumpit aquam hordei fecundum plurimum.

Et non oportet ut detur in potu aqua hordei, cum ſiccitas naturæ adeſt: immo ante ipſam fiat clyſtere. Quod ſi acetet in ſtomacho, detur in potu, quod de ea eſt magis ſubtile. Quod ſi acetat, coquatur cum ea radix apij, & eius ſimile. Si uero acetat iterum: tunc neceſſarium eſt ut miſceatur aliquid piperis cum ea, proprie quando materia non eſt uehementis ſubtilitatis, & caliditatis. Et quando multiplicatur eius inflatio: tunc miſceatur cum ea ad calefactos parum aceti uini. Verum cum ſyrupus acetoſus in potu datur in mane incidit humores, & præparat ad expulſionem. Et tu conſequenter poſt duas horas ad aquam alkiſch hordei ſubtilem prædictam, ut abluat, quod incidit, & abſtergat id, & extrahat ipſum per ſudorem & prouocationem. Et non eſt nocumentum ſi detur in potu ſyrupus acetoſus apud cœnam, cum iam ſeparatus eſt cibus à ſtomacho. Et quandoque eſt neceſſarium ut præmittatur iuleb ante aquam hordei, ut addat in humectatione: & illud eſt, cum vides ſiccitatem dominantem ſuper corpus, & linguam. Et quandoque eſt neceſſarium ut præmittatur ante ipſam ad liniendum naturam aliquid de tamarindis ante illud per duas horas.

De curationibus febrium acutarum. Cap. 10.

Quod dictum eſt de regimine lenificationis, & prouocationis, & ſudationis, & digeſtionis: deinde euacuationis cum medicina poſt illud: & quod dictum eſt de cibatione poſt ipſum: eſt illud, quod oportet te rememorare hic. At modi extinctionis uehementiæ caliditatis, ſunt cum infrigidatione aeris. Et cum infrigidatione cibi. Et cum epithematibus, & emplaſtris. Et cum medicinis. Et cum retentione eorum, quæ ſunt ſicut mucilago pſyllij, & mucilago granorum cydonij, & ſuccus portulacæ, & ſuccus liquiritiæ in ore, ut ſedetur ſitis: nam aſsiduare gutturi patientis ægritudinem acutam aliquid ut remaneat guttur humidum & non exiccetur, in curis eorum eſt iuuatiuum ualde. Et quandoque iuuantur per adminiſtrationem clyſteris facti ex ſucco melonis indi, & cucumeris, & cucurbitæ, & portulacę cum oleo roſaceo, & cum aliquantulo camphoræ, iuuamento maximo. Et oportet ut ſit aer infrigidatus quantum poſsibile eſt: & eius infrigidatio eſt per prohibitionem alzahame.i. multitudinis hominum, & per ſuſpenſionem flabellorum multorum: & per poſitionem niuis plurimę. Et ſi domus eſt proximi temporis ex quo linita fuerit luto libero, & proprie illo in quo ponitur loco paleæ, cottum papyri: tunc eſt melius. Et quandoque præparantur in ea manationes ut fontiũ, & rorationes, & currit in ea aqua dulcis. Aut ſtratus eſt ſuper fontem ſeu lacunam coopertam cum reti facto ex chordis uel cum cannis uel uirgulis præparatis in modum retis. Et ſit ſtratus ſuper quem dormitur ex tabari inflato, & his ſimilibus: & reliquum ſtratus ſit extremitatibus ſalicũ, & cydoniorum, & myrti aſperſi aqua roſacea, & folijs pomorum, & uiolis, & nenufaris, & roſis. Et ponuntur quandoque tabach.i. vaſa lata magna in quibus ſunt odorifera ex fruſtis fructuum boni odoris frigidorum uel ex fructibus boni odoris frigidis, ſicut malorum & cydoniorum & ſpeciebus pirorum boni odoris aſperſis aqua roſacea, & nenufare & ſalicibus, ſuper quæ ſunt puluerizata ſandali, & roſæ, & camphora, & ſuper quę iam diſtillatum eſt parum uini odoriferi, tunc eſt illud, quod eſt ultimum. Hoc ergo eſt regimen aeris. Regimen autem cibi iam ſciuiſti: & ſi uoluntas ad eſt ut cum infrigidatione ſit lenificatio, tunc detur aqua cucurbitæ, & aqua melonis indi proprie, & aqua alcheta & alcheted, & lactuca cum aceto eſt ultima. Et quod conueniens eſt ad ſedandum ſitim eorum, eſt foca factum ex pane ſimilæ cum aqua caſei accepta eſt dog poſt collationem uehementem. Et ſi adeſt uoluntas ut cum infrigidatione ſit retentio, tunc detur ſuccus granati muzi, & acetoſi, & aqua acreſtæ, & aqua mori de ſemi. & aqua acetoſitatis limonis non ſalſi: & aqua acetoſitatis citri, & quæ ſunt his ſimilia: & aqua cereſculi, & eſt berberis. Epithemata uero, & emplaſtra ſint ex ſuccis notis: & proprie aqua roſacea, aut ſucco roſarum recentiũ cum ſandalis, & camphora, & aqua coriandri, & endiuię, commiſtis eſt plurimæ infrigidationis: & mucilago pſyllij cum aceto, & aqua roſacea eſt huius generis. Et embrocare hepar cum infrigidantibus eſt res maxima, & magis iuuans: nam cum æquatur eſt in eo maior pars rectificationis, & fortaſſe rectificat aquam. Et quando illic eſt catarrhus, & tuſsis, aut in capite eius eſt grauitas, aut tẽſio, ſignificat multitudinem uaporum, quare oportet ne fundatur ſuper caput aqua, aut acetum: immo occupetur cum inclinatione capitis ſuper uapores aquæ, ſecundum quòd diſpoſitio facit illud neceſſarium. Si uero nõ fuerit catarrhus, neque aliquid eorum, quę diximus, tunc adminiſtra de embrocis, & epithematibus, quæ vis. Et nocibilior embroca in huius diſpoſitione repletionis capitis, eſt mulſio lactis ſuper caput: fortaſſe enim facit accidere apoſtema in capite, & perditionem. Et magis ſalua horarum embrocationis capitis cum repletione eius, eſt ut ſit uapor cholericus, non humidus: immo in huiuſmodi hora fortaſſe non nocet applicatio lactis: immo confert. Et cognoſcitur ex diſpoſitione ſomni, & uigilijs, & humiditatę ſuperiorum partium narium, & earum ſiccitate: cum ergo uideris ſomnum, aut profunditatem ſomni, aut humiditatem ſuperiorum partium narium, tunc caue embrocationem, & inunctionem: & ſtude in attrahendo materiam ad inferiora, & cum uideris rubedinem in naſo, & facie uehementem, tunc

tunc non erit malum ut facias currere ſanguinem ex naribus. Et infrigida hepar cum emplaſtris: & cum infrigidas, caue ne occurras cum infrigidatione uehementi, hora ſudoris, & reſolutionis: immo oportet ut conſideres illud: fortaſſe enim ſit cauſa in longatione ægritudinis: licet quandoq; ſit longitudo ęgritudinis ſaluior, quàm ipſius acuitas. Et oportet ut caueas in febribus acutis caſum raſuræ inteſtinorum: quoniam addit in debilitate uirtutis, & terretur natura à receptione ſuperfluitatum ad inteſtina, & ab expulſione earum ab eis niſi cogant & dominentur ſuperfluitates, & quandoque redeunt ſuperfluitates ad ſuperiora, & lædunt hypochondria, & inflant ea, & lædunt caput. Et quandoque eſt in ſyrupo de papauere iuuamentum mirabile in inſpiſſando materiam ſubtilem: propter digeſtionem eius, & in faciendo ſomnum.

Rememoratio accidentium, quæ difficilia ſunt in febribus acutis. Cap. 11.

LOquamur itaque in primis de accidentibus, quæ uehementia ſunt in febribus, & de curatione eorum: & feſtinemus ad diſtinguendum febres acutas. Et hęc quidem accidentia ſunt ſicut rigor, & frigus, & horripilatio: & ſicut ſudor plurimus: & ſicut fluxus ſanguinis narium ſuperfluus: & ſicut uomitus laborioſus: & fluxus uentris debilitans: & ſicut ſitis, quæ non toleratur: & ſicut profunditas ſomni plurima: & ſicut uigilatio inſeparabilis: & ſicut aſperitas linguæ, & ſiccitas ſeu exiccatio oris: & ſicut ſternutatio continua, ſeu uehemens & dolor capitis prauus: & tuſsis frequens: & ſicut caſus appetitus, & boliſmus: & ſicut appetitus caninus & frigus uehemens & ſingultus.

De regimine rigoris, et horripilationis cum ſuperfluunt. Cap. 12.

QVod eſt de hoc ſequens ſudorem, rectificatur uelociter, & non indiget regimine. Et cretico non oportet ut cõtrarium fiat per remotionem: & non eſt de illis, quæ debilitant, & quæ faciunt aliud: & quandoq; ſedantur cum ligatione extremitatum, & fricatione facili, & cum calefactione cooperturæ: & cum unctione de oleo de anetho, & de chamæmilla ſi indigetur eo. In forti autem quando perſeuerat, ſiue ſit in febribus, ſiue ſit in alijs, oportet ut ligentur extremitates in locis plurimis, & inunctio fiat cum oleo chamæmilino, & radicis lilij. Et ſunt de hominibus, qui confortant illud cum eis, quæ ſunt ſicut cardamomum, & caſtoreum, & ruta, & ſceha, & calamẽthum, & baurach, & piper, & pyrethrum. Et quandoque concedit illud adminiſtrationem linimenti ex ſinapi, & aſſa fœtida. Et quandoque decoquuntur medicinæ iſtæ in aqua, deinde coquitur in ea aliquod oleum. Et aqua erucæ fortis eſt in hoc capitulo per ſe ſola, aut cũ oleo aliquo, quod decoquitur cum ea. Et ſimiliter decoctio ozimi, & aqua eius.

Confectio olei boni.

Sumantur anethum ſiccum, & myrrha, & ruta, & calamenthum, & piper, & pyrethrum, & coquantur in uino decoctione ultima, deinde decoquatur colatum in tanto quantum eſt medietas eius de oleo ſiſamino, uſquequo conſumatur aqua, & remaneat oleum, & adminiſtretur inungendo. Et de oleis fortibus in eis, in tali qualis eſt rigor quartanæ, eſt oleum de coſto, & oleum de ſceha, & oleum de abrotano, & oleum de lilio, & oleum de myrrha: & ponantur in vnc. 1. olei, pondus, drach. 3. piperis, & ſexta, drach. 1. pyrethri tritorum. Et adminiſtretur abſinthium decoctum in oleo aliquo: aut oleum oliuę in quo decoctum eſt apium. Et introitus in oleo calido eſt iuuatiuus valde. Et fortaſſe neceſſarię ſunt potiones. Et multoties ſedatur cum potu aquæ calidæ multæ caliditatis, & cum inclinatione ſuper uaporem eius. Et quando non ſedatur per id, ſi materia eſt groſſa, decoquantur in aqua aniſum, & calamẽthum, & ſemen apij, & maſtix, & eruca, & anethum, & ſimilia. Et euaporetur cũ aqua in qua decocta ſunt ea, quæ ſunt ſicut ſceha, & abrotanum, & calamenthum, & anethum, & ſquinanthum, & ruta, & ſanſucus, & coſtus, & ſemina calida. Et omnes medicinæ fortis prouocationis ſedant rigorem. Et de medicinis ſedantibus rigorem maximum in quartana, & ſimilibus ſibi, eſt ut bibatur de coſto aureus. i. cũ aqua calida, & de agarico quantum de ipſo in aqua calida. Et in agarico eſt iuuamentum, & quandoque ponitur cum eo parum opij, quoniam facit dormire, & facit ſudare, & prohibet uehementiam rigoris, & alia. Et iterum ireos quantitas aur. 1. in aqua calida. Et iterum abel uel iuniperi pondus aure. i. cum aqua calida. Et iterum apium montanum pondus aure. 1. cum aqua calida. Et de cõpoſitis eſt theriaca diateſſaron, & theriaca hazare & diacyminum, & diacalamenthum, & diapepereon, & ſyrupus de melle in quo feruent ſicut aſſa, & ruta, & pyrethrum, & piper. Pilulæ expertæ, quę dantur in potu ante rigorem per horam unam, infirmo quieſcente ſuper lectum ſuum, & aere eius calefacto cum igne, aut cooperimento: quoniam temperant ipſum, aut prohibent ipſum: quarum confectio. Recipe ſtoracis, myrrhæ, opij, opopanaci piperis omnium ana partem. 1. conficiantur cum butyro, & ſit doſis eius quantitas fabæ. Et iterum ſumantur opopanaci, caſtorei, dauci, aſſæ, pyrethri, opij ana partes æquales, fiat ſicut primo fit. Deſcriptio bona. Recip. opopanaci, ſerapini, aniuden, & cymini, carmeni, & ſeminis apij, & piperis ana aur. 1. 5. ſeminis hyuſquiami albi, croci, ariſtolochiæ, caſtorei, euphorbij, myrrhæ, ameos,

zinzib.

zin zib. omnium ana pondus tertiæ drach.j. femi-nis harmel,pyrethri omnium ana aure.i.conficiantur cum melle: & dofis eius fit auellana cum aqua calida valde. Et fortaffe eft neceffarium in eo, vt detur in potu vinum calefactum, & cibi calefacti. Et folutio ventris cum eis, quæ funt,ficut hiera, & diacydoniten,& diafinicon: immo quando eft rigor paruus, & proprie fine febre, denturin potu pilulæ fœtidæ, quoniam ipfæ funt fanitas eius.

Regimen fudoris fuperflui in febribus. Cap. 13.

Oportet ne fudor creticus quãtum posfibile eft, reftringatur. Cum autem euenit neceffitas, & pertranfit terminum, tunc oportet vt euentetur, & infrigidetur locus. Si autem non iuuat, tunc fuper inftrumẽtum pofitus, quo pueri vel iuuenes folent in aere concuti, cõmoueatur in loco frigido. Et non oportet vt occupetur in exuccando illud,quod rorando egreditur faciẽdo exuccationem poft exuccationem: nam illud eft caufa ad illud prouocandũ, & multiplicandum,& fortaffe attrahit fyncopim. Nã eius abfterfio additin ipfum, & eius dimisfio reftringit ipfum. Et oportet vt inungat eum cũ oleo rof.forti, & oleo myrtino, aut cum oleo de kalef, & cum oleo de balauftijs: aut fiat oleum cum aquis in quibus decoquuntur cydonia pontica, & mala pontica, & rofæ & balauftię & fimilia, & colletur & decoquatur in ea oleum, fecundum q̃ fciuifti,& quãdoque puluerizantur defuper grana myrti contufa, & balauftiæ, & karabe contritum, ficut puluis, qui apparet in radio folis,& fimilia, quoniam reftringit. Et quandoque reftringit acetum miftum aqua, & fuccus agreftæ, & decoctio balauftiarum,& decoctio gallarũ,& decoctio myrti, & fuccus kalef eft mirabilis,& aqua femperuiuæ. Et cũ res fit vehemens,liniatur cũ mucilaginibus frigidis,& cũ gũmi,& proprie cum ponuntur in huiufmodi fandali & cãphora,& proprie quando fricatur feu afpergitur cum his duobus,& euentatur. Et quando vehemens fit res, oportet ut ponatur nix fuper extrema,& fola fint in ea extrema: aut balneetur cum aqua frigida, fi fuffert eam.

Regimen fluxus fanguinis narium fuperflui. Cap. 14.

Oportet vt non properetur ad prohibẽdum illum, qui creticus eft, quantum posfibile eft. Cum autem eft neceffe prohibere fluxũ fanguinis narium in febribus acutis, tunc liga extrema, & pone ventofas fuper latus, quod fequitur narem vel vicinatur nari ex qua eft fluxus fanguinis narium. Deinde confequẽter adhibe infrigidationem illius loci: & fi posfibile erit tibi vt infrigides,& reftringatur per illud, tunc non ponas ventofas defuper. Et diftilla in nafum aliquas diftillationes prædictas in capitulo fluxus fanguinis narium, & cum non eft prohibens aliquod, infrigida caput cum infrigidantibus prædictis in eo. Et quandoque aduenit patiẽtibus quartanam fluxus fang.narium: quare oportet vt iuues cum facientibus fluere fanguinem ex naribus fcitis: in ipfo.n. eft fanatio quartanæ. Si vero fuperfluitatem timuerimus, faciemus ficut illud, quod fecimus.

Regimen vomitus, qui accidit eis. Cap. 15.

Creticus iterum non abfcindatur nifi apud necesfitatem: & fecundum plurimum abfcinditur vomitus ipforum et naufea ipforum in eis per vomitum, et per adiutorium eius quo extrahitur humor nociuus ficut eft fyrupus acetofus fimplex et aqua calida. Et quandoq; eft neceffarium ut fortificetur: quare ponatur loco fyrupi acetofi puri fyrupus acetofus cũ feminibus. Et fi humor eft imbibitus,et groffus,tunc oportet vt fiat folutio dando in potu, quod eft ficut aloe et hiera. Et quando nõ eft imbibitus, fortaffe cõfert hiera et aloe. Et fi eft imbibitus, non groffus mundat ipfum fyrupus acetofus cum aqua calida: deinde æquat ipfum poft illud aqua granatorum, quæ bibatur. Quod fi euomerit eam, bibat ipfam uice alia, donec æquetur et quiefcat. Et fimiliter fyrupus de menta cum granis granatorum. Et fortaffe fedat ipfum infrigidatio ftomachi. Et non oportet ut approximet rebus ponticis, et fedantibus uomitum cum ponticitate fua,et acetofitate fua ftyptica ille, qui habet humorem imbibitum, quia eft malum,et addit imbibitioni: fed non imbibitum, quandoque facient cũ deijcere dorfum, quamuis fit groffus: et quandoque iuuabunt uirtutem ftomachi ad expellendum eum per fuperiora. Et quando asfiduauerit uomitus de cholera,et non fuerit de genere imbibiti,tunc utere ftypticis et proprie emplaftris iuuantibus factis ex corticibus granatorum, et gallis, et his fimilibus cum uino permifto,aut aceto permifto. Et ad uomitũ quidem choleræ nigræ fuperfluum fubmergatur fpongia in aceto, et ponatur fuper ftomachum. Quod fi neceffarium fuerit aliquid fortius, adminiftra medicinas prædictas in capitulo retẽtionis uomitus.

Regimen fluxus ventris, qui accidit eis. Cap. 16

Iam fingulariter in capitulo fluxus uẽtris locuti fumus in hac intentione: ergo redeamus ad illud. Et de illis, quæ conferunt ex uia ciborum funt almes torrefacti, et lentes torrefactæ, et coriandrum, quodcunque horum duorum fuerit, elixetur,et fundatur aqua ab eo, et proprie quãdo fit acetofum cum granis granatorum, quoniam eft bonum.

Regimen sitis eorum superflua. Cap. 17

OPortet vt inungatur caput cum oleo frigido valde, & fundatur super ipsum, & ponatur super caput si non fuerit, quod prohibeat, & cū aquis infrigidantibus, & retētione mucilaginis semi. cydoniorū permistæ cum oleo rof. vltimo: in bonitate in ore aut infusionis prunorū, & medullarū alcheta & alcheted, & cucurbitæ, & seminis lactucæ nigræ, & radicū liquiritiæ, & pilularum descriptarū in antidotario ad sitim. Et de illis, quæ masticantur & sugūtur sunt tamarindi. Et sitis quidē quandoq; fit ex siccitate & abscindit eā somnus: & quaudoq; fit ex calore, & abscindunt eam vigiliæ.

De profunditate somni quæ accidit eis. Cap. 18

OPortet vt remoueātur à profunditate somni cū fabulis, & his similibus per voces. Et ligentur membra eorum inferiora ligatione dolorosa, postquā non fuerit, quod prohibeat. Et supponatur collyriū subtile si natura fuerit restricta, & in hora quietis, aut in hora teporis in assidua, & inseparabili ventosetur, quod est inter ambas spatulas, & spondyles.

De grauitace capitum eorum. Cap. 19

OPortet vt alienetur ab eis emulsio lactis super capita eorum: aut effusio olei super ea aut embroca: aut caput purgiū: immo sint cōtēti vaporationibus factis cū embrocis ex chamęmilla, & sint in eis violę, & furfur, & his similia

De vigilia superflua vel non naturali habentium febres, & aliorum. Cap. 20.

NAribus attrahere oleū de papauere cū oleo de semine lactucæ, & oleo nenufarino, & oleo de cucurbita, & adhærere aliquid de stupefacientibus famosis super tēpora, & incuruare caput super vapores humectantes: & odorare nenufar, & poma mādragoræ, & alsahesefrā asper sum ex longinquo, & embrocæ humectātes, & res quas scis. Et similiter si nō fuerit, quod prohibeat, detur in potu syrupus papaueris, & de loch eius. Deinde multiplicētur inter manus eius cādelę: & eleuētur voces cum fabulis, & ligentur cū institis extremitates eius ligatione dolorosa parum, cum nasit. i. cū ligamentis seu nodis velociter solubilibus. Deinde præcipiatur ei vt dormiat, & claudat oculos: cumq; dormit parū, extinguantur candelę & cessent voces, & soluātur nasit. i. ligamēta velociter solubilia, quoniā dormiet. Et cū inuenit leuitatē, & quietē ex paroxysmo, aut vehemētia, assiduet ablutionē faciei cum aqua in qua decoctū est papauer nigrum cū aliquātulo mandragoræ, & radice eius. Et cū est illic humor baurachius, cōferat aqua in qua cocta sunt sisymbriū, & melilotum, & alhacuen, & papauer, abluendo faciem, & incuruando super vaporem eius.

De dolore ventris qui accidit eis. Cap. 21

FIt ex effusione choleræ ad stomachū: & si accidit in principio periodi eius, detur in potu parum syrupi de malis cum syrupo acetoso.

De asperitate linguæ eorum, & eius viscositate. Capit. 22.

IN essentia quidē viscositatis fricetur cū chaizarā aut cū virgulis salicis cū oleo amygdalino, & zuccaro tabarzet, donec mundetur, aut cū spōgia & pauco sale, & ol. rof. In hoc. n. est alleuiatio multa infirmi. Et post illud, cum eius asperitas est nō propter viscositatē, immo à siccitate, oportet vt teneat in ore suo sebesten, aut nucleos prunorū, aut salem, qui asportatur de India: etiam est in colore salis & dulcediue mellis: & fumat de eo, secundum quod dixit Archigenes quantitatem fabæ vnius. Et grana cydoniorium sunt ex eis, quæ humectant linguam, & prohibent exiccationem eius, & oportet vt non stent ore aperto plurimum neque resupinetur dormiens, nam hæc duo exiccant linguam.

De sternutatione assidua quæ accidit eis Capit. 23.

QVandoq; magnificatur nocumentum sternutationis assiduæ cum eis: lædit nanque eos, & replet capita eorum, & debilitat eorum virtutes: & fortasse facit fluxum sanguinis narium. Quare oportet, vt fricetur eorum frōs, & oculi, & nasus, & aperiantur ora eorum, & fricentur eorum palata cum vehementia, & tendantur capita eorum, & conuertantur, & præmantur vel fricentur eorum extrema: & fundantur in aures eorum olea tepida ad caliditatem parumper decliuia: & humectentur lacerti eorum, & ipsorum mandibulæ: & ponantur super eorum ceruicibus puluinaria calefacta, & non excitentur à somno eorum subito: & prohibeantur à puluere, & à fumo, & omni in cuius odore est acuitas: & olfaciant sauich, & lutū alnahagi & spongiam marinā.

De dolore capitis, qui accidit eis. Cap. 24.

LIga extremitates eorum, & proprie coxas, & cum instita liga, & frica pedes eorum: & super ponantur eis collyria trahentia materiam ad inferiora: & conforta capita eorum cum infrigidantibus notis. Et si non fuerit, quod prohibeat ex catarrho, aut tussi, embrocētur capita ipsorum cum

cum decoctione rosarum, & violarum, & hordei, aut foliorum salicis, & his similium, & similiter oleo ros. & oleo de salicibus. Et quando non excusat hoc, tunc permisce embrocas infrigidantes cum lenitiuis, sicut chamæmilla, & stupefactiuis, sicut est papauer. Et non mulgeas lac nisi cum remouetur febris. Si autem virtus fuerit fortis, mulgeas lac caprinum: & si fuerit debilis, mulgeas lac muliebre. Et caue lac apud repletionem humidã corporalem facientem subet: & similiter caue oĩa humectantia. Et tu non administres humectantia nisi vbi est vapor fumosus, & caput siccum, & parum somni. Et quando multiplicatur repletio in capite ex vapore humido, trahe eum ad inferiora cum collyrijs & clysteribus, & stringe membra inferiora, ita quòd testiculos.

De tussi eorum. Cap. 25.

TVssis plurimum accidit eis ex calore, aut siccitate: quare oportet vt teneant in oribus suis pilulas bichikias, aut loch de papauere facta cum medullis fructuum frigidis, & amylo, & his similibus. Et vtantur ceratarijs infrigidantibus factis ex oleo ros. & ex mucilagine psyllij, & succo portulacæ, & alijs.

De destructione appetitus eorum. Cap. 26.

QVandoq; est causa eius humor in ore stomachi, quod scitur ex eo, quod dictum est de destructione appetitus, & euacuatur per vomitum, aut solutione vẽtris. Et multoties iuuantur cum intromissione digitorum in gutture, & commotione stomachi: & proprie quãdo vomitus expellit cholericam rem, aut acetosam. Et quandoq; est ex vehementia debilitatis. quare curetur complexio, quæ facit eam cum eo, quod scitur. Et oportet vt approximes eis odores bonos excitantes appetitum, sicut odor sauich infusi cum aqua, aut cum aqua, & aceto. Et detur eis electuarium proportionale febricitantibus, & parum vini, & decoctionem fructuũ ponticorũ, boni odoris: & lambant aliquid de aceto gelatinę piscium, aut hœdi, & his similium. Et ponantur super stomachum post dies primos emplastra facta ex fructibus. Et sint in eis absinthium & aloe, secundum quod scis: & inunctio eius cum oleis bonis est iuuatiua.

De bolismo eorum. Cap. 27.

OPortet vt curentur cum odoramentis, & luto alnahagi aut luto armeno madefactis cum aceto: & odorent almosofat, & panẽ mundum calidum, & carnes assatas, & stringe eorum extremitates. Et extende aures eorum, & capillos ipsorum. Et conforta eorum cerebra cum embrocis infrigidantibus, & humectantibus: plurimum nanq; bolismi eorum est propter destructionem sensus oris stomachi propter causam communicantem ramis, qui adueniunt ei cum sensu: & est corpus exigens vel requirens cibum, verum sensus non exquirit ipsum.

De nigredine linguæ eorum. Cap. 28.

OPortet vt non dimittatur super linguam nigredo, immo fricetur cum eo, quod scis: & si non, eleuabuntur ad caput vapores maligni, & facient cadere in sirsen.

De appetitu eorum canino. Cap. 29.

CVrantur cum vnctuosis frigidis, & dulcibus.

De syncopi quæ accidit eis. Cap. 30.

QVandoq; accidit eis syncopis in principio febrium propter effusionem choleræ ad os stomachi eorum: quare oportet vt detur eis ante paroxysmum, aut apud paroxysmum frustum panis de simila cũ aqua granati, & aqua acrestæ. Et scias, quod quando aggregantur syncopis, & febris, tunc syncopis est dignior curatione: & si indiget cibo, tũc detur parũ panis permisti vel madefacti cũ drac. 3. vini ãtiqui: & si nõ, syrupi malorũ antiqui, cuius resoluta est superfluitas. Et phlebotomia quidẽ multoties addit in syncopi. Et clystere leue est magis conueniens. Et vomitus est iuuatiuus eis. Et cõstrictio cruriũ, & ponere manus, & pedes in aqua calida. Et cũ euadunt, tũc de solicitudine est vt cibẽtur sauich hoc dei infrigidato, in quo sint grana granatorum.

De constrictione anhelitus eorum. Cap. 31.

COnstrictio anhelitus accidit eis, aut propter spasmum & siccitatem, quæ accidit eis in lacertis anhelitus: aut propter materiam præfocatiuam descendentem ad guttur eorum: aut propter debilitatem, quæ dominatur neruis, venientibus ad membra anhelitus. Et prima quidem curatur cum vnguentis vel emplastris humectantibus. Et secunda cum eis, quæ prohibent strangulationem. Et tertia cum æquatione complexionis in cerebro, & inunctione colli cum eis, quæ infrigidant & humectant: & super stomachũ iterum, ex eis, quæ sunt sicut rasura cucurbitæ, & portulaca, & sandali cum oleo ros. & similibus ei.

De vehementi cherebuz. i. angustia vel inquietudine eorum. Cap. 32.

QVando multiplicatur chereb. i. angustia vel inquietudo causa oris stomachi, & aduentu humoris mordicatiui in eo, tunc infrigida stomachos eorum cum eis, quæ scis de cibis: & euẽtetur seu respirent aerẽ & iaceant, seu & dormiãt in loco proximo motibus aquę, stra-

to extremitatibus, & ramis frigidis, & odoriferis frigidis, & nenufare, & rosis, & aspersionibus frigidis factis ex fructibus odoriferis, frigidis, & sandalis. Et multoties quidem conferunt in eorum angustia vel inquietudine clysteria frigida, facta ex aqua cucurbitæ, & citruli, & succo portulacæ, & semperuiuæ cum oleo rosato.

Difficultas diglutiendi, quæ accidit eis. Cap. 33.

DIfficultas diglutiendi cum accidit eis, & febris fuerit sanguinea vel cõclusa, tunc phlebotomia fiat & extrahatur sanguis paulatim, & cibetur cum aceto & lactucis, si appetitus in eis fuerit aliqualiter excitatus, & si nõ, contenti sint aqua hordei, & alienent, quæ subito occurrunt. & si fuerit cum eo stypticitas naturæ, tunc suppositoria, & clysteria sunt meliora plurimum quàm solutiuum desuper.

Frigus extremitatum quod accidit eis. Cap. 34.

MVltoties profundatur calor eorum, & infrigidantur eorum extrema, & eua porare facit calor submersus ad caput. Ponantur ergo extremitates in aqua calida, & non bibãt aquam frigidam.

Sermo vniuersalis de febre cholerica. Cap. 35.

FEbres cholericæ tres sunt: tertiana cõtinua, & tertiana periodica, & causon. Et tertiana quidẽ periodica aut est pura, & fit à cholera pura: aut nõ pura, & fit cũ putredine choleræ grossæ substantiæ propter cõmistionem choleræ cum phlegmate cõmistione cõplexionali vnita: & per hoc diuersificatur ab hemitritæo, cũ hemitritæum faciant duę materię separatę: & hanc faciat materia vna, quæ in seipsa est permista, cũ cuius calore permiscetur aliquantulum frigoris, quod grauat suã putredinẽ, & suam resolutionem, & suã digestionem: & propter illud quidẽ fiunt in hemitritæo duo paroxysmi: & tertianæ non puræ paroxysmus vnus. Et hęc quidẽ non pura quandoq; prolongatur tẽpore longo & circiter medietatẽ anni. Et quãdoq; perducit ad trehel .i. tumefactionem membrorum similẽ cachexiæ, & magnitudinem splenis. Causon vero seu incensiua est de genere continuæ: nisi quòd ei associantur excrescentiæ & tepores sui non sensati: & accidentia eius sunt vehementia. Et causa est acuitas materiei, & multitudo: cum eius casus fit circa cor, & in venis oris stomachi, aut in partibus hepatis proprie: & ad summum in membris nobilibus vicinis cordi. In tertiana vero cholera est in carne, & ad partes cutis: & in continua est sparsa in venis corporis, quæ elongantur à corde. Et vehementia quidem sitis, & angustia, & inquietudo, & vigilia, & alienatio, & nausea, & amaritudo oris, & bothor labiorum, & scisio eorum, & dolor capitis multiplicantur in febribus cholericis. Et est natura in pluribus earum ad siccitatem decliuis: quoniam materiei motus est ad superiora, aut ad illud quod apparet de corpore & cute.

De tertiana absolute, & nominatur tritæus. Cap. 36.

PAroxysmus tertianæ incipit in primis cum horripilatione, vt punctura acus, deinde infrigidat, & incipit facere rigorem difficilem valde difficiliorem reliquis rigoribus, non frigidum aut cum pauco frigore. Et nõ est frigus eius nisi propter profundationem caloris ad interiora versus materiam eius, & inuenit sicut puncturas acuum. Et hic quidem rigor cum vehementia sua est velocis sedationis, & calefactionis, & tu iam sciuisti causam huius rigoris. Et fit rigor eius in diebus primis fortior, & vehementior: & in quartana econtrario. Et iterum rigor incipit cum fortitudine, deinde linitur paulatim, & minuitur velociter, & in quartana econtrario. Et sudor multiplicatur in tertiana, cum dimittit. Et fit vrina in ea rubea tendens ad igneam, in qua non est multa grossitudo. Aut est non pura, & fit vrina eius cruda aut grossa. Et tertianæ caliditas est saluior caliditate causonidis: & quanto prolixius manus tangit corpus, non additur inflammatio: immo quandoque minuitur inflammatio eius: & in causonide additur inflammatio. Et accidentia, quæ accidunt eis in tertiana sunt vigiliæ sine grauitate in capite, nisi in quibusdam non puris, & sitis, & furor, & ira, & odia locutionis. Et est pulsus eius acutus, velox per comparationem ad reliquas febres: & non est æqualis constrictionis, & dilatationis, quoniã humor debilitat eũ, vel coarctat eum, & additur ei diuersitas apud statum. Et diuersitas in ea est infra illam, quæ est in alijs febribus humoralibus. & minor ea, quæ est in alijs cum duritie eius: & est pulsus fortior in ea: immo non est diuersitas in ea secundum plurimum, nisi diuersitas febri appropriata existens infra alias vel minor alijs. Et in principio quidem est necessarium, vt coarctetur pulsus vsq; ad horam dilatationis febris: postea cõfortatur, & fit velox, & frequens. Et eius diuersitas nõ est cum illa superfluitate. Et quandoque significant ipsam ætas, & consuetudo, & regio, & ars, & forma, & tempus, & multitudo euẽtus tertianę in illa hora. Cũ ergo componuntur duæ tertianæ, sunt paroxysmi euenientes omni die: qui ergo considerat tertianam per paroxysmum, errat in ea, immo oportet ut attendantur significationes aliæ & paroxysmi cõfirment eas. Et patientibus quidem tertianam accidunt uigiliæ, & amor solitudinis: & multoties sentiunt ebullitionem apud hepar.

Differentia inter tertianam puram, & non puram. Cap. 37.

PVra est subtilis, leuis, cuius paroxysmus consumitur à quatuor horis usque ad duodecim horas: & non addit super eas multum. Et si addit additionem multã: tunc est non pura. Et est secundum plurimum perueniens ad septem horas. Et calefit in ea corpus uelociter: Et uides caliditatem procedere ex corpore, & extremitates adhuc sunt frigidę. Et similiter pura non addit cum non accidit error supra.7. periodos. Et quandoque consumitur propter subtilitatem suæ materiæ in paroxysmo uno, in quo accidit uomitus: aut uentris solutio mundificans. Et apparet digestio in urina in primo die: aut in tertio, aut in quarto, aut in septimo. Si autem addit super septem periodos additionem plurimam, tunc est de genere non puræ. Et similiter si prolongatur spatium sui rigoris: & sit additio suorum paroxysmorum. Et antecessio eorum adinuicem secundum ordinem seruantem proportiones similes: & in non pura est illud diuersum non ordinatum. Et similiter quando assimilantur paroxysmi secundum terminum unum: & similiter reliqua signa prolongationis febris etiam sunt de illis quæ scis. Et cum uides principium cum rigore, secundum quod determinauimus, & statum cum sudore exuberante, tunc non dubites, quoniã ipsa sit pura. Et in pura quidem est, cum eam habens bibit aquam, procedit in corpore uapor humidus quasi ipse uelit sudare, & quandoq; sudat. Et cum non pura inuenitur grauitas plurima in capite, & extensio: & prolongatur paroxysmus ita ut perueniat ad uigintiquatuor horas: aut triginta horas usque ad horam suam: & tepescit donec complentur 48. hor. & per quantitatem additionis paroxysmi super 12. horas, est eius elongatio à puritate. Et in tertiana quidẽ non pura tardatur apparitio digestionis: & non apparet in forma ofsuscatio, neq; extenuatio: & fortasse nõ eradicatur cũ sudore copioso. Et fortasse non incipit cum rigore, forti, & non est caliditas cũ illa fortitudine, neq; est augmentum eius æquale: immo est quasi ipsum addatur, deinde procedit, & minuitur: Et accidentia sequa minorantur in ea.

Tertiana continua. Cap. 38.

COgnoscitur per uehemẽtiã paroxysmorum tertianæ: & per uehemẽtiã accidẽtiũ tertianæ. Et apud G. quidem cũ sang. putrefit, fit de hoc genere: & de eo fiet sermo post.

Cura tertianæ puræ. Cap. 39.

OPortet ut rememoreris illud quod dedimus tibi de radicibus in curatione febriũ, de solutione uẽtris, & cibo, & in oĩbus capitulis: & fabrica super illud. Et tu quidẽ non auscultes sermonem eius, qui concedit in principio solutiua fortia: & myrobalanos, & his similia, nisi cum conditione & qualitate quam diximus. Imò oportet ut properes in primis, & lenias lenitate quadã cũ eis, quæ diximus illic: sicut sunt tamarindi quãtitate 40. dra. qui infundãtur in aqua calida in nocte, & colentur, & proijciatur de super siracost, aut tereniabin, aut aqua duorũ granatorum: & sicut decoctio lubleb cum tereniabin & cum cibib enucleatis, aut infusio prunorum cũ tereniabin, aut siracost, aut syrup. viol. & uiolæ conditæ. Et fortasse facit mucilago psyllij cum quibusdam syrupis, sicut est syrup. prunorum, lubricitatem, & lenificationẽ, aut cum decoctione lẽtium cum lubleb. Aut clysteria lenia sicut est clystere cum decoctione althææ, & iuiubæ, & sebesten & radice liquiritię, & oleo uiol. & succo siciæ, & baurac, secundum modũ quem scis. Et illud qñ necessitas tãgit ad ipsã. Rectũ nãq; est ne in potu detur quod est sicut aqua hord. neq; ei simile, neq; cibi, nisi natura iã lenificata. Et si uentris solutio in principio in febre tertiana pura, minoris sit malitiæ, q̃ eius simile in alijs: licet sit eius malitia magna. Et qñ est possibile, ut nõ phlebotomes usq; ad tres periodos, fac. Et similiter qñ times qđ sit ægritudo furiosa, & facis illud, erit illud qđ accidit de errore, si accidit, minus q̃ aliud. Et oportet ut nõ moueas in die paroxysmi aliquid, nisi propter necessitatem, & non cibes nisi apud conditiones prædictas: & ut prouoces urinam cum emulsione seminum. Et oportet ut superueniat ei paroxysmus dum est famelicus, & non est in stomacho eius aliquid, immo oportet ut sumat in potu syrupum acetosum omni mane: & post duas horas aquam hordei in die, in qua non est paroxysmus. Et syrupus quidem acetosus post paroxysmum est conueniens, & similiter ponere pedes in aqua tepida ad attrahendum residuum caloris. Et ego magis diligo ut sit in syrupo acetoso, proprie in postremis, emulsio seminum frigidorum diureticorum aut ante paroxysmum per tres horas, aut quatuor: & detur in potu iterum post paroxysmum, aqua hordei. Et quando necessaria est subtiliatio regiminis, detur in potu sicut aqua granatorum, & aqua melonis indi, & his similia. Et gradatim fiat eius regimen secundum modum prædictum. Et quoties appropinquat status, subtilietur. Et in diebus primis cibetur cum kisch hordei, & pane comminuto cum aqua frigida aut pane sicut est aut emulsione panis in ea, & cum eo quod fit exalmes, & lentibus. Et quando cibus acetat in stomacho, non detur in potu aqua hordei, quæ non est ualde subtilis: & si necessarium fuerit dare ipsum in potu, confortetur parum cum decoctione radicis apij. Si autẽ stomachus fuerit frigidior illo, & febris non magna, & non pura, ponatur parũ piperis secundũ consiliũ Hippo. Quod si signa

ſignificauerint quòd criſis eſt propinqua, tunc ſufficiat ei aqua hordei, & aqua granatorum, & ſyrupus acetoſus. Et fructus quidem qui diliguntur eis, ſunt granata dulcia & muza, & pruna matura, melon uero indus eſt res maximi iuuamenti, cum hoc quòd ipſe ſoluit, & prouocat, & frangit uehementiam caloris, & facit ſudare, & fortaſſe non nocent aldeſtembuiat parui: & ex oleribus cucurbita, & alcheta & alcheted: & lactuca. Et ſcias quòd intentio in eo quo cibantur patientes tertianam, aut eſt humectatio ſicut datur eis in fine de extremitatibus althaiugi, & de teſticulis gallorum: & cerebellis hædorum, quibus non eſt nauſea, & uitellis ouorum. Aut eſt infrigidatio, & humectatio ſimul ſicut in xiſch hordei. Et non ul timeas in infrigidatione multa, & proprie in principio, niſi inuenias inflammationem uehemẽtem, aut timeas conuerſionem eius ad cauſonidem aut ad continuam. Quod ſi conſequatur criſis, & uideris digeſtionem in urina, & eſt ſedimen laudabile quod cognouiſti, tunc ſi excuſat, bene eſt: & ſi non, cura tunc cum eo quo iuuatur natura ex prouocatione vrinæ, aut ſolutione ventris, aut vomitu, aut fluxu ſang. narium. Et non agas contra ipſam in hoc. Quod ſi non inuenis declinationem manifeſtam, tunc euacua cum ſolutione uentris. Nam de illo eſt ſcammoneæ ſexta drach. I. in iuleb: aut decoctio myrobalanorum cum tamarindis, & tereniabin, & paſſulis, & radicibus, & caſia fiſtula, ſecundum quod ſciuiſti. Et tibi ineſt ut confortes eas cum fumoterræ, & ſene, & ſcammonea. Et de illis quæ conueniunt eis ſunt trochiſci de ſpodio ſolutiui. Et de illis eſt medicamen ſolutiuum iſtius deſcriptionis. Recip. myrobalanorum citrinorum enucleatorum pondus drach. 4. zuccari tabarzet pondus, drach. 20. ſcammoneæ pondus ſextæ, drach. I. bibatur cum aqua frigida: & poſt illud curentur cum prouocatione. Et ſi fuerint illic caliditas ſuperflua, & inflammatio maxima, cum iam euacuaueris eum, non erit ei malum dare in potu aliquid de extinguentibus fortibus, de illis quæ dicta ſunt in regimine acutæ: & fortaſſe conferunt ei emplaſtra ex eis. Balneo uero oportet ne approximet niſi poſt digeſtionem. Poſt digeſtionem autem, & apud declinationem eſt ipſum melior curatio eis, & proprie conſuetis: quamuis error in intromittendo eos in balneo ante digeſtionem ſaluior ſit quàm ſuum ſimile cum alijs. Et oportet ut ſit balneum eorum temperatum, boni aeris, qui ſit humidus, in quo ſudent cum facilitate: ita ut non inflammentur eorum corda, & inungantur cum oleo viol. & roſ. conquaſſato cum aqua, & non prolongent in eo moram, immo egrediantur uelocitèr: nam ite ratio eſt eis conuenientior: quàm ſtationis prolongatio: & ſi apud exitum infundantur in aqua tepida, ſtent in ea ſecundum quantitatem declinationis. Deinde cum egrediuntur, tunc conuenit eis ut bibant uinum album, ſubtile multa commiſtione permiſtum, & cooperiantur in locis ſuis: ſudabunt enim ſudore uehementi: & ſi quid reſiduum fuerit digeretur. Et poſt illud cibentur cibis infrigidantibus, & humectantibus, & oleribus quæ ſunt illius modi. Et non timeas poſt declinationem potare eos uinum plurimum commiſtum. Vinum enim habens caliditatem confractam per commiſtionem confert quantitati remanenti ex eo, in reſoluẽdo illud cuius neceſſaria eſt reſolutio: & ſuccurrit aquæ penetranti cum fortitudine ſua, & permiſtione eius quod eſt in eo de calefactione pauca: quare infrigidat uehementer, & humectat. Et ſi fuerint illic accidentia ſitis, & dolor capitis, & uigiliarum, & aliorum iam tibi præterijt eorum cura. Et quando poſt criſim remanet aliquid caloris inſeparabilis, tũc ſibi ſupereſt ut adminiſtres ſyrupum acetoſum cum ſuccis diureticis: aut in quo decocta ſunt ſemina, & radices diureticæ. Et ſcias quòd cura tertianæ continuæ, eſt cura tertianæ interpolatæ: ſed eſt decliuior ad obſeruationem diſpoſitionum digeſtionis, & ad infrigidãdum cum ſyrupo acetoſo facto cũ ſemine citruli, & ſemine endiuiæ proprie contuſis. Et poſt ipſum poſt duas horas, datur in potu aqua hordei: & ad ſubtiliationem cibi, & ad adminiſtranda clyſteria lenia in principio, & ad prouocationem: & oportet ut cum facilitate procedant, & non ſumant in potu de ſolutiuis in principio, aut in eo quod ei appropinquat niſi ea, quæ ſunt ſicut ſyrupus uiol. & aqua fructuum, & non utantur niſi clyſteribus lenibus.

Cura tertianæ non puræ. Cap. 39

RES in quibus diuerſificatur cura tertianę nõ puræ, à curatione tertianæ puræ ſunt res in quibus communicãt febres frigidæ. ſ. quòd licentia in balneo, quæ conceditur habentibus tertianam puram abſque hoc quòd expectetur digeſtio, & non expectatur plurimum declinationis ſi expectetur digeſtio, eſt in eis illicita uel prohibita. Quoniam balneum permiſcet phlegma indigeſtum cum eo quod effunditur ad locum putredinis: & permiſcet humorem malum cum putrido, & reſoluit ſubtile, & facit remanere ſpiſſum. Et quod cibatio omni die iterum, aut prope cibationem, eſt ex eis quæ illis nocent: immo oportet ut cibentur uno die, & alio die non. Et ſit in cibis eorum quod abſtergat, & calefaciat parum. Et ut ſit cibatio in principijs ęgritudinis groſsior quàm ſit in principijs puræ: deinde gradatim perueniat ad ſubtiliationem ſupra ſubtiliationem tertianæ. Et ſubtiliatio eius in ea in principijs ſit cum famæ eius pluſquam ſubtiliatio cum cibo ſubtili ualde. Et ut ſit infrigidatio minor. Et ut clyſterizetur in principio clyſteribus acutioribus. Et ut expectetur digeſtio plus in ſolutione uentris eorum forti.

forti. Et ut ſint in aqua hordei eorum uirtutes digeſtiuæ,& reſolutiuæ: ſicut eſt illud quod diximus in eo in cuius ſtomacho acetat aqua hordei, immo fortiores quàm in illo. Fortaſſe enim neceſſe eſt ut decoquantur in ea hyſſopus, & origanum,& calamenthum,& ſpica ſecundum complexionem: & blitis iuuatiua eſt eis. Et permiſtio aquæ ciceris cum aqua hordei,& in fine eius aqua ciceris eſt iuuatiua eis. Et oportet ut conſideretur propinquitas non puræ ad puram: & elongatio eius ab ea: & ſecundum illud diuerſificetur inter curam eius,& curam puræ,quòd ſi fuerit ualde propinqua puræ,tunc diuerſifica inter eas diuerſificatione parua. Et cum uideris urinas eorum groſſas,tunc phlebotoma. Et cum phlebotomaueris non indigebis clyſteri. Et ſcias quòd non eſt res magis iuuans eos, quàm uomitus poſt cibum. Et de ſolutiuis in principijs eius, quæ ſunt propinquiora æqualitati, eſt aqua algeleniabin decocti: & ſyrupus acetoſus. Et fortaſſe ponemus in ea caſiam fiſtulam. Et fortius illo eſt ut ponas in ea uirtutem turbit. Et clyſteria in principio ſunt magis dilecta,quàm ſolutiua alia, & ſunt clyſteria in quibus eſt uirtus alhaſcech,& chamæmillæ,& ſiclæ,& cartami,& uiolarum,& ſebeſten, & ficus, & odor turbit. Et in eis ſit caſiæ fiſtulæ, & oleum ſiſaminum,& baurach, & fortaſſe indigetur acutiore iſtorum ſecundum elongationem febris à pura. Adiuuantia autem ad digeſtionem ſunt ſicut ſyrupus acetoſus permiſtus cum aliquanto de algeniabin: aut ſyrupus acetoſus de radicibus. Et poſt ſeptimum ſicut decoctio abſinthij: eſt enim iuuatiua, ſubtiliatiua materiei, & confortatiua ſtomachi. Et ſimiliter aqua fœniculi,& aqua apij cum ſyrupo acetoſo. Et ſi pertranſit 14. tunc non eſt malum dare in potu trochiſcos roſ. minores. Si autem ægritudo prolongatur, non inuenimus excuſationem quin demus ea,quæ ſunt ſicut trochiſci de eupatorio, & decoctio eius. Et calefactio partium hypochondriorum eſt huius generis. Et emplaſtratio mirach eorum iterum cum eis,quę digerunt,& maturant, & mollificant tenſionem,cum uenerit illic. Cum ergo ſciueris quod digeſtio iam aduenit,tunc eua cua,& prouoca,& non cures. Et de euacuationibus bonis eis eſt,ut ſumātur hieræ picræ,drach.5. ſucci abſinthij, & eupatorij amborum ana,drac.3. ſeminis apij,myrobalanorum,citri кebulorū ana, drach.5. turbit. drach.7. fiant pilulæ ex eis cum aqua apij: & ſit doſis eius, drach.2. Et de illis eſt decoctio bona inuentione noſtra. Recip. eupatorij, abſinthij, myrobalanorum, кebulorum ana drach.5. ſeminis melonis,ſeminis cucumeris,& alcheta & ſem.apij,ſuchaha,bedeoard omnium ana drach.10.turbit.drac.1.caſię fiſtulæ,drach.6.paſſularum enucleatarum,drach.20.ficuum.10. numero, ſebeſten numero 30. geleniabin facti cum roſ. perſicis pondus, drach. 15.decoquantur omnia ſecūdum quòd decoqui ſolent huiuſmodi decoctiones. Et ſumatur de ea cadus magnus, in qua poſita ſit ſiliqua.i. ſcammoneæ. Et fortaſſe neceſſaria eſt medicina fortis uno modo, & debilis alio modo: eius uero fortitudo eſt ſecundum hoc,quòd ipſa euacuat humorem uiſcoſum,ſed ipſius debilitas eſt ſecundū hoc,quòd ipſa non euacuat plurimum uice una: immo poſsibile eſt ut fiat gradatio in ea, quare euacuet humorem cuius euacuatio eſt neceſſaria multis uicibus,ut non deſtruat uirtutem. Et hæc medicina eſt illa,quæ poſſibile eſt ut partiatur in pluribus uicibus & poſsibile eſt ut aggregetur, & parum quidem ex ipſa medicina ſoluit parum ex humore malo,& plurimum de medicina prædicta ſoluet plurimum ex malo humore. De decoctionibus uero parum fortaſſe non facit aliquid. Et huiuſmodi quidem medicina eſt, ut ſumatur turbit quantitas drac.5. & plus, ſecundum neceſsitatem, & ſcammoneæ proprie altuſugi.i. aut ſupra id: & cōficiatur cum geleniabin prædicto,& bibatur. Aut ſumatur de agarico, & ſcammonea ſecundum hanc compoſitionem, & conficiatur cum geleniabin prædicto, & bibatur. Aut ponatur in ſucco roſarum recentium cuius quantitas ſit vnc.1. & bibatur. Aut in ſyrupo roſ. & bibatur.

De febre cauſon, & eſt illa, quæ nominatur faricos id eſt febre ardente. Cap. 40.

Cauſon eſt ſecūdum duos modos: aut enim cauſon eſt cholerica, & eſt cauſa in ea multitudo putredinis: aut intra uenas corporis totius: aut in uenis, quæ ſequuntur partes cordis proprie, aut in uenis partium oris ſtomachi: aut in hepate. Aut phlegmatica, & fit ex phlegmate ſalſo putrefacto in uenis, quæ ſequuntur partes cordis, ſicut dixit Hipp. in epidimia. Et non fit phlegma ſalſum, ſicut ſciuiſti, niſi ex aquoſitate phlegmatis cum cholera acuta. Eſt ergo cholera, quę putrefit ignea cinerulenta permiſta aquoſitati plurimæ. Et quoniam cauſon uehementiora habet accidentia, quàm tertiana, oportet ut ſit breuioris ſpatij quàm ipſa. Et ſenibus quidem parum accidunt febres cauſonides: & cum accidunt eis, pereunt: quoniam non fiunt in eis niſi à cauſa ualde forti. Amplius eorum uirtutes ſunt debiles: In iuuenibus autem, & pueris plurimum accidunt. & eſt in infantibus leuior propter humiditatem eorum. Et quandoque eſt in eis cum profundatione ſomni propter eleuationem uaporum ad caput. Et Hipp. quidem dixit, quòd ſi alicui accidit in febre cauſon tremor, tunc permiſtio mentis reſoluit ab eo tremorem. Et uidetur ut ſit illud, quoniam cerebrum calefit ualde, & calefiūt nerui: & eſt ueriſimile ut ſit cauſon, & ſit permiſtio mentis, quę reſoluitur per tremorem, propter expulſionem materierum ad neruos. Et plurimum

mum quidem consumitur cum uomitu, & solutione uentris, aut sudore, aut fluxu sanguinis narium.

Signa. Cap. 41.

Signa eius sunt inseparabilitas, & occultatio temporis, & uehementia accidentium ex asperitate linguæ, & ex citrinitate eius in primis, & ex nigredine eius secundo. Et ex retentione sudoris nisi apud crisim. Et uehementia sitis, nisi accidat tussis parua, quę sedat illam sitim sicut dixit Hipp. Et uidetur, ut sit uehementia, sitis eorum propter causam pulmonis: ergo cum mouetur tussi parua, humectatur per id quod currit ad ipsum ex carne molli. Et caliditas in causone quidem secundum plurimum non est ita fortis in exterioribus, sicut fortitudo eius in interioribus. Et est confractio in ea leuior, quàm in alijs. Et in facta quidem ex cholera, fortia fiunt accidentia mala ex uigilijs, & inquietudine, & adustione, & permistione mentis, & fluxu sang. narium, & dolore capitis, & pulsatione temporum, & profunditate oculorum, & solutione uentris cum cholera pura, & casu appetitus. Et quando accidit infantibus, abhorrent mamillam, & non recipiunt eam, & corrumpitur illud quod sugitur de lacte, & acetat.

Cura causonidis. Cap. 42.

Est cura tertianæ puræ. Et cum indigent euacuatione, sicut cum illis, quæ dicta sunt, tũc festinatio est melior. Complementum uero est apud digestionem. Et non phlebotomentur, fortasse enim inflammabit eos: & fortasse iuuabit eos, si fuerit illic turbiditas, aquæ, & rubedo. Verum indigent subtiliatione, & infrigidatione uehementiore, & infrigidatione actuali eius quod ipsi sumunt. Et cum times casum uirtutis, est necessarium cibare eos, quamuis non appetant: & proprie in eo ex quo resoluitur res plurima: multoties enim aduenit eis bolismus propter priuationem sensus. Et indigent lenificatione in principio fortiori, & curationibus febris acutæ prædictis, secundum omnes modos uel uias narratas. Et quandoque conueniens est ut dormiant apud teporem paruum febris super aquam tamarindorum. Et quandoque ponitur in ea parum camphoræ. Et diligitur eis syrupus acetosus, aut emulsio seminis portulacæ, aut emulsio seminis endiuiæ: & batech alzachi est eis bona ualde. Et consideret in potatione aquæ frigidæ secundum quod diximus illud. Quod si non fuerit quod prohibeat detur in potu de ea etiam usque ad infrigidationem uehementem, uel usque ad extinctionem. Et fortasse aduenit eis permistio mentis, & obliuiscuntur petere aquam: quare oportet, ut sorbeant de ea qualibet hora paulatim, paulatim sorbitiones plurimas: & proprie in eo cuius linguam uides siccam. Et cura accidentia eius superfluæ cum eis, quæ diximus in capitulis suis. Et oportet ut caueatur in eis superfluitas sangui. narium, est enim de eis in quibus magnificatur timor apud eos. Et oportet ut obseruetur anhelitus eorum: & non dimittas partes pectoris spasmari. Et oportet ut obserues capita eorum cum aceto, & oleo rosaceo, & sandalis, & aqua rosacea, & camphora, & his similibus. Et embroces cum decoctionibus in quibus decocta sunt ea, quæ diximus. Et quando fortes sunt in eis uigiliæ, tunc cura eos. Et non est malum, ut in potu des syrupum de papauere etiam, & si fit de nigro, in huiusmodi dispositione. Et in fine eius da in potu trochiscos, qui cõueniunt eis, sicut sunt trochisci de camphora. Et in illa hora conuenit eis syrupus acetosus cum emulsione seminis cucumeris, & seminis endiuiæ, & seminis portulacę, de unoquoque eorum sit pondus, drach. 2. Et syrupi acetosi sit pondus, drach. 25. usque ad 35. secundum quod uidetur. Et si fuerit illic uentris solutio, tunc dentur trochisci de spodio constrictiui. Trochisci boni. Recip. spodij, ros. ana drach. 2. s. croci sextam, drach. 1. seminis portulacę, seminis endiuiæ ana drach. 3. seminis cucurbitæ, seminis cucumeris ana drac. 2. sandalorum, drach. 1. s. succi liquiritię, amyli ana drach. 1. camphoræ sextã, drach. 1. s. & dosis eius sit drach. 1. Et iterum ros. drach. 4. sem. melonis, alchaiar & alcheta, & portulacę omniũ ana drach. 2. croci tertiam, drac. 1. camphoræ sextam, drach. 1. gummi, amyli, dragaganthi, succi liquiritiæ ana drac. 1. dosis eius, drach. 2. Et cum declinat ægritudo manifeste, tunc non est malum uti balneo, cuius aqua declinat ad frigus. Et illi in quibus magis diligitur balneum ex eis, sunt quorum febris est ex phlegmate salso.

De febre sanguinis. Cap. 43.

Opinatus est Gal. quod non fit febris sang. à putredine sanguinis. Nam sanguis cum putrefit, fit cholera, & non est sanguis: fit ergo tunc febris cholerica, non sanguinea: & fit causon prædictus aut tertiana: & cura eam cum illa cura. Hic uero sermo eius est contrarius sermoni Hipp. & contrarius ei quod est conueniens: & plurimum quidem erroris eius est in sermone eius: quando putrefit sanguis, fit cholera: iste enim sermo facit opinari duas intentiones, quarum una est: quòd quando putrefit, peruenit ad hoc, ut fiat post putredinem cholera: sicut dicitur, lignum quando inflammatur, efficitur cinis, & secunda, quòd quando putrefit, fit in dispositione qua ipse putrefit cholera: sicut dicitur, quòd lignum quando calefit, fit cinis. Consideremus itaque in unaquaque duarum propositionum.

Intel-

Intellectus vero primus est corruptę acceptionis tribus modis, quorum primus est, quòd sanguis quando putrefit conuertitnr subtile eius ad choleram malam, & spissum eius ad melancholiam: non ergo cum totalitate sua fit cholera. Et secundus est, quòd illud fit post putredinem: & nostra consideratio est in dispositione putredinis, & tertius est, quoniam post illud fit cholera, & non scimus, an in ea fit putredo, an non: nam plurimę res putrefiunt, & separatur ex eis subtile, & spissum: & non est in spisso, neque in subtili putredo: quoniam nō est necessarium vt fit putridum id, quod generatur à putrido: fit enim ex putredine, quod non est putridum. Et si generatio eius à putredine faceret putredinem eius necessariam, oporteret vt esset spissum cinerulentum iterū putridum: esset ergo illic febris melancholica iterum: hoc ergo est illud, quod facit esse necessarium expositio eius, quod primo intellectum est. Quod verò intelligitur secundo, est mendacium purū, quoniā putredo est via corruptionis: & putredo quidem habet tempus. Et conuersio sanguinis in choleram nō fit in tempore. Immo putredo quidem est corruptio accidens sanguini dum est sanguis: sicut accidit phlegmati, dum est phlegma: & non fit cholera, neque melancholia, nisi conuertatur post illud cum complemento putredinis. Verum veritas sana est sermo Hip. quòd ex sanguinis putredine generatur febris. Dicamus ergo nunc ꝙ febris sanguinis est febris putredinis, & febris calefactionis, & ebullitionis, quam nominauit Hippo. synochum cōclusum non alias. Et plurimum ebullitionis eius est ex oppilatione suffocante caliditatem. Et quandoque fit à causis alijs, quæ vehementes fiunt supra vehementiam febris ephimeræ. Et quandoque nominantur inflammatiuæ vel incensiuæ fortes: & est de summa febriū, quæ sunt inter febres putredinis, & febres ephimeras: quæ differunt à febribus ephimeris, propterea ꝙ calefactum primum in ea est humor: & differt à febribus putredinis, quoniam nō est ei putredo: & est febris acuta, non febris ephimera, neque febris hectica, neq; febris putredinis. Et multoties quidem permutatur ad febrem putredinis, aut febrem hecticam. Et multoties quidem facit eā currere Gal. cursu febrium diei. Et videtur Gal. ꝙ febris sanguinis non componitur cum reliquis febribus, quoniam putredo in sanguine est communis omni humori: & in hoc est contradictio quibusdam intentionibus suis, in quo non est necesse prolongare sermonem, quoniam non iuuatur cū eo medicus. Et causa quidem huius febris est repletio, & oppilatio, & plurimum eius est exercitio proprie nōn consueto: & dimissio euacuationis, deinde vsus exercitij laboriosi. Et quandoque facit putredinem in eo multa aquositas sanguinis ex commestione fructuū aquosorum, quare conuertitur ad putrediné: & multitudo humoris crudi in eo est propinqua, quare præparat ipsum ad putredinem: sicut qui generatur exalcheta, & alxethed, & piris & similibus. Et hæc quidem febris est continua, quæ non tepescit propter continuitatem materiei, & eius adhærentiam vsq; ad crisim, aut mortem: & eius species sunt tres, quarum saluior est paracmasticus incipiens cum difficultate. deinde non cessat diminui, quoniam resolutio in eo est maior quam putrefactio. Deinde est homotenus: & fortasse similatur septē diebus. Et nequior eorum est acmasticus, quoniam resolutio in eo est minor quàm putrefactio, & eius crisis est vsque ad septimum secundum plurimum. Et eius consumptio est cum euacuatione, aut sensata, aut insensata. Et quandoq; permutatur ad causonidē, & ad sirsen: & quādoq; permutatur cū infrigidatione plurima ad lethargiam, & qńq; permutat ad variolas, & morbillū: & quandoque accidit in ea ventositas, & inflatio ventris, ex qua prouenit sicut vox tympani, & non deponit eam ventris solutio cū inquietudine. Et quando solutio ventris non valet, deinde egreditur asaf viridis lata proprie est de signis mortis.

Signa. ***Cap.*** **44.**

Signa febris sanguineæ sunt adhærētia febris: & rubedo faciei, & oculorum. Et inflatio venarum, & temporum. Et repletio completa absque rigore. Et non est sudor nisi apud crisim. Et multoties associatur ei pruritus in naso, & in loco ventosato, vel vbi iam positæ fuerint ventosæ: & constrictio in anhelitu: & multoties accidit eis profunditas somni, & difficultas sermonis, & est malū: & similiter apostema gutturis, & duarū amygdalarum, & vuæ: & cursus lachrymarum. Et caliditas eius est plurima humida vaporosa similis caliditati balnei non sicca, sicut in causonide: & pulsus eius est magnus, lenis, fortis, plenus, velox, frequens valde, diuersus, non plurimæ diuersitatis, & est minoris diuersitatis, & velocitatis quā in causonide & in tertiana. Et non est caliditas eius in termino causonidis, & tertianæ fortis. Et illius quæ ex ea est à putredine, & caliditas, & accidentia sunt vehementiora, & cura eius est difficilior, & magis similis cum causonide. At verò subtilitas sang. & grossitudo cognoscuntur propter illud quod egreditur de eo. Et synocha feruida est res magis similis in principio sui febri ephimeræ: verum caliditas eius est paruæ mordicationis, & læsionis: & inuenit ex ea inflammationem, & dyspnœam, & est plurimū impressionis eius propé cor. Putrida vero est æqualis, & similis æquali secundum plurimum. Signa autem permutationis eius sunt cuiusque eorum ad quod permutatur & pfocationis, & apostematū gutturis, & duarum amygdalarum: & tu iam sciuisti ea. Et signa variolarum scies: & signa sirsen, & doloris capitis,

tis, & permistionis mentis; & aliorum iam sciuisti. Signa vero longitudinis eius, sicut iam sciuisti, sunt ex postpositione signorum digestionis, & tornatilitate faciei, & diuersitate dispositionis eius in spatio suo ex additione, & statione, & diminutione, ita vt sit quasi ipsa sit tepida. Illud enim significat, quod sang. est plenus humore crudo. Spatium vero crisis eius significant apparitio signorum digestionis: quæ si tardatur vsque post tertium, & quartum, non fit crisis in septimo. Et multoties quidem fit crisis eius in quarto.

Cura febris sanguinis. Cap. 45.

INtentio in curatione febris sanguinis est euacuatio plurima vsq; ad syncopim. Et ingrossatio substantiæ sanguinis, si fuerit subtilis valde aquosus, aut cholericus. Et infrigidatio eius, & mundificatio, & subtiliatio ipsius si fuerit grossus & iam sumpserit æger prius generatiua sanguinis grossi, & generatiua humoris crudi. Et digestio materiei facientis febrem, & eius resolutio. Euacuatio aũt nõ est aliqua sicut phlebotomia ex manu, in quacunque hora accidat: & non expectatur crisis, neq; digestio, nisi sit repletio nauseatiua: tũc enim caue eã, & remoue ipsam. Quod si febris perseuerauerit, tunc phlebotoma: & non cesses phlebotomare, donec æger appropinquat syncopi, aut cadat in syncopim, si corpus fuerit forte: syncopis nanque infrigidat complexionem fortem. Et scias quod phlebotomia, & sumere in potu aquam frigidam quandoque excusant à regimine alio. Et partitio quidem in ea est melior si non fuerit quod necessariam faciat festinationẽ: nam fortasse erit in ea, quæ est infra appropinquationem syncopis, sufficientia vel vltimatio in curatione. Et fortasse sequetur phlebotomiam vltimam statim fluxus ventris cholericus, & sudor, quẽ oportet omni hora abstergere ita quod abstersio successiue fiat vel abstersio cõtinue succedat sudori, fortasse.n. saluabitur cũ eo. Et succurratur ei, q accidit de debilitate, & syncopi cũ cibo subtili, & quiete. Et oportet vt continuetur lenificatio naturæ cum illis, quæ sciuntur de illis, quæ sunt sicut aqua duorum granatorum. s. dulcis & muzi vsq; ad terminum, & siracost, & tamarindi, & collyria leuia de quibus diximus. Et quandoq; est necessarium apud digestionem euacuare cum eis, quæ sunt sicut myrabol. & fumus terræ, & cassia fistula, & his similia de illis, quæ sciuisti. Quod si dispositio non tolerat phlebotomiam in manu, phlebotometur vena, quæ est inter duo cornua frontis, aut ponantur ventosæ. Si autem non præparatur aliquid eorum, & hoc propter accidens quod prohibet, tunc fac solutionem ventris secundum modum, qui est in causonide. Et infrigidatio sit cum eis, quæ aperiunt, & incidunt, & sedant ebullitionem. Et si acciderit ex phlebotomia syncopis, ciba eum pane, & aqua acrestæ. Quod si accidat fluxus sang. narium per se, non abscindatur nisi cum appropinquauerit syncopis. Sanguinis vero ingrossatio fiat cum eis, quæ sunt sicut rob iububarum: & est, vt decoquantur .c. iububæ cum lib.v. aquæ, donec remaneat tertia, & inspissetur cum zuccaro: & quanto plus minoratur zuccarũ, tanto est melius. Et lentes iterum proprie præparatæ cum aceto acetoso forti sunt huius generis. Et caue ne des in potu rob iuiubarum, aut corpus lentium, materia existente grossa. Eius vero infrigidatio fit cum eis, quæ sunt sicut aqua lentium infrigidata: & aqua lactucę infrigidata: & sumere in potu aquam frigidam, si non fuerit quod prohibeat: & fortasse sumitur in potu donec tremere faciat, & infrigidet vehementer, forsitan enim sanat eum. Et quandoque permutatur febris ad phlegmaticam, & curatur cum trochiscis de rosis. & similibus. Et hæc quidem cura est quorundam antiquorum: & secuti sunt eam quidam modernorum. Dare autem in potu aquam hordei, est curatio conferens ei, sed cum lenitate naturæ. Et melior horarum ad hoc, est hora vehemẽtis ebullitionis, & angustiæ, & inflammationis, & frequentiæ casachan. Et scias quod esse contentum infrigidatione, & dimittere phlebotomiam, & ventris solutionẽ, addit in oppilatione, & coarctatione: quare additur putredo & caliditas in secũda dispositione. Mundificatio autem fiat secundũ diuersitatem exigẽtis virtutis, & debilitatis, cum digerentibus humorem crudum, quoniá fortasse ipse est causa in putrefactione sanguinis. Et in fine eius da ei in potu, quæ sunt sicut trochisci de camphora, & trochisci de spodio. Et isti etiam trochisci sunt boni. Recip. spodij drach. 3. seminis portulacæ drach. 5. seminis cucumeris drach. 4. seminis cucurbitæ drach. 6. gummi, & dragaganthi, & amyli omnium ana drach. 3. succi liquiritię pondus drach. 7. fiant ex eis trochisci. Descriptio alia, & proprie apud debilitatem hepatis. Recip. rosarum drach. 3. succi berberis drach. 2. seminis cucumeris, & melonis, & alchetha. i. cucumeris anguinalis, & portulacæ, & spodij omnium ana pondus drach. 1. gummi, & dragaganthi, & amyli omnium ana drach. 5. rauedsceni, & croci, & camphoræ omnium ana pondus quartæ drach. 1. fiant trochisci. Cibi vero sint illi qui fiunt ex iuiubis, & illi qui fiunt ex lentibus cum aceto, & granatis, & sumach. Et si sit aliquid eorum constrictio cuius timeatur, frangatur cum siracost, & prunis, & cum cibo qui fit de cucurbita, & cum cibo qui fit ex succo limonum vel ex acetositate citri vel aranciorũ. Et eius fructus sint pira de sceni, & granata, & mala de sceni. Et eius olera sint alcheta. i. cucumer anguinalis, & cucurbitæ, & alkehethed, & endiuia, & portulaca, & herba dicta acetosa, & coriandrum, & quæ sunt eis similia. Et si accidat dolor capitis, aut pulsus cordis, aut vigiliæ, aut profunditas

funditas

funditas somni,aut fluxus sanguinis narium super fluus, destruens virtutem, & alia de accidentibus difficillibus: cura cum eis, quæ docuimus te in loco suo.

De febre phlegmatica. Cap. 46.

SCiuisti quod febris putredinis phlegmatis quandoq; est paroxysmalis: & quandoq; est inseparabilis & sciuisti causam in hoc. Et sunt ei horæ sicut reliquis febribus, & minor horarum sui principij secundum plurimũ est 18. dierum: & eius eradicatio in pluribus est inter 40. & 60. dies. Et saluior earum est illa, quæ est mundorum tepo rum, & præcipue illa, quæ est multi sudoris: significat enim subtilitatem materiei, & paucitatem eius, & raritatem coporis. Longior ergo partium huius ægritudinis est augmentum: quamuis eius declinatio iterum fit lõgior declinatione tertianę plurimum. Et phlegma quidẽ putridum quandoq; est vitreum: & quandoq; est acetosum: & quãdoq; est dulce: & quandoque est salsum: & tu iam sciuisti quomodo ex salso fit causon. Et plurimum quidem accidit febris phlegmatica humidis: & ociose viuentibus, & senibus, & infantibus, & patientibus nauseatiuam satietatem, & exercitantibus, & balneantibus se super repletionem, & habentibus eructuationem acetosam, & habentibus repletionem, & patientibus, & descensum catharri ad stomachum, qui putresit in eo. Et parum quidẽ euacuatur à lesione in ore stomachi. Et scias quod cum omni febre cum qua est frigus, coaftringitur pulsus, & minoratur.

Signa phlegmaticæ periodicæ. Cap. 47

IN illa quidem in qua causa est phlegma vitrũ, aut acetosum, frigus multiplicatur valde. Et rigor in vitreo est vehementior. At frigus non incipit in ea subito, immo paulatim in extremitatibus: deinde perueniunt ad hoc vt fiant sicut nix, quæ non calefiunt nisi cum difficultate, neque calefiunt subito, neq; secundum gradationem continuam: immo paulatim cum reditu frigoris; & fortasse commiscetur frigori eius in principio horripilatio. Fit ergo frigus propter illud, quod non putruit: & horripilatio propter illud quod iam putruit: Et maius frigus eius, & ipsius rigor, sunt in periodis status. Et hæc quidem febris non est ex materia, quæ faciat punctionem, ita vt sit causa rigoris secundum viam expulsionis, putredo nãq; eius est putredo rei lenis: Et incipit cum grauitate, & profunditate somni. Et multoties incipit in paroxysmis primis sine frigore, & sine rigore, immo postponitur vsque ad tempus: & fortasse erit frigus, & non erit rigor. Et multoties incipit cum syncopi, & quandoque non fit. Et in hac quidem ægritudine multiplicatur syncopis propter debilitatem oris stomachi, & casum appetitus, & priuationem alistimbre: quæ est præparans materiã nutrimẽti, & virtutis. Illam vero, quę est ex phlegmate salso, antecedit horripilatio, & non fit vehemens frigus eius. Illam autem quæ est ex phlegmate dulci raro antecedit in principio vsque ad plurimos paroxysmos horripilatio, neque frigus, neque rigor. Et plurimæ quidem periodi febris phlegmatis incipiunt cum syncopi: Et iam apparet in ea in principijs calor vehementior: & in postremis minoratur illud. Et videtur vt sit causa in hoc, quoniam putredo antecedit prius ad magis dulce, & magis salsum, & magis subtile, deinde ad grossius & frigidius. Et tactus caliditatis eius in primis est debilis, & vaporosus, deinde cum prolongatur positio manus super membrum, sentit manus acuitatem & mordicationem. Veruntamẽ non est similis, neque æqualis in omnibus super quæ cadit manus: immo est diuersa: quoniam inuenit in loco vno adustionem, & in loco alio lenitatem: & est quasi caliditas coletur post rem cribellatam: quoniam phlegma viscosum est, quare diuersificatur eius passio & eius subtiliatio à caliditate: sicut accidit in reliquis viscosis cum ebulliunt: ipsa enim disrumpuntur seu vesicantur in quibusdam locis, & non disrumpuntur seu & non vesicantur in locis alijs. Et qualiscunque si caliditas eius secundum plurimum minor est, quam vt inflammet, & angustiam faciat, & magnificet desiderium aeris frigidi, & aquæ frigidæ, neque huiusmodi caliditas declinat ad discooperturam & inquietudinem, & magnificationem anhelitus, & exufflationem. Et multoties quidem accidit caliditati eius ut stet ad quantitatem horæ unius aut duarum horarum, qua existimatur quod ipsa iam peruenit ad statum, cum ipsa adhuc sit in augmento. uidebis enim eam iam incipere augmentari: & similiter sunt ei in declinatione stationes. Et febres quidem phlegmatis sunt multæ humorositatis uel roritatis in cute propter multitudinem humiditatis, & uaporis sui, pauci sudoris propter uiscositatẽ humoris. Et cũ sudare facit, est res non exuberans. Et de prioribus significationibus eius, est paucitas sudoris, et priuatio eius. Et sitis quidẽ minoratur in febribus phlegmatis, nisi propter causam salsedinis, aut causam uehementiæ putredinis eius: et cum hoc est minor, quam sitis quæ est in alijs. Et inflatio laterum multiplicatur in eis. Et quandoque accidit cuti lateris, ut subtilietur cum tensione. Color autem patiẽtium phlegmatis febrem, est decliuis ad uiriditatem, et citrinitatem, currentes in albedinem: ita ut sit illud ꝙ aggregatum est, sicut color plumbi ita ut in statu etiam. Et raro quidem rubet color in eo cuius rubedo sit rubedo in statibus reliquarum febrium. Pulsus uero eius est pulsus paruus, submersus, debilis, rarus in primis, deinde fit frequens in fine. Et freguẽtia quidem eius et eius paruitas, uehementior,

tior est quam frequentia quartanæ,& tertianæ:& eius paruitas, & vehementia frequentiæ eius est, propter vehementiam paruitatis ipsius:verum nō est velocior pulsu quartanæ: & quandoq; est tardior eo: aut similis ei in primis, & est vehementis diuersitatis, cum priuatione ordinis. Et parui, & debiles ex eis, sunt in diuersitate eius plus. Et significationes quidem pulsus super eam sunt de certioribus significationibus. Vrina autem eius in primis quidem est alba, subtilis propter multitudinem oppilationum,& frigoris: deinde fit rubea propter putredinem,& conturbatur propter malitiam digestionis, & quandoque alteratur in ea dispositio hora post horam. Et quando remanet ex materia grossa, & resoluitur putridū, & redierint oppilationes dealbabitur vrina, deinde quando putrefit res plurima post illud & expellitur, & aperiuntur oppilationes, rubet vsquequo redeat ad oppilationes, quod oppilet eas vice alia de illo eodem humore. Eius vero egestio est lenis, subtilis, phlegmatica. Et de eis, quæ significant quod febris est phlegmatica, est vt sit paroxysmus eius. 18.horis, & dimissio eius.6.horis: & non est dimissio eius, dimissio munda, quoniam materia cū grossitudine, & viscositate est multa. Et significāt ipsam ætas, & consuetudo, & tempus, & regio,& cibi, & aduentus causarum antecedentium ex sacietate nauseatiua: & significant ipsam forma prę dicta ex colore faciei, & inflatione eius, & lenitas tactus: & debilitas oris stomachi, & casus appetitus. Et quandoq; magnificatur in ea splen,& antecedit eam eructuatio acetosa in pluribus horis multoties.

Signa phlegmaticæ inseparabilis, & est illa, quæ nominatur latica. Cap. 48.

SVnt sicut reliqua signa febris phlegmaticæ, præter eradicationem, & φ similatur eradicationi. Et præter inceptionem cum rigore, & frigore & horripilatione, & est res magis similis hecticæ & est istic tepor in sex horis, & simile ei supra illum qui fit in continua, quoniam periodica etiam non euacuatur à tepore qui tamen est occultus nō apparens. Febres, quæ sunt secūdum plurimum de genere phlegmaticarū, & sunt quādoque ex cholera: & non sunt ex eis, quæ fiunt ex melancholia appropriatæ cum nominibus, & iudicijs. Et sunt febres empialos,& liparia: quæ ambæ sunt de summa febrium in quibus diuersificantur loca caloris & frigoris intus & exterius, propter diuersitatem, loci eius, quod putrefit,& quod non putrefit. Et ipse sunt tres diuisiones & sunt febris appropriata nomine syncopalis humorosa, & febris syncopalis minuta, & febris diuturna, & nocturna.

Febris in qua occultatur frigus, & apparet in ea calor & est empialos.i.epiala. Cap. 49.

HAec febris fit ex phlegmate vitreo, comprehenso in occulto, & profundo, quod infrigidat locum vbi est. Verum ipsi accidit iam putredo quare spargitur ex ea vapor eius quod putrefit & dispartitur & inflammat in exterioribus: & illud quod non est putrefactum infrigidat in interioribus. Et eius quidem frigus non fuit apparens in huiusmodi tempore, quoniam fuit quietum consuetum, & patitur ab eo id quod occurrit ei: cum ergo incipit in eo putredo, mouetur, & spargitur sparsione quadam, quamuis nō perueniat ad hoc, vt cōmunicet toti corpori. Signa. Signa eius sunt eadem, quæ prædicta sunt. Et quod eius vrina est frigida, cruda, minoris caliditatis quā vrina aliarum sui generis. Et pulsus eius est rarus, tardus. Et ipsa secundum plurimum additur omni die. Verum propter grossitudinem materiæ suæ conuertitur quandoque in quartanā, & tertianā. quoniam huiusmodi materia in corpore est pauca & paruæ putrefactiōis accidēs raro & paucitas eius est ex causis elongationis periodi, & hoc non extrahit eam ad hoc quin sit phlegmatica, sed ipsa est phlegmatica propterea quod putredo est putredo phlegmatis, non propterea quod paroxysmus redeat omni die. Spatium vero paroxysmi eius est à quatuor horis vsq; ad.24.horas & secundum plurimum consumitur ante illud: quoniam hæc materia non est cum illa multitudine.

Febris in qua occultatur calor, & apparet in ea frigus & est liparia.i.lipyria. Cap. 50.

HAec febris secundum plurimum est phlegmatica, & quandoque est cholerica ex cholera grossa valde. Quomodo autem est phlegmatica? est quoniam phlegma intrinsecum quando inflāmatur & putrefit, calefacit illum locum,& quoniā non resoluitur, non calefacit exteriora corporis cum sparsione uaporis sui calefactione plurima. Et quoniam uirtus effunditur ad locum ubi est læsio, tunc euacuantur exteriora a calore: quare infrigidantur proprie quando in exterioribus sunt phlegmata cruda uitrea frigida. Et iterum quoniā resoluitur multoties ex eo uapor, qui non putrefit, sed ascendit & separatur propter caliditatem, & associatur ei caliditas spatio paruo, deinde separatur ab eo separatione uaporis aquæ calefactæ. Cum ergo separatur ab eo, & fuit in radice ante putredinem uehementis frigiditatis, redit & infrigidat corpus. Modus autem quo fit cholerica est, quoniam cholera, quando est pauca, & intrinseca, & putrefit, & calefacit locum, & non resoluitur ex ea aliquid, accidit quod diximus in sua simili ex phlegmate. Et appropriatur hæc cholerica nomina taburos. Verum liparia est nomen generis, & est longioris spatii quàm hæmitritæus. Et habet aliquis ut dicat, quomodo erit febris & non procedet in ea caliditas ex corde in totum corpus? illud nanque quod narratur, est de genere eius, in quo non procedit caliditas ex corde in totum

totum corpus. Responsio itaque est, quòd in diffinitionibus harum rerum attenditur una cōditio, ut non sit quod prohibeat, sicut diffinimus aquam frigidam & humidam, quando dimissa fuerit secundum naturam suam, & non fuerit quod prohibeat: & diffinimus graue quod est illud, quod tendit inferius quando dimissum fuerit cum sua natura: & in istis omnibus caliditas peruenit ad cor, & procedit in arterias, & spargitur. At uero accidit prohibitio illius, in quibusdam locis, sicut accidit si ponatur pruina uel glacies super ipsum. Nocumentum uero eius necessarium est esse actu.

Febris in qua fit vnaquæque duarum rerum, in uno quoque duorum locorum. Cap. 51.

SI hæc febris fuerit, non erit nisi ubi sunt duæ materiæ frigidæ motæ, propter putrefactionem quarum una est in interioribus, & altera in exterioribus, & non est aliqua earum plurimæ sparsionis. Deinde cum incipiunt putrefieri, mandat vnaquæque earum uaporem calidum comprehendentem cum partibus suis, & ubi est frigidum. Et tu quidem iam sciuisti causam in infrigidatione humoris frigidi in dispositione motus.

Febris syncopalis humorosa. Cap. 52.

HAec secundū plurimum est propter phlegma crudū spissum uel grossum separatum plurimum, quod iam uincit uirtutem. Et secundum plurimum adiuuat malitiam uel nocumentum eius debilitas oris stomachi. Et quando mouetur, & incipit in putrefactione uincit uirtutem plùs, & facit eam hæsitantem: quæ si dimissa fuerit cum materia, non sufficiet cōtra materiam. Et quando occupatio fit in euacuatione eius cum facilitate, fit inobediens, aut mouetur motu præfocante uirtutem. Et quando occupatur in euacuatione eius cum solutione uentris, aut phlebotomia cum labore, non tolerat uirtus: Quomodo enim tolerabit, cum sit illic cum sua quiete syncopis? Et cum hoc toto ipsi indigent euacuatione uehementer. Et iterum ipsi indigent cibo uehementer, quoniam in humoribus eorum non est quod nutriat corpus, & uiuificet ipsum: & corpus eius est priuatum nutrimento. Quod si studueris in cibando, additur in materia aggrauante: & si non cibatur, cadit uirtus. Et accidit in inceptione sui, ut effundatur ad cor res frigida faciens accidere syncopim, & minoratur pulsus, & tardatur, & fit rarus. Amplius natura solicita est in calefactione materiei, & subtiliatione eius: & putredo, quæ mouetur in quasdam partes eius adiuuat super eam: quare euadit cor à nocumento frigoris eius, & cadit in nocumentum caloris: eius quare fit pulsus uelox, & proprie in constrictione sua, plusquam sit uelocitas aliorum: quamuis illudquod uincit cum hoc, sit paruitas, & tarditas, & raritas. Et periodus eius est periodus phlegmaticæ, & non alteratur ab ea: & est cum ea inflatio faciei, & mollities corporis. Et colores habentium eam non figuntur super dispositionem unam propterea quòd materia earum non figitur super unam dispositionem immo quandoque est cinerea, & plumbea eius materia, & quandoque fit citrina, & quandoque fit nigra: & quandoque fiunt labia eorum sicut labia comedentis mora. Oculi uero eorum sunt fusci, uirides, exeuntes ualde apud cōmotionem ægritudinis, & fit sicut squinantici. Et quod est sub hypocondrijs eorum, est uehementis inflationis, & similiter uiscera eorum. Et quandoque euomunt acetosum. Et quando est eius apostema in quibusdam uisceribus, tunc non speratur omnino. Et quandoque accidit eis in quibusdam horis ex cholera dominante grossa: & fit cum ea in uisceribus adustio, & euomunt choleram, & sunt ei periodi phlegmaticæ secundum plurimum.

Febris syncopalis minuta subtilis. Cap. 53.

HAec febris est acuta, faciens cadere pulsum & uirtutem in paroxysmo uno aut duobus paroxysmis cum additione dissolutionis accidente in corpore cum uelocitate. Et quandoq; non sufficit cum ea uirtus usq; ad 4. & fit ex chymis subtilibus, quorum plurimi sunt cholerici uehementis subtilitatis, & profundationis, malæ substantiæ uenenosæ, cui iam accidit putrefactio in corporibus calidæ complexionis, sicce ualdæ, & plures paroxysmi huius febris sunt paroxysmi tertianæ.

Febris diurna, & nocturna ex phlegmaticis. Cap. 54.

DIurna est cuius paroxysmus accidit in die, & eius tepor in nocte. Et nocturna est econuerso, & utræque sunt malæ: sed diurna est longior, & deterior. & facit cadere multoties propter longitudinem suam, & suum euentum in calore diei, in hecticam. Et si ipsa non esset sæua, non accideret hora apertionis pororum, & resolutionis uaporis: & non accidit nisi propter multitudinem materiei, & fortitudinem eius. Et est necessarium cum hoc, ut patientes eam cibentur in nocte, & non permittantur dormire super repletionem stomachi: & præcipiantur uigiliæ, & est ex eis, quæ faciunt cadere uirtutem. Et tolerantia febris in calore diei, & uigiliæ in frigore noctis, sunt ex eis magis dignæ quæ faciunt cadere in hæcticam: & ad summum est de genere febrium difficilium.

Cura phlegmatica periodica. Cap. 55.

Cura huius ægritudinis diuerſificatur ſecundum horas ſuas,ſcilicet principium,& augmentū,& ſtatū,& declinationē.Et ſecundū apparitionem digeſtionis in ea, &eius occultationem: Et diuerſificatur ſecundum materias ſuas.ſ. phlegmaticā acetoſā,& flegmaticā uitreā, & phlegmaticam ſalſam & dulcem . Et omnes eius ſpecies communicant in hora principii in tribus rebus: in neceſſitate lenificationis æqualis, aut vomitus:Et in neceſſitate adminiſtrationis ſubtiliantium,& incidentium,& diureticorum.Et cum ſuperuenerint febri dies tres,ſubtiliatur in ea materia propter febrem:& ſi ante illud mouebis,nocebis, & non facies aliquid.Et in præſeruatione ab aliquo nocumento cum ſubtiliatione regiminis declinante ad æqualitatem.Et fortaſſe eſt cōtentus aqua hordei in primis tribus diebus, ſperando ꝙ ſit ſtatus eius propinquior, propter ſubtiliationem materiei aut paucitatem eius. Quòd ſi certe ſciretur, ꝙ ſtatus eius eſſet tardus, non ſubtiliaretur regimen quàmuis fames, & ſomnus ſuper famem, & exercitium ſuper famem,ſi non debilitant, ſint vltima in iuuamento huius ægritudinis, immo declinaretur in principio ad ingroſſationem vſque ad ſeptimum,deinde gradaretur:uerum cura conueniens eget vt ſubtilietur regimen in primis.Si autem ſtatus apparet longinquus,posſibile eſt ut ſuccurratur illi cum ingroſſatione regiminis:deinde gradetur vſque ad horam ſtatus, quoniam tempus eſt ſufferens hoc in hac ægritudine, non ſufferens in acuta. Cumque pertranſierit ſeptimus, non ſtes tunc ſuper ſubtiliationem:quoniam illa debilitat, & addit in debilitate oris ſtomachi.Et quoties ſenſeris longitudinem maiorem,ſubtilia minus : quā uis ſubtiliatio eius in ipſa,omnino magis ſit neceſſaria quàm in quartana.Et ſimiliter oportet ne feſtines cibare ipſum cum eis, quæ ſunt ſicut pulli, & panis cum mezaurat niſi timeatur debilitas:aut appareat declinatio. Amplius diuerſificatur cura eius,cuius cauſa eſt phlegma ſalſum, & dulce : & cuius phlegma eſt uitreum, & acetoſum, & ſit ex eis febris quæ dicitur ferumundus.i.alzemheririe in qua corpus non caleſit, Veruntamen in duabus primis neceſſaria eſt lenificatio cum medicina leni,& infrigidatio quædam:Et in duabus ſecundis cum medicina magis laborioſa : Et in duabus primis indigetur inciſione cum ſubtiliatiuis, in quibus non eſt calefactio plurima,quàmuis ſit exiccatio plurima.Et in duabus ſecundis neceſſarium eſt illud quod ſubtiliet cum inciſione,& calefactione cum acuitate,& proprie quando phlegma eſt permiſtum cum melancholia.nam neceſſaria ſunt in huiuſmodi ea,qua ſunt ſicut diacyminum,& confectio de ſulphure,& adminiſtratio ſalſorum. Et conuenientiores medicinæ quę adminiſtrantur in principio , ſunt geleniabin uſque ad diem ſeptimum.Et non eſt malum vt adminiſtretur iterum aqua fœniculi, & aqua endiuiæ, & aqua apij cum geleniabin ſecūdum neceſſitatem. Et ſyrupus acetoſus eſt uehementis iuuamenti iterum . Et aqua mellis cum hyſſopo,& eſt posſibile ut conſequatur per eam illud,quod quæritur de lenificatione naturæ. Et proprie cum ſolutiuo facto de zuccaro & roſis rubeis nominatis perſicis: quoniam eſt ſolutiuum,& lenitiuum . Et quando neceſſarium eſt,ut confortetur eius lenificatio, confricetur in aqua iubleb: & permiſceatur ſi uoluerit cum caſſia.& penidiis. Et iterum geleniabin acceptum cum melle tereniabin permiſtū cum aqua iubleb. Et non fiat asſiduatio ſuper ea cum ſolutiuis in principio,& poſt ipſum , & proprie quando cum materia eſt cholera:illud enim perducit ad corruptionem complexionis . Et multi quidē homines dant in potu in principio,ſicut eſt medicina de turbit in omni nocte , & ſicut pilulæ de maſtice in hebdomada bis,& ſicut pilulæ de ſeminibus diureticis. Deſcriptio medicinæ de turbit. Recip. zinziberis,& maſticis amborum ana drach.1.turbit,ſicut alcohol.drac. 10. zuccari tabarzet quantum omnia: & detur in potu ei omni nocte aure. 1.& illud fiat quando natura eſt nō lenis. Si enim obedit omni die bis, non indiget hoc. Ego uero non diligo niſi expectationem digeſtionis, & lenificationem cum eis,quæ diximus prius : immo oportet ut euacuetur ex ea aliquid, & expectetur in reliqua uſquequo digeratur:& fiat illud cum facilitate paulatim,abſque ſuperfluitate,deinde perueniat ad diuretica . Et ſimiliter abhorreo quod eſt ſimile aquæ prunorum , & tamarindorum, & ſimilium de illis, quæ debilitant ſtomachum , & ſoluunt ſubtile . Et ſi materia fuerit decliuis ad additionem frigoris, miſceatur cum ea medulla cartami. Et ſi fuerit materia ad choleram decliuis, miſceatur cum eo ſyrupus uiol. aut uiolæ conditæ , & ſiracoſt,aut uiolæ ſiccæ contritæ.Et adiuues cum clyſteribus leuibus, factis ex melle, & ſale,& aqua ſiclæ, & oleo ſiſamino . Et uomitus ſiat cum aqua raphani , & raphano infuſo in ſyrupo acetoſo cum ſeminibus , & his ſimilibus. Et ſi neceſſarius eſt uomitus plurimus propter multitudinem eius quod accidit ei de nauſea , & alteratione ſaporis oris, adminiſtrentur grana raphani , & bibatur ex eis uſque ad aure.1. cum aqua frigida. Et uomitus quidem cum eo quod eſt in eo de debilitate ſtomachi , eſt uehementis iuuamenti ualde, & eſt ultimus huic ægritudini. Oportet ergo ut expectetur in eo ſeptimus , ut non accidat ex eo in principio debilitas apoſtemans corpus ſtomachi.Et ſi ſit difficilis in eo uomitus,non prouoces ipſum ſuper ipſum cum labore. Et ſi accidit uomitus, & proprie in principio periodi,nō retineatur niſi ſuperfluat,& debilitet:

tet, tunc enim reſtringatur ſicut cum miua, & ſyrupo de menta, quæ dicemus poſt. Et ſi accidat dolor capitis, adminiſtrentur embrocæ ex chamæmilla cum immisſione quatuor extremorum in aqua calida, & ligatione crurium cum fortitudine. Et ſi indigetur aqua hordei, adminiſtretur de cocta cum radicibus quantitate moderata: aut miſceatur cum ea ſyrupus acetoſus de melle, ſi non acetat in ſtomacho: aut aqua mellis, ſi acetat. Et melior hora in qua datur in potu illud, eſt, ſi fuerit in aqua eius in principio rei tinctura. tūc enim oportet vt in potu detur in primis de geleniabin, deinde detur in potu poſt ipſum duabus horis aqua hordei. Et non oportet ut fiat inunctio cum vnguentis reſolutiuis: & neque embrocatio fiat cum embrocis ſubtiliatiuis: cum ægritudo eſt in principio: & humor eſt in corpore ambulans: ipſa enim mollificant uiſcera ſua calefactione humida. Et alienetur aqua frigida. Et quoties uideris vrinam grosſiorem, & rubicundiorem, non erit malum ſi phlebotomaueris. Et neceſſarium quidem eſt, vt redeas tunc ad ſyrupos acetoſos. Et ſcias ꝙ fricatio eſt de curationibus iuuantibus eos: & quanto fuerit phlegma viſcoſius, & groſſius, tanto erit fricatio magis conferens. Et dicitur ꝙ fricatio cum tela araneæ cum oleo eſt iuuatiuā valde. Et quando incipit ægritudo augmentari, & poſt illud, tunc ſit tibi ſolicitudo plus de ore ſtomachi; & quod ipſum confortat. Et ſint maſticationes factæ ex menta, & maſtice, & aniſo: Et adminiſtretur vomitus cum raphano, ſecundum quòd diximus cum minoratione cibi. Et ſit cum geleniabin quod in potu datur in principio. Et poſt ſeptimum permiſtum quod confortet os ſtomachi: Et ſit in eo prouocatio plurima, ſicut aniſum, & maſtix. Et ſit cum aqua calida, & proprie in principio periodi: nam ipſum reſiſtit rigori & frigori, & extinguit cum hoc ſitim, ſi excitata fuerit. Et multoties quidem conceditur euacuatio phlegmatis, & humoris crudi in hac hora, ſed melius eſt vt expectetur in ea complementum digeſtionis. Et quando ęgritudo incipit cum calore, & asſiduat, iuuatur cum huiuſmodi trochiſcis. Recip. myrabolanorum citrinorum, aloes, ſucci eupatorii, ſucci abſinthii, omnium ana drac. 5. croci, & maſticis, amborum ana dra. 6. informentur trochiſci, & ſumatur ex eis omni die pondus dra. 1. & omni nocte pondus drach. 5. Et cum uides quòd digeſtio apparet, adiuua eam cum eis, quæ ſunt ſicut folia apij, & fęniculi, & radices ſquinanti, & capillus ueneris. Si autem ſcias quòd materia eſt frigida ualde, non eſt malum uti pipere pauco, & uti uino, pauco, ſubtili non plurimo. Et quandoque adiuuant vngnenta reſoluentia ad digeſtionem, & reſolutionem cum uirtute forti: & ſunt conuenientiora in hac ægritudine, quàm in reliquis febribus. Et oportet ut conſideretur in hoc uirtus, & febris, & rigor. Quod ſi uirtus fuerit fortis, & febris non fuerit ſæua ualde, adde in uirtute vnguentorum, & ſi non, adminiſtrentur olea ſubtilia, quæ ad æqualitatem ſunt decliuia. Et quando pertranſit. 14. tunc neceſſarium eſt adminiſtrare, quod ſubtiliat plus: ſicut fœniculum, & apium: & fortaſſe indigemus ſemine amborum, & aniſo, & eo quod eſt ſicut ſyrupus acetoſus cum ſeminibus, in quo ponuntur hyſſopus, & alhaſce: & adminiſtratione trochiſcorum de roſis: & fortaſſe eſt neceſſarium addere in eis propter ſtomachum, tus, & maſticen, & cyperum, & abſinthium, & his ſimilia ſecundum quòd exigit illud quod præſens eſt. Et uinum ſubtile confert eis in hac hora cum ſubtiliatione ſua: & quia confortat calorem innatum, & quia prouocat, & ſudare facit. Et cum uideris digeſtionem, & fortitudinem, dabis ei in potu poſt illud trochiſcos de abſinthio. Et cum videris frigus in principio paroxyſmorum nocere, & ęgritudo non eſt in principio, da in potu aquā calidam in qua decocta ſunt ea, quæ ſunt ſicut ſemen apij, & aniſum, & ozimum: & adminiſtrabis iterum huiuſmodi, & fortiora eis embrocando, & vaporando, & huiuſmodi. Et quandoque datur in potu ad rigorem uehementem decoctio, ſecundum hunc modum. Recip. zinziberis, origani, ameos, omnium ana drac. 3. coriandri, drac. 4. roſarum, calamenthi amborum ana drac. 3. paſſularum drac. 7. decoquantur ſecundum deſcriptionem, & ſit doſis vnc. 3. Et cum uideris digeſtionem completam, tunc fiat euacuatio & prouocatio cum eo in quo eſt fortitudo, & detur in potu ſicut de bidcheribita. Et ſi fuerit materia ex frigidiori phlegmate, dabis in potu theriacam: & detur iterum in potu trochiſci de roſis magni cum aqua fœniculi: & detur ei omni nocte medicina de turbit: & pilulæ de aloe factæ cum ſpeciebus uel aromatibus. Et ad illud eſt decoctio huiuſmodi. Recip. hieræ. drac. 7. turbit. drac. 10. myrobalanorum nigrorum. drac. 5. eupatorii. drac. 5. ſalis indi. dra. 2. bedeoard, ſuchaha omnium ana. dra. 4. aniſi dra. 3. decoquantur cum aqua apij, & ſumatur de ea in potu ſecundum quantitatem neceſſitatis. Et fortius illo eſt illud quod Recip. duarum radicum, & radicis liquiritiæ omnium ana drac. 10. hieræ. drac. 8. ſucci eupatorii. dra. 5. ſeminis apii, & fœniculi omnium ana drac. 4. ſpicæ, mentæ amborum ana drach. 7. fiant ex eis trochiſci, & adminiſtrentur. Decoctio bona. Recip. duarum radicum ambarum ana drac. 10. paſſularum enucleatarum. drac. 7. aniſi, & maſticis amborum ana. drach. 3. bedeoard, & ſuchaha, & eupatorij omnium ana drach. 4. decoquantur in libris tribus aquæ uſquequo redeat ad libram unam aquæ, & ſumatur in potu aliquot diebus in ieiunio. Trochiſci boni apud chronicas febres, & uehementiam rigoris. Recip. hieræ, ſucci eupatorij, abſinthij, ſuchaha, bedeoard omnium ana. drach. 5. ſeminis apij, & fœniculi, aniſi omnium

ana drac.3.sal naptici drach. 4. seminis cuscutæ myrobalanorum kebulorum omnium ana drac. 10.agarici drac.15.trochiscorum de rosis drach. 30.turbit drac.30.fiant ex eis trochisci: & sunt so lutiui.Et iterum aloes,myrobalanorum citrinorũ & reubar, masticis, succi eupatorii, absinthii omnium ana partem.i.croci partis unius medieta tem,terantur, & administrentur. Et iterum hiere,myrobal.kebulorum,salis omnium ana drach. 4.seminis apii, & fœniculi, & anisi omnium ana drach.1.5.absinthii drach.v.trochiscorum de rosis drach.3.suchaha,bedeoard omnium ana drac. 2.terantur,& informentur pilulæ. Decoctio bona.Recip.eupatorii drach.5.& radicis lilii,& radicis liquiritiæ,& ameos omnium ana drac.3. seminis apii,fœniculi ana drac.4.rosarum drac. 5.decoquantur omnia,& sit dosis eius omni die. drac. 3.Et iterum radicum triũ omnium ana drach.10. seminis anisi,apii omnium ana drac.2.suchaha bedeoard,eupatorii,absinthii omnium ana. drac.5. centaureæ drac.3.decoquantur,& bibatur unc.4. Et iterum herbæ eupatorii,fumiterræ, bedeoard, suchaha ,absinthii omnium ana drach.v. passularum drac.x.myrobalanorum citrinorum drac.10. Et hæc quidem cura est falso, & ei in quo uincit cholera magis conueniens. Et agaricum cum de eo sumitur in puluere ex drac.1.vsque ad drac.1. & tertiam, diebus continuis prohibet elongari ægritudinem. Sumatur ergo puluis ex eo,& com misceatur cum melle,& bibatur. Et semen vrticæ post digestionem est mirabile ualde, sumptum in modum suffuf,aut cum melle. Verum si uoluerit pilulas solutiuas,oportebit ut addat in eis pro pter debilitatem hepatis reubarbarum & semen cuscutæ:& propter debilitatem stomachi mastix, & anisum:& propter debilitatem splenis,& grossitudinem eius radix capparis,& scolopendria:nã multoties associatur huic ægritudini splen: & fortasse oportet, ut addantur propter ipsum ciperi, & grana de ben,& fenugræcum: & consideretur cum hoc dispositio vehementiæ febris,vt non accidat uehementia calefactionis. De euacuationibus uero quæ sunt fortiora,& indigetur eis in hac ægritudine apud digestionem, est ut augmentetur dosis de pilulis de turbit:& administretur clysteria fortia.Et de illis sunt pilulę istæ. Recip.ma sticis sextam drac.1,succi absinthii quartam drac. 1.pulpæ coloquintidæ sextam drac.1.hieræ picræ drac.5.agarici drac.5.informentur pilulæ cum syrupo acetoso mellino, & sumantur in potu. Et de illis sunt pilulæ de mastice, & de aloe. Quod si materia fuerit ad caliditatem decliuis, sumantur de trochiscis de spodio solutiuis tres trochisci & de turbit aure.1.scammoneæ aure.5.succi eupa torii aure.2.& dentur in potu secundum quantita tem uirtutis. Et iterum eupatorii, absinthii, capilli ueneris,& myrobal.fumiterræ, passularum mundatarum æquales sumantur partes & dentur in potu secundum quantitatem necessitatis. Et si non sufferet corpus solutionem ventris,perueniatur ad diuretica,& subtiliatiua, & sudare facientia. Et de summa illorum quibus indigetur tunc est infusio aloes cum melle. Et quando declinat ægritudo, non est tunc introitus balnei ante cibum malus.Cibi autem eorum sint subtiles, sicut acetum & oleum:& quandoque ponitur in eis pa rum almuri,& proprie in fine eius.Illi autem qui sunt fortiores,sunt altheiugi & pulli & alcubugi, & his similia,et post declinationem. Et oportet ut ponantur in eis, & proprie apud digestionem ea in quibus est incisio,sicut acetum, & sinapis,& almuri. Et si fuerit phlegma acetosum, malum, viscosum,porrum, & aqua ciceris sunt de melioribus cibis eis: cum ponuntur in eis cyminum, & anethum, & oleum. Et iterum buared facta ex sicla,& almuri,& aceto,& oleo abluto,et alchuamach, sicut alchamach de capparibus & chamach de anetho, & origano, & aniuden, & asparagis. Et deuitentur olera in quibus est infri gidatio & humectatio. Et hora cibi est post tem porem paroxysmi,& eradicationem eius, & ante paroxysmum ad minus quatuor horis. Mensura autem somni eorum est ut sit æqualis uigiliis ut sit digestio materiei ad somnum, & resolutio ad uigilias. Et balneum quidem est uehementis nocumenti nisi post declinationem. Et succurritur uomitui eius quando superfluit: Et oportet ut administretur in illo quod sit sicut miua, & syrupus de granatis cum menta simul cognitus. Et si necessarium est fortius, sumatur de granis granatorum muzorum drac. 10. & turis albi, & masticis amborum ana drac.5.mentæ, drac.7.decoquantur in duabus libris aquæ, in qua sint donec ad medietatem perueniat.Et succurratur fluxui uentris eius,cum superfluit, cum retentione eius cum eis, quæ sciuisti de stypticis regiminis cibalis,& medicinalis. Sed eius quidem debilitationi succurritur ut cibetur successione eius pulmis assatis, & in patellis coctis: & ut adhibeantur suffumigationes, & odores uiuicantes. Et si acciderit inflatio in facie,& extremitatibus,iuuantur cum administrantur huiusmodi trochisci.Recip.anisi & laccæ ablutæ,amborum ana pondus drac.v.amygdalarum excorticatarum,croci marmacor omnium ana drac. 4. seminis apii, seminis, fœniculi, floris squinanthi uel summitatum squinanti omnium ana drach. 3. succi eupatorii drac.3.5.spicæ.drac.v.hieræ picræ.drac. 7. rosarũ drac.10.fiant ex eis trochisci, et administrentur. Et fortasse indigebis eis, quæ sunt sicut homorusia, et dialacca, et medicamen de amygdalis amaris. Et ad longitudinem febris cum rigore et frigore, Recip. rosarum pondus.drac.10.masticis, et spicæ, et fœniculi, et seminis apii,et seminis endiuiæ, et succi eupatorii,et succi absinthii omnium ana drac.3.spodii.drac.v.fiant trochisci:

chiſci: & ſit doſis ex duabus drac.uſque ad.v.cum drach. 10. de geleniabin in decoctionis fœniculi quantitate.drach.2.Et ameos confectum cũ melle eſt magni iuuamenti in huiuſmodi loco. Et fortaſſe indiges propter longitudinem frigoris fricatione:& modus in ea eſt, vt incipiat ab humeris: & inguinibus quando ſpargitur caliditas in manibus & pedibus, & caleſiunt.Si autem ſenſerit ſimilitudinem laſſitudinis,fiat permutatio ad fricationem dorſi:Et quando vehemẽs fit calefactio eius, non eſt malum tunc vt fiat fricatio cum oleo ita vt in membro vltimetur calefactio ei neceſſaria, & dimittatur ipſa uel permutetur ipſa ad aliud membrum. Et de oleis bonis eſt oleum dulce, in quo non eſt ſtypticitas, & oleum chamæmillinũ, & oleum de anetho decoctum in vaſe duplici.Cũ ergo compleueris,tũc abſterge cum oleo aliquo, vt non anguſtietur. Et non eſt malum ſi fricationem ſiccam ſequatur fricatio cum oleo aliquo. Et de illis,quæ ſeruant ſtomachos eorum, ut non debilitentur,ſunt vnguenta inuncta capiti ſtomachi, quæ ſunt ſicut chamæmillinum, & oleum nardinum,& oleum anethinũ,& fortius illo eſt oleũ alrazachi.Et de emplaſtris iuuatiuis eſt ut decoquatur chamæmilla cum re pauca maſticis decoquendo cum vino cum duplo ſui de melle.Et ſi ceciderit appetitus,tunc melius eſt ut non adminiſtretur vinum,immo almibachtegi in quo decocta ſint ſicut chamæmilla,& ſiſymbrium,& melilotum,& abſinthium.

Cura phlegmaticæ continuæ,quæ nominatur latica. Cap. 56.

Eſt cura facientis paroxyſmum omni die:& differt ab ea quoniam oportet vt in iſta ſit adminiſtratio ſubtiliantium calidorum vel acutorum cum facilitate.Et ꝙ contẽtetur eis, quæ ſunt ſicut ſyrupus acetoſus,& geleniabin, & iuleb de melle, & aqua eius,& aqua fœniculi, & apii, & radicum trium ſine dubio confert. Et quandoque confert eis chamach de anetho,& chamach de capparibus & proprie cum ueſtigiis digeſtionis. Et præparentur cibi eorum in obſeruatione temporum, & diuerſitatis eius,& fortitudine uirtutis,& debilitatis eius regimine cuius rememoratio præteriit.Et de medicinis bonis ad eos ſunt trochiſci de decẽ generibus. Et iterũ de medicinis expertis ad eos eſt illa, quæ Recip. roſ. drach. vi. ſucci liquiritiæ fumiterræ,ſpicæ omnium ana. drach.4. maſticis. drach.3.karabe.drach.3.aniſi. drach.2. præparentur.Et iterum trochiſci,eupatorii.drach.4.roſarũ drach.1.& tertiam, ſpodii. drach. 2. & 5. Et iterũ eupatorii.drach.3. roſarum lib. 5. ſpodii vnc.4. ſpicæ lib. 5. Et iterum troc.abſinthii quorum deſcriptio.Recip.abſinthii aſſari,ſeminis apii, aniſi, amygdalarum amararum, ſuchacha, bedeoard, ſucci eupatorii,ſpicæ,maſticis omnium ana drac. 2.contundantur & cribellentur, & malaxentur,et fiant trochiſci.

Cura empialos & lypariæ.i.epialæ, & lypiriæ. Cap. 57.

Cura eorum propinqua eſt curæ quam diximus, & ſunt ambæ aſſociatæ uni uiæ: & oportet ut incipiatur in primis a ſyrupo acetoſo mellino,& zuccarino.Et præcipitur in eis ambabus, vt adminiſtretur rob acreſtæ decoctum cum melle, & ſyrupo roſ. deinde fiat aggrauatio de ius ſumendi in potu ſemina, & aquas eorum ad infuſionem aloes, & trochiſcos de roſis cum maſtice,& pilulas de aloe,& hieram picram, & pilulas de eupatorio. Et oportet ut in eis ambabus ſimul ſtomachi ſolicitudo habeatur, & adminiſtretur uomitiuum cum aqua faſeolorum & raphani,& aneti,& calamenthi, & diuretica. Et de ſolutiuis iuuatiuis eſt illud,quod fit ex myrobalanis nigris,& citrinis,& turbit,& zuccaro. Et de illis quæ conferunt eis iuuamentum magnũ ſunt clyſteria decliuia ad acuitatem,& in quibus ponũtur medulla cartami,& centaurea minor, & anethum,& chamæmilla, & alhaſceh, & melilotum, & almuri,& mel.Et regimen liparię indiget facilitate pluſquam regimen alterius.

Cura febris ſyncopalis humoroſæ. Cap. 58.

Haec febris eſt difficilis curæ.Et modus ĩ curatione eius eſt euacuatio gradata ex ſubtili ad fortem:& proprie quando natura nõ reſpondet ex ſe:tunc enim cum clyſteribus munda quod eſt in inteſtinis, & uenis propinquis eis, ex ſuperfluitate:Et adminiſtra in reſiduo ſubtiliationem cum fricatione. Et Gal. quidem dixit ꝙ deficiunt plurimi eorum ab euacuatione niſi cum fricatione.Et melior modorum in fricatione eorum eſt,ut incipiat a coxis,& cruribus,deſcendendo a ſuperiori ad inferius, & adminiſtretur illud cum mantili aſpero,abradente cutem, deinde per mutetur ad manus, deſcendendo ab humero ad ſpatulam,ita ut igneatur cutis;deinde ad dorſum & pectus.deinde redeat ad crura: & reuertatur ad ordinem primum. Et ponatur medietas temporis eorum fricationi, & medietas temporis eorum dormitioni, ſi poſſibile eſt. Et ad ſummum canon curationis eorum eſt ſubtiliatio,non calefactio ualde. Et de illis, quæ conferunt eis ſunt ſubtiliantia, ſicut aqua mellis cum uirtute hyſſopi, & ſeminis apii in matutinis, & ſimilibus eis. Quod ſi fuerit illic fluxus uentris ſuperfluus, decoque aquam mellis decoctione uehementiore, & non ſoluet niſi parum, temperate cum iuuamento. Et ſyrupus aceto ſus mellinus iterum confert eis, in æſta-

te quidem & cum consuetudine potus aquæ frigidæ, permistus cum aqua frigida, & in hyeme oportet vt non sumat eam in potu penitus, & sit contentus aqua calida. Et assumere calidum ex potibus ē melius eis, nisi apud necessitatē estus æstatis & vehementiam caloris plurimi. Et conuenientius quo potantur ad sitim est syrupus acetosus mellinus. Et vinum aquosum confert eis in principio, & proprie si fuerint febres eorum fortes & raro fiunt, & proprie in senibus. Et necessarium est eis vinum post cibum. Et tibi quidem necessarium est vt consideres pulsum habentium hanc ægritudinem semper, & cum videris eum incipere debilitari, & cadere, subito ciba eum pane infuso in vino commisto, & si non prohibet apa in uisceribus. Cū ergo associatur ei huiusmodi ægritudo, non est curationi modus, neque fiduciæ locus, scilicet quando accidit huiusmodi alteratio in pulsu: & hæc quidem cibatio est ex eis, quæ necessaria sunt, quando vehemens fit syncopis, uerū oportet ut sequatur illam fricatio. Cibus autem super quem fit dormitio est aqua hordei super quam non addatur: nisi cum cadit virtus, & si additur, tunc sit panis infusus in iuleb, aut aqua mellis. Et balneum quidem est de rebus nocibilioribus istis: Et calidum, & frigidum valde ex aere: cum calido enim non fit securitas de cursu humorum ad pulmonem, & ad cor, & ad cerebrum: & frigidum prohibet digestionem eius, & addit in oppilationem eius. Quod si fuerit in ea humor cholericus aliquis, tunc si facilis est uomitus, & lenis est iuuatiuus ualde: & ad vltimum dignūs est, vt iuuet in ea.

Cura febris cum syncopi minuta. Cap. 59.

Oportet vt emplastretur pectus eius cum sandalis, & aqua rof. & viuificetur cum cibo paulatim. Et sit cibus eius, sicut panis de simila infusus in aqua granatorū infrigidata si desiderat ipsum, & similiter in aqua de fructibus. Si autem indigetur ad uirtutem almonsusat factis ex pullis, cum aceto & aqua acrestæ, & oleribus frigidis, & proprie coriandro, erit iuuamentum in hoc si exhibeatur.

Regimen nocturnæ & diurnæ. Cap. 60.

Regimen earum ambarum est regimen phlegmaticarum, neque est diuersitas in eis.

De quartana periodica. Cap. 61.

Plurimum quartana est periodica: & minoratur casus quartanæ inseparabilis. Causę uero quartanæ sunt ea, quæ generant melancholiam, postea quæ putrefaciunt eam: & tu iam sciuisti totum illud. Et sciuisti ꝙ melācholia alia est, quę est fæx sanguinis, & alia quæ est adustio eius, & cinis humorum. Et sciuisti quòd de illa est sanguinea, & de illa est phlegmatica, & de illa est cholerica, & de illa est adustio ipsius melancholiæ naturalis. Et existimauerunt quidam hominum, ꝙ quartana non generatur ex melancholia naturali, quoniam ipsa non putrefit. Et huius quidem sermo non oportet ut auscultetur: immo de proprietatibus omnis humiditatis est, vt putrefiat quamuis diuersificetur in preparatione. Et plurimum quidem euenit successione ægritudinum diuersarum, & successione febrium putridarum propter diuersitatem humorum ex quibus generantur, & ex eorum putrefactione. Quando enim incinerati fuerint & non euacuantur, multiplicatur melancholia, deinde cum putrefit, est quartana. Et multoties quidem accidit successione splenis: & cum hoc ipsa secundum plurimum nō euacuatur ex dolore splenis, aut duritie eius. Et saluior quartana est illa, quæ non accidit ab apate splenis, aut aliis: aut cum qua non est apa splenis. Quartana enim quæ euenit ab apate splenis, aut cum qua est apa splenis, multoties perducit ad hydropisim, & pernitiem. Et quartana quæ salua est, liberat ab ægritudinibus malis melancholicis, sicut melancholia, & epilepsia. Et in ea est securitas a spāsmo, quoniam humor est siccus. Et secundum plurimum est ægritudo salua. Et quādo non accidit in ea error, non addit supra annum & quandoque perdurat. 12. annis: & quod est infra eos. Et quæ ex ea lōga est, perducit ad hydropisim. Et scias ꝙ autumnus est inimicus quartanæ.

Signa. Cap. 62.

Sunt ꝙ quartana incipit in primis cum frigore paruo: deinde incipit frigus eius addi, postea minoratur parum apud statum, sicut in phlegmatice. Cumque calefit corpus, non est caliditas uehemens, licet sit maior, & magis apparens quàm illa quæ est in phlegmatica: ipsa enim cum difficultate sua in inflammatione non inflammatur inflammatione de qua curatur, sicut ignis in lignis grossis: Et non comprehenditur super corpus totum: immo est illic caliditas cum horripilatione & grauitate: & causa in hoc est grossitudo humoris. Et est cum frigore aliquid ex dolore quasi frangat ossa: & est illic rigor & concussio uel commotio propter quam strident dentes: uerum non sicut in phlegmatica, & perducit illud ad debilitatem uisus; uerum lenitur apud digestionem, quoniam malitia minoratur, sicut fuit in principio parumper. Et de signis quartanæ, sunt causæ eius antecedentes ex febribus quæ prolongatæ fuerunt: & ex splene, aut dolore. Et de signis quartanæ etiam sunt dispositio cōplexionis, & significationes melancholiæ, & ætas, & tempus, & cibus, & forma, & consuetudo, & quæ sunt his similia. Et periodus eius est. 24. horarum. Et multoties est febris tertiana in

na in æſtate quidem,& fit quartana in hyeme. Et multoties perducunt febres diuerſæ ad febres per miſtas, in quibus non eſt ordo propter diuerſitatem reſidui humorum remanentium poſt febres. Cum ergo cōfirmatur ſuper incinerationem, confirmatur ſuper quartanam. Et illius quidem, quæ eſt a phlegmate aduſto, ſunt paroxyſmi longiores: Et accidit plurimum illius ſucceſſione quotidianæ: & eſt ſudor tardior, & vrina groſſior,& durities venarum minor: & fit ſecundum plurimum ſucceſſione febrium phlegmaticarum. Et illam quæ eſt a ſanguine aduſto, antecedunt ſigna ſanguinis,& febris eius,& rubedo vrinæ, & ſignificant ipſam forma,& ætas, & tempus: & fortaſſe erit poſt febres ſanguineas. Et in illa quæ eſt a cholera aduſta, eſt pulſus vehementioris velocitatis, & frequentiæ: & incipit cum horripilatione, & frigore in carne,& ſiti,& ſudore. Et quandoq; fit ira, quædam & ſitis,& inflammatio, & ſignificant ipſam forma,& tempus,& ætas, & quandoque ſignificant ipſam q ipſa fit ſucceſſione febriū cholericarum. Et pulſus in quartana eſt decliuis ad duritiem propter ſiccitatem humoris: Ipſe enim trahitur ad interiora, quaſi ipſe eſſet pulſus ſenis: & ad æqualitatem,dum non mouetur:& ſi moueatur, diuerſificatur pulſus valde propter groſſitudinē ſuperfluitatis:& fit raritas eius apparens apud teporem: & eſt ſignificatio completa ſuper quartanam. Et multoties accidit in eo diaſtole inæqualis,& ſyſtole vehementis uelocitatis, ſecundum contrarium eius quod eſt in tertiana. Et pulſus quidē quartanæ melior eſt pulſu phlegmaticæ in paruitate,& frequentia: ſed eſt ſimilis ei in tarditate: Et apud inceptionem paroxyſmi additur tarditas ſua, & raritas eius, & diuerſitas eius eſt maior diuerſitate rěliquarum febriū,deinde incipit magnificari, & fieri frequens, & velox. Et urina in quartana eſt ſimilium horarum in priuatione digeſtionis, propter frigus materiei,& groſſitudinem eius,niſi apud ſtatum bonum. Verum diſpoſitiones eius, & colores eius diuerſificantur:& illud ideo,quoniam melancholia generatur ex humoribus diuerſis. Et de ſignis digeſtionis quartanæ eſt lenitas rigoris. Vrina autem in principio eſt alba ad uiriditatem decliuis, cruda, cui non eſt digeſtio. Et poſt principium diuerſificatur eius diſpoſitio & coloratio, propterea q melancholiæ generatio eſt ex humoribus diuerſis & fit apud declinationem nigra. Et ſudor in quartana eſt plurimus per comparationem ad phlegmaticam, & non multiplicatur per comparationē ad alias:& ſitis minoratur in hac febre,niſi ſit melancholia cholerica.

Cura. Cap. 63.

Conſideretur in hac ægritudine an ſit melancholia phlegmatica,aut melancholia ſanguinea,aut melancholia cholerica, aut melancholia melācholica. Deinde rege unamquamque earum cum eo quod ei eſt conueniens,de illis,quæ dicemus. Verum omnibus ſpeciebus ſuis ſunt iudicia in quibus cōmunicant:& illud eſt q ipſæ minuuntur in principio. quare neceſſe eſt ut attēdatur an ſit ſanguis dominans in ea, & proprie quando quartana eſt a melancholia ſanguinea,tunc enim phlebotometur,& extrahatur ſanguis ſecundum quantitatem neceſſitatis: & fortaſſe exigit multitudo eius & ſpiſsitudo,ſeu fæcalitas eius ut extrahatur de eo res plurima. Et quādo non eſt neceſſaria phlebotomia,tunc phlebotomia eſt nociua, inquantum debilitat,& inquantum educit contrarium melancholiæ: & inquantum mouet humores ad exteriora. Et ſi oportet, euacuetur a principio de humore faciente febrem aliquid, propter alleuiationem non propter mundificationem uel eradicationem. Illud enim apud digeſtionem fit ſecundum q innuam ad ipſum. Et ſit poſt paroxyſmum per diem. Et non oportet vt fiat prouocatio in primis cum fortitudine: Et oportet vt adminiſtrentur mollificantia. Et ſi tibi non uidetur bonum uti potionibus, adminiſtra loco earum clyſteria conuenientia:ſed oportet vt ſint lenia & nō conceditur confortatio eorum,niſi quando conſequitur ægritudo ſtatum. Et ſi medicus iam præſumpſerit, & ſolutione eduxerit melācholiam in principio,aliquoties ſolutione forti,& prohibuit ægritudinem penitus:ſed melioratio eſt facta ab errore. Et oportet ut prohibeatur in die paroxyſmi a comeſtione:& præcipiatur ieiunium. Et prohibeatur ab aqua frigida illa die, Et eſt neceſſariū in reliquis diebus uti carne teiugi,aut pulli:in primis teiugi vſque ad tres uel quatuor periodos,de inde pulli,tunc enim pullus eſt melior. Et ſit medicina in die alio a die paroxyſmi geleniabin commiſtum cum aqua calida in die bis,aut tres drach. geleniabin cum ℥.x.ſyrupi acetoſi. Et tu quidem ſcis q quando melancholia eſt cholerica, tunc oportet ut adminiſtretur in ea, quod ſoluat eam ex genere myrobalanorū,& uiolæ. Et ſi eſt phlegmatica oportet ut adminiſtretur quod ſoluat eā in primis aliquid in quo ſit uirtus turbit. Et ſi eſt melancholia,oportet ut adminiſtretur in ea aliquid in primis in quo ſit uirtus polypodii,& epithymi,& ſimilium. Et ſcias q aqua caſei eſt bonū uehiculum ei,quod adminiſtratur de uirtutibus prædictis;& fortaſſe cōfert adminiſtratio eius ſolius quando eſt caliditas uiolenta, & geleniabin quidem & aqua eius colata a decoctione ſua fortı,eſt loco ipſius:proprie cum eſt in ſtomacho debilitas,aut eſt illud quod uincit humor frigidus. Et uomitus iterum & proprie ante cibum,& poſt cibum eſt conuenientior etiam: & proprie in die paroxyſmi,& ante paroxyſmum;& proprie quā do melācholia eſt phlegmatica eſt de rebus iuuātibus in ea, & non in principio tantum, immo & in omni

in omni hora. Oportet ergo vt non laboretur in principio, & in principiis digeftionis vfq; ad aduentum complementi digeftionis & fiat euacuatio fuperfluitatum cum eo quod non calefacit cũ fortitudine, neque cum eo quod exiccat cum fortitudine ex medicina,& dimisfione ciborum, neque cum eo quod debilitat ex folutione ventris: neque iterum cum eo quod debilitat in principio ex fubtiliatione regiminis. Et fcias ꝙ quando incipit quartana in æftate,aut hyeme, tunc oportet vt in potu detur in primis de aqua hordei,& fecaniabin,vt aperiat vias oppilatas propter prouocationem,& confumatur velociter: & illud eft poft periodum antecedenté tribus horis, aut quatuor. Et cum accidit quartana in hyeme, tunc eft curan dum cum facilitate & non eft modus vt dentur in potu trochifci. Et fcias ꝙ res frigidæ,& humidæ facilis digõnis,boni chymi funt cõuenientes huic ægritudini ex parte febris, & ex parte funt contrariæ uni duarum qualitatum melancholiæ,quæ eft ficcitas,quare oportet ut adminiftrentur iterum, ubi non timetur nocumẽtum digõnis: aut fit eius quantitas ex qua non timeatur nocumentum in digõne:aut mifceatur cum eis aliquid quod earũ frigiditatem temperet,& non minuat earum humiditatem:& iftæ funt res calidæ cum æqualitate. Et alienetur omne frigidum,& ficcum. Et res humidæ, & frigidæ huic ægritudini cõuenientes funt ficut endiuia, & lactuca,& melon, & perfica quandoque. Et non oportet vt deuitentur huiufmodi, nifi aut propter uehementiam frigoris, & eft illud inuentum ficut in lactuca,& non eft inuẽtum ficut in melone dulci: aut propter vehementiam prouocationis perducentis ad ingroffationem fanguinis, & illud eft inuentum in melone dulci: aut propterea quia præparata funt ei quod permifceat ad putredinem: & eft illud inuentum in perficis:& oportet vt obferues huiufmodi. Cibi uero calidi cum æqualitate, cum additione in humiditate,funt iuuantes ualde: & proprie cum volunt æquationem caliditatis eorum, ubi non diligitur ut per ea fiat iuuamentum ad digeftionẽ cum frigidis & humidis, ficut commiftio ficuum cum endiuia. Et non eft malum in primis fumere ea in quibus eft falfedo, & acredo,& incifio, cum non timetur incrementum caliditatis; In fine autem ægritudinis non eft excufatio illius. Et trochifci de abfinthio iuuatiui funt ufque ad finem ęgritudinis. Et de illis quibus fit iuuamentum eft feslio in aqua calida dulci ante cibum omni die: & balneatio, quæ humectat, & non facit fudare, neque excitat caliditatem,& continuatio delitiarum & quietis,& abhorrere exercitium, & motus corporeos,& animales. Et omnes iftæ febres indigent humectantibus: & diuerfificantur in quantitate infrigidationis,& calefactionis. Et necesfitas fua qua indigẽt exiccatiuis,eft propter illud quod eft in eis de uirtute incifionis, & abfterfionis, & folutionis,& non propter exiccationem. Et oportet ut obferuetur ftomachus cum emplaftris bonis,confortantibus, quæ funt inter virtutem caliditatis,& fubtilitatem eius fecũdum quod exigit difpofitio: Et obferuentur fplen & hepar:& regantur,vt non indurentur & apoftementur. Et fortaffe eft neceffarium ad prouocandum vomitum vti aqua raphani cum femine fuo, quæ mifceãtur cum fyrupo acetofo. Et fortaffe iuuatur cum antecefsione commeftionis ficlæ, & eius ꝙ falitum eft de pifcibus,& finapis,& his fimilium ante ipfum. Et adiuuatur poft illud cum potu aquæ multæ, deinde fiat fuccefsio cum fyrupo acetofo, & euomat. Et de illis quæ conferunt ei eft ut fumat ipfum in die paroxyfmi:deinde euomat fuper ipfum. Et fecuritatem facit a nocumento frigoris, & rigoris,& acuitatis febris fi fumat allia & mel, & bibat fyrupum acetofum mellinum,& impleatur cibo:deinde fumat aquam calidam & euomat. Cum ergo confumitur paroxyfmus, cœnet rem paruam,& balneetur in mane. & fi fumat ante paroxyfmum. v. horis cibum, vt euomat, fortaffe iuuabit illud, licet non euomat totum. Et vomitus ante paroxyfmum quicunque humor fit, aut alleuiat paroxyfmum,aut eradicat ipfum. Et de regimine bono eft quod ieiunet in die paroxyfmi,fi non eft quod prohibeat:& non fumat cibũ, donec confumatur paroxyfmus. Et ingrediatur balneum die fecundo fiquidem fuerit digeftio fecundum difcreptionem: & fi non fuerit digeftio, non fiat in eo nifi effufio aquæ calidæ quantitate qua delectat corpus,& humectat, minus quàm ut perueniat ad hoc,ut moueatur ex ea humor. Et in die tertio adminiftretur vomitus propter illud quod fuperfluit de cibo, & quod refoluit uel fubtiliat balneum: quamuis oporteat vt adminiftretur uomitus in die paroxyfmi iterum. Quod fi melancholia fuerit fanguinea,iuuabitur cũ phlebotomia ex bafilica,deinde per euacuationẽ fubtilem cum eo in quo ponuntur de mundificantibus fanguinem, ficut uirtutes fuchaha, & bedeoard,& polypodii,& fumiterræ,& myrobalanorum kebulorum:& hoc quidem genus uelociter recipit curationem. Et fi fuerit melancholia cholerica,tũc tibi ineft ut adminiftres infrigidationem & humectationem ultimas ex medicinis,& cibis: Et adminiftra aquam temperatam fedendo in ea & abluendo: Et fiat lenificatio naturę in principio cum eis, quæ funt ficut illud quod fit ex viol. & quod fit ex aqua cafei cum virtute polypodii: aut fyrupus acetofus cum epithymo,& fyrupus rof. & aqua iuleb, & cafia fiftu. At vero folutio eius integra fperatur poft 20. dies; quoniam digeftio apparet in eo.f. quando materia eft melancholia cholerica: deinde fiat gradatio ad illud, quod fubtiliat, & incidit. Et fi neceffaria eft rectificatio ftomachi, tunc fiat cum inunctionibus, & oleis, & epithymatibus,quæ nõ pertranfeant virtutẽ chamæmillæ

mæmillæ,& abſinthii,& meliloti, & ſimilium. Et ieiunium plurimum etiam in die periodi. Quandoque eſt ex eis,quæ non conueniunt ei. Et ſi ſit vt in die periodi,ſufficiat eis de cibo parum modicum.Et de mundificatiuis iuuantibus ſunt ea, in quibus eſt decoctio myrobala.& epithymi,& ſenę in ſyrupo acetoſo, in quo decoctę ſunt violæ. Et fortaſſe ſumitur in potu aſſa in ieiunio proprie in die paroxyſmi,& euomat ipſam,ſi nauſeat cum ea anima eius.Et ſi fuerit melancholia phlegmatica properet ad geleniabin mellinum cum aqua apii, & fœniculi,& ſimilium. Et ſi neceſſaria fuerit lenificatio,miſceatur cum eo in principio virtus ſolutiua phlegmatis de virtutibus turbit, & polypodij: & fiat gradatio pauca ad uirtutem agarici: Et fiat vt vomat cum ſyrupo acetoſo mellino de ſeminibus,& his ſimilibus,uſquequo incipiat digeri.Et ſit vaporatio ſtomachi, & eius emplaſtratio cum eo quod eſt fortius:ita vt cum dactylis, & ficubus,& ſimilibus:Et ſimiliter inunge ipſum cum oleis calidis perueniendo vſque ad oleum de coſto. Et fortaſſe eſt neceſſarium in eo prouocare vomitum cum ſyrupo acetoſo. & ſit in eo virtus ellebori albi: immo quandoque eſt neceſſarium vt in potu detur elleborus albus in raphano, aut virtus ellebori in raphano, aut elleborus cum diſpoſitione ſua,cum non timetur diſpoſitio debilitatis virtutis. Et ſi fuerit melancholia melancholica pura de genere fæcis ſanguinis, tunc rectificatur ſolutio eius in primis cum aqua iubleb,& penidiis: & eſt conueniens adminiſtratio geleniabin mellini,& zuccarini. Et in fine eius euacuetur cũ eis,quæ ſunt ſicut decoctio myrobalanorum citrinorum,& nigrorum,& fumiterræ,& paſſularum. Cum ergo ægritudo digeſta eſt, tunc bonum eſt phlebotomare ex baſilica. Et adminiſtretur vomitus ſuper cibum cum fortitudine:aut leuiter ſecũdum horam,& neceſſitatem. Et oportet ut aſſiduet ipſum,quoniam eſt radix.Et euacua cum medicinis & clyſteribus fortibus : Et medicinæ quæ adminiſtrantur in huiuſmodi hora, ſunt epithymum,& polypodium,& agaricum,& ſtichados,& lapis armenus,& lapis lazuli abluti,& non abluti & ſuccus foliorum pentaphyllon cum ſyrupo mellino. Et fortaſſe neceſſarius eſt elleborus niger, & fortaſſe ſufficit in cholerica ſenę, & fumuſterræ cum epithymo,& in ſyrupo acetoſo. Deinde prouoca tunc apud euacuationem, & da in potu phlegmaticæ & melancholicæ ex ea theriacam,& mytridatum,& medicamen de aſſa,& ſulfur,& piper ſolum bibatur in aqua. Et de illis eſt ſinapis, quæ adminiſtretur nõ aſſidue, immo in omnibus tribus diebus:& in primis, & ante illud in ſpatio lõgiore:& ſimiliter diapepereon,& ſimilia illi de electuariis.Et non feſtines cum aliquo horũ ante digeſtionem:nam ſi tu dederis in potu theriacam & ſimilia illi in primis, compones quartanam cũ quartana:& fortaſſe attrahes ægritudines alias,& proprie in hyeme.Et in fine eius ſi neceſſaria fuerit phlebotomia,aude ſuper eam.Inquit Gal.ſanaui gentem plurimum a quartana ita. Dedi eis in potu poſt digeſtionem ſolutiuum: deinde dedi eis in potu ſuccum abſinthii:deinde dedi eis in potu theriacam. Et dico ꝙ aſſa, & piper ſingularia ſunt iuuatiua ualde, quando apparet digeſtio, & peruenit ſtatus:Et ciba illum ſahane, & chamach de capparibus,& ſinapi, & almuri, & omnibus in quibus eſt virtus ſubtiliatiua cum fortitudine. Et fortaſſe erit tibi neceſſariũ ut des ei in potu poſt xl.dies, omni mane quantum eſt nabaca una de eis, quæ ſunt ſicut medicamen de aſſa,& omni ſero ſimiliter,cum febris non fuerit acuta, & materiei radix non fuerit cholera.Et de trochiſcis iuuatiuis in hac hora,& apud declinationem,ſunt trochiſci ſecundum hunc modum.Recip. ſucci eupatorii,& croci amborum ana pondus drac.3.ſcolopendriæ,& laccæ,& reubarbari,& ſpodii omnium ana drac.v.& ſe.acetoſæ,& ſe.portulacæ,& roſ.& ſpicæ,& ſe.cuſcutę, & aniſi,& ſemi.apii, & radicũ capparis, & granorum alben, & ſemi. fœniculi omnium ana drac.4.cõficiantur cum aqua apii,& fiant trochiſci,& dentur in potu cum aqua fœniculi,& endiuiæ,& cuſcutę:& hæc quidem medicina iuuatiua eſt modis pluribus.Et quando materia fuerit,digeſta,tunc fac iſtud. Recip.myrrhæ. drac.15.ſpicæ pyrethri coſti ſumitatum ſquinanthi.drac.v.petroſelini drac.15.aniſi.drac.10.conficiantur cum vino antiquo aut melle zinziberis. Et ſit doſis eius quantum eſt nux. Et quandoque dabis in potu in fine,& conualeſcentibus,& apud paucitatem nocumenti in ea, & multitudinem caliditatis cum ſubtiliatione materiæ medicinam huiuſmodi.Recip.ſeminis hyoſquiami albi, mandragoræ amborum ana ſiliquam.i.& aſſæ circiter fabas tres.Et de hoc genere eſt ut ſumantur iterũ. calamenthi domeſtici aure. 4. & ſeminis urticæ aure.20. & epithymi aure. i. fiant trochiſci parui ualde,& ſit doſis drach.1. Et ex eis quæ bona ſunt eis,eſt ut adminiſtretur poſt apparitionem digeſtionis uſq; ad finẽ eius iſtud. Sumatur paſſularũ de ſemi,& paſſularum alheruy, & allii ſylueſtris, & myrti recentis omnium ana pars.i.& decoquantur in aqua dulci poſtquam infuſa ſunt in ea, deinde bulliant exquiſite, & coletur, & detur de ea vnc.1.Et iterum ſeminis apii, & aniſi,& cordumeni,omnium ana drac.v.origani ſylueſtris,eupatorii omnium ana drach.7.ameos drach.4. ſuchaha drac.3.paſſularum drac.10. decoquãtur in tribus libris aquæ uſquequo redeat ad lib. 1. Et de illis quæ bona ſunt eis eſt,ut ſumantur ameos, ſpicæ, & calamenti omnium ana drac.10.& carui & aniſi amborum ana drac.7.& aſſæ pondus drac.v.& zinziberis pondus drac.4.& caſiæ pondus drac.3. cõficiantur cum ſufficientia mellis. Et ſit doſis eius pondus drac.1.cum aqua apii,& fœniculi, & trochiſci huiuſmodi.Recipe ſucci eupatorii drac.10.

ſcolopendriæ,

scolopendriæ,spodii,fœniculi,spicæ,croci,omniũ ana dra.5.laccæ, & reubarbari omnium ana drac. 3.seminis cucumeris,& seminis portulacæ omniũ ana drac.6.fiant trochisci cum aqua apii, & sumã tur in potu cum syrupo acetoso.Et iterũ ad phleg maticam.Myrrhæ drac.5.& tertiam croci,petrose lini amborum ana drac.5.spicæ drac.4.f.castorei drac.3.anisi drac.3.f.seminis apij, & karui ambo rum ana drac.quatuor,amomi,corticum casiæ,sto racis omnium ana drac. 2.& 3.siseleos, adriani cõ fectionis omniũ ana dra.1.& tertias duas.Et quã do uehemens fit rigor,est uomitus cum aqua tepi da,& syrupo acetoso ad illud iuuatiuum.Quod si uirtutes eius non obediunt,tunc fortifica eas cum eis quorum rememoratio præcesit secundum ho ram.Et fiat uaporatio cum embroca,in qua deco cta sunt sceha,& chamæmilla, & similia homine cooperto cum pannis laneis aggregantibus cale-factionem.

Rememoratio solutiuorum, quibus indigent post dige-stionem. Cap. 64.

Kebulorum,drac.6.epithymi, absinthij ambo rum ana drach.5.mirobalanorum citrinorũ, succi eupatorij, emblici omnium ana drach. 4. seminis apii, & anisi, seminis fœniculi omnium, ana drac.2.fiat ex eis decoctio,& soluatur cum eo cum facilitate. Aut sumatur passularum sine ari-lis.drac.10.myrobalanorum kebulorum, & epi-thymi omnium ana drac.8. & fumiterræ pondus. drac.7.& suchaha,& centaureę maioris amborum ana pondus drac.6.eupatorii, & radicis squinan-thi amborum ana pondus.drach. 5. decoquantur cum quinque libris aquæ, donec redeat ad lib.1. Pilulæ leues,quæ quando administranturin om-nibus quinque diebus semel sunt iuuantes in ea,& sunt expertæ.Recip.epithymi,& turbit amborum ana drach. 10.carui,anisi amborum ana drach.7. ameos 8.seminis apii, & fęniculi amborum ana drac.3.polypodij,drac.6.agarici albi quod facile teritur drac.8.salis indi drach.5.hieræ picræ dra. 15.fiant pilulæ cum aqua mentæ:& sit dosis drac. 1.f.Et cum materia est phlegmatica, conferunt istæ pilulæ.Recip.epithymi,agarici,ameos omniũ ana drac.8.seminis apii, anisi, fœniculi omnium ana drac.3.salis naptici dra.5.hieræ picræ, turbit amborum ana pondus drac. 10. conficiantur pilu læ,& sit dosis pondus.drac. 2.f. Et quando est cũ dolore splenis,iuuatur hoc medicamine, & soluit eum cum facilitate.Recip.scolopendriæ.drac.15 agarici drac.12.myrobalanorum nigrorum,hierę ana drac.10. kebulorum, absinthii omnium ana drac.8.suchaha,bedeoard,chamæpityos, succi eu patorii omnium ana drac.7.fructus tamarisci, ra-dicum capparorum amborum ana drac.5.f. semi nis apii,anisi,seminis feniculi omnium ana drac. 3.fiat confectio,aut pilulæ.

Cibatio patientium quartana m. Cap. 65.

Rectius est ut inclinetur regimen eorum in primis septimanis vsq; ad tres septimanas ad subtiliationem quandam, præter quod destruat uirtutem:& illud est,vt abstineant a car-ne, & alzumet: hoc enim minorat eorum mate-rias,& est leue super eos:& abbreuiat spatiũ ægri tudinis eorum.Et post illud necessarium est virtu tem viuificare cum eis, quæ sunt sicut pisces alra-dradi,& oua sorbilia, & pulli,& altheiugi. Cum ergo peruenit ad tempus in quo prohibetur in ea alzumet, & non minoratur ægritudo,tunc necessa rium est custodire virtutem,& cibare cũ eo,quod est fortius ex carnibus gallinarum, & pullorum, & arietum, & hœdorum, & auium mollis carnis, sicut sunt pulli,& alduragi,& pisces boni,qui non sunt magni.Et scias,ꝙ conditio in eo, ex quo ciba tur habẽs quartanam,est ꝙ sit aggregans proprie tates, quarum vna est,ut non sit crudum,immo re soluens uentositates quam facit accidere melan-cholia. Et secunda est ut non sit grossum, immo subtilians grossum.Et tertia est, ut non sit constri ctiuum,immo soluens uentrem. Et quarta vt sit sanguis ex eo generatus laudabilis. Et plurimum quidem est in ea illud,quod habet caliditatem & humiditatem.Et tu iam sciuisti quomodo cibetur ante paroxysmum,& per quot horas,& quare sit il lud. Et sciuisti iterum, ꝙ quandoque necessarius est cibus in paroxysmo, & in proximo eius pro-pter causam prædictam. Verum rectius est ut eue niat febris ventre uacuo, ut non occupetur natura cum materia alia: nisi cum materia ægritudinis, donec expellat eam.Et vinum clarum subtile al-bum est iuuatiuum.

Cura quartanæ continuæ. Cap. 66.

Dispositio huius febris est, secundum quod enunciauimus ante ipsam. Et canon in ea est homogeneus canoni quartanæ interpo latæ:& non diuersificatur ab ea,nisi in rebus pau-cis.De illis est,quod declinatio in illa ad æquali-tatem in calefacientibus,& ad infrigidationem in hac est melior propter adhærentiam febris : qua-re oportet ut administrent in curatione eius ea, quæ sunt sicut syrupus acetosus & geleniabin & syrupus acetosus cum seminibus,& aqua de radi-cibus æqualis;& suppositoria cum melle.Et de il-lis est,ꝙ phlebotomia in hac est magis necessaria, quoniam materia est comprehensa in uenis.Et de istis est,ꝙ licentia in carnibus in hac ægritudine est minor, ideo caue hoc.

De febre sextana, & septena, & similibus illis. Cap. 67.

Et nominatur phitanos:et quidam nominãt huiusmodi febres reuolubiles.Istæ generan tur ex materia homogenea materiei quar-

tanæ, sed est minor, & grossior. Et plurimum quidem fiunt ex melancholia phlegmatica. Sextanam autem & septenam, & quæ sunt post illas. Hipp. dixit: & Gal. dixit. Ego non uidi in vita mea aliquã ex eis, immo neque vidi quintanam apparentem fortiter, & neque est febris, nisi quasi occulta. Inquit, & non est longinquum quin sit causa in septena huiusmodi, & nouena regimen, quod quando administratur, & procedit super ipsum, facit febrem. Et cum reiteratur, facit necessario in huiusmodi hora illã febrem, & si dimitteretur, & rectificaretur, non faceret. Est ergo causa in periodis eius, & in ipsius iterationibus, reiteratio regiminis & periodi eius non sunt periodi materiæ, quæ effundatur, & eius reditiones. Inquit, oportet ergo ut obseruetur in experientia huius ægritudinis hęc intentio, ita ut non accidat error: quamuis Gal. sit quasi negans aduentum harum febrium, & quasi quidem sit necessarium ut non sit huiusmodi febri alia radix. Verum Hip. iam uerificauit sermonẽ in inuentione septenæ, & nouenæ, & non est illud manifestum mirabile, neque manifestæ impossibilitatis, ita ut sit necessarium redire in eo ad manifestandum. Et sermones quidem quos locutus est Hip. in c. harum febrium sunt, quod septena est prolixa, & non est mortifera, & nouena est lõgior, ea, & non est mortifera. Et dixit, quod quintana est deterior febrium, quoniam fit ante phthisim, & post ipsam. Et dixit Gal. in ea sicut scitis. Et ego quidem opinor huic sermoni modum quendam; & est ut per phthisim intelligatur hectica: & sit sermo eius quintana subiectum propositionis indefinitæ non significantis cõmunitatem: ergo est quasi dicat, ꝙ de quintana est una species deterior febrium: quoniam ipsa est ante hecticam, & post eã, & est intẽtio sermonis eius hæc, ꝙ cum febres prolongantur, & læsionem fecerint, & fuerint permistæ, & diuersæ, perueniunt plurimum ad inflammandum membra principalia, & ad hecticam: & de proprietate harum febrium est vt stent in fine suo secundum ordinem vnum. Et plurimum illius super quartanam. Et iam testificati sumus eam quintanam, uerum ipsa perducit ad quartanam quando in humoribus est exuberatio, & in humiditatibus multitudo. Cumque liquefactio iã multiplicatur, & euacuationes sensatæ, & insensatæ frequentes fiunt, non remanet in humoribus cinereitas, nisi illud, quod minus est & grossius, & illud facit esse necessarium vt sit paroxysmus tardior: & fiat illa, quæ fuit quartana, quintana. Et in huiusmodi quidem dispositione rectius est, ꝙ sit corpus præparatum, ut inflammetur, & fiat hæctica. Et iterum hectica quando antecedit, nõ est longinquum quin faciat accidere in humoribus cinereitatem quandam propter paruitatem suam uel paucitatem suam in postremis hecticæ: & accidit illi cinereitati putredo, quare accidit febris: & iam destruxit febris hectica corpus: est ergo mala ex hoc, ꝙ ipsa est signũ adustionis humoris, de quo non remansit nisi parum: & fit adustus parum. & ex hoc, quòd ipsa est causa additionis febris, & duplicationis eius. Et non oportet vt negentur ægritudines quas non contingit uidere in tempore quodam, & quadam regione: nam hoc genus non comprehenditur per multitudinẽ. Neque iterum oportet ut dicatur, ꝙ si est quintana, tunc necesse est ut sit materia quinta: nam melancholia generat quartanam, non propter hoc ipsum, ꝙ ipsa est melancholia, immo propterea ꝙ ipsa est pauca, grossa. Et iam non est longinquũ quin sit in quibusdam corporibus melancholia grossa, pauca, cui accidit putredo. Et non conuenit alicui, ut dicat possibile est in phlegmate, ut fiant ei paroxysmi alii, quando ingrossatur, & minoratur: quoniam concesio est res ampla; & raro fit possibile, ut necessario consequatur eius contradictio. Amplius non est dispositio in concessione eius, quod nunquam uidetur, & non auditur, neque de quo testificatur experimentator, aut sapiẽs sicut cõcessio eius, quod testificatur qualis Hipp. Etiam retulit mihi fidelis quidam se uidisse nouenam. Quintanam uero nos multoties uidimus: & non cogimur propter hoc dicere, quod illic sit humor alius.

Cura specierum huius febris. *Cap.* 68.

Appropinquat huius febris cura curæ quartanæ phlegmaticæ: & indigetur in curatione eius superfluo ieiunio: & subtiliatione cibi, & regiminis, & somno digerente ut resoluatur per illud materia grossa, & digeratur. Etiterũ indiget ingrossatione regiminis, ut non destruatur in eo uirtus: & sunt ista duo sicut duo contraria. Et propterea, ꝙ febres istę non faciunt accidere læsionem virtutis, non curamus si subtiliemus regimen, & faciamus ægrum uti ieiunio uno tempore & succurrimus illi sicut ostendimus, ita ut cibemus cum eo cuius bonum est nutrimentum, & velox fit, & multiplicatur: & in quo non est ingrossatio materiei, neque additio in ea. Et de curationibus magis conferentibus ad illud est uomitus cum elleboro, & semine raphani & raphano, in quo sit uirtus ellebori, & nuce uomica, & euacuatio cum hieris. Et post illud administratio theriacæ, & eis similium. Et confert tunc sudatio cũ medicinis, & cum balneo calido absque administratione aquæ, & absq; administratione humectãtiũ.

TRACTATVS III.

De hectica. *Cap.* 1.

IAM sciuisti, ꝙ in membris sunt humiditates diuersarum specierũ, de quibus sunt humiditates preparatæ ad nutriendum, & humectandum iuncturas. De illis ergo est illud, quod est repositum in venis

& de

& de illis eſt illud, quod eſt ſparſum in membris, ſicut ros. Et iſtæ ſunt duæ diuiſiones, & prima earum eſt materia febris putredinis, & febris ebullitionis, ſicut ſciuiſti, cum nutrimentum non totum expendatur ſeu diſtribuatur in cibum ſicut aduenit, immo remanet de eo illud, quod eſt in ſemita expendendi, in cibum ſeu in nutrimentum, & remanet, quod eſt in ſemita theſauri vel in ſemita ut recondatur tanquam theſaurus repoſitus adminiſtrandus tempore neceſsitatis. Et de illis ſunt humiditates proximi temporis coagulationi: & ſunt humiditates, quæ fiunt actu nutrimentum, ſcilicet attractæ ad locum, quæ ſunt loco eius, quod eſt de eo reſolutum: & fiunt additio ſimilis illi: verumtamen tempus fluxibilitatis earum propinquum eſt: quare ſunt non coagulatæ. Et de eis ſunt humiditates, cum quibus continuantur partes membrorum ſimilium partium à principio creationis: & per ipſarum deſtructionem perueniunt ad ſeparationem. Et ſimilitudo humiditatum primarum eſt oleum lucernæ effuſum in lucerna. Et ſimilitudo ſecundarum eſt oleum imbibitum in corpore lychinij. Et ſimilitudo tertiæ humiditatis eſt humiditas qua cõtinuantur partes cotti de quo factus eſt lychinius. Et cum inflammantur membra radicalia, & proprie cor, eſt illud ipſa ægritudo, quæ eſt hectica ſecundum quod ſciuiſti. Et caliditas quidem hepatis quandoq; perducit ad hecticam: uerum non eſt ipſa hectica, immo hectica eſt illa, quæ eſt cauſa cordis: & ſimiliter diſpoſitio pulmonis & ſtomachi. Verum dum ipſa permanet finiendo humiditates diuiſionis primæ membrorũ, & proprie cordis, ſicut finit candela oleum infuſum in lucerna, tunc eſt gradus primus appropriatus nomine generis, quod eſt hectica: & græce hecticos, cum non habeat in ſpeciebus ſuis nomen. Et cum finiuit humiditates, quæ ſunt diuiſionis primæ, & incipit reſoluere humiditates, quę ſunt diuiſionis ſecundæ, & finire eas, ſicut cum finiuit flamma oleum euacuatum in lucerna, & incipit finire imbibitum in corpus lychinij, erit gradus ſecundus, & nominatur debul, & maraſmus, & habet latitudinem, & principium, & medium, & ſtatum. Amplius non ſanatur ille, qui conſequitur ſtatum, aldubul, & parum recipit curationem, niſi Deus uelit: & proprie quando peruenit ad hoc ut caro conſumatur uel liqueſiat. Cum ergo finiuntur iſtæ, & incipit finire humiditates, quæ ſunt diuiſionis tertiæ, ſicut incipit flamma adurere corpus lychinij, & humiditates eius radicales, eſt ægritudo gradus tertij, & nominatur almeſetet, & ryhas græce. Et hæc quidem ægritudo eſt ex febribus, quæ non habent paroxyſmos, neque horas paroxyſmorum. Et quidam dixerunt: febres hecticæ aut pendent cum humiditatibus propinqui temporis cum coagulatione. Aut cum eis, quæ ſunt ſicut caro. Aut cum membris radicalibus duris, ſicut ſunt oſſa, & nerui. Et ſi ex ſermone iſto intelligitur, quòd pendent ſecundum ſemitam, quòd finiunt quod in eis eſt de humiditate continuata cum eis, erit hæc: & intentio prima æqualis ſeu unum, & idem, & ſi ſignificat, quòd primum, quod finit hectica eſt humiditates propinqui temporis cum coagulatione, non erit ſermo ſanus. Et hectica quidem quandoque accidit poſt febrem ephimeram. Et quandoque accidit poſt febres putridas: & apoſtematum. Et longinquum eſt ut accidat hectica incipiendo: quare ſunt membra radicalia iam inflammata, & nõ inflammatur humor, neque ſpiritus ante illud: immo oportet ut calefiant illa in primis, deinde ſecundum proceſsionem dierum calefiant membra radicalia uel principalia niſi accidat cauſa fortis ualde. Et cauſa quidem una quandoque eſt cauſa febris hecticæ: & quandoq; eſt cauſa febris ephimere, ſecundum uehementiam ſuſpenſionis uel dependentię ipſius & debilitatem ſuſpenſionis uel dependentiæ ſuæ ſicut ignis. nam ipſe obuiat lignis ſecundum duos modos quorum unus eſt ſecũdum modum, quòd calefacit ea, & facit ex eis euaporationem: & ſecundus eſt ſecundum ſemitam inflammationis. Et febris quidem putredinis, & apoſtematis permutatur multoties ad hecticam propter uehementiam febris & uehementiam ſubtiliationis cibi in ea, & prohibitionem aquæ frigidæ, & paucitatem obſeruationis lateris cordis cum unctionibus, & emplaſtris, & epithematibus, & proprie in ægritudinibus membrorum uicinorum cordi, ſicut diaphragmatis. Et multoties facit cadere in eam neceſsitas medico propter caſum uirtutis, & frequẽtiam ſyncopis ad dãdum in potu uinum, & aquam carnis, & medicinam de muſcho, & his ſimilia. Et quandoque componitur hectica cum febribus putredinis, & apoſtematum. Et hectica quidem in principio rei eſt difficilis cognitionis, & facilis cũrationis. Et in fine ſui eſt facilis cognitionis, & difficilis curationis. Et finis, aldubul, non recipit curationem penitus.

Signa. Cap. 2.

PVlſus quidem eſt minutus, durus, frequens debilis, fixus ſecundum diſpoſitionem unam. In tactu uero eorum eſt illud, quod ſentitur de caliditate minus caliditate ſynochi, & ei ſimilium inflammatarum in materia: & in principio dum tangitur eſt magis ſuauis: & cum remanet ſuper eum manus hora una apparet cum fortitudine, & mordicatione, & non ceſſat augmentari: & eſt calidius, quod eſt in eo locus uenarum, & arteriarum. Et eſt eorum caliditas ſimilis: non enim minuitur, uerum ipſa quando ſuperuenit ei cibus, augmentatur uelociter: & fit fortis pulſus ualde, & incipit magnificari: & propter illud accidit ignorantibus medicorum, quod prohibent eis cibum propter illud, quod accidit eis de eo ex accidentibus,

bus, quare perdunt eos. Sicut augmentatur flamma propter iniectionem olei, & frixio sartaginis cum effunditur aqua super eam. Et istæ quidem significationes eius sunt fortes. Et cibus in reliquis quidem febribus proculdubio non incendit hac incensione, sicut inuenitur huic: quamuis necessario faciat diuersitatem motus naturæ: & hęc inflammatio non est sicut incensio reliquarum febrium post coarctationem, neq; secundum periodos notas, immo cum comedunt, & in quacunq; hora sit. Et est habens ægritudinem non vehemẽter discernens illud, quod est in eodem de calidi tate: quoniam facta est complexio membro conueniens: & iam sciuisti in libro. 1. qualitatem dispositionum in huiusmodi: verum ipsa apparet apud susceptionem alicuius ciborũ propter exacerbationem suam. Et de significationibus permutationis febris ephimeræ ad febrem hecticam est vehementia fortitudinis caliditatis in. iij. valde: nam secundum plurimum incipit febris post. xij. horas declinare. Cum ergo pertransit febris. xij. horas, & non apparent signa declinationis, immo continuatur vsq; ad tertium omni die, & fit fortis: tunc illa est hectica. Et de significationibus compositionis hecticæ cum febribus putredinis est remãsio caliditatis siccæ post finem declinationis, & post sudorem exuberantem: & additio in arefactione, & extenuatione secundũ illud, quod facit necessarium illa ægritudo: & vnctuositas in vrina, & egestione. Et si fuerit hectica apparens, & alia occulta tũc significat ipsum coarctatio accidẽs in paroxysmis: huiusmodi enim est non inuentum in hectica omnino. Et scias, q̃ quandoq; incipit hectica accensa cum stomacho, quare corrumpit complexionem hepatis per vicinitatem.

Signa aldubul, idest, marasmi. *Cap. 3.*

Signa uero aldubul sunt, q̃ quando febris expellitur vel permutatur ad dubul, uehemens fit durities pulsus, & eius debilitas, & paruitas ipsius, & eius frequentia: & proprie quando causa casus in hecticam est apostema, quod non resoluitur: nam illud scilicet frequẽtia additur ualde, & similiter uelocitas: & fit pulsus eius de genere eius, qui nominatur cauda muris. Quod si fuerit ex potu calidi uini, erit loco caudæ muris similis acui magnæ, & non erunt accidentia aldebul uehementia ualde: non enim dat ei spatium usq; ad huiusmodi. Et apparent in vrina vnctuositas, & petala, & incipit oculus profundari. Cum ergo aldubul peruenit ad statum, fit fortior profundatio amborum oculorum: & multiplicatur lippitudo sicca, & crescunt extremitates ossium omnis membri: & in facie: & planantur tempora: & tenditur cutis frontis: & destruitur color cutis: & fit quasi sit super eam puluis quidam & adustio solis: & perducit ad grauedinem eleuandi supercilia: & fit oculus somnolentus, & clausus absque somno, & subtiliatur nasus, & elõgantur pili, & apparent pediculi: & videtur uenter iam minorari, & adhærere cum dorso, quasi sit cutis sicca, quę iam attracta est: & attrahitur cum ea cutis pectoris. Cum ergo curuantur vngues, & arcuantur, tunc iam venit ad statum: & incipit almefetet, & cum peruenerit in almefetet liquefiunt cartilagines.

Cura hecticæ. *Cap. 4.*

Intentio in curatione febris hecticæ, est infrigidatio, & hnmectatio. Et unaquæque earum cõpletur cum approximatione suarum causarum, & expulsione causarum sui contrarij. Et fortasse est causa unius earum, causa contrarij alterius: sicut causa infrigidationis. ipsa enim quandoq; est causa exiccationis, quæ est contraria humectationi: sicut infrigidatio cum trochiscis camphoratis, & illis, quæ sunt ex spodio, & his similibus. Et fortasse humectatio iterũ est causa calefactionis, quæ contraria est infrigidationi, sicut vinum: nã ipsum humectat, sed calefacit: quare oportet vt obseruetur illud. Et si necessitas uocat ad fortem infrigidationẽ, & non fit nisi cum siccis, coniungantur cum eis, aut procedat ad ea, aut succedat res in qua est uirtus humectationis. Et similiter cum vocat necessitas ad fortem humectationẽ velocem in ea, sicut aqua carnis, & vinũ, tunc oportet vt adiungatur ei, aut antecedat eam, aut sequãtur eam illud in quo est infrigidatio. Et si fuerit causa hecticæ apostema, aut lęsio in membro, tũc necessarium est curare ipsum in primis. Et qui diligit componere regimen eius ex diuersis modis conuenientibus ei, in quo febris fit vehemens ualde, tunc necessarium est vt incipiat, & det in potũ trochiscos camphoratos, & quæ currunt cursu eorum cum syrupo acetoso diluculo, et in ortu Solis aquam hordei cum cancris, si non abhorret eos, aut cum iuleb, aut cum aqua granatorum: & apud somnum mucilaginem psyllij, si non fuerit prohibens aliquid propter stomachũ, & alia. Et regimen infrigidans est per illud, quod sciuisti de potibus infrigidantibus, & de oleribus infrigidantibus, & trochiscis, sicut trochisci de camphora, & emplastris, & vnctionibus, & his similibus, & infrigidatione aeris eorum, ita quod in hyeme. Si autem non tolerat, alleuietur super ipsum coopertura: infrigidatio namque aeris eorum est melior res: & sicut uestire eum cum sandalatis, & camphoratis, & facere ipsum odorare illud in quo sunt rosæ, & camphora, & sandali, & fructus frigidi, & alfahesefran aspersũ cũ aqua rosata: & sit alienatio sudoris & balnei.

balnei. Et oportet vt non prolongetur retentio emplaſtrorum infrigidantium ualde ſuper mem bra propinqua ualde membris anhelitus: fortaſſe enim infert illud anhelitui, & uoci nocumen tum magnum. Et oportet ut declinet ad quietē, & ſomnum, & tranquillitatem, & gaudium. Et cuſtodiatur æger ab eo, quod facit ipſum iraſci, & quod facit ipſum triſtari, & quod facit ipſum anguſtiari, & à fame, & ſiti longa. Emplaſtra infrigidantia quibus oportet eos uti, ſint aromatica, nam ipſa ſunt propinquioris iuuamenti: & proprie ſuper pectus, & quæ ſequuntur ipſum: & ſint infrigidata, & non ſit in eis ſtypticitas. Stypticitas enim cum hoc, quod ipſa facit accidere exiccationem, prohibet uirtutem medicinæ profundari. Et oportet ut aſsiduetur permutatio, ut non remaneat medicamen, quare caleſiat & caleſaciat cum obſeruatione vehementiæ infrigidationis eius: nam cum ipſum infrigidat vehementer, non elongatur quin debilitet membrum. Et quando eſt prope membra anhelitus, non eſt lōginquum quin impediat diaphragma, & alia ab emiſsione anhelitus cum facilitate. Et de regimine humectante ſunt cibi facti ex lacte & fructus, & tinæ, & vnctiones, & emplaſtra, & odoramenta, & caputpurgia, & quies, & tranquillitas: & ut non inferatur ei uiolentia in fame, aut ſiti.

Rememoratio medicinarum infrigidantium eos. Caput 5.

Illæ vero quæ de eis ſunt infrigidantes, aut humectantes, omnes ſunt nutritiuæ: aut vincit in eis nutribilitas: ſicut aqua hordei decocta cū cancris ex parte cancri. Et oportet vt euellantur extremitates cancrorū ex corporibus eorū & addi tamenta eorum, & abluantur cum aqua frigida, & ſale bono, cum cinere vicibus tribus, & ſupra, donec mundificentur, & purgentur à Zheumet ipſorum: deinde decoquantur in aqua hordei, & ſicut aqua lactis uaccini de quo extractum eſt butyrum: & ſicut ſucci olerum notorum prædictorum in capitulis febrium acutarum: Et ſicut mucilago pſyllij. In aceto autem eſt vehemens exiccatio, & virtus reſolutionis: quare oportet vt bibatur cum eo, quod reſiſtit duabus proprietatibus. ſ. per commiſtionem aquæ multæ, aut cum quibuſdam humectantibus & leniſicantibus. Et lac aſinæ quidem exiſtimatur, ꝙ ſit cum humectatione ſua infrigidans, ita vt quidam faciant meliorem infrigidationem eius ſuper infrigidationem lactis vaccini, de quo extractum eſt butyrū: verum ipſum conuenit ei, qui non habet niſi ſebrem hecticam, & ei qui non habet materiā, neq; humorem præparatum ad putredinem. Et oportet vt caueatur caſeatio lactis, & ex eis, quæ prohibent ipſam eſt zuccarum. Et cum times putredinem accidentem ex lacte, tunc ſolue cum facilitate. Et ſi timueris calefactionem, tunc abſtine ab eo aliquot diebus: & cura in ea cum trochiſcis, & aquis fructuum, deinde itera lac. Medicinæ vero infrigidantes, quæ non habent humectationem ſunt, ſicut trochiſci noti narrati, ſcilicet trochiſci camphorati & trochiſci de corallis frigidi, & ſicut trochiſci hmōi. Recip. ſpodij, boli armeni ana. ℥. iiij. roſarū. ℥. vi. ſeminis portulacæ, & citruli, cucurbitæ, & Karabe omnium ana. ℥. iij. fiant ex eis trochiſci, & ſit doſis pondus. ℥. ij. & ſunt boni valde. Et iterū alij proximi eis. Recip. arnogloſſæ, amyli, & gummi dragaganthi omnium ana. ℥. iij. boli armeni, ſpodij amborū ana. ℥. iiij. papaueris ℥. v. roſarum, & ſeminis cucurbitæ, & citruli, & portulacæ omnium ana. ℥. vi. granorum cydoniorum excorticatorum, & ſeminis melonis, & cucumeris longi arcuati omniū ana. ℥. vij. ſucci liquiritiæ pondus. ℥. x. conficiantur cū mucilagine pſyllij. Vnctiones uero, & epithemata, & emplaſtra infrigidātia, & odoramēta, & caputpurgia infrigidantia ſunt illa, quæ tu ſciuiſti. Et meliores vnctiones ſunt cum oleo de cucurbita, & de papauere, & nenufare, & alchalef, & violis. Stratus autem infrigidantes, & humectantes ſunt, qui ſunt plani ualde de corijs aſperſis aqua roſ. aut de lino de genere eius, quod ſit in tabraſten, & ſit impletio eius illud, quod non caleſacit, immo ſit de genere lini pectinati, & renouetur aſsidue. Aut ſit ſtratus de corijs, quæ iā ſunt impleta aqua poſtquā ſint ſuper ea rectificationes, quæ applanēt aquā bene, & prohibeant eius ſphæricitatē uel rotunditatē, & ſint ſtratus prope aquas, & curſus earum, & ſub eis folia arborū frigidarum, & humidarum, ſcilicet de ſalicibus, & ſemperuiuæ, & olera humida, & odoriſera frigida, ſicut roſæ, & folia arborum frigidarū, & præputia uitis, & his ſimilia.

Rememoratio medicinarum humectantium eos. Cap. 6.

Illarum quidem quæ ſunt cū infrigidatione rememoratio iam præterijt. Et reſtat nunc conſiderare in qualitate dandi in potu genera lactis, & lac de quo extractum eſt butyrum, & in qualitate adminiſtrationis tinæ, & balnei, & adminiſtratione vnguētorum, & oleorum, & epithematum, & reliqui regiminis. Et nos quidem iam docuimus modum dandi in potu genera lactis in capitulo phthyſis, & ſiccitatis ſtomachi, quare opoτtet vt ſit illud canon. Et non eſt lac poſt lac mulieris, ſicut lac aſinæ, poſtea lac caprarum, cuius paſcua oportet eſſe ex herbis, & oleribus frigidis humidis, ſicut ſcis: nam ipſum, & proprie lac aſinæ eradicat hecticam, ſi fuerit ei eradicator: & nō eſt electio ſuper ipſum, niſi prohibeat putredo accidens, aut expectatio materiei cōprehenſę. Et lac

lac quidem iuuatiuum eft eis à principio hecticæ ufque ad finem eius. Et lac mulieris fugendo fumptum conuenientius eft omnibus. Et canon in dando in potu lac de quo extractum eft butyrum eft proximus illi iterum. Et melius quidem eft vt incipias à 3. x. ufque ad xxx. & quod eft fupra eas, fi fuerit virtus adiuuans. Et tibi ineft ut commifceas cum eo aliquid de trochifcis infrigidantibus. Et tibi ineft ut addas fupra fummam prædictam in potione prima, & poftrema, fi fuerit potens virtus fuper digeftionem. Tina autem illa eft melior, quæ eft tepida, in qua non eft caliditas multa, & eft cum hoc cum uirtutibus olerum, & herbarum infrigidantium, & humectantium, & non fit ita vt rorificet, nedum quod fudare faciat, & non licet ut uapor tinæ fit calidus: & fi non effet, quod prohiberet adminiftrationem tinæ frigidæ, non eligeretur fuper eam: uerum quod prohibet ab hoc eft debilitas corporum eorum, & eorum extenuatio. In principijs vero rei ipforum fortaffe fanat eos illud, uerum debilitatem corporis fanat quandoque illud cum infrigidatione pauca quam facit in complexione eius, quæ posfibile eft vt curetur. Quod fi fuerit debilius illo, timetur, quòd cadat in hecticam fenilem: & illud fecundum minus. veruntamen cum illo tardatur magis tempus mortis, & fortaffe uiuit cum ea tempore cui eft quantitas. Et multoties quidem eft rectificatio feu curatio permutatio eius ad illam hecticam. Illud autem in quo fumus de refolutione tinæ, rectius eft ut fiat inceptio in ea cum aqua, quæ eft calida ad terminum: & fiat gradatio ad frigidam, & ad temperatam frigidam tolerabilem: hæc enim gradatio facit corpus fufceptibile aquę frigidę, cum læfio non fiat nifi per aduentum contrarij in complexione fubito. Et iterum corpus acquirit ex aqua calida fimilitudinē teneritatis, & tolerat cum ea frigidam. Et fi iteretur tina in die tribus uicibus, erit rectum. Et oportet vt adminiftretur cum facilitate, vt non cadat uirtus. Et fi fumpferit aquam hordei ante tinam duabus horis, erit conueniens. Et fi præmittat ante emulfionem lacti s fuper corpus eius, fecundum ꝙ dicemus, vt dilatet tina meatus cibi, deinde fufcipiat aquam hordei, & quæ funt ei fimilia, poftea expectet, deinde adminiftretur tina ut dilatetur cibus: erit bonum. Et adminiftretur poft tinam, & balneum inunctio cum oleis infrigidantibus, & humectantibus, ficut oleo uiol. proprie: quando factum eft ex oleo de cucurbita. fimiliter oleo nenufarino, & oleo de cucurbita. Et fi permutentur poft tinam ad illud, quod eft decliuius ad frigus parum tolerabile, deinde inungatur: erit melius. Et fi præmittatur inunctio, & feftinet eam, deinde ingrediatur aquam frigidiorem parum erit rectum: & illud fecundum tolerantiam: & non eft malum gradari in eo. Et melior quidem horarum huius actionis, eft poft digeftionem cibi. Et fi posfibile eft ut fubmergatur poft tinam calidam in aqua frigida fubito, abfque gradatione, eft magis vltimum ex parte curæ: & magis forte ex parte timoris. Et effufio eius cum facilitate eft minoris timoris, quam fubmerfio infirmi in ea fubito, & minoris iuuamenti. Et fit frigus fecundum quantitatem frigoris aquæ æftatis, quæ eft inter tepidam, & illam quæ eft uehementis frigoris. Et fi præmittatur emulfio lactis fuper membra fua, fi nō fuerit debilis, aut eius quod miftum eft aqua fi fuerit debilis, deinde fi adminiftretur tina: erit rectum. Nam emulfio lactis fuper corpus eft uehementis humectationis. Et genera quidem lactis bona ad emulgendum, funt prædicta. Et oportet ut emulgeantur ex ubere. Et dignius eft, ut fiat fixio fuper inunctionem fricando ex oleis prædictis corpori toti, & iuncturis. Ingresfio autem balnei non conceditur ei, nifi fuerit ita, ne fudare faciat, neque igniat, neque alteret anhelitum, & fit calidum aquæ eius minus calido fui aeris: & fit caliditas aquæ eius ita, ut delectet, & non lædat, & non faciat fudare: & quando non eft in corpore eius materia præparata putredini, & proprie cum illud eft, & non digeftus eft cibus: immo oportet ut fit illud cum uoluntas eft ut expandatur digeftum eius in corpore. Et non prolonget moram eius in eo, immo feparetur ab eo uelociter. Et quando feparatur ab eo, fumat aliquid de humiditatibus, & de forbitionibus, quę non nocent ei factis ex hordeo, & lacte. Et quando accidit ei in balneo fitis, fedet eam cum aqua hordei, & aqua alraib. Et lac fit lac afinæ. Et oportet ut fit introitus in balneum, deinde exitus eius ab eo fecundum modum, ut non fit labor in eo omnino. Etiam enunciauimus illud in locis alijs, & iterabimus de illo conditionem. Oportet ut permutetur ad balneum in lectica portata in qua fit lectus ftratus æqualiter planus, donec perueniat cum ea ad primam domum: & tunc permutetur ad ftratum lene ex eis, quæ funt conuenientia balneo. Et exuatur ueftimentis fuis in ea aut in media domo, fi non fuerit calida. Et non moretur in aliqua earum, nifi quantitate permutationis, & anhelitus pauci, & quantitate qua exuatur ueftimentis, deinde ingrediatur ad domum tertiam: ueruntamen non fit uehementis caliditatis: & ftet in ea quantitate qua tolerat tinam. Hoc eft illud, quod dictum eft, & quod magis eft dilectum mihi eft, ut fit tina eius in domo media temperata. Cum ergo feparatur à tina frigida, cooperiatur mantili, aut chlamyde habente duas tunicas, & permutetur ad ftratum feu lectum fuum & lecticam feu sbaram fuam, & exiccetur feu fugatur fudor eius cum mantili, & inungatur, & cibetur.

De cibatione habentium hecticam. Cap. 7.

OPortet vt fepareturin eis cibus: & non cibentur in faturitate eorum uice una. Amplius melius quo cibantur eft aqua hordei,& hordeū.f.fæx eius, & panis tritici abluti infufus in aqua frigida. Et genera lactis, cum ab eis non prohibet aliquid eorum, quæ diximus: & lac uaccinū de quo extractum eft butyrum, quoniam eft plurimi nutrimēti. Et almes,& cucurbita:& de fructibus melones feleftini, & funt melones alzachi cognominati apud nos indi. Et quando fentit rectificationem,tunc non eft malum cibare ipfum cafeo humido non falito. Et fi virtus debilitatur, non eft malum ut cibetur iure isfidabegi cum coriandro humido decocto cum eis,quę funt ficut al duragi,& alteiugi. Et fortaffe oportet ut detur eis in potu aliquid uini fubtilis permifti cū aqua multa. Et fortaffe eft neceffarium vt cibes cum mofos ex carne alduragi, & alteiugi, & alcubugi, & pullorum & helaman acetofo & alcharis acetofa facta ex carne hœdi, aut carne bouis, quādo eft illic fortitudo digeftionis:& acetum almofos,& alcharis eft iuuatiuum eis, & confortatiuum in hac difpofitione. Et fortaffe non eft excufatio ab aqua carnis permifta cum fyrupo de fructibus frigidis, acetofis,aut vitello oui forbilis. Et quando prolongatur cum ea debilitas ad fyncopim,eft neceffe ut cibentur aqua carnis accepta ex coftis hœdi cum fale pauco, quæ coletur, & fundatur fuper eam quantum totum eius eft de aqua malorum, & quantum eft decima eius de vino odorifero, & potetur tepida. Aqua uero frigida, quæ non eft ualde uehementis frigoris,nō eft malum fi in potu detur eis,fi non fuerit debilis, aut aliquid prohibens: & illud prohibens, aut erit apoftema fub hypochondrijs, aut erunt in corpore toto chymi putridi,& chymi crudi, qui omnes digeftione indigent, & non apparet fignum digeftionis: quòd fi appareat, timor erit minor. Et fimiliter fi fuerit hectica permutata ex firfen aut birfen: nam cū hac melius eft vt interdicatur potus aquæ frigidę, quam cum alijs. Hectica enim cum fuperuenit ægritudinibus deftruentibus virtutem,mollificantibus eam, arefacientibus offa, & carnem, fuperuenit debilitati. Cum ergo coniungitur ei fuper debilitatem poft fumptionem aquæ frigidæ, non moratur quin cadat in genus alterius hecticæ, quæ communicat huic generi in ficcitate, & diuerfificatur ei in calore, & frigore: & nominatur hectica fenectutis, & hectica fenij. Et illa quidem eft ægritudo fæua, in qua innatus calor iam deftructus eft. Et fimiliter aqua ultimi frigoris, & plurimi nocet eis in omni difpofitione, & corrumpit innatum calorem membrorum eorum radicalium. Et fortaffe feftinat mortem eorum, aut permutat eos ad modum alium hecticæ.

De fuccurrendo difpofitionibus fequentibus hecticam. Cap. 8.

DE illis eft fyncopis: & iam diximus regimē in hoc multoties. Et de illis eft fluxus uentris. Et oportet ut curetur, & fuccurratur ei. Nam in hoc eft timor magnus. Et de curis eius in primis eft, vt fit aqua hordei eorum aqua fauich. Et ponātur in aqua hordei eorum milium torrefactum,& gummi, aut lentes elixatæ iteratæ, aut lac decoctum cum lapidibus,aut cū igne folo, donec confumatur eius aquofitas:& proprie cum milio:& potent hos trochifcos. Recipe boli armeni ℥.v. caftaneæ torrefactæ,rof. omniū ana.℥.iiij. fpodij,karabe,amborum ana.℥.iij.feminis acetofæ excorticati, granorum berberorum oīum ana. ℥.vj. fiant trochifci cū fucco cydoniorū: & detur in potu cum aqua pirorū in mane,& apud fomnū. Et detur in potu pfyllium torrefactum: & fimiliter fuffuf de fpodio in quo eft bdelliū de mecha, eft iuuatiuum ualde. Et fi peruenit ad excoriationem,curetur excoriatio cum clyfteribus, quæ fcis: quoniam illud eft conueniens.

De hectica fenectutis. Cap. 9.

CVrrit confuetudo ut dicant hecticam fenectutis poft febrem hecticam.& nos etiam incedamus uia confueta. Intentio itaque hecticæ fenectutis eft dominium ficcitatis fuper complexionem abfque febre. Et quandoque fit cum æqualitate in calore & frigore, & illud eft fecundum minus. Et quandoque fit cum frigore,& nominatur hæc difpofitio hectica fenectutis,& hectica fenij: quoniam corpori accidit in non hora fenij illud,quod accidit in illa hora ex debul feu are factione & ficcitate. Et fenes quidem funt velocioris cafus in ea, quam iuuenes. Et iuuenes uelocioris cafus in ea,quàm pueri,licet accidat in iuuenibus,& pueris. Et caufa faciens cadere in eam, aut eft frigus dominans cum debilitate corporis, quare prohibet uirtutem nutritiuam ab operatione fua integra: ficut accidit iterum in fine uitæ. Et de hoc capitulo eft potus aquæ frigidæ non in hora fua, aut fuper debilitatem corporis cum febre, & in difpofitione cruditatis aut fuccesfione exercitij refoluentis uirtutem, & aperientis poros, & quod uocat ad attrahendum aquam frigidam ad uifcera fubito. Aut uapores mali, frigidi, qui eleuantur ad cor, & infrigidant complexionem eius. Aut caliditas, quæ refoluit, & liquefacit humiditates, quare caliditas innata debilitatur, & fuccedunt frigus, & ficcitas. Et quandoque fequitur euacuationes. Et quandoque attrahit hanc ægritudinem fuperfluitas in infrigidando patientes febres, cum eis, quæ bibuntur, & emplaftrantur. Et hæc quidem ægri-

ægritudo quando confirmatur, non curatur: & si esset ei ingenium, esset morti ingenium.

Signa. Cap. 10.

IN istis uidentur signa aldubul, & exiccationis: & non uidetur in eis incensio, & inflammatio, immo fortasse inueniuntur frigidi tactus. Et eorum pulsus non est sicut pulsus habentium febres hecticas, immo est tardus, paruus, & rarus, nisi fortis fiat debilitas: quoniam tunc incipit pulsus fieri frequens, & proprie in illis quibus aduenit hoc ex potu aquæ frigidæ. Et est urina eorum alba, subtilis, aquosa, & sunt in dispositionibus suis sicut senes.

Curatio hecticæ senectutis. Cap. 11.

NOn adhibetur hæc cura nisi cum nondum confirmata est: & speratur, quod non confirmetur: & cum confirmata est, speratur ut postponatur perditio parumper. Et canon quidem in curatione eorum est calefactio, & humectatio. Et ex humectatione sunt balnea secundum quod sciuisti, quæ non administrentur nisi post digestionem: nam si ipsa administrentur succeßione comestionis, faciunt cadere uirtutem. Et clysteria facta ex capitibus, & pedibus, & cicere & tritico uehementer decocto & ficubus cum hasech & chamæmilla de quo administretur quantitas mediæ lib. cum vnc. 2. olei sisamini, & aliquantulo olei de ben: & administretur fricatio super cibationem. Et lac suctum ab ubere est uehementis iuuamenti eis. Et mel est ultimum in iuuamento eorum, sicut est ultimum in nocumento habentium febrem hecticam. Et omnis cibus humectans, facilis penetrationis, uelocis descensionis in quo non est uiscositas, sicut aqua carnis, & uitelli ouorum sorbilium, & uinum subtile odoriferum, paruæ quantitatis, est uehementer conueniens eis. Et oportet ut obseruetur humectatio prædicta in capitulo hecticæ: & misceatur cũ ea, quod calefaciat ex odoribus, & emplastris, & unctionibus fricando, & cibis & alijs.

TRACTATUS IIII.

De febribus pestilentialibus, & quæ sunt eis homogenea, & uariolis, & morbillo.

De febre pestilentiali. Cap. 1.

QVANDOQVE accidit aeri quod docuimus te in libro uniuersalium, sicut accidit aquæ de conuersione in qualitate sua ad calorem, & frigus: & de conuersione in natura sua ad alterationem uel transmutationem & putredinem: sicut alteratur uel transmutatur aqua, & fœtet, & putrefit. Et sicut aqua non putrefit secundum dispositionem suæ simplicitatis, immo propter illud, quod admiscetur ei de corporibus terrenis malis, quæ permiscentur ei, & accidit toti qualitas mala: similiter aer non putrefcit secũdum dispositionem suæ simplicitatis, immo propter illud, quod admiscetur ei de uaporibus malis, qui permiscentur ei, & accidit toti qualitas mala. Et quandoque est illud causa uentorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis longinquis in quibus sunt loca stagnosa uel paludosa alterata ad putredinẽ, aut in quibus sunt corpora cadauerum corrupta in prælio aut corpora mortua ex peste non sepulta aut non combusta: & quandoque est causa propinqua loco in quo currit. Et quandoque accidunt putredines in interioribus terræ propter causas quæ ignorantur cum suis particularibus: quare perueniunt ad aquam & aerem. Et febres quidem accidentes causa aeris sicci minus sunt, quàm huiusmodi accidentes ex aere humido, nisi quòd cholera multiplicatur in aere sicco: quare est ille etiam causa ut eueniant febres cholericæ. Pestilentiales uero fiunt ex aere turbido, & humido. Et febres in aere humido sunt pluris euentus, sed sunt minoris acuitatis, & longioris spatij. In æstate uero sicca, paucæ pluuiæ sunt minoris euentus & maioris acuitatis, & uelocioris separationis. Et meliora tempora sunt, quæ seruant naturam suam. Et principium omnium harum alterationum sunt formæ ex formis cęli facientes esse necessarium illud, cuius aduentus ignoratur: licet sint quidam, qui dixerunt in eo aliquid non proportionatum ad causam eius: immo oportet ut scias, quod causa prima longinqua ad illud sunt figuræ cęlestes, & propinquæ dispositiones terrestres. Et quando faciunt necessario uirtutes agentes cœlestes, & uirtutes patientes terrestres, humectationem uehementem aeri, eleuantur uapores, & fumi ad ipsum, & sparguntur in ipso, & putrefaciunt eum cum caliditate debili, & quando fit aer secundum hunc modum, uenit ad cor, quare corrumpit complexionem spiritus, qui est in ipso, & putrefit quod circundat ipsum de humiditate, & accidit caliditas egressa à natura, & spargitur in corpore causa fluxibilitatis suæ & fit febris pestilentialis. Et communicat multitudini hominum, qui iterum habent in seipsis proprietatem præparationis. Agens enim solum cum peruenit, & patienti non est præparatio, non accidunt actio & paßio. Et præparatio corporum ad illud in quo sumus de paßione est, ut sint plena humoribus malis: nam munda non forsitan patiuntur ex illo, & corpora debilia iterum patientia sunt ex ea, sicut illa, quæ multiplicant coitum, & corpora dilatatorum pororum humida multæ balneationis.

Signa. Cap. 2.

HAec febris est quieta exterius, conturbans interius, secundum plurimum perdens, ex qua percipitur caliditas & inflammatio fortis. Et est cum ea magnitudo anhelitus, & eius exaltatio, & constringitur multoties, & fit fœtidus & frequens, & uehementia sitis, & siccitas linguæ. Et quandoque fit cum nausea, aut casu appetitus: & si non resistitur ei cum comestione uiolenter, interficiet eum. Et dolor oris stomachi. Et magnitudo splenis. Et angustia uehemens: & inquietudo. Et fortasse erit tussis sicca. Et casus uirtutis, & peruenitur in ea ad syncopim: & commistionem rationis. Et tenditur, quod est sub hypocondrijs. Et fiunt cum ea uigiliæ. Et mollificatio corporis, & tepor. Et quandoque accidit cum ea bothor flaua seu subalbida, & rubea: & quandoque est uelocis apparitionis, & uelocis occultationis. Et accidunt cola, & ulcera. Et fit pulsus secundum plurimum frequens, paruus, & fit uehemens secundum plurimum in nocte. Et quandoque accidit eis dispositio sicut hydropisis. Et fluxus uentris choleræ, & aliorum: & est egestio eius lenis, fœda, non naturalis, & quandoque est melancholica: & plurimum eius est spumosum, & fœtidum: & est in illa aliquid de genere eius, quod liquefit. Et est urina eius aquosa, cholerica, melancholica. Et multoties euomunt melancholiam, choleram uero plus illa. Et sudant sudore fœtido. Et hæc quidem febris incipit cum accidentibus prædictis cum fortitudine sua, & uenit res eius ad syncopim, & frigus extremitatum, & lithargiam, & spasmum, & alcuzez. Et quandoque est de his febribus pestilentialibus in qua non percipit æger, nec tangens propinquus multitudinem caloris, & non alteratur pulsus, & aqua magna alteratione, & cum hoc ipsa est interficiens uelociter, & hæsitant medici in esse eius. Et plurimi quorum anhelitus fœtet ex istis, & ex primis, moriuntur: nam putredo est iam confirmata in corde.

Signa pestilentiæ. Cap. 3.

DE illis quæ significant pestilentiam, de rebus, quę currunt cursu causarum, est ut multiplicentur alragium, & alscheb.i. apparitiones igneæ sicut sydera cadentia & similia in principijs autumni & in ailul.i. in mense Septembris: nam indicat pestilentiam euenientem indicatione causę. & quãdo multiplicatur auster uentus orientalis in chanun.i. in mense Decembris diebus aliquot. Et quoties uideris turbiditatem aeris & nebulositatem eius, & existimaueris pluuiam, & inueneris eum puluerulentum siccum non cum pluuia: tunc scias, quod complexio hyemis est corrupta. Pestilentiam autem æstiuam malignam, malam significat paucitas pluuiæ in uere cum frigore deinde multiplicatur auster, & conturbatur aer aliquot diebus, deinde clarificatur post hebdomadam unam & quod est supra eam: deinde accidit frigus in nocte, & in die calor est uehemens, & prę focatio, & conturbatio, & caliditas, tunc iam uenit pestilentia, & expectantur febres pestilentiæ, & uariolæ, & his similia. Et similiter quando æstas non est uehementis caloris; & est uehementis conturbationis, habens matutina alterata, puluerulenta: & iam præterierunt in autumno alscheb.i. apparitiones igneæ & ignes & niazech.i. stella comata, est signum pestilentiæ & aliorum. Et similiter quando uideris aerem alterari in die uno multis uicibus, & clarificatur aer die aliquo, & oritur Sol clarus, & conturbatur die alio, & oritur in uelaminibus nebulæ, quæ est ut puluis, tunc iudica, quod pestilentia accidet. Signa autem, quæ sunt secundum semitam societatis causæ sunt, uerbi gratia ut uideas ranas iam multiplicari, & uideas reptilia generata ex putredine iam multiplicari. Et de eis, quæ significant illud est ut uideas mures, & animalia, quæ habitant sub terra fugere ad superficiem terræ, & pati sedar.i. commoueri hincinde, sicut animalia ebria: & uideas animalia sensibilis naturæ, sicut allechalach & eis similia fugere ex nidis suis, & ire ab eis, & fortasse dimittunt oua sua.

Curationes febrium pestilentialium. Cap. 4.

SVmma curationis earum est exiccatio: & illud cum phlebotomia, & solutionis uentris: & oportet ut incipiatur in ea ad euacuandum. Si autẽ materia uincens fuerit sanguinea, fiat phlebotomia: & si fuerint humores alij, euacuentur. Et oportet ut infrigides domos eorum, & rectifices aeres ipsarum. Domorum aut infrigidatio fit, ut uallentur fructibus odoriferis, frigidis, & extremitatibus arborum frigidarum, & linimentis, & rorationibus sumptis ex fructibus frigidis, odoriferis, & ex camphora, & aqua rosacea, & sandalis: & roretur domus eorum omni die aliquoties, & proprie cum aqua rosacea, & de Kalef, & de nenufare: & si fuerint in domo manationes, & rorationes aquæ, erit melius. Aeris uero rectificationem dicam. Et administrentur eis trochisci de camphora, & robub frigida, & aqua lactis acetosi, & lac acetosum ablato butyro, & aqua rosacea, in qua dissolutum est serum uel aqua lactis acetosi boni & acetum cum aqua iterum. Et aqua frigida plurima subito est iuuatiua valde: pauca autem cõsequenter exhibita fortasse excitat caliditatem. Quod si res prolongetur adhoc, ut tendantur hypocondria, & infrigidentur extrema, & prolongentur vigiliæ, & permistio mentis, & uides pectus, & quod est super ipsum eleuari, & descendere, tunc necesse est administrare coopertura̅m trahentem calidi-

caliditatem exterius. Et quando cadit appetitus, cogantur ad comestionem. Nam plurimi eorum, qui uiriliter agunt super illud, & comedunt uiolẽter, absoluuntur,& uiuunt, quare necesse est cogere eos ad cibum. Et oportet ut sint cibi eorũ ex acetosis,& desiccatiuis: & sint paucæ quantitatis. Cibi nanque eorum sunt iterum mali, quare nocet eorum multitudo, ex parte repletionis, & nocent inquantum sunt mali. Rectificationis autem pestilẽtiæ pars est secundum sanes, qui sunt in ea,& pars eius est secundum sanos & ægros. In illa uero, quæ est secundum sanos intentio est, ut exiccetur aer, & fiat boni odoris: & prohibeatur eius putredo cum quacunque re sit: & rectificetur cum xyloaloe crudo,& ambra,& thure,& muscho,& costo dulci,& storace,& sandaracha,& assa,& gariophyllis,& mastice,& glutine albotin, & laudano,& melle,& croco,& sech.i.galia,& cupresso, & iunipero, & alusne, & lauro, & cyperis, & squinantho, & sauina, & acoro, & alsababech, & amygdalis amaris,& assaro. Et quandoque fiunt ex istis composita. Et aspergatur domus aceto, & assa. Secundum sanos uero, & iterum febricitantes, & ægros est suffumigatio cum sandalis, & camphora, & corticibus granatorum, & myrto, & malis,& cydonijs,& hebeno,& alsagi, & tamarisco, & ribes: & oportet ut multiplicetur suffumigatio.

Præseruatio à pestilentia. Cap. 5.

Oportet ut extrahantur à corpore humiditates superfluæ: & inclinetur regimen eius ad exiccationem ex omni modo, & ex minoratione cibi, nisi exercitio. Oportet enim ut non adminiſtretur, neque balneum, neque bibitiones, neque toleretur sitis. Et rectificetur aer cum eis, quæ diximus. Et declinet cibus ad acetosa. Et minoretur ex eo. Et sit caro, quæ adminiſtratur decocta in acetosis. Et summatur de alhelam & alcharis,& almosos factis cum aceto,& absq; aceto cum sumach, & aqua acrestæ, & aqua limonis, & aqua granatorum. Et condita in aceto iuuatiua sunt: & proprie capparis aceto condita. Et alkhit.i.assa ex illis est, quæ conferunt, & prohibent ab eis putredinem. Et de illis quibus ex ea fit euasio, est adminiſtratio theriacæ, & mithridati ante eam cum reliquo regimine bono. Et de medicamine facto ex aloe, & croco, & myrrha sumatur omni die circiter drach.i.quoniam est iuuatiuum.

De variolis. Cap. 6.

Quandoque accidit in san. ebullitio secundum semitam putredinis cuiusdam, de genere ebullitionum quæ accidunt succis:& talia quidem accidentia fiunt per eam, ita ut partes eorum ab inuicem discernantur. Et de hoc est cuius causa est res quasi naturalis faciens ebullitionem sang. ut expellatur ab eo illud, quod admiſcetur ei de reliquijs nutrimenti sui mẽstrualis, quod erat in hora impregnationis, aut generatur in ea post illud ex cibis fœculentis,& malis, de illis quæ rarificant substantiam eius, & faciunt eam ebullire, donec fiat ei substantia recta fortior prima; & magis apparens: sicut illud, quod natura efficit in succo vuæ, ita quòd rectificat ipsum, faciendo uinum similis substantiæ: & iam expulsa est ab eo spuma aerea & fæx terrena. Et de hoc est, cuius causa est res adueniens extrinsecus, ebullire faciẽs, occulta quæ permiſcet humores cum sanguine, commistione existente in dispositione ebullitionis,& stationis sub Sole, sicut accidit apud alterationem temporis,& proprie ueris ab eo, quod pertinet ei de qualitatibus & ordine. Et uariolæ quidem, & morbillus sunt de summa ægritudinum contagiosarum. Et multiplicantur in successione austrinorum, quando multiplicatur eorum perflatio. Et corpus quidem variolis præparatum est illud, quod est calidum & humidum,& conturbatę humiditatis, proprie quod parum extrahit de sanguine per phlebotomiam. Et de cibis sunt cibi, qui faciunt cadere in uariolas uelociter,& proprie quãdo non sunt consueti, & adminiſtrantur super eos medicinæ,& cibi calefacientes, sicut lac, & proprie camelarum & equarum: cum multùm repletur ex eis ille, qui non assuetus est eis: deinde bibit uinum plurimum, aut medicinas calidas. Et uariolæ quidem sunt quasi modus quidam crisis. Et plurimum quidem accidũt uariolæ infantibus: deinde iuuenibus: minoratur earum euentus in senibus, nisi propter causas fortes, & in regionibus uehementis caliditatis & humiditatis. Et earum euẽtus in corporibus humidis est plus, quàm sit ipsarum euentus in corporibus siccis: & earum euentus in uere plus est, quàm ipsarum euentus in hyeme. Et post uer in fine autumni: & proprie quando præcedit æstas calida, & sicca,& fuerit ille autumnus calidus & siccus. Et uariolę non accidunt in cute solum, & in eo quod sequitur illud, quod apparet, immo accidunt in omnibus membris similium partium apparentibus, & occultis, ita quòd uelaminibus, & neruis. Et quando apparent uariolę, faciunt incurrere pruritum, deinde apparent res sicut capita acuum similia milio, deinde egrediuntur,& implentur sanie, deinde ulcerantur,& fiunt crustæ diuersorum colorum, deinde cadunt. Et fortasse permutantur uariolæ ad phlegmonem,& massere, & ad dubellati, quæ aggregat saniem. Et plurimum quidem cum apparent, habent colorem phlegmonis, ueruntamen quandoque egrediuntur secundum colores diuersos cineritię,& uiolaceæ,& nigræ. Variolæ enim sunt species,& colores: nam de eis sunt albæ,& de eis citrinæ, & de eis sunt rubeæ,& de eis sunt uirides,& de eis sunt uiolaceæ,& de eis sunt ad nigredinem

dinem decliues. Et uirides quidem, & uiolaceæ ſunt malæ: & quanto plus additur declinatio ad nigredinē,tanto eſt deterius: & quanto plus ſunt decliuiores ad illud, tanto plus ſunt decliuiores ad malitiam. Et albæ quidem ſunt meliores: & proprie quando ſunt pauci numeri,magnę quantitatis,facilis exitus,paucę anguſtię,debilis febris: & uides febrem minui cum earum apparitione, & ipſarum egreſsione: & eſt principium exitus earum in tertio,& quod ei approximat: & poſt illas ſunt albæ,magnæ,pluris numeri propinquæ abſq; continuatione. Nam illæ, quæ continuantur ad inuicem,ita ut continuentur in fruſto magno carnis habentes coſtas aut rotundam formam, ſunt malæ.Et ſimiliter iterum duplices magnę,in uentre unius quarum eſt uariola alia. Albæ uero paruæ,duræ,propinquæ, difficilis exitus, licet faciant exiſtimari in principio rei ſalutem,tamen timetur in eis, quòd difficilis fiat earum maturatio, & fiat cum eis mala diſpoſitio ægri: & perueniat per eas ad perditionem, quoniam cauſa in eis eſt groſsitudo materiei. Et de ſpeciebus malarum timoroſarum,quæ plerunque interficiunt, ſunt illæ, quarum diuerſificatur egreſsio: nam quandoque apparent,& quandoq; occultantur, & proprie quando apparent uiolaceæ: & ſimiliter tenaces, quarum operatio non ceſſat à debilitate uirtutis & uiridificatione membri & nigrificatione eius perdunt. Et ſi uiriditas, & nigredo,quibus poſt ſuccedit declinatio,non faciunt cadere uirtutem,immo additur cum eis uirtus, non ſunt mortiferæ: ſed fortaſſe cadere faciunt in ulcera, & quæ currunt curſu eorum. Et ut ſit febris, deinde uariolæ, ſaluius eſt quam ſint uariolæ præcedentes, deinde conſequatur eas, & accidat ſuper eas febris. Et illud quidem, quod plurimū conſiderare oportet in eſſe patientis uariolas, eſt eius anhelitus, & ipſius uox. nam ipſa duo cum remanent bona, eſt res ſalua. Et cum uideris anhelitum patientis uariolas conſequentem, & ſimiliter patientis morbillum, tunc exiſtima caſum uirtutis, aut apoſtema diaphragmatis: deinde cum uides ſitim uehementem fieri,& anguſtia aſsiduat, & ea quæ apparent infrigidantur,& uariola & morbillus uirides fiunt, tunc iam percipitur æger mori: & uerificatur illud,ſi uariolæ fuerint de genere earum, quarum egreſsio,& apparitio tardantur. Et plurimi eorum, qui moriuntur per uariolas moriuntur præfocati ex ſynantia. Et quandoque moriuntur per caſum uirtutis cum raſura inteſtinorum, & fluxu uentris. Et cum uideris uiolaceas de uariolis & morbillo profundari,tunc ſcias, quòd ſuper ueniet ægro ſyncopis. Et quando feſtinat ad mingendum ſang. & ſuccedit ei urina nigra, tunc eſt mortiferum, præcipue quando eſt illic caſus uirtutis. Et fluxus uentris uiridis, ſanguineus, aut lotiuus cum caſu uirtutis. Et alhamica eſt aliquid inter uariolas & morbillos, & eſt ſaluior ambobus. Et multoties quidem uariolatur homo duabus uicibus, quando aggregatur materia ad expellendum bis. Et almum coloris plumbini ſunt uariolæ,quarum bothor in facie, & pectore, & uentre ſunt,pluſquam in cruribus,& pedibus: & ſunt malę, & ſignificant materiam groſſam, quæ non expellitur ad extremitates.

Signa apparitionis uariolarum. Cap. 7.

Quandoque antecedunt apparitionem uariolarum dolor dorſi, & pruritus naſi, & timor in ſomno, & punctio uehemens in membris faciei, & grauitas communis, & rubedo in colore faciei,& oculi,& lachrymæ, & inflammatio, & multitudo alicum & oſsitationum cum conſtrictione anhelitus, & raucedo uocis, & groſsitudo ſputi,& grauitas capitis,& dolor capitis,& exiccatio oris, & anguſtia,& dolor in gutture, & pectore, & tremor pedis apud reſupinationem, & declinationem ad ipſam. Et cum hoc toto febris concluſa.

De morbillo. Cap. 8.

Scias quod morbillus omnis eſt uariola cholerica: & non eſt differentia inter ea ambo in plurimo reliquarum diſpoſitionum niſi quia morbillus eſt cholericus: & quòd ipſe eſt minoris quantitatis, & quaſi ipſe non pertranſit cutem: & non eſt ei altitudo de qua curetur, proprie in principio ſui. Variolæ uero in principio ſuæ apparitionis eſt eminentia, & altitudo: & morbillus eſt minor uariolis,& minus accidit oculo,quā uariolæ. Et ſigna apparitionis eius proxima ſunt ſignis apparitionis uariolarum, uerum ſubuerſio ſtomachi in eo eſt plus,& anguſtia, & inflammatio uehementior, & dolor dorſi minor: quoniam cauſa eius in uariolis eſt repletio ſang. extendens uenam poſitam ſuper dorſum: nam generatio uariolarum eſt propter multitudinem ſan.corrupti: & morbilli propter uehementiam malitiæ ſan.corrupti,pauci. Et morbillus ſecundū plurimū egreditur ſubito: & uariolæ aliquid poſt aliquid.

Signa ſalutis eius. Cap. 9.

Sunt ſicut ſigna ſalutis uariolarū:nam illæ,qui eſt uelocis egreſsionis, & apparitionis, & maturationis,ē ſaluus.Et durus,& uiridis,uiolaceus,eſt malus:& qui eſt tardæ maturitatis,frequētis ſyncopis,& anguſtiæ,eſt pernitioſus.Et qui occultatur iterū ſubito,eſt malus faciens ſyncopim.

Cura. Cap. 10.

Oportet in uariolis ut incipiatur, & extrahatur ſang. ſufficienter, cum conditiones fuerint.

Et similiter si morbillus fuerit cũ repletione sang. Et spatium illius est usque ad quartum. Sed quando egrediuntur uariolæ, non oportet tunc vt administretur phlebotomia, nisi inueniatur uehementia repletionis, & dominium materiei:tunc.n. phlebotometur quantitate, quæ alleuiet seu minoret. Et conuenientius quidem, quod in hac administratur ægritudine est phlebotomia. Et si phlebotometur uena nasi, confert iuuamentum fluxus sang. narium, & tuetur partes superiores à malitia uariolarum. Et est magis facilis super infantes. Et quando necessaria est phlebotomia, & non phlebotomatur iterum complete, timetur super ipsum corruptio extremitatis. Et similiter timetur quandoque simile illi super illum cuius assiduatur extinctio. Et oportet ut fiat in eis cibatio in primis cum eis in quibus est confortatio cum repercussione & extinctione absque constrictione naturę, & inspissatione sang. sicut cibus, qui fit de iuiubis cum tamarindis, & cibus factus ex thalha.i.ex floribus dactylorum uel ex dactylis immaturis cum primo exire incipiunt, & ex lentibus præparatis in assidbegi.i. præparatis istis floribus dactylorum & lentibus in modum ferculi liquidi. Et lenificatio uehemens. Et similiter oportet, ut sint cum istis tamarindi, & ex illis, quæ conueniũt, eis sunt cibus factus ex cucurbita & melon bathe-ca alraki: immo oportet vt sit natura lenis in principio, & melius cum quo fit lenificatio, est tamarindi. Et si non obedit cum eis, additur super eos siracost cum facilitate, & cautela, aut tereniabin, aut infusio prunorum. Et confert quandoque si in potu detur in principio apparitionis uestigiorum variolarum pondus. ℥. iij. de rob alchedar cũ uno de trochiscis camphoratis & syrupus de floribus dactylorum seu de dactylis paruis immaturis est uehementis iuuamenti in huiusmodi hora. Cum ergo additur & pertransierit ægritudo diem secundum, & incipiunt uariolæ apparere, tunc fortasse erit infrigidatio causa erroris magni, ex eo quòd retinet superfluitatem interius, & defert eã ad membra principalia, cum eo quod non fit eis possibile exire, & apparere, & accidit inquietudo, & angustia, & fortasse accidit syncopis: immo oportet ut iuuentur superfluitates in huius dispositione cum eis, quæ faciunt ebullire, & aperiunt oppilationes, sicut fœniculum, & apium cum zuccaro, & succus eorum, aut decoctio radicum, & seminum. Et fortasse odoratur aliquid de croco. Et aqua ficuum est bona ualde: ficus enim sunt uehementis expulsionis ad exteriora: & illud est una de causis euasionis à nocumento earum. Et de illis, quæ conferunt ualde in huiusmodi hora, est ut fumatur laccæ ablutæ. ℥.v. lentium excorticatarũ. ℥. vij. dragaganthi. ℥. iij. deinde coquantur cum lib.5. aquæ usquequo remaneat quarta lib. unius, & detur in potu. Et de illis, quæ sunt uehementis iuuamenti ad faciendum apparere uariolas, est ut sumantur ficuum citrinarum. ℥. vij. lentium excorticatarum. ℥. iij. laccæ. ℥. iij. dragaganthi, seminis fœniculi ana. ℥. ij. decoquantur cum lib. i. s. aquæ donec remaneat ex ea fere tertia, & coletur, & detur in potu de ea: expellit enim caliditatem à partibus cordis, & prohibet pulsum cordis. Et oportet ut nõ approximet ei in hac hora oleum aliquid omnino. Et oportet ut cooperiatur, & elongetur ab aere frigido, & proprie in hyeme: & fiat cum illo illud, quod fit cum sudante: frigus enim oppilat poros, & redire facit materias retro. Et multitudo potus aquæ frigidæ cum niue. Et introitus in domo uenti mala sunt ualde. Et fortasse phlebotomia est mala: propterea, quòd repellit, & conuertit illud, quod egreditur, quare caueatur post duos dies, aut tres. Et quando accidit ex coopertura pannorum, & calefactione quasi syncopis, aut existimatur, quòd accidit syncopis, tunc non est excusatio ab infrigidatione aeris, qui attrahitur proprie, & properatione ad odores camphoræ, & sandalorum. Et si non fuerit excusatio quin detegatur corpus domui uenti, aut aeri frigido, paulatim fiat: & similiter quando adiutorium est cum calefactione aut dimissione infrigidationis. Et quando incipiunt exire, & non inuenitur cum exitu earum alleuiatio, immo inuenitur caliditas inflammata, & lingua ad nigredinem decliuis, tunc caue ne calefacias. Et oportet ut tu alienes ab habentibus uariolas, & morbillum, emplastrationem uentris: in hoc enim est timor constrictionis anhelitus subito: & quod accidat fluxus uentris malus, & mictus sanguinis. Et in fine eius oportet ut consumetur natura, & cibetur loco lentium sicut sunt lentibus elixatis duabus elixationibus cum renouatione aquæ: & loco lentium acetosarum cum tamarindis, dentur lentes factæ acetosæ cum aqua granatorum, & sumach, aut acresta, aut similibus. Medicinæ autem ingrossantes sang. & infrigidantes eum, prohibentes eum ab ebullitione, quæ in initio præcipiuntur, sunt sicut rob ribes, & acresta, & aqua fructuũ frigidorum, & syrupus alchedar proprie & syrupus althalha.i. de floribus dactylorum uel de dactylis immaturis & flores dactylorum ipsi seu dactyli ipsi immaturi cum primo exire incipiunt & algiemar. Et syrupus quidem alchedar habet descriptiones plures, quas diximus in antidotario, & dicemus hic descriptionem fortem, mirabilem: & est illa, quæ fit cum aqua lactis acetosi iterati: & uirtus eius est uehemẽs ualde. Descriptio hæc est. Sume rob alchedar partes.ij. si autem non fuerit tibi præsens, accipe alchedar, & fac serrare ipsum, & accipe serraturam eius: aut mole ipsum, & misce molitum eius cum medietate sui de sandalis in aceto distillato, aut in aqua acrestæ puræ diebus aliquot: deinde decoquatur in eo decoctione cũ facilitate, cum longitudine, donec dissoluatur: deinde exprimatur, & sumantur de succo, & quanto

acetum,

acetum,aut aqua acreftæ eft plus, tãto eft melius: deinde fumatur aqua adog abftracto butyro,mũdificata à fua cafeitate adog, aut cum colatione ultima,quæ fit dimittendo refidere, aut cum decoctione, ficut eft decoctio aquæ cafei, donec feparetur aquofitas, deinde fumatur farina hordei, & fiat ex ea & aqua lactis acetofi focha, & fiat acetofum illud focha,deinde coletur,poftea de nouo fiat focha uel renouetur focha ex eo & farina hordei & fiat acetofum,& quanto plus iteratur,tanto eft melius. Sumantur ergo de eo partes.v. & fumatur aqua pirorum de femi. & aqua cydoniorum acetoforum plurimæ aquæ, & aquæ granatorum acetoforum, & aquæ pomorum acetoforum plurimæ aquæ,& aquæ alzarur, & aqua limonis, & aqua prunorum acetoforum, & aquæ dactylorum in primis cum incipiunt apparere expreſſorum,& aquæ alchondes recẽtis, & aqua mororum de femi.quæ non maturantur integræ,& aquæ chryfomelorum immaturorum, & acetoforum, & fucci agreftæ,& fucci ribes, & fucci præputiorum uitis, & fucci rofæ perficæ, & fucci nenufaris, & fucci uiol. omnium ana tertiã partis unius, & fucci acetofitatis citri. & fucci acetofitatis citranguli ana duas tertias,partis unius, & fucci coriandri, & lactucæ, & foliorum papaueris humidi, & endiuiæ, & portulacæ ana quartã partis unius fucci foliorum falicum, foliorum malorum, & foliorum pirorum,& foliorum alzarur,& foliorum rof. & foliorum uirgæ paftoris ana quartam partis unius, fucci barbæ hircinæ, & ro. ficcarum, & nenufaris ficci, & femi. berberis ficci, & feminis endiuiæ, & femi.lactucæ,& balauftiarũ, & nenufaris ana medietatẽ decimæ partis unius, & fucci mentæ humidæ fextam partis unius, & fucci. berberorum humidorum medietatem partis: aggregentur medicinæ, & fucci, & componantur fuper ignem, & ponantur in eis de lentibus partes quatuor, & de hordeo excorticato partes. ij. & de fumach partes.iij. & de granis granatorum partes.iij. & decoquantur omnia ad ignem, donec remaneat medietas, deinde dimittatur, donec infrigidetur, & confricetur fortiter,& coletur: & fumatur de camphora ad omne pondus. ccc. drach. pondus aure.i. & teratur camphora: & puluerizetur fuper fundum uafis dicti cucurbita, aut fuper fundum ampullæ, & fundatur fuper ea medicina cum facilitate: deinde ligetur caput eius cum re uehementis fortitudinis,deinde ponatur fuper prunas donec fciatur,ꝙ forfitan feruet,& concutiatur,& ponatur in uitreata, & ftringatur caput eius ut non perdatur camphora,& lutetur: & dofis eius fit ufque ad. ʒ. x.Et de hominibus eft, qui ponit in ea fpicæ, & zinziberis,& femi.fœniculi,& anifi, & ciperi,& piperis partes æquales fecundum quantitatem, quæ ei uidetur.Et quando egrediuntur uariolæ cum complemento, & pertranfit feptimus, & apparet in eo maturatio,tunc neceffe eft ut rumpantur cum facilitate cum acubus de auro, & auferatur humiditas cum cotto.Salitio autem neceſſaria eft:& cum uolueris falire,tunc elonga falitionem ab eis quas erupifti de magnis dolorofis ex propinquo: illud enim facit dolorem:immo fali illas,quæ funt præter eas, & dimitte eas ut non claudatur à fale uia feu orificium ipfarum donec fugant falem fuum: & non faliantur ante complementum maturationis: illud enim fortaffe faciet accidere dolorem uehementem, & apoftema. Et falitio quidem eft res,quæ eft neceſſaria,poftquam maturantur:& illud quidem fit cum aqua falis,in qua eft uirtus croci. Et fi aqua illa eft aqua rof. tunc eft melius. Et aqua in qua decoquuntur tamarifcus, & lentes, & rofæ,deinde falitur, eft ultima:& proprie fi ponũtur iterum in ea camphora,& fandali:hæc enim falitio maturat,& exiccat, & facit cadere cum uelocitate. Et fuffumigatio cum tamarifco, eft iuuatiua ualde. Et in hyeme oportet ut applicetur æger incenfioni ex tamarifco. Et quando uariolæ funt uehementis humiditatis, tunc neceſſaria eft fuffumigatio cum myrto,& folijs eius. Et de regimine bono apud maturitatem uariolarum & magnam uoluntatem exiccationis earum, eft ut dormiat patiens uariolas fuper farina rizi, & milij, & hordei, & fabarum: & magis conueniens eft ut ponas ipfam implendo ftratum uel culcitram, quæ fit ex tela rara in qua penetret virtus. Et folia liquiritiæ funt bona in hoc. Et oleum malum eft in hac hora, quoniam prohibet exiccationem. Et quando incipiunt variolæ exiccari, tunc oportet vt liniatur cum adiuuantibus fuper ipfam, quæ funt ex medicinis prædictis cum virtute croci. Et quando accidunt ex variolis vlcera, confert vnguentum album: & proprie permiftum cum aliquantulo camphoræ, & rafura radicum cannæ cum aqua rofa.aut rafura venarum arboris falicis, aut arboris alzarur. Et quandoque confert fuper afpergere ceruffam & lithargyrium. Et quando funt in nafo cruftæ, confert ceratum factum cum oleo rofa. puro, cum virtute ceruffæ, & clymiæ. Et adminiftratio alicuius olei poft exiccationem, & apud ulcerationem eft bona apud exiccationes quidem cum eo, quod facit cadere cum uelocitate,& apud ulcerationem: propterea, quod ipfum eft materia emplaftri & unguenti. Et unguentum quidem rubeum bonum eft ad ulcera uariolarum.

De obferuatione membrorum, & defenfione eorum à nocumento variolarum, & morbilli. Cap. II.

MEmbra quæ oportet cuftodiri à nocumento uariolarum funt, ficut guttur,& oculus, & partes fuperiores narium, & pulmo,& inteftina: hæc enim membra funt illa, quæ ulcerantur. Fortaffe enim oculus deftruitur, & fortaffe

fortasse accidit in eo albugo. In gutture uero fortasse accidit præfocatio: & fortasse accidunt ulcera, quæ prohibent deglutionem in meri: & fortasse perueniunt ad hoc, ut fit illic corrosio pernitiosa. In superioribus uero partibus narium fortasse accidunt ulcera, quæ stringunt meatus odoratus. In pulmone autem accidit fortasse ex bothor uariolarum, & morbilli, constrictio anhelitus vehemens: & fortasse faciunt cadere in phthisim cum ulceratur. In intestinis fortasse accidit excoriatio cui succurrere est difficile. Conseruatio autem oculi melior est ut fiat alcohol oculo cum almuri, & aqua coriandri, & aqua ros. in qua iam posita sunt sumach, & cãphora, & proprie in primo die, & cũ almuri solo. Et similiter fiat alcohol cõ alcohol nutrito ex aqua coriãdri, & aqua sumach posita in ea camphora, & succus pulpæ granatorum est bonus iterum in principio. Cum uero apparent, tũc facere alcohol cum aqua ros. & camphora est magis conueniens. Et dictum est, ꝙ facere alcohol cum napta alba est bonum in hoc. Et oleum de fisticis est de eis quibus utuntur mulieres in regione nostra, post uariolas, & euentum nocumenti in oculo, & eradicat caliginem si fuerit, & rectificat oculum. Et collyrium album est bonum ualde apud apparitionem bothor. Conseruatio autem oris, & gutturis est sicut suctio granatorum, & suctio granorum eius in principio: & suctio mororum de seni, & gargarizatio cum rob eorum: & proprie quando conqueritur de dolore in eis: & tunc oportet ut lambatur de rob eorum aliquid post aliquid. Sed superiores partes narium cũ epithematione ex memithe, & sandalis, & rob acrestæ, & aceto. & naribus attrahere acetum solum est vehementis iuuamenti. In conseruatione uero pulmonis non est, ꝙ fit sicut lohoc ex lentibus lene cum semine papaueris. Intestina autem plurimum quidem oportet ut conseruentur post inceptionem cum stypticis. Et cum incipit solutio uentris in fine ægritudinis, curetur cum trochiscis de spodio in rob ribes & trochiscis de semine acetosæ.

De eradicatione vestigiorum uariolarum. Cap. 12.

IN hoc quidem loquemur uice alia, cum loquemur de decoratione: nunc uero dicemus illud, quod est magis conueniens & magis pertinens. Et de eis, quæ eradicant uestigia uariolarum sunt radices arundinum exiccatarum & farina fabarum & rasura ligni Kalef, & rasura arundinis farcocollæ, & semen melonis, & cortices eius exiccatæ, & rizi ablutum, & aqua hordei, & albumen oui, & creta rara uel lutum, & lithargyrium: & zuccarum tabarzet, & amylum, & amygdalæ dulces, & amygdalæ amaræ. Et de oleis oleum de lilio, & oleum de fisticis, & adeps asini cum oleo ros. & quæ sunt ei similia: & aqua quæ fit in ungula arietis, quæ affatur est ultima. Et de illis, quæ sunt fortiora, est spuma maris, & lapis piperis, & costus, & amoniacum, & thus, & sapo cum baurach, & ossa uetusta adusta, & semen raphani. farina raphani exiccati, aristolochia, lupini. Et de cibis rectificantibus colorem sunt granata dulcia, & cicer, & uinum bonum, uitelli ouorum sorbilium, ius gallinæ, & alcubugi, & alduragi impinguati. Et oportet ut assiduet habens ea balneationem. Et de compositis est vt sumas ossium adustorum, & stercoris ouini antiqui, & testarum seu uasorum ex terra nouorum, & amyli, & seminis melonis, & rizi abluti, & ciceris omnium ana partes. x. & granorum alben, & lupinorum, & costi, & aristolochiæ longæ omnium ana partes. v. & radicis arundinis siccæ partes. xx. fiat ex eis linimentum cum aqua melonis, aut cum aqua cucumeris syluestris, aut cum aqua hordei, aut cum aqua fabarum, & liniatur cum eo membrum, & abluatur in mane cũm decoctione uiol. Aliud testarũ seu vasorum ex terra nouorum, ossium antiquorum, radicis arundinis persicæ, lupinorum amyli, seminis melonis, rizi abluti, granorum alben costi partes æquales. fiat ex eis gamera. Et iterum lupini, & cicer nigrum liniatur cum eis.

De febribus apostematum. Cap. 13.

IAm sciuisti dispositiones febrium, quæ sequuntur apostemata apparentia: & ꝙ sunt secundum plurimum de genere febrium diei, cum apostemata ista secundum plurimũ non perueniant ad cor, nisi cum calefactione sua absque sua putredine: & plurimum quidem horum est à causis primitiuis. Cum autem peruenit putredo eorum ad cor, propter suam magnitudinem, aut propter suam propinquitatem, fit febris fortasse non de genere febris diei. Et plurimũ quidem similium horum non fit nisi à causis antecedentibus corporeis, & repletionalibus. Et quandoq; fiunt ex ulceribus, ad quæ attrahuntur materiæ malignæ: & retinentur in carnibus mollibus. Febres autem, quæ sequuntur intrinseca apostemata non existimantur, ꝙ fiant ex applicatione calefactionis ad cor sine putredine. Et deteriores quidem febres fiunt ab apostematibus intrinsecis quando sunt ex genere erysipilæ in quibusdam uisceribus, & uehemens fit dolor, & sitis, & inflammatio: & significant ea significationes permistionis choleræ plurimæ cum sang. Et hæc apostemata intrinseca sunt sicut apostemata cerebri, & uelaminũ eius, & samachauris, & gutturis quandoq;, & in uelamine, quod sequitur pectus, & hepate, & rene, & uesica, & matrice, & intestinis, & quæ sunt eis similia. Et diuersificantur febres eorum in uehementia & debilitate, secundum propinquitatem cordis, & longitudinem. Et eorũ iterum febres, quę sunt in membris carnosis est febris uehementior.

tior. Et eorum febris, quæ ſunt in panniculis, & eorum ſimilibus, eſt debilior. Et eorum, quæ ſunt in uicinitate arteriarum febris eſt uehementior. Et eorum quæ ſunt in uicinitate uenarum ſolum, febris eſt debilior. Et non euacuantur iſtæ febres à periodis ſecundum materias, quæ effunduntur ad apoſtemata earum. periodi nanq; earum ſunt ſecundum generationem earum, & ſecundũ motum ipſarum, & ſecundum attractionem caliditatis, & doloris ad ea: unicuiq; enim humori eſt periodus, quæ ſibi conuenit. Et ſcias, quòd multoties ſanatur apoſtema in pleureſi, & alijs, & remanet febris: & ſignificat tunc, quòd mundificatio non accidit. Et iſtę quidem febres quando prolongantur, perducunt ad hecticam: & propriè quando apoſtemata ſunt in hepate. Illę uero, quę ſunt in uelaminibus cum confirmantur, non expectant uſq; ad hecticam.

De ſignis earum, & ipſarum iudicijs. Cap. 14.

CVm febribus ex apoſtematibus intrinſecis inueniuntur tres ſpecies ſignorum, & accidentium. ſ. ſigna, & accidẽtia ſignificantia membrum infirmum: & ſigna, & accidentia ſignificantia materiam: & ſigna, & accidentia ſignificantia diſpoſitionem infirmi. Prima autem ſignorum, & ſpecies eſt ſicut pulſus ſerinus, & dolor pungitiuus apoſtematis in partibus pectoris. Et ſimiliter tuſſis ſicca in primis, & humida ſecundo, & quæ ſunt illis ſimilia ex accidentibus pleureſis ſignificantibus apoſtema in partibus pectoris. Et ad ſummum dolor, & grauitas in membro: & eſt calidius reliquis membris addita calefactione non conſueta. Et ſicut ſpaſmus, quoniam ipſe multoties aſſociatur apoſtematibus calidis in membris neruoſis. Species uero ſecunda eſt, ſicut ſignificatio uehementiæ febris tertianæ ſignificat, quod materia eſt cholerica. Accidẽtia uero infirmi ſunt diſpoſitiones, quæ indicant eius ſalutem, aut indicant ipſius mortem. Et apoſtemata quidem occulta diuerſificantur in faciendo febres, & fortitudine earum, & continuatione earum, & ipſarum teporibus ſecundum magnitudinem eorum in ſeipſis, & magnitudinem uenarum eorum, & ſecundum membra ſua. Nam in membris intrinſecis ſunt, quæ ſunt propinqua cordi, & uehementis communitatis, ſicut uelamen, & pulmo: & de eis ſunt, quæ ſunt longinqua à corde, & debilis communitatis ſicut renes: ipſi enim non ſemper faciunt propter apoſtemata ſua febres fortes, neque continuas, immo multoties quidem ſunt interpolatæ, & ſunt de genere febriũ cõmiſtarũ, & febriũ tertianarũ, & quartanæ, quintanæ, & ſextanæ: & fiunt cum eis rigor, & horripilatio: & & ambiguum fit eſſe earum: & ſignificat ea grauitas in loco renum, & in partibus alchatin, & dolor, & proprietas caliditatis in membro maioris conſueta. Cum autem aggregatur in membro ſi ſit proximum principali, aut fortis communitatis cum eo, aut uehementis ſenſus, & eſt neruoſum: tunc cum uehementia febrium comitantium apoſtemata eius accidunt ei inquietudo magna, & ſpaſmus. & fortaſſe comitantur ipſum accidentia extranea: ſicut apoſtemata matricis: aſſociatur enim ei cum febre ſoda, & dolor ceruicis. Et caliditas quidem quamuis inflammetur in his apoſtematibus, tamen non eſt ualde uehementis acuitatis, ſicut eſt in cauſonide, niſi ſit res magna: & cauſa in eo eſt, quoniam putredo non eſt ſparſa, neq; mota ad exteriora. Et pulſus quidem in febribus apoſtematum intrinſecorum eſt pulſus febriũ putredinis paruus in principio, uelocis con ſtrictionis apud ſtatum, deinde magnificatur, & fit uelox, & ſpiſſus ſecundum membrum, & materiam, & ſecundum quod ſciuiſti: deinde erit undoſus, & ſerrinus, ſecundum membrum in neruoſitate & carnoſitate ſua. Et urina ſecũdum plurimum eſt ad albedinem decliuis, & paucitatem tincturæ, propter declinationem materiei ad apoſtema ſecundum quod ſciuiſti.

Cura earum. Cap. 15.

CVratio harum febrium eſt curatio febrium acutarum poſt curationem apoſtematũ. Radix. n. in eis eſt cura apoſtematis, cum obſeruatione curæ febris de infrigidatione, & humectatione. Et iſtæ febres diuerſificantur in curatione earum à febribus caliditatis puræ, quoniam in his febribus non conceditur potus aquæ frigidæ, neq; introitus balnei. Et ſi fuerit apoſtema eriſipyla, licet ut fiat poſitio rerum frigidarum, & infrigidatarum actu de foris ſuper ipſum: ſicut ſuccus lactucæ, & ſemperuiuæ, & portulacæ cum aliquantulo de ſauich hordei albi, quæ ſine ceſſatione infrigidentur ſuper niuem, & permutentur: & fortaſſe permiſcetur cum eis oleum omphacinum aut oleum roſaceum. Et ſi comederit lactucas ablutas infrigidatas, pertranſit, & iuuatur cum eis.

De diſpoſitionibus febrium compoſitarum. Cap. 16.

FEbres quandoque componuntur adinuicem. Fortaſſe. n. componuntur ex eis ſpecies ingredientes in genera elongata, ſicut compoſiti o febris hecticæ cum febre putrida. Et quandoq; componuntur ſpecies ex eis in genere proximo conuenientes, ſicut eſt compoſitio ſpecierum febrium putredinis: ſicut tertiana cum phlegmatica, ut potè febris nominata hemitrithæus: & ſicut compoſitio febrium apoſtematum. Et quandoq; componũtur de eis ſpecies conuenientes in ſpecie, ſicut compoſitio duarum tertianarum, & duarum quartanarum, & trium quartanarum. Quare ſiunt duæ tertianæ in apparitione diſpoſitionis ſecundum

cundum paroxyſmos phlegmaticæ: & tres quartanæ in paroxyſmis phlegmaticæ. Et quandoque componuntur tres de febribus tertianis. Si igitur fuerint ſecundum coalternationem, erit paroxyſmus in die.iij.uehementior: quoniam pertinet ei periodus diei primi, & inceptio diei tertii: & ſimiliter in die quinto. Et ſimilatur hæc hemitritæo, ſicut compoſitio duarum tertianarum, ſimilatur paroxyſmis phlegmaticæ. Et propter huiuſmodi non oportet, ut tota occupatione occupetur cum paroxyſmis, immo oportet ut occupetur cum accidentibus. Et ex eis, quæ accidunt quando fuerint febres iſtæ tertianæ puræ ſunt ut feſtinent paroxyſmi earum ad breuitatem ita ut deſtruatur uel diminuatur debilior earum prius. Et quandoque ſignificat compoſitionem reditio horripilationis poſt quietem. Et turpe quidem eſt medico ſciēti ſignificationes cuiuſque febris, & accidentia eius, ut non percipiat compoſitionem à primo die, aut ſecundo. Et compoſitio febris hecticę cum febre putredinis, eſt ex illis, quę ualde ambigua ſunt: quoniam ipſi uident interpolationes, & inceptiones rigoris, & horripilationis, & reditionem ſudoris ſi fuerint, & horas particulares, quare exiſtimant, quòd ſint illic febres putredinis tantum inſeparabiles, aut compoſitæ ex continua & interpolata. Et quandoque continuatur cōpoſitio ita, vt appareat febris una continua ſimilis, quæ ſimilatur ſynocho: & tunc quidem non eſt excuſatio reditionis ad ſignificationes. Et ſi fuerint paroxyſmi breues, non conſequitur eorum continuatio, niſi propter rem magnam de multitudine numeri eorum & proprie in eis in quibus eorum interpolationes ſunt longæ. Et quando componuntur febres diuerſæ, ſicut hemitritæus, eradicatur acutior ex eis, & remanet chronica pura, ſiue ſint duæ interpolatæ, aut duæ continuæ: aut interpolata & continua. Et quandoq; componitur cū hemitritæo alia tertiana, & phlegmatica, & melancholica. Nam ſi eſt cum tertiana, eradicatur tertiana, & purus ſit hemitritæus: & ſi eſt cum phlegmatica, aut melancholica, eradicatur hemitritæus, & depuratur phlegmatica, & ſimiliter melancholica. Et qñq; accidit compoſitio in eis ſecūdum modū alium: & eſt, ut componatur interpolata & continua diuerſi generis: aut conuenientes ambæ in eo: aut conuenientes in ſpecie, ſicut tertiana periodica cum tertiana inſeparabili: & ſicut componuntur duæ interpolatę, ſimiliter componuntur duę continuæ. Quidam autem exiſtimauerunt, quòd duę continuæ non componuntur, ſicut duæ tertianæ: quoniam quādo materia eſt intra uenas, non eſt poſsibile ut diuerſificetur illud in quo accidit putredo: putredo enim eſt ſparſa in toto. Et hęc ſententia non eſt de illis, quæ neceſſaria ſunt procul dubio apud me, quoniam putredo incipit procul dubio ex loco, deinde ſpargitur, deinde currūt iu dicia uehemētiæ, & teporis ſecundū uiam uel tempus putredinis primæ: & ſecūdum eam ſunt ei motus. & non elongatur quin accidat putredo ſecunda, cui ſit dominium cnm illa, quæ ſequitur aliud, immo aggregatur in ea ut incipiat, & ut ſequatur ſimul: quare erit ei gradatio teporis & uehementiæ ſecundū inceptionē eius. Et ſpecies quidem compoſitionis febrium ſunt tres: intrās, & coalternata, & communicans. Et intrans eſt, ut ingrediatur una earum ſuper alteram. Et coalternata, ut ingrediatur poſt eradicationem eius. Et communicans eſt, ut incipiat cum ea. Et cum uideris febrem concluſam, & eſt in ea rigor, & non ſudor, & fortaſſe accidit in rigoribus pluribus ſudor unus: tunc teſtifica compoſitionem in ea. Et ſimiliter cum uideris in concluſa ſuperfluitatem in frigore extremitatum, & retractione caloris ad intra, ſed parum de eis ambobus fortaſſe accidit inconcluſa.

De hemitritæo. Cap. 17.

HEmitritęus eſt febris compoſita ex duabus febribus, quarum eſt una tertiana, & altera eſt phlegmatica: & ſit in die uno paroxyſmus tertianæ, & quotidianę ſimul. Aut ſecundū ſemitā communitatis, & inuentionis. Aut ſecundū ſemitā coalternationis, & uicinitatis. Aut ſecundū ſemitā introitus. Et de diuiſionibus difficilior ad cognoſcendū eſt prima, deinde ſecūda. Et qñq; ſunt febres duæ continuę, qñ duę putredines ſunt intrinſecæ: & qñq; duæ ſunt periodicæ, quę eradicātur, qm̄ duæ putredines ſunt extrinſecæ: & qñq; eſt continua cholerica, q̄a eius putredo eſt intrinſeca: & phlegmatica eſt è cōtrario: & qñq; eſt è contrario. Et quidā ponunt hemitritæū purū febrem compoſitā, quę fit ex tertiana extrinſeca, & phlegmatica intrinſeca: & illā, quæ eſt præter eam, nominant non purā: & non eſt illud de illis in quibus ſuperflua occupatio ſit habenda. Et fortaſſe antecedens ad putredinē eſt cholerica: & fortaſſe antecedens ad putredinē eſt phlegmatica: & fortaſſe ueniunt ſimul. Et iterū qñq; eſt materia faciens febrē phlegmaticam magis dominans, & qñq; eſt materia faciens febrem cholericā magis dñans: & quomodocūq; ſit materia phlegmaticę ponit paroxyſmos cholericę longiores, & tardioris criſis: & materia choleric æ ponit paroxyſmos phlegmaticæ è cōuerſo. Et fortaſſe extenditur hemitritæus longo tempore. ſ. uſq; ad. vij. mēſes, & ſupra. Et qñq; fit ex hemitritæo ægritudo acuta. Et quandoq; eſt hemitritęus de febribus magis interficientibus, quoniam perducit ad hecticam, & ad ægritudines chronicas, & difficiles.

Signa hemitritæi. Cap. 18.

MAgis propriū ſignorum eius, & primum eorum, licet neceſſaria ſint ſigna alia eſt ut ſit ſpatium huius febris in uno duorum dierum lon-

gius ſpatio tertianæ, & magis quieta: deinde fit in die alio leuioris paroxyſmi,& paucorum accidentium. Et quandoq; iteratur in ea horripilatio ſecundum plurimum aliquoties: propter illud, quod accidit de pugna duarum materierum,aut introitu unius earum ſuper alterā. Et fortaſſe accidit hæc iteratio tribus uicibus, aut quatuor: & iam calefiunt membra aliqua horripilatione fixa adhuc.Et ex hac quidem,quę eſt hemitritæus,corpus non mundificatur integre. Et qñq; fiunt principium eius, & augmentū ipſius uehemētis commotionis: & proprie quando fuerit communicatio: aut fuerit intrans in huius hora,tunc.n.fiunt horripilationi reditus. Et eſt ſtatus longinquus. Et cū exiſtimatur, quod corpus iam calefactum eſt,& febris habet ſtatū,inuenis horripilationem redeuntē: & iſta accidentia ſunt propter pugnam humorum.Et ſtatus quidem huius ægritudinis in horis particularibus, & uniuerſalibus eſt ante ſtatum phlegmaticæ,& uelocior ſtatu eius,& tardior ſtatu cholericæ, quoniā caliditas non expanditur niſi cum labore, & proprie in primis. Et fit fortis eius acuitas apud ſtatū. Et ſimiliter fit declinatio longa propter illud, quod accidit de ſtationibus quas efficit reluctatio unius duarum materierum cum alia.Et parū quidem tepeſcit cum ſudore. Et in hac febre dies tertius de diebus eius eſt ſimilis primo,& quartus ſecundo.Et qñq; cadit ſignificatio ſuper hemitritæum ex modis diuerſis:nam quandoq; accidit ex cōſuetudinibus: & quandoq; accidit ex accidētibus. Et caſus conſuetudinum eſt,ſicut ſi in corpore hominis multiplicetur cholera, & putredo eius, deinde utatur delicijs, & dimittat exercitia: & utatur cibis de ſpeciebus regiminis generantibus phlegma: Aut multiplicetur in corpore hominis phlegma, & putredo eius,deinde exercitetur plurimū,& utatur eo, quod generat choleram de ſpeciebus regiminis, aut fecerit neceſſarium ætas illud in eo, ita ut fiat adoleſcens uel iuuenis poſt pueritiam, & dominiū humiditatis:aut fiat ſenex poſt iuuentutem, & acuitatem complexionis. Ex accidentibus vero ſicut eſt pulſus,& vrina,& egreſsio eius, quod egreditur ex vomitu,& egeſtione, & diſpoſitio digeſtionis: & ſigna eius,& diſpoſitio ſitis, & diſpoſitio tactus, & diſpoſitio horripilationis & rigoris: & diſpoſitiones horarum & paroxyſmorum. Pulſus autem fit in ea minoris magnitudinis,& uelocitatis, & frequentiæ,quam ille, qui eſt in tertiana,& contrariæ earum ſunt minores, q̃ illæ, quæ ſunt in phlegmatica. Vrina uero eſt tardæ digeſtionis. Et uomitus eſt permiſtus ex cholera,& phlegmate. Et egeſtio eſt permiſta ex cholera, & phlegmate.De diſpoſitione autem calefactionis,& frigoris, & ſitis, & horripilationis, & horarum paroxyſmorum iam locuti fuimus, quod oportuit.Et nō expectatur ſtatio ſuper dominantem duorum humorū niſi per uincentem ex ſignificationibus:nam ſi dominatur phlegma ſunt paroxyſmi longiores, & horripilatio minor, & coarctatio, & proprie in pulſu fortior, & extremitates ſunt ueolociores ad ſuſcipiendū frigus in principijs ægritudinis,& tardioris mundificationis à ſuo frigore,& ſitis eſt minor,& uomitus choleræ minor,& urina uehementioris albedinis & cruditatis,& ſudor minor, & ætas pueritia,aut ſenectus,& complexio corporis ſignificat eam,& ſimiliter conſuetudo,& quæ currunt cum ea.Et ſi dominatur cholera, ſunt paroxyſmi breuiores,& extremitates ueolociores ad calefactionem, & ſitis, & uomitus choleræ plus, & ſudor magis exuberans, & fortaſſe declinat ad horripilationē, quæ eſt ſicut rigor,& fit urina uehementius tincta, & ætas eſt iuuenis, & complexio corporis quandoq; ſignificat eam, & ſimiliter cōſuetudo,& quæ currunt cum ea.Et quando æquantur duo humores æquantur ſignificationes:& eſt horripilatio pura completa, non diminuta neq; perueniens ad diminutionem.Et quando compoſitio eſt inter interpolatam,& continuam,& eſt illa quam plures hominum appropriant nomine hemitritęi puri,& eſt continua ipſa phlegmatica, tunc eſt rigor debilis, quoniam materia extrinſeca eſt cholerica, & non eſt ei cōtrarietas ex parte phlegmatis extrinſeci cum ea,in eo quod neceſſarium eſt de rigore,ſed eſt debilior,& fortaſſe iteratur in ea frigus & horripilatio ita,ut faciat errare in ſtatu,ſicut ſcis.Et multiplicatur in ea caliditas uiſcerum, & uentris,cum frigore extremitatum. Et fit pulſus uehementioris paruitatis & raritatis.Si autem continua eſt ipſa cholerica, non fit rigor, neque magna horripilatio: & fit pulſus maior, & uelocior: & anguſtia uehementior.Et ſi componuntur duæ continuæ, non erit rigor omnino.Et accidit tertianæ continuæ ut alleuietur ante alleuiationem phlegmaticę,licet non ſit eius reditio ante eius reditionem.

De cura hemitritæi. Cap. 10.

NEceſſarium eſt in hemitritæo,ut uehemētem habeas ſolicitudinē in euacuando materiam ſecūdū ſpecies euacuationis ex ſolutione uētris, & vomitu,& prouocatiōe,& ſudatione,plusq̃ uehementia, quæ eſt perextinctiua. Et cū ſolutiuis oportet ut cōueniat digeſtio, niſi ſint ex genere, quæ leniunt naturam, & ſoluunt, & non inquietant.Sicut aqua luleb cum geleniabin,ſi fuerit illud,quod ſuperat phlegma. Et ſicut tereniabin,& ſiracoſt, & infuſio tamarindi, & ſyrupus uiol.ſi dominās fuerit cholera.Et ſicut qđ cōponitur ex iſtis,ſi fuerint duo humores quaſi pares. Et poſt apparitionē digeſtionis, ſi euacuatio fiat humoris cū fortibus, pertranſit. Et vomitus oportet vt ſit iterū ſecūdū humorē dominātē,aut ex aquaraphani cū ſyrupo acetoſo calido:aut ſyrupo aceto-

ſo

ſo cũ aqua calida. Et prouocatio oportet ut fiat cum eis in quibus eſt æqualitas. Et cum feſtinatur in potando decoctiones ante digeſtionem, timetur ſirſem. Medicinæ uero iuuatiuæ in uia peruenienté ad ſtatum, ad rectificandam materiam, & maturandam ipſam, & ſuccurrendũ nocumentis eius, ex ſingularibus eſt abſinthium: uerũ poſt ſeptimum, & apparitionem digeſtionis, ita ut ſit romanum, quod ex ipſo bonum eſt. Et cum tu feſtinas cum eo, mouet humores, & non euacuat eos: & facit accidere anguſtiam, & triſtitiam, & nauſeam: deinde reuertitur ſuper eos cum ſua amaritudine, & exiccat eos, & ſtypticat eos, quare facit eos pigros. Et Gal. quidem & qui ante eum fuerũt curauit eos cum aqua hordei in qua eſt uirtus piperis. Et dixit quidã primorum medicorum, quod Gal. cecidit in errorẽ maximum, & permanſit, ubi oportet ut miretur de eo: & non ſciuit, quod piper inflammat febrẽ, & aqua hordei pigram efficit materiam. Et iſte quidem contradictor errauit errore, qui non appropriatur in hac intentione, immo canon datus in adiutorio naturę, quando præparatur ad reſiſtendum huiuſmodi materijs, eſt cum medicinis compoſitis ex infrigidantibus, & calefacientibus, vt diſcernat natura inter duas uirtutes, quare occupatur infrigidatiuum cum febre, & partibus cordis: & calefactiuum cum materia. Et quis eſt, qui curet hemitritęum abſq; hoc? Et ſi natura non eſt fortis ad diſcernendum, tunc non prodeſt curatio quocunq; modo fiat. Et errauit in alijs modis, in allatione quorum non eſt neceſſe nos incedere uia prolongantium. Et iſte quidem contradictor dixit, ꝙ oportet ut adminiſtrentur ſubtiliantia in quibus non eſt fortis calefactio, ſicut apium, & anethum, & non ſciuit, quod poſsibile eſt, ꝙ per piper uoluerit cum paucitate eius: ut frangatur eius calefactio, & non abbreuietur eius ſubtiliatio à ſubtiliatione apij plurimi: & ſit aqua hordei adiuuans ipſum in faciendo peruenire uirtutem eius, & deſtruendo ſuperfluitatem eius, & infundendo ſeu lenificando materias ut alleuietur uel facilis fiat penetratio uirtutis eius in eis. Amplius mirabile fuit, quod ipſe poſuit Galenum de illis, qui ignorant, quod piper inflammat febrem, & nominat ipſum de illis, qui obliuiſcuntur ab hoc, ubi iudicat de hoc. Compoſita uero de medicinis quibus oportet vti in hac hora, ſunt ſicut trochiſci de abſinthio, & trochiſci de roſis. Trochiſci leues boni ad hemitritęum. Recip. roſ. radicum liquiritiæ amborum ana. ʒ. iiij tereniabin. ʒ. iij. ſpicæ, ſucci abſinthij, ſpodij omniũ ana pondus. ʒ. ij. fiant ex eis trochiſci. Trochiſci alij ad inflammationem. Reci. roſ. ʒ. vi. ſeminis acetoſæ, gummi omnium ana. ʒ. iiij. amyli pondus. ʒ. iij. berberis, ſpodij, ſeminis portulacæ omnium ana pondus. ʒ. ij. dragaganthi, croci, ſpicæ, reubarb. omnium ana. ʒ. i. camphoræ pondus tertiæ. ʒ. i. fiant trochiſci. Trochiſci alij boni habentibus hanc febrem, & proprie quando conquerun tur cum hoc de ſolutione uentris, & tuſsi. Recipe ſpicæ aromaticæ, xyloaloes, croci, berberis, & ſucci eius omnium ana. ʒ. iij. reubarbari. ʒ. iiij. ſpodij, roſ. cum capitibus ſuis, laccæ, gummi torrefacti, Karabe omniũ ana. ʒ. v. ſe. acetoſæ torrefacti. ʒ. vi. luti romani. i. terræ ſigillatæ. ʒ. vii. fiant trochiſci. Deſcriptio alia bona. Reci. roſ. rubearum. ʒ. vi. berberis, gummi, ſeminis acetoſæ omnium ana. ʒ. iiij. ſpicæ, eupatorij, ſpodij, amyli, ſeminis portulacæ, granorum cucumeris omnium ana pondus. ʒ. ij. ſeminis endiuiæ, ſeminis cuſcutę omnium ana. ʒ. i. ſ. ſucci liquiritiæ. ʒ. i. laccæ, reubarbari, amborum ana. ʒ. ſ. aggregentur illa, & fiant trochiſci. Pilulæ bonæ ad hanc ægritudinem, & omnes chronicas, & febres lædentes uiſcera, & proprie quãdo materia phlegmatica eſt magis uincẽs. Reci. aloes, maſticis, myrobalanorum citrinorum, reubarbari, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij, roſ. rubearum omnium ana partes æquales, croci partem mediam, fiant pilulæ cum aqua endiuiæ: & ſit doſis. ʒ. ij. cum ſyrupo acetoſo. Deſcriptio bona conueniens poſt digeſtionem. Recip. aloes, maſticis, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij, roſ. omnium æqualiter, croci. ʒ. ſ. informentur pilulæ cum aqua endiuiæ: & ſit doſis. ʒ. ij. cum ſyrupo acetoſo.

De recidiuatione. Cap. 20.

REcidiuatio eſt deterior radice: & conſilium quidem eſt ut in ea non fiat feſtinatio ad curandum, donec manifeſtus ſit modus ægritudinis: nam ſecundum plurimum eſt ſæua.

DE FEBRIBVS RASIS

LIBER.

De prologo tractatus. Cap. 1.

FEBRICITANTES & præcipue acute, nō solū necesse est, ut medicus sępe uideat: sed etiā vt ei semper asſiſtat. Nos tamē ī hac parte ponemus summas, & aggregationes vicem pūctorū, & extremitatū cōtinētes, quæ utiles erūt prudēti, & vigilāti, licet ī hac doctrina nō studuerit ne sit secūdū eā operatus. In pluribus enim medicorū cōsilio nō indigebit, atque errātium per eas cognoſcet errorē, & perfectionē, necnon diminuti diminutionē: hæc tam paucis comprehēdemus verbis, & distinctè, ac compēdiose, quēadmodum in aliis partibus huius libri peregrinus: & dimittemus ualde subtilia, & profunda huius doctrinæ perſcrutari: hoc enim indiget, qui multa vult inuestigare. Ad hoc uero perficiendum diuino iuuabimur auxilio.

De febre æphimera. Cap. 2.

HAec febris non habet periodos, sed est unius periodus tantum. Cuius propria significatio est, quòd neque cum rigore neque horripilatione incipit: & quod antequam accedat præcedat eā causa diuersa ab eo secūdū quòd currit cōsuetudo: sicut superfluus labor, aut ira: aut angustia: aut sollicitudo, aut uini puri, uel multi potatio: aut quia diu stetit ad solē aut sub aere frigido aut ī aqua frigidiſsima: aut quia calidū apostema quod accidit propter casum uel percuſsionem in corpore præceſsit, aut fit propter dolorē qui in aliquibus contingit membris, aut propter repletionem ciborum multi nutrimenti, aut crossorum opilantium, aut uehementis caliditatis, aut propter forte fastidium uel propter frequentem uentris fluxum, & uehemētem, aut propter multam moram in balneo, aut quia balneauit se in aqua inconuenienti, ut sunt aquæ naturaliter calidę: aut quia non balneauit se ut consueuerat, aut quia medicinas calidas sumpsit: uel quia multum comedit: aut propter corizam, & rheumatismum: aut quia diu a comestione abstinuit. Vrina quoque in hac ægritudine, neque in colore, neque secundum substantiam, neque secundum odorem multum mutatur ab hoc quod consueuerat. Calor etiam cum corpus ægri tangitur; neq; superfluus, neque mordicatiuus sentitur. Cum autē ægritudo minui incipit sudoris prouenit multitudo, aut si non aliud cutis saltem humectatio aut resudatio, deinde sedatur perfecte. In hac præterea febre, neque multus est timor; neq; est mala, Qūq; tñ in alias malas trāsit febres cū & ipsius regimine, & curatione error contingit. Cum ergo aliquis hanc febrem causa laboris incurrit, oportet vt cū minui febris eius cœperit ęger balneum ingrediatur, & in domo media sedeat iuxta porta: per quam reditur ad domū primam quæ ante faciem ipsius aperienda est. Ad ultimum quoq; locus sit talis in quo delectetur, & ne vllo modo sudet si poſsibile est: neque inflammetur, neq, æstuet, neq; cogatur anhelare uehementer. Sit autem locus talis in quo ipsum diu morari sit poſsibile, vbi & semicupium tepidam continens aquam in qua delectetur ingrediatur. Corpori uero ipsius aquę tepidę multitudo superfundatur, & præmatur molliter: deinde corpus ipsius abstergatur, & ex oleo uiolato tepefacto inungatur, & maxima sollicitudo adhibeatur præcipue circa iuncturas, & colli spondiles, & dorsi. Postquam autem hoc aliquibus horis factum fuerit: iterum in aquā tepidam mittendus est: ex ea super ipsum aliqua hora fundendum: deinde redeūdum est ad inungendum. Lōgitudo quoq; fundēdi aquā super eū, & inungēdi ex oleo, & breuitas sint secundū laboris uehementiā ac ipsius debilitatē. Post hoc uero egrediatur balneū: & nutriatur ex oleribus, & fructibus recentibus, & carne pullina, & hędina, & piscibus quæ vocantur ezie, & ipsi sunt boſie, & abstineat a cibis calefaciētibus. Et si nō cōsueuit uinū bibere sumat in potu iulep factū de zucharo taberzet, & aqua rosata. Si aūt solitus fuerit bibere uinū: sumat ex eo minus solito, quod tamen plus solito sit mixtum aqua. Lectus quoq; eius mollior sit quā prius, & plus solito dormiat. Et si post aliquid de uestigiis laboris, & laſsitudinis supfluerit: ad balneū, ut diximus, & totū regimē redeūdū est, donec se habet ut solebatur. Si autē hæc febris cā uigiliarū aut multę solicitudinis cōtingat ęger postquā ipsa minui inceperit balneū ingrediatur, & fit in loco balnei.s. qualē supra diximus, nec cibetur oīno, sed aqua tepida proprie super dorsum ipsius fundatur, & nutriatur ex cibis similibus his quos prædiximus, ut uinū si bibere cōsueuit, mensurate sumat, & remoueatur ab hmōi solicitudine interpositione uerborū, & alicuius iocūditatis, atque alicuius ludicri. Oleum quoque uiolatum olfaciat, & dormiat in locis suauiter redolentibus, & in strato molli. Quod ex multa tristitia: aut ex multa ira fiat hęc febris balneum cum minui ceperit ingrediatur, & in-

& intret ſemicupium aquam continens calidam in qua delectetur, & aqua etiam ſuper ipſum in domo balnei exiſtētē copioſe fundatur. Ipſe prætereaī loco balnei moretur ubi neq; a uēto neq; a frigore tangatur, aut moretur in prima domo balnei in qua tandiu ſit donec cutis molleſcat, & rubeat parum: deinde aquam frigidam ſubito ingrediatur: & ab ea citiſsime egrediatur. Cumque egreſſus fuerit: aqua roſata ipſius capiti ſuperfundatur; & pectus ex ſandalis & aqua roſata & camphora liniatur: & in potu granati muzi ſuccum ſumat & ei ſimiles potus: aut rob quod fit de ribes, & macianorum acetoſorum & acetoſitatis citri: & nutriatur ex oleribus frigidis & aceto: & ex oleo confecto cum zucharo: & ex oleo amygdalino. A uino autem omnino abſtineat: niſi maximum inde conſequatur nocumentum. Quod ſi inde conſequatur cum ſucco granati miſceatur, & ſuper niuem infrigidetur: & ex aqua frigida multum bibat: & cum biberit vinum: granata acetoſa in aqua frigida abluta comedat, deinde aqua roſata ſuper ipſum roretur: & ingenietur qualiter eius ita quantuncunque poſsibile fuerit ſedetur. Cum autem hæc febris ex multi vini potatione ſuperuenerit, aut fortis & puri. Aegro aliquid de potibus quos nominauimus ſimplices, ſcilicet abſque alterius rei commixtione dandi ſunt cum aqua frigidiſsima mixti ex quibus non impetuoſe ſed paulatim bibat. Cumque febris ſedata fuerit balneum ingrediatur, in quo moram faciat in domo temperata ſtando ſicut oſtendimus: & multa aqua ſuper ipſius caput fundatur. Et nutriatur ex tapſil adeſia citrina infrigidatis, & his ſimilibus ex rebus frigidis mixtis cum ſucco granatorum, & ſucco ribes: & vuæ acerbæ & ſucco & ex piſcibus qui uocantur aziæ coctis cum aceto & olfaciat oleum uiolatum: & dormiat diu. Cumque expergefactus fuerit, balneum iterum ingrediatur, & ad prædictum redeat regimen. A vino autem omnino abſtineat: & in potu rob de fructibus ſumat. Si autem in capite fuerit grauitas, & in oculis rubedo & extenſio: ſanguis extrahatur cum phlebotomia, & uentoſis. Eiuſque regimen totum ſit vt diximus. Venter quoque ex ſucco fructuum ſoluatur. Cum uero aliquis hanc febrem incurrit ex multo motu aut deambulatione nimia ſub ſole: aquæ roſatæ pars una ſumatur: & olei roſei pars media aceti partis unius quarta, & in ampullam uitream mittantur: & concutiantur donec inſpiſſentur, & ex eis in niue infrigidatis ſuper ipſius ſinciput paulatim fundatur. Panis quoque eis infuſus in niue infrigidetur & a principio acceſsionis uſque ad quietem capiti ſuperponatur. Poſt uero quieuerit febris æger balneum ingrediatur: & ſit in loco tēperato ut diximus; ubi aqua tepida ſuper totum corpus ipſius, & præcipue ſuper caput fundatur. In potu autem ſumat frumentum fractum coctum in aqua: quod tamen prius ſit multotiens ablutum cum aqua calida; cui poſtquam coctum fuerit multa aqua in niue infrigidata admiſceatur ex qua æger uſq; ad ſatietatē ſumat; Cumque febris ceſſauerit, ex cibis quos prædiximus nutriatur. Cum autem aliquis hanc patitur febrem eo quòd ſub frigido aere longam fecit moram: totum corpus eius a principio febris vſquequo ſedetur ſępe fricandus eſt, non tamen duriter. Cumque febris ceſſat domum calidam balnei ingrediatur, in qua moram faciat, donec ſudor egrediatur. Poſtquam autem ſudor egreſſus fuerit, corpus ex oleo tepido cum fricatione inungatur: donec ſudoris multitudo egrediatur: deinde ex aqua calida locus abſtergatur, & indutus egrediatur: & eò uſque dormiat donec iterum ſudet. Poſt hæc in comeſtione cibos ſumat ſubtiles ex quibus, ꝙ leue eſt. i. parū comedat, & cū mēſura ſumat. Vinū uero forte bibat, & ſi ex febre, & fractione aliquid redierit ad balneū, & ad totū regimē ꝙ prædiximus redeundū eſt. Si quis vero hunc febrē propter aquas naturaliter calidas patiatur: ſi fuerit aquę illę tales ex admixtione azegi, aut ſalis, aut ferri, aut aliarum rerum quę corporis ſuperficiem exaſperare, & contrahendo rugare conſueuerunt: eodem eſt regendus regimine quo is qui hanc incurrit ex frigore. Oportet tamen ut locus balnei in quo hic in domo calida moratur ſit temperatus ante portam ſuam: & ſit porta ſecundæ domus corā faciem ipſius aperta: & aqua calida ſuper ipſum fundatur: & in eā ingrediatur & inungatur cum oleo, & iteretur effuſio aquæ calidæ & introitus in eam: & fricetur multum uicisſim donec pori aperiantur & corpus tumeſcat & febris ſedetur: & corpus rubeum fiat. Quod poſtquam factum fuerit egrediatur, & indumentis ſuis indutus dormiat, deinde ex his quæ prædiximus nutriatur. Cum autem aliquis hanc febrem incurrit ex comeſtione calidorum ciborum: oportet vt poſtquam febris quieuerit, ex aqua ordei multum bibat. Cuius nutricatio ſit poſt febris ſedationē cibus cum aceto conditus, in quo non eſt caro. Et eſt ingeniandū qualiter eius uenter ſolui poſſit ex prunis & tamarindis, & zucharo tabarzet: ſyrupum quoq; acetoſum ſimplicem de zucharo bibat: & comedat granata muza & acetoſa: & omnia alia poma his ſimilia. Ab omnibus uero cibis, qui corpus calefaciunt abſtineat: febris enim hæc propriæ, & illa quæ ex fortis uini potatione accidit vtræq; in putridam cito mutantur febrem. Cum uero aliquis hac febre laborat, eo quòd plus ſolito comedit, aut cibum multū nutrientem, aut croſsioris nutrimenti ſumpſit: quia hæc ſpecies æphimeræ plerunque adeo per multos dies fit manſiua, vt ſinochus eſſe uideatur: nō eſt expectandū donec febris a corpore recedat:

immo uenter ægri ilico ex ſucco fructuum ſicut nominauimus eſt ſoluendus, & ſyrupus acetoſus eſt ſumendus, & ex ptiſana tantummodo nutriendus. Sed poſtquam febris alleuiari videtur aliquantulum æger in balneum eſt mittẽdus; in quo non longam faciat moram: & fit in aqua tepida & ex ea ſuper ipſum fundatur: cuius etiam corpus ex ſulphure diu fricari conuenit. deinde ex aqua lotus egrediatur. & ſic ad ſuum redeat regimen, ad uentris ſcilicet ſolutionem ex ſucco fructuum & ad ſyrupum acetoſum in potu ſumendum, & ad nutriẽdum ex aqua ordei: cũque febris parum alleuiari cęperit balneum iterum ingrediatur in quo longiorem quàm prius faciat moram: & plus balneetur ſecundum quòd febris diminui viſa fuerit. In principio tamen huius febris abſque magna cautela balneum minime ingredi debet: Obſeruandum eſt enim ne in eo laborem patiatur & ne corpus calefiat. Quod ſi contingat ipſum in balneo horripilationem pati: ilico eſt extrahendus: quod etiam in omnibus quibus poſt febrem ephimeram in balneo huiuſmodi accidit horripilatio eſt obſeruandum: hoc namque accidens non eam æphimerã pati: ſed putridam portendit. Ex his autem per quæ ſingulatim & abſque vlla ambiguitate febris cognoſci poteſt æphimera cũ alijs ſignificationibus, quas prædiximus, eſt ut ægro cũ ſe balneauerit, non ſuperueniat horripilatio. Cũ enim hęc ſpecies ęphimere cognita fuerit, & uenter ſolutus, & urina prouocata, & nutricatio ſubtiliata fuerit: & ordo intrandi balneum, & balneandi ſecundum febris diminutiones obſeruatus fuerit adeo bene ſanabitur: quòd in febre putrefactionis minime tranſibit. Si autem in regimine error acciderit in febrem mutabitur putridã: quæ erit acuta, & ſinocham ſcilicet concluſam. Si quis vero hãc patitur febrem quia in comeſtione una aliquid comedit ex quo grauare cęperit: ſi grauitas in ſuperioribus ſentitur uentris, euomat illud, aut ſupponatur collirium: ſi in inferioribus ſentitur grauamen. Cumque paſsio minui cępe-rit, balneetur & ſomnus augmentetur, & nutricatio ſubtilietur: & per aliquot dies a labore abſtineat, & ex aliquibus cibis qui uentrem parũ ſoluunt moueatur. De his quos in hoc nominauimus libro, ubi de ſanitatis cuſtodia tractauimus. Qui autem hanc incurrit febrem cauſa apoſtematis quod in aliquibus fieri contingat membris ex parte cõtraria minuendus eſt, & apoſtema illud infrigidandum, quemadmodum in capitulo de calido apoſtemate oſtendimus. Balneum nullo modo ingrediatur: neque bibat vinum, donec apoſtema illud ſedetur, & eius igneitas reprimatur, Venter uero ſoluatur, & calor extinguatur, ſicut docuimus, & cibis infrigidãtibus nutriatur. Cum autem aliquis hac febre laborat cauſa doloris, qui in quibuſdam contingit membris: quæ ſit cauſa doloris conſiderandum eſt. Si enim eſt apoſtema calidum aut croſſa uentoſitas, aut humor mordicatiuus, aut quia multum comedit: aut ſiccitas magna quæ loco dominatut, aut complexio mala calida: aut frigida ſimplex: aut cum materia ad ipſam cauſam remouendam eſt omnino intendendum quemadmodum in capitulo de cauſis dolorum & earum curis docuimus. Febris enim ilico ſedabitur cum cauſa remota fuerit. Cumque febris quieuerit: ęger leuiter balneetur: & ex cibis quorum fecimus mentionem nutriatur. Qui uero hanc incurrit febrem: quia balnei uſum vt conſueuerat prætermiſit: in balneum mittendus eſt, donec febris reprimatur: ubi multitudo dulcis aquę tepidæ ſuper eum fundenda eſt. Ipſe quoque ex furfure & ſemine melonum & pauco nitro diu eſt fricandus: deinde egrediatur: & ex cibis extinguentibus nutriatur: & vinum album & clarum bibat: ualde temperatum. In mane quoque iterum ad balneum eat: deinde ab eo egrediatur, & ſic ad cõſueta redeat. Qui autem hac laborat febre: quia multum famem aut ſitim paſſus eſt: ſi cum ſola doloroſitas & laſsitudo & fractio eum inuaſerit antequã febris in eo ſit confirmata inueniatur: triticum fractum multa aqua ablutum & coctum & in niue infrigidatum dãdum eſt: & zucharum tabarzet. Si autem non inuenitur niſi poſtquam febris in eo inflammata fuerit: præcipiendum eſt ei ſępe ex aqua frigida paulatim bibere: donec febris reprimatur: deinde per aliquantulum temporis: in aquam tepidam eſt mittendus; & aqua ſuper eum fundenda frigiditate cuius non lædatur; poſtea ptiſanam bibat, & ex cibis humectantibus nutriatur; & a labore abſtineat donec ſanitati reſtituatur. Cum uero aliquis hanc patitur febrẽ ex coriza quæ ei accidit phlebotomandus eſt licet paruum a præcedenti minutione intercesserit ſpacium: aut etiam phlebotomiam pati non poterit cum uentoſis ſanguis extrahatur & a carne & à uino abſtineat: & aquam hordei bibat: & uenter ex his quæ in capitulo de coriza nominauimus ſoluatur. Pectus quoque eius mollificetur & tuſsis ſicut ibi docuimus ſedetur. Cumque ad ſalutẽ peruenerit reumatiſmus digeſtus fuerit, & tuſſis ſedata, & febris quieuerit, in balneũ eſt mittendus: & ordinatim ad conſueta paulatim reducendus: huius autem febris cura non eſt negligenda. Ex ea enim plerumque peruenitur ad pleureſim, uel ad peripleumoniam. Sed quis hæc tenetur febre propter faſtidium: hæ enim febres cum ructus fuerint fumoſi & fetidi inuadere ſolent: & uix accidunt cum acetoſi fuerint. ſi uenter poſtea ſolutus fuerit per ſe alia non indiget cura: niſi ut parum aquæ calidæ ſorbendo traijciat: & balneetur & ex cibis infrigidantibus, qui neque cito corrumpantur, neque conuertantur, nutriatur: ſicut ſunt ea quæ ex ſucco vuæ acer

bæ

bæ & ſumach, & granis granati, & his ſimilibus præparantur. Potus quoque bibat quæ his inueniuntur ſimiles. A labore autem, & ſtatione ad ſolem, & coitu abſtineat. Quod ſi uenter per ſe non ſolutus fuerit ex medicinis quas in capitulo de cuſtodia ſanitatis nominauimus ſoluēdus eſt Si autem hæc febris ſuperuenerit alicui in cuius ſtomacho aliquid contineatur, quod euomi poſſit: ex aqua calida ſorbeat, & cum ea ipſum euomat. Et ſi grauitas in inferioribus uentris partibus ſentitur, collirium aliquod ſupponatur. Cūque uenter prout oportet mundificatus fuerit: & cum hoc neque ructus fumoſus neque grauitas neq; mordicatio in uentre ſentitur: neq; nauſea: balneandus eſt æger, & nutriendus, & regendus eo regimine, quod prædiximus. Is quoq; cui hæc febris accidit cauſa frequenter aſtellandi: ex his, quæ in ſuo nominauimus capitulo curandus erit. Cumq; ipſius febris repreſſa fuerit: in balneum mittendus erit. & ex rebus quas in hoc libro nominauimus nutriendus. Sunt præterea ex hominibus quidam qui cum cibos multi nutrimenti frequenter comedunt, ut ſunt carnes graues croſſæ: & pultes ualde ſpiſſæ, & frumentum coctum, & uinum croſſum: hanc incurrunt febrem. Quapropter hi a croſſorum ciborū aſſiduatione abſtinere debent. & ex carne hædina & pullina nutriendi. & ſyrupum acetoſum bibere debent, & de uino ſumere debent: quod iam peruenerit ad ſubtilitatem, & claritatē, & in profundum penetrare poteſt. Is quoque qui a prædictis læditur; ante comeſtionem uti exercitio debet; & uentris ſolutionem & phlebotomiam aſsiduare. Si enim nihil negligens affuerit ægritudines incurret acutas, & peſsimas. Sunt etiā ex hominibus aliis qui cum laborem aut uigilias patiuntur, aut eorum tardatur comeſtio, aut ex cibis ſubtilibus, aut ſiccis nutriuntur ad febrem deueniunt. Quapropter huiuſmodi hominum genus ab his rebus abſtinendum eſt. Cumque febris eos inuaſerit ſuccurrendum eſt cito cum eis quæ corpus humectant. Ex hoc enim ſi neglectū fuerit, ad hecticam deuenient.

De febre hectica. Cap. 3.

CVm febris tribus diebus aut amplius permāſerit, neque ſe mouerit, neque calor eius, neque inflammatio vehemens fuerit neq; accidentia quæ febres acutas comitari cōſueuerunt, cum ea affuerint ut eſt pulſus magnitudo & caliditatis, & inquietudinis uehementia, & anxietas, & linguæ ſiccitas, atq; eius nigredo: ipſa tamen ſic uno modo perſeuerauerit, neq; poteſt in ea deprehendi dimiſsio aliqua: neq; paroxiſmus, præter hæc etiam ipſa inuenitur quieta, & quaſi tepida: tunc hectica adeſſe creditur. Eſt itaq; ipſius ueritas ſic experienda. Aegro ut in diuerſis comedat horis, eſt præcipiendū. Quod ſi inuentus fuerit ſemper poſt comeſtionem a febre magis infeſtari hecticam proculdubio eſſe pronunciandum eſt. Quod ſi cum hoc etiam facies eius iam extenuata eſſe uideatur, & oculi concaui & caro im minuta atque cutis deſiccata fuerit hectica iam non eſt in eo in principio, immo in ipſo confirmata eſt, & operata, & diu eſt ex quo ipſum inuaſit. hæc autem febris in principio ſui cum nōdum, ſcilicet ad ariditatē peruenit, curabilis eſt. phtiſis itaque ſigna cognoſcenda ſunt ut dum aliquis de ægri ſanitate confidit ad eam curandam properet. Dicemus igitur, quòd cuius quidem hecticam in phtiſim tranſit: tempora uehemēter plana fiunt & oculi concauatur, & nares ſubtiliantur, & fiūt tornatiles, & aures minorantur, & earum corpus ſubtiliatur; faciei quoque ac frontis tenditur cutis; ac ſi eſſet corium quod ſuper oſſa faciei deſiccatum foret; & totum corpus ſimiliter a carne nudum exiſtit. Collum præterea tenue fit, & epiglotis foris prominet. Cumque pectoris oſſa tactu aut uiſu conſiderata fuerint; unumquodque eorum cum ſuis extremitatibus notari poterit, & poſtremo corpus non uidetur niſi corium & oſſa. Eiuſque uox ex illis auditur, & debilis, & uirtus omnino deſtructa uidetur, & pulſus ſubtilis, & debilis, & cum hoc etiam durus. Cordæ quoque manifeſte apparent, quia caro diſſoluta eſt, & uenæ ſimiliter. & cū hoc a ſanguine uacuæ neque earū concauitas magna rei capax exiſtit. Pulchritudo quoque atque claritas ab ipſius corpore omnino receſſerunt; & cutis deſiccata eſt; & cuti exiſtentis in ſenio ſimilis facta eſt. Venter etiam eius attenuatur & debilitatur donec uideatur ac ſi coſtis adhereat, & quod nihil in ſe contineat. Mirach præterea uentris in tantum ſubtiliatur, vt non uideatur eſſe niſi ſolummodo corium, & præter hoc ſpaſmatur & deſiccatur. Oſſa quoque raſchete, & pectinis manuum plerumque apparēt & vngues curuantur. Eum uero capili cadunt alicui, & uenter ſoluitur, mors ei propinqua eſt. Cumque corpus ad hunc diminutionis, & debilitatis venerit terminum nunquam ſanari poterit, neque meliorari. Sed dum carnis, & ſanguinis pulchritudinis ac uirtutis reliquię in eo inueniūtur, & quod ex prædictis ſignificationibus apparuit neque uehemens eſt, neque confirmatum, ſanari poteſt, & ad ſuam redire diſpoſitionem ſi ei, ut oportet, ſubueniatur. Cum autem non fuerit multa debilitas neque multa macies, neque longum interceſſerit ſpacium ex quo pati cęperit nec etiam ex ſignis hecticæ aliud apparuit, niſi quia febris lenta adeſt quæ iam per aliquos perſeuerauerit dies, & poſtea parum ſiccitas, & maciei inceperit: huiuſmodi patiens leuiter, & cito ſanitati reſtituetur, ſi Deus uoluerit. Hac igitur febre laboranti, in primis aqua hordei danda eſt, &

est, & postquam ipsa de stomacho descenderit: ex piscibus qui eziæ uocantur, super prunas assatis, aut in ueru nutriendus est, & ex oleribus frigidis, & humidis, & portulaca, & moluchia, & lactuca, & cucurbita, & cucumeres, & citruli, hic quoque quotidie antequam comedat balneum ingredi debet. vbi in loco moretur, in quo a calore lædi non possit, & in aquam tepidam per aliquod spacium similiter mittendus est, deinde ex oleo uio. inungendus. Domus uero, in qua moratur talis sit. Cuius aer frigidus sit & humidus, ipsiusque pauimentum ex rebus uiridibus quæ frigidæ sint, & humidæ sit stratum. Panni quoque aqua rosata infusi in niue infrigidata, in qua camphora, & sandali dissoluti sunt, pectori superponantur. Quod tamen fieri conuenit cum stomachus alleuiatus fuerit, & cibus ab eo descēderit, & etiā antequam comedat. Cumque prędicti tepefacti fuerint, pāni mutādi sunt. Quod tandiu fieri conuenit, donec frigiditatem sentiat æger iam ad multam sui corporis profunditatem peruenisse. Quod si propter huiusmodi curam superueniat ei prius horripilatio, & postea accidat ei caliditas, tepefiant parum, & postea pectori superponantur, neque remoueantur, nisi cum desiccati fuerint aut multum calefacti. Oleum præterea uio. & oleum de seminibus cucurbitarum in potu danda sunt, & lectus solito mollior fiat, & quantum plus poterit, longo tempore dormiat. A vigiliis autem atque cogitatione, & a motu, & coitu, & a statione in locis calidis, & sic. & fame abstineat. Si aūt cum hac febre fuerit nocumentum, & acuitas atque calor trochisci de camphora quotidie in matutinalibus horis in potu tribuantur. Cum aūt sol ortus fuerit, aquam hordei bibat. Aquæ uero quam in nocte bibiturus est, iulep cum mucillagine psilii admisceatur, neque cessandum est, immo imponere in standum in pectoris infrigidatione. Vnde ex frigidis epithimatibus, & ex oleribus instanter epithimandum. Cibaria uero non semel sunt tribuenda, sed ad multas uices partienda, & præcipue si æstas fuerit. Ex quibus æger non tantum semper sumere debet, quantum est ei necessariū & sibi caueat, ne semel tantum comedat quantū id est quo æget. Ex aqua quoque frigida paulatim in potu sumat, neque famem aut sitim vllo modo patiatur, & ab omnibus quæ calefaciunt, & desic. omnino separetur. Cum autem hectica iam meliorata fuerit, & obfuscatio ac carnis diminutio manifeste apparuerint, ueruntamen ad terminum, secundum quem ipsam diximus esse insanabilem nondum peruenit, ea laborans eodem indiget regimine, quo & prædictus. Oportet tamen, vt super eum fiat assiduatio, & perseueratio, & frequentatio, & perueniatur cum eo ad vltimum, & mittatur in balneum, & in tinam bis aut ter in die, nisi in tali disponat manere loco, in quo caliditas nullo modo eum lędere possit, neque horripilatio inuadere. Nos enim nequaquam uolumus ipsum intrare balneum, nisi cum semicupium inuenire non possumus, neque aquam super eum fundere ubi horripilatio eum inuadat. Sudare autem, & aerem attrahere calidum omni re ei deterior existit. Hanc itaque patiens febrem in balneum mittatur, & semicupium postquam duarum horarum spacium præterierit, ex quo aquam hordei in potu sumpsit, & cum de semicupio egrediatur ex oleo uiolato inungatur. Cumque uenter ab aqua hordei alleuiatus fuerit, neque in ructu sapor vllus remanserit iterum ad balneum ducatur, ita tamen vt in eundo minime laboret; deinde mittatur in semicupium, & de aqua tepida tamdiu super eum fundatur donec ipsius corpus incrossetur, & parumper rubere incipiat. Postea uero in aquam frigidam semel submergatur. A cuius tamen frigiditate non lędatur, deinde ipsius corpus ex oleo uiolarum, & ei similibus oleis inungatur. Vsus præterea regendi ipsum in balneum, incrementum recipiat. Cumq; ab eo egressus fuerit, ex eis quę diximus & secundum mensuram quā diximus; cibetur, & iaceat in domibus tranquillis humidis bene olentibus, in quibus sit aeris paucitas. Ante ipsum vero panni frigida infusi aqua, & parapsides magnæ ex ea plenæ ponantur, aut lacunæ sint coram eo. Folia quoque vitis & salicis, atque rosarum & violarum, & fusibium & his similium coram eo sternantur. In tempore vero hyemis non sit in eius mansione ignis, neque fumus, sed frigidum attrahat aerē. hæc enim maior eius existit cura. Quia propter hoc ita conseruatur, quod non oportet eum emplastra & epithimata frigida, quæ prædiximus exterius ad cordis confortationem apponere. Ex pannis quoque calidis & in pondere leuibus cooperiatur corpus & præcipue caput, ne coriza aut catharrus ei superueniat & extremitates leuiter comprimantur, patiens quoque oleum de cucurbitis cum oleo nenufarino conditum, olfaciat & dormiat diu. Quod si magnum diei superfuerit spacium, volueritque iterum antequam cęnet tinam ingredi faciat, quia confert ei. Et si non comedat & ante comestionem non ingrediatur balneum, & dormiat diu. Si autem siccitas & macies iam vehementer eum occupauerunt, lac caprinum super ipsius corpus mulgeatur, ex eo liniatur. Atque aque quæ est in semicupio ex ipso aliquid admisceatur. Cumque de semicupio egressus fuerit, ex oleo violato aut de cucurbita, aut de nenufare inungatur. Si vero neque caliditas, neque acuitas fortiter fuerit vinum album & subtile, quod tam aquæ frigidæ habeat admixtum vt sapor vini abscondatur, bibat. Sed si acuitas fuerit manifeste, iulep de zucaro cum aqua frigida in potu ei tribuatur;

ur: & ne venter eius foluatur, fummopere eft cauendum: ad cuius conftrictionem fi folui cœperit, eft feftinandum. Huic præterea plerunq; fi calor fuerit fortis, confert lac vaccarum iuuenilis ætatis de quo butyrum vehementer extractum eft fi fuerit acetofum & aqua hordei in potu eft tribuenda. Et fi venter folutus fuerit ipfam cum tortellis fumat. Et eft neceffe cũ hoc quod diximus, vt ad infrigidationem & caloris extinctionem ftupium impendatur. Cum autem huius vrina fuerit oleagina aut in eius fuperficie petala apparuerint vnctuofa, aut frufta carnis filis fimilia aut aliquid fimile furfuri in vltimo in huius regimine eft ĩfiftẽdũ. Sed fi quis hac laborãs egritudine corpus habuerit vehemẽter ficcũ, & uehemẽter macrũ: neq; fortis calor in eo fuerit, lac calidũ ita ut ab uberibus extractũ fuerit fi in potu fumatur: aut cũ eo micas panis comederit: conferret ei. Omni uero lacte ad hoc afininum melius exiftit. Et poft ipfum eft caprinum. In lacte uero recente duo funt obferuanda: ne fcilicet in cafeitatem tranfeat, & ne conuertatur. Lac autem quod prædiximus cum in ftomacho fuerit, non tranfit in cafeitatem, nifi raro. Quod etiam nunquam in cafeitatem mutabitur, fi parum zuchari ei mifceatur. Cum autem à lactis conuerfione quis ægrum cuftodire uoluerit, eius difpofitionem in caliditate quotidie tangendo confideret, & qualiter acrem attrahat, attendat: eiufque pulfum infpiciat, & urinam, atque fitis ipfius quantitatem. Si enim inuenerit hæc omnia maiora quam prius effent antequam lac bibere, & uehementer augmentata fore à lacte prædicto erit abftinendum, & lac acetofum abfque butyro: aut aqua hordei in potu erunt tribuẽda: & trocifci de fpodio, & his fimilia. Venter quoque fi ftrictus fuerit cũ apozimate, aqua prunorum, & tereniabin erit foluendus. Quod eo ufq; fieri conuenit, donec prædicta remoueantur accidẽtia. Poft quorũ remotionẽ: ad lac redire eft ei præcipiẽdũ: hæc eft eorũ fumma quæ hecticã patientibus adhiberi conueniunt. Cum autẽ aliqui hectica laborantes ad hoc deuenerint ut offa rafcetæ, & pectinis manifefta appareant, & pulfus deficiat, & mirach uẽtris coftis abhereat, omniaque eorum offa manifefta uideantur, & fubtilia, non eft in eis laborandum ut ad fanitatẽ perueniant: fed ut quoquomodo fuftẽtentur. Quod fit ex nutrientibus quæ uelociter penetrant, & ex bonis odoribus. Caro quoque pullina fumenda eft, & in parua frufta incidenda, & fuccus ab ea paucum falem habente extrahẽdus quemadmodum ab alia carne fuccus extrahi confueuit, aut fiat hoc ex carne rubea quæ ĩ collo hædi reperitur. Deinde huic fucco parum de fucco pomorum, aut citoniorum, & parum uini admifceantur aut tortella bene trita ei admifceantur, & fic bibatur, aut forbeatur. Camifias præterea tinctas induant quæ ex fandalis, aut mufco, fi non capitis dolorem fecerint, fint infectæ. fumigium quoque ante eos fiat ex xiloaloe, & nere, & ante eos, & in eorum circuitu ponantur odorifera, & confectiones odoriferę, & aqua rofata fuper eos roretur, & olfaciant cibos odores habentes defiderabiles: ficut eft cibus qui fit de carne hepatis, & pulmonis minutim incifa, & poftea ĩ frixorio cum ouis, & croco, & aceto cocta, & inteftina ex carne fruftatim incifa plena, & cufabegi, pulli quoque affandi funt, & coram ipforũ facie fcindendi, ex quorum pectore carnem mafticando fuccum folum traiiciant. carnẽ autem proiiciãt fi multum fuerint debiles. Quod fi quis ex his aliquantulum fortior fuerit, pulli cum aqua, & fale coquantur, quorum pectora poftea contufa cum iure exprimantur, quorum fuccus cum coriandro, & pauco cinamomo conditus, & uinum atque tortellas habens admixta in potu tribuatur. Vnus autem ex ueteribus medicis retulit, fe uidiffe vnum uirum, & multos pueros, qui poftquam ad hecticam ad hanc deuenerant difpofitionem, fanati fuerant. Ego tamen nunquã hoc uidi, neque credo uerum fore, & præcipue poftquam puerilem tranfierit ętatem. Trocifci de camphora qui cum fint cordis, hepatis ac pectoris infrigidatiui hecticę quæ eft cum ardore conferunt. Recipe rofarum rubearum. ℥.x. fpodii albi quod fit magnum fruftum, feminis cucumeris, amborum ana. ℥.v. feminis lactucarum. ℥. ix. feminis portulacæ. ℥. vi. feminis endiuiæ. ℥. ii. feminis dulcis cucurbitæ. ℥. vi. tereniabin. ℥. x. camphoræ. ℥. ſ. Ex his omnibus cum mucillagine pfilii confectis informentur trocifci: quorum quifque duas ponderet dragmas. Quod fi uenter folutus fuerit, ex iftis aliis trocifcis de fpodio qui funt conftrictiui dẽtur. Recipe pulu is rofarum rubearum, fpodii, amborum ana. ℥. v. boli armeni, gummi arabici. amborũ ana. ℥. 2. fucci berberis, fucci fumach, amborum ana. ℥. 3. balauftiæ. ℥. 1. & ſ. feminis coriãdri in aceto infufi, & poftea torrefacti. ℥. 2. feminis acetofæ excorticati. ℥. 3. fiant trocifci, quorum quifq; duas ponderet. ℥. ex quibus unus in mane, & alius poft folis occafum cum rob fimplici de citoniis, aut de granatis aut de ribes fumatur.

De febre quæ duobus diebus inuadit, et vnum intermittit, & vocatur tertiana. Cap. 4.

HVius febris principium cum forti accidit rigore, & pauco frigore ficut eft difpofitio pedis cum obftupefcit: fed non prolongatur diu ficut frigoris fpacium prolongatur: fed corpus cito calefacit adeo uehementer, ut fi corpus ægri tãgatur, manus mordicationem fentiat caloris: accidit autem plerunque ut æger in tempore uehementiæ caloris huius febris, & in eius fine: ina nite

niter loquatur, & præcipue si calidæ fuerit complexionis. Plerumque etiam ex ea accidit nausea, & æstuatio, & uomitus coleræ rubeæ. Venter quoque quandoque soluitur, & egreditur cholera citrina. Pulsus in statu huius febris inuenitur magnus, & uelox, & frequens: sed tamen æqualis. Vrina quoque in colore est ignea: sed secundum substantiam non est spissa, habet tamen fetorem, & odorem malum ex putrefactione. Hæc autem febris sæpius euenit complexionem habentibus calidam, & siccam, & qui multum perpessi fuerunt laborem, & uigilias, & ieiunium, & ex cibis calidis nutrimentum sumpserunt, & vinum forte, & vetus biberunt: in regionibus, & temporibus in caliditate distemperatis. Hæc præterea febris non infestat ægrum vltra horas duodecim: quinimmo sæpe in horis paucioribus istis ipsius remouetur paroxismus vsq; ad octo uidelicet horas. Cumque hora recessionis aduenerit, cum sudore remouetur, & quando separatur a corpore, pulsus ab ea mundificatur. Cum igitur hæc accidentia cum febre inueniuntur, aut ex eis plura sciendum est febrē esse tertianam. Quod si cum prædictis accidentibus aut pluribus ex eis contingat, tertianam in illa hora multis euenire absque omni dubitatione sciendum est ipsam esse tertianam, ac si uidisset eam una diei infestasse, & alia quieuisse. Cum igitur æger taliter dispositus fortis inuenitur, fueritque diu ex quo non fuit solutus de mirabolanis citrinis. ʒ.x. in aqua feruente die, & nocte infundatur, deinde manibus fricatum coletur, cui ʒ.xx. ex tereniabin misceantur, & in mane in potu tribuatur. Scamoneæ quoque recentis anthiochenæ, & bonæ quarta ʒ. unius in tanta quātitate iulep, & aquę quæ semel sorberi possit dissoluatur, & ad bibendum tribuatur, donec uehementer soluatur. Cum enim hoc factum fuerit aut febris nullo modo accedet, aut parumper alleuiabitur: deinde ex toto regimine quod narro regendus est. Si autem æger fuerit deliciosus aut debilis, & tempus fuerit æstas, circa unamquamque noctem pondus ʒ.x. tamarindorum, & pruna sicca, & crossa uiginti sumantur, & in duabus libris aquę usquequo sint dissoluta coquantur, deinde manibus fricata colentur, & misceantur huic colaturę zuchari tabarzet. ʒ.decem, & in potu antequam dormiat sumatur. Cūque mane factum fuerit, & sol eleuari cęperit ex aqua hordei secundum magnam quantitatem bibat, & in loco bene quieto uel olente moretur, donec cibus digeratur, deinde ex oleribus frigidis, & musaguarat in quibus non est amaritudo, nutriatur. Et a cibis in quibus est caro abstineat, & comedat medullam cucumeris, & citrulli, & de succo cucurbitę in tempore suo bibat, de succo cucumeris saraceni, & sumat in potu aquam cum iulep, & sirupum acetosum ex zucharo aqua bene temperatum. Modus quoque infrigidandi, & extinguendi secundum febris calorem obseruetur. Venter præterea si per se semel aut bis aut ter quotidie soluatur, apozima prunorum non est dandum: sed ex aliis est regēdus. In loco quoque apozimatis prunorum succus granati muzi cum mucillagine psilii est tribuendus. Hepati præterea in nocte in horis scilicet cū uenter a cibo vacuus est, pānus sandalis, & aqua rosata infusus est superponendus. Sitq; inter comestionem, & inuasionis principium longū tempus, uidelicet nutriatur tribus horis uel duabus antequam febris accedat aut postquam recesserit. Hic autem æger ab omnibus calidis est abstinendus, & in loco frigido sit semper eius mora. Quod si febris cum magno ardore, & calore esse videatur, & succo cucumeris saracenici, aut cucurbitæ, aut citroli, & ex mucillagine psilii cum malis granatis, aut iulep plus erit dandum, & de aqua hordei plus bibēdum. Si uero dies prolixus fuerit, aut eius cibus non cito digeritur, non cōuenit tibi ut ex aqua hordei iterū ei tribuas post solis occasum. Trocisci quoque de camphora quotidie cum sirupo acetoso de zucharo in potu sunt dandi in mane antequam aquam hordei sumat per duas horas, aut ad minus per unam horam. Cumque febris ægrum dimiserit, adhuc eodem regimine quo prius post febrem per tres dies erit regendus. Quibus tranfactis pullina caro, aut hędina est danda. Interim tamē a balneo, & sole, & uino est abstinendus: deinde ad consueta reducendus.

De causonide. Cap. 5.

HAec febris de genere est tertianę, ea tamen fortior existit, & maioris caloris: Quæ quidem una die fit ualidior: Alia uero minus calida. A corpore tamen non separatur, neque horripilatio cum ea accidit neque sudor nisi cum recedit. Alia autem tertianę accidentia sunt cum ea, uehementiora tamen, & firmiora. Lingua præterea ac labia citrina fiunt, aut denigrantur, aut absque dubio exasperantur si febris non valde fuerit fortis. In huius uero febris curatione, tali indigemus regimine quale in tertiana prædiximus. Est tamen in ea plus studendum, & diligentior cura est ei adhibenda, secundum quod est fortior illa, & maioris incendii. Aegro igitur in nocte ex apozimate prunorū, & tamarindorum quod prædiximus est tribuēdum, usquequo uenter quotidie bis aut amplius soluatur, trocisci quoque de camphora, aut succus citrolorum, aut cucumeris saracenici, aut ptisana semper in mane dentur. In die uero omni hora assidue, cucurbitæ aut citrolorum succus ei tribuatur, & ex mica panis abluta lacti a quo butyrum sit sublatum cum zucharo admixta regatur.

Quod

Quod si parũ comederit: aqua hordei iterum su mat: sicut ostendimus:aquę autem quę illi in po tu ministratur parũ psilii admisceatur, & ex ipsius mucillagine cũ iulep aut succo granati,in po tu sumat. Asperitas uero linguę cum pãno lineo fricetur: deinde psilii mucillagine cum zucharo lambendo hauriat. Nucleus quoq; pruni parum adhuc carnositatis retinens in ore retinendus de tur:& pãni aqua rosata infusi hepati,& cordi plu ribus superponatur horis. Et si eger in interioribus apostema non habuerit: neque stomachus neq; hepar debilia erant dum esset incolu mis:ex aqua frigida super niuem infrigidata mul tum in potu sumat cum calor ualde accensus fuerit de qua ad eo usque bibat, donec facies eius uiridis fiat,& tremat. Calor enim febrilis ex hoc ilico extinguetur. deinde sudabit, & euadet aut fere liberatus erit. Venter autem si uehementer soluatur, hordeum confractum,& ablutum, & aqua coctum, cum trocíscis constrictiuis de spodio dandum est. Sirupum uero acetosum, & iulep. & zucharum uitet: Rob autem simplex de granatis acetosis, & malis, & citoniis acetosis, dandum est, & ex omnibus quæ in capitulo de uentris constrictione diximus est regendus. Quod si a uigiliis, & capitis dolore sedatur,sicut in earum ægritudinum capitulis continetur,medicandus erit. Nos enim in hoc nostro libro nõ ponimus curas ægritudinum, nisi simplicium. Ideoque cum ægritudines composite fuerint, ex propriis capituis sunt earum curationes sumendæ. Sit præterea in hac febre,& in omnibus cõtinuis febribus nutriendi tempus,tunc cum æger aliquam sentit alleuiationem, aut si alleuiationem non sentit, sit in hora qua solitus erat comedere dum esset sanus,aut in hora qua dies infrigidatur, & temperatur. Interpolatis uero oportet ut sit hora comedendi longe ante earũ accesśionem quãto plus posśibile fuerit,aut post earum recesśionẽ. Nos tamen ostendemus quo modo suę nutricationis regimen obseruari debeat cum de acutis tractabimus ægritudinibus si Deus uoluerit.

De synocho. Cap. 6.

HAec febris cum incipit sine tremore ac horripilatione accidit, immo cum calore incipit, & est cum ea in facie,& in oculis & auribus,& naribus rubedo,& tristitia,& inquietudo,& inflammatio fortis, & inspiratio magna, & frequens. Hanc præterea febrem, antequam accedat, hæc signa præcedunt: Aegro namque adest in corpore grauitas & extensio, & pigritia, & dispositio quæ lassitudini similatur, & in somno superfluitas, & amentia,& in capite grauitas,& præcipue in fronte, & tymporibus. Venarum quoque exuberatio, & guidegi uidetur, & pruritus in naribus, & in locis ubi uentosas apponere consueuit sentitur. Hæc quoque febris accidit adolescentibus corpora bonę habitudinis habentibus, & eis qui ex carne, & confectionibus de melle multum comedere, & multum uinum bibere cõ sueuerunt, contingit autem sæpius in hyeme, & uere. Cumque corpus hanc ægritudinem patientis tangitur simile corpori de balneo exeuntis sentitur. Aut qui super corpus suum multum ex aqua calida fudit. Pulsus in hac febre magnus sentitur & frequens,& urina rubea, & crossa. Cũ ergo in hac febre signa apparuerint, aut plura ex eis festinandum est ad ægri minutionem faciendam, in qua ex sanguine multum est extrahendum: Ex hoc enim extingetur hæc febris. Si autem nõ prius subueniatur quam lingua nigra fiat:& superuenerit accidẽtia causon,æger ut diximus regatur. In hac tamẽ febre ea quæ sanguinem reprimant magis sunt danda, sicut rob quod fit de succo uuę acerbę, & de acetositate citri, & ribes, & acetum, & malum granatum præterea ad regimen ægri subtiliandum est diuertendum, & ad multum ipsius comestionem minuendam. Si quis etiam ægrũ in suę ægritudinis principio inuenerit, & flebotomari fecerit hęc quæ prædiximus cibis ipsius admisceat. In potu præterea aqua frigida tribuatur, & trocisci de camphora: Et si necesse fuerit venter ex apozimate prunorum, & tamarindorum, & zucharo soluatur, aut ex succo granatorũ acetosorum cũ pulpa sua, & zucharo tritorũ. Postquã uero febris recesserit, à carne confectionibus quæ ex melle fiunt, abstineat,& à uino, donec ipsius sanitas sit confirmata. Hæc quoque febris est continua, & non interpolata,neque uocatur tertiana,neque cum ea est aliquid ex igne, & inflammatione, & acuitate quæ cum causon sentiuntur sæpe nisi in principio extinguatur. Hæc præterea tres habet species: Vna est in qua à sui principio nõ cessat augmentari malitia,usquequo ueniat crisis,aut æger moriatur. Alia uero est quæ semper in una moueatur dispositione. Tertia quoque est quæ quo tidie à sui principio minuitur: Illa autem quæ semper augetur plus indiget minutiõe quã alię: Post quam ea quæ unius est tenoris, secundum æget licet etiam tertia ea non sit priuanda. Ille tamen duę plus indigent, & præcipuæ ea quæ cũ augmento semper.

De febre quotidiana quæ uocatur phlegmatica. Cap. 7.

HAec febris cum horripilatione,& uero frigore in dorso, & extremitatibus incipit, & tẽpus frigoris in corpore prolixum fit, & uix calefit, neque cito peruenit ad inflammationem, & calorem sicut tertiana: Quinimmo corporis calefactio in hac febre cum prolixitate, & labore accedit,

accedit,& plerunque calefit,& iterum infrigidatur, & poſt etiam calefit. Quod poſtquam multotiens factum fuerit manifeſtatur calor, & erit in toto corpore æqualis poſt laborem tamen. Cumque calor incipit per totum corpus ſpargi & ęquari non eſt fortis neq; purus neque in corpore ęgri ſentitur incendium neque mordicatio ut in tertiana: & cauſonide: neque ſitis eſt cum ea neque uehemens inſpiratio. Et ſi cum ea fuerit uomitus,aut uentris ſolutio, humores albi,& pure phlegmatici egerũtur,aut cum pauca cholera rubea. Facies quoque in hac febre tumere aliquantulum uidetur, & corpus areſcit, & uirtus appetitiua deprimitur. Pulſus quoque in hac febre ſecundum uelocitatem, & ſpiſsitudinẽ, multo minor inuenitur quam in tertiana, & præter hæc eſt diuerſus. Accidit autem hæc febris ſępius pueris, & mulieribus, & eunuchis, & corpora habẽtibus humida, & eis qui multũ comedũt, & parũ euacuãtur,& parũ exercitãtur, & in tẽporibus,& in regionibus frigidis,& humidis. Vrina uero in hac febre, alba eſt, & ſubtilis, aut rubea, & ſpiſſa, & turbida. Et ſecundũ maius in principio eſt in prima diſpoſitione, ſed poſtea ſuccedente tempore in aliam mutatur diſpoſitionẽ. Eiuſque interpolatio in pluribus in receſsione diei contingit, & iuxta noctem. Neque cum ſudore ſeparatur, & præcipue in primis diebus. Sudõr, & ſi cum ea fuerit, erit paucus, & viſcoſus. Venę autem cum recedit febris, non omnino a diuerſitate purificantur,neque corpus à neutralitate,immo reliquiæ ex ea remanent quæ in corpore ſunt uſquequo alia ueniet acceſsio, hic ruſus quotidie inuadit in qua tempus paroxyſmi prolixius inuenitur tempore interpolationis, & fit longa, & manſiua. Quæ plerunque multis moratur menſibus: præ ter hoc quoque eſt mala & mortis ſuſpectionem ſecum habens. Cum igitur in febre hæc ſigna inueniuntur aut plura ex eis ſciendum eſt ipſam eſſe phlegmaticã. Quod ſi in tempore huius multi hanc pati febrem inueniãtur,iam certius credendũ eſt, eã eſſe phlegmaticam. Feſtinandum eſt igitur, & a prima acceſſione huius febris ſirupus acetoſus de melle cũ aqua tepida eſt dandus ad bibendum. Quem ſi poteſt hortandus eſt uomere, non tamen cogendus. Ideoque ex eo multum bibere debet. De uomitu uero,ita fit ut res ſe habuerit. Aeger autem non eſt fatigandus, ut hoc modo omnino mundificetur,& ut prorſus inueſtigetur. Ex medicamine quod fit ex turbit quaque nocte eſt ei dandum, quod. Recipe turbit fricati, & cribel. cum panno ſericino qui uocatur orale. ʒ.x. maſtic. zinziberis amborum: ana. ʒ.1. zuchari quantum de omnibus. Ex hoc quaque nocte pondus aurei unius in potu detur, niſi uenter a natura bis aut amplius inter diem & noctem ſoluatur. Cumque mane factum fuerit, zeleugebin, de zucharo. ʒ. v. ei dandæ ſunt, & ilico poſt hæc ſirupi acetoſi de melle collati. vnc. 1. eſt tribuenda. Hora quoque comeſtionis ab hora acceſsionis quãto plus poſsibile fuerit, eſt elonganda. Nutriendus uero eſt æger ex aceto,& oleo abluto,& zucharo,& pauca menta, & ex oleribus huic ſimilibus. Et a cucumeris,& citrolis, eſt abſtinendus. Salſis uero in comeſtione utatur quę ex aceto, & almuri fiunt, & regatur ex radicibus ſiclę,& eius extremitatibus, conditis ex aceto, & oleo, & almuri, & ſinapi,& aliis his ſimilibus. Regatur quidem ęger ſic per hebdomadam vnam. Et ſi febris lõgitudo,& eius accidentia immorari inueniantur, & hora ſuæ inuaſionis retardari comperiatur,ita erit regendus. Si autem inueniatur augeri aut ſtare, Aeger ex hac confectione ſoluatur quæ. Recipe turbit ſani. ʒ.2. ſucci abſinthii. ʒ. unius quartam, colloquintidę. ʒ. unius ſextam, agarici. ʒ.s. hierę pigrę. ʒ.1. maſtic. ʒ. vnius ſextã. Cõficiantur cum ſirupo acetoſo mellito, & dentur ægro. deinde ad ipſius regimen eſt redeundum. Quod ſi ægri uirtus debilitata fuerit, pulli aſſati, & præparati in patella dẽtur, & ſeparẽtur a iurę, & micis. Et ſi ſtomacho ſuperuenerint aliqua accidentia, aut fortis nauſea ex eis quæ in eorum capitulis nominauimus curetur. Similiter quoque ſi mala acciderit complexio, vt diximus ſubueniatur. Si autem febris quartã tranſierit hebdomadam de trociſcis roſarum completis in potu tribuatur. Trociſci autem completi de roſis ſunt qui. Recipe pulueris roſarum ru. ʒ.x. ſucci eupatorii. ʒ.6. ſucci abſinthij. ʒ.iij. maſtic. ʒ.1.&. s. ſpic. aſſari floris ſquinanti, aniſi omnium. an. ʒ.1. Informentur trociſci quorum quiſque ſit. ʒ.iij. ex quibus unus cũ. vnc. 1. huius apozimatis detur, quod. Recipe corticum radic. apij, & radic. feniculi, amborum, ana. ʒ.x. ſeminis utrorũque ameos, cuſcuthe, aniſi, bedeguart, ſuchaha. omnium. ana. ʒ.v. Coquantur cum aquę libra. i. donec ad medietatem redeat, & miſceatur ex eo cũ. vnc. 1. ſirupi acetoſi, & detur cum prædicto trociſco. Aegro quoque inter omnes duas noctes medicamẽ de turbith ſemel detur, ut venter moueatur. Si autem febris adhuc fortis fuerit, cum alia confectione ſoluatur. Carnes quoque caligine & mutagenat dentur, ne uirtus diſſoluatur. Amicis uero, & ab unctuoſis,& confectionibus quæ ex melle fiunt, cuſtodiatur. Et obſeruandum eſt ne aquã frigidam in niue infrigidatam patiens in hac febre bibat; neque aliquid eorum quæ ei ſimilia ſunt ex rebus frigidis. Ex hoc enim ſi neglexerit febris fiet longiſsima.

De febre quartana. Cap. 8.

HAec febris cum tremore adeo uehemẽti incipit vt dentes conſtringere faciat, & concutere. Iuncturę quolibet atque oſſa dolent, ac

aliquid

si aliquid super ea foret appensum quod ea gravaret & percuteretur. Estque dispositio tremoris huius febris sufficiens ad ipsam significandam. Non est enim talis tremor in alijs febribus. Pulsus autem in inceptione huius febris; ex paruitate ac debilitate raritate quoque & tarditate; ad mirabilem peruenit dispositionem. Et si quis recordatus fuerit pulsus infirmi qualis erat dum sanus esset; non indigebit alio signo in cognoscendo quod febris quæ incepit sit quartana; nisi illud quod ex tactu venæ ei manifestabitur; de superfluitate paruitatis & tarditatis; & debilitatis ac minorationis, & quod valde sit contrarium tempori pulsus febris phlegmaticæ. Hæc quoq; cum calesit & accenditur; valde calidior existit quàm phlegmatica. Non tamen ad calorem peruenit tertianæ; neque tanta sitis; neque tanta inflammatio; neque tanta æstuatio: neque tanta inquietudo: neque tantus dolor capitis: neque tantum alienationis inuenitur in hac febre quantum in tertiana. Hæc autem post longas febres quarum circuitus planetę fuerunt sæpius contingere consueuit; & in autumno, & in fine æstatis, & complexiones habentibus siccas. Vrina vero in hac febre alba apparet & subtilis; aut appropinquat rubedini, & plerumque est clara valde, & cruda & crossa, & nigra aut rubea. Præterea si in hoc tempore multæ febres quartanæ multis accidunt: securè credendum est febrem esse quartanam. Cunque vrina in hac febre rubea & spissa visa fuerit, & corpus rubeum & venæ plenæ; æger ex basilica minuatur; deinde totum regimen, quod conuenit ei adhibeatur. Si aūt hoc non fuerit visum aliquæ medicinæ quæ cholerā expellunt nigrā ex his quæ in capitulo de melancholia nominauimus dentur. Medicina quoque mouens in sequenti die post febris laborem; danda est. Cumque accessio inceperit; sirupus acetosus cum multa aqua tepida est tribuendus, & æger ut ipsum euomat; hortandus est. Quod si uomere non poterit sicla, & sinapi, & salsa & eis similia; danda sunt. Quibus sumptis uinum multa aqua mixtum bibat desuper; deinde sirupum acetosum in quo raphanus fuit infusus in potū sumat. In aliis quoque diebus uomat & regimen ei amplificetur & de carnibus pullorum, & hædorum, & agnorum annualium mensurate edat. Ante tamen comedat olera cum almuri, & oleo condita, & aquam calidam super se fundat, & in ea sedeat antequam comedat. In balneum quoque mittendus est. In quo quidem tamen non sudet. Laborem præterea atque uigilias minus solito patiatur. Somni uero & quietis augmento assuescat; uinum subtile & ualde temperatum bibat. Solutio quoque uentris assidue per unum diem antequam accessio ueniat; ei adhibenda est. Sed uomitus in die accessionis: est dandus. Aliis uero diebus qualiter nutriatur & corpus ipsius humectetur; est pensandus. Et est considerandum an febris, & in suis accidentibus, & suæ accessionis longitudine minuatur, & quæ currunt in ea; quia hoc bonum erit. Si autem non multum inueniatur minui æger vehementer est euacuandus. Quod si in ultimo factum fuerit; non permanebit febris. Quod si ultra. xl. dies perlongata fuerit; ægro cum reliquijs istius medicationis quæ diximus ad magnitudinem nucis de diatrion pipereon quottidie in mane est tribuendum, & ex medicamine quod fit ex asa ad auellanæ magnitudinem dandum. quod est. Recipe assę foliorum rutæ siccæ: piperis omnium æqualiter; mellis quod sufficit ad conficiendum. Sumat ex hoc medicamine quantum est auellana in hora dormiendi, & æger post ipsum dormiat. Balneum pręterea ingrediatur & sudet in eo; non tamen in die accessionis. Vinum quoque uetus & purum bibat, & si fuerit tempus æstatis & corpus macrum & calidum melius erit ne aliqua ex calidis medicinis detur. Sed serum cum zucharo tabarzet ei sæpe tribuatur. Apozima quoque de epithimo & mirabolanis indisinterdum detur; & ex cibis nutriatur humectatiuis. Vomitus etiam in principio accessionis in die qua eum infestat febris; cum sirupo acetoso, & aqua tepida pro uocetur.

De Febribus continuis. Cap. IX.

Tertiana, quartana, & quotidiana plerunque fortasse non remouentur; sed permanent semper. In hora accessionis fiunt fortiores; postea reprimuntur; non tamen separantur. ita ut corpus ab eis omnino sit liberum deinde iterum ut prius in hora accessionis inualescunt. Accidentia vero harum febrium; eadem sunt quæ & prædictarum; excepto q̄ cum tremore non incipit; neque sudor in toto corpore est cum istis; nisi cum recedunt. materia enim illarum; istarum etiam est materia. Sed est in quantitate maiori; & in qualitate deterior; & plus timorosa. Eadem igitur cura istis subueniendum est & illis medicinis, tamen in harum curatione magis studiosus, & frequentius debet esse sollicitus quàm in prædictis.

De Febribus commixtis quæ accidunt de quinto in quintum diem uel de sexto in sextum uel amplius.
Cap. X.

HIs febribus laborantes; in singulis accessionibus per unam diem ante sunt soluendi. & in die accessionis ut euomant laborandum, & præter ista regimen quod in capitulo de febre phlegmatica nominatū est circa eos obseruandum est; si æger fuerit crossus, & comedendi auidus, & gulosus. Si autem fuerit siccus & macer; ex eis quæ cholesram purgant nigram; est soluendus. Et præter hoc regimen; quod in quartana dictum est circa eum obseruandum. Mixtæ uero quæ certos non obseruant paroxismos fiunt aut propter apostemata quod in aliquibus mẽbrorum fit, & præcipue in renibus; aut quia in quartanam transitura est. Differentia tamen inter eas est; quòd cum prima est dolor in aliquo ex membris, aut inferius sub dorso. Aut in suis operationibus est læsio. Cum alio uero nihil horum inuenitur. Primæ quidem curatio est membrum infirmum sanare, quod fiet obseruaudo ea quæ declarauimus in locis ubi de his tractauimus. Secunda autem curabitur semel euacuando, & alia uice calorem reprimendo. Quod ideo fieri conuenit ne humores omnino integræ adurantur.

De Febribus ex quibus accidit frigus & calor simul. *Cap. XI.*

SIcum febre causon in lingua fuerit nigredo & inspiratio magna, & sitis multitudo & æstuatio; fueritque corporis superficies frigida erit significatio mala. Similiter quoque si extremitates & corporis superficies fuerint frigidissimæ, & fuerint propter apostema quod est in interioribus. Ego tamen non in hoc sermone de hac tamen specie loqui uolo: immo de omni febre in quocunque corporis superficie, fuerint frigida. Cum qua æger fatigationem, & fractionem & febrem, & alices, & oscitationes sentit. & pulsus est uelox, & inspiratio similiter, & calor continuus sentitur interius, nec interpolatus ex regimine febris phlegmaticæ erit regendus. Quod si in superficie corporis fuerit calor vt calor febrientis; in pulsu tamen non sit uelocitas neque inspiratione sit spissa nec magna; neque æger ex calore febrili aliquid magnum senserit interius: immo totum calorem & incendium, & fractionem in corporis superficie senserit; fueritque hoc cum interpolatione; sirupus acetosus, & geleniabin de zucharo ægro dentur, & ex aceto, & oleo amigdalino nutriatur; balneum quoque quottidie ingrediatur in quo parum sudet et multum ex aqua calida super eum fundatur. Quæ si suffecerint; bene erit. Et si non uenter ex apozimate mirabola. erit soluendus, et ad regimen erit redeundum. Quod si æger horripilationem cum inflammatione mixtam senserit, et inspirat præter hoc inspirationem calidam et passus fuerit alices; et senserit calorem prius, et ilico post frigus; aut prius frigus et post statim calorem, ex apozimate mirabolanorum citrinorum, et indorum, et turbith, et zucharo ei est soluendus. Trocisci quoque diarodon parui, et trocisci de spodio quottidie pondere duorum aureorum cum sirupo acetoso, de zucharo, et succo granatorum dandi sunt. Descriptio autem trociscorum de rosis qui parui dicuntur ista est. Recipe pulueris rosarum rubearum drag. x. spicę nardi succi liquiritię amborum ana. drag. j. seminis citrolorum: seminis endiuię, amborum ana. drag. ij. Ex his cum iulep confectis informentur trocisci, et sumantur in potu. Descriptio trociscorum de spodio. Recipe spodij. drag. x. rosarum rubearum. drag. iij. seminis citroli; seminis lactucę: seminis cucurbitę omnium ana. drag. v. succi liquiritię terenia-bin amborum ana. drag. v. ex mucillagine psilli conspergantur, & fiant ex eis trocisci, & bibantur.

De frigoribus ex quibus non calefit patiens. *Cap. XII.*

CVm consuete alicui tremor cum interpolatione superuenerit neque calefit immo corpus ad primam redibit dispositionem post aliquot tempus, ab inchoatione sua ad dispositionem suam præter quod non sequatur ipsum febris, æger & ex eis quæ prædiximus in capitulo de febre phlegmatica est euacuandus, & ipsius regimen subtiliandum, & omnia quæ phlegmatis sunt generatiua sunt prohibenda. Hic præterea æger parum dormiat, & in hora ipsius tremoris deambulatione utatur. Et si ęgritudo diu perseuerauerit ex medicamine de assa ad auellanę magnitudinem ante horam tremoris dandum est, deinde pannis cooperiendus & præcipiendum est ei: ut uehementer moretur coopertus, neque sæpe uoluatur. Quod ideo fieri conuenit ut sudet, & tremor remoueatur. Ex oleo quoque de costo est inungendus, & aqua calida in potu multotiens est ei tribuenda.

tribuenda. Aeger quoque coopertus deorsum & caput ex antiquo crosso panno faciẽ super aquam calidam ponat, cuius uaporem in facie recipiat: vt sudor prouocetur, & tremor remoueatur. Vinum itidem forte & purum cum pipere in potu tribuatur, & tremor remouebitur.

De Febre syncopali quæ fit ex malitia humorum & eorum acuitate.
Cap. XIII.

QVandoque febris alicui superuenit quæ secundum maiorem partem in die tertia paroxismum facit cum qua facies ægri cito fit tornatilis, & corpus macrescit. Virtus quoque quæ in pulsu attenditur cadit post vnam aut duas accessiones. Quod si accessio amplius aduenerit: perducetur æger ad syncopim post ipsam, & fortasse morietur ex illa syncopi: hæc vero febris in corporibus semper generatur quæ sunt complexionis in vltimo calidę & siccę. Cumque hoc visum fuerit: ægro succurrendum est aquam hordei in potu tribuendo cum qua aliquid granati muzi est miscendum & dandum. Aeger quoque in loco dormiat ventoso & camisiam induat: quæ aqua ros. & sandalis sit infusa. Venter etiam & latera ex sandalis & aqua rosa. liniantur, & assidue paruum sumat nutrimentum ex mica panis simulaginei in succo granati muzi infusa, & fructuum ei similium. Ex pullis quoque cum succo quæ acerbe conditis, & cucumeribus & citrolis ac cucurbitis & fructibus frigidis in niue infrigidatis nutriatur. aquam etiam frigidam bibat. Ante uero quàm accessionis sit principium: succum in potu sumat: aut aquam hordei. Quod si cum circuitus incęperit; antequam aliud detur superuenerit syncopis, os ægri in illa hora erit aperiendum; & elaborandum ut aquam in qua puluis tortellarum sit infusus. Aut ptisanam traijciat. Si autem syncopis fuerit fortissima insistendum est ut parum ex tortellis pulueriżatis cum uino subtili habente aquam frigidam suę quantitatis admixtam traijciat. Custodiendus est præterea ab aere calido, & balneo, & labore & uigilijs, & ab omnibus quę euacuare possũt. Ex aqua uero frigida est lauandus, & omni tempore nutriendus etiam si accessionis hora affuerit. Si uero febris caliditas cum incęperit, uehementissima fuerit cum siccitate, Lac de quo butyrum sit extractum cum trochiscis de camphora in potu sumat.

De febre syncopali quæ ex multitudine & cruditate humorum fit.
Cap. XIIII.

SAepe febris aliquem inuadit; quę secundum maius paroxismum ut phlegmatica facit. In qua corpus mollificatur, & facies tumere incipit. Et si corpus non fuerit nutritum sed euacuatum; superueniet ægro inde syncopis. Et si nutrimentum adhibeatur mollicies consequetur & febris fiet ualidior, & in longum pro trahetur tempus. Cuius itaque febris curationis principium est; ut crura ægri à genubus usque ad pedes cum pannis qui inter lenitatem & asperitatem sint medij fricentur donec rubere uideantur; deinde ad coxas tendendum est in quibus similiter fricatio fieri conuenit incipiendo superius, & descendendo usque ad genua; donec parum rubere incipiant, & sit fricatio in uehementia æqualis; post hoc quoque manus eorum ab ascellis usque ad uolam ad prædictorum similitudinem sunt fricandæ; deinde pectus & dorsum. Postquam omnia ad pedum ac aliorum membrorum fricationem sicut prædiximus est redeundum. Cumque huiusmodi patiens sitim passus fuerit; oximel in potu sumere conuenit. Famem quoque cum habuerit, aquam hordei, & panem atque hydromel mixtum cum zucharo sumat. Cauendum quoque est ne aqua frigida detur. Tempus autem inter fricationem & somnum partiendum est: ita ut medium deputetur fricationi, & medium somno & quieti. Huic uero ægro si cum solam ptisanam sumit non debilitatur, Aliud non est dandum nisi ipsa, & panis cum hydromelle. Si autem debilitatus fuerit cum cibis quos in febre prædiximus phlegmatica erit nutriendus, & si uenter constringatur collirium ex succo sicle & nitro supponendum est. Aegro quoque omni mane præter supradicta pondus duorum aureorum seminis apij cum sirupo acetoso est dandum. Quod modo hoc vsque quo sanetur regendus erit.

De Febribus quæ concomitantur apostemata.
Cap. XV.

FEbris quæ sequitur apostema quod accidit ex percussione; aut casu; aut horum similibus; de genere est ephimeræ. Non est enim putrida neque habet in se nocumentum neque malitiam. Quæ uero commitatur apostema quod alicui membrorum incipiendo innascitur; mala est. Timoris enim magnitudo aut paruitas qui post de ea habendus est: existit secundum illud membrum. Febris quoque quæ

ipfum fequitur eft fecundum apoftematis magnitudinem, & ipfius quantitatem. Febris vero quæ concomitatur apoftema quod fit in pāniculis cerebri eft mala. Ipfa nanque eft febris frenefis. Cuius fignificationem & curam iam prædiximus. Illius vero quæ accidit propter apoftema quod in gutture & fuis partibus oritur, & vocatur financhia iam etiam nominauimus. Febrem vero quæ fit in apoftemate in inftrumentis anhelitus: aut quod fit in carne quæ eft inter coftas & in panniculis qui ibi funt, & in diaphragmate,& ex pleurefi,& quod oritur in pāniculo qui pectus in longitudinem diuidit: & ex peripleumonia:iam in prædictis demonftrauimus. Ex eo tamen quod principaliter generatur in pulmone: prouenit anhelitus maior, & fpiffior, & genarum rubedo. Tusfis quoque cum eo accidit: cum qua excreatio fputi fpumofi ad eft: quam etiam iam nominauimus. Cum febre vero quæ fit propter apoftema quod generatur in meri: eft dolor cum fcapularum grauedine qui in hora tranfglutiendi grauior fentitur. Ex febre quoque quæ propter ftomachi apoftema accidit prouenit dolor & inflammatio in anterioribus partibus ventris & inferioris thoracis. Vbi plerunque dolor & apoftema cum eft magnum fentiuntur. Sed fi non eft magnum dolor in loco illo ventris fentitur cum præmitur. Ad funt etiam cum hoc apoftemate: fitis & appetitus cafus. Similiter quoque fi in aliquo inteftinorum fuerit apoftema : locus uentris in quo eft tactu fentietur calidisfimus. Cum quo fæpe uentris conftringi contingit. Cum autem contingit apoftema in hepate generari: fequitur febris fortisfima & fenfuum turbatio, & vrinæ conftrictio. In matrice quoque cum calidū fit apoftema:febris comitatur acutisfima fcilicet caufon & fenfuum perturbatio. Omnes autem febres quæ propter apoftemata generantur, remouendæ funt ex curatione apoftematis: quod fit aut minutione uel inunctione emplaftri fuperpofitione. Et præter hoc ex curatione quam in proprijs fcripfimus capitulis. Febris enim fequitur illud apoftema: dum eft calidum & ardens. Remouetur vero febris. aut cum calor ipfius fedatur. aut cum fanies adunatur.

De febribus quæ ex peftilentia accidunt.
Cap. XVI.

Febribus quę ex aeris corruptione generātur: non videtur in principio multa in effe acuitas neque caliditas cum tangitur ęger. Sunt tamen in occultis corporis partibus & in ipfius profundo magni nocumenti: & funt deceptoriæ, & uehementis operationis, & funt febres lentę & tepidę, fed conclufæ. Cum quibus anhelitus & quicquid à corpore ęgreditur valde fętida fentiuntur. His vero febribus laborantes: tribulationem magnam & fitim uehementē patiuntur: eorumq; anhelitus augmentatur & fit fpiffus. Et quorum corporibus cum vomitus & ęgeftione res fęda egreditur, & infolita: deinde incipit eis fuperuenire fyncopis, & moriuntur. In hac igitur febre directe incedendum eft aquam frigidam dando, & rob ex fructibus acetofis & ftypticis: vt eft rob quod fit ex granatis, & ex fucco vuæ acerbę, & ex piris, & macianis & citri acetofitate. Quod fi nullum iftorum habeatur acetum cum aqua ægris dandum eft, & lac acetofum cum farina hordei, atque lac val de acetofum ex quo nutriuntur. Hac præterea laborantes pasfione: aliquid comedere funt cogendi; Plures enim ex eis nil fumere volunt. Et mitte eos in domos frigidas, & regendi funt ex omnibus quæ in capitulo de hectica diximus; excepto quòd balneum non funt ingrefsuri; neque aquam calidam neque lac recens in potu funt fumpturi. Domus autem in quibus moraturi funt; cum hoc quod frigidæ funt; fint uentofæ, & ex aqua & aceto rorentur; patientes uero herbas frigidas & bene redolentes olfaciant. Troci-fci quoque de camphora cum rob de citris quotidie dentur, & pectoribus eorum emplaftrum ex fandalis & cāphora, & aqua rofata fuperponatur. Sintq́ue eorum manfiones ex folijs falicis, & vitis, & malorum, & omnium aliarum rerum in quibus eft frigiditas, & ftipticitas; plenæ. Et ex fandalis & camphora fuffumigentur, & ex aqua rofata multotieus in die rorentur.

De febribus compofitis. *Cap. XVII.*

Plerunque fuperueniunt ægro duæ aut tres febres quæ quandoq; funt vnius generis vt tertiana quādoque diuerforum vt cum ægro fuper uenit quartana cū tertiana; aut phlegmatica cū ethica. Sæpe etiam una ex eis continua; & alia interpolata, & fæpe accesfionum principia vicinantur: ut in una fint hora & fæpe elongantur. Quapropter ordo periodorum ipfarū corrumpitur: & accidentia commifcentur: vt cognofci nemine queant nifi ab eo qui cognofcendi fpecies fimplicium peritiam adeptus eft. Ideoque genus febris non folum ex interpolatione fua fciri debet, fed ex accidentibus ipfam comitantibus quæ funt eis propria. Contingit .n. duas habēti tertianas: quotidie interpolationē pati; Vnde fi hæc nō cognofcētur nifi ex interpolatione iudicabitur effe phlegmatica. Cui fi fecūdū hoc regimen adhibitum fuerit æger interficietur. Quapropter fpecies ex accidentibus quæ funt

ſunt ei propria cognoſcenda eſt: & non ex circuitu eius. Sitque cura quæ huiuſmodi adhibetur febri ſecundum accidentium fortitudinem & debilitatem: & eorum ſimplicitatem: ac permixtionem. Neque attendatur interpolationis ordo: cum accidentium teſtimonium ab interpolatione diuerſum fuerit: licet.n. cum aliquis duabus infeſtatur tertianis quotidie à febre lędatur: non tamē curatione quotidianæ ei ſubueniendum eſt: ſed tertianæ. Adhuc etiam præter ſupradicta omnino nitendum eſt: & in cura eius ſtudioſe elaborandum. Si autem febris una die accidat: & alia non accidentia tamē quæ tertianæ ſunt propria non ſint fortia, neque pura: imo debilia, & commixta: non eſt medicanda cum ſola tertianæ cura: immo ipſius curatio temperanda & ſecundum accidentium declinationem. Vniuerſaliter autem dicimus febrium compoſitarum curationem compoſitam debere eſſe: ex curis ſimplicium: & quod duarū curatio num commixtio: ſecundum duarum febrium cō mixtionem fieri debet: plerunque tamen oportet nos ſtudere ut ad vnam febrem curandam in tendamus: cum ipſa fuerit magis timēda. Cuius exemplum eſt: quod ſi aliquis febrem pateretur quartanam & ſuperueniret ei alia febris propter apoſtemata in hepate: aut ſtomaco: aut aliquo ex mēbris in inſtrumentis anhelitus: dico quod in hoc loco cū hoc accideret: ſtudioſe eſſet attē dendum ad febrem curandam quę taliter accederet propter timorem ipſius magnum: licet in medicina aliquid contineretur quod aliam febrē faceret validiorem. Et ſi contingeret febrem vna die infeſtare & alia non: ſed accidētia huius tertianæ non apparerent pura neque fortia neque tremor eius eſſet pungitiuus neque calor cito poſt ipſum accenſus foret: neque ſitis multa: neque æſtuatio: neque calor febris: neque dolor capitis: neque inanis locutio: neque ſudor: ſed forent omnia hæc debilia cum comparentur eis quę in pura tertiana videri ſolēt. Et ponamus etiam quòd præter hęc febris iſta prolongaretur: donec ad xiiij. horas pertingeret: diceremus quod hęc febris non eſſet curanda puræ tertianæ medicatione: ſed huius curatio ex phlegmaticæ febris cura cōmiſcenda foret: & deberemus dirigere intentionem noſtram ad id quod phlegma atque choleram ab ęgro educere poſſet. Eiusque nutricatio ac totum regimen ſecundum hoc eſſent ordinanda. Nos quidem omnes compoſitas febres nominare non poſſumus neque cuiuſlibet illarum propriam ſubijcere curam. Oportet autem vt huius diſciplinæ inſpector ſimpliciū febrium formas & earum curas optime cognoſcat. & poſt compoſitarum cognitionem bene menſurare: & earum curam ex duarum ſimplicium curis temperare ſciat.

De Variolis & Morbillo. Cap. XVIII.

CVm febris acuta & concluſa pueris præcipue: aut iuuenibus euenire cœperit: fueritque cum ea dorſi dolor & narium pruritus & in ſomno timor ac capitis grauitas: & oculorū rubedo & in corpore ſentitur punctio: ſciendum eſt quod ęgro aut variolę: aut morbillus citisſime ſuperuenient. Quapropter ſi antequam apparere incipiant: medicus ęgrum inueniat minuere eum faciat aut cum ventoſis ſanguis extrahatur. Minuatur equidem ſanguinis multitudo. Conſequenter vero trociſci de ſpodio cum ſucco granati acetoſi in potu tribuantur. Aeger quoque non nutrietur niſi ex ptiſana: & hoc in mane & prope nocte fiat. Quia ſi ipſe largiorem appetierit nutricationem: fueritque ipſius virtus debilis: alia nō dentur niſi lentes abſque corticibus cum pauco aceto conditæ. Aut ſorbitiones quę fiunt ex amilo & zucharo & oleo amigdalino & epulum quod ex oleribus frigidis quę haberi poſſunt præparatur. Rob quoque quod fit ex fructibus acetoſis aut ſtipticis ad bibendū detur. Venter autem ſi ſtrictus fuerit: infuſiones quottidie in potu ſumantur. Ex hoc enim aut omnino prohibebitur puſtularum egresſio aut ſi quid egreſſum fuerit: paruum erit. Si vero ęger à medico non prius fuerit inuētus quàm pasſio egredi incipiat non erit tunc minuendus neque trociſci de ſpodio erūt dandi: ſed corpus ipſius erit benè cooperiendum: vt ſudor prouocetur. Ex hoc enim leuis fiat materia ad exeūdū. Si autem videatur pasſio dura eſſe ad egrediendum: & æger videatur eſſe vehementis nauſeę: & cum multa ęſtuatione: & accidit ei leuitas in aliquibus horis: apozima de ficubus & vuis paſſis lentibus abſq; corticibus & ſemine fęniculi & fuſtibus de lacca in potu ſumat: quod hoc modo fit. Cuius prędictorum pugillus vnus ſumatur: deinde omnia in aqua coquantur: & colentur quorum apozima multotiens in die ſumatur. Aqua pręterea ro. in qua ſumac infuſum fuerit: aut ſuccus qui ex carnoſitate granati exprimitur: oculus inquinatizetur. Aqua ēt frigida cum pauco aceto mixta: in potu tribuatur & gargariſmus ſimiliter ex ea fiat. Quod ideo fieri conuenit ne in oculis, aut naribus aut gutture ex ea aliquid egrediatur. Antimonium quoque cum ſucco coriandri fricetur & in oculis multotiens in die mittatur. Cunque tota pasſio egreſſa fuerit & matura, ęger ſuper folia ſalicis ponendus eſt ad dormiendum: aut lectus eius ex roſis triti eſt puluerizandus. Si quid autem ex prędicta ęgritudine non cito ſiccatur quod ſit magnum: & cum multo humore ex aqua ſalſa cum coto imbibatur. Et ſi fuerit hyemis tempus ligna tamariſci ante ęgrū ſunt comburenda. Si vero æſtatis tempus fuerit: ex ſandalis ex folijs roſarum:

& mirti ſuffumigatio faciẽda eſt.Hęc quoq; omnia cum aqua coquenda ſunt: in qua ęger ſi ſiccitas prædictarum tardata fuerit: mittendũ eſt. Cunque illud quod prędiximus beneficatus fuerit & remanſerit deſuper cortex fędus & habens eſcaras: ex oleo tepido cum coto multotiens in die inungatur. Cunque omnes cortices ceciderint,& æger ex toto ſanus fuerit:ſed ſigna quę remanſerint remouenda fuerint ex eis quę in capitulo de remotione ſignorũ prędiximus liniãtur ſępe. Balneo quoq; & regimine quod ad huius curã uidelicet, vtatur. Quia ſi variolę & morbillus egrediantur modo minuto ſanguine: ſuccus duorũ granatorum cum trociſcis de ſpodio detur & ex omni regimine quod poteſt infrigidare regatur. Pullos preterea non comedat niſi poſt quam omnes cortices qui ſunt ſuper loca variolarum remoti fuerint,febris à corpore atque omnis calor ſeparatus fuerit. Sũmopere etiã eſt cauendum: ne aliquid quod ventrem ſoluat ęgro poſtquam variolę aut morbillus apparere cępe rit tribuatur.Quod ſi vẽter multum ſolutus fuerit ptiſana cum ſpodio & gummi arabico & bolo armeno atque roſis ſicut in capitulo de fluxu ventris prędiximus in potu tribuatur.Omnibus vero variolis ille quarum colores ſunt violarũ: & quę ſunt paruæ & durę:& non maturantur:deteriores exiſtunt. Morbillusque cuius color eſt vt violę color ſimiliter eſt malus.Si autẽ variola & morbillus duriter egredi & maturari videantur:neque febris neque ęſtuatio ſedantur: neq; alleuiãtur & ſuperuenerint preter hoc ſyncopis & cordis tremor: ęger proculdubio moriturus eſt.Quid ſi variolarũ egresſio velox fuerit & maturitas velox,febris quoq; atq; calor ſedãtur:nõ erit ęgro timendũ;quia nihil mali inde patietur.

ABIMERON AVENZOAR DE FEBRIBVS LIBER.

Quod eſt de Febribus ephimeris. Cap. I.

DICIT ſeruus Auenzoar quòd conſuetudo eſt medicorum nominare vnumquemque calorem exeuntẽ à corpore præter naturam, febrem: ſciendo, quòd ex febribus quædam fiunt in ſpiritibus:& cum dico ſpiritus, intelligo ſubſtantiam ſubtilem,quæ eſt in corde: quæ quidem ſubſtantia in intellectu noſtro breuis eſt ad intelligendum. Sed viuimus donec ipſam habemus: & morimur, quando deus ipſam à nobis vult remouere: & quædam febres oriuntur in humoribus: & aliquę generantur in ſubſtantialibus membris. Et nunc incipio ab ea, quæ ortum habet à ſpiritibus. Et dico quòd hæc febris parte generatur a cauſis extrinſecis ſicut à forti ira, & à ſuperfluis vigilijs: aut ab intenſo, & forti labore, & exercitio exiẽs à natura vel ex cõtractione ſuperfluę moræ in ſole, aut ab intenſa frigiditate, aut ex balneatione in quibuſdam aquis ſtipticis, ſicut in aqua uitrioli, vel aluminis,& ſuis ſimilibus. Ira autem procreat febrem:eo quòd ab ipſa inflammantur ſpiritus cordis, & totius corporis: & inde ſequitur ephimera, quæ cum recedit à corpore non redit amplius. Et hoc intelligendum eſt, dummodo humores temperati fuerint,& ęquales in corpore, in quantitate.ſ. & qualitate: interdum durat per tres dies:& hoc eſt raro. Et hæc febris dicitur ephimera.ſi uero humores non fuerint in corpore temperati æquales;ſed exeunt ab æqualitate & temperie in quantitate, & qualitate vel ſubſtantia: tũc ad putridam leuiter poterit deriuari: uel ad aliam ſpeciem febrium: de quibus rememoratus ero cum de putridis pertractabo. Cura autem huius ephimerę quę ab ira procedit eſt infirmum lętificare donec remoueatur ira: & non ſubtilies eius regimen multum: & da ei bibere ſyrupum mitigatiuum & refrænatiuum iræ:ſicut eſt ſyrupus de bugloſſa: cuius doſis ſit vnc.j.cum vnc.v.aquæ roſaceæ & quieſcat abſq; excitatione aliqua: & uideas urinam eius. Quia ſi ſigna laudabilia in ipſa apparuerit atteſtantia ſanitati: ſcias quòd liberabitur ab ipſa: ita quòd non redibit: & ſignum certisſimum huius eſt hypoſtaſis alba pineata & lenis,& ęqualis: ita ꝙ in motu uaſis cito aſcendit ſurſum: & cito redit inferius ad ſuam debitam diſpoſitionem: & in iſto ſigno nũquam cognoui errorem temporibus uitæ meæ.quare cum vides hoc certisſime ſcias ꝙ non redibit. Et ſi cum tali hypoſtaſi vrina fuerit in colore & in ſubſtantia ſimilis vrinæ ſanorum, adhuc certior eſſe poteris ꝙ non redibit

bit. In illa etiam quæ fit ex cogitationibus & vigilijs feruabis prædictum regimen præter ꝙ in illa quæ fit ex uigilijs debes infirmum follicitare, vt dormiat diu: & confert odorare flores ne nupharis, & ungere nares eius cum oleo feminum cucurbitarum uel cucumeris: & potus eius fit fyrupus violaceus, uel de bugloffa: quoniam conferunt: & cum videris figna laudabilia cibabis eum pullis vel carne hœdi lactătis. Et hæc cura fufficit in illa quæ fit ex ira & folicitudinibus & cogitationibus & vigilijs. Ephimera autem quæ fit ex fatigatione & labore indiget maiori cura: quoniam oportet ut ponas eum in tina plena dulcis aquæ tepidæ: ita ꝙ balneetur corpus totum præter caput: & fricetur corpus eius totum in exitu cum interioribus melonum, uel pulpis ipforum quando sūt bene maturi: & fi non reperiuntur melones recipiantur femina eorum & piftentur optime: & cum ipfis fricetur corpus perfecte ut exeant uapores fumofi qui refoluūtur uel refoluti funt à caliditate febrili: & poftquam videris fignum certisfimum quod tibi iā nominaui, habere debes pro conftanti ꝙ non redibit febris amplius: & potus iftorum fit ficut potus prædictorum. Et ille etiam qui incurrit ephimerā ex contractione moræ in fole balneetur fimiliter, & regatur regimine dicto: ꝙ fi caufa folis habuerit dolorem capitis intenfum: infunde caput eius oleo rofaceo aromatizato fi tempus, & ætas, & regio, & conplexio confenferint: & infunde fic. conquaffetur cum ifto oleo tantundem aquæ dulcis: & diftilla eam ab alto per cannulam, uel cum aliquo uafe habente orificiū ftrictum: faciēdo quod infirmus fit fedens & taliter fuper caput diftilletur ut fpergatur per totum: & in camera ipfius fperge: & fufpende folia cannarum feu arūdinum & vitis, & myrtellę: rorādo optime domum cum aqua, & hoc etiam confert prędictis ephimeris: & cōfidera vrinam: ꝙ fi videris in ipfa hypoftafim refidentē in fundo albam & fubtilem & regulatam in omnibus ficut dixi: fcias pro certo ꝙ non redibit febris. Sed ille qui cā frigoris patitur ephimerā eft balneandus in aqua dulci fimiliter frigādo eū cum femine melonis: & detur ei omni mane de fyrupo fquinzabin. vnc.j. cum.vnc.iiij. aquæ calidæ: & cibetur pullis fi videris quòd in vrina fit hypoftafis alba refidēs in fundo & continua atque lenis & cæteris bonis difpōnibus regulata. Sed illi, qui patitur eam caufa balneationis in aquis ftipticis aperiantur pori ipfius: & hoc ponendo in eum balneo dulcis aquę tepidę frigando eum cum melonibus vel cum feminibus ipforum. Et fi videris fignum laudabile prænominatū in vrina: cibabis eum pullis elixis in tafphea cum modico aceti. Si vero cum ifta febre non apparuerit in vrina dicta hypoftafis laudabilis: fciat procul dubio quòd redibit febris & tranfibit ifta febris ad aliam fpeciē febris: & hoc fecundū eft ꝙ corpus fuerit difpofitum & pręparatum: quod fi hypoftafis non refidet in fundo: fed eft pendens & nigra vel tendit ad rubedinem, innue ei diętam fubtilem prohibendo pullos omnino: & rege eum cum pultibus farinę ordei: & cum pane abluto quamuis antiqui nō habuerint iftam pro fubtili diæta: immo fecundum ipfos fubtilis dięta erit nihil dare. Et temperata apud ipfos erat dare mellicratum tantū: fed pro certo dico quòd omnes preter Hippocratem: tunc tēporis erant idiotę & medicinam penitus ignorantes, fed illud non tamen eis inferebat nocumētum caufa confuetudinis. Sed ille qui non eft affuetus caueat ne faciat iftud regimen.

Quod eft de febre cholerica, feu tertiana. Cap. II.

Etiā feci fcire ꝙ hæc febris leuiter cōuertitur ad putridam: ꝙ fi complexio patientis fuerit fimpliciter cholerica febris erit de genere cholerę quæ putrefcit in uenis vel extra uenas. Si autem fuerit in uenis erit tertiana continūa quæ fit abfque rigore & typo aliquo. Et fi extra uenas extiterit; erit fimpliciter tertiana: quæ quamuis magnam habeat alleuiationem: tamen ex toto nō depuratur perfecte: & cū redit paroxifmus mouetur cum acuitate maxima & furore ualido, atque forti: & pro maiori parte non accidit hæc febris nifi iuuenibus & habentibus complexionem calidam & fic. & in æftate: & eius paroxifmus durat a vj. horis vfq; ad xij. & permanet tandiu dicta febris quoufq; materia feu humor à natura digeratur: & poftea expellatur ab ipfa: & fcias ꝙ in ifta ægritudine non erit falus perfecta: nifi prius in die indicatiua figna digeftionis apparuerint ficut in vrina apparet hypoftafis alba tali modo. videlicet. ꝙ in aliqua die laudabili primo appareat hypoftafis pendens in medio vafis, tendens ad rubedinem: & in alia die indicatiua fit dealbata, & in fundo, & cum fic fuerit. f. ꝙ primo in aliquo die indicatiuo incipit hypoftafis in medio apparere cum aliqua rubedine: cum ante nullatenus uifa fuiffet, & poftea in fequenti die cretico vel indicatiuo in fundo reperiture effe cum albedine, certum eft atque firmum fignum liberationis omnino: cognofcēdo ꝙ dicti dies iudicatiui uel cretici non sūt neque fiunt in omnibus diebus æqualiter: fed funt fecundum ordinem atque decurfum fecundum quem deus fublimis uoluit eos ordinare. & ego de eis rememoratus ero cū adiutorio Dei.

Quod eft de febre quotidiana phlegmatica, Cap. III.

Et poteft etiam effe ꝙ dicta febris ephimera cōuertatur ad phlegmaticā fecundū præparationem

tionem corporis & suæ complexionis & dispositionis, & hęc febris habet paroxismum in oī die. & eius putredo est ex phlegmate quare longior existit ualde quàm tertiana, & eius paroxismi similiter longiores existunt quàm ipsius tertianæ, & propter humiditatem huius phleg. citius, & facilius recipit putredinem. vnde paroxismi fiunt in omni die, & patiens modicam percipit alleuiationem vel requiem inter unum paroxismum & alium. Consulo ergo vt medicus sit studiosus in dirigendo hunc humorē.s.in subtilian do ipsum & incidendo & diuidendo,& hoc cum syrupo squinzabin composito dādo ei omni die de ipso vnc.ij. cum ista decoctione. Rec. radicis lilii, & radicis fœni. ana pondus vnius denarij: semina melonis & folij poliimontani. ana.partes tres denarij vnius: centaureæ minoris quarta pars aure.j. liquiri. mundatæ ad pondus omnium: cōquassentur quæ sunt conquassanda & ponantur ad ignem cum vnc.x. aquæ, & bulliant lento igne vsque ad consumptionem tertiæ partis, & colentur & cum ista decoc. distempera prędictum syrupum,& propina ei omni mane in ieiunio; cum autem syrupus descenderit de stomaco ciba eum pullo decocto cum aceto, & cū pane bene fermentato.& conuenit cuilibet medico vt faciat scire patienti ꝙ hæc febris est longa ita ꝙ durata.xxj.die vsque ad.xl. & potest peruenire vsque ad. lx. & hoc totum prouenit secundum grossitudinē & viscositatem humoris.Et scias,ꝙ hæc febris multotiens perducit ad hydropisim: quare difficilis curationis atq; grauius existit, & infirmus remanet in periculo grauissimo atque forti.

Quod est de sanguinea febre. Cap. IIII.

ET possibile est ꝙ supradicta ephimera conuertatur ad febrem sanguineam:cuius tres sunt species; quia aut incipit à principio sui ascendere, & non cessat sic ascendere usque ad finem, seu usque ad creticam sui determinationem, & alia econtrario,quæ incipit à summo & semper procedit descendendo vsq; ad creticam sui determinationem. & tertia est quæ permanet in uno tenore seu statu usque ad finem. & hæc febris continue & semper affligit usquequo infirmus moritur cum ipsa uel liberatur, & pro maiori parte non accidit hæc febris nisi iuuenibus. Cura huius est flebotomia subtrahendo de sanguine usque ad syncopim:cum scieris pro certo ꝙ febris sit ex sanguine: quoniam si sic certissime fuerit liberabis in una die vel in una hora: aut ante ligationem brachij; cum hac conditione ꝙ patiens sit euacuatus à cholera ante phlebotomiam duas uel tres sellas.

Quod est de melancholica febre. Cap. V.

ET potest etiam esse ꝙ ephimera conuertatur ad melācholicam febrem, & efficitur quarta na; quæ est grauioris & difficilioris ac tardioris digestionis quàm quotidiana phlegma. sed ista nō est ita deceptibilis & maliciosa sicut quotidiana; quamuis sicut diximus sit longioris & difficilioris digestionis ipsa quotidiana & pro maiori parte non curatur nisi in æstate, & paroxismi ipsius fiunt de quarto in quartum diem,& duobus diebus est inquiete, & paroxismi huius prolongantur diutius quàm paroxismi hplegmatice,& hæc febris naturaliter multum prolongatur; quoniam pluries uidi eam incipere in æstate, & non dimittere vsque ad aliam ęstatem, & quandoque prolongatur usque ad duos annos, & interdum plus. & hæc pro maiori parte non accidit nisi senibus, & illis qui utuntur carnes grossas ualde & caseum salitum atque vetus, & qui utuntur comedere carnes arietum magnorum,& hircorum & castratorum, & etiam qui assuescunt comedere pisces magnos & ueteres val de, & carnes salitas quoruncumque generum sint, & oliuas,& melongenas. Et in summa dico ꝙ hæc febris accidit illis in quibus melācholia prædominatur, siue à complexione sua radicali, aut à cibis malis generantibus illum humorem, & cum incipit paroxismus huius uidetur infirmo ꝙ grando cadat super dorsum eius, & incipit cum tussi, & cum recedit paroxismus remanet mundus omnino longe plusquā in quotidiana; quia in quotidiana non depuratur patiens perfecte nisi post uniuersalem liberationem, & hucusque rememoratus sum, & rememoratus ero de istis simplicibus febribus particulariter, ut per simplices intelligas compositas, cognoscendo tum ꝙ pro maiori parte vix reperiuntur febres ex humore uno simplici; ita ꝙ possis dicere ꝙ ex pura cholera fiat febris; cū sit calida & sicca ualde, & subtilis substantiæ, ꝙ si occidit hoc est in minori parte, sed denominatio fit à maiori; ita ꝙ quando cholera dominatur in aliqua febre, dicitur cholerica; quæ cum putrescit intra uenas facit febrem absque rigore; sed cum æstuatione & calore ualido atq; forti, & cum multa siti. Cum autem putrescit extra uenas fit cum rigore forti, & sudat infirmus in declinatione, & remanet quietus, & duæ hæ febres.s. tertiana continua uel interpolata creticant pro maiori parte à. xiiij. die vsque ad xvij. diem; nisi error superuenerit ab infirmo uel ab alijs. Sciendo tamen ꝙ secundum mixtionem choleræ remittuntur accidentia, & prolongatur febris plus uel minus.

Quod

Quod est de febre quæ fit ex cholera uitellina prasſina aut æruginoſa. Cap. VI.

ET poteſt etiam fieri febris ex cholera quę in ultima caliditate & ſiccitate exiſtit cum ſubſtãtia ſpiſſa atque groſſa; ſicut eſt cholera vitellina & praſina & ęruginoſa. Et poteſt eſſe quòd hęc cholera ſit admixta phleg. ſed denominatur cholerica à dominio; & ſecundum quòd elongãtur à ſimplicitate & puritate cholerę; ſecundum illud prolongantur paroxiſmi & accidẽtia ſunt quietiora, & iſta febris tertiana quando fit ex cholera vitellina quæ eſt mixta phleg. facit paroxiſmos lõgiores quàm quæ fit ex ſimplici cholera atque pura.

Quod eſt de cura febris tertianæ non puræ quæ fit ex cholera mixta phlegmati: Cap. VII.

CVra huius eſt potare infirmum cum rebus temperate frigidis & abſterſiuis, & his quæ habent prouocare vrinam & ſudorem; ſicut ſunt iſta. Rec. ſemina melonis & cucumeris, & florum camomillæ. an. aur. x. ſeminis, & lini, & fęnu gręci, & orobi. an. aur. iij. ſquinãti, ſparagi, ſpicę nardi, maſticis, & ſeminis fęniculi. an. aur. v. conquaſſentur quæ ſunt conquaſſanda & ponantur in duabus lib. aquæ dulcis, & bulliant vſque ad conſumptionem medietatis, & colentur in hac colatura ponantur lib. ij. zuccari, & lib. ij. mellis, & lib. j. aceti, & bulliant internum ſimul vſque ad ſpisſitudinem ſyrupi, & de iſto dentur infirmo omni mane. unc. ij. cum. vj. unc. aquæ, & ciba eum pullis paruis decoctis in agreſto vel cũ aceto. Sed febris illa quæ fit ex cholera praſina vel ęruginoſa eſt fraudulẽta & deceptibilis multum, & eius accidentia ſunt difficillima & perniocioſiora atque fraudulentiora valde accidentibus prædictis quæ fiunt in illa; quę fit ex cholera vitellina, & pro maiori parte non euadunt infirmi ab ipſis quin moriãtur, & qui euadunt liberantur cum difficultate, & poſt longum tempus. Et cũ inuadit paroxiſmus huius febris angũſtiatur patiens multum, & habet inquietudinem magnam cum ſiti valida atque forti, & habet alienationes uarias atque magnas, & iactat ſe per lectum huc & illuc, cum inſtantia vigiliarum, & pulſus patiẽtis in febre eſt durus paruus atq; diuerſus, & pro maiori parte finis huius eſt malus, & in maiori parte liberantur, & qui euadunt cũ difficultate euadunt & poſt longum tempus. Et accidentia quæ ſuperueniunt in hac febre ſunt peſſima & fraudulenta, atque deceptoria, quia vrina talium eſt pertinens ad viriditatem vel nigredinẽ, & hypoſtaſis etiam eius eſt talis, & cum pendet hypoſtaſis talis in medio, moritur patiẽs in breui, & quando eſt in fundo adhuc citius. Quod ſi in die cretica incipiat apparere vrina nigra abſque hypoſtaſi; eſt ſignum fortitudinis virtutis expulſiuę. quare bonum eſt, & ſignum ſalutis. Sed hypoſtaſis nigra eſt mala quia ſignificat laſſitudinem virtutis in digerendo hunc humorem; eo quòd quando natura eſt fortis & boni eſſe; cõnuertit hypoſtaſim ad albedinem; & cum deficit natura; color hypoſtaſis fit niger & moritur patiens velociter; ſi fuerit dicta hypoſtaſis in fundo uaſis, & ſi fuerit pendẽs in medio tardatur mors. Et eſt elõgatio necis ſecundum elongationem ipſius hypoſtaſis à fundo.

Quod eſt de febribus compoſitis. Cap. VIII.

SCias quòd diuerſitas febrium compoſitarum eſt ſecũdum diuerſitatem humorum qui adinuicem componuntur, & accidentia etiam ipſarum diuerſificantur ſecundum varietatem dictarum commixtionum, & medicus qui perfecte cognoſcit ſimplices, ex ipſis ſciet & cognoſcet compoſitas.

Quod eſt de ſignis febris tertianæ. Cap. IX.

FEbris aũt tertianæ ſigna ſunt; calor ęſtuoſus & fortis & ſitis intenſa cũ inſtantia vigiliarũ & uigilationes, quæ cũ eſt intra vaſa, eſt continua & abſq; rigore. Sed cum eſt extra uaſa, fit cũ forti rigore, & hoc ideo quia cholera ſpargitur exterius ad membra ſenſibilia, & mordicat ea, & accidit ei ſicut illi cui ſpargitur ſubito aqua calida ſuper eam qui contrahitur & patitur rigorem, & ſicut accidit vulnerato quando percutitur ſuper idẽ vulnus, & paroxiſmi iſtius sũt breues & inuadunt de tertio in tertium.

Quod eſt de ſignis febris ſanguineæ. Cap. X.

MOdus uero ſanguineæ febris eſt, quia continue affligitur, & patitur ſitim & vigilias, & habet perturbationem mentis. Sed vapor quĩ procedit ab hac febre non eſt intantum mordax ſicut ille qui exit à tertiana.

Quod eſt de ſignis febris quotidianæ. Cap. XI.

SIgna autem quotidianæ ſunt; quia ẽ abſque rigore; ſed habet frigus & ſpecialiter extrema infrigidantur ualde, & habet alices & oſcitationes, & lachymantur oculi eorum, & interdum patientur ſyncopim propter reuocationem & conſtrictionem caloris naturalis ad interiora corporis. Et paroxiſmi huius ſunt longiores prę dictis febribus, & corrumpitur ſeu deſtruitur appetitus ſtomachi eorum, & ſunt abſque forti ſiti, & pulſus n on eſt durus neque multum diuerſus uel uariabilis, neque tantæ uelocitatis ſicut pulſus cholericæ, & urina eorum eſt ſpiſſa, & non

non depuratur perfecte inter unum paroxismum & alium.

Quod est de signis febris quartanæ. Cap. XII.

Signa autem quartanæ sunt hæc scilicet frigus magnum cum oripilatione, & uidetur patiēti quòd grando cadat super eum undique,& paroxismi istius sunt longiores quàm quotidianę; sed depurantur perfecte magis quàm quotidiana,& omnes isti humores diuersificantur & uariantur & secundum diuersitatem suarum specierum; eo quia plures sunt species cholerę, & plures similiter sunt species phlegmatis, & melācholiæ &̄ & sanguinis.Et non rememoratus sum hæc nisi signa simplicium febrium in quibus nulla est admixtio alterius humoris ; quam quis uix reperiantur omnino simplices atque purę sine aliqua admixtione in rei ueritate, sed intellectu solo apprehenduntur. Cum autem perfecte cognoueris simplices febres & signa earum ; ex ipsis habebis notitiam compositarum & suorum accidentium.Et iam superius commemoraui & sufficienter declaraui curam uniuscuiusque humoris. Cum autem uidebis febrem compositam ex duobus humoribus ; compone medicinam secundum illam commixtionem : agendo plus contra humorem prædominantem. Et cum sic feceris habebis consuetudinem inde, & erit tibi leue curare has febres & ægritudinem.

Quod est de febre hectica & signis & cura eius. Cap. XIII.

Et est adhuc alia spēs quæ dicitur hectica, & hęc pro maiori parte nō accidit nisi post alias febres chronicas quę debilitant corpora & exiccant humiditates,& inde corpus acquirit siccitatem & caliditatem,& ista febris proprie fit in radicalibus membris, & pro maiori parte fit post ephimeram, & hoc quādo corpus præparatum est ipsam recipere & maxime cor. Et hæc febris permanet, & generatur in radicalibus membris propter siccitatē eorum ; sicut ignis permanet & reseruatur in rebus siccis multum, quoniam videmus quòd lapis calcis quando tangitur sentitur frigidus, & cum tangitur ab aqua incenditur, & ardescit ardore valido atque forti : ita quòd manifestissime percipitur & sentitur. Et sic est de illo qui patitur hanc febrem ; quia cum tangitur corpus eius sentitur esse calidum non forti calore,& cum cibatur : siue illa cibaria sint calida seu frigida;post duas horas uel tres inflāmatur corpus eius totum ; & anhelitus eius fit frequens & magnus, & pulsus eorum est durus & tensus : & remanet in hac dispositione usque ad complementum tertiæ digestionis: & postea paulatine diminuitur dicta inflammatio atque calor. Et hæc febris in principio sui leuis est ad curandum. Et cura eius est ponere infirmum in balneo dulcis aquæ tepidæ pluries in die. Et da ei quolibet mane in diluculo de lacte caprę recenter mulcto : & sit capra parua quæ generet multum lac, & moretur capra prope lectum patientis, ita vt incontinenti post mulctionem ipsum recipiat ne corrumpatur ab aere, & mala inde fiat digestio. Et istud fieri debet tam in calido aere quàm in frigido, eo quòd lac ueločiter corrumpitur & alteratur, & cum est corruptum non facit laudabile nutrimentum. Et incipiat bibere de isto ab. vnc.j.& gradatim ascendat usque ad lib. v. quia, si inciperes dare quantitatem magnam in principio coagularetur in stomaco, & inde mala & corrupta fieret digestio.& quod hoc habet remouere est,ut ponatur aliquid mellis dispumati in fūdo vasis, & super illud mūgatur lac,& misceatur simul & propinetur infirmo secundum mensuram & ordinem supradictum & post potum lactis non comedat aliquid omnino donec digeratur. Facta autem digestione si uis iterum dare sibi de lacte ad cōmedendum da, & si non est assuetus ciba eum pane frumenti bene fermentati, & carnibus assuetis, tamen omni mane da ei lac secundum ordinem dictum, & carnes eius sint gallinæ elixæ & præparatæ in tasphea. Et omni hora quando stomachus est uacuus à cibis pone eum in tina aquę dulcis tepidæ, & post exitum cibabis eum, & sic remouebitur febris cum adiutorio Dei. Et scias quòd hæctica habet tres gradus.primus est facilis curationis, eo quòd nondum finita est humiditas in radicalibus membris. Gradus autem secundus est quando calor profundatus est in humiditate rorida,quæ imbibita est in radicalibus mēbris, & hoc etiam bene curatur,si perfecte regitur. Et gradus tertius est, quando calor profundatus est in ipsis radicalibus membris. & hoc postquam humiditas eorum ex toto est consumpta atque finita, & hoc ex toto est impossibile ad curandum. Sciendo similiter ꝙ quilibet ex istis gradibus habet alios gradus ita quòd aliqui sunt qui citissime cura ntur,& quibusdam eorum prolongatur sanitas plus vel minus, & sic etiam aliqui cito moriuntur, & quibusdam eorum mors dilatatur & prolongatur. Testiculi autem gallorū qui impinguati sunt ex lacte sunt optimi in hac passione,& etiam qui nō sunt impinguati ex ipso sunt satis boni. Potest autem esse quòd hęc febris hectica coniūgatur alteri febri, cuius cognitio est difficilis ualde nisi illi qui assuetus est ualde & longo tempore experimentatus, quoniam possibile est quod hęctica cōiungatur febribus choleričis & phlegmaticis & sāguineis,& etiam melancholicis. Et si quis quęsierit dicēs quomodo hoc esse potest: quod hęctica

cum

cum sit calida & sicca iungatur febribus sanguineis & phlegmaticis quæ sunt humidæ. Respon. quod ex membris quædam sunt siccæ complexionis, & quædam humidæ, & aliqua frigida & aliqua calida, & etiam in uno singulari membro quamuis sit calidæ & siccæ complexionis est possibile, ꝙ in eodem commoretur humor frigidus & humidus, sicut apparet, & manifeste reperitur in stomaco & in vulua; quia cum sint in aliquibus calidæ & siccæ complexionis coadunatur in ipsis phlegma, quod est frigidum & humidum, & potest similiter esse econtrario.s. ꝙ aliqua mēbra sint frigidæ & humidę complexionis, & in ipsis reperiatur cholera quę est calidę, & siccæ complexionis. Et ex febribus sicut dixi quædam sunt quæ fiunt in spiritibus quę dicuntur ephimeræ, & quædam putridæ, quarum species sunt quatuor .s. ꝙ aliquæ fiunt ex cholera, & aliquæ ex phlegmatæ, quædam ex sanguine, & aliæ ex melancholia. Et componuntur etiam hæ febres interdum adinuicem diuersis compositionibus. uidelicet. ꝙ cholerica potest componi cum sanguinea & cum melancholica, & aliquando cum phlegmatica. & est possibile ꝙ compositio fiat ex uno eodem humore .s. ꝙ cholera fiat & sit putrefacta intra uenas & extra, & sic erit continua & interpolata ex eodē humore. & potest esse ꝙ cholera sit putrefacta itra uenas & phlegma extra uel ecōtrario. & possibile est ꝙ in oībus istis cōpōnibus paroxismi iungatur simul, vel incipiat simul: quare accidentia sunt confusa & mista adinuicem: unde sunt difficilis cognitionis ualde, & non potest haberi ista cognitio absque studio & labore uehementi cum magna præuisione, quoniam graue est & difficilis res valde cognoscere compositionem interpolatę cum interpolata, & compositionem continuæ cum interpolata, & etiam quando sunt ex diuersis humoribus & componitur interpolata cum interpolata, uel interpolata cum continua, & propter hoc ad cognoscendum ista indigemus studio magno cum præuisione & solicitudine uehementi. & hac de causa non possunt perfecte scribi in libro, & est possibile etiam ut componantur duæ febres ex uno humore, ita ꝙ interpolata erit multę putredinis extra uasa, & continua paucæ putredinis intra uasa, & aliquando reperitur ꝙ ambæ sunt magnæ ualde, uel ecōtrario.s. ꝙ ambæ sunt paruæ multum, & commiscentur paroxismi adinuicem, ita ꝙ unus sub intrat alteri, & commiscentur simul accidentia, & erunt hæ febres, aut omnes magnæ uel omnes paruæ, uel aliquæ magnæ & aliæ paruæ. Et cum dico magnam uel paruam, intellige per magnam multā quātitatem putredinis, & per paruam modicam quantitatem eiusdem. Et est possibile ꝙ cholera quæ est materia febris sit grossæ substantiæ & phlegma, subtilis substantiæ, uel ꝙ melancholia sit subtilis substātiæ & sanguis grossæ. Ergo cōsiderandi sunt paroxismi & eorum cursus, & considera iterum quomodo componuntur interpolatæ cum continuis unius speciei uel diuersarum specierum, & quomodo cōponuntur magnæ cum paruis, uel econtrario interpolatæ & continuæ, & cogita similiter ꝙ vna febris potest componi cum duabus uel cum pluribus. Et est possibile iterum ꝙ aliquis humor putrefit extra uasa, & cum hoc habebit pleuresim ac peripleumoniam, aut apostema in diaphragmate quare paroxismi adinuicem componuntur, & unus alteri subintrat, & propter hoc cognoscere ista difficile est ualde, nisi illis qui multum assueti sunt in his. Sed illi qui non sunt assueti & per longum tempus approbati nunquam ad istam cognitionem poterunt peruenire. Qua de causa medici multum reperiuntur errare in his. Ergo medicus primo studere debet diligenter in cognoscendo febres simplices. Et postea attendere dēt solicite si una ex cōpositionibus est cum aliqua ipsarū febriū uel plures ex compōnibus. Quod si sic studiose & attente studuerit leuiter ad cognitionē dictarum cōpositionum poterit peruenire, & quanto febris fuerit simplicior tanto dies indicatiua & cretica erit facilioris cognitionis, & quanto fuerit magis mista tanto dies indicatiui & cretici erunt magis confusi & difficilioris notionis. Et ego intendo nunc rememorare de diebus indicatiuis & creticis postquam dixero hunc sermonem super febres. Esto certus quod multæ febres fiūt propter debilitatem virtutis & stultitiam medici, & hoc quando medici cōsentiunt eis comedere plura cibaria quam virtus eorum sufficiens sit coquere & digerere, & hac de cā fiunt febres; quare necesse est vt propinentur eis cibaria ad pondus donec febris ex toto remoueatur: nec post recessum febris incontinenti debes addere in cibis: sed expectare debes usquequo transeant.v.dies & tunc addere debes pondus aure.de cibis, & sic gradatim ascendere debes donec fuerit recuperatus, & si sic non feceris recidiuabit ęgritudo. cognoscendo quod oēs species carnium febricitantibus citissime cōuertuntur ad putredinem. Et est impossibile ꝙ post crisim aliquid putredinis non remaneat in aliqua parte alicuius membri quæ potest uigorari & augeri ex regimine malo uel inconueniēti. Et si regitur sicut dēt ordinate: natura confortabitur & vigorabitur donec ipsam consumet, & perfectissime expellet. Completus est tractatus de febribus cum laude Dei; secundum quod mihi sufficiens esse videtur.

A V E R R O I S
D E F E B R I B V S
L I B E R.

Quod est de signis Febris ephimeræ. Cap. I.

INCIPIEMVS à mala cõplexione vniuersaliter totum corpus ambiente quæ febris nuncupatur & incipiemus à febre diei. Et dicimus ꝙ ipsam semper præcedit aliqua ex extrinsecis causis efficientibus: excepto ꝙ hæc in ipsa nõ est ex signis propriis, quod est, quia cum feb. diei semper hoc inuenitur. Sed non conuertitur, vt semper talibus causis stantibus necessario febris adsit. Et propterea in standũ est vt signa propria cognoscamus & etiã communia ad credulitatem fortificandam addu camus, & etiam quia valent ad contrarium remouendum. Et huius febris signa propria sunt duo. Vnum est quod pulsus in hac febre varius non est, quod est quia varietas nõ fit in putridis febribus; nisi propter humorum multitudinem aut malitiam. Secundum est quòd vrina suum naturale sedimen non mutat, quia in hac feb. vrina non mutat nisi colorẽ, & hypostasis non egre ditur à solito, nisi propter humorum putredinẽ. Et ob hoc necesse est vt in hac febre hypostasis à solito non mutetur, & ex significationibus aliquando erit vt in hac febre accidentia fortia nõ sint, & est leni caloris non inflammãtis & vt plurimum semel accidit vel forte ter aduenire potest, & dicitur quòd quando patiens intrat balneum & horripilationem non sentit quòd tunc est ephimera. Et hæc sufficiunt significationes in febre diei.

Quod est de febribus putridis & de earum signis. Cap. II.

ET dicamus de putridis: harum febrium vniuersaliter duæ sunt species; vna in omnibus uenis fit, & alia fit in humoribus digestionis mẽbrorũ. Et differentia quę est in his duabus speciebus talis existit, quòd est, quia febris quæ fit ex materia existente intra uenas; interpolationem non habet neque typum: quamuis paroxismus aliquãdo plus fortificetur alijs diei temporibus: Sed febres quarum materia est extra venas habent interpolationem circuitus & typos. Et causa propter quã habent circuitus est, quia humor qui putrefieri debet non putrefit simul & semel, quod est. quia in eo præparatio putrefactionis non est cõpleta, sed paulatine in putrefactione procedit, & hic sequitur modus ordinationis, quod est. quia hæc operatio secundum aliquem modum est naturalis, quod est, quia natura in hoc regimen habet, eo ꝙ est putrefactio cum digestione, & propterea uarietas ordinationis in circuitibus signũ est malum, & non est hæc operatio attribuenda calori putredinali simpliciter, sed calori naturali, eo quod in materia non naturali operatur sicut in multis uiis naturæ reperitur. Et rationes Galeni quibus conatur attribuere ordinem circuituum substantialiter calori putredinali hic infranguntur, & nostras radices naturales non sequuntur quæ super philosophiam & metaphysicam inscribuntur, & qui illas non intelligit hoc non confitebitur. Et propterea mea sententia penitus est ꝙ natura istos circuitus cum calore intrinseco operatur, quam uis superuenerit huic calori aliquid extra naturam in quantitate aut qualitate, in eo ꝙ est agẽs in materia non naturali, uidelicet in humore ægritudinem faciente. Et accidens ꝙ cum humore aduenit est simile in hoc accidenti quod ei aduenit cum cibo, quod est. quia incontinenti sumpto cibo infrigidamur. Et non est inter hæc duo differentia nisi quòd accidens quod aduenit propter cibum est naturale: quia cibus est naturalis: sed quod aduenit cum humore est prę ter naturam: quia calor cum materię primo obuiat sepelitur, & postmodum assumit victoriam super ipsam, & augmentando ad suum reuertitur esse quando ipsius digestio fuerit perfecta. Et iam bene exposuimus omnia in tractatu quẽ fecimus super libro de febribus Gal. Et illę ordinationes circuituum diuersificantur secundũ naturam humorum, & quantitatis facientis febrem secundum ꝙ infra dicemus. Et causa quare febres quæ sunt intra venas interpolationem non habent: est quia quando in partem humoris putridi calor accenditur non potest ipsum natura dissoluere: donec alia particula accẽdatur. & hoc propter solidationem uasorum contingit & propter eãdem causam etiam typus non fit:

&

& etiam quia illud quod ex eo dissoluitur à mẽbris sensibilibus non sentitur. Sed putrefactio quę in humore fit qui extra uenas est: huic contraria existit propter euaporationem quæ per porositatem membrorum fit, & propterea sunt in istis circuitibus typi propter sparsionem humoris pungitiui super membra sensibilia aut humoris uentosi: propterea quia typus magis appropriandus est humori mobili uentoso quàm fixo. Et signa proprialfebrium putridarum sunt duo. unum est ꝙ urina in principio hypostasim non habet: propterea quia calor est impeditus propter humoris digestionẽ, aliud est quia pulsus est uarius & diuersus. Item alia sunt signa istarum febrium à signis significãtibus duas species repletionis: hoc est secundum uasa & secundum uirtutem. Ista sunt propria signa uniuersalitatis febrium putridarum.

Quod est de signis febris cholericæ. Cap. III.

SEd signa propria unicuique febr. sunt hæc. Scias ꝙ signa febr. quæ fit ab humore extra uenas, & in febre cholerica sunt typus fortis pungitiuus. Et pulsus in principio istius feb. est par uus rarus & debilis, & hoc est propter humorem qui calorem obruit naturalem, & propterea refrigeratur corpus in principio paroxismorum: ex eo ꝙ calor naturalis ab humore opprimitur putrido. Et quando calor extraneus generatus in humore putrido calori naturali admiscetur: tunc crescit & per totum corpus augmentatur, & propter hoc pulsus in eodem statu non permanet: sed propter caloris crementum crescit & fortificatur. Et urina in hac fe. pro maiori parte est ignea, & patiẽs penitus affligitur siti, & aliquando his iungitur amaritudo oris. Et dicitur quòd quando hęc feb. dicitur pura ꝙ ipsius paroxismi ad plus usque ad duodecim horas prolongantur. & circuitus huius febris est tertianus, sed tamen non conuertitur, quia non est necessarium ꝙ omnes febres quę habent circuitum hunc sint de cholera. Sed possibile est ut sint duæ quartanæ aut duę quintanæ, & hoc non accidit nisi in principio ęgritudinum. Ista sunt signa propria huius feb. & aliquando significationes istę rebus communibus fortificantur. hoc est quia complexio, aer, ætas, & aliud regimen huic humori comparantur. Et aer cum hoc humore comparationem habet modis duobus, unum est secundum suum tempus naturale, ut est æstas quæ est calida & sicca, alius est quando egreditur suum cursum naturalem ad caliditatem & siccitatem, quamuis tempus per sui naturam debeat esse frigidum. Sed febres quæ paroxismos non habent istis communicant exceptis circuitibus & typo. Et in hoc genere ingreditur febris quę causon nuncupatur cuius materia intra venas est, & maxime circa os stomachi, & hepar posita est, propterea in hac fe. non est rigor. Et sitis fortis huius febr. proprium signum est. Et peior specierum causonis est illa quæ fit à cholera zinaria aut prasina. Et illius paroxismus longus est propter inobedientiam humoris illius ad digestionem recipiendam.

Quod est de signis febris phlegmaticæ. Cap. IIII.

ACcidentia magis propria huius febris sunt, quia in principio extrema infrigidantur & est tempus frigoris longum, sed paulatim inualescit. Et quando incipit calor apparere redit frigus & fortificatur super eum. Et tempus paroxismi istius febr. xviij. occupat horas, & calor istius febris non est mordicatiuus nec furiosus, & propterea primitus tactui non manifestatur. Et huius febris pulsus rarior & minor est pulsu febris tertianæ in qu olibet. iiij. suorum temporum. Et urina in hac febre est subtilis & alba, aut spissa & obscura, & si calor putredinalis est fortis, & phlegma purũ non est, tunc possibile est ut urina sit rubea, & pal pebræ patientis tumidæ erunt. Et in pluribus horum patientium os stomachi est frigidum. & si uomitus eueniet phlegmaticum euoment. Et aduentus ipsius paroxismi omni die signum proprium non est, quia duę tertianę hunc eundem faciunt paroxismum. Paroxismus longus est propter ipsius humoris tarditatem, & paroxismi ipsius plus continuantur quàm choleræ paroxismi, quia iste humor putrefactioni magis est appropriatus. Et adhuc propter longitudinem paroxismi aduenit humori non corrupto prę paratio putrefactionis propter longam moram caloris extranei in corpore diu permanentis, & hoc propterea accidit, quia calor febris huius est temperatus & subiectum habet humiditatis. Sed in febri cholerica quia calor extraneus cum ea accensus cito transit non est tempus præparans ad putredinem in parte non putrefacta & uniuersaliter in hac febre calor intrinsecus est ualde sepultus, hæc enim est causa ad plus continuandos in hac febre paroxismos. Et deterior harum febrium est illa quæ ex phlegmate fit uitreo. Et similiter etiam aliquando cognoscitur hæc febris, aere, ętate, & consuetudine & complexione, quia hęc comparationem habent cum humore hanc faciente febrem.

Quod est de signis febris quartanæ. Cap. V.

HAec incipit cum frigore graui, ita quòd tūc accidit patienti stridor dentium. Et patiens tunc sentit membrorum confractionem, & hoc fit propter frigiditatem ipsius humoris & grauitatem. Et pulsus istius febris est tardus, rarus, & paruus, plusquam fit in phlegmatica, hoc dico in principio paroxismi. & dicitur quòd in augmento maior est quàm in phlegmatica, quia calor in hac febre manifestatur & febris fortis existit. Et colores urinę in hac fe. uariantur, nam aliquando est alba & subtilis ad uiriditatem declinans, & aliquando nigra & grossa ad rubedinem declinans, & ut plurimum hęc febris aliquas sequitur febres. Et tempus huius febris est longum, & tempus reuolutionis ipsius est dimittens duos dies, & inualescit tertium. Et quartanæ circuitus est quasi sicut proprium signum in hac febre, propterea quia non inuenitur talis circuitus in aliqua alia febre simplici uel composita. Et maior pars hanc patientium sunt splenetici. Et fortificatur significatio in hac à rebus communibus secundum quòd in alijs dictum est, ut ab aere & ab ætatibus, & à complexione, & à signis significantibus dominium istorum humorum.

Quod est de signis feb. quæ in arabico nominatur michabecha, & est sanguinea. Cap. VI.

HAec febris typum non habet, eo quòd sanguis eam faciens est in uenis, excepto si fieret propter apostema nominatum phlegmō, quod in aliquo membrorum principalium esset generatum, sicut in hepate & etiam diaphragmate, quia tunc in hac febre essent paroxismi tertianarij similes choleræ paroxismis, quia sanguis quando supercalefcit ad naturam declinat choleræ, & propterea in hac febre non est differentia inter febr. cholericam quę habet materiam intra uenas & istam nisi in magis & minus, quia non potest in corpore fieri febris de cholera pura solum, quia talis febris de cholera de necessitate mortifera esset, quod est, quia cholera non est apta recipere aliquam digestionem, nisi in hoc quòd cum sanguine est admixta, aut cum materia qua nutriuntur membra radicalia, hoc est sanguis dealbatus. Et signa quæ significant hanc febrem sunt signa dominium sanguinis significantia, & iam nos narrauimus ipsa. Et pulsus hanc patiētis est in ultimo magnitudinis & fortitudinis. Vrina est rubea & grossa. & suspiria, & inquietudines sunt propria in hac ægritudine & in cholera. Excepto quòd in ægritudine illa fortiora existunt. Et alienatio mentis propria est in febribus acutis. Et uerba Galeni uaria sunt in hac febre, quia aliquando dicit quòd est cholerica continua, & aliquando dicit quòd est aliud à cholerica, & ꝙ non debet attribui cholericæ, nisi quia non habet putrefactionem perfectam, quia natura istius febris est media inter febrem diei & febrem putridam, & sententiam meam tu iam nouisti. Item febris ista non habet nisi unum periodum, & in illo aut soluitur aut occidit. Et aliquando incipit lenta & semper ad ultimum fortitudinis crescit, & aliquando est contrarium, & aliquando in uno permanet statu, & causa huius paroxismi alias per alios multotiens dicta est. Ista sunt signa cognitionis febriū simplicium, & qui simplices cognouerit, compositas cognoscere poterit. & ista exempla non fuerunt data nisi per modum similitudinis, quia raro inueniuntur. Et adhuc quia maior pars accidentium quæ in his febribus tibi narraui non uerificantur nisi in febribus quę sunt de materia humorum naturalibus propinquorum: uerbi gratia quia paroxismus febris cholericæ maior. 12. occupat horas, quando cholera naturalis est putrefacta. Sed quādo uitellina aut zinaria putrefcit, tūc lōgior erit paroxismus, & accidentia erunt pessima, & pauci euadunt & maxime ex zinaria, eo quod aptitudinem digestionis non habet, quod est, quia quandocunque humor adeo contrarius est ut complexio corporis non possit agere digerendo super eum, tunc febris deteriorem exituin habet, & quandocunque potentiæ propinquior est, tunc febris salubrior est.

Quod est de compositione febrium. Cap. VII.

ET scias quòd compositio febris est à causa locali, aut à causa materiali. Item causæ materiales tres habent modos. Vnus est quando duo miscentur humores, & tunc materia febris fit inter illos duos humores simplices qui singulas possunt facere febres, & etiam accidentia tunc ex his mixta erunt. Item alius modus est ut una fit putrida, & alia hæctica. Tertius modus est ut unus modus faciens febrem fit cum apostemate & alius sine. Et aliquando componuntur duæ febres & miscentur earum paroxismi absque eo quòd materię misceantur, & hoc propter causas locales accidit, sicut possibile esset ut una esset intra uenas, & alia esset extra, & in hoc genere locatur feb. quæ emitriteus nuncupatur. Et aliquando humores febrem facientes erunt uicini, sed non mixti. Et possibile est etiam ut omnes istæ species adinuicem componantur. Et etiā potest unus modus cōpositionis dici ut secū dū magnitudinē & paruitatē secundū fortitudinem

nem & debilitatem, hoc est ut causarum efficientium una sit fortis, alia debilis.

Quod est de signis febris hæcticæ. Cap. VIII.

Haec febris tres habet secundũ quod ab alijs dicitur, & accidentia in hac secundum plus & minus diuersantur, & accidentia eius occulta sunt in principio, & quandocunque uidebis corpus cum calore continuo lento ultra dies tres: quando non in corpore incipit manifestari: tunc uni lentę continuæ assimilatur. Et si patiens eam quasi non sentit: nec habet putridarum febrium significationem opinandum est ipsam esse heqticam. Itẽ post horas tres ab assumptione cibi patientis pulsum considerare debes, & caloris quantitatem, & si calorem inueneris augmentatum, & pulsum uelocem: aut in aliqua dimensione magnificatũ: tunc istam febrem hæcticam iudicabis: quod est propterea quia membra malam complexionem acquirunt calidam: de natura nutribilis est sibi nutriens assimilare, necesse est ut cibus corpori adueniens calorem extraneum debeat adipisci; quamuis cibus ille frigidus sit aut non, & propterea tunc febris fortificatur, & accidentia augmentãtur, quod in putridis non conuenit, propterea quia calor extraneus in illis radicaliter non est fixus in membris quæ in cibum agere debent. Et causæ quæ ab alijs medicis dantur accidentales sunt sicut fabulæ cantatorum, quia dicunt quod cibus in talibus patientibus & corporibus est secundum similitudinem aquę super calcem proiectæ: quia impossibile est ut uirtus nutribilis à nutriente tantum sit elongata ut ipsum eidem sit contrarium. Sicut aqua calci reperitur enim quod unumquodque istorum alterám corrumpit. Et raro hæc febris accidit nisi post alias febres sicut post ephimeram in corporibus ad hanc paratis aut post aliquando ex febribus putridis. Et quã do fortificatur hæc febris marcescit corpus infirmi & siccatur pellis eius, & deformatur facies & profundantur oculi. Et cum uenerit ad ultimum gradũ hæcticæ uidebis oculos eius quasi aspersos cinere sicut uidetur in oculis eorũ qui tangunt puluerem & contrahuntur palpebrę inferius sicut accidit patienti subeth & pellis frontis est tensa & sicca quasi corium præparatum, & tempora habet tensa: auriculę & palpebræ citrini fiunt coloris. Et pellis myrach uentris fit sicca & rugosa, & pulsus eius est tensus sicut chorda, uelox, & debilis, & urina est oleagina. Alia uero signa istius febris manifesta sunt & in libris spicatorum plene enarrata. unde non est necessarium ea reiterare.

Quod est de cura febris ephimeræ in generali. Cap. IX.

Et dicimus, quod intentio medicationis in illa duę res existunt: una ad remouendum calidã, & sic malam complexionẽ, quę est in ipsius substantia, & hoc fieri debet infrigidando, & humectando. Et alia, ut causæ extrinsecæ febrem facienti resistatur: ob hoc quia hęc fe. nihil aliud est, nisi mala complexio non materialis, quæ ut plus à causis extrinsecis causatur. Et mensura in frigidationis, & humectationis in hac fe. est secundum mensuram rerum particularium, sicut est complexio, aer, ætas, consuetudo, & regio, & causæ ipsam facientes. Et scias, quod refrigeratio in febribus per se, & per accidens fit, per se sicut per medicinas, & cibos frigidos, per accidens uero, sicut balneari in aqua calida, aut tepida, & maxime in hac feb. fit, eo quod per ipsam in spiritualibus vapores dissoluuntur, qui si resoluerentur, corpus nimis inflammaretur, & fortasse ad putridam conuerteretur, & propter hoc balneum est omnibus cura vniuersalis. Sed inter aquam existit diuersificatio secundum diuersitatem causarum facientium feb. & hæc fe. secundum plurimum accidit propter cutis densationem, quod pluries accidit propter frigus, aut propter in aquis stipticis balneationem, aut propter necessariam balnei negligentiam, aut propter totius corporis siccitatem, sicut illis accidit qui in aere calidissimo degunt. Et uere plurimum hęc feb. accidit habentibus complexionem calidam, & siccam.

Quod est de cura febris ephimeræ in speciali. Cap. X.

Et de hac prima loqui uolumus; & postea de complexione ca. & hu. & ultimo de cal. solum. Et dicimus, quod quando accidit propter cutis inspissationem, aut propter aquarum stipticarum balneationem: medicatio per contrarium illis erit balneatio in calida, aut tepida aqua post declinationem paroxismi, & fricatio utilis existit in exitu balnei cum oleo tepido, in quo nulla stipticitas reperiatur, non est necessarium balneum reiterare ultra semel, sicut Galen. faciebat, qui infirmum faciebat intrare bis, & ter, eo quòd hoc regimen non conuenit, nisi hominibus assuetis multùm balneari; sed embrocatio post balneum cum aqua frigida, ut mihi uidetur iterata cõclusionẽ faceret pororũ, nisi pori nimiùm forent aperti, aut corpus esset nimis calefactum. Et melior cibus, qui post balneum est propinandus si erit complexionis calidæ, & siccæ, & tempus fuerit ca. est ptisana hordei, eo quòd infrigidat, & humectat,

& adiuuat ad expellendum superfluitates per omnes suas uias,& post huius digestionem dandi sunt pisces petrosi, carnes perdicum , & similium . Et si alium fecerit paroxismum, balneum, & dietam hanc reiterare debes. Et aliquando propter nimiam tristitiam, & multam iram fit, & propter multam in sole moram. Et quæ propter iram accidit, maiori indiget refrigeratione quàm illa, quæ propter vigilias, aut propter tristitiam prouenit,& nulla istarum indiget fricatione: sed balneo solum. Et quæ propter uigilias, & tristitiã fit, maiori indiget humectatione somno,& gaudio. Et quę propter moram plurimam in sole accidit, indiget refrigeratione,& vt longam in aqua calida contrahat moram,& facta fricatione cum oleis frigidis,& inũgatur cum oleo uiol. & similibus. Et quando propter multam accidit frigiditatem, balneum intret calidum,& balnei calidus aer utilior existit balneo aquæ. Et cibi temperati esse debent aut ad caliditatem declinantes, ut turtures, coturnices, & similes, & aqua mellis ualde utilis est, caput vero talium oleo ro. inungatur, & alijs actu calidis: quem ad modum alijs frigidis in actu inungi debent. Et scias, quod vniuersalis medicina omnibus patientibus ephimeram existit balneum exceptis patientibus reuma propter frigus. Et in ephimera ab apostematibus inguinum, aut subascellarum causata, & si causa reumatis calida fuerit, dicit Galen. ꝙ balneum intrare debet,& hoc nõ dicit, nisi quia sufficiens est in humorum subtilium digestione, sed grossos disperget per totum corpus, nec balneari debet nisi post digestionis complementum. Et vina aquosa alba aromatica omnibus istis vtilia sunt si bibere assueti fuerint, ita ꝙ post digestionem bibantur. nam plura habent iuuamenta, quàm aqua, nã uinum natationem cibi in stomacho vetat, ventositatem resoluit, urinam prouocat,& sudorem, animam lætificat, & adiuuat naturam ad expellendum superfluitates quãdo patientes hanc feb. debilitatem incurrunt digestionis,& maxime habentes ipsam ex vigilia uel tristitia. Sed quæ à fessitudine est, tantum in sua curatione indiget diæta uersus frigiditatem tendente,& ut cibetur quantitate tali, quæ nauseam non inducat. Sed illi, qui hanc febrem patitur ex fame propinanda sunt cibaria, ualde & cito digestibilia, tendentia ad frigiditatem,& humiditatem,& propter hoc si cibaueris tales in principio paroxismi, nõ febricitabunt. Sed si propter cutis fuerit constrictionem, in primis tribus diebus erit sufficiens fricatio, sicut cum semine melonum, milij, aut hordei farina, aut fabæ uel orobi, & quæ appropriantur, propina sicut squinzibin cum aqua ireos, & capill. uene.& uiol. & si hæc sufficere non uidentur,& feb. tertium transierit diem, aut tu arbitratus fueris à principio, ut tanta fuerit in corpore repletio, ut propter fricationem,& apertionem sine uniuersali euacuatione ægrum lædere posses, ob hoc quia tale medicamen in corporibus plenis plùs oppilat, quàm aperiat, tunc medicatio talium media inter ephimeram & putridam esse debet. hoc est in phlebotomia, & corporis mollificatione. & hoc facias secundum excessum à signis consideratum.& secundum ꝙ ab experientia, & bonitate æstimatiuæ poteris perscrutari; quia propter solam doctrinam certificari non posses ꝙ in vno quoque indiuiduo faciendum sit in quantitate & qualitate in hac arte.& necessaria est in hac arte præter uniuersalium rerum cognitionem experientia, propter quam particularia principia habeantur, in eo quod in unoquoq; indiuiduo fieri debet. Et scias ꝙ ista principia scribi non possunt omnia, quia sunt infinita. & ista pars scientiæ medicinalis nobis vetat perfectionem habere in hac arte, eo ꝙ magis est appropriata experientiæ quàm rationi, & propter hoc dixit Hipp. ars longa & uita breuis. Et egomet non studui in hac scientia ut uideatur mihi ut sim sufficiens: sicut videtur multis medicis nostri temporis, qui multum elongaui sunt ab eorum intẽtione, exceptis filijs Auenzoar & maxime Aboali & filio eius Abenariam; cui deus conseruet vitam: nam isti ueri magistri sunt in scientia medicinali. Reuertamur ad dictum nostrum & dicamus ꝙ maior pars istius fe. à stipticitate prouenit & siccitate, & maxime in complexionibus calidis & complexiones siccas habentibus. Et hæc eis non peruenit: nisi quia cibi permutantur in eorum stomachis ad fumositatem,& quibus superuenit eis fluxus uentris & pluribus eorũ quibus hoc accidit, accidit propter corruptionem ciborum & ipsorum mordicationem. Et aliquando accidit illis uentris constipatio. quod prauum existit, & constipatio hæc accidit propter caliditatem & siccitatem, & uirtutis expulsiuæ debilitatem. & sic dicendum est de medicatione uniuscuiusque istorum per se.

Quod est de cura febris ephimeræ quando est cum fluxu uentris. Cap. XI.

ET dico quòd illi cui accidit fluxus vẽtris in ipsius curatione cõsideratio est habẽda. Ita quod si humor eductus est & fluxus cessauit: fac ipsum ingredi balneum, & ipsum ciba cum confortantibus stomachum, & ipsum stomachum cum vnguentis confortantibus vnge. Sed cum fluxus est in statu melius est ut in balneum ipsos ire non permittas. hoc G. dicit; sed noui medici medicantur fortẽ fluxũ cũ balneo, quia dicũt ꝙ attractio nẽ facit ad oppositam partem.& quamuis ita sit non est propria medicina, sed est per accidens. & ideo quia est per similitudinis uiam. Et tu scis

ꝙ

ꝙ contrarium debet expelli per suum contrarium. vnde hoc quando possumus est dimittendum. Sed patiens est cibandus absque positione ipsius in balneo, immo debes conseruare ut rectifices ipsius stomachum euacuatione cessante cum lana infusa in oleo absinthij & oleo ros. & si masticem contritum acceperis & cum oleo ros. miscueris, & prædictę lanæ infuderis: multo fortius operabitur. Et vniuersaliter scias ꝙ in membris principalibus non est superdonenda medicina actualiter frigida, quamuis potentialiter frigida existat. Et si fuerit multa inflammatio in ore stomachi misceas cum istis oleis succum extremorum uitium & succum cydoniorū. & aliqui apponunt ceram & faciunt inde cerotum. Et aliqui ex hac medicina mirantur, & dicunt. cum æger os stomachi habeat mala cōplexione calida viciatum, cur. G. ponit masticem cum oleo ro. & nos respondemus ꝙ significatio hæc recepta à mala complexione sola est alia à significatione recepta à complexione membri. Ob hoc quia intentio medicationis istius membri est ut fortificetur cum medicinis habentibus aliquid stipticitatis cum amaritudine & aromaticitate. Et propter hoc primi experimentatores non curabant debilitatem stomachi: nisi cū his supradictis. Et possibile est ut multis hominibus nocebāt: eo ꝙ malam complexionem nō considerabant, sicut dicit. G. vni accidit qui malam complexionem habebat in stomacho calidam & siccam. Multum ergo considerandū est si mala complexio est tanta ut ipsam nimiū timeamus, studebimus solum in horis stomachi confortatione. Et si non admiscebimus cum his frigidas medicinas obseruato ut sint illis similes in stipticitate, & tales medicinæ sunt multæ. Sed si fluxus non cessauerit non desistas ipsum cibare cum rebus stipticitatem habentibus, & secundum quantitatem fluxus ipsum rege. Nam si paucus sit fluxus sufficit panis biscoctus cum zucharo uel succo ro. confectus, aut cydoniorum succo. Et si multus sit fortioribus vtere uel pane biscocto hordei cum succo cydoniorum, & uinū pomorum granatorum est bonus cibus secundum. G. Sed si cessauerit fluxus mica panis conueniens est. Et si superuenerit casus appetitus sumat electuarium cydoniorum cum aliquantulo mastice cum succo extremorum vitis. Et Gal. utitur hoc electuario cydoniorum quod composuit in fine regiminis sanitatis. Sed medicina in qua intrat piper aut res calidæ tunc est uitanda, & maxime in climate nostro tempore calido & calida complexione. Et quando istis accidit ventris constipatio, tunc considerandum est in quo loco fit cibi retentio. vtrum in stomacho aut ī intestinis. si est in stomacho. G. pręcipit dari confectionem trium piperum, sed non de fortī in qua intrant medicinæ, sed de debili quam

posuit in libro de ingenio sanitatis. Et hæc medicina non est conueniens: nisi illi in quo cibus permutatur in stomacho ad acetositatem: quia stomachis calidis & nauseam ex caliditate habētibus hæc non erit vtilis medicina. Et est dictum Gal. quod iam declaratum est in ægritudinum libro ꝙ virtus membrorum æque debilitatur per complexionem calidam malam sicut per frigidam; quia aliquod membrorum non habet sua accidentia nisi per mensuratum calorem. Et si debilitatur per complexionem frigidam est hoc substantiale, eo quòd est ei necessarium. Et propter complexionem calidam erit per accidens sicut sol fortis qui extinguit ignem, & calor fortis fornacis extinguit candelam. Similiter potest dici secundum Gal. de debilitate stomachi quæ fit propter causas calidas & nauseas calidas. ergo Gal. non respexit nisi ad frigiditatem quæ stomacho accidit per accidens in hac arte, & hoc curare intendebat. Sed prouidendum est super complexionem malam, & sic medicinę misceri debēt. Sed credo ꝙ clima suum ipsum in hoc sustentauit. Et mihi uidetur ꝙ electuarium cydoniorū mixtum cum ligno aloes, mastice, gar. multum ualet si fit taliter compositum ut frigiditas cydoniorum uincat ipsorum caliditatem. Et non est tradendum obliuioni de modis compositionis harum compositionum; quoniam si uoluerimus frangere uirtutes ipsarū medicinarū absq; cydoniis potēs hoc facere cum extremitatibus uitium, uel cum aliis rebus frigidis & stipticis, & medicus in hoc prouisor esse debet vt resistat ei quod plus est timendum. Et melius est ꝙ calor qui ex hac prouenit mixtione sit in primo gradu. Et quando fuerit necesse frigiditatem stomachi remouere diminuat res frigidas: sicut nos diminuimus in aliquibus quantitatem calidarum quando non oportet complexionem calidam procurare. Et Galenus præcepit embrocari uentrem istorum cum aqua calida, & intendit per hoc uentrem mollificare; sed quia mollificatio nocet stomacho, oportet ꝙ fiat cū timore, & quāuis mollificatio fit huic cōgrua ægritudini naturę membri cōtraria existit. Ob hoc est necesse has duas res miscere aut semper rem conuenientem ordinare. Sed cum cibus ex stomacho descendit, tunc embrocatio ualde utilis existit, hoc obseruato ne cibus indigestus ad membra trahatur embrocata, & hic clistere melius est omnibus quæ fieri possunt, & si nō est mordicatio aut uentositas tunc sufficit clistere factum ex melle, oleo, & aliquantulo sale, & si mordicatio fuerit, tunc admisceantur pinguedines anseris & gallinæ. Et si uentositas affuerit necesse est ut in oleo coquatur parū rutæ, & seminis resoluētia uentositatem: sicut semē apij & cimini & similiū. Et ventositas cum nausea in hoc loco significat quod naturalis calor debilis est;

& propter hoc non eft calefaciendũ nec refrigerandum; fed vtrifque utendum erit, & aliquando hæc febris tribus diebus perdurat: fed non timeas & rege ipfo poft exitum paroxifmi, & poft euacuationem uentris ponendo ipfos in balneo, & ciba ipfos cibis conuenientibus. Sed ex naufea acetofa hæc feb. non fit ob hoc: quia ex illis fubftãtia fumofa non generatur quæ fpiritum inflammet. Et fcias quòd in complexionibus frigidis & humidis raro hæc febris accidit. fimiliter neque in frigidis & ficcis. Sed calida & fic. omnibus paratior ad hoc exiftit, & propter hoc illud quod plus nocet corporibus fic difpofitis eft fames, & exercitium temperamentum excedens & negligentia balnei. Sed qui febricitant feb. quæ fit propter bubonicum apoftema quod fit in fubafcellis & inguinibus vltimum medicamen illius apoftematis eft curatio. Et fi propter rheuma hoc accidit medicinę purgantes neceffarię exiftunt. Et fi fuerit propter fanguinis abundantiam minutione indiget: quia hæc præferuat ne in ulteriores ęgritudines cadat. Et Gal. pręcipit vt has febres patientes ponantur in balneum fed mihi non placet ut fiat nifi in declinatione. Et hoc fufficit in medicatione ephimerarum: cõiunćto tamen hoc caufis exterminatis in libro ægritudinum.

Quod eft de curatione febrium acutarum arfiuarum.
Cap. XII.

DEinceps volumus loqui de febribus arfiuis vel acutis quę dicũtur arfiuæ. ideo quia iftæ febres funt medię inter putridas & ephimeras. Et dicimus quòd iam dićtum eft in libro ægritudinum, quod hæc febris fit ex multo fanguine, & funt fpecies duæ, una eft dum fanguis non eft putrefaćtus, & alia eft dum fanguis iam putrefieri incipit. Et vnaquaeque iftarum trino difponetur modo. Vnus eft vt homotenus cõtinue affligatur à principio vfque ad finem æqualiter: & hoc fit propterea quia id quod diffoluitur eft æquale ei quod refoluitur. Secundus modus eft vt à principio augmentetur vfque ad finem, & hoc accidit propterea quia illud quod diffoluitur eft plus eo quod refoluitur. Tertius modus eft ut à principio ufque ad finem decrefcat, & hoc fit ideo quia illud quod diffoluitur minus eft eo quod refoluitur. Et quia hæc febris fit propter oppilationem fecundum uafa: medicatio ipfius erit per phlebotomian, & maxime cũ non eft fanguis putrefaćtus. Et Gal. hic dicit quod quando natura fortis eft extrahamus vfque ad fyncopim, & dicit quod propter hoc corpus refrigerationem habebit, & posfibile erit vt cholera abijciatur per partem fuperiorem aut inferiorem. Et dicit hanc medicationem in hac fe. effe neceffariam. Et ego dico quod hęc quantitas euacuationis artificialiter non exiftit: immo valde eft erronea: eo quod hæc ars imitatur naturã, & nunquam fit crifis laudabilis per euacuationẽ fanguinis vfq; ad fyncopim perducẽtem: immo hęc prouenit à crifibus malis: in quibus virtus expulfiua plus quàm conueniens eft, expellit. Adhuc non eft intentio euacuationis inquantum eft euacuatio, nifi ad remotionem fuperflui fanguinis peccantis quantitate, & ad conferuationẽ quantitatis naturalis: ergo quomodo poteft fanguis euacuari vfque ad fyncopim: nifi cum detrimento fanguinis nominalis, hoc impofibile effe uidetur. Et Gal. non intellexit per hoc nifi fubitam corporis refrigerationem: ergo hęc medicina accidentialis eft periculofa. unde melius eft vt aliquantulum ex calore remaneat extraneo: quàm calor naturalis diminuatur. Adhuc non eft credendum ut in tali corpore quale eft iftud non fit putrefaćtionis alicuius humoris prępa ratio. ergo fi diminuis calorem naturalem corrumpetur humorm & virtus diminuetur, & non erit qui huius erroris faciat correćtionem. Signa ergo per quæ cognofcimus febrem effe à putrefaćtione exemptam, funt figna commutatiua & non fixa. Cõfidera ergo quot in hoc loco eminent pericula. Et cum in hac febre apparent figna putrefaćtionis per urinam aut pulfum phlebotomia non fiat ufq; ad fyncopim perducens: quia imposfibile eft vt poft minutionem non remaneat putrefaćtio ufque ad feptimum diem, & propter hoc eft neceffe vt remaneat virtus fufficiens digeftioni. Et dicit. G. quod quando medicabis hanc febrem fanguinis cũ putredine: tũc non eft expećtandum ufq; ad digeftionem materię. Et ex hoc intelligere debemus quod in principio phlebotomare debemus, & deinde potare aquã frigidã in niue frigidatã tandiu donec corpus ipfius ad frigiditatem deueniat. Ea hoc fieri debet confideratis certis confiderationibus: Prima eft ut ægritudo fit digefta, & ut in vifceribus non fit apoftema, & ut in ore ftomachi non fit debilitas neque frigiditas: nec quando infirmus nõn eft affuetus aquam frigidam bibere, & fic effe debet; quoniã illud quod hic inducit ad malam complexionem contrarium exiftit eiufdem rei quæ caufam habet remouere: quoniam aqua frigida humorem incrudat & impedit digeftonem. Et imposfibile eft hanc febrem integre remouere donec caufa ipfam faciens in corpore reperiatur, ęger quomodo potabit aquam frigidam habens ftomachum debilem & frigidũ quin ei accidat timor & ftupefaćtio & confimiles ægritudines ex mala complexione frigida. Et iã inuenti funt homines qui biberunt aquam frigidam femel in quantitate multa, & inde ad conftrićtionem anhelitus deuenerunt propter frigiditatẽ mufculi uel nerui & diaphragmatis, & taliter ꝙ non potuerunt aliquid deglutire, & qui

ipſam bibunt iam facta digeſtione, tunc naturã optime adiuuant, eo ꝙ tunc ibi iam aliud non remanſit, niſi mala complexio calida, & illa tunc remouetur ab aquæ frigidæ bibitione, & ſic natura meliorem facit operationem in humore tali .ſ. perficiendo digeſtionem & malam materiam expellendo, quoniam ipſa mala complexio hoc facere prohibebat, & hic eſt tractatus. G. in potatione aquæ frigidæ in hac ægritudine. Et debes ſcire ꝙ hęc febris latitudinem habet magnam in ſuo calore ſecundum magis & minus, & propter hoc quę fortioris caloris eſt dicitur arſiua .i. cauſon. Et hæc latitudo diuerſificatur ſecundum climata. Et quando omnia particularia concordant cum febre quę eſt arſiua, & infirmus multum deſiderat aquam frigidam: non in hac eſt digeſtio expectanda, quia æger ante digeſtionem cõſumetur, & ſi feceris ipſum pati uſque ad digeſtionis aperitionem, tunc erit ipſius digeſtio mala, quemadmodum eſt nebula nigra, aut hypoſtaſis nigra propter nimietatem combuſtionis, & tunc aquę frigidæ exhibitio non ualebit. Et propterea melius eſt in principio ſine etiam digeſtionis ſignorum apparitione exhibere & non curare, ex dictis aliquorum, quoniam hęc res eſt ueraciſſime probata, nam materia quæ talem facit febrem qualis iſta eſt cum ſit in ultimo caliditatis nõ eſt priuata digeſtione niſi propter malam qualitatem acutam, nõ propter groſſitiem, nec propter uiſcoſitatem, & quando hanc infrigidabis, tunc ſtatim erit materia digeſta, & melius eſt vt conuertas talem febrem ad febrem lẽtam & longam quæ curari poteſt, quàm æger ſubito moriatur. nam error qui fit in alteratione complexionis febrium facilior eſt quàm mors. Et ego credo ꝙ illi quibus digeſtio debet expectari ſi detur aqua frigida citius curarẽtur ſi eius virtus extitit fortis, quamuis ægritudo fuerit longa. Dicit. n. Raſis ꝙ duo iuuenes in diebus canicularibus iter agebant, quorum unus erat dominus & alter ſeruus, & ambo hanc inciderunt febrem, & medicus domino aquam præbuit frigidam & ſeruo non propinauit. dominus euaſit, & ſeruus mortuus fuit. Et terræ iſtę noſtrę mediæ ſunt inter terras Gal. & Raſis in temperamẽto, & egreſſi ſumus ex eo quod noſtrę intentionis erat. & propterea quia tractatus curationis iſtius febris eſt una partium tractatus feb. putridarũ, & propter hoc bonum fuit narrare medicamentum quod vtriſque commune exiſtat.

Quod eſt de cura febrium putridarum, & primo de ea in generale. Cap. XIII.

SEd dico quod febrium quæ ſunt ex mala complexione materiali, prima illarum intentio duas conſiderat res: hoc eſt vt malam remoueat complexionem, & malam euacuet materiã. Et quia materia eſt cum calore putredinali accidit hic tertia intentio, hoc eſt ut remoueãtur cauſæ iuuantes ad faciendum putrefactionem, & eſt ſuperflui diminutio & pororum apertio oppilationis. Et pororum oppilatio accidit propter res ſtipticas, aut frigidas, aut deſiccatiuas; aut propter humorum groſſiciem, aut uiſcoſitatem, & aliquando hæc omnia aggregantur. ergo tertia intentio eſt, ut vnumquodque iſtorum remoueatur per ipſius contrarium. Ergo ut plurimum accidit ut contrarientur hæc accidentia medicationi, & maxime quando ſuperuenit accidens quod eſt contrarium ſignificationi medicationis febris. Sed quando fuerit ſignificatio recepta ab eſſentia febris & cauſis ipſius, & unum erit contrarium alteri, tunc oportet medicum conſiderare ſuper accidentia ſi fortiſſima ſint. Et ſi non cogatur medicus à feb. vel accidentibus, tunc in ſtare debet remotioni cauſę, & per hanc uiam remouebitur febris ſicut eſt in febribus de frigida cauſa, ut eſt feb. melancholiæ & phlegmatis. Et ſi feb. fortior cauſa fuerit. tunc opponat ſe febri, ſaluo ut cauſæ non obliuiſcatur, & poſſibile erit ut cogantur ambo conſiderare ęqualiter. Et nos uolumus in primis narrare febres quæ non habent accidentia reſiſtentia eorum medicationi, & poſtea narrabimus illas quæ habent accidentiã contraria, eo quòd tractatus reſiſtentiæ accidentium eſt alius à medicatione ęgritudinum, & etiam alius à medicatione accidentium. Quod eſt, quia eorum medicatio eſt per remotionem cauſarum ſicut in ęgritudinibus. Sed reſiſtere accidentibus fit cum rebus quę cito ea remouent, & ſubito per contrarium: quamuis ut aliquando augmentant accidentium caſus ſicut opiũ in ſummis doloribus. Dicimus quod frigiditas, & humiditas in omnibus febribus ingreſſum habent per modum medicinę & cibi, & hoc in rebus aſſumptis in corpus, & hoc fit per primas ipſarum virtutes ſolum, & aliquando fit vt aerem infrigidemus, & aliquando vt ipſum calefaciamus, & aliquando ægrum remoueamus de uno climate ad aliud, ſicut fit in peripleumonico cui præſtamus vt uadat in ęthiopiam uel ad arabiã. Sed euacuationis in febribus per phlebotomiam vel pharmaciam ſiũt per uirtutes ſecundas aut tertias; aut per proprietates, & aliquando ſiunt per balnea aut fricationes. Sed euacuationes per exercitium in febribus non fiunt, & eſt conſiderandum in quo ſit vnumquodque iſtorum faciendum, aut plus vno, & in quo tempore, eo quod tempus eſt una ex rebus valde neceſſarijs in hac arte. & propterea dixit Hipp. quod tempus ſit acutum; hoc eſt quod tempus medici nę latitudinem paucam habet. Et dicimus quod phlebotomia fieri nõ debet, niſi ſigna multi ſanguinis apparebunt: ſed melius eſt vt fiat quando non eſt malicia niſi quantitatiua ſicut ſuperius dictum

dictum est, Et tempus faciendi sequitur fortitudo, quia secundum plurimum fortitudo virtutis plus est in principijs ęgritudinum: propter hoc ordinauerunt quidā fieri phlebotomiam in principijs ęgritudinum, & multi sunt ęgrorum qui phlebotomiā patiuntur usque ad ultra septimum diem. Et ad remouendum illorum errorem dici Gal. quod debilitatem virtutis aut fortitudinem non sequitur numerus dierum. Et quātitas phlebotomationis recipitur à fortitudine ęgritudinis, & à cōplexione & ab ætate, & tēpore anni, consuetudine, dięta & conditionibus alijs. Sed bonitas uirtutis & eius malitia sequitur malitiam complexionis & eius bonitatem, & propter hoc ponitur à medico in uno genere. Sed euacuatio quæ fit aperiendo oppilationes fit incidendo humores, & subtilitando ipsos, & digerēdo ipsos, & rectificando illud quod potest rectificationem accipere, & expellendo illud quod nō potest rectificari, & hoc fit in omnibus febribus & maxime in illis quæ non sunt incensiuę, & etiam in omnibus horis seu temporibus ęgritudinis; eo quod materia putrida non rectificatur; nisi his duabus rebus scilicet expellendo illud quod rectificari non potest, & rectificando quod potest rectificari quemadmodum fit ab hominibus volentibus putrefactioni obuiare. Et necesse est regere naturam continue in prouocando vrinam. Sed quia maior pars harū medicinarum est calidæ & siccæ cōplexionis vt est semen apij & fęniculi & similium, & possibile est ut ex tali operatione febris augmentetur, & propter hoc necesse est ut frangantur earum uirtutes primę cum rebus frigidis ex natura sui adiuuantibus illam operationem, & talia sunt semina melonis, cucumeris, & horum similium; & sunt etiam ex medicinis harum operationum quæ sunt temperatæ uel paucę caliditatis: quas damus febricitantibus, sicut capillus ueneris & endiuia & similia. Et in summa intelligere debemus quòd quando operari uolumus medicinas calidas quòd frangere debemus earum virtutes, & in his prædictis medicinis inueniuntur duæ res .s. incisio & subtiliatio. Et scias ꝙ euacuatio per urinā est ex medicinis magis manifestis in febribus. Et hę medicinæ aliquando inducunt angustiam & inquietudinem & corruptionem stomachi & hæpatis, & proprie in fine febrium chronicarum, & propter hoc cōuenit vt eis admisceantur ea quę habent confortare membra principalia sicut bulliēdo in aqua prædictarum aliquid masticis, uel ut bibāt aquā illam cum zuccharo ro. & in his conuenit nobis magna exercere .s. in confortando, subtiliando, & incidendo. Et si materia huius febris fuerit humor frigidus & sic. oportet ut abstineat ab his .s. calidis & sic. eo ꝙ ista sicca non debes quartanariis exhibere. & si uis ei propinare debes hoc facere frangendo siccitatem earum cum radice liquiritiæ & zucharo viol. Sed quia zucharū viola. habet uirtutem relaxatiuam prohibere poteris cum passulis, quoniam optime existunt in hoc casu, & sunt necessariæ scilicet passulæ in remouendo siccitatem superfluam squinzibin scilicet syrupi acetosi: eo quod habet mordicare membra neruosa scilicet ysophagum seu merij & stomachum & cannam pulmonis, & aqua ciceris confert in maiori parte febrium. Et quamuis aqua hordei sit frigida & humida habet mūdificare uias à superfluitatibus, & abstergit & lauat vias absque inflāmatione, & est ex medicinis laudabilis valde in hoc casu. Et propter hoc squinzibin & aqua hordei laudata sūt in curis febriū. Sed aqua hordei interdū ori stomachi habet inducere nocumentum, & propter hoc indiget rectificatione .s. ponendo in rotulo dimidio aquę hordei characterem unum ex mastice .s. pondus quatuor granorum hordei, & hęc omnia indigent consideratione scilicet opponendo se periculosiori & fortiori secundum plus & minus. Medicinæ enim laudatæ in relaxatione naturæ sunt quę habent has secundas virtutes .s. relaxare & qualitati febrili obuiare, & tales sunt tamarindi & benefeg. i. uiolæ & tereniabin seu manna & medulla batheæ. Sed oportet ut vitemus dare myrabolanos ante digestionem propter stipticitatem ipsorum: sed alubleb .i. corrigiola optima est in principio febris, quamuis aliquam habeat caliditatem. Ordo autem medicinarum in mollificādo naturam est quam dicturus sum scilicet tereniabin primo. secundo benefeg. i. viol. tertio tamarindi; postea alubleb: post medulla cucumeris saraceni scilicet anguine, & postea charbasar. s. casfiafistula, deinde mirabo. & conueniens est omnibus febribus uti contrariis à tota specie putredinis febrilis. Sed quia hæ medicinæ pro maiori parte calidę existunt sicut sunt species, ideo in modica quantitate de ipsis ponere debemus, & frangere debemus earum virtutes primas. Sed medicinis quæ hanc exercent operationem absque calefactione uti debemus ut in hoc loco, sicut est uinum pomorū granatorum, & sandali albi & rubei, & tabazir. i. spodium. Sed in sandalis aliqua existit oppilatio, & cum rectificata fuerit medicina materia utilis existit. Sed medicinæ quę habent infrigidare & humectare sunt diuersæ uel uariæ uel multę secundum diuersitatem & multitudinem febriū in quantitate calidarum & paucitate earundem. Et ordo harum medicinarum est talis, quia primo danda est aqua hordei, & postea syrupus iulep, & est syrupus secundum quosdam factus ex aqua rosæ & zuccharo solum, sicut laudauerunt aliqui noui. Sed propter siccitatem aquæ rosatę ponendum est tātundem aquę simplicis, & plus & minus secundum ꝙ uidetur conuenire, & qui

magis

magis fortis existit est syrupus factus ex succis frigidis & humidis, sicut est succus cucurbitæ, & cucumeris saracenici, & citrulorum & melonū, & sunt exterius coloris citrini, & interius sunt cõtinui & albi, sed quod fortius existit est bibere succum prędictorum absque zucharo, & maxime succum anguinę.s.cucumeris saracenici, eo quòd contrariatur cholera à tota substantia sua. Sed tempus in quo de necessitate debemus purgare materiam peccantem cum medicina attractiua est hora in qua exuberat malicia humoris exeuntis in qualitate. & iam declarauimus superius. & hoc facere debemus forti existente uirtute, & tunc est certum quando signa digestionis apparēt, quoniam eo tempore collaudatur euacuatio facta à natura, eo ꝙ uirtus expulsiua non mouetur ad expellendum superfluitates per uiā naturalem nisi facta digestione, & in hac arte imitari debemus opera naturæ toto posse. Et scire debes ꝙ facta digestione fit descensio & expulsio absque aliquo impedimento grossitudinis uel uiscositatis uel oppilationis. Sed quando non apparet digestio, tunc dissensio inter medicos reperitur, eo ꝙ Gal. & maior pars medicorum dicunt ꝙ minime purgare debemus nisi materia sit digesta, nisi ægritudo fuerit in ultimo acuitatis. Et hoc intelligere possumus ex dictis Hipp. quoniam quando ægritudo est in ultimo acuitatis, tunc humores sunt in ultima furiositate, & non est securitas, quin descendant ad quædam membra principalia, & lædant ipsa nisi sint euacuati in principio ęgritudinis, eo quia humores qui acutissimi existunt sunt subtiles, & quia ibi non est grossicies nec viscositas quæ prohibeat operationem medicinæ laxatiuę. Et non potest inde prouenire nisi unum solum nocumentum. Quod est, quia medicinæ laxatiuæ suis qualitatibus primis augmentant febrem, & illud potest remoueri miscendo cum eis frigida & humida secundum ꝙ conuenit. Sed quando ægritudo non est peracuta valde, sed est quieta, tunc expectanda est digestio. Et scire debes ꝙ ægritudines quæ acutæ sunt in terris Hipp. in terris nostris peracutæ sunt, & hoc manifestatur, quia Hippocra. non curabat ægritudines acutas nisi cum aqua hordei & melicrate. & postquam ita est, ægritudines acutæ nostrę regionis & aliarum calidarum terrarum mēdicandæ sunt cum medicinis attractiuis, uel laxatiuis in principio ægritudinis. Et in ægitudinibus peracutis pro maiori parte hnmores corrumpuntur circa orificium stomachi. & propter hoc quando apparet abundantia sanguinis, licet non sit superflua euacuare debemus, quoniam inde magnum prouenit iuuamentum, & incontinenti quiescit valitudo ægritudinis, nisi sit quod prohibeat ex rebus supradictis. Sed quando ægritudines non sunt acutę, sed sunt ex humoribus mucillaginosis & uiscosis & indigestis ipsas euacuare & purgare debemus post subtiliationem & incisionē, & hæc est digestio eorum, alioquin non oportet cum medicina purgari. Sed ægritudines quæ nō sunt acutæ & sunt ex humoribus subtilibus, sicut est uera tertiana quę non transit ultra septem periodos. dicit Auicen. ꝙ expectare debemus digestionem, eo ꝙ digestio humoris subtilis est eius ingrossatio, & grossi est eius subtiliatio, & sicut difficile est uirtuti expulsiuæ expellere humores grossos propter sui grossiciem, sic difficile est uirtuti expulsiuæ expellere subtilem, quia disrumpitur & dispergitur propter sui subtilitatem. quare difficile existit naturę expellere humores grossos, eo ꝙ oppilant meatus & transitus, & subtiles, quia disrumpuntur & spargun-tur & imbibuntur, tamen medicinæ laxatiuæ citius expellūt & facilius humores subtiles quàm grossos. Et propterea quidam medici dixerunt ꝙ nunquam dederunt aliquam medicinam laxatiuam ad purgandum aliquem humorem quin cholera prius purgaretur propter sui leuitatem & subtilitatem, & adhuc magis ꝙ quando dantur medicinæ laxatiuę quę trahere & purgare debent melancholiam, aut phlegma grossum & uiscosum à proprietate & sui natura prius illæ eædem trahunt choleram & expellunt. Et hoc idē manifestat intellectus ꝙ subtiles humores habiliores sunt ad purgandum & expellendum grossis, quamuis hoc non fit ex opere naturæ, quoniā si sic faceret natura, illud quod prius exiret in ægritudinibus acutis esset cholera, eo ꝙ tales ægritudines pro maiori parte fiunt ex humoribus subtilibus, & quanto sunt subtiliores tanto difficilius à natura expelluntur. Et propter hoc dicimus ꝙ minime tradere debemus in peracutis exhibere purgationes, neque expectare ad perfectam digestionem; quia non est tutum quin mala qualitas prædominetur naturæ, & tunc erit mala digestio expectanda cum diffiducia liberationis. Et postquam ita est ꝙ purgare debes nō facias illud nisi primo frangas suam caliditatem & siccitatem. Sed in febribus phlegmaticis & melancholicis Rasis in principio earum purgabat, & hæc erat eius opinio omnino.s.purgare in principio febris. tamen Gal. dicit contrariū manifeste.s. ꝙ minime debemus in principio febrium melancholicarum. & illud idem dicit in epistola ad Glauconem. Et illud est quia finis harum ægritudinum est securus, nec expectatur digestio mala, sed phlegmatica est malæ determinationis. & propter hoc necessarium existit ut infirmus euacuetur præter quàm expectetur digestio perfecta, & propter hoc medicus prius incipere debet à medicinis subtiliatiuis & incisiuis per hebdomadam unam, quia non timemus calorem huius febris cum sit debilis ut magnum inferat nocumentum. & cum hoc fecerit tūc medicus

dicus purgare incipere debet. Et demonſtratio huius eſt illud quod uides fieri in apoplexia; & etiam in ſimilibus ęgritudinibus timoroſis frigidis: quia incipimus in talibus ab euacuatione ponendo in medicinis laxatiuis inciſiua & ſubtiliatiua. Et mihi uidetur impoſſibile recipiendo ſyrupum ſquinzibin per hebdomadam unam factum ex decoctione radicum lilij cęleſtis, & ſeminis apij, & liquiritiæ quin præparet humores, & digerat, & leuiorem faciat exitum à corpore, & quamuis totus humor non euacuetur à corpore: tamen natura inde alleuiationem ſuſcipiet omnino. Et inde redire debes ad incidendum & ſubtiliandum per aliam behdomadam, quemadmodum diximus, & poſtea purgare, quia taliter operando humores habiles reperiũtur ad expellendum. Et ſimile hoc eſt homini ferenti graue pondus: quoniam quãdo ferre non poteſt ipsũ, & diuidit ipſum in partes facilius tolerat ipſas, & poſtquam natura fuerit alleuiata: tunc digeſtio laudabilis apparebit, & rectificabitur domino cõcedente. Et hoc melius exiſtit valde quàm infirmum dimittere ægritudini & naturæ .ſ. ſi uidebis naturam ęgritudini pręualere: tunc dięta & regimen infirmo iubebis, & hoc in arte minime collaudatur: quoniam niſi naturæ violentiã feceris vel adiuuando ipſam nihil boni ei feceris, niſi quod uerba ei dederis retinendo ipſum. Et iſtud idem regimen facere poteris in febribus melancholicis, & ſic facimus hominibus ſanis quando uolumus ipſos purgare. ſ. quia ipſis digeſtiuum propinamus primo ad ſubtiliãdum humores & uias aperiendo: ſic & in ægritudinibus oportet facere, tamen in ęgritudinibus maior diligentia eſt adhibenda, eo ꝙ earum humores difficilius recipiunt digeſtionem. Et hoc manifeſtatur in opere Gal. in labore ſpontaneo febri propinquo, quoniam ipſe purgabat omnes humores facientes hunc laborem pręter humores viſcoſos mucillaginoſos: eo quòd omnes cõcordare uidentur quod tales non ſunt purgãdi. Gal. autem uidetur ꝙ euacuare debemus habentes hanc febrem per fricationem ſolum. Ego autem affirmo quod climata in hoc multum ſunt conſideranda: propter hoc non eſt danda regula generalis, quoniam mihi uidetur ꝙ etiam humores uiſcoſi & mucillaginoſi purgari poſſunt in his noſtris regionibus: facta tamen inciſione & ſubtiliatione per longum tempus, & tunc tẽpus digeſtionis abbreuiabis, & natura inde alleuiabitur, & ex tunc uidebis digeſtionem laudabilem. Et te oportet has res multotiens experiri, quia experientia in his rebus non modicã uirtutem habere uidetur. quod ſcripſimus de hoc in hoc loco ſufficiat.

Quod eſt de cibatione & fricatione & balneatione febricitantium. Cap. XIIII.

DIco ꝙ cibus dari non deberet febricitantibus uſque ad ſtatum ęgritudinis. & hoc ut natura tempus habeat digerendi humores facientes ægritudinem & ipſos expellendi, ſed quia uirtus non eſt ſufficiens omnibus, te oportet conſiderare ægritudines, quoniam ſi fuerit ex ægritudinibus peracutis, cuius ſtatus eſt propinquus & criſis debet eſſe in ſeptimo, & natura fortis exiſtit, tunc illud facere debes; & ſi uirtus debilis fuerit nullatenus facere debes. Sed ſi uirtus mediocris fuerit, & ætas fuerit iuuentutis cibabis ipſum aqua hordei, & mica panis lota etiam cum aqua calida ad quantitatem vnc. ij. uel. ij. ponderis. & iſtud eſt ſubtilius regimen in noſtro climate ſecundum conſuetudinem noſtram. Sed regimen antiquum ſubtilius erat nihil dare per hebdomadam unam, & quando uolebant ingroſſare dabant aquam mellis ſolum. Sed hoc fere nõ poſſunt illi qui ſunt noſtri climatis propter complexionem aeris & conſuetudinem. Sed in climate illorum corpora habent minorem reſolutionem, & cum hoc bibunt uinũ non in multa quãtitate & comedunt carnes porcinas, quæ duo sũt plurimi nutrimenti. Et generaliter conſideranda eſt conſuetudo, quoniam qui conſueti ſunt cõmedere ter in die non poſſunt prædicta ſuſtinere, & maxime habentes complexiones calidas & reſolubiles. Et ſi cognoueris ſtatum ægritudinis eſſe longum, & uirtus infirmi fuerit debilis cibãdus eſt plus quàm diximus in principio, & cum ſtatus appropinquabit minuendus erit, & totum hoc eſt intelligendum forti exiſtente uirtute, & fortitudo uirtutis exiſtit in complexione forti. Sed qui habent complexiones calidas & ſiccas pauci ex his famem poſſunt ſuſtinere, & maxime in ægritudinibus ſibi conſimilibus & in temporibus calidis: eo ꝙ quando talibus pati famen fecerimus, febres eorum ad incenſiuas declinare faciemus: quamuis debiles exiſtãt in radice: uel ad hæcticam: quia in complexionibus conſimilibus multiplicantur qualitates malę ſui natura, & magis quando eis facimus ſuſtinere famem, multiplicantur & aduruntur humores. Et hora cibandi eos eſt in declinatione paroxiſmi primi, & ante principium ſecundi ut natura habeat ſpacium digerendi humorem in tempore paroxiſmi, & hoc melius exiſtit. ſ. confortare uirtutem ne ei accidat accidens periculoſum, cui neceſſarium ſit cibum propinare ut in ſyncopi ex reſolutione. Sed ſi timuerimus aliquod ex his cibabimus eos in principio paroxiſmorum, quoniam inde eos à ſyncopi taliter liberabimus quemadmodum recitat Gal. de puero qui præcepto medicorum ſuſtinuerat famem tribus diebus. Et aliquando conamur cibare ipſos in medio paroxiſmorum. In

febribus

febribus autem continuis horam cibandi eligere debemus in qua maioris existunt quietis:con siderando tamen consuetudinem. Et ex horis di ei meliores sunt frigidæ .s.mane & sero. Et scias quòd balneum in declinatione febrium collaudatur,quoniam superfluitates euacuat subtiles. In principijs vero minime, quia rigores habet prouocare, & dissoluit humores & multiplicat oppilationes, & spargit superfluitates per corpus totum, & non est tutũ quin inde proueniat apostema in aliquo principali membro,& quam uis humores euacuet, multiplicat tamen caliditatem & siccitatem febrilem, siue fuerit ex aqua calida factum, siue ex aere calido. Et necesse est ut corpora talium non tangantur aqua frigida, quoniã humores efficit crudos,& propter hoc balneum fieri non debet nisi post factam declinationem,& in febribus quæ non sunt acutæ. Vina quoque aromatica & leuia quæ modicã aquã sustinere possunt phegmaticę & melãcholicæ exhibere possumus, sed in incensiuis à uino omnino elongare debemus. Gal.quoque curabat febres quæ erant ex humoribus mucilaginosis cũ fricatione, & hoc indiget consideratione, quoniam non est tutum quin humores spargantur ex firicatione per totum corpus. Et ipsemet præcipit in libro de conseruatione sanitatis quod ille qui habet laxitudinẽ & corpus eius fuerit plectoricum uel plenum humoribus mucillaginosis ut minime moueatur uel exerciterur, neque balneum intret,neque faciat fricationem & simi lia,eo quòd fricatio non euacuat ex humoribus nisi qui sunt subcutanei & inter musculos.qui autem sunt in uenis nullatenus euacuari possunt nisi cum medicis laxatiuis. Et etiam uides quòd si sanus faceret fricationem præceptam ab ipso in laxitudine scilicet ita magna, de necessitate cutis apostemaretur, eo ꝙ fricatio hæc in ultimo grauitatis existit,& illis maxime qui hanc patiũtur ęgritudinem cum in laxitudine semper uideantur esse. Iam ergo sufficienter scripsimus sicut nobis uidetur generaliter curas febrium putridarum.nũc autem redibimus ad curam uniuscuiusque particula riter.

Quod est de cura febrium cholericarum, & primo de cura tertianæ. Cap. XV.

HAec febris si fuerit pura tertiana erit secura absque periculo. Et scimus certissime quòd natura habebit dominium super hũc humorem, & propter hoc nõ debemus eum mouere cum medicinis attractiuis sicut est scamonea, eo quòd rectificando eam quantum plus possumus semper membris principalibus habet inducere nocumentum, & propter hoc uirtutem debilitat. & auget etiam caliditatem febrilem & siccitatem suam,& si aliud non induceret nocumentum nisi conamen surgendi & decumbendi modicum nõ inueniretur,quia complexio inde supercalefit & debilitatur. Sed apparẽte signo digestionis non est malum dare aliquam medicinam attractiuam in hunc modum scilicet quia primo dare debes ea quæ primo habent lenire materiam & humectare sicut syrupum uiol. & tamarindi, & ad reperimẽdũ nocumentum stomachi adde aliquid ex mastice,& reubarbarum in hoc loco optimum existit, quoniam reprimendo nocumentum prædictarum laxat. Et quantitas quam dare debes ex reubarbaro est à duabus drag. usque ad tres miscendo ei syrupum iulep & squinzibin.an. unc.j.cum.v.partibus aquæ frigidę,& infra diem potabis cum aqua hordei, & hoc faciendum est omni die nisi natura moueretur bis in die ad assellam,sicut conuenit,& si natura moueretur ex hac medicina ultra quantitatem minue secundũ portionem ex ea. Et sumus contenti in hac febre ex infrigidatione & humectatione cũ aqua hordei & syrupo iulep. eo quòd hęc febris non existit intensę caliditatis cum sit ex cholera naturali. Et sumus contenti oppilationes ipsius remouere cum aqua ordei & squinzibin solum cum modica in ea reperiatur oppilatio & forsitam nihil. Et facta digestione si sufficit dare myrabola nos citrinos bene quidem, sin autẽ propina infirmo ex scamonea charateres, ij. cum tantundem masticis,& cũ.unc.j.syrupi de nenufare, &.un.5 syrupi malorum. Syrupus de nenufare,quia frãgit qualitates ipsius scamoneę primas scilicet, eius caliditatem & siccitatem, & cum hoc confortat aromaticitate sua membra principalia. Et syrupus pomorum,eo quia frangit eius siccitatem, & remouet nocumentum principalium membrorum ab ipsa,& mastix quia confortat & remouet nocumeutum principalium membrorum.& medici iam ipsis usi fuerunt ad occultandam malitiam scamoneæ. Et si timebis debilitatem infirmi cibabis ipsum mica panis lota, & iã testificauit Hip.quòd nisi fuerit ex errore quod hęc fe.non transit.14.diem etiam si fortissima fuerit. Sed si hęc feb. non fuerit ex pura cholera, sed erit ex uitellina, uel prassina, uel æruginosa non euadit hic absque periculo magno,& maxime quando fuerit ex prasfina uel æruginosa, & mihi uidetur impossibile quòd aliquis ab ęruginosa euadere posset. Et hę febres longos habent paroxismos & pessima accidentia, & propter hoc indigẽt purgatione cum medicina attractiua quam suprascripsimus,prius ablata caliditate,& sicci.ipsius. Et non est malum ut misceas ipsi medicinę aliquid de polypodio quod arabicę dicitur belbeg, eo quòd purgat choleram adustam, et grossam & melancholiã, postquam fregeris siccitatem eius cum oleo amygdalarũ dulcium, & aperire oppilationes in hac febre proprium existit nisi fuerit excedentis caliditatis, quod

quod si fuerit, tunc intendere debes solum ad infrigidandum & humectandum.

Quod est de cura causonidis. Cap. XVI.

HAec febris est intensi caloris & prauorum accidentium, & dicitur incēsiua, & impossibile est ꝙ hoc ex cholera naturali generetur. Et in ista conueniens existit purgare cum medicina attractiua à principio ipsius, & minuere ex sanguine si signa sanguinis apparebunt dādo ei omni die .x. aureos tamarindorū infusorum in aqua simplici absque syrupo & aliqua alia re dulci, & post dabis ei bibere aquam hordei, & postea per totum diem potabis cum aqua angurię, & hoc regimē proprium existit omnibus febribus quæ sunt in ultima caliditate. & non dimittas aquam anguriæ & aquam super niuem infrigidatā: quoniam si conuerteris hanc febrem in lentam & chronicam melius longe existit quàm ut ęger moriatur. Et hoc etiam dixit Abumeron Auenzoar de quodā puero quem ipse medicauit: cui dabat omni die aquā angurię, & quottidiē choleram uomebat, & tamen taliter fuit operatus donec illa febris conuersa fuit ad chronicā, & inde liberatus fuit. Et mihi uidetur ꝙ aqua angurię lōgę melior existit quàm aqua in niue infrigidata in hoc casu: eo ꝙ aqua in niue infrigidata: quamuis sit in ultima frigiditate, uelociter tamē recipit caliditatē & adhuc magis: quia aqua cū sit simplex nihil restaurat neque præstat corpori nisi frigidam qualitatem solum: sed aqua angurię restaurat & addit in sanguinem faciendo frigidam substantiam & qualitatem. Sed quādo febres erunt lentę & longi erunt paroxismi, & certus eris quòd non ex cholera pura erunt: sed erit ex uitellina quæ naturali frigidior existit: tunc studere debes plus in aperiendo oppilationes quàm in infrigidando contrarium eius quod fieri debet illa quę fuerit ex cholera pura: quamuis raro tales inueniantur. Et laudabiles medicinę in hac parte sunt quę habent uirtutem aperitiuam absque forti caliditate sicut capillus uene. & radix apij, & semen fęniculi frangendo siccitatem eorum cum radice liquiricię, & caliditatem cū uiolis, & flore nenufaris, & seminibus cōibus. Et studeas ponere in medicinis res quæ habent membra principalia confortare, sicut est mastix & spica nardi componendo ista, cum syrupo squinzibin. Et esto studiosus ponere in medicinis solutiuis quæ habent cholerā euacuare cū quantitate phlegmatis sicut est semen brulei. i. semen chartami, frangendo tamen caliditatem & siccitatem eorum. Et hæc est cura omniū febrium choleric arum.

Quod est de cura febris phlegmaticæ. Cap. XVII.

HAec febris cū fuerit ex phlegmate simplici, & naturali, & de hoc fueris certus: tūc studiosus esse debes in incidendo humores, & in subtiliando & oppilationes aperiendo plusquam infrigidando & humectando, & sufficit tibi in hac intentione squinzibin cum iure cicerum occultando siccitatem eorum cum radice liquiritiæ. Et adde huic compōni aliquid ex spica & mastice quoniam in hac febre stomachus debilis reperitur, & conuenientior operatio in principio huius febris est lenire naturam cum semine chartami & semine urticarum fracta siccitate eorum prius cum tereniabin. Et seruato hoc regimine per hebdomadam unam propinabis ei medicinam laxatiuam quę habeat illum humorem euacuare. & melior illarum medicinarum est turbith. quia à proprietate habet trahere & expellere humiditatem quæ in ore stomachi est, & agaricus etiam cum eo: quia eradicat humorē grossum & aperit oppilationes, & si addideris aliud ex hierapigra non est malum confidendo magis in agarico & turbith, & aliquando occultando & frangendo siccitatem eorum cum oleo amigdalarū dulcium. Colloquintidam autem in tuis medicinis euitabis ponere quantum plus poteris. Et si apparuerit tibi ꝙ humor sit tantæ duriciei ꝙ non possit euacuari absque ea, adde ex ea aliquid in prædicta compositione occultando malitiam eius cum chachina, & credo ꝙ sit dragantum & cum amigdalis. Et dosis eius est media pars aurei. & tales purgandi sunt bis quoniam in una vice non possunt purgari propter grossiciem humoris, & hoc non facias nisi uirtus fuerit fortis consideratis alijs conditionibus supradictis. medicina uero facta ex turbith in principio huius febris non est mala. Cibus uero in principio huius febris sit pulla parua secure, eo ꝙ status eius non est minor trium septimanarū, & est possibile ut ipsa duret usque ad .xl. dies & ultra. Rasis autem dicit quòd transacta septimana quarta nō est malum infirmo exhibere trocisc os de rosis completos cum aqua cicerum, eo ꝙ hanc febrem ptientes in fine leuiter deueniunt ad debilitatem stomachi & hepatis, & cadūt de facili in hydropisim. Et ego meo tempore uidi quosdam habentes febres chronicas quibus medici nostri propinabant eis syrupum squinzibin solum, & ceciderunt in hydropisim, & mortui sūt. Et quod dico de trociscis de rosis in hoc loco nō dico nisi cā exēpli & similitudinis, tamē tu debes dare ex similibus medicinis secundum plus & minus prout tibi melius uidebitur conuenire; etiam ꝙ simile huic intentioni reperitur est zucharum rosatum præterquam frigiditatis magis uidetur pertinere quàm trocisci dicti.

Et

Et si uidebitur tibi conueniens miscere cum iure cicerum syrupum squinzibin facit illud, & si inflatio in pedibus aut in palpebris apparebit tibi, caueas à syrupo squinzibin, quoniam habet perducere ad hydropisim quemadmodum diximus. In febribus uero phlegmaticis non recipientibus digestionem, quorum facies & uenter tumescunt, & colores eorum plumbei uidebuntur, Galenus uidetur quòd tales sunt euacuandi per fricationem donec vigilant diuidendo tempus eorum ita quòd dimidium tẽpus eorum sit fricando, & dimidium sit dormiendo. Et dabimus ei bibere aquam mellis cum hyssopo & liquiritia. Sed Galenus potabat eos aqua hordei: sed eam ego non laudo in hoc casu, eo quia nocet stomacho, & facit horripilationem, nisi cum ea fuerit parum mastiicis, & piperis, & radicum fœniculi, & non debemus eos diu dimittere absque cibo. quia inde recipiunt nocumentum, quamuis leuiter pati famen possint. quoniam quando iste humor mucillaginosus multiplicatur in corpore, talis humor cum difficultate maxima potest ad sanguinem conuerti, & propter hoc uirtutes eorum debilitantur donec ad syncopim habent prouenire. & ideo eis dare debemus micam panis lotam cum aqua mellis, uel cum uino aromatico. Et hic est modus fricationis qui pręceptus est à Galeno in hoc casu scilicet quòd habere debes gausapia aliquantulum grossa & uetusta, & in primis incipere debes à superiori crurium descendendo inferius ad pedes, & postea frica genua, & postea superiora coxarum descendendo ad genua. Et postea incipiens fricationem ab humeris uel spatulis descendendo per brachia ad manus, deinde fricabis dorsum incipiendo à summitate eius ueniendo usque ad pedes, & sic fiat per totum diem. Et si infirmus senserit laxitudinem inunge cum oleo non habente stipticitatem. sicut est oleum camomellinum & anhetinum, quoniam est bonum. Et dicit Galenus quòd postea abstergere debes oleum, eo quòd angustiã præstat, & hoc est quod Galenus uidetur dicere de huius ægritudinis regimine. Et quia in hac febre accidens syncopis consueuit peruenire. ideo memoratus ero eius curam ubi tractabo de curis accidentium obmittendo eorum causas.

Quod est de cura Febris quartanæ. Cap. XVIII.

Illud autem quo plus indigemus in hac febre est aperire, incidere, & subtiliare, & modicum in ipsa indigemus fricatione, infrigidatione, & humectatione, quasi nihil, & cura huius febris quasi contraria existit curæ causonidis eo quòd in causonibus attendimus ad febrem solum, & in hac causæ. Et propter hoc eligere debemus medicinas incisiuas, subtiliatiuas. & spleni appropriatas sicut radix capparis, & scolopendria, & tamariscus eo quòd istud membrum potens est ferre medicinas fortes & aperitiuas absque nocumento. Et potes conficere has medicinas cum syrupo squinzibin facto ex vua passa. Et oportet in principio te euacuare materiam cum belbeg, idest polypodio extracta uirtute eius in iure galli veteris, & oleo amygdal. & si uis digestionem expectare in hac febre potes facere propter ipsius modicum periculum quod ferre potest. Et si uis purgare ante perfectam digestionem poteris facere facta incisione cum syrupo prędicto per duas septimanas uel tres. Et medicinæ quę habent trahere hunc humorem, & purgare sunt iam manifestæ & etiam habent gradus, & quæ in primo gradu reperiuntur sunt myrabola. indi & emblici & postea poliypodium, & tales sunt qui dimittunt myrabolanos propter eorum stipticitatem, & post polypodium est epithimum. Et operatio istius fortior est operatione polypodij & maiorem corpori infert angustiam, & hac de causa indiget occultatione illarum duarum rerum scilicet remittendo ipsius qualitates primas, & eius remittendo malitiam, & propter hoc non est malum miscere istæ medicinæ medicinarum quæ faciat ipsam uelociter festinare sicut ponendo cum prædicta medicina Karacta duo scamoneæ uel tria cum tertia parte vnius aurei de maiorana, & hoc non facimus causa expellendi ipsum humorem, sed propter debilitatem & tarditatem ipsarum medicinarum ordinamus dictam additionem vt recipiat inde principium expellendi, post epithimum est lapis lazuli. Sed ab elleboro nigro cauere debes toto posse, completa autem digestione huius febris à Galen. theriaca collaudatur, & ante digestionem recepta posset ipsam ad causonidem conuertere. Sed si tempus fuerit frigidum, & ætas senectutis existeret diatrion pipereon facta digestione mirabiliter confert, & maxime in frigidis regionibus. Et indiges in hac febre circa splenem studere, scilicet emplastrando ipsum cum rebus remouentibus ipsius tumorem, & eius duriciem resoluentibus quemadmodum in cholericis solliciti esse debemus circa hępar, & in phlegmaticis in orificio stomachi, quoniam membrum istud in quo maxime talis humor putrefit, & ardet sicut ignis in hac febre melancholica est splen, & in cholericis est hæpar, & maxime continuas ex cholera patientes, & in phlegmaticis circa stomachum existit, quare in istis tribus generibus febrium conueniens est dicta membra confortare & humorẽ digerere & rectifica-

re. Et si cognoueris in prædictis sanguinem exuberare in principio eos minuere debes. In phlegmatica uero mihi uidetur quòd cum timore magno phlobotomia sit facienda. quia in ea multa quantitatis humorum crudorum reperitur. In febre autem acuta quæ dicitur muthabecca, & in latino synocha uocatur, scire debes quòd quando putredo præualuerit, tunc purgatio existit melior phlobotomia, & si quantitas sanguinis plus ipsa putredine reperitur, tunc melius est phlobotomare quàm purgare. Et sic iam finitus est tractatus omnium febrium putridarum generaliter & specialiter. Et postquam curas simplicium cognoueris perfecte ex ipsis scire debes leuiter curas compositarum uelut hemitriteorum & suarum similium.

Quod est de cura hæctice. Cap. XVIIII.

NVnc autem mihi remanet de hæctica determinare. Hæc febris cum sit mala complexione sine materia calida & sicca, ideo intentio curationis una existit scilicet infrigidare & humectare, & plus indigemus in hac humectatione quàm infrigidatione, quare infrigidare debes & humectare cum omnibus rebus quibus potes. Et hoc dupliciter fieri potest, uno modo cum rebus intrinsecis, & alio cum extrinsecis, sicut cum balneo unctionibus & emplastris. Hęc quidem febris tres gradus habere uidetur qui uariantur secundum plus & minus, quorum quidem primus leuiter curari potest, secundus difficilis existit, tertius uero minime curari potest. Et cura quidem primi gradus & secundi eadem existit, nisi quia diuersificatur secundum plus & minus. Cibus autem qui maxime conuenit in hac ægritudine est lac, & melius ex eo est lac mulieris, & post ipsum est lac asinæ, & post illud est lac capræ, & est necesse ea à quibus recipitur lac nutrire cibis optimis secundum suam naturam & facientibus digestionem laudabilem, & ipsum in ieiunio dare debemus in ea quantitate qua digeri possit. & conuenit tibi studere ut bene digerat, eo quòd lac in stomacho de facili caseari consueuit, quare incipere debes à modico dando ei primo. unc. j. & sic addendo donec deuenias ad dimidium rotulum. Aqua quidem hordei eis magnam habent necessitatem, quamuis corpora eorum maiori indigent nutrimento cæteris corporibus, ideo quia uirtus eorum nutritiua debilis existit, conueniens est studium adhibere in præbendo eis cibaria digestibilia & boni chimi. Quare de carnibus laudabiliores quæ eis existunt sunt pullę gallinarum quæ nutritæ sunt ex frumento. Et uitellum oui similiter eis est optimum nutrimẽtum, capones nutriti ex amygdalis & frumento eis collaudantur optime. Et si in corporibus eorum calor fortis reperitur non est malum eis propinare aliquid ex oleribus aliquibus frigidis, & quæ ex eis magis laudabiliores existunt sunt lactucæ, quia somnum prouocant, & ipsi indigent ipso plus cæteris hominibus, & quia uirtutes eorum sunt debiles ideo cibaria eorum debemus diuidere in uicibus pluribus sicut in sequenti dicturi sumus. Sed in balneando eos debemus magnam habere considerationem, eo quòd isti non uidentur habere necessitatem calefaciendi, resoluendi, nec euacuandi, quid enim proficies ex infrigidatione accidentali acquisita ex balneo, cum humores inde euacuentur, & hoc non confert nisi mala complexione materiali. Et postquam ita est mihi uidetur quòd ipsi non indigeant aliquo ex aere balnei, & quamuis aqua calida habeat humectare, cum hæc tamen facit resolutionem. Sed balneum aquę frigidæ mihi uidetur esse melius si possit ipsum conuenienter sustinere. Et scias quòd Galenus manifeste dicit quòd ipsi non indigent balneo nisi causa præparationis suorum corporum ut aquam frigidam ualeant sustinere cum aqua balneari debent in fine balnei. Et balneum secundum ipsum taliter debet præparari scilicet quòd infirmum ferre debemus cum lecto suo ibi, & cum fuerit in camera prima ipsius balnei extendere debemus plumarium paruum & cum superponere ibi debemus, & si illa prima camera tepida esse reperitur ibi eum à pannis expoliare debes, & ordinare debes quòd à quatuor hominibus capiendo à quatuor angulis plumarii feratur ád cameram secundam, & ibi ipsum reponant nudum. Sed temperantia camerarum balnei una alteri comparari debet scilicet quòd eadem proportio esse debet secundæ ad tertiam quæ primæ ad secundam, & cum fuerit in camera secũda inungi debet oleo tepido, & postea ponendus est in camera tertia, & ibi ponendus est in balneo uel tina aut pila, quod idem est. Et in unaquaque camerarum tantum morari debet quantum ipse infirmus posset incedere suauiter ab uno capite earum ad aliud. Et ex tunc ipse infirmus debet poni in balneo uel tina seu pila aquę tepidæ plena, & illic morari debet temperate, & postea balneandus est aqua frigida, & istud est regimen quod aperuit Galenus in hoc casu de balneo. Sed Rasis sentire uidetur quòd tales infirmi non indigeant nisi balneatione aquæ tepidæ. Sed quia imposibile est ut tales quando expoliantur ut eis non eueniant horripilationes, & specialiter in exitu ab aqua calida, ideo necesse est ut tina uel balneum eorum sit in camera temperata quæ non excedat in caliditate uel frigiditate, & aqua similiter temperata esse debet, & sic uidetur ei ut inde

aliquod

aliquod iuuamentum recipere debeant. Sed iuuamentū appositionis focis picis est eo quod uirtus istorum attractiua debilis esse reperitur, & propter hoc ponendi sunt primo in aquam calidam, eo quod in illa principium attractionis esse reperitur, & in eadem tantum morari debent quousque membra eorum undique tumescere uideantur. & pori per totum aperiantur, & deinde pix est apponenda. & hęc omnia recitat Galen. vbi loquitur de cura malitię complexionis calidæ & siccæ stomachi. Abumeron Auenzoar autem uelle uidetur quòd nos eos in tina aquæ tepidæ solum ponere debemus absque intratione stuphę, & in exitu tinæ propinandum est eis lac, & cum digestum fuerit iterum ponendi sunt in tina, & postea dabis eis aquam hordei, & facta digestione ipsius dabis eis micam panis lotam cum rebus prę dictis. Sed ex rebus quæ exterius fiunt sunt balneum, & balneatio secundum quòd diximus, & etiam aer, quòd si fuerit calidus, debemus eum infrigidare abstergendo domum, & substernendo in ipsa folia frigida, sicut sunt rosæ, & folia salicis, & flores nenufaris, & folia uitis cum suis floribus, studendo uel ingeniando, ut aqua frigida à superioribus ad inferiora descendat. Et ut domus septentrionalis existat. Et quòd illę fenestræ sint apertæ vnde sol minime possit penetrare, & illæ claudantur unde po test intrare. Et quando aer fuerit frigidus non indigebunt prædictis, nisi ut ipsum trahant sicut est, & maxime quando principium malæ complexionis fuerit à stomacho uel à pectore uel ab inteſtino ieiuno uel à renibus, & ab istis ipsa mala cōplexio deinde deriuatur, & possibile est ēt ꝙ illa mala cōplexio, incipiat à corde, & inde ad prædicta & ad totum corpus deriuetur. Quare studere debes ad sciendum unde habeat prouenire febris ipsa, & cum scieris membrū à quo primo procedit hæc mala qualitas febrilis studeas ipsum infrigidare & humectare absque trahendo ipsum à sua naturali complexione & specialiter si membrum fuerit maximi iuuamenti. Et emplastra conuenientia his membris sunt emplastra facta cum rosis & sandalis & herbis frigidis aromaticis, uel cum cera sicut dicit Galenus. Et cum infrigidare volueris principalia addas aromatica & stiptica. Et istud est regimen hæcticæ cum fuerit in ultimo, sed quando fuerit in principio cum leuioribus curari poterit.

Quod est de syncopi & suis particulis, & omnibus accidentibus impedientibus curationem febris. Cap. XX.

ET postquam locuti sumus de febribus absque accidentibus prohibentibus curationes earum nunc tractare uolumus de febribus secum habentibus accidentia. Dicamus ergo quòd ista accidentia generaliter proueniunt ex omni re dissoluente uirtutem, & hæc resolutio syn copis nominatur, & prouenit necessario à mala complexione cordis calida uel frigida. Complexio autem mala calida aut prouenit ex rebus extrinsecis, sicut ex aere calido, ut sæpe con tingit diu moranti in balneo calido, aut ex rebus intrinsecis sicut ex mala complexione totius calida corporis ut contingit in causone. Frigida uero contingit aut ex rebus extrinsecis, sicut accidit ambulantibus per loca frigidissima, aut ex complexione frigida membrorum intrinseca plurimi iuuamenti, sicut accidit ex ore stomachi, & ex suffocatione matricis. Aut ex mala complexione totius corporis frigida ut contingit in febribus putridis quę fiunt ex humoribus grossis & uiscosis, & mucillaginosis, & hæc complexio frigida quandoque acquiritur ex superflua euacuatione diminuente calorem naturalem: quoniam quando calor naturalis superflue diminuitur, impossibile est ut possit regere corpus, & omnes operationes frigidiores debito existunt. quare prouenit syncopis. Non dico tamen quòd ipsamet diminutio quantitatis inducat syncopim. sed inæqualitas qualitatum, eo quòd cuiuslibet generabilis, & corruptibilis causa est proportio quatuor qualitatum, scilicet caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis, quemadmodum in libris naturalibus declarauimus. Species autem euacuationum quæ aliquando præabundare consueuerunt sunt sicut superfluus fluxus uentris & uomitus, & superfluus fluxus sanguinis narium, & hæmoroidarum & aliorum membrorum, & in mulieribus superfluus menstruorum, & etiam quando in partu superflue exuberant. Et potest etiam syncopis prouenire ex ruptura seu crepatura, uel ex apertura magni apostematis subito, & uigiliæ similiter hoc facere possunt. Et etiam accidentia animæ sicut excedens gaudium & tristitia, quoniam hæc faciunt spiritus exhalare superflue dilatando, & constringendo, & inde in substantia membrorum anhelitus spiritus malam acquirit complexionem. Et etiam fortis dolor est una ex rebus quæ ducunt ad syncopim, & hoc accidit aut ex mala complexione acquisita ex dolore aut superfluitate motus uirtutis expulsiuæ facientis dolorem, sicut dicit Galenus. Hæc autem quæ dicta sunt, sunt omnia accidentia quæ habent syncopim facere & promouere. Et summarie scire debes quòd quaudo syncopis fuerit cum febre, studendum est tunc in remouendo & rectificando seu curando syncopim, quamuis contrarium feb. uideatur. Et nos dicturi summa modum eius:

cum ipsis curam tractabimus. Et nunc incipere intendimus tractare de syncopi proceden te ex causa crudorum humorum. Dicimus itaque quòd curatio huius est regimen prædictum in curatione harum febrium. quare si ex negligentia, uel defectu ipsius in syncopim inciderint, iuuabimus eos in primis propinando cibum, etiam si in medio fuerint paroxismi, quamuis nostræ intentioni contrarium uideatur, cum intendamus quòd natura ægritudini debeat præualere, & in hoc casu nihil uino melius reperitur. quare dico quòd quamuis uinum sarracenis bibere licitum non sit, tamen in hoc loco ita licitum esse uidetur uinum bibere, quemadmodum eis licitum est comedere carnes morticinas. scilicet quæ per se moriuntur uel suffocantur habentibus necessitatem, quare incipere debemus eis dare micam panis infusam uino. Et uinum quod melius reperitur est aromaticum, cuius caliditas penetrare potest per totum corpus, quod sit sine amaritudine & stipticitate, & est illud uinum quod est uinosum pungitiuum in principio, & post delectabile sine aliqua amaritudine & ponticitate. Et mihi non placent uina in nostris partibus assueta sicut sunt uina picis, ideo quia sunt uina medicinalia & non nutribilia & nocent principalibus membris sua siccitate & acuitate. Diamuscum autem in talibus pro pinatum cum uino non nocet, & in principio syncopis rorare faciem & aspergere cum aqua ros. uel saltem conueniens est cum frigida, & si syncopizans habueria apostema hepatis uel stomachi uel similium membrorum, non speres eum curare cum exihibitione cibi, quia cibus plus multiplicat apostema quàm fortificet uirtutem. & fricare extrema in hora syncopis con ueniens existit. Illis uero quibus prouenit syncopis ex caliditate uel acumine renum, quod scire poteris ex signis dictis ab Hippo. quæ sunt nares acutæ, oculi concaui, timpora plana, & similia, cura illorum est contraria supradictæ, quia ad conseruationem illorum non indigemus abstinentia cibi nec respicere diem creticā neque statum ægritudinis aliquo modo. Et ex cibis conuenientioribus omnibus est mica panis, uel xist hordei cum granis granatorū, quia in granis granatorum proprietas reperitur resistendi putrefactioni, & ut cibus in fumositatibus malis conuerti minime posit. & ex cibis etiam qui ipsos habent confortare sunt uitella ouorum, & testiculi gallorum, & pullæ paruæ. Et si syncopis fuerit ex errore cibi cibandus est ex pane infuso in uino, & sit uinum aquosum lene, odoriferum, album, sicut dicit Hippo. & lymphatum sit cum aqua frigida. quòd si syncopis prouenit ex humoribus uiscosis mucillaginosis, uinum lymphatum esse debet cum aqua calida, quoniam aqua frigida illis magnum infert nocumentum. Et tu scis quòd syrupus pomorum & cydoniorum cum medicinis muscatis conferunt syncopi, sed non iuuamento ui ni, quia natura necessario dominari debet super ipsas ad ipsarum conuersionem. Vinum autē digestioni citius præparatur omnibus alijs cibis & medicinis, ita quòd dicitur quòd in stomacho nō moratur ad digerendum nisi in hepa te solum, & in talibus tantum indigemus restauratione & nutritione. quòd si inueniri posset ali quid quod nutrire posset absque digestione illud melius cæteris diceretur, & utilius propter eorum debilitatem, & quia intendimus ipsos ci tius iuuare quàm esse potest. aer autem in quo in firmus iuuari debet frigidus & stipticus debet esse, & generaliter tibi necessarium existit, ut talibus ordines omnia quæ habent resolutioni obuiare, & emplastrando super uentres eorum & stomachos res stipticas & aromaticas, & si calor in talibus esse fortis reperitur, propinabis eis res stipticas & aromaticas. Et habes syncopim causa apostematis aliquorū membrorum principalium nulla, enus de ipsius liberatione confidere debemus.

Quod est de syncopi proueniente causa stomachi. Cap. XXI.

Syncopis quidē ex stomacho procedens si ex cholera quę in ore stomachi abundauerit fuerit in primis uomitum prouocare debemus, ponen do pennam eis in ore, & si cū hoc eijcere non po terit naturam tunc mollificare debes. Et Gal. ui detur ut talibus in hoc casu oleum tepidum dare debemus, quoniam si uomitum non habuerit ab eo saltem natura molificabitur inde. Sed quia hę medicinę quę habent uomitum prouocare de sui natura est & proprietate stimulare uirtutem, plus eo quod facit humor efficiens syncopim, & addit in eadem ægritudine, & propter hoc di co quòd longe melius est confortare eorum sto machos cum mastice & spica nardi, & succo cy doniorum & foliorum uitis, quia taliter uirtus eorum expulsiua cōfortatur & humorem expel lit, & si uomitus à se prouenerit in hoc casu ual de laudabilis existit, in syncopi quidem facta ab humoribus frigidis dabis de electuario diatrion pipereon, studendo extrahere humores quemad modum dicturus sum in curis cuiusq; membri.

Quod est de syncopi accidente causa doloris. Cap. XXII.

Dico quòd si potes remouere dolorem remo uendo causas ipsius non intendas curare cum rebus existētibus cōtrariis ægritudini, & hāc cu rā iuenies ī curis malæ cōplexiōis quę accidit in

unoquoque

vnoquoque membro, eo quòd dolor aliquando procedit à mala complexione calida vel frigida, materiali vel non materiali, & accidit aliquan do à mala cóplexione ſicca abſq; materia ſicut ac cidit dolor in ſpaſmo ſicco. Sed quando dolor in tantum fortificatur quòd non eſt tempus expe- ctandi, tunc curare debemus etiam cum rebus augmentátibus cauſam. ſ. ſtupefaciendo mem- brum doloroſum, & hęc cura nó confert niſi per accidens. ſ. priuando ſenſum illius mébri in quo mala complexio reperitur cauſa humoris ibi exi ſtétis, & inde diminuitur motus eius expulſiuus. ſ. eius uirtus expulſiua, abſque tamen reſolutio ne ſpirituū aliqua. Quando autem ſenſus ſuper fluus membri eſſe reperitur, tunc certisſime ſu perfluitas reſolutionis ſpirituum reperitur. Et quando facimus hanc ſpém curationis in dolo- ribus à cauſa frigida prouenientibus in fine, tunc ſequitur magnum nocumétum. Sed ſi cauſa fue rit calida, tunc non tantum ſequitur nócumen- tum, neque operari debes illam curam in cauſa frigida, niſi cum infirmus in articulo mortis eſ ſe reperitur cauſa doloris. Et ex huiuſmodi me dicinis quæ in hoc caſu magnam habét proprie tatem eſt philonium, & eſt rationabile propter opium receptum in ipſo. Et hæc cura generaliter in omnibus doloribus acutisſimis operatur, & in quibus magis neceſſaria exiſtit eſt in dolori- bus oculorum, auris & dentium & inteſtinorū. Et Gale. præcipit quòd minime exercere debes hanc curam niſi poſtquam pronoſticatus fueris infirmo ꝙ in fine ex ea læſionem habere debet, tamen conari debes in remittendo nocumentū quòd ex eo cognoueris eſſe futurum, & in parti- bus noſtris quando uolunt opium operari non faciunt niſi miſcendo cum alijs medicinis, ſicut eſt in philonio. Et melius philonium eſt illud quod non eſt uetuſtum ſuperflue, quia in eo uir tus opij eſt conſumpta non recens nimis, quia in eo uirtus opij ſuperflue abundare reperitur. Cura uero cum theriaca in doloribus remouen- dis eſt cura cauſæ remotionis, quemadmodum faciunt illa quæ habent remouere malam com- plexionem facientem dolorem, & propter hoc in illo caſu opus theriacę laudabilius exiſtit ope re philonij. Et cum uolueris remouere dolo- rem remouendo cauſam ipſius cóſiderare prius debes quis humor eſt in cauſa, quoniam ſi ex hu more calido fuerit, ſicut dicit Galen. de illo qui patiebatur dolorem uétris, & extimabatur quod cauſa illius eſſet ex humoribus frigidis, ſicut pro maiori parte accidere conſueuit. Et quandocun que dabantur ei calida per os aut clyſteria pone bantur, dolor in eo ſemper augmentabatur, & ſic cognitum fuit quòd dolor erat ex humore ca lido cholerico imbibito in pelliculis inteſtino- rum, & tunc cibatus fuit cibis non facilis con- uerſionis, & bis eidem propinata fuit medicina facta cum oleo, & ſic fuit liberatus ab ipſo. Sed ſi fuerit dolor ex humoribus frigidis, tunc cu- rabis eum euacuando humorem dictum ſicut fe cit Gal. in ſeipſo cum clyſteri, cum extraxit hu- morem uitreum, & inde liberatus fuit. Et quan- doque etiam fit dolor cauſa ventoſitatis fumoſę quæ reſoluitur ex corpore ipſius humoris. & ta lis dolor non eſt curandus cum medicinis ulti- mæ caliditatis, eo quòd quamuis reſoluant ip- ſam, faciunt oriri iterum ex ipſo humore aliam fumoſitatem, quare cura iſtius doloris eſſe de- bet cum medicinis modicæ caliditatis, & quæ cum hoc habeant uirtutem digerend͛. & theria- ca etiam in hoc caſu magni exiſtit iuuaméti. Hu cuſque iam elongatus ſum ab intentione mate- riæ, eo ꝙ curam remotionis cauſæ memoratus ero cum tractabo de curis remotionum acciden tium, & nunc redire intendo ad illud quod præ termiſi de mea præſcripta intentione ſuperius. Dico ergo ꝙ in doloribus aliquando fiunt loca lia remedia, ſicut cum pinguedine anſeris & gal linæ & anatis, & aliquando fiunt cum embroca tione aquæ calidæ & olei & ponendo eos in bal neo & cum his ſimilibus. In doloribus uero fa ctis ex uaporibus calidis ſolum apponimus ven toſas cum igne, & hoc tandiu eſt faciendum do nec medicus tempus uel ſpatium habeat cauſam remouendi, eo ꝙ maior pars illorum dolorum qui ex uentoſis remouentur redire conſueue- runt, niſi medicus temporis ſpatij fuerit ſtudio- ſus ad remotionem ipſius cauſæ, quia uix eſſe pó terit quin error cadat in regimine ipſius infirmi, & inde uidebitur recidiuare, & ſic rationabili- ter eſſe debet, quoniam uapores iſtius humoris ſemper faciunt paroxiſmum donec ex toto ſit reſolutus, uel ex toto euacuatus.

Quod eſt de ſyncopi proueniente ex ſuperflua euacuatione. Cap. XXIII.

SCias quòd cura iſtius ſyncopis fit pluribus modis. Primus eſt uel fit trahendo materiam ad partem oppoſitam. Secundus fit confortando illud membrum unde fluit materia ne ipſam ſu perflue ſpargere posſit. Tertius modus fit ſtrin gendo uias unde fluunt humores ad locū. Quar tus modus fit impediendo uirtutem expulſiuam quando ſuperflue expellit ſicut fit in illa pasſio- ne quæ cholerica nominatur, & in arabico dici- tur almayda in qua uomitus & ſeceſſus ſimul fiunt, quę curatur ſtringendo & ligando crura & brachia, & ponendo eos in balneo, & cum hoc etiam in eadem necesſitatem habemus ponendi ſtiptica intus & extra. Sed quia balneum ſuper- flue habet ſoluere & euacuare, ideo cum timore magno tales in balneo ponendi ſunt, etiam exhi bendo eis ſtiptica, & etiam de iſtis adhuc locuti

erimus quando tractabimus de cura malę complexionis materialis dum euacuatur de membro ad membrum.

Quod eſt de ſyncopi ſuperueniente ex ſuperfluo fluxu ſanguinis narium uel aliorum membrorum. Cap. XXIIII.

CVra ſanguinis narium ſi fuerit ex nare dextra ponendę ſunt uentoſæ hypocundrio dextro ſuper hepar, & ſi fuerit ex ſiniſtra ponendæ ſunt ſuper ſplenem, & ſimiliter ſi ex menſtruis ſuper flue fluxerit ponimus uentoſas ſuper mammillis,& cum hoc propinanda ſunt ſtiptica quæ habent conſtringere orificia uenarum.

Quod eſt de ſyncopi proueniente ex ſuperflua uigilia. Cap. XXV.

VIgilijs ſubuenimus cum cibis quorum proprietates ſunt inducere ſomnum,& cũ unctionibus prouocantibus ſomnum, ſicut eſt oleum nenufarinum & uiol.& oleum de ſeminibus cucurbitarum,& cum odoratiuis inducẽtibus ſomnũ, & etiam debemus dare eis uinum lymphatum ſi fuerit ſine febr. Hæc autem omnia ſupradicta diximus ad rectificationem ſeu curationem prauorum & periculoſorum accidentium febribus ſuperuenientium. Cura autem remotionis cauſæ rememoratus ero quando tractabo de curis accidentium & malorum apoſtematum.

ISAAC ISRAELITAE DE FEBRIBVS LIBER.

De genere feb. & diuerſitate & cauſa & ſignificatione eius. Cap. I.

FEBRIS eſt morbus qui de mala & ca. naſcitur complexione; & totum corpus circundat. vnde taliter diffinitur. Febris eſt calor înaturalis à corde exiẽs & arterijs ad omnia membra corporis eiuſque nocens actioni. hæc diffinitio de febris eſſentia ſumitur .i. calore curſum naturæ egrediente,non de accidentibus fe. concomitantibus,ſicut quibuſdam uidetur medicis febres dicentibus ex accidentibus longo poſt tempore ſequentibus: quidam enim dicunt ex rigore, quidam ex fatigatione, alij ex capitis dolore, uel quibuſdam alijs accidentibus & longe eas ſequentibus.non enim eas diffiniunt eſſe ex eſſentiali calore curſum naturę ſuperegrediente, ſicut inuenitur Hipp. dixiſſe in epid. Febris inquit eſt calor exiens curſum naturæ & eius motio de eſſentiali calore. Dixit quædam ſunt feb. pungentes, quædam ſuauiter tangentes. hę enim differentiæ calori naturali uidentur attinere. Itẽ dixit ſunt quædam non pungentes,ſed augmentantes. hę autem differentiæ ex qualitate caloris ſunt tractæ. De motione dixit quædam fe. in initio ſunt ca. quædam calidiſſimæ, quædam uero inflatiuæ, hæ differentiæ ex natura caloris ſunt ſumptæ. Item ex accidentiũ diffiniuit uicinitate cum dixit quędam feb. citrinisſimæ, quædam rubicundisſimæ, aliæ liuiditati & viriditati contiguæ. hæ differentię ex uicinis ſumuntur accidentibus .ſ. ab humoribus qui cauſa ſunt febrium naſcentibus,non de remotis ſicut apoſtemate,capitis dolore & rigore. Febriũ autem ſunt tria genera. vnum eſt in ſpiritu quod ab ipſo incipit & ad cor ueniens ipſum calefit. poſt ad arterias uenit & ab arteriis ad oĩa corporis membra. hæc autem feb. vocatur ephimera. cum enim ſpiritus calefit, & in igneum calorem calor naturalis mutatur, cor inde neceſſe eſt calefieri. corde uero calefacto ab ipſo ad arterias penetrat calor. & ab arterijs ad alia membra corporis. Secundum genus feb. eſt in hu. quod ab ipſis incipiens paulatim membra ſingula vicina calefacit quouſque ad cor ueniat,& à corde ad arterias & inde ad omnia corporis membra, & ita totum corpus circundat. hæc uocatur feb. ex putredinibus. Tertium genus in ſolidis eſt artubus à quibus ad cor, à corde ad arterias ab arteriis progreditur per membra totius corporis. hoc autem genus hæctica uocatur. Tot eſſe cõſtat febrium genera. Cauſa quare ſunt tria. nulla enim fe. apparet niſi in materia, ſunt tres in corpore ſpiritus, quatuor humores, ſolida membra, in quodlibet quorum calor inciderit fe. ſuum genus facit, quas Ga. bonis ſimilitudinibus adaptauit. Ephimera inquit calido uento uidetur eſſe ſimilis quo uter impletus ex ſui calore neceſſe eſt calefiat. Idem enim facit ſpiritus circa cor & totũ corpus. Febres ex putredinibus aquæ calidę

comparauit

comparauit.G. aqua enim ca.cum frigidum vas impleuerit, ipſam ex calore ſuo calefacit.ſimili ter circa cor faciunt hu. & alias partes corporis. Hæcticam febr. vaſis comparauit calidis frigida aqua plenis, aqua enim in his ex calore uaſorum calefit.

De ephimera fe. & cauſa eius & ſignificatione. Cap. II.

Ephimera feb. in corpore permanet.24. horis.i.integra die & integra nocte ſicque uidetur ſecedere. aliquando tamen in hoc tempore diu tius uidetur immorari,aut 48.aut.76.horis. huiuſmodi ortus fuit cauſa aliqua primitiua,cuius primitiuæ quatuor ſunt genera. Vnum genus eſt cum extrinſecus corpus patitur & calefit, aut actualiter, ſicut calore ſolis & ignis & aere balnei cum quis immoretur ibi,aut potentialiter, ſi cut aqua ſulphurea lauari & ſimilibus,aut conſti patione pororum actuali, ſicut ex frigida aqua contingit quę fumum in interiora claudit corpo ris, aut ex conſtipatione poteſtatiua ſicut aqua lauari aluminoſa.Non autem omne corpus con ſtipatum ephimeras patitur feb. ſed tantum illud à quo fumus calidus,aut ſiccus adunatur.cuius cum pori oppilentur,fumus exire & diſſolui prohibetur,& ita calor coadunatur.Si autem ma teria humorum corporis non preparata ſit putredini, ephimeras febr. facit. quòd ſi præparata ſit febr. ex putredine facit ſecundum qualitates humoris intus incluſi uel oppilati. huiuſmodi feb. acuta eſt & moleſta, ſicut dicturi ſumus. Secundum genus primitiuæ ephimerę eſt quæ ab interioribus accedit corporis, ſicut de ci bis & potionibus calidis. Tertium genus ex nimio eſt motu,aut in corpore ſicut nimia exercitia & laborioſa aut in anima ſicut ira, anguſtia, triſtitia,& uigilia. Quartum eſt cauſa quam exteriora patiuntur membra,ſicut apoſtemate cali do in inguinibus & pedum uulneribus, cum .n. ab inguinibus calor membratim aſcēdit ad cor, à corde ad cętera corporis membra uenit.Eſt au tem ſignificatio feb. ephimerę cum precesſerint cauſę iam dicendæ. Infirmus nimium non patitur dolorem in initio, pulſus eius ęqualis parū tamen diuerſus & abſconſus. Diuerſitas cito in æqualitatem redigitur,& in tactu calor eſt quietus, lenis & non pungitiuus, ſed ſicut balneati eſt tactus. Infirmus uero facilis eſt in patiendo morbo. Vrina autem habet hypoſtaſim in fundo & lenem in morbi tempore toto, neque nimis fetet urina. cum uero fe. diſceſſerit, aut cū ſudore perfecto diſcendit, aut cum parua quadam infuſione, quę cum receſſerit nullum ſignū ſui infirmo relinquit: ſicut feb. putredinum facit, quæ & in pulſu,& in urina remanet. Si uero poſt ephimeram æger balneetur in balneo,neq; ſentit rigores neque punctiones, ſed in priores reuertitur ſuas qualitates.hæ ſunt ſignificationes feb. ephimeræ. Significatio uero unde fiat eſt huiuſmodi. quæ de ſolis eſt incenſione,uel de ca lido aere,oculos in tactu calefacit, caput incendit,cutem & faciem exiccat quibus ſi manus apponatur,calidæ inueniuntur. pulſus paruus & ue lox.ex conſtipatione naſcens pororum, cutem facit coniunctam & ſolidam. cui ſi manus appo natur in initio paruus calor ſentitur. Sed ſi moretur calor augmentari ſentitur,calor enim non apparet propter poros conſtipatos, ſed cum ma nus diu inhęreat ſui calore poros laxat,& ita calor demum emergit qui ſe prius occultauerat. oculi eorum & facies parum tument.pulſus non eſt paruus,quia uirtute cuſtoditur & calore naturali intra corpus, parū tamen eſt diuerſus & occultus.horum urina aut citrina eſt,aut al.quia humores aquoſi qui de corpore ſolent diſſolui cum claudantur ex conſtipatione cutis urinę cō mixti ſuo colore mutati, rubore quoquo modo ſunt cōmutati. hæc tamen fe. aliquando in feb. putridas mutatur,ſi in corpore ſint hu. apparati ad feb.putridas.Oportet ergo diſcernatur inter ephimeram & apparatam putredini. Si igitur recedit cum ſudore laudabili & pulſu ęquali: ſignificat proculdubio ephimeram. ſi autem moretur in corpore, neque à calore totum corpus mundificauerit,& pulſus fuerit diuerſus, & urina non digeſta & fętida,mutatio in feb.putridas deſignatur.Cum uero feb.moratur,neque in pri ma periodo diſceſſerit,ſed quaſi cōtinua ſit; uel ſynochus, & pulſus fuerit diuerſus, & ex urina nulla putredo ſignificatur, oportet te male ſuſpicari, & hæcticam eam expectare, & ex parte plurima mutabitur in acutisſimam.hu.enim putridi,neque ſudore, neque diſſolutione euaneſcunt propter concluſionem pororum. vnde feſti nandum eſt in medicanda hac feb. medicamine quod dicturi ſumus, antequam putrefiant hu. & pesſimæ naſcantur.feb.Febres naſcentes à rebus mutantibus corpus,ſicut cibus,aut ex eorum ſiūt quantitate,ſicut faſtidio & ſaturitate,aut ex qua litate utpote ciborum ſiue potionum calore.Nā ſcētium à ſaturitate ſignificatio eſt talis. fumoſā ructuatio & fętida,ſitis nimia,ardor ex cibi corruptione,aliquādo habēt ſolutionē vētris,aliquā do conſtipationem.ſed conſtipatio in his eſt mo leſtior propter concluſiones malorum chimorum in interioribus corporum.Quæ ex ciborum ſiue potionum naſcuntur calore,huiuſmodi notātur ſignificatione, facies & oculi in tactu ſunt calidisſimi, & rubicūdisſimi, hępar ſimiliter in tactu calidū & infirmus in ſtomacho & hępate quaſi ſentit incenſionem & ſiccitatem, & in ore amaritudinem & ſimilia. quia calor in hac feb. à ſpiritu incipit naturali, & cibus calidus in primis ſtomachum & poſtea calefacit hępar qui illius

lius sunt fundamẽta. Vrina autem in feb. ista rũbea est alithina, Febribus autem modo nimio labore uel motu corporis nascentibus, si labor sit fortis dura & sicca redditur cutis, & post recessionem febris permanet pulsus paruus, quia nimius labor dissoluit uirtutem, sed si labor nõ sit multus, cutis duricies remanebit dum febris cesserit. & post de cute fumus exiens humectat cutem. poros aperit. pulsus magnus est, quia uirtus in hac feb. multa est, & calor augmentatur, quia non fuit labor multus. Si enim labor non multus fuerit, augmentatur calor corporis, tactus in laboriosa feb. secundum qualitatem est aeris si labor precesserit. ꝙ si aer sit calidus sicut calore solis & similibus: non multum cutis exiccatur, & si aer sit frigidus, tactus cutis erit frigidus, neque sicca multum erit cutis. Si feb. ex motibus animæ nascitur, sicut ex ira & similibus taliter notabuntur, multum exeunt oculi facies rubet & tumet. calor enim in hac feb. expetit exteriora corporis dum uindictam homo sibi quærit, pulsus magnus. urina exiens punctiones facit & ardores propter calorem. Si ex angustia sit & tristitia, oculi sunt concaui, facies sicca & citrina, quia spiritus & calor fugiunt in interiora. pulsus paruus propter caloris diminutionẽ eiusdemque occultationem. urina rubea ardorem faciens cum exeat. Febris ex uigilijs oculos concauos facit & humidos dormitationi cõtiguos, palpebras graues & dure mouentes, facies & totũ corpus sunt inflata, & citrinitati uicina, quæ omnia contingunt ex debilitate digerendi cibum. digestio. n. cibi molestatur uigiliis. cibus uero indigestus non generat spiritum, uel sanguinẽ animalis, & sanguis si non generetur necesse est color mutetur. Item ex indigestione sequitur albedo urinæ. Si feb. propter apostema in inguinibus uel alijs corporis membris nascatur, taliter significabitur, facies rubet & inflatur propter sãguinem & calorem corporis non pungentem. Cum autem in statu progreditur, ascendit suauiter fumus calidus corpus, magnus fit pulsus & uelox atque spissus, urina albedini pertinet, magnus & uelox atque spissus erit pulsus ex uirtute & multitudine caloris. Infirmus enim duas patitur infirmitates calidas. i. apostemata & feb. ipsas. albedo urinæ: quia chole. vrinam tingentia tendunt ab apostema. omnis enim dolor propriẽ habet humores sibi trahere. Hæ sunt significationes unde ephimeræ febr. omnes intelliguntur species.

De putredine febrium & causa earum, & causa periodorum earundem. Cap. III.

FEbres putredinum ex putredinibus nascuntur quatuor humorum, quia hu. calefacti calefiunt membrum calefacientes ubi putrescunt, & postea, alia illi membro uicina. sicque membratim ad cor, de corde ad arterias peruenit calor, & de arterijs in omnia membra corporis. Et causa vnde putredo nascitur est quintupla: multitudo quantitatis humorum, grossitudo eorum, cõclusio humorum ab oppilatione nata, humores enim qui dissolui non possunt putrefiunt, sicut humiditatem uidemus putrefieri exteriorem cũ non habeat aeris capacitatem. Species autem febrium ex putredine nascentium multæ sunt. Sũt enim simplices, sunt & cõpositæ. simplices quia palam sunt, sicut & hu. quatuor sunt. unũ quod uocatur synochus qui ex putredine nascitur. hoc autem molestationem facit: quia quiescere infirmum non permittit. Secũdum genus ex cho. ru. nascitur & triteus uocatur: qui una die accipit, & alia die permittit qui est salubris & breuis. Salubris qui corpus una die quiescit. breuis: quia humor unde nascitur subtilis est & uelox & cito digeritur, citoq; dissoluitur. Tertium ex putredine nascitur cho. ni. & vocatur quartana. una die incipiens duabus quiescere permittens; sed salubris est & lõga salubris; quia corpus duobus diebus quiescit, longa quia materia vnde nascitur dura est ad digerendum & grossa, & ad dissoluendum inobediens. Quartum genus ex putredine phlegmatis nascitur, & amphimerinos dicitur omni die inuadens, est autẽ longa & molesta. longa quia materia est grossa & uiscosa. unde non est digestibilis dissolubilis, molesta, quia oĩ die inuadit nec corpus quiescere permittit. unaqueq; harum multipliciter diuiditur. Febris enim quæ ex putredine sanguinis nascitur in tres partes diuiditur. Est enim quędam ab initio usque in finem æqualis, & uocatur æqualis. hæc autem est cum tantundem finitur sanguinis quantum habet putredinis. Est & altera quæ in initio est debilis, sed postea crescit. cum autem in finem peruenerit, molesta fit. postea minuitur quoad debilitetur, hoc est cum plus sanguinis putrefit quàm finiatur. Est & altera in initio fortis, & postea debilitatur quoad omnino deficiat, hoc est cũ plus finitur sanguinis quàm putrescat. Febris quæ ex putredine nascitur humorum aliorum, vnaqueque in duas diuiditur, vna est continua, altera interpolata, sicut iam diximus. Cum enim hu. qui febrium sunt materiales, intra arterias sunt & uenas, & in ipsis putrescant, feb. continuas necesse est fieri, quòd si extra uenas & arterias sunt & putrescant, interpolatas feb. faciunt, unde feb. ex putredine nascens sanguinis continua fit, quia intra uenas & arterias est sang. & interdum cum putredo sanguinis in parte fit perforat per totum & comburit ipsum, & feb. non dimittit quoad pars finiatur quæ putrefit & digeratur, atque dissoluatur. Febris ex alijs nascens humoribus est continua, quia humores intra uenas & arterias putrescen

tes

tes nō cito poſſunt diſſolui propter conſtipatione,& ſuam uiſcoſitatem, unde poſtquā finita ſit prima remanet pars ſui caloris quoad ſecunda ſuccedit,& à ſecunda ad tertiam, & ita fit continua. Si autem hu.extra uenas & arterias putreſcant febres interpolatas faciunt, quia quæ putreſcit eum in uno loco fit paulatim ad putredinis locum accedit, cuius collectio in tempore illo eſt cum interpolatur inter duas acceſſiones. Aliquando quoque putreſcit ſanguis intra uenas & arterias, & febr. facit continuas; quia cum in uno membro multa aduncetur quātitas, & putridum apoſtema faciat, & ex conſtipatione pororum quam facit apoſtema propter putredinem calefacit membrum, neceſſe eſt ubi eſt apoſtema, & calor membratim uadit per arterias, & à corde per eas ad omnia membra, & ita febr. non dimittit donec apoſtema digeritur & mundificatur. hæc eſt cauſa cuiuſdam feb. continuæ, & cuiuſdam interpolatę. Diuerſitas periodum febrium ex cauſis tribus eſt. Vna eſt putreſcentium humorum uelocitas uel eorum tarditas. Secunda collectionis humorum qui putrefieri debent uelocitas uel tarditas eiuſdem. Tertia purgationis eorum velocitas uel tarditas unde amphimerinus omni die accidit propter uelocitatem ſuæ collectionis quę contingit ex multitudine ſuæ quātitatis, & facilitate ſuæ putredinis propter humiditatē & tarditatem ſuæ purgationis propter uiſcoſitatem. Cholera ni. facit febr.una die accipientes & duobus non. quia tarda eſt ad collectionem propter ſuæ quantitatis paruitatem ex duricie putredinis propter frigiditatem & ſiccitatem,& ex uelocitate purgationis: quia non eſt materia ipſius melancholiæ multū uiſcoſa. Cholera rub. febres unius diei,& alterius non, facit, quia eſt media inter cholera nigra, & phlegma, minoris etiam eſt quantitatis quàm phlegma, maioris uero quàm cholera nigra, & phlegmate eſt ſiccior. cho.uero ni. humidior ſubſtantia quoque eius leuior eſt his duobus. hæc eſt cauſa diuerſitatis peryodicæ feb.& ex hac cauſa temporis ſuę pasſionis eſt diuerſitas; quia amphimerinus ad multum 18. horis permanet propter groſſitudinem & uiſcoſitatem phlegmatis non cito diſſolubilis, quartana ad plurimum.24.eſt horarū propter materiæ ſuæ groſſitudinem,& uiſcoſitatem, quæ cito non putreſcit, & ſi cito putrefiat, non cito tamen diſſoluitur, ſimilis enim eſt lapidi uel ferro. ignis enim hęc non cito calefacit: quæ etſi calefiant,cito tamen refrigeſcunt. Vera tertiana ad multum. 13. durat horas,quę ex leuitate fit materiæ,& uiſcoſitatis ſuæ paruitate.vt cito putreſcat & diſſolui queat. Aliquando harū feb.tempus in quibuſdam eſt longius, in quibuſdam uero breuius, quod ex tribus cauſis conſequitur. Vna eſt materiæ natura, quæ ſi groſſior & uiſcoſior & frigidior ſit longior erit.Si autem ſubtilior & calidior & minus viſcoſa ſit breuior. Secunda ſecundum quantitatem uirtutis infirmi.Si autem eſt fortis ut materiam eijcere & purgare cum ſudore poſſit breuior fit, quod ſi defecta,longior. Tertia eſt ex figura corporis, quia ſi corpus eſt rarum & pori aperti ſint leuior eſt, materia enim cito diſſoluitur & exit,ſi uero corpus eſt uiſcoſum & conſtipatum, & pori non ſunt aperti eſt longior, quādo autem cauſa breuitatis ſuæ totam ſe coadunat, ſit breuisſima, ſi autem extra ſit longisſima. Cum autem feb. ſit breuis infirmus quieſcit poſt recedente peryodi, donec altera ſuccedat, & corpus à febribus mundificatur,ſi autem feb.longa ſit infirmus non mundificatur à feb. quoad altera ſubſequitur,neque interpolatur ut quieſcat infirmus, & ita ſe habet feb. iſta quaſi continua. Oportet autem te intelligere, quia feb. periodis ſit ſemper ſtabilis inordinatione ſui donec putredinis materia in qualitates mutetur alias, neque cum alijs humoribus ſe miſceat ne inordinatione in firmi peccatum fiat. Quando autem iſta materia à ſua qualitate in ſpecies mutetur alias, neque cum alijs humoribus ſe miſceat, ut ſi quis ſanguis mutatus incendatur & putrefiat,ſubtilis autem pars in choleram mutetur rubeam, groſſa uero in nigram, aut ſi alij hu.putrefiant & febres ſecundum ſuam naturam faciant. aut ſi infirmus fecit pesſima,unde generentur hu.febres diuerſas ſecundum ſui naturas facientes, unde omnia ordinationem periodi ſunt corrumpentia & mutantia ut ante ſuum tempus feſtinent, aut in alias periodicas feb. quàm prius fuerit ſe immutēt. Eſt autem multitudo & minoratio in hac cauſa ſecundum quantitates humorum ſe mutantium & actiones eorum. hæ ſunt ſpecies febrium ex putredinibus ſimplices, & cauſæ diuerſitatis ſuarum periodum.

De ſignificatione putredinis febrium. Cap. IIII.

SIgnificatio putredinis febrium aut eſt ſecundum genus ſuum,aut ſecundum ſpecies earum, Genus ſignificatur cum ex putredine febres eſſe denunciantur, quod ex tempore acceſsionis earum intelligimus,cum debiliter incipiant, & poſtea augmententur & confortentur,quæ cum recedunt partem caloris in corpore dimittunt neque perfecte recedunt. Item ex caloris ſubſtantia,quia calorem oportet eſſe pungentem & corpus inflamantem, ſicut flamma ignis rarificantem. Item ex accidentibus feb. comitantibus, quia hanc rigor & tremor in initio ſequuntur, & diuerſitas in pulſu,ablatio digeſtionis in urina ut hypoſtaſis non appareat lenis, quæ omnia cū videantur feb.ex putredine eſſe intelligitur.

Significationes

Significationes ſpecierũ ſingularium, quia feb. periodis tertiana, aut de re naturali, aut non naturali, aut de re cum extra naturam naſcitur. De re naturali cum ca. & ſicca eſt natura infirmi, cui cho. dominatur ru. ætas eſt iuuentus, tempus anni eſt ęſtas, aer calidus, & ſic. De re non naturali, cum infirmus antequam feb. inciderit ca. & ſic. comederit, & habet anguſtiam & triſtitiam vigilias, laborem nimium longi temporis ieiuniũ ars eius ferraria, aut fornacina, quę omnia corpus calefaciunt, & deſicant & cho. ru. generant. De re extra naturam, quia quędam feb. ex calore eſt forti, & ſicut acus cuſpis eſt pungibilis, ꝙ ex cho. ru. ex acumine, calor eius in tactu fortis & acutus atque pungitiuus, pulſus in initio peryodis paruus & defectus atque rarus, & tamen non permanens niſi paruum tempus, & in magnitudine & diuerſitate mutatur. Magnitudo eius quia cho. ru. eſt leuis, neque grauat uirtutẽ, & tunc ex magna neceſſitate refrigerandi calorẽ. Diuerſitas enim fe. eſt propria maxime eius quæ ex putredine eſt, ſed tamẽ in hac non diuerſitas eſt multa quia eius leuis eſt materia, neq; virtutem grauat. Vrina huiuſmodi fe. eſt ignei coloris putrida, & cum ſiti nimia, anguſtia, abominatione, uomitu cho. ru. nimio ſudore propter ſubtilitatem materiæ, aliquando quoque ſuccedit egeſtio cho. ru. Cũ has ſignificationes inuenias, aut earum plurimas, iudicanda eſt eſſe uera tertiana, maxime ſi hæc feb. multos fatiget in tempore illo anni. Quartanę autẽ ſignificatio aut de re naturali, aut nõ naturali, aut de re extra naturam. De re naturali ex complexione infirmi frigida & ſic. & ſibi dominatur cho. ni. ætate ſenili, tẽpore anni autumno, aere frigido & ſicco. De re non naturali, cum infirmus ante cibos acceperit vnde cho. ni. genita ſit, ſicut lentes, caules, carambiam, carnes caprinas, & bouinas, & ſimilia. De re extra naturam cum aut res antecedat, ſicut ante hanc alia feb. ſit compoſita, & duricies ſplenis, aut cum præſens ſit, res apparet quando eſt acceſſio. In initio rigorem habet vel nimium tremorem cum grauitate & nimia fatigatione & totius corporis forti frigitudine, pulſu raro & tardo atque multum diuerſo, cum autem augmentetur habet calorem non acutum, neque pungitiuum, non ergo ſicut calor eſt tertianæ, pulſus mutatur in uelocitatem & ſpiſſitudinem quàm in initio fuerit maiorem, ſed tamẽ ad comparationem tertianę tardior & minor, ſitis parua. Vrina putrida & indigeſta. Feb. declinante ſentit infirmus frigitudinem, & cum recedit pulſus eſt tardus, rarus, diuerſus, & urina colore diuerſa & non digeſta. Cum has ſignificationes inueneris, aut plurimas, quartanam ueram eſſe iudica, maxime ſi in illo tempore anni quartanam patiantur plurimi. Significatio quotidianæ febr. aut de re naturali, aut non naturali, aut extra naturam. De re naturali, ſicut ſi complexio infirmi frigida & hu. ſit & ſibi dominetur phlegma, ætas eius aut pueritię, aut ſeniũ, pueritia propter guloſitatem, ſenium propter multitudinem phlegmatis in corpore eorum, tẽpore anni hyeme, aere frigido & humido. De re non naturali cum infirmus in ſanitate ſua guloſus & biboſus ſit, multum quieſcens, piger ſępe balneans poſt cibum. De re extra naturam cum infirmus ſentit dolorem in ore ſtomachi, & humiditatem in lingua, inflationem in latere mutato colore, ſiti parua, rigorem & frigus nimium habet in extremitate corporis & diu; cum autẽ tangas corpus in hora acceſſionis non apparet calor niſi cum moretur manus & calefit & aperiuntur pori, calor habet humiditatem propter phlegma, parum acutus eſt propter putredinẽ, aliquando ſudans parum, aliquando non, durat autem in tempore longo propter putredinem, atque permanet in corpore uſque ad ſecundam acceſſionem, pulſus minor eſt pulſu quartanę & ſpiſſior. paruitas propter phlegma, quia deficit uirtus ex frigitudine eius & diſſoluitur, & anguſtiatur propter multitudinem quantitatis eius, unde multum eſt diuerſus. Spiſſitudo eius ex neceſſitate recipiendi magnitudinem eius. Vrina quodam tempore ſubtilis & al. & quodam tempore turbida & groſſa. ſubtilis ex conſtipatione pororum propter groſſitudinem & uiſcoſitatem materiæ. albedo ex frigiditate eſt phlegmatis. groſſitudo & turbulentia, quia natura aliquando aperit illam uiſcoſitatẽ & expellit groſſam & uiſcoſam humiditatem quæ fuit cauſa cõſtipationis. Rubor, quia ſi phlegma mouetur & putrefiat, neceſſe eſt calefiat. Quas ſignificationes cum inueneris ex parte plurima certificanda eſt uera quotidiana, maxime ſi multi patiantur hanc in illo tempore. Oportet autem te intelligere, quia feb. amphimerinos cum materiam habeat uitreum phlegma in initio habet paruum rigorem. Si autem ſit ex ſalſo, in initio eſt multus rigor. Si ex acido frigeſcit in initio. Si ex putredine ſit dulcis phlegmatis, nihil horum habebit. Ex his ergo ſignificationibus intellige feb. ex putredine peryodicas eſſe & ſimplices. Oportet item intelligas, quia rigor in feb. incipit à dorſo mulieribus, uiris ab extremitatibus manuum & pedum. Feb. autem continuę ſignificatio uniuerſalis eſt, quia poſt. 24. horas non recedit, neque rigorem, neque tremorem habet, neque ſudorẽ niſi cum tota receſſerit, pulſus multum eſt diuerſus, urina indigeſta. His ſignificationibus cõtinua intelligitur. Significatio uniuſcuiſque ſpeciei eſt, quia in ea quę ſit ex putredine ſanguinis inuenitur graue corpus infirmi, & fatigatũ, flatus, pulſus cum anguſtia & ſiti, oculi rubei, venę eorum plenæ, & ru. facies & totũ corpus pertinent rubori & quaſi inflatũ eſt, pulſus nimium diuerſus,

diuerſus, urina rubea, alithina. Quę ex putredine aliorum hu. eſt hanc habet ſignificationem quieſcit infirmus, ſicut in febribus cõtinuis. Quę naſcitur ex putredine cho. rub. vocatur cauſon, ex mollicie & mitigatione doloris intelligitur in die habẽs remisſionẽ & fortitudinem & augmentationem in die accesſionis, & ſequuntur eã nimius calor, atque ſitis maxima, & anguſtia & acumen, propinquitas ad perditionem alienatio mentis, cum moleſtior fit & acutior, tanto criſis eſt uelocior. naſcitur plurimum his quibus in corporis venis cho. multa adunatur, & maxime in his quæ in concauitate ſunt hępatis, & in pulmone & in ore ſtomachi, unde ſitis ſemper ſequitur. Oportet autem hæc omnia refrigerari pluſquam alia. Feb. continua naſcens ex phlegmate habet remisſionem quando dimittit, & cõ fortatur cal. quando incendit. Quartana continua naſcens ex cho. ni. habet duorum dierum remisſionem, & in die accesſionis caloris confortationem. cum his ſignificationibus quas diximus certificatur ſimplices ſpecies ex putredinibus.

De febribus compoſitis & cauſis earum & ſignificationibus. Cap. V.

FEbres compoſitæ ſunt multę & diuerſæ, quia aliquando componitur tertiana cum quotidiana, aut tertiana cum quartana, aut tertiana & quotidiana cum quartanæ aut quotidiana, cũ quotidiana, aut quartana cum eadem continua, aut tertiana peryodi cum tertiana continua, aut quotidiana continua cum quotidiana peryodi aut quartana peryodi cum quartana peryodi, aut tertiana peryodi cum tertiana peryodi, & aliquando componuntur ſibi inuicem tres ex his febrib. aliquando quatuor, & compoſitiones alię ſunt plurimæ. Hæ compoſitiones ſunt biformes, aut ſecũdum uicinitatem, aut ſecundum ſimilitudinem. Si autem ambę materię quæ ambas feb. faciunt commiſceantur & complectãtur ſe accesſiones & recesſiones eiuſdem ſunt temporis, ſi ſecundum uicinitatem, & unaqueque locum habet proprium, accesſiones earum in duobus temporibus ſunt diuerſæ, & ſimiliter recesſiones earum. Omnes hu. qui compoſiti ſunt, aut æquales in quantitate ſunt, aut quidam plus, quidam minus habent. Et feb. compoſitæ, quędam habent proprium nomen, quędã uero non, habens proprium nomen eſt hemitriteus. i. media tertiana. Hęc enim feb. componitur de feb. phlegmatica continua & peryodi tertiana, ſi ſit uera, quando non eſt uera componitur aut de tertiana continua & phlegmatica cõ tinua, aut de tertiana peryodi, & phlegmatica peryodi, & aliquãdo ex duabus feb. in uirtute ęqualibus. Hęc etiam feb. componitur aliquando ex duabus quarum una maior eſt altera. Hæ autem ſunt ſignificationes ſpecierum compoſitarũ feb. Significationes unde unaqueque posſit intelligi, ſunt hæ. compoſitę ſecundum uicinitatem faciliores sũt intelligi de tẽpore ſuę perſeueratio nis. Quod ſi fe. continuæ cõponãtur cũ febribus peryodibus: peryodes ĩtelligũtur de rigore quẽ habent in actionis tempore, continuę ex ſua ſtabilitate. Si uero compoſitio ſit ſecundum compoſitionem, intellectus harum durus & moleſtus eſt propter diuerſitatem ſuarum ſignificationum, maxime ſi complexio ſit æqualis durus & moleſtus eſt, ſi autem una ex materiebus in complexione dominetur, ſit leuior intellectus, quia ſignificatio dominantis apertior erit. Oportet autem acuas diſcretionem, tuamque in his ſubtilem intelligentiam, & non confidas in peryodi compoſitę feb. neque credas interpolationi ſuæ ſignificationis, aliquãdo enim duæ sũt tertianæ quę accipiunt quotidie, quas multi medici putant eſſe continuas. Aliquando etiam duę componuntur quartanę accipientes omni tertia die, & putantur eſſe tertianæ, in quibus non ſecundum quòd oportet ſolent medicari, unde fe. confortantur & augmentantur, & aliquando perit infirmus, quia medicina necesſitati eſt contraria, & propter hoc oportet te ingeniare ut intelligas fe. de eſsẽtia ſuæ naturæ & de actionibus proprietatis ſuæ ſecundum quòd meminimus nos dixiſſe ut certificatis ſignificationibus competat medicina febrientibus neque confidas in duratione feb. Feb. compoſita ex phlegmate & cho. ru. quæ uocatur hemitriteus ſi uera ſit, ſignificationes habet quatuor, unam qui eſt continua, aliam quia quotidie interpolatur, & una die leuior accipit & facilior, altera uero durior atque moleſtior, facilitas eius propter feb. phlegmaticam omni die inuadentem. Rigorem non habet propter materiam in uaſis contentã. Moleſtatio eius & duricies in altera die, quia in die tertianæ cum forti uenit rigore, quia in tertiana ſolet euenire, & mouetur feb. phlegmatica, quę omni die ſolet inuadere, unde die illa moleſta eſt & dura. Tertiam quia patitur in tempore accesſionis maximum rigorem, aliquando in una die bis uel ter uel quater. Quartam quia ſuum tenere eſt ęquale, dum forti asſimilatur forte, & debili debile. Hemitriteus non uera eſt compoſita cum feb. in uirtute ęquali, quædã cum altera fortiori, ſed in cõpoſitione æqualis ſi eſt cum tertiana peryodi, rigorem omni die facit, una tamen die eſt debilis cum rigore, & habet frigitudinẽ, in corporis extremitate: Vna die cum forti rigore & tremore, punctione quàm & acumine. Quę autem eſt compoſita cum tertiana continua, & quotidiana continua, non habet rigorem neque tremorẽ, compoſita cum tertiana continua, & peryodi quotidiana ſimilis eſt ueraci, ſed tamen feb. huius rigor non eſt fortis, quia eſt phlegmatica feb. & ideo neque pungit neque acuta eſt,

quando

quãdo hęc febris componitur cum febribus nõ ęqualibus significatio dominantis palam plus erit,& debilior occulta.Hæ sunt significationes febrium ex putredine quæ sunt compositę.Aliquando quędam accidentia sunt in febribus cõpositis & simplicibus.Vnde inter se diuersantur ex calore suæ materiæ & diuersitatibus. Itidem unaqueque à simili denominatur,quędam enim commixta nimiæ humiditati uocatur eloidis, quædam cuius calor nimium est incensus & uocatur causon,quàm semper nimia sitis sequitur, & in lingua nigredo, & in stomacho punctio,in qua cum tangatur corpus nimia incensio sentitur,& est feb. in qua infirmus sentit calorem & frigitudinem simul in corporis interioribus & exterioribus.Hoc autem in phlegmatica contingit cum ex putredine nascitur phlegmatis,calor enim in feb.ista propter putrescens est phlegma frigus ex nondum putrescenti,& uocatur yselus & est in qua sentit infirmus nimium calorem in corporis interioribus & tepiditatem in exterioribus,quòd ex grossitate & uiscositate est materiæ, & propter hæc calor non potest exire ab interioribus ad exteriora. Et est in qua sentitur nimia frigiditas in interioribus corporis quæ ex phlegmate frigidissimo cõtingit,& uocatur euiliados.Et est in qua habetur nimius calor in corporis interioribus, & de calore illo ascendit fumus acutissimus in corporis extremitatibus, ꝙ consequitur, quia non est uiscosa materia unde efficitur,& propter hoc cito est dissolubilis & fumus exit, uocatur autem feb. ista tynoros. De sunt omnes species quæ de putredinibus nascuntur humorum.

De febre hæctica & causa & significatione eius. Cap. VI.

Febris quæ uocatur hęctica, diuiditur in duas species. Vna uocatur senectus in qua naturalis humiditas finitur, & succedit siccitas dominans per omnia corporis membra qua desiccantur,& rugantur,& calor naturalis dissolutus finitur.Senectus ideo uocatur,quia cum senes ætatem decrepitam ingrediantur, calor eorum naturalis est extinctus & siccitas illorum membris dominatur, quia humectatio eorum finitur, unde hoc nomen huic febri datum est à simili. Secunda species phthysis uera est.phthysis uero est collectio caloris extra naturam in solidis membris qua humectatio corporis finitur, & in tria diuiditur.Vnum est quo humectatio desiccatur quę in paruis uenis habetur unicuique membro pertinentibus, unde tenerorum caleat humectatio membrorum, sicut est pinguedo & crassitudo, & hæc uocatur phthysis absoluta.Secundum est quo humectatio finitur quæ in teneris est carnibus, & incipit calor ab humectatione quæ in mẽbris est similibus, quę humectatio est sicut ros aut aeris umbra,hæc est quæ uocatur hæctica cõsumptiua.Tertium est in quo hæc humectatio finitur, & illa humectatio incipit calefieri quæ in coniunctionibus est fundamenti cuiuslibet mẽbri,quæ uocatur phthysis & consummatio. Phtysis uocatur propter consumptionem humectationis in membrorum fundamentis, & propter siccitatem eorumque mollitiem quæ ex finita sequitur humectatione ea membra solidãte, sicut uidemus in terræ nascentibus quæ cum desiccari incipiunt emollescunt & ita consumuntur. Causa unde hæc febris nascitur, aut antecedens, aut primitiua esse comprobatur. Antecedens est sicut si feb.putredinis immorans incensa fuerit,& calor ab humectatione incipiens cordis, membrorum quæ fundamentis eam finierit,quęcunque autem febris est huiusmodi in initio cõsummatiua fit fe. sicut hæctica nascẽs ex hemitriteo, & apostema calidum in pectine natum cuius calor propter uicinitatem suam tendit ad cor, & arteriarum humectationem consumens,& mẽbrorum humectationem desiccans. Aliquando hęc eadẽ nascitur ex defectione quàm infirmus ex acutis patitur pas.unde medicus cogitur dare syrupum. In hac desiccatur cor primum, deinde fundamenta membrorum. Causa primitiua est angustia,ira,tristitia,labor,uigilię, ieiunia maxime si iuuenilæ est ętas,cõplexio ca.tempus æstiuum, & ordinatio infirmi ca. quæ de huiusmodi causa nascitur, phthysis & consumptio uocatur.Significatio vnde intelligitur,quia fe.ab initio molesta & dura non inchoatur, mala enim cõplexio quę est ca. ęqualis est per totũ corpus & nõ diuersa nec infirmus sentit in corpore suo calorem febrilem,neque dolorem & fatigationem, neque aliquam significationem quæ ad febrium attineat putredinem, sed calor igneus extraneus toti cordi dominatur æqualiter, neque membrum aliquod est sine calore, quod calorem sibi sentiat contrarium esse. Calor enim nõdum ad plenum incipit augmentari ut significationes possunt perpendi. vnde hæc dura est sanari,cum non in initio ualeat intelligi qua medicina ualeat subueniri, cum tamen ad consummationem perueniat, aperta sui monstrat indicia,sed tamen impossibile est sanari,quia corpus propinquat perditioni. Eius tamen significatio talis est in initio, si febrem inquam inchoantem tres dies uidemus continuantem, neque calorẽ habentem fortem, neque aliam etiam significationem calori febrium ex putredine attinentem utpote rigorem & tremorem, sitim,angustiam, siccitatem, & in lingua nigredinem, fatigationem, capitis dolorem, urinę putredinem, pulsus magnitudinem, & eius diuersitatem, aliaq; signa quæ febrem ex putredinibus sunt comitãtia,calorem quoque quietum & mansuetum, & tribus uel amplius diebus continuum, sed tamen

men confortatum cum cibum accipiat, in nocte dormiat. febris hæctica proculdubio est intelligenda, eius talis ab initio debet esse significatio. cum uero augmentatur ab humectatione uenarum inchoatur, unde infirmus consumitur, caro eius minuitur, cutis desiccatur, facies tenuatur, oculi concauantur, imo totũ corpus cõsumitur, calorq; ab alia incipit humectatione. quod intelligitur, quia oculi cõcauãtur, lippiũtur, palpebrę pendent inferius ac si dormiretur. hæc aũt omnia ex uirtute sunt defecta, totũ corpus exiccatur, & rugatur. splendor & flos uitę auferuntur. cutis faciei siue totius corporis fit thetinosa sicut corium super ossa extensum, tempora planiora, auriculæ contractæ, color citrinus, spatulæ eleuatæ, uenter siccus. ꝙ si tangatur sub diaphragmate, omnia uiscera sicca inueniuntur, & quasi non apparent exterius, uenter thetinosus, & cum dorso iunctus, calor corporis in initio tactus debilis, & cum immoretur manus fit acutus, pulsus durus & extensus quasi chorde debiles & firmatæ. hæ sunt significationes feb. hæcticę, & eius causæ.

De cura febris ephimeræ quæ fit propter calorem solis. Cap. VII.

Febris itaq; ephimera quæ fit propter cal. solis differt ab illa quæ fit propter calorem æstiui aeris, quia illa quæ est de calore solis maiorem capitis infert calorem quàm toti corpori. Illa uero quę fit propter ęstiuum calorem aeris plus calefacit corpus quàm caput. unde huius febris utilior hæc est cura, ut aerem qui subtilis est, & cibum infrigidemus & humefaciamus & in pauimento domus sternamus flores refrigerantes & frondes calidosque fumos extinguentes sicut uiolã rosam nenufar frondes psilij semperuiuam, salicis frondes, & frondes basilicon, hæc omnia semper sunt cum aqua frigida uel rosata infundenda. Et licet basilicon sit calidum in tertio gradu tamen proprietatem habet inducendi frigiditatem aquæ per nares. Sed oportet nos patientium nares sæpe humectare cum oleo uiola. & nenufarino in aceto mixtis & similibus. Vngenda sunt tempora de sandalis camphora & aqua ros. si non habent reuma. Quod si habuerint reuma cauendi sunt ab aceto & camphora. Ad nares eorum apponamus fumum aquæ calidæ ubi cocta sint uiola & camomilla, caueant ab omnibus olei inunctionibus. Quod si non habuerint capita de humorum fumositate plena, neque reumate bonum est ut capita eorum roremus post declinationem febris aqua in qua decocta sint uiola & camomilla, quia si capita eorum plenitudinem habuerint abstineant se ab hac aqua & solũmodo fumum eius odorent. Succum vtriusq; generis malorum granatorum accipiant. Comedant melones palestinos, uuas hyemales, medullam tritici & cucumeris omnia cum niue refrigerata si niue fuerint assueti. Vinum bibant mixtum cum sirup. malorum gran. & uiol. Si egestio eorum fuerit sicca humectanda erit cum sirupo uiol. uel de prunis & oxisenicia facto & his similibus. Post febris declinationem bonum est si balneentur in temperato balneo aerem & aquam habente temperatã. Manducent in initio prandij medullas citruli & cucumeris cum zuccaro, & micam panis in aqua lotam. Mundificato autem stomacho de humorum copia & febris fumositate expulsa, demus pullos gallinaceos perdices coctas cum iure condito de succo maligra. & aceto uuarum agrestium & cum ramis potulacę, & similibus.

De cura feb. ephimeræ propter aeris frigiditatem. Cap. VIII.

Patientes ephimeram propter aeris frigiditatem oportet eos ante omnia cauere à balneis priusquam morbi fiat digestio & uiolentia febris sit declinata. Cumque morbum uideris digestum esse & febrem declinatam, mittẽdi sunt pedes eorum usque ad genua in aquam calidam in qua cocta sunt camomilla, sansucus, ysopum, sisimbrium, abrotanum, & similia. Inclinentur super fumum eius, deinde balneum temperatum ingrediantur & fricentur ibi, ut pori eorum sint aperti, & calor qui ad corporis interiora coadunatus fuerat dispertitus sit & dilatatus, quædam pars etiam eius fit ad exteriora corporis egressa, lauabimus capita eorum cũ aqua calida in qua cocta sunt camomilla, anetum, & misceantur in aqua quędam olea uirtutem dissolutiuam habentia, ut sunt camomileon, yreleon, anetileon, & cauendi sunt ab epithimatibus, nisi cum omnis sudor fuerit egressus, ne causa epithimatum pori claudantur & materia quam necesse est cum sudore exire, non possit exire, sed permanens in interioribus corporis maximum generet nocumentũ, & ducant patientem ad magnam molestiam perditionis. Caueant ne diu in solio morentur quia aqua licet sit humectatiua magis cæteris rebus, eius tamen caliditas perforat corpus usque ad interiora, vnde fumi cum sunt in corpore existentes calefiunt, repugnat eis grossities aquæ, & ideo melius est si in aere morentur quàm in solio, quia solium implent poros & claudit eos cum humiditate aquæ. Aer uero balnei poros aperit & fumositatem corporis dissoluit. Idcirco exercitia sunt istis conuenientia, quia exercitia temperata dissoluunt & rarificant corpus sunt & uia qua fumi eorum transeunt. Oportet illos accipere subtiles cibos & laudabilem chimum generantes, & nullam eis frigidationem

facientes, ſicut ſunt hedulina caro & annualis agnus & ſimilia. Et quia ſecundum noſtram in tentionem oportet eorum corpora non humectari cum artificio conuenienti, & iura ſint condita cum albumine oui paucis cœpis & modico cimino carni cinamomo & ſimilibus, abſtineāt ſe à groſsis cibis & uiſcoſis, potent uinum cum aqua cali. multum, multis operiantur indumentis, & iuxta eorum latus apponantur carbones ignis ut repugnent aeris frigiditati. Naribus odorifera applicentur, quæ temperatę ſint, calefacientia ſicut ſunt ſanſucus, yreos, ſimbrium, & de fructibus ſicut ſunt citruli & ſimilia. Quicunque eorum reuma habuerint, caueant ſibi à balneo niſi morbo ceſſante.

De cura ephimeræ propter balneum. Cap. IX.

SI ephimera ſit propter balneum aquæ ſtipticæ, ſicut vitreæ ſulphureæ aluminoſæ, etſi cutem habeant ſicciorem & magis oppilatam quàm ſuperiores, tamen eius feb. curatio ſimilis ē ſt ſuperiori. Oportet enim ſicut diximus ne balneentur niſi febre declinante, ſed poſtquam declinata fuerit deponant pedes eorum vſq; ad genua in aqua quam diximus, deinde in temperato balneo balneentur. Cauendi ſunt ab omni olei inunctione, bonum eſt ſi aliquantulum exercitiis vtantur. Cibos leues accipiant qui ſint faciles ad digerendum & bonum generent chimum, & aliquantulum frigiditati pertineant, ut ualeant fumorum ad interiora coadunatorum acumen extinguere. Vinum non bibant niſi corporis plenitudine careant, & cum omnis fumoſitas à corpore fuerit expulſa.

De cura feb. ephimeræ propter cibos & potus. Cap. X.

OPortet patientes ephimeram propter cibos & potus calidum hæpar in initio curari cum oxizaccara & ſucco maligra. cum aqua roſ. & camphora & cibos accipiant. ſ. portulacam atriplicē ſcariolā pullos gallina. cucurbitam & ſimilia. Cataplaſmemus hæpar ſtomacho tamen cibis inanito, de ſandalis, roſis, farina hordei, aqua ro. camphora & ſimilibus. Comedant melones paleſtinos mala granata, citrini pomi medullam coctam meſpila vuas muzas & ſimilia.

De cura ephimeræ propter ieiunium. Cap. XI.

IN ſtatu ephimeræ quæ ſit propter ieiunium nullum cibum oportet dari, ſed ſuccum accipiāt malorum gr. & uuarum hyemalium ſuccum ſorbeant. Quod ſi hęc eis non ſufficiant & fames eos percutiat, dandus erit ſuccus micę panis cū zuccara lotę. Declināte itaq; febre ſi uiderimus ſuccum eſſe digeſtum, dabimus ptiſanam calidam & expectabimus quouſque ſit digeſta, deinde mittemus eos in balneum, & cum corpus calefieri incipiet & ſudorem emittet omnino ungendus erit oleo uiol. ut claudens poros repugnet humiditati corporis ne extrinſecus exeat, deinde dietentur leuibus cibis & ſubtilibus & ad digerendum facilibus atq; ſanguinem tenuē generantibus.

De cura febris ephimeræ propter laborem. Cap. XII.

SI ephimera ſit propter laborem, ſicut æquitare, laborare, ambulare, oportet ingeniari ut requieſcant. Deinde oleo uiol. uel nenufarino ungantur. Quod ſi labor modicus extiterit, fricentur corpora eorum multum, ſi autem multus fricanda ſunt parum, poſtea in temperato balneo ſæpe lauentur, neque ullam moram in eo faciāt ne ſubſtantialis humiditas eorum conſumatur & in hæcticā incidant. In ſolium deſcendant ut corpora eorum humefiant: exeuntes autem ſolium cum oleo uiola. uel nenufarino ungantur ut clauſis eorum poris humiditas accidentaliter acquiſita intus in corpore eorum permaneat. Caueant coitum ne corpora eorum deſiccētur. accipiant ſtarnas, perdices, pullos, gallinas, hedulos annuales, agnos, piſces laudibiles digeſtioni obedientes. Potent uinum ſubtile & multū mixtum quod membra eorum humectet. Vinum enim corporis penetratiuum eſt, quo eum te aqua cum eo dirigitur & membra humefacit. De fructibus comedant malagranata, uuas, pruna, mala, & ſimilia.

De cura febris ephimeræ propter bubones. Cap. XIII.

EPhimera quę ſit propter bubōes oportet nos ante omnia ſtudere ad curādas puſtulas & apoſtemata, quę cum bubonibus fuerunt. Deinde balneentur, in aere balnei morentur ut humorum copia paulatim diſſoluatur, nec aliquo oleo ungantur, qui uolentes in ſolium deſcendere, nec in eo morentur, dietam accipiant ſubtilem & ad digerendum facilem, & ſubſtantiam laudabilem habentem.

De cura febris ephimeræ propter uigilias. Cap. XIIII.

IN ephimera propter uigilias oportet magnū impendi ſtudiū, ut prouocemus ſomnū cū ſuaui fricatione pedū; hoc. n. trahit humores in capite exiſtētes, & repugnat fumo ad caput aſcendēti.

Cibum

Cibum accipiant modicum qui ſit facile ad digerendum quia natura propter defectionẽ non multum ſuffert cibum, uinum bibant temperatum in quantitate & uirtute, & à coitu omnino ſibi caueant quouſque ad proprium eorum ſtatum & uſum conuerſi fuerint.

De cura febris ephimeræ propter iram. Cap. XV.

QVando ephimera fit propter irã, neceſſe eſt vt in eius initio ingeniemus qũo cor eorũ cõfortetur & calor extinguatur, quod fit cum expulſione irę quam ipſi obtinent, deinde in tempera tum mittantur balneum.ſ. prout eorum fuerat conſuetudo, & poſt ſudorẽ ungantur oleo viol. & camomil. & poſtea deſcendant in ſolium ibi tamen diu non morentur. Egredientes à balneo comedant frig.& hu. abſtineant à uino quouſq; calor eorum declinetur, ſin autem multum mixtum illud accipiant, Caueant ſibi à coitu ne putrefactis eorum humoribus in putridas incidant febres, aut ne humores ab eorum capite deſcendentes apoſtemata generent.

De cura febris ephimeræ propter anguſtiam. Cap. XVI.

INter anguſtiam & triſtitiam eſt differentia, quia triſtitia ad rationalem pertinet uitutem in cerebro exiſtentem, anguſtia uero ad ſpiritualẽ uirtutem i corde exiſtentem, ideo anguſtia fit magis cauſa phthyſis quàm triſtitia. Igitur, quia perfecta medicina eſt quæ cauſam ægritudinis tollit, neceſſe eſt ab ea incipiamus & ingeniemus quomodo poſſimus ab eis auferre cogitationem & ſuſpitionem cũ diuerſis generibus muſicorum, & cum omni cauſa lætitiam prouocãte ut obliuioni tradant triſtitiã, & quieſcat anima eorum à labore, quia anima præ cogitationis nimietate debilitatur atque infirmatur. Similiter & corpus infirmatur propter animam, ſicut dicit Ariſtoteles, uitium animæ ſequitur complexionem corporis, & corporis complexio animam comitatur. Proinde oportet non negligere corpus, ſed adiuuemus illud cum rebus humefacientibus. Caueant ſibi ab omnibus cibis deſiccatiuis ne cauſa eorum ueniant ad phthyſim, quia hæctica magis pertinet ad iſtam quàm ad cęteras ephimeras. Siccitas enim iſtorum corporibus dominatura, & corda eorum ſunt calidiora: unde oportet illos humectari, ſcilicet cum balneo temperato & deſcendãt in ſolium, deinde vngantur ex oleo uiol. Diætam accipiãt frigidam & humidam quæ ſit facilis ad digerendum ſicut ptiſana, hæbuli, cucurbita, atriplex, portulaca, blitis. Vinum bibant quod non ſit uetus & multum mixtum. De fructibus uero humectantibus concedatur ſicut ſunt vuæ, melones paleſtini, & ſimilia.

De phthyſi & hæctica & eius cura. Cap. XXVII.

OStenſa uniuerſali diſputatione de omnibus ephimeris, omnimodo expedit vt de cura phthyſis & hæcticę diſputemus. Sed quia phthyſis alia naturalis & fit in ſenibus decrepita ætate, alia nõ naturalis quæ duobus modis fit, aut cum febre, aut ſine febre. Sine febre aut calida aut frigida. Frigida phthyſis conſumit corpus, & fit uel propter diuturna apoſtemata, uel propter alios diuturnos morbos. Hi enim morbi qui ſunt diuturni nimium de ſubſtantiali corporis humiditate diſſoluunt, unde infrigidato corpore uirtus digeſtiua debilitatur. Ideoq; cibaria cruda & indigeſta permanent. Phthyſis quæ eſt calida & ſine febre ſit propter calidos chimos cordi oppoſitos, quorum fumus ad cor aſcendens mutat eius complexionem eique accidentalem parat calorem, unde ſanguis corrumpitur, & membra ab eo non nutrita conſumuntur. Oportet ergo ut in frigida phthyſi primitus hæpar confortemus ut cibaria digerantur, & hoc cum rebus digeſtiuam adiuuantibus uirtutem ſicut ligno aloes, galanga, & zinzibere, pipere longo, cinamomo, ſpica, gariofi. & ſimilibus. Diæta ſimiliter uirtutem digeſtiuam adiuuet ſicut caro pullorum, perdicum & huiuſmodi. Vinum bibant roſeum uel dactylicum uel palmeum uel cum ſupradictis rebus factum. Balneentur aliquando poſt cibum quia digeſtiuę conuenit uirtuti. Nonnunquàm exercitentur ante cibum ut uirtus fortior ſit in digerendo.

De ſignis & cauſis hæcticæ & phthyſis. Cap. XXVIII.

CVm in theorica de hæctica & phthyſi ſufficiẽter diſputauimus, placet hic de ea parum diſſerere ut in eius cura non erremus. Phthyſis itaque quæ eſt cum febre duobus modis eſt, aut ipſa eſt per ſe morbus, aut per aliud. Quæ uero per ſe eſt morbus fit à rebus calefacientibus, & deſiccantibus. Altera uero cauſa eius eſt ephimera, maxime ſi propter animæ accidentia fuerit ſicut propter uigilias & cogitationes triſtitiã aut anguſtiam legere & inueſtigare. Phthyſis uero quę cum febre fit & propter alium morbum quatuor fit modis. Aut de ephimera cum proprium terminum tranſit, aut propter acutam febrem cum calefacit, & ultra modum exiccat, aut propter putridas febres, aut propter diuturnas ægritudines ſicut tuſſim dolorem pectoris diaphragmatis & his ſimilia, quæ ſi prolixæ fuerint corpus calefaciunt & deſiccant.

De diuisione hæcticæ. Cap. XVIIII.

HAe&ctica tribus fit modis. Vnus eſt in uaſis ſanguineis & in uenis humorum exiſtens,& dici tus roſaceus.Secundus eſt humiditas in mẽbrorum concauitate in quibus nondum natura perfecit tertiam digeſtionem & dicitur cambium. Tertius eſt ſubſtantialis humiditas qua regun-tur & cuſtodiuntur membra quę in uaſis ſanguineis exiſtit,& dicitur glutẽ ſiue humiditas ſpermatica. Eſt prima ſpecies leuior hæ&ticę, proinde hęc ſpecies eſt ad curandum facilis ſi patiens in ſapientis manum incidat. Medicus enim ſi incipiat calorem extinguere uelociter cum frigidis & humidis,ſicut cibis,& potibus aere & ſimilibus,citiſsime ſanabit infirmum. Quod ſi calor humiditatem membrorum deficcet quæ coagulationi eſt uicina,fit ſecũda ſpecies hæ&ticę quæ dura eſt ad ſanandum. Quod ſi calor membrorum iam perfe&torum humiditatem exiccet, fit tertia ſpecies hæ&ticæ quæ incurabilis eſt; quod poſſumus perpẽdere ex calore ſolis & ignis qui in longo tempore humiditatẽ lignorum exiccat & ſeparat. Calor.n.ignis humiditatem lãpadis exiccat & in calorẽ conuertit, hæ ſunt cauſæ hæ&ticæ propter aliũ morbum.Cauſa hæ&ticæ quæ non eſt propter alium morbũ humiditas eſt in concauitate cordis uenis & arterijs inhabitans, quę ſi calefiat & in caliditatẽ & ſiccitatẽ propter aię exercitia mutetur,fiet prima & ſimplex ſpẽs hæ&ticę quæ per ſe eſt morbus, hæc itaq; facile curatur.Sed ſi calor augmẽtetur, vt humiditatẽ cordis arteriarum atq; uenarũ deficcet, fit ſecunda pars hæ&ticę quæ nõ cito curatur. Quod ſi calorem ſubſtantialẽ cordis arteriarum & uenarũ humiditatẽ deficcet,fit tertia ſpẽs hæ&ticę eritq; incurabilis.Oportet aũt intelligi quia ſi oĩa mẽbra fuerint deſiccata & infrigidata,nullam faciemus eis curam quia moleſtum eſt. Sed ſi hęc fe. cõpoſita fuerit cum febre de putredine difficilis eſt & dura ſanandum,quia ſunt contrariæ & oppoſitæ,febri.n.putridæ neceſſaria eſt res lauatiua & colatiua & deficcatiua ut lauet corpus & deficcet humores qui ſunt cã putredinis,& hę&ticæ cõuenit res refrigerans & humefaciens ut infrigidet & hume&et calorẽ febris & laudabilem corpori præſtet humiditatem, unde utraq; cura eſt inter ſe oppoſita. Bonum eſt ergo ut cura hę&ticæ auferatur per contrarium ſicut labor cum quiete,uigilia cum ſomno,triſtitia cũ lætitia, ira cum patientia. Danda eſt ſola aqua calida cum acceſsio putridæ feb. uenerit uidelicet cum rigore incipit. Quod ſi uomitus ſponte veniat bonũ eſt,ſed ſi nõ cũ leuiſtico prouocemus.Acumine ceſſante & anguſtia infirmi quieſcente & appetitu cibi ſurgenti damus ptiſanã & panem bis uel ter lotũ in aqua frigida cũ zucca. Damus ordeũ cum lentibus co&um,ſed lentes ſint mũdatæ & elixatę & prima deco&ionis aqua auferatur,deinde cũ hordeo miſceãtur.Similiter ramos portulacæ, la&ucæ cum modico coriandri recentis aut ueteris cũ aceto & zuc. & modico croco. Si vero ſit febr.de putredine phlegmatis ponendũ erit in uice portulacæ & la&.parũ mẽthę & apij & blitis,sũmo mane acipiant rodozacarã & uiolam cũ zuc.mixtã.Sed ſi ca.ſ.feb.hæ&ticæ nõdum uenerit ad humiditatẽ quæ coagulationi eſt uicina,demus ſuccum ſcariolę lupuli & apij,ſed tamen raro ne aſſueſcant illos ſępe maxime ſucco apij,quia calorẽ hẽt & ſiccitatẽ.Dandi ſunt trociſci de roſis & de berberis,quandoq; maſtix & maratrũ cũ rodozaccara raro tamen tribuãtur. Oportet ab aqua frigida oĩno caueri. Sed ſi neceſſe fuerit coquatur cũ modico maſticis,mixta cũ aliquo ſyrupo detur. Quod ſi apoſtemata patiuntur in uiſceribus omnino abſtineãt ab aqua fri. & prohibeant eã ne ad cor ueniat quoniã ſi ad cor ueniret cum ſua frigidi. extingueret calorẽ naturalem.Oportet iterum ne cibus in acceſſione putridæ febris tribuatur neq; parum ante, quia anguſtiã dabit infirmo & fe.augmentabit. Sed ſi acceſsio ſit mane ca.aquam damus rigore incipiente, & præcipiemus infirmum malumg. ſugere in tempore acceſsionis, acceſsione uero ceſſante dabimus ptiſanã, digeſta ptiſana offeremus cibũ. Sed ſi fe. in medietate diei incipit augmẽtari, mane dando erit ptiſana, ſed rigore incipiente ca. dabimus aquam ut uomitus prouocetur. Recedente quidem fe. damus ptiſanã. cũq; digeſta fuerit cibum donamus prout oportet,ſed tamen minorem quantitatem cibi quam natura digerere ualeat incipiente quidem rigore,uomitum cum aqua ca.prouocabimus.

De hæctica ſimplici & eius cura. Cap. XX.

SI hæ&ica ſit ſimplex bonũ eſt vt curam illius cauſæ incipiamus per contrariũ,ſicut triſtitia cũ lætitia,ira cũ patiẽtia,uigilia cum ſomno, labor cum quiete,& ſimilia cum ſuis cõtrarijs. Deinde expellamus materiã putrefieri incipientem cum medicaminibus mundificãtibus abſq; caliditate & ſiccitate ſicut eſt ſuccus lupuli cum rodozacca ra vio.zuc.myrobal.mãna, caſiafiſt. & ſimilibus mixtis.Materia vero purgata ordinemus aerem, quia neceſſe eſt ut ſit fri. & hu.& locus ſit ſeptentrionalis.Indumenta ſint fri.& hu.ſicut linea, & ſint lota & aromatizata cum ſandal. & aqua.ro. Cibaria ſumant infrigidantia,& extraneum calorem extinguentia,& naturalem confortantia, & ſubſtantialẽ corporis humiditatem cuſtodientia, ſicut ſunt ptiſana, panis lotus bis aut ter in aqua frigida aut panis albiſsimus infuſus in uino albiſsimo & bene mixto, & olera ſint ſicut la&uca, portulaca, cucurbita, bleta, atri-

plex

plex,omnia condita cum amygdaleō. De fructibus ſicut ſunt malag.utriuſque generis,melones paleſtini, mala muza,pira,uuæ hyemales & ſimilia. De ſyrupis, ſyrupū malorum gra.& iuleplac cipiant,mittamus in aquam quam bibere uolūt ſpodium,ſandalos albos,ſemen portulacę & ſimilia. De aromatibus ſicut ſunt frondes & flores confortatiui,refrigeratiui ſicut ſunt roſæ,ſalices,myrtæ,uiolæ,nenufar & ſandal. Caueant camphoram propter ſiccitatem quam habet, ni ſi ſint herbæ in ſuis capitibus ſubſtantiam humidam habētibus quę repugnent ſiccitati camphoræ. Non enim humiditas capitis ſiccitati ualet repugnarę camphore niſi cum maioris quantitatis fuerit quàm ſiccitas cāphoræ. Cataplaſmata uero quæ hępati ſunt apponenda cōcedamus ut habeant camphoram,quia naturalis humiditas hæpatis repugnat ſiccitati camphoræ & conuertit eam ad temperamentum. Sed de hoc reprendimur à ſophiſtis, quare inquiunt,humiditas cerebri ſiccitati camphoræ non repugnat, cū cerebrum naturaliter ſit humidius cæteris mem bri corporis. Quibus ita reſpondemus. Cerebrū ſemper moueri propter imaginationes & rationes, quia eſt fundamentum ſenſuum & uoluntarij motus,& fumi ſemper aſcendunt ad illud, & calorem etiā aeris plus patitur quàm hæpar, & ideo cerebrum accidentaliter eſt ſiccius quàm hæpar, licet cæteris membris ſit humidius naturaliter. Quandoque damus trociſcos de ſpodio & bolo cum ſyrupis quos diximus, damus ptiſanum ſi egeſtio ſit humida. Solutio enim uētris in hac paſſione peſſima eſt,quia mēbra defecta humores non poſſunt expellere per poros: qui in interioribus corporis clauſi reuoluuntur ad inteſtina, & in eis duas faciunt actiones ut lubricationem vt egeſtio nequeat retineri,aut excoriant ea & naſcitur diſynteria. Si autem tempus fuerit hyemale & frigidiſſimum pānis cooperiantur,ne frigiditas aeris cutem deſiccet & fumos claudat in interiora. Sed ſi tēpus ſit æſtiuū domus infirmi ſit ſpacioſa & ſeptentrionalis, & portæ ſint ſeptentrionales, & in pauimento domus ſternamus roſas uiol.nenufar, ſalices,baſilicū, ſemperuiuam, ramos uitium,& carui,modicum aquæ ſuper eas roremus. Quod ſi corpus eorum inducit materiam ad putredinem pręparatam, unguamus corpora eorum de ſuccis lactucæ, portulacæ, uuarum ſolater. cum oleo roſato mixtis. Hęc tamen inunctio ſuper eorum pectoribus non diu moretur, quia inſtrumentorum ſpiritus eſt percusſiua. Quod ſi uirtus eorū fuerit defecta & membra diſſoluta & uenæ apparent albæ propter ſanguinis inanitionem, oſſa quoque brachiorum ſubtiliſſima,eorumque cōcatenatio inanita proxima portenditur mors.

De hæctica quæ fit propter alios morbos. Cap. XXI.

SEd ſi hęctica fuerit propter alios morbos ſicut freneſis,tusſis,acuta febris,& huiuſmodi,prohibemus patientes ab aqua & frigidis,& ab inunctione ſuccorum quos ſuperius diximus, niſi cū apoſtema per quod eſt febris futura ſit calidisſimum,quia calidum apoſtema trahit ad ſe humiditatem aquæ & prohibet eam ne uadat ad cor & noceat calori naturali. vnde Galen. aqua inquit frigida in hæctica quæ eſt propter aliū morbum peſſima eſt, præcipue ſi morbus fuerit diuturnus. Palam eſt ergo ꝙ non debet dari aqua in hæctica. Debiles caueant aquam,neceſſe eſt ergo ut feſtinemus ad reſtauranda eorum corpora in uirtute nutrimenti cum cibis & potibus qui ſint faciles, & ſubito & multum nutribiles, ſicut eſt uinum album & groſſum, aut rubeum groſſum,ſicut Hippo.in apho. facilius eſt repleri potu quàm cibo. ſed tamen non dandum eſt purum in ieiunis,quia membris & maxime ſtomacho pręſtaret caliditatem & ſiccitatem, nec ſubito & multum dandum,quia ſic uelociter mēbra non nutrit, ſi ſit multum & groſſum faciendo moram in anguſtis locis oppilationem generat,unde oportet nos illud negare in ægritudine exiſtentibus uel eam exeuntibus, & maxime hæcticis. Cibum accipiant mediocrem,facile nutricantem & quiddā grosſiciei habentem ut permanens in membris nutriat & confortet. Intentio Hip. non fuit de potu abſolute, uel humidis cibis abſolute,ſed de rebus natura corpora facile & leuiter nutricantibus ſicut ſunt uina quædam grosſitatis habentia & in membris permanentia, nutrimentum eis inferentia,inferunt ergo nutrimentum de cibis facile nutrientibus & naturę obedientibus ſicut ſunt,lac, ptiſana, panis lotus,& ſimilia. Sed ſi coguouerimus corpora eorum nullā habere materiam ſeu humores qui ſint ad putredinem parati,cauendi erunt à lacte,& ſolummodo ptiſanum & panem lotum accipiāt. Vniuerſaliter dicimus ꝙ lac & uinum pōticum,perdices & ſimilia non ſunt dāda,niſi certisſime ſciamus febrem ab eis eſſe ablatam. Hæctica uero extincta damus mane lac caprinum ſtatim emulſum, miſceatur tamen cum aqua calida,ad ſuauem ignem coquatur uſque ad aquæ conſumptionem, deinde calidum prout ab uberibus emulſum fuerit accipiatur, quo digeſto demus ſtarnos,perdices,pullos gallinaceos omnia iuſcellata, uinū album & pōticum mediocriter mixtum. Sed ſi non potuerint lac bibere miſcendum erit cum hordeo uel ſimila tritici. Deinde balneemus eos in balneo aquæ lapidæ in temperato aere,& calor aquæ ſit quaſi calor lactis cum ab uberibus eſt emulſum. Et quoniam in iſtis pori ſunt clauſi & oppilati naturaliter, & noſtra intētio eſt ut aperiantur,& cum nulla res posſit in

ueniri quę poros deoppilet & dilatet & cutem mollificet ficut aqua calida, ideo de balnei vtilitate & quo tempore & qualitate ipfius & de folio balnei & quantum morari debeat eft differendum.

De balneo aquæ calidæ. Cap. XXII.

Oportet autem diu in folio morari & aqua folij fit temperata & folium fit fpaciosũ,& oftium balnei uicinum, & aqua non fit multum calida, quia cum fuo calore nimio cutem indurat,neq; multum frigida quia in corporibus debilibus calorem extinguit naturalem & cutem oppilabit. Mora balnei,quia fi uidemus rubicunda & inflata corpora fieri & incipiant minui eos à balneo extrahemus, quia fi dimittamus eos plufquam oportet,confumentur.Ideoque fi uolumus carnem in corpore augmentare dimittamus in balneo quoufque fiant rubicundi, & inflati. Si vero eam minuere uolumus poft inflationem dimittamus eos in balneo donec inflatio tranfeat, & ipfi ad fuam naturam fuerint reuerfi. Egredientibus itaque à balneo ungamus eorum corpora cum oleis frigidis & humidis vt cuftodiatur humiditas quam ab aqua fufceperant neaer illam confumat. Rurfus oportet ut in diuerfis temporibus balneentur.primum balneũ fit mane,priufquam lac aut ptifanum accipiant. Secũdum uefpere poftquam lac & cibus funt digefta fed fi amplius balneentur optimum eft fi uirtus eorum fit fortis. Bonum eft autem fi lac fuper infirmum fuerit emulfum priufquã in folio defcendat, & huiufmodi flores & frondes mittantur ut uiola lactuca & fimilia.Si autem infirmus eft ab humoribus mundificatus ad putredinem fe præparantibus, demus eis balneum exeuntibus lac afininum cum ab uberibus fuerit emulfum. Hoc enim lac huic pasfioni optimum eft, quia cæteris eft fubtilius & tardius ad coagulationẽ.Afina fit iuuenis & fana,lac fit album mediocre inter liquidum, & fpiffum. lacte digefto iterum ad balneum mittantur .Quod fi in eo delectentur eo ꝙ eis affuetum fuerit,tertio ad balneum dirigantur,fed fpacium vnius alio feptem fit horis.poftea cenent perdices,pullos gallinaceos & alas gal. Sed fi uidemus eorum corpora multa refectionis quantitate carere, dabimus lac vaccinum,butyrum tamen ab eo prius fit extractum prima uice duas vnc. & fic afcendendo vfque ad decem. Sed quia lac cęteris cibis facilius omnia corporis mẽbra nutrit, erit omnibus laudabilius ad phthyfim maxime mulieris puellam lactantis,poft hoc afininum,tertio loco caprinum.Capra uero nutriatur cũ hordeo,lactuca,endiuia, coriandro frondibus celfi & his fimilibus.Si folutionem patiantur extinguatur lapis ca.bis uel ter in lacte ut aquofitas eius confumatur. Quod fi uirtus eorum confortata fuerit demus cancros fluuiales coctos in hordeo uel fimila vel tri. Palam eft ergo ꝙ fi hęctica fit fimplex & corpus fit abfq; ulla putredinis materia damus aquam frigidam & cætera infrigidãtia & humectantia maxime fi virtus imbecillis nõ fuerit. Si hęctica fit propter aliquod fupradictorũ, prohibemus aquam frigidã,& cætera infrigidantia.uinum tamen eis concedimus, quia naturalẽ confortat calorem, fit tamen mixtum & albũ & lene. Sed quia phthyfis eft confumptio totius corporis & maxime pulmonis, oportet vt de cura pulmonis parum difputemus.

De cura pulmonis ulcerati. Cap. XXIII.

Pulmo fi vulneretur ex cholera & emittat faniem da farinã hordei conditã cum lacte amygdalę dulcis uel uuis purgatis pasfis. Ariftoteles in libro fecretorum aureis literis fcripto,dicit quòd non folum pulmonis defectionem & ficcitatem, uerũm,& totius corporis humiditatem poffumus reftaurare. Hordeũ excoriatum ponamus fuper tegulam ficcam,donec rubere incipiat,deinde laua & pugillum plenum cum gallina craffa pone in magna olla & tamdiu bulliat donec caro feparetur ab osfibus, & aquam illi da bibere,& fac etiam fyrupum de fucco cucurbitæ in pafta inuolutæ & coctę cum zuccara.

De phthyfi fine febre. Cap. XXIIII.

In phthyfi quę eft fine febrę damus fyrupũ factum de zucca. & iringi radices, pecorinam carnem non multum ueterem, uinum non multum uetus. Sedeant in aqua ubi cocta fint fanfuccus bafilicon yreos frondes citruli, fumigentur de ligno aloes, caueant à coitu, prouocetur eis fomnus.

De phthyfi calida. Cap. XXV.

In phthyfi calida fi habuerint tusfim & fcreant album & uifcofum & groffum phlegma, damus apozima de hyfopo,& electuarium,quod.Re.fe beften.l.iuiubas.30.liquiritiæ vnc.1.vuarũ paffarum enuclearũ.dr.25.capil.ve.vn.1.ficus.10. omnia in.10.lib.aquæ coquantur,donec redeat ad duas,deinde da.vn.4.ad bibendũ cũ.vn.1.ro dozac.poftea comedant ius frumenti & fęnugreci.Accipiant ex hoc elect.Rec.maratri radi.apij radi.an.vnc.1.feminis maratri anifi ana. dra.2. malue fem.dr.3.lini fem.iuiubę an. dr. 20.ficus ficcas feptẽ,vuarũ paffarum enucleatarũ. dra.5. omnia in 6.lib.aquę coquãtur, quoufq; ad duas redierint, dabis omni die ad bibendum. vnc.3. cum rodo zaccara viol.zuccara an.vnc.1.Quod fi calorem non habeant tempufq; fuerit hyema le

lecum melle dr.5.accipiant illud. Trocifci qui ualent ad phthyficos hæpaticos cardiacos. Rec. gummi arab.berberis boli ana drag.4. bafilicon arnogloffæ ana.drag.2.coriandri ficci.drag.2.& fem. infufi in aceto,&ad folem ficcati, dragagã ti amidi feminis citroli cucu.an.drag.2.feminis mirtę dra.4.feminis malorum citoniorum femi nis herbæ acetofæ.ana.drag.2.liqui.dra.3.reub. dra.1.& fem. karabe gemmæ non perforatæ an. drag.2.Omnia trita cum aqua ro. temperentur & trocifci ex eis fiant, dabis ex eis drag. 2. Electuarium conueniens phthyficis tusfim habenti bus maxime quibus in pulmone & pectore humores defcendunt groff.& uifcofi.Rec.febeften centum.iuiubas.l.vuarum paffarum enucleatarum dra.20.capilli ueneris arnogloffæ an. dr.5. liquir.drag.2.omnia in. 7. lib. aquæ coquantur tandiu donec redeant ad duas,deinde.vnc.4. fa pæ adde & zuccari.4.& omnia coquãtur ad fpif fitudinem mel. deinde adde puluerem iftarum rerum. Rec.gummi dragaganti feminis citonio rum.vnc.8.fem.cucu.drag.1.amid.dulcis. dr.8. fem.port.drag.6.amidi.drag.7.femi. papaueris al.drag.5.fac puluerem tempera cum aqua rof.

De febre quæ dicitur caufon. Cap. XXVI.

DIximus in theorica, quia cho. ru.alia naturalis,alia innaturalis. Cho. rub. habitat in felle & uirtus eius in hæpate. Hæc cum dominatur cor pori generat febrem quæ dicitur caufon .i. incẽ diũ,huius enim materia eft ignea acutisfima in concauitatibus coadunata uidelicet arteriarum uenarum cordi uicinantium, & maxime uenarũ ori ftom.& in concauitate hępatis & pulmonis. Sed quia ut dicit hip. in apho.acutorum morborum non omnino certę funt fanitatis pronunciationes de fignis huius febris placet hoc repetere ut in curis non erremus. Rigor in initio morbi guttę fanguinis per nares maxime in fecũda die, fingultus, dolor in uifceribus, hæc omnia figna timorem in caufon nunciãt, quia rigor in fecun da die timorem in .6.longinquitatem morbi fignificant, fubita fitis & ablatio, omnia ifta figna timorem in caufon nunciant. Palam ergo eft quòd ubi fanguis per nares exit non eft rigor, & ubi rigor non eft fanguinis fluxus per nares in acuta febre. Sed quia pulfus in hac febre aliquando eft magnus & uelox,fignificat apofte ma in cerebro, aut in diaphragmate effe.Differunt inter utraque, quia apoftema cerebri fequi tur alienatio mentis & rubor oculorum. Apoftema diaphragmatis habet anguftiam fpiritus & pectoris ftricturam. Sudor frigid.fi in quarta die appareat,aut longitudinem morbi aut mortem in fexta die pronunciabit. Medicus licet fit peritus, tamẽ fit ftudiofus ad cognofcenda quatuor tempora morbi.f. principium, augmẽtum, ftatum,& declinationẽ, & uideat quomodo pof fit dię tare & curare morbos fecundum quatuor tempora.Si enim uidemus ꝙ crifis in quarta die ueniat, negetur cibus in his quatuor diebus nifi contrarium ei aliquod accidat ficut pueritia ca. complexio infirmi pori rari confuetudo multũ comedendi. in his complexionibus non oportet multos cibos prohibere.unde Hipp.In tenuibus diætis peccant ægrotantes. Si ergo crifis fit in quarta die, damus mellicratum fi complexio ftomachi patiẽtis fit frigida.Si autem ca. fyrupũ rofatum concedamus eis aut viol. fuccum malo rum gra.& his fimilia.Quæ fi eis non fuffecerint ad virtutem regendam,dari conuenit ptifanum colatum, fed tamen non multum, quia natura defefta nequit eum degerere, unde dimittit eũ, fitq; caufa pereundi infirmum. Nã fi infirmus fit rari corporis uel puer, aut fit cõplexio calida, vel fit confuetus multum comedere,accipiat ptifanũ colatum primo & fecundo die, in tertio & quarto prohibetur. Quod fi crifis fit in feptima die,damus ptifanũ colatum à prima die vfq; ad quintã, in fexta & feptima negamus & folos fyrupos eis tribuimus. Simili modo facimus in oĩ ftatu acuti morbi;licet fit longus aut breuis. Eo dem modo in periodicis faciendum eft. nec tribuamus cibũ in die accesfionis,neq; cõcedamus cibũ nifi quiefcente febre.Sed quia utriq; morbi molefti funt & fufpecti fecundũ uerba Hipp.dicentis.Oportet inquit nõ folum feipfum prębere quæ oportet facientem, obliuioni ne tradamus. Medicus ergo fi in initio morbi uiderit ꝙ neceffaria fit pharmatia uel phlebotomia, feftinãter eã agat priufquã morbus confortatus augmentetur,& natura debilitetur.Si uero fuerit ne cesfitas purgandi inferius fiat purgatio cũ oxife nitia prunis iuiub.viol. cafiafift. mãna rodozac. & fimilib. Si materia leuis & natatilis appareat, & dolorem in capite,& imaginationẽ ante oculos habeat, prouocanda erit cum vomitu uideli cet cum fucco a triplicis & oxizaccara, & modico falis & ptifana cũ oxizaccara. Quod fi febris leuis fuerit & virtus fortis accipiant hoc catarti cum quod.Rec.dra.feptẽ myr. citrinorum mun datorum,hęc.n. non fiant nifi in morbi initio. Quod fi impediant nos aliqua ficut virtutis debilitas, demus diætam ad digerẽdum facilem & laudabilem chimum facientẽ & uirtutẽ infirmi cuftodientem ficut ptifana, & mica panis lota. hęc tamen facienda funt in extremitatibus diei & maxime in aurora propter aeris fri. & ca.feb. in illa hora repugnantem. Sed cum hæc febris ab initio vfque ad ftatum uenerit, fueritq; acuta & dura, neceffe eft ut in omnibus eius tempo ribus fubtilem demus diętam,fic.n.conuenit fieri in omni morbo qui uelocem habet motionẽ & ftatum breuem. Grauior autem & tardior fi fuerit, ingroffemus diætam in initio ut uirtus

tus custodiatur, appropinquante quidem statu subtiliamus eam. Bonum est etiam si ca. extinguamus in illis temporibus uidelicet cum succo maligra. uua hyemali melone palestino & similibus. Quod si stiptice fuerit nature, humefaciamus eũ ante statum cum mãna uiola, zuccara solutis in aqua ca. aut in succo cucurbite assatæ. quòd si fortius uolumus humectare, damus vnc. ij. casiafist. mundate. Si autem hæc non sufficiant clystere faciamus humidũ quod Rec. spinæ egyptiacæ maluæ hordei mundati. an. un. j. furfuris frumenti quantum in utraque manu potest capi, sic[ly].i. bletæ frondes duas cucurbitæ agrestis frondes. 10. sebesten. 30. iuiubas. 20. omnia coquantur in. 4. lib. aquæ usque ad. 3. Deinde colatis in. 8. eius uncijs mittantur. vnc. 2. olei violati uel vnc. 1. oxizaccare obsomogare vnc. 1. sal. dra. 2. nitri. dra. 1. & fac clystere. Damus ẽt ad refrigerandum stomachi calorem psilium cum succo maligranati, aut cum succo melonis palestinis. Si autem dolorem capitis patiantur humectamus nares cum viol. & nenufarino. Similiter cura & plante pedum fricentur cũ plantis manuum puellarum unctis de oleo nenufarino & viol. In temporibus ponimus cataplasma quod. Rec. sandali albi ro. farine hordei assati. omnia puluerizata cum succo semperuiue temperentur aut cum aqua ros. aut oleo ros. cum modico aceti mixto rorandum est fronti & temporibus. Cataplasma ponimus super hæpar & sto. quod. Rec. sandali albi & ru. ana drag. 2. ro. drag. 2. & sem. corticum cucurbitæ. drag. 4. frondium uiridium uiolarum. dra. 3. campho. dra. 1. tempera cum succo semperuiuæ. Similiter in pauimento frigide frondes ponantur ut salicis mirte rose & similes, & sæpe roremus super eas aquam. Ponimus ante infirmum uasa magna argillosa & clarissima aqua plena, & mittimus aquam unius in aliud. Cauendum est quoque ne ungatur aut cataplasmetur caput de oleo alij sue cataplasmatibus. Quod si uigilias habuerint iungimus in cataplasmate quod super frontem ponimus & temporibus semen papaueris & lactucæ. Si autem dolor capitis non cessauerit neque infirmus reuma aut tussim habuerit, fomentemus caput cum aqua calida in qua cocta sint uiola camomilla ro. hordeum mundatum. Quod si adhuc dolor non quieuerit infundimus super caput eorum lac caprinum aut asininum, postea fomentemus illud, cauendum est tamen ne aliqua istarum fomentationum aut aliquam rem quam superius diximus in statu faciamus, neque cum sentimus caput humido fumo plenum. hæc autem si fecerimus augmentatur & generatur dolor in capite. Possumus etiam scire utrum fumus sit humidus aut siccus. Si humidus sentiunt dolorem & grauedinem. Si siccus sentiunt dolorem cum uacuitate capitis & leuitate & inde negamus fomentum lac & unctiones. Hęc enim omnia non desinunt in fumos humores dissolui & maxime oleum, quia poros cum sua uiscositate oppilat. Infundimus autem manus & pedes in aqua calida in qua cocta sint viola. camomilla. Fricamus plantas pedum positas in hac aqua cũ oleo viol. fricamus etiam & crura, & ligamus ea à superiori usque inferius, hoc enim sæpe fiat quia deponit materiam & dissoluit. Bonum est etiam si dolor capitis non cessauerit, ut ligemus fundamentum testiculorum. Descendente autem materia & dolore capitis quiescente ponimus caput infirmi super fumum aquæ superius dictæ. Sed si dolor capitis sit cum leuitate & acuitate, scimus illum fumum esse acutum & siccum, unde ponimus in capite oleum ros. & acetum. Acetum.n. attenuat & aperit, oleum aut refrigerat. Quod si dolor non cessauerit, frigidiora in capite apponamus, sicut succum semperuiuæ, & ea quæ superius diximus. Cauenda est tamen camphora in cataplasmationibus frontis & temporum, sed in cataplasmationibus stomachi & hæpatis est ponẽda. Quod si ardorem & calorem nimium senserint in stomacho & primitus pectus habuerint sanum, & tussi careãt, damus syrupum malorum gra. aut de oxisenitia aut de prunis. Si pectus habuerit infirmum & tussim damus syrupum uio. cum psilio. Sed si patiantur siccitatem & asperitatem in lingua, lauamus eam cum psilio & succo cucurbitæ assatæ hoc modo, inuoluatur in folijs eiusdem, & sub cinere coquatur calidissimo deinde mundetur à cortice & exprimatur, competit in omnibus acutis febribus. Damus etiam si sitim habent magnam syrupum squilliticum cum succo factum. Damus & electuarium psiliticũ, & huiusmodi. Si autem diętam necesse fuerit ingrossari damus ptisanum non colatum & panem non lotum. Caueant amygdalas, quia ut Ga. dicit, cerebrum petunt, damus quoque pruna mora celsi, omnia tamen sunt concedenda in aurora diei febre mitigante. Quod si patiantur cordis tremorem tribuamus psilium cum succo cumeris & syrupo acetoso pomi citrini & de succo uuarum agrestium. Si tussim habuerint damus eis hoc electuarium, Rec. gummi dragagãti seminis citoniorum mundati ana. drag. 2. amidi. drag. 1. & sem. seminis cucumeris. drag. 2. & sem. temperetur cum syrupo viol. si constipatus fuerit. Si solubilis est cum rosato. & fac pilulas in modum fabę & unam sub lingua teneat. Vngimus pectus cum hoc unguento. Rec. dragaganti drag. 1. succi maluæ & uiolariæ quantum sufficit, ponantur in mortario & agita quousq; ad mellis spissitudinem redierint, deinde ceræ albę drag. 4. olei viol. vnc. 1. liquefac super cinerem & misce omnia & agita quousque ad modũ unguenti fiant. postquàm uero status transierit & febris declinauerit, damus cucurbitam carnes

pullorum

pullorum perdicum & huiusmodi. Si aũt crisis non uenerit ut oportet debet primam retinere diætam qua diætauerat ante statũ donec alia crisis veniat. Oportet autẽ intelligi quia alienatio quæ fit propter apostema diaphragmatis non est continua, sed alienatio quę fit propter apostema cerebri incipit in augmento sui tota modicum continuatim, neque febre cessante & mitigata quiescit ipsa, quia passio est in essentia cerebri. Ideoq; flatus eius insẽsibilis paruissimus, facies & caput eorum nimium patiuntur dolorem & calorem. oculi lachrymantur. nares aquã distillant & os eorum emittit liquorem. Dicunt quidam ꝙ fumus de ebullitione sanguinis qui ascendit ad caput sit calidus & humidus, quod falsum, quia fumus ad caput ascendens si fuerit humidus eliquabitur in pectoris concauitatẽ descendens & de pectore in diaphragma & ibi apostema generabit quod uera pleuresis nuncupatur, pars uero fumi quæ in capite remansit dissoluta per poros cum sudore & fumo egreditur. vnde dicimus ꝙ fumus qui fit ex ebullitione sanguinis est calidissimus & siccissimus de genere cho.ru. vnde non potest eliquari inferius ad diaphragma, sed in cerebri pelliculis inuiscatur & generat ibi apostema quod frenesis dicitur. Aliquando est ex incensione cho. ru. in uentriculis cerebri existentis quod peius est & molestius. Palam itaque est ꝙ causa frenesis est de fumo igneo & sicco. Causa uero pleuresis est ca. fumosus & sanguinolentus, idcirco antiqui febrẽ frenesis appellauerunt causon, & febrem pleuresis acutam. Quandoque fit frenesis propter colligantiam neruorum quam habet cerebrum cum diaphragmate. Aliquando propter passionem matricis. Quandoque fit propter putredinem quæ est de phlegmate. Nonnunquã fit propter adustionem cho.ru. & mutationem eius ad cho.ni. hoc genus frenesis pessimum est & difficile ad curandum. Si autem frenesis sit ex incensione cho.ru. in uentriculis cerebri, sequitur cordis tremor, stupor, defectio, mutatio faciei à naturali ad non naturalem colorem sicut ad citrinitatem. Quod si sit ex ebullitione sanguinis cordis sit naturalis mutatio faciei ad ruborem. Medicus licet sit perfectus, tamen dicta apud se nõ negligat, & maxime in hac ægritudine, siue enim in diaphragmate siue in cerebro ualde sunt timenda. Sed si quæratur quid intersit inter febrem causon & febrem sinocham quę inflatiua dicitur. Respondemus vrina causon est lucentissima & rubicundissima, sed vrina sinochę sine putridine est subtilis althima. hanc febrem igitur curemus, scilicet causon sicut superius diximus, frenesis uero curetur sicut in suo loco dicturi sumus. Sed si ex ignorantia medici & inordinatione diętę siue ex materię malignitate. 14. die uel 21. transierit, & scotomia, aut uertigo, aut lethargia sequitur, medicetur sicut infra dicturi sumus. Si syncopis & ictericia sequatur, ita curentur.

De syncopi & eius cura. Cap. XXVII.

Syncopis est cordis defectio & totius uirtutis in se coadunatio & fumosæ emissionis ablatio. Syncopis autem huic febri nõ accidit nisi ex plenitudine, uel inanitione. Si ex plenitudine, aut in stoma. aut in intestinis, aut in toto corpore. Si fuerit in stoma. habet imaginationem ante oculos, dol. in stom. & capite, unde prouocamus uomitum cum oximelle aqua calida & sale & succo crisolocannæ, aut ptisano cum oxizaccara. Si in superioribus intestinis, sentimus dolorem & punctionem & torsionem si cholerica fuerit materia, cum grauitatę & inflatione, si fuerit melancholica. s. purgetur cum succo lupuli viol. zaccara casiafist. oxifenitia prunis & similibus. Quod si materia fuerit in inferioribus intestinis clystere faciamus humidum quod. Rec. viol. camomillam ordeum maluam, sebesten, iuiubas, oleũ vio. zucca. nitrum & similia. Si autem syncopis sit propter inanitionẽ necesse est fieri aut ex nimio uomitu, aut nimio sudore, sanguinis fluxu per nares, uel nimia solutione. Si ex vomitu, damus succum malorum gra. aut eorum sapam, sirupum de succo vuarum agrestiũ, & damus summitatem uitium rosam spodium lignũ aloes masticem æquo pondere pulverizata cum syrupis superioribus, cataplasmamus stomachum cum sandal. ru. laudano ligno aloes camphora, omnibus cum aqua ro. uel cum succo mirtę temperatis. Quod si fit propter nimium sudorem ungimus corpus cum oleo mirtino salicino ro. & similibus. Si autem fit propter sanguinem de naribus fluentem stringatur sicut in suo loco dicturi sumus, uel pannum infusum in succo myrtę portulacæ vuarum agrestium malorum gra. acetosorum capiti imponimus, manus & pedes à genu usque ad inferius ligamus. Quod si fortis febris non fuerit, accipe gallas non pertusatas missas ad ignem & aceto extinctas, deinde pulverizatas misce ibi modicum camphoræ & licinium lineum in encausto infusum & illi pulueri inuolutum naribus iniice. Si uero fit propter solutionem cho. damus psilium assatum & spodium cum syrupo citoniorum & aqua frigida. Quod si non habuerint uentrem sanum tribuimus syrupum mirtæ, damus & ptisanam cum oleo uel hordeo assato & amygdalas cũ suis corticibus assatis, panem lotum cum amygdalis assatis. Succum accipiant mespilorum pirorum citoniorum. Vtantur hoc electuario quod. Re. citoniorum purgatorũ interius & exterius li. 2. malorum & pirorum mundatorum an. lib. sem. coquantur cum aqua ro. li. simplici lib. 2. omnia

coquantur

coquantur ad ſpisſitudinem. Deinde adde puluerem berberis. vnc. 2. da drag. 4. cum ſirupo uuarum agreſtium. Quod ſi egeſtio fuerit quaſi lotura carnis, ſignificat contentiuam uirtutem in hępate eſſe defectam. Da hunc puluerem. Rec. berberis ſpodij ana. drag. 2. coriandri infuſi in ſucco uuarum agreſtium, aut malorum gra. aſſatorum, drag. 4. gummi, boli ana. drag. 2. ſeminis herbæ acetoſæ. drag. 4. ſe. mirtæ. drag. 2. & ſem. omnibus pulueriꝫatis da. drag. 3. cum ſyrupo citoniorum & aqua frigida. Sed ſi ad diſſinteriam uel lienteriam uel diarriam deuenerint, curentur ſicut in ſuis locis dicturi ſumus.

De ictericia & eius cura. Cap. XXVIIII.

Nomen ictericiæ ſumptū eſt à quadā aue aureum colorem habente in monumentis & locis deſertis habitante, & in nullo tempore apparente, niſi in media æſtate, quæ tota die dormit & ſomnum terribilem facit. Omnis ictericia cum febre peſſima eſt niſi cum in die cretica ſit. Illa uero quę eſt propter paſsionem fellis aut hæpatis peſſima eſt, cui ſuccurrimus cum diæta & medicina cho. ru. mundificante ſicut cartatico de prunis oxifænicia ſucco malorum gra. oxizaccara, ptiſana & ſimilibus. Cunque febris declinauerit purgetur cum ſucco lupuli cuſcutę ſolatri mā na uiola zuccara. Quod ſi uomitus ei acciderit damus ſuccum malorum gra. cum ſpodio & oxifenicia cum modico lactis & aceto maligranati. ſorbeat meſpila citonia ſorbas & huiuſmodi, cataplaſmata & dięta ſint cōpetentia ſicut in ſeptima practicæ particula dicturi ſumus.

De febre inflatiua & eius cura & de freneſi. Cap. XXIX.

Peracuta febris de puro calidoq́; naſcitur ſanguine intra uaſa. i. intra uenas & arterias abſque ulla putrefactione, proinde facies patienti eſt mollis rubicunda & humida quaſi facies balneū egredientis, proprium huiuſmodi febris eſt ſemper generare inflationem, ideoque faciunt ſpiritum anguſtum anhelitum & orthomiam. Ideo que hāc febrem antiqui vocant inflatiuam, quia cauſa inflationis ſpiritus eſt calor pectoris pulſuſq́; defectio, huiuſmodi febris materia cum aſcendit ad caput, & à capite in diaphragma deſcendit, generat apoſtema quod dicitur pleureſis, quandoque eadem materia à capite ad pulmonem deſcendit. quandoq; ad lacertos quibus coſtæ ſunt indutæ quod abuſiue dicitur pleureſis. Vera pleureſis. i. diaphragmatis habet duritiē febris anguſtiam ſpiritus & punctionem doloꝛem lateris continuum & tuſſim & orthomiam. plurimum enim apoſtemata ſequuntur freneſis & alienatio propter colligantiam neruorum quam habet diaphragma cum cerebro. Sputum in initio huius morbi exiens in tertio aut quarto die eſt laudandum præcipue ſi fuerit paucum lene iunctum, album, & facile vt cū una aut duabus tusſibus exeat, quia ſignificat perfectam ſalutem in die ſeptima eſſe uenturam. Sed omnibus coloribus laudabilior eſt rubens, quia materia eius eſt ſanguis. Sputum igitur rubeum cum albedine mixtum melius eſt quàm citrinum. Si autem citrinum in initio appareat ſputum, demonſtrat uel criſim eſſe futuram in. 40. uel 60. diebus. Quod ſi infirmus nil ſcreauerit & ſiccitatem oris habuerit duritiam ſpiritus anhelitum orthomiam febrem incenſam inter mortuos cō putatur. Si autem ſcreauerit ſaniem neq; prout oportet mundificetur ante 40. vel 60. ab illo die quæ apertum fuerat apoſtema, futura eſt mors aut periplemonia. Non uera pleureſis habet grauitatem lateris abſque tuſſi & ſputo. Quod ſi apoſtema ſit in hæpate & ſit calidum cognoſcitur per citrinitatem vultus infirmi & ſiccę tuſſis quia eſt fundamentum ſanguinis. Quod ſi apoſtema ſit in pulmone, labra ſunt plumbina, ſupini iacent, grauiter ſomno detinentur, os habent apertum, de quorum ſignis ſatis in theorica diſputauimus. Hęc itaq; febris curatur cum minutione ſāguinis de media uena brachij priuſ quam incenſio augmentetur, ſi ſanum pectus habuerit. Si autem infirmus de baſilica uena minuatur, ubi paſſio eſt. hoc enim facto febris extinguitur, proinde antiqui hanc febrem ephimeram uocauerunt, quia multotiens in uno die diſſoluitur. unde Galen. dicit in megategni, ſe multos homines ſanaſſe cum minutione ſanguinis uſq; ad defectionem & inueſtigata tamen uirtute & ætate & huiuſmodi. Virtus enim ſi in initio imbecillis ſit, negetur phlebotomia, minus tamen eſt mala quàm ſi in ſtatu ſit. ꝙ ſi in initio fiat perditio infirmi lōga erit in. 7. die uel. 14. in ſtatu uero nūciat perditionem in illo die aut in tertio. Quod ſi ex naribus emanabit ſanguis, & ſi uirtus fuerit bona, quieſcit infirmus maxime ſi fuerit in die cretica. Quod ſi uirtus ſit debilis morbus augmentatur & natura debilitatur, unde periculum oſtenditur maxime ſi nō fuerit in die cretica. Quod ſi propter hoc ſanguinem minuere non audemus, extinguamus acumen ſanguinis cum ſucco malorum gra. prunis oxifænicia. & bona eſt aqua frigida ſi ieiuno dabis, ſed tamen non temere niſi cum ſcimus pectus & uiſcera & membra principalia eſſe ſana. Sed ſi apoſtemata tanti fuerint caloris ut frigiditati aquæ ualeant repugnare, damus parū aquę, prius tamen egeſtionem neceſſe eſt fieri liquidā cum rebus acumen ſanguinis extinguentibus. Demus pſilium cum ſucco malorum gra. ſyrupum uio. quę ſi non profuerint, & ſanguis in ſua permanſerit vſtione, demus catarticum de oxifænicia

fęnicia & prunis, si tamē pectus habuerit sanum quia acetositas nocet pectori & neruis stomachi. Quod si sanguis non fuerit multum vstus aut calidus, negemus aquam frigidam, & humectę faciamus uentrem cum manna cassiafistula .an. vnc.1. temperatis cum succo cucurbitę assatę. Si sudorē capitis patiantur, medicemur cum oleo, & cataplasmatibus in temporibus ponendis in causō dictis, ligemus crura cum fascia. Sed quia in hac febre sæpe euenit tarditas anhelitus capiti nullum cataplasma aut fomentum faciamus. Si patiantur stuporem mētis & grauitatem oculorum, aut os non possint aperire, nec loqui valeant, non est faciendū aliquod cataplasma vel inunctio capiti, neq; naribus aliquod fomētum appropinquatur, sed manus & pedes in aqua mittantur, in qua cocta sint camomilla & uiola. fricentur quoq; manus & crura fortiter & plātę pedum intus in aqua cum oleo & sale fricentur: deinde panem lotum cum succo malorum gra. fumant. Quod si infirmus excitetur à stupore subito & uertat se ad sinistrum uel dextrum, uēter etiam sonet quasi tonitruum, & post uentris solutionem illa inflatio non soluatur, mortem pronūciat. Sed si hæc febris apostema fecerit in diaphragmate, fit spiritus leuior & dolor est fortior. Si in pulmone erit dolor leuior spiritus autem angustior. Quod si materia apostematis fuerit sanguinolenta & dolor ascendit usq; ad furculas, ante omnia cum phlebotomia occurre. deinde cataplasmatibus acumen sanguinis extinguentibus & dissolutiuam uirtutem habentibus, sicut est succus maluauisci. succus uiolarū, hordeum mūdatum omnia cocta & colata. dein de oleum uiol. misce & pannus infusus loco patienti apponatur, si tempus fuerit frigidum, ꝙ si calidum & febris nō est fortis, addimus cataplasmati camomillam. Item si uirtus sit fortis ętas, complexio infirmi, regio, consuetudoq; cō ueniant, fiat phlebotomia postquam morbus incipiat augmentari. Si uero uirtus sit debilis, molestissimum est, quod si minuātur, caue ne sit de basilica uena de latere infirmo. Sed quia de huiusmodi passionis cura sexta practicæ particula disputaturi sumus, ideo ad aliā transeamus. Est & alia pleuresis quę non est cum febre acuta: est enim de materia phlegmatica uel melancholica, hæc curetur cum cataplasmatibus. Rec. seminis lini. dra.4. fenug. dra.5. radicis maluę. dra.3. hordei mundati. dra.2. Omnia coquantur & colentur. deinde misceantur cum amygdaleon aut ireleon. Spōgia infusa in illo cataplasmate loco patienti superponatur. Quod si .40. dies transierint & apostema non mundificetur, mutatur in periplemoniā, unde accipiatur hoc apozima mūdificatiuū. Re. cancrorum flumineorū mundatorū vn.1. sebesten. 30. iuiubas. 20. liquiritiæ. dra. 5. ficus. 5. radicis maratri apij graminis ana. vnc. se. seminis maluæ. drag. 2. amygdalæ amaræ & dulcis. ana. drag. 5. yso pi. drag. 2. capill. veneris. drag. 5. yreos. drag. 4. seminis lini as si. drag. 3. folij pinearum ana. drag. 2. grana mali granati, medullę seminis bombacis. drag. 3. & se. Omnia coque in .6. lib. aquę ad medietatem, quæ colata cum. drag. 6. penidiorum potetur. Pilulæ. Rec. succi liquiritię. vnc. 1. croci. drag. 1. amidi seminis lini as si ana. drag. 2. & se. medullæ seminis bombacis. drag. 2. tēpera cum lacte asinæ, & fac pilulas in modum ciceris, quarum vnam sub lingua teneāt, donec fuerit eliquata, deinde aliam accipiant. Cataplasma valens contra pleuresim quę est ex febre acuta. Re. maluę polinis hordei ana. drag. 5. uiol. sandali al. ana. drag. 2. seminis portulacę. drag. 10. omnibus puluerizatis accipe cerę albæ. drag. 5. olei ro. drag. 15. qua liquefacta pulueres misceantur, diæta sit succus orizæ zuccara uel alicæ.

De putridis febribus & earum curis. Cap. XXX.

Quia de curis acutarum febriū ex pura cholera & ex puro sanguine nascentium disputauimus, consequens est ut de curis febrium ex putredine nascentium tractatus habeatur, & prius de causa putredinem generante, ut in curis non erremus. Vnde dicimus ꝙ maior causa putredinem generans est constipatio corporis & oppilatio pororum, & in eis fumorum conclusio. Cō stipationis pororum causa est bifariam. Vna de exterioribus, sicut balneum stipticę aquæ. ut sulphureæ, nitreæ, aluminosæ. Secunda est de interioribus quorum causa est quinaria. Prima causa eius est coadunatio grossorum humorum & uiscosorum in interioribus corporis ex nimia requie, quia nimia requies corpora refrigerat. Secūda est ablatio exercitij ante cibum. Tertia est exercitium post cibum. Quarta est assiduitas ciborum grossorum & uiscosorum & multæ quātitatis, & non secundum ordinem acceptorum, neq; cùm stomachus est inanitus. Quinta est balneum post cibum antequam cibus digeratur. hæc omnia poros claudunt & constipant, vnde sanguis & alij humores in interioribus corporis clausi putrefiunt. De his enim in theorica in tractatu accidentium & causarum sufficienter disputauimus.

De sinocho ex putredine sanguinis. Cap. XXXI.

Sanguis cum putrefit in toto corpore facit sebrem sinocham, quam curare debemus cū phlebotomia, & hoc ante statum, nisi aliquid nobis obuiauerit sicut debilitas uirtutis & huiusmodi, quam doctrinam satis apertam ostendimus in tractatu de sinocho sine putredine. Quod si debilitas

bilitas uirtutis nobis obuiauerit, aut aliquid aliud ad minuendum sanguinem, extinguamus acumen sanguinis cum succo mal. gra. oxifenicia & similibus. Demus ptisanum cum amygdaleon & zucca. Quia hæc febris licet sit acuta, putredo tamen sua oppilationem generat, unde nisi attenuatiua dissolutiua & refrigeratiua dederimus, putredo augetur & morbus necessario augmentatur & confortatur. Si autem materia sanguinis fuerit acutissima, demus refrigerantia sicut psilium succus mal.gra.oxifenicia syrupus de prunis & uiol.casiafist.manna & his similia: hæc enim acutum sanguinem extinguunt. dãdũ est ptisanum colatum & panis lotus. Quod si sanguis fuerit mediocris dandæ sunt iuiubę in uice oxifeniciæ, & patisanum, & panis lotus. Si autem sanguis grossus & phlegmaticus fuerit, demus succum lupuli & succum endiuiæ cum manna casiafist.& similibus. Si dolorem capitis patiantur humectemus nares cum oleo viola. nenufarino: temporibus imponamus oleum rosa. cum aceto. pedes in aqua calida imponamus, in qua cocta sint camomilla & uiol. Si uigilias patiantur fronti roremus aquã ubi cocta sint cortices papaueris semen lactucę uiol.& similia. Si uero habuerint angustiam spiritus infundendũ est caput hac aqua. Quod si senserint in uentre acumen aut punctionem accipiant succum cucumeris & mal.gra. Damus etiam succum melonis palestini eiusq; carnem. Dolore capitis non cessante fundamus in eo lac mulieris cum oleo uiolato mixtum. Pedes eorum & crura mittantur in aquam in qua cocta sint camomilla violæ, ligentur eorum crura, quia trahit materiam à superioribus ad inferiora. Si habuerint stuporem mentis neq; oculos aperire ualuerint, calefiant eorum capita cum aqua in qua cocta sint camomilla centaurea mellilotum uiolæ & similia. Si uirtus fuerit defecta & calor fortis cum uiola & camomilla solummodo fiat calefactio. Fiant iuxta infirmum sonitus delectabiles de musicorum generibus vt anima delectetur & conforte tur. Quod si patiens à stupore mentis surgens uertit se ad dextram siue ad sinistram, & hoc cũ magna angustia, pessimum est signum & mortis nunciatiuum. Quod si habuerint inflationem quasi tympanum habentem post uentris solutionem inflatio non cessauerit, fit certius & uelocius signum mortis, maxime si in corpore uesicæ uideantur liuidæ aut nigræ & principalibus membris uicinæ. Si istis accidentibus careant & patiantur fluxum sang. de naribus & uirtus fuerit bona febrisq; mitigetur & morbus extiterit in declinatione cæphalicam uenam incidimus. Quod si sanguinis fluxus fuerit nimius, stringatur sicut in causone diximus. Si autem patiantur cordis tremorem, ponamus super stomachũ sandalos & farinam hordei maluam camphorã cinerem fornacis fabrorum omnia tempera cũ succo protulacæ semperuiuæ citruli arnoglossę & aceto. In eorũ mansione sternantur frondes & flores frigidi, & uasa ponantur aqua plena, sicut in causon diximus. Quod si hæc febris fuerit propter apostemata ut herisipillas, accipiant succũ solatri. uel cucumeris coctum & dispumatum cum casiafist.manna uiol.zucca. ponantur super apostemata sandali ro.maluæ memithę solatrũ coriandrum. Si calor non fuerit fortis aliquid de croco misceamus. Quod si apostema fuerit de actione naturę secũdum crisim ponimus dissolutiua, sicut memithę maluam camomillam, crocum solatrum & similia. Si autem hæc febris fuerit propter uariolas & desudationes, quod potest cognosci ex signis in theorica dictis, rigẽtur oculi cum oleo oliuæ aut succo mali granaacetosi, & mundificetur eorum putredo, deinde lauentur cum aqua ro. & sumac. & caridimo & camphora cum succo coriandri temperata. Ad iuuetur etiam natura ad expellandas uariolas in exterioribus cum hoc apozimate. Rec. lacce drag.3. lentis mundatę. drag.7. dragan. drag.4. omnia coque in tribus lib. aquæ usq; ad tertiam & da potui guttatim. Et quia in hac febre solutio uenit sponte cauendum est ne artificialiter fiat. Quod si tempus hyemale & frigidum fuerit, facimus focum in hospitio infirmorum de lignis uitium & thamarisci. Quod si uariolæ deficcentur necesse est infirmum balneari, lauetur cũ farina hordei rizi milij & similibus.

De tertiana febre & eius cura. Cap. XXXII.

Febris tertiana molestior est cęteris putridis propter acumen materiæ eius, & quia causon est uicina, unde oportet medicum in hac febre sibi cauere ab initio ut non det infirmo rem calefacientem ne materia calefacta cum sui acumine ad caput saliat & frenesim generet. Bonum est etiam si uirtus infirmi sit fortis & materia furiosa ut demus catarticum cho. ru. purgans eiusq; acumen extinguens, sicut est oxifeni.pruna mirob.citrini casiafist. manna & similia. Si autem necesse est egestionem eorum humefieri, aliquã tulum diagridij oportet admisceri. Caue tamẽ in die accessionis ne catarticum detur, sed aut in secunda aut in quarta die. de cibo des, sufficit autem in die accessionis psilium cum succo malorum gra. uel aliquis syrupus conueniens. sed hæc non sunt danda nisi cum calor fuerit nimius & fortis, & sitis nimia, quia psilium aliquando coagulat & indurat materiam unde sufficit solus syrupus. Si autem accessio fuerit post prandium, sufficit syrupum dare in mane. Febre autem trãsacta ptisanum detur, & uespere panis lotus cũ zucca. Quod si accessio in medio die inceperit, nihil sumat nisi febris cessauerit, prætereunte

quidem

quidem febre panem cum zuccar. lotum accipiat. Si autem febris in vespere, aut in prima hora noctis inceperit, mane sumat ptisanũ & cũ febris cessauerit panẽ lotũ. Sed cauere oportet nẽ in hora accessionis aliquid ei tribuatur, neq; tribus horis ante accessionem, quia si tunc aliquid acceperit stomachus euomit illud. Stomachus .n. mouetur in tẽpore accessionis ad expellendã putridam materiam in eo contentam, unde si tunc aliquid datum fuerit, caloris febris augmẽtatiuum erit & materiam ingrossabit. Est enim febris quasi oleum in lampade ardenti. Si autem dolorem capitis patiãtur, aut siccitas capiti augmentetur & infirmus alienationem patiatur fac vnctionem & cataplasma in temporibus cum oleo & lacte sicut diximus in alijs acutis. Oportet nos etiam mitigare incensionẽ stomachi cũ syrupo malorum gra. aut succo eorũ & spodio.

De quotidiana febre & eius cura. Ca. XXXIII.

AMphimerina.i. quotidiana, quia nascitur de phlegmatica materia & quia phlegma naturaliter fri. est & hu. necesse est ut hæc febris curetur cum rebus hu. attenuantibus & dissoluentibus. Sed quia phlegma aliud naturale, aliud acetosum, aliud salsum, aliud uitreũ, aliud dulce. Acetosum frigidius cæteris. salsum calidius. Similiter & attenuatiua sunt diuersa, quia quædam cũ nimio calore & incensione sunt attenuatiua sicut radices origani calamenti zinzin. & similia. Sunt & quædam quæ extenuant absq; calore & fri. quemadmodum maratrum apiũ lupulus & similia. Sunt & quędam quę attenuẽt acumen ca. extinguentia sicut ptisanũ oxizac. & his similia. Si igitur hęc febris ex frigiditate & grosso plegmate sit, medicetur cum re attenuatiua calefactiua & dissolutiua. Si phlegma fuerit calidius & lenius, curetur cum re extenuatiua & refrigeratiua. Febre mitigari incipiẽte curetur cum re attenuatiua & non calefactiua, aut aliquantulũ caliditati attineat. Bonũ est ẽt ut medicina sit mediocris.i. attenuans sine calore, & cum modico calore, & hoc fiat ab initio usquequo materia sit digesta. Cumq; signum coctionis in urina aliisue locis apparuerit, festinandum est ad expellendam materiã. Si autem phlegma fuerit salsum, damus catarticũ de mirob. citrinis Kebul. absin. bedegare succaha cucusta eupatorio casiafistu. manna, & cum pill. de hierap. & similibus. Quod si acetosum fuerit phlegma purgamus cum pilulis stomatichis, sed tamen non omnino. sed paulopost purgetur materia. quia si omnino purgetur conuertitur potio ad substantialem corporis humiditatem & natura iterum repugnat ei ex quorum certamine perit infirmus. Eo modo est faciendum in omni passione de graui materia & dura ad dissoluẽdum. Salsa materia cognoscitur ab acetosa his signis, quia si fuerit acetosa parua erit sitis, grauitas in uentre & stomacho, uentrẽ habent cõstipatum. Si fuerit salsa fit sitis nimia, uenter solutus, punctio in stomacho, & dolor habent os siccum & salsum cum nimia siti, frigiditas fit minor, calor fortior & accessio breuior propter leuitatem & acumen materię ecõtraria fiunt signa, si fuerit acetosa. Quod si uirtus infirmi nequeat pharmaciam tolerare oportet ingeniari ut extenuetur materia absq; ullo labore naturæ, ver. gr. Si materia fuerit in hępate donetur medicina hępatis mũdificatiua cũ vrina, sicut trocisci de rosis, berberis & oximelle cũ succo herbarũ, si materia fuerit acetosa, quia si salsa sit donentur trocisci de spodio cum oxizac. Sed si materia fuerit aggrauata erga stomachum mundificetur stomachus cum lupulo melle rosato, si fuerit acetosa, si salsa cum rodozaccara.

De particulari cura febris. Cap. XXXIIII.

DIximus de uniuersali cura, nũc dicendum est de particulari, unde dicimus quòd si materia fuerit salsa ab initio morbi, demus oxizaccaram cũ aqua calida ueniente quidem accessione & frigore incipiente ponantur pedes patiẽtis in aqua ca. in qua cocta sint camomilla uiola anetum, fricentur plantæ pedum cũ oleo uiol. & sale. Quod si uomitus sponte uenerit bonum est signum, si autem non, cogatur in initio morbi, quia magnum infert stomacho nocumentum, proinde non debemus facere curam stomacho læsionem inferentem, sed dare conuenit rodozaccaram cum calida. Aqua enim calida in hac febre est ebullio & putrefactio materiæ, unde cum fuerit extenuata propter aquam calidam sitis extinguitur. Deinde demus ptisanum cum oxizaccara. Si autem febris septimam diem transierint & materia digeri inceperit, demus in initio accessionis oxizaccaram cum apozimate aneti, & prouocabimus uomitum sine angustia. Quod si uenter fuerit cõstipatus clystere facies de uiol. camomilla spinis egyptiacis ana. vnc. I. seminis croci hortensis. dra. 20. furfuris bletę centaureę maioris sebesten omnia coque in. 4. lib. aquæ donec ad unam redeant. Quibus colatis adde olei uiol. zucc. obsomogari ana. vnc. I. salis communis uitri ana. drag. 2. Si autem febris. 14. diem transierit & patiens sentit fumum calidũ de corpore exeuntem, aut patitur abominationẽ naturæ aut uentris rugitum, significat quòd materia est commota, & vult exire per sudorem si fumositas sentitur, cũ uomitu si abominationẽ. habẽt cũ egestiõe si rugitũ passus fuerit. Expellatur ergo materia cũ hoc catartico. Rec. myrob. Keb. citrini ana. vn. I. bedagar. dra. 7. sucaha absinth. eupatorij an. dra. 3. vuarum passarũ enucleatarum. vn. I. iuiubas. 20. pruna. 20. oĩa in tribus li. aquæ coquãtur ad mediũ, deinde mãne rodozac. ana. vn. I. adde & colatis oĩbus potui dabis. Quod si

materia fuerit acetosa in initio morbi dabis mel licratum, aut oximel cum calida, multum enim prodest. Caueant aquam fri. quia materiam ingrossat & congelat, accipiant ptisanum coctum cum radice maratri, aneti, calamenti, & modico piperis. Cūq; frigus accesserit ponantur pedes in aqua calida in qua cocta sint camomilla ane tum sansucus abrotanum & similia. Quod si frigus sit quasi glacies epithima facinus dorso & uentri cum oleo in quo cocta sint piretrum staphisagria nitrum & calamentum, damus etiam oximel cum calida. Si uomitus non sponte uenerit, prouocemus cum oximelle de radicibus aneto & apozimate saleleorum sale communi, quæ omnia ca. accipiantur. Damus has confectiones. Rec. ciperi, spic. mastic. an. drag. 2. fac puluerem da. drag. 1. Rec. galliæ ligni aloes ani. an. drag. 2. fac puluerem da dra. 1. cum odorifero vino. Si patiantur grauitatem capitis, incline tur caput super fumum aquæ calidæ in qua cocta sint camomilla mellilotum & sansuccus. Caueant ab omni infusione lactis uel aliarum rerū ut olei in omni parte corporis. Diæta sint iura ciceris bletę, parum comedant. Si febrem accipiant ad mediam diem mane accipiant ptisanū. Incipiente uero frigore oximel cum calida sumant. Si mane febris accesserit nihil accipiant quousque febris cessauerit. Vniuersaliter dicimus ꝙ inter cibum & accessionem. 6. horarum sit spatium. Quod si uirtus patientis defecerit in accipienda pharmacia, da ei rem suauiter extenuatiuam & mundificatiuam, verbi gratia. Si materia fuerit hępati uicina dabis rem hępar mūdificantem. Quod si fuerit in stomacho dabis apozima de absinthio de aloe de hierapi. & similia. quemadmodum uideris materiam esse grossam aut subtilem. Bona autem sunt cataplasmata, aut epithimata calefactiua & dissolutiua in stomacho & hæpate, sed tamen post mundificationem cum certissimè nouerimus materiam esse dissolutiuam & liquefactiuam, apparente signo coctionis in urina dabis inuicem oximel ro dozacca. & medicinam cum sirupis miscemus. Et quia huius febris proprietas est dolor stomachi, oportet stomachum confortare cum cataplasmatibus quæ sint facta de mastice spica, absinthio, cinamo. & his similibus. Quod si stomachus defecerit ut careat appetitu, confortabimus eum cum oleo nardino & absinthino. Si duritiam splenis habuerit, curetur cum medicina spleniticorum. Si patiatur in stomacho frigiditatem & acetositatem, mundifica stomachum cum his pilulis cum de corruptis humoribus inanientibus. Rec. Kebul. dr. 3. hierapi. dr. 2. & sem. turbith. drag. 3. agarici. dr. 1. & sem. fucci eupatorij fucci absinthij ante dra. 2. fac puluerē & cū aqua calida tempera & pilulas fac. Quod si uis eas fortiores fieri adde modicum scamoneæ. Quod si minus in hac febre rigor fuerit epithima super dorsum. frigore ascendente imponatur cū oleo vbi cocta sint piretrum staphisagria piper calamentum. illud similiter. Rec. masculi thuris piretri æquale pondus, fac puluerem tempera cū oleo ex quo ungas dorsum.

De hemitriteo & eius cura. Cap. XXXV.

HEmitriteus quia de materia cho. & phlegmatica est commixta, necesse est ut sit curamentum eius medicinæ inter rem calefactiuam & refrigeratiuam. Et quia omnis commixtio aut est in potētia, aut in actu, aut una est fortior altera, oportet utranq; huius hemitritei materiam aut esse æqualem aut inæqualem. Si autem equalis sit, fit uerus hemitriteus, cuius curatio est cum rebus attenuantibus & dissoluentibus nullam caliditatem aut frigiditatem facientibus, sicut cum succo lupuli maratri apij manna uiol. zucca. rodozaccara ptisana cum oximelle. Quod si cho. fuerit maior, fit facilior & leuior quam curari decet cum rebus mundificantibus & modicum refrigerantibus sicut cum endiuia succo maratri rodozaccara uiolis zucca. manna prunis. Si autem phlegma uideatur dominari fit hemitriteus molestior, qui medicetur cum mundificatiuis & dissolutiuis & aliquantulum ex phlegmate plus calefactiuis quemadmodum mellicrato cum aqua calida syrupo de absinthio ptisano in quo cocta sint radices apij & maratri, anetum calamentum oximel accipiant & trociscos de rosis de berberis omnia cum succo maratri & oximelle. Sumat mel ro. cū mastice maratro aniso & aqua ca. Si uideris materiam attenuari & moueri & signum coctionis in urina apparuerit, dabis pharmaciam suauiter solutionem faciētem. Etiam bonum est si post cibum uomitus prouocetur & diuretica tribuantur, sicut sunt trocisci de absinthio de lacca cum succo maratri apij & endiuiæ. Pilulę ualentes. Rec. hierapi. calamenti ana. drag. 5. anisi, maratri, apij, succi absinthij succi eupatorij ana. drag. 4. tempera cum succo fumiterræ, & fac pilulas, dabis potui drag. 2. cum aqua calida.

De febre quartana & eius cura. Cap. XXXVI.

QVartana febris quia fit de materia grossa & dura oportet medicum præuidere quattuor res. Prima quarum est quòd in initio non debet darerem nimium calefactiuam, ne calefacta materia duæ generentur febres, una uidelicet interpolata & diuturna, & alia acuta continua, quibus uirtus patientis deficiat, & infirmus ad periculum deueniat. Natura enim non est tantæ uirtutis ut possit morbi acumen eiusque prolixitatem tolerare; Secunda ne det re-

frigeratiua,ne congelet materiam, unde indure tur & moretur ad digerendum & dissoluendum fiatq; causa prolixi morbi & eius pessimitatis. Tertia ne consumat & debilem corpus faciat cũ subtilitate diętę & abstinentia quę causa faciat mutari patientẽ ad hęcticam uel phtysim. Quarta ne confundat corpus cum pharmacia maxime in initio morbi priusquam materia morbi eliquatur & si obediens actioni naturę. Tribuat ergo medicus rem maturantem & digerentem & cito eiicientem, & ingeniet purgare materiam acutam modicum leni uomitu. studeat & in regimine,& in confortatione hępatis & splenis ne deficiant,quia hæpar generat sanguinem, splen mundificat eum. Quod si defecerit eumq; non purgauerit,permanet commixtus cum aliis humoribus putridis unde putrefit ipse & inceditur. Splen vero qui trahit fecẽ sanguinis & turbiditatem si defecerit permanet fex in sanguine & corrumpitur vnde idem sanguis corrumpitur putrefit & inceditur. hac de causa utilissima huius febris est curatio vt donetur oximel cum apozimate radicum & herbarum & syrupus absinthij,trocisci de eupatorio de scolo pendria, aut de reubarbaro. Oportet ne huius modi trocisci in initio dentur, ne desiccent & indurent materiam ad obediendum naturę. sed conuenit dari postquam materia fuerit matura ta. Abstineant à pullis gallinis starnis perdicibus per tres hebdomadas in initio febris. Vnctuosum est febris quasi ut oleum in lucerna. Quod si materia non fuerit maturata per illas tres hebdomadas abstineant usque ad 40. dies. si uirtus patientis hæc pati ualeat. Quod si hæc febris fuerit de adustione sanguinis, da in initio rem dissoluentem & attenuantem, tamen non calefacientem sicut ptisana cum oxizaccara,rodozacca.viol. zucca. cum aqua cali. Vomitum prouocabis in initio accessionis cum frigiditas incipit. Infundantur etiã pedes in aqua cali. vbi cocta sint camomilla & viola. Accipiant succum malorum gran. & vuas hyemales. Quod si materia incipit digeri festinanter extrahe sanguinem de basilica vena sinistri brachij aut de mediana, & minue quousque clarum & purum sanguinem egredi uideas uirtute hoc patiente. Prouoca egestionem si necesse est cum hoc catartico. Rec. mirabolanos citrinos Kebulos iuiubas pruna vuas passas enucleatas semen fumiterrę casianfistu. mannam rodozacca ram radices maratri apij & endiuiæ. Quod si febris elongabitur, ut.20.transeat dies,ieiunet infirmus per oẽm diem accessionis, & in alio die non multum comedat, quia sanguis propter abstinentiam extenuatur. Vtatur diæta subtili quæ facillime digeratur. Quod si quartana de incensione cholerę fuerit, dabis in initio tã refrigerantẽ, quia materia propter calorẽ ingrossata nõ attenuatur nisi cum frigidis, proinde in initio dabis succum malorum gra.cum oxizaccara & ptisano. Quod si constipata fuerit egestio humefiat cũ manna rodozaccara prunis succo endiuiæ casiafist. Quod si nondum per hęc fuerit humefacta, caue ne dones catarticum priusquam materia digeratur, sed fac clystere. Quod si materia incipit digeri & de loco in locum moueri, purgetur cum catartico de mirob. citrinis Kebulis oxi fenicia,prunis, eupatorio, uiola, casiafist.mãna, rodozacca, absinthio, cuscute, semine fumiterrę & radicibus endiuiæ. Quod si materia fuerit intra uasa purgabitur bis uel ter cum catartico. Bonum est etiam si phlebotometur de basilica uena sinistri brachij, cauendum tamen est ne fiat ante quàm materia digeri incipiat. In fine autem morbi laueatur in aqua calida in quã cocta sint mellilotum camomilla absinthium. Quod si dolorem capitis patiantur humefiant nares eorum cum oleo uiol. Si uigilias habuerint, lauentur pedes eorum & crura cum aqua in qua cocta sint papauer lactucę viol.& his similia. Quod si incensiua fuerit materia phlegmatica, dabis in initio mel ro. & uiolatum cum calida: apparente coctionis signo de succo maratri & apij cũ seminæ croci hortensis & succo lupuli. Si egestionem uis humefacere fac clystere de ficubus siccis spinis egyptiacis camomilla semine croci hortensis si sameleon obsomogaro zucca. nitro sale communi coloquintida & his similibus. Nutriantur de iure ciceris & lactucis. Quod si febris.40.dies transierit accipiãt carnem, sed tamen caueant uiscosam carnem & unctuosam ac multum pinguedinis habentem,abstineant in die accessionis à cibo, in die tranquilla consuetum accipiant cibum, sed tamen non multum. caueant igitur a frigidis & humidis. Da etiam gallinam hoc modo præparatam. Rec. foliorum petroselini.drag.7.oui crudi totam substantiam unius excepto cortice, sanguinis porci masculi lib.sem.salis quantum sufficit. Omnia terantur & in corpore gallinæ unum annum non habentis mittantur & sumatur, deinde inuoluãtur in pasta & optime sub testa coquantur. Cõpetit enim tertianarijs quotidianarijs & quartanarijs urinam prouocat febrem aufert, uirtutem confortat. Similiter potest fieri de folijs basilici.i. ozimi,quia appetitum irritant, cor & stomachũ cõfortant. Caue tamẽ ne totam una uice comedant,sed paulatim & solũ modo plenum & carnem, de pasta minime, expertum est. hæc tamen accipienda sunt in die tranquilla. Potent subtile uinum in calore temperatum. de auibus comedant eas quæ teneras habent carnes & facile digeruntur, uomitus prouocetur, & post cibum sumant diaciminum diatrionpiperon. Statu morbi accedentem & coctionis signo in urina apparente subtiliter dięta, purgetur cum

pharmacia, clysteribus. dabis deinde diureti-ca, & uomitum omni die accessionis stomacho inanito prouocabis, & in die qua non uenerit accessio prouocetur uomitus post quam come derint, abstineant à pullis & omnibus uolatilibus per tres hebdomadas & plus donec materia fuerit digesta. deinde si uirtus permiserit, dabis annualem agnum. Quod si febris non fuerit fortis, neque uirtus defecta da hellebo-rum album cum ptisana, & prouoca uomitum cum succo radicis aneti, & oximelle, assuefaciãt thyriacam magnã, diatrionpipereõ, diasulphur & similia. Trocisci ualentes contra dolorem hæ patis & splenis & febrem quartanam. Rec. laccæ reub. maratri anisi ana dra.4.eupato. absin-thij succi amborum spodij.an.dra.3.cuscutę dr. 6. scolopendriæ.dra.6.seminis portulacæ spicæ anisi apij seminis an.dra. 3. tempera cum succo maratri. Rec. maratri.drag.3. croci piperis albi mundi an.dra.4.se.mali gran.capparis radicum an.drag.4.tempera cum succo apij. Antidotum contra quartanam quę fit de incensione plegma tis. Rec.myrrhæ.drag. 7. spicæ.drag.3. amomi. dr.4.aristolo.rotun.reub.an.dr.6.opij.dr.4.ani si apij, sem.petroseli.an.dr.1.castorei dr.5.squi-nanti piperis al.casiæli.an.dr.4.piperis nigri.dr. 7.ameos dr.1.storacis.drag.6.croci.10.mellilo ti drag.8.siseleos drag.4.ydiocri.drag.5.mellis quod sufficit, dabis. drag. 1. & sem. cum calida. Trocisci ydiocri. Rec.florum herbæ policariæ al bę & citrinę mirrhæ an.dr.2.dauci calami aromatici ciperi xilobal.assari ligni aloes an. dra.4. rubeæ costi spicæ croci masticis an.drag.5.tempera cum odorifero uino & fac trociscos. Pilulę vtilissimæ. Rec.hieræpi. epithi.an.drag.5.agari ci dr.4.turbith.drag.6.absinthij drag.3. sulphu-ris albi ameos an.drag.4.polipodij.drag.3. ma-ratri anisi apij an. dr.1.& sem. tempera cum suc co mẽthæ & fac pilulas, quarum duæ donentur in die tranquilla.

De epialos & eius cura. Cap. XXXVII.

Epialos quia de uitreo nascitur phlegmate, ne cesse est ut curetur sicut amphimerina, sed tamẽ phlegma quod est in epialos quia est frigidum, oportet medicinam fieri calidiorem secundum ꝙ materia est frigida. Sed decet ab initio incipi à medicinis quæ debiliter sunt calefacientes do nec eas assuescat, deinde paulatim ad calidiores ascendi. Plurimum nostra intentio est in hac fe bre ut mundificetur stomachus cum repugnati ua & colatiua. purgetur etiam materia per uo-mitum & urinam cum oximelle & aqua calida in qua cocta sint spica anisum & similia. Quod si materia inceperit se mouere, & signum coctio nis in urina apparuerit, purgetur materia cum apozimate de aloe, & apozimate de hierapi. & pillulę de stomati. & pillulæ de fętida. Clystere fiat eis in quo intrabit semen croci hortensis cẽ taurea anetum abrotanum herba policaria a-meos bdellium serapinum coloquintida & his si milia. post purgationem materię assuescant an-tidotum vbi assarum & castoreum ponantur, & pilulę in quibus eupatorium mastix absinthium aristo.ro.& longa spica crocus & similia intrãt. Diętam accipiant quæ sit lauatiua & diuretica si cut est ius ciceris cũ obsomogaro cimino amig. blitis radice sparagi porris omnibus conditis. Potent oximel squilliticum cum aqua calida. Accipiant post cibum diaciminum diatrionpi-pereon diacalamentum & similia.

De lipario & eius cura. Cap. XXXVIII.

Liparios autem quia materia eius cholera est cum phlegmatæ mixta, dari oportet minus calida quàm in epialos sicut mel ros. oxizaccara apozima de aloe de hierapigra oxizaccara cum succo maratri apij masticæ & similibus.

De febre quæ alios morbos sequitur. Cap. XXXIX.

Aliquando est febris propter hæpatis dolorem aut splenis cerebri lateris pulmonis renum aut similium, & cessante morbo qui est causa febris cessat & ipsa, unde huiusmodi febris utilis curatio est ut certissime causam eius curemus.i. sanemus mẽbrum cuius occasione est febris ge nerata, sed prius oportet intelligi quia hęc febris quę alios sequitur morbos, aliquando est debilis, aliquando est fortis. Debilis sicut ea quæ fit propter splenem, aut renes, aut propter uesicã. Aut est fortis & molesta sicut ea quę fit propter cerebrum hæpar & latus, & nõnunquam est debilis sicut & aliquãdo fortis sicut ea quæ fit pro pter pulmonem, dolor enim pulmonis si fuerit propter sanguinem aut cho.fit eius febris molesta. Quod si dolor fuerit propter phlegma & cho.nig.febris erit lenis. Molestatio autem febris quæ fit propter hæpar est propter materiã quæ est sanguis, leuitas autem eius quæ fit propter splenem est propter chole.nig.quæ est eius materia. Molestatio autem febris quæ fit causa cerebri est propter neruos & sensuum acumen. Lateris autem molestatio fit propter sanguinẽ qui est eius materia propter uicinitatem cordis.

De dispositione interpolatarum febrium. Cap. XXXX.

Omnis complexio quæ est extra naturã & tẽperamentum est quadruplex. Prima calida & hu mida. Secunda cal.& sicca. Tertia frig. & humi. Quarta fri.& sic. Quarum nulla putredinem ge-nerare

nerare poteſt, niſi calida & humida. Hic quæritur quomodo cho.ru. & nig. ſuſcipiunt putrefactionem cum eorum natura nõ ſit parata ad putredinem ſuſcipiendam. Solutio. Siccitas tribus modis fit, aut enim eſt res ſicca in natura & ſubſtantia eius liquida ſicut mel uinum chole. nigr. aqua ſalſa & ſimilia. Quædam in natura humida & in ſubſtantia ſicca, ſicut piper longum crocus zinzib. & ſimilia. Sunt & alia in natura & ſubſtãtia ſicca ſicut ferrum lapis & ſimilia. Quęcunq; autem in ſubſtantia ſunt ſicca & in natura humida, recipiunt putrefactionem. Quæ autem in natura & ſubſtantia ſicca ſunt, nunquam recipiunt putrefactionem. Palam itaque eſt ꝙ cholera nigra & rub. non recipiunt putredinem propter earum complexionem & naturã, ſed propter ſubſtantialem humiditatem illarum atq; liquorẽ. Sanguis enim quia cum utraq; qualitate conuenit putrefactioni, extraneo obedit calori unde fit febris continua. Cholera rubea quia cum una qualitate conuenit putredini .i. cum caliditate, & cum alia .i. ſiccitate non obedit extraneo calori, unde habet 12. horas in labore & in requie. 36. Quod ſi eius acceſſio .12. horas tranſierit, & 7. periodos quæ ſunt .14. dies, dicitur notha .i. non uera. Febris quartana, quia cum duabus qualitatibus non conuenit putredini, durat .24. horis & quieſcit. 48. Quotidiana febris quia cũ una qualitate .i. humiditate conuenit putredini, habet. 18. horas in labore & ſex in quiete. Hic quęritur quare terminus ſit in quartana .24. horis & non plus aut minus. Reſpondemus quòd omne quod cõſtruitur ſub lunari circulo fit propter repugnantiam .4. elementorum adinuicem oppoſitorũ. Deſtructio enim nihil aliud eſt niſi conuerſio unius rei ad aliam, uerbi gratia. Elementa mutantur in cibum cibus in membra. Corpus cum deſtruitur humores ad aquam ſpiritus ad aerem, oſſa ad terram conuertuntur. Hæc .n. actio elementorum adinuicem facta non eſt niſi propter motum ſolis & lunæ & omnium ſtellarum motum habentium, & ſol eſt cauſa cæterarũ & earum dominator, & curſus eius a loco procedens quo oritur & rediens uſq; ad eundem, non eſt niſi .24. horis, proinde fit ultimitas acceſſionis quartanæ .24. horis. Rurſus ſi fuerimus interrogati quare calor extraneus in quartana. 18. horis moretur ad unam qualitatem .i. ſiccitatem & 24. permaneat. Reſpondemus ſiccitas corporis duobus modis fit, aut cum calore, aut cum fri. Calor deſiccat corpus, quia illud rarificat & humores deſiccat. frigiditas autem non ſic, quia materiam coadunat & congelat ad quam extraneo calore accedente materia congelata aperitur & fit perflua & obediens putredini. Siccitas vero quæ fit propter calorem, quia non in ea hum. ſunt clauſi uel coagulati neceſſario calor extraneus tardatur in eo quod liquefacit. Interpolatio nil aliud eſt quàm qualitas materiam impediens cum ſua duricia. Quod ſi prædicti humores intra uaſa putrefiant, faciunt febres continuas ſine interpolatione, quia ſunt cum ſanguine in uaſa, neque patiuntur rigorem ut in tertiana, neque frigorem ut in quotidiana uel quartana. Rigor enim non eſt aliud niſi materia membra pungens ſenſibilia. Rigor differt à frigore, quia in rigore ſentit patiens punctionẽ quaſi acus uel ſpinæ ſint in eo fixæ. quia cauſa ipſius ſunt acuti fumi. Frigus ſentiunt ęgri quaſi niuis congelatio, quia cauſa eius ſunt graues fumi & tardi ad mouendum. Item ſi dixerit quare chole ru. in lipario calefacit exteriora & interiora minime. In tertiana uero ſimplici non ſimili modo agit chole. rub. Reſpondemus chol. ru. in tertiana eſt ſimplex, in lipariös eſt mixta cum phlegmate. Item quæritur quare uitreum phlegma & liparios non generant febrem ſicut in epialos. Reſpondemus quia phlegma non eſt in toto corpore æquale, ſed in epialos eſt phlegma per totum corpus ęquale. Merito ergo ex præmiſſis infertur quia qualitates non ſunt niſi quattuor .i. calida, frigida, ſicca & humida. Humana enim corpora non uidemus mutari niſi ad eas, & non ſanantur, neque reſtaurantur, niſi per eas. Quia medicina nil aliud eſt niſi repugnatio unius contrarij ad aliud contrarium. Nos quoque non inuenimus noſtra corpora mutari ac conuerti, niſi ad calida, frigida, ſicca, & humida. neque uidemus ea reſtaurari niſi cum calida, frigida, humida, & ſicca. unde Ariſtoteles in quarta particula microſcomi, per contrarium inquit curamur, per ſimile augmentamur. Quatuor igitur ſunt qualitates, neque plures, neque pauciores, quarum duæ ſunt actiuæ calid. & frigi. & duæ paſſiuæ, ſcilicet humid. & ſicca. Quia calid. ſemper facit ſicc. frigid. uero humiditatem, quam ſententiam Iohan. Damaſcenus nõ approbauit, Ariſtoteles econtra. Palam intelligimus quia caliditas fortior eſt actiua & ſicca, fortior paſſiua. Hac de cauſa tertiana febris habet 12. horas in requie, quia ſiccitas repugnat calori ut non fiat febris continua, & tardat eam uſque ad tertiam diem. Et quia in quotidiana eſt debilior & actiua, ideſt frigidtas & debilior paſſiua, ideſt humiditas eſt modica interpolatio .i. ſex horis. Ac quia cholera nigra debilior eſt actiua, ſcilicet frigiditas & fortior eſt paſſiua .i. ſiccitas, neceſſario induratur unde requies eſt. 48. horis ad minus. Materia enim cholerica quia pauca eſt in quantitate, & quia fortiorem habet actiuam, ideſt calorem naturalem uel actiualem facit febrem continuam, ideſt ſinocham. Materia enim cholerica, quia pauca eſt in quantitate, & quia fortiorem habet actiuam .i. colorẽ & fortiorẽ paſſiuã .i. ſiccitatem

facit febrem interpolatam. Materia enim phlegmatica quia est multa & grossa & humida, paruam facit interpolationem. Melancholica uero materia, quia est pauca in quantitate & habet unam fortem actiuam .i. frigiditatem, & fortem passiuam. i. siccitatem habet longam interpolationem. Omnis enim calor aut est naturalis aut nonnaturalis uel accidentialis. Calor naturalis cibum digerit, subtiliat, mũdificat feces per propria loca, sed calor febris operatur cum sua natura in materiam quæ est putrefacta per unamquanque exacerbationem ut eius humiditatem per unamquanque accessionem consumat. Ideo que cessante materia transit & febris.

De tertiana interpolata & eius cura. Cap. XLI.

IGitur si tertiana febris non sit continua, cum uomitu facile curatur. Rec. se. atriplicis. vnc. 1. & sem. tritũ. vnc. in panno raro missum & in aqua ca. mollificatũ fricetur in cipho. Lac uero quod egreditur sumatur cum syrupo acetoso, uel semen infundatur in aqua in qua coctæ sint radices cucumeris agrestis, aut cum oximelle. Rubea ad tertianã probata. Rec. op. j. drag. 4. croci anisi cardamomi, storac. rubeæ, iusquiami, baccarum lauri ana. vnc. 1. confice cum melle da duabus uel tribus horis ante accessionem. Si tertiana fuerit continua medicetur sicut acuta febris.

De tertiana notha & eius cura. Cap. LXII.

SI tertiana notha fuerit, cum hoc uomitu medicetur, misce mel & acetum seminis atriplicis. drag. 3. huic misce frica & cola & da patienti. Si tertiana fuerit duplex, dabis hydrocopion panchristum cum balsamo & rubea & musa. Si solutionem patiatur dabis mel citoniatum ita confectum. Rec. succi mali citonij partem unam, mellis unam coque lento igne ad spissitudinem mellis. Si autẽ tertiana in antumno venerit, curabis eam cum diatessaron distemperato cum uino calido & cum rubea, aut musa. Cibi dandi sunt temperati, ut far granum bene coctũ lactuca spinacchia cucurbita assata & similia.

De cura quotidianæ febris. Cap. XLIII.

QVotidiana hæc febris curetur cum uomitu. Rec. tapsiæ lib. 1. elacterii lib. se. cinamomi vn. 3. da cum oximelle dr. 2. uel secundũ uirtutẽ patiẽtis. Si stomachus plenus sit humoribus detur oximel ut uomant. Rec. aceti phialas duas, mellis unam, seminis radic. raphani seminis atriplicis ana. vnc. sem. & coquantur ad medium & bibant ante accessionem & ieiunent una hora postea. Si uero non uomuerint accipiant aquam cal. Si uero quotidiana sit acuta, ferant usque ad septimum diem, diȩta sit ptisanum. Si quotidiana ad misceatur tertianæ, detur panchristum & rubea tro. & ydropion quasi potione una utantur. Si uero non profuerit detur tyriaca. Si quotidiana in tempore ueris fuerit, euacuabis panchristo rubea & esdra. Cataplasmata uero. Rec. micas panis fel terræ æquo pondere confice cũ ouo mollí asso cum oleo cypressino aut laurino & páno induto super uiscera pone, probatum est.

De cura quartanæ febris. Cap. XLIIII.

SI quartanam nullus morbus præcesserit, in principio tribus diebus vinctis dabimus tyriacam magnam in modum auellanæ cum oximelle squillitico, postea dabis laxatiuum sicut pigram, theodoricon, aut hieralogodion, aut uomitiuum superius scriptum. Corpore purgato mittatur in tinam aqua plenam in qua cocta sint nepita, pulegium, laurus, absinthium, ibique bibat tyriacam magnam cum oximelle squilitico, aut diatessaron, aut adrianum, aut diatrionpipereon, aut unum illorum quod in antidotario sumus dicturi. In die accessionis nihil manducet, & in duabus horis ante accessionem intret tinam.

De cura duplicis quartanæ. Cap. XLV.

IN duplici quartana detur panchristũ & adrianum temperatum cum succo balsamite. In hyeme curetur cum esdra mixta cum potione sancti Pauli & musa enea. In æstate cum potione mixta rubeæ cum tyriaca mundissima & uino temperata, & fumigium facimus. Rec. gipsi spolij serpentis pellis uituli marini hyeme cum mulsa adriano & cum trociscis ad quartanam probatis. Oleum petroleum dabis bibere, & vngatur dorsum cum calidis oleis & unguentis.

ISAAC ISRAELITAE FILII ADOPTIVI SALOMONIS REGIS ARABIAE, DE FEBRIBVS LIBER.

Prologus in eundem Constantini Monachi.

QVONIAM te charissime fili Iohannes lachrymas mœsto cordis dolore perpetim effūdere prospexi eo ꝙ exilio nimioq; calamitatis mętore extenuatū in ultima paupertatis inopia te persistere fatebaris, pręsertim cum in litterarum ualitudine imbecillis permanens, quæcunq; medicinæ artis solida longo temporis interuallo penetraueras, ignauiter in breui obliuioni traditurum te manifestabas. Vnde ego Constātinus Casſianensis monachus magno pietatis amore commotus, te paterna charitatis dilectione familiariter suscepi, & quæ medicinę artis vtilia scripta seu in mente imaginata habui, proculdubio tibi anhelanti animo concedere non negaui. Atque quoniam generum & specierum febrium diuersitates tibi super omnia difficiles uidebantur esse, neq; humilibus petitionibus & dulcium uerborum pręcamine indesinenter oraueras, ut in modico uolumine omnium febrium differentias tibi planisſimę dictarem, tanti licet operis laborem hęsitās diu facere denegaueram, multo tamen ac supplici præcamine monitus, quia tu nullo modo cessaueras, tuæ flexus petitioni hunc librum transtuli ex Arabica lingua in latinā, cuius uerba quisquis legēdi summa asſiduitate perfectè intēderit, causas & accidentia uniuersas febres ostendentia agnoscere poterit. Quibus itaq; cognitis, curas earum leuisſime impendere sciet.

De libri diuisione. Cap. I.

LIber istæ in quinq; diuiditur partes. Prima est de esſētia febris eiusq; diffinitione, febris naturā & causam uniuersaliter ostendente. Secunda de ephimeris in tribus spiritibus generatis: Quorū primus uitalis spiritus dicitur, cuius fundamentum est cor à quo procedit ad totum corpus omnia eius membra uiuificans: Secundus autem animalis spiritus nuncupatur, cuius fundamentum est cerebrum, & ab eo in totius corporis membra uenit, sensus ei præstans & uoluntarium motum: Tertius spiritus naturalis uocatur fundamentum, cuius est hæpar, & ab illo ad totum corpus tēdit, omnibus membris quatuor uirtutes dans naturales, quæ uidelicet sunt appetitiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. Vnicuiq; membro necesse est ꝙ sit uirtus appetitiua, calida, & sicca secundum naturam choleræ rubeæ, ut desiccet humiditatem cibi, & attrahat eam ad se. Necesse est etiam ꝙ vnumquodque membrum uirtutem habeat contentiuam, cuius natura sit secundum choleram nigram, ut contineat cibum quousque digestio sua compleuerit suam actionem in eo. Conuenit iterum in eis uirtutem habere digestiuam secundum sanguinis naturam existētem, quatinus digerat cibum contentum, & in suam mutet essentiam. Virtus autem expulsiua phlegmaticæ naturæ existens, fit necesſaria, ut per eam superfluitas & fex cibi expellatur à mēbris. Tertia pars est hæctica, quę nūcupatur phtysis quæ innascitur in solidis mēbris sicut in carne, uenis, lacertis, cartilagine, & his similibus. Quarta de acutis est febribus & accidētibus eas cōcomitātibus, sicut phrenesi pleuresi, uariolis, desudatione, & his similibus. Quinta de putridis febribus quæ sunt ī humoribus, in sanguine uidelicet & phlegmate, & in vtraq; cholera. Omnis enim cibus corpus ingrediens cum non totus sit laudabilis clarum quæ creans sanguinem, necesse est ut à natura digeratur & mūdificetur eiusq; fex cum egestione expellatur. Si de prima digestione fuerit, quæ constat in stomacho, aut per secesſum, aut cum urina. Si de secunda fit in hepate existente, aut cū sudore, aut cum sputo alijsue modis per oculos, per nares, & per alia loca egredientibus, eijciatur. Si de tertiā digestione in omnibus membris existente, fit humor unicuique parti corporis præparatus. Sunt & alia quæ licet separentur à sanguine, quodam tamen modo regimentum sunt corporis, quamuis non sunt nutrimentum aut cibus sicut utraq; cholera & phlegma. Ideoq; natura quędam

dam eis pręparauit loca,fel uidelicet cholerę rubeæ,ſplenem choleræ nigræ, ſtomachum pectus & pulmonem phlegmati.Idcirco quodcunq; horum augmentatum fuerit, ſuęq; qualitatis modum exceſſerit,egredietur à loco ſuo, natura.n. illud odio habens deſerit nec regit ipſum. Permanens ergo in concauitate membrorum, ſeq; conculcans caleſit & putreſcit generatq; febrem putridam ſecundum naturam putredinis generatam.Naſcitur hæc febris cum quilibet humorum quantitate augmentatur, ſed non propter detrimentum alterius qui ei oppoſitus eſt, non enim ipſe à loco ſuo proprio egreditur, aut putreſcit in humore ei contrario diminuto,ſed tantum cum uirtus eius corpori dominetur,conuertit illud in ſuam qualitatem, atq; morbus generatur ſecundum ſuam naturam.vnde Gal.phlegma inquit in corpore augmentatum ſi putreſiat, febrem generat,ſi autem non putreſit, rigorem ſine febre facit aliquantulum.

De quatuor inquirendis. Cap. II.

OPortet eos qui uolunt aliquid inueſtigare, primum hæc quatuor ante animum ſuum ponere,id eſt an ſit,quid ſit,quale,& quomodo ſit, & quare ſit. At quia omnis interrogatio ſit quatuor modis,neceſſario & reſponſio eſt quadruplex,uerbi gratia ſi quęratur utrum medicina ſit, decet reſponderi utique ſi credatur medicinæ. Econtrario reſpondendum eſt ſi non ei credatur.Quid ſit inueſtigatur de rerū eſſentia,ideoq; non poteſt reſponderi niſi data diffinitione ſuā naturam oſtendente, quemadmodum interroganti quid eſt medicina, dicendum eſt, medicina eſt ſcientia regendi complexionem naturalē & conuertendi eam quæ eſt extra naturam ad naturalem. Qualis & quomodo ſit oſtendatur ex ſubſequenti deſcriptione, ſicut ſi dicatur qualis eſt medicina, reſpondendum eſt rerum naturalium rationabiliter cōprehēſiua,& cum eis prout neceſſe eſt comparatiua. Quare ſit medicina ſi interrogemur neceſſe eſt ut reſpōdeamus propter quatuor hanc fuiſſe qua dominantur medicinæ,id eſt materiam formam artificem & perfectionem medicinæ,uidelicet pertinentes. Quęrenti ergo quare ſit, dicemus medicinā eſſe cauſa neceſſitatis integritatis corporū, quæ cū ſint temperata cum nutrimento cuſtoditur, & ſeruat ea in propria ſua ſanitate,& reuocat ea ad ſanitatem cum à temperamento ſunt egreſſa. In hac ergo reſponſione ſunt illa quatuor quæ medicinæ pertinere diximus, materia enim medicinę ſunt humana corpora, ei uidelicet ſubiecta. Forma medicinæ temperamentum eſt complexionis corporis ſuæq; compoſitionis perfectio. Artifex eſt cibus & medicina, & medicus cum eis operans. Perfectio regimentum eſt ſanitatem cuſtodiens & infirmitatem ad ſanitatem reducens, hęc eſt intentio & cauſa quare ſit medicina. Palam ergo eſt quid ſit,quare ſit qualis ſit, & quo ſit medicina. Si quæritur unde ſit medicina,neceſſe eſt ut inueſtigetur rerum eſſentia in eo ꝙ ſunt ex natura.Sed tamen qualis & quo modo ſit non eſt inueſtigandum niſi tantum ex ſola rerum eſſentia, proinde ſufficit reſponderi de materia & forma. Quare ſit,& ſi non ſolum inueſtigari conueniat ex rerum eſſentia,ſed etiā perquiri ex ſua cauſa, neceſſe eſt reſponderi de quattuor rebus quas ſuperius diximus. An ſit quoniam non interrogatur niſi ad ſciēdum utrū inuenta necne, ſufficit hęc reſponſio, ſi illam habuerit naturam,econtrario ſi caruerit. Quod ſi repræhenderint nos ſophiſtę dicentes,quare tacuiſti qualis ſit cum eius inueſtigatio non eſſet niſi ex rerum eſſentia uidelicet utrum eſſet nec ne, quemadmodum dicimus homo eſt animal rationale mortale an non. Reſpondendum eſt eis non ſequitur. veſtra interrogatio falſa eſt & corrupta. Vnam enim propoſitionem & perfectam & neceſſariam eſſentialiter inueſtigatam quæ nullo modo poteſt deſtrui niſi ablatis rebus quibus eſt inuenta oppoſuiſtis alij imperfecte ſuperficiali quę etiam eſt poſsibilis poni & non poni cum ſuis rebus. verbi gratia. ratio eſt eſſentialiter in homine, quia impoſsibile eſt ab eo rationem ſeparari niſi ablata ſit humanitas, propterea nequimus hominem dicere non eſſe rationalem niſi abuſiue. Neceſſe eſt igitur reſpondeamus de quali quomodo & qualiter ſunt ex ſubſtantia rerum. hæc enim interrogatio nil aliud ſignificat niſi de quali ſit abuſiua uel abſoluta interrogatio ex ſequentibus rebus & eius proprietate inueſtigata, unde conuenit reſpondentibus multis modis reuoluere quæſtionem donec ſecuri fuerint & firmi de proprietate quę interrogatur,quæ uidelicet interrogatio ſi uera uideatur eſſe,affirmetur, ſi falſa negetur. Vnaqueque enim res multas & diuerſas habet proprietates, quia quędam proprietas à ſubſtantia eſt inſeparabilis,ut calor ab igne,riſus ab homine. Sunt & alię proprietates rerum aſſequentes queadmodum canicies in homine. Sunt & aliæ proprietates rerum accidentia oſtendentes ſicut vſtio ignem, litteræ & artificia hominem. Quod cum ita ſit, neceſſe eſt non reſponderi de qualis ſit niſi quęſtio prius reuoluatur & inueſtigetur ut proprietas de qua ſit quæſtio pateſiat. verbi gra. Si fuerimus interrogati qualis ſit homo, reſpondemus homo eſt compoſitus ex multis qualitatibus ac diuerſis rebus, ſicut riſu litteris arte canicie, & his ſimilibus. De qua igitur harum qualitatum dixerint uideamus quam ſi uiderimus eſſe ueram, oportet nos eam affirmare & falſam negarę.Palam ergo eſt ꝙ omnis quęſtio debet eſſe reſpōſioni oppoſita,& ſecundum

dum numerũ queſtionis dẽt eſſe numerus reſpõſionis. Interrogatio autem eſt quatuor modis,& eodem modo neceſſe eſt reſponſio fiat, quod palam oſtendit Ariſtote. cum dicit. Inueſtigatio rerum inquit cũ æquali ſit numero. quod optime dicit,æqualis enim numerus quatuor habet angulos,verbi gratia,quatuor longitudo ſunt duo & latitudo duo: quoniam latitudinem ſi ſecundum longitudinem multificauerimus fiunt quatuor. Sed reprehendimur à ſophiſtis dicẽtibus, cur Ariſtotelicam intentionem non dixiſti eſſe de nouem, inuenimus enim nouem quatuor habere angulos quia eius longitudo ſunt tres & latitudo tres, & ſi multiplicata fuerit longitudo cum latitudine ſiunt nouem. Quibus reſpondendum eſt corruptam propoſitionem duobus modis oppoſuiſſe. Primum quia ſi Ariſtotel. intentio non eſſet de quatuor oporteret eum mõſtrare de quo alio numero quatuor angulos habente ſua fuerit intentio ſicut ſexdecim viginti ſex, & iterum trigintaſex. hæc omnia quatuor angulos habent. Rurſus ſi eius intentio non fuerit de quatuor oportuerat eum dicere quadrangulo ſecundo,uel tertio, uel quarto. Alioquin quatuor eſt prior & dignior omni quadrangulo & per eum totius numeri ſit complementũ. verbi gratia: incipiamus ab uno qui eſt elementum & cauſa numeri, cui ſi iungimus duo quæ ſunt initium numeri ſiũt tres, quibus ſi addimus tres quæ ſunt ei uicinantes fiunt ſex. Deinde ſi ponimus quatuor quæ ſunt ei naturaliter uicini fiunt decem,ſit itaque numerus completus. Palam igitur eſt ꝙ ſi Ariſtotelica intentio de numero nõ fuerat niſi de quatuor. Et licet dixerimus omnem quæſtionem fieri quatuor modis, dicimus tamen quoniam tunc ſit quadruplex cum eſſentia rerum eſt ſenſualiter incomprehenſibilis, ſed cum ſenſui patet non eſt neceſſe ut prima quæſtio dicatur,id eſt an ſit, interrogare enim utrũ homo ſit necne maxima ſtulticia eſt, nam ſi inſipientibus eſt hoc cognitum, quanto magis & ſapientibus. palam enim patet ſenſui,quod teſtatur Ariſtotel. in libro qui dicitur apodexia, omnem inquit ſcientiam quæ noſtro cognita eſt intellectui accepimus ab alia ſcientia, ſic .n. una ab alia procedens uenit ad eam ſcientiam quę non habet mediocritatem in ſe & noſtrum intellectum. nulla ergo eſt quærendi neceſsitas utrũ ſit homo an non,quia ſenſualiter poteſt hoc inueniri ſicut cum dicatur omne duo eſt par,& omnis numerus aut par aut impar, & omne æquale ſi minuitur ab ęquali neceſſe eſt quod ex eo permanet ſit æquale. huius ſcientiæ nulla eſt mediocritas inter ſe & noſtrum intellectum, ſed conuenit inueſtigari quid ſit & quomodo ſit & qualis ſit & quare ſit. Igitur ſi fuerimus interrogati quid ſit homo, homo eſt animal rationale mortale. hæc itaque diffinitio eſt ei propria, & ſuam oſtendit naturam, atque facit eum differre ab aliis animalibus, quoniam animal eſt ſuum genus & elementum,& eius formæ ſubiectum, ratio autem & mortalitas ſunt eius ſpecies & forma. de qualis ſit ſic eſt reſpondendum, homo eſt compoſitus ex anima immortali & ſempiternali & de corpore deſtructibili & diſſolubili. teſtatur autem ſempiternalem eſſe animam poſt corporis ſeparationem contrarietas qua ipſa in ęternum non indiget & motio eius quæ ſit per ſe ſubſtantialiter & non per aliud, omne inquit quod per ſe mouetur eſt indeſtructibile & infinitum. Sed corpus monſtratur eſſe deſtructibile & finitum per motum eius qui ſit de contrarijs oppoſitionibus, & de eius operatione unius in alium, & quia ſemper naturaliter uolunt conuerti ad ſua elemẽta. Sed poteſt à quibuſdam nobis obijci dicentibus, quoniam cõtrarietas eſt ablata ab anima cum illam ſenſualiter uideamus contrarium recipere. Videmus eam enim mutari de ſcientia in ſtultitiam & econuerſo quæ utiq; ſunt contraria. Quibus ſic ſiat reſponſio,ſcientia & ſtultitia non accidunt animę ſubſtãtialiter ſed qualitatiue,quia anima eſſentialirer eſt una, id eſt ſubſtantia incorporea corporis completiua, naturalis uidelicet & inſtrumentalis uitam in poteſtate habentis, anima ergo eſſentialiter nullam habet contrarietatem, quare ſit homo ſi fuerit interrogatio,ſiat illa reſponſio. Homo enim cum ſit de naturali corpore conſtitutis,eſt organum rationalis animæ,ut cum eo rerum ueritatem diſcernere valeat,& cum eo operetur ſecundum quod rationi attinet. Sed ſi dicatur quare ſit homo rationalis. Reſpondẽdum erit hoc modo,ut diſcernat bonum à malo, uerũ à falſo. Ratio enim nil aliud eſſe conſpicitur niſi diſcretio boni à malo. Igitur quia cõpleuimus de quo ſit homo & quo modo & qualis ſit & quare ſit, ſubſequens eſt ut incipiamus de febribus quid ſit & qualis ſit & quare ſit, ſuperuacuum & magna ſtultitia eſt interrogare an ſit cum ipſa ſenſui pateat. Eſt ergo incipiendum de febre quid ſit: hac enim inueſtigatione eſſentia rerum oſtenditur.

De febris diffinitione. Cap. III.

Febris eſt calor præter naturam in initio petens cor per mediocritatem, deinde ſubito ſe diuidẽs cum calore naturali per totum corpus naturali nocet actioni. Extraneo enim calore ad cor accedente naturalis egreditur à temperamento, cumque ipſe per totius corporis membra diuiditur ut eis uitam tribuat, quia eſt egreſſus à ſuo temperamento, neceſſe eſt ut membra eum recipiant in ea qualitate qua eſt. vnde calefacit & urit ea, generatq; toti corpori febrem actioni naturali ſubito nocẽtẽ. Palam ergo eſt ꝙ

febris nil aliud eſt niſi calor extra naturam prius actioni nocens naturali. Sed cum abſolute dicimus calorem, oſtenditur calor febrilis & alii calores ſicut naturalis corporis regitiuus & alius calor extraneus, ſicut ſolis ignis balneorum & his ſimilium. Cumq; dicimus calorem extra naturam, diſcerni oportet à naturali calore corporum regitiuo, quia calor naturalis ſemper eſt ab animalibus inſeparabilis, & calor febris eſt extraneus & ab eis ſeparabilis, ſed cum diuiditur per totum corpus, licet naturali nocet actioni, differt tamen à naturali & ab alijs caloribus ſicut à calore ſolis balnei ignis & his ſimilibus. horum enim calor quamuis ſit extra naturam, inſimul tamen exteriora & interiora corporis, non calefacit, neq; actioni nocet naturali. & poſtquam ei noceat, tamen læſio non eſt primitiua, quia primum mutatur ad febrem, deinde febris nocet actioni. Illud ergo nocumentum eſt propter febrem & non propter ſolis calorem. Cum naturalem dicimus actionem, intelligenda ſunt cibi appetitio, ſomnus & uigilia ſedere ambulare, & alia multa his ſimilia, hæc enim omnia deficiunt & mutantur propter febrem. Ideoq; febris eſt morbus moleſtior, eiuſq; diſputatio dignior, quia omnes morbi præter febrem uni tantum membro eueniunt, & permanentes aliquo temporis interuallo, nec ſubito actioni naturali nocent ſicut podagra hydropiſis melancholia & his ſimilia, nam unaqueq; ægritudinum harũ uni corporis membro accidit & non omnibus: febris autem econuerſo, quoniam per eam corpus intus & extra patitur. Nocet etiam ſpiritibus & uirtutibus animatis actionibusque naturalibus. Et licet dicamus febrem actioni naturali eſſe nocitiuam, non tamen eam deſtruit. Actio enim naturalis nunquam deſtruitur, niſi cum ſit ſeparatio animæ & corporis. Quod ſi reprehendant nos quidam ſophiſtæ dicentes, quare calor extra naturam prius ad cor per arterias ueniat: quàm ad cerebrum per neruos, & ad hæpar per uenas? Reſpondendum eſt, cor enim ſcimus naturaliter calidius & ſiccius cerebro & hępate, quia fundamentum caloris naturalis eſt, & ab eo ad totius corporis membra procedit. Arteriæ etiam calidiores & ſicciores ſunt uenis & neruis naturaliter, & ſunt uiæ caloris naturalis, præcipue ſi aliqua harum ſanguinem habuerit & ſpiritum leuiſsima eſt, & uelociſsimũ habet motum. Cor ergo & arterię, quia ſunt calidiores & ſicciores naturaliter neceſſe eſt ut calor extra naturam citius adhęreat eis quàm neruis & uenis propter ſiccitatem & ſimilitudinem quam habent. uer. grat. ignis citius in ſiccis lignis quàm in humidis & uiridibus incenditur propter ſocietatem quam utraq; habent cum ſiccitate. Similiter hac ratione credẽdum eſt, quia calor præter naturam accidit uelocius cordi & arterijs calorem & ſiccitatem habẽtibus naturaliter quàm alijs membris. Sed tamen quandam huius caloris vſtionem cor citius & cõtinuo patitur, & quãdam tardius ſecundum quòd eſt materia febris quemadmodum ſanguis, & cholera rubea, ſanguis enim augmentatus & ſua uaſa egrediens, & à natura ſpretus mox putreſcit, quia ſanguis eſt calidus & humidus, cholera rubea, licet cum una qualitate putredini repugnet, id eſt cum ſiccitate, cum calore tamen illi conuenit. Sunt & alię materiæ quę ſunt tardiores, ſicut cholera nigra putredini repugnans cum utraq; qualitate, & phlegma cum frigiditate. Sed reprehendimur à ſophiſtis nobis dicentibus, ſi ueridicus eſt ſermo quem dicitis ut nulla putredo fiat niſi cum materiæ regimentum à natura relinquitur, ſanguis enim quomodo à natura dimittitur cum omnibus pateat quòd ſanguis ſit eius fundamentum & ab eo ad totum corpus procedat, & per eum confortetur, atque ipſe ſit eius nutrimentum. Quibus reſpondendum eſt, ſanguis licet ſit amicus naturæ, tamen cum fuerit temperamentum egrediens augmentatur, & naturam aggrauans odio tenetur ab ea, qui quoniam ab illa nõ regitur nec cuſtoditur, neceſſe eſt ut putrefiat ei, ſicut uidemus patrem filium ſpernere & à ſe expellere cum ei ſit inobediens, & tamen dilectus eſt. Qui iterum ſi dixerint quomodo febris poſsit fieri de phlegmate cum phlegma naturaliter ſi oppoſitum febri. febris enim eſt calida & ſicca, phlegma uero frigidum & humidum. Reſpondebimus ita, diximus febrem nõ poſſe creari de phlegmate in ſua uatura exiſtente, ſed cum egreditur à ſuo naturali loco ſuaque natura, & ebulliens putrefit. ex ebullitione uero accidentalem ſumit calorem, quod plenius ſumus ſcripturi in ſuo loco cum de putridis febribus diſputabimus. Cõpleta uero hac diſputatione, oportet nos inueſtigare utrum poſsit eſſe febris aut aliquis morbus de qualitatibus tribus necne. unde dicamus quia imposſibile eſt trium qualitatum febrem fieri coniunctione, quarũ duę ſint oppoſitę. Eſt ergo imposſibile, ut febris de tribus qualitatibus iunctis generetur, quemadmodum de calore & ſiccitate & frigiditate. Frigiditas autem repugnat calori & deſtruit eũ. Similiter de humiditate & ſiccitate & calore fieri morbum imposſibile eſt, quia ſiccitas humiditati repugnat & deſtruit eam. Quod ſi aliqui ſophiſtæ dicant, cur negaſti morbum eſſe ortum de tribus qualitatibus, & dixiſti unam eſſe complexionem de quatuor qualitatibus, cũ quatuor magis ſint repugnatiuæ quàm tres: tres enim in uno loco repugnant & quatuor in duobus, quia calor repugnat frigiditati & humiditati & ſiccitati. Reſpõdebimus ꝙ humana corpora ſunt compoſita de quatuor qualitatibus æqualiter adinuicem repugnãtibus, & una alteri non dominatur, quæ cum

cum ægrediuntur à temperamẽto ſuo ut una ſu peret aliam, imposſibile eſt ut duæ qualitates duabus alijs dominẽtur ac eas deſtruantur, quia non eſt dominatio niſi in una. nam deſtructa eſt ea quæ ſibi fuerat oppoſita. Sed febrem dicimus habere tres qualitates. eius enim genus eſt triplex. Cauſa eſt, quia humana corpora tribus modis compoſita ſunt membris uidelicet, ſolidis humoribus,& ſpiritibus.cumq; ſint ex tribus compoſita,neceſſe eſt ut eius genus febris ſit triplex, unum in ſolidis membris ſicut carne,pinguedine neruis, uenis, cartilagine, & ſimilibus. Aliud in humoribus ſicut ſanguine phlegmate & utraq; cholera. Tertium in ſpiritibus .i. vitali qui eſt in corde,quod eſt fundamentum caloris naturalis,& in ſpiritu animali qui eſt fundamentum ſenſus & uoluntarij motus, & naturali qui eſt fundamentum quatuor naturalium uirtutũ, appetitiuæ retentiuę digeſtiuę cibi & expulſiuæ. Vnumquodq; enim membrorum corporis has quatuor habet, ſed tamen ſtomachus & hæpar fortius habent has uirtutes,nam ſunt eis familiares plus quàm cæteris membris; quia licet cum eis operentur propter nutrienda ſemetipſa, illã tamen faciant operationem propter omnia corporis membra. Proinde quidam antiqui naturam ſtulto & iniuſto regi asſimilauerunt dicentes, quædam enim membra fecit eſſe delectantia aliorum membrorum actione, quædam etiã fecit eſſe laborantia cauſa iuuandi alia. Ipſi etiã arbitrati ſunt ſtomachum & hæpar duas & diuerſas habere actiones, quarum una ſit propria ad eius nutrimentum, alia uero ſit cõmunis etiam omnibus corporibus membris. Fecerunt argumentum de harum actionum diuerſitate, & de remotione earum non in uno tempore uenientium, dicunt enim ſtomachum in initio uniuerſalem facere actionem & cibum mutare in chilum quaſi in ptiſanum. deinde ſuam prout oporteat particulariter facere actionem cum proprietate quam habet ad digerendum cibum,& conuertit eum ad nutriendum ſuam eſſentiam. Hac de cauſa æſtimant illum duas actiones habere, propriam ſcilicet & cõmunem. Quorum intentio ſic eſt deſtruenda,quia argumentum eorum duobus modis eſt corruptũ. Vno modo ſi duas uirtutes digeſtiuas propriam uidelicet & communem prout dixerant ſtomachus habet,neceſſe eſt ut ſint remotę ac diuerſæ,una ſcilicet operans in uno tempore, & altera in alio. aut ſunt commixtę ut utreq; in una hora faciant actiones. Quod ſi unius actio ab alterius differat actione,& utraq; in uno fuerit loco atque in uno membro,imposſibile eſt non mutari cibum ſecũdũ illius mẽbri,naturam,ſed conuertitur & aſſimilatur eſſentiæ illius membri, quemadmodũ uidemus cibum omnibus membris corporis aſſimiliari. Naturalis enim actio in omnibus membris nihil aliud operari uidetur niſi conuertere ad eſſentiam eorum illud quod fuerit eis ſimile. Stomachus igitur quoniam eſt unum membrũ: vnam uirtutem neceſſe eſt habeat digeſtiuam. Quod ſi illæ duæ uirtutes, propria uidelicet & communis duo ſtomachi loca habuerint, neceſſe eſt ut illæ ſtomachi partes cibũ pro toto corpore digerentes permaneant abſq; nutrimento, propria enim indigent uirtute qua cibus posſit mutari & digeri & ad eorum ſimilitudinem cõuerti,quoniam membra omnia propriam habẽt uirtutem per quam cibus conuertitur ad eorum eſſentiam.unde reguntur nutriuntur & augmentantur.Rurſus ſi fuerimus interrogati,utrum uirtus digeſtiua ſit unius naturæ, calidæ uidelicet & humidæ, aut diuerſę,ut in quibuſdã membris ſit calidæ & ſiccę complexionis,& in quibuſdam frigidæ & ſiccæ, in alijs calidę & humidæ,in aliis frigidę & humidæ. Reſpondebimus uirtus digeſtiua in omni corporis membro ca.eſt & hu.naturæ.Sed tamen ab unoquoq; membro quandã ſumit proprietatem, per quam cibum mutat ad eorum ſimilitudinem. quia ſi aliter eſſet, omnia corporis membra fuiſſent æqualia in forma & ſubſtantia. oſſa ſcilicet caro eſſent, & caro oſſa ſic cętera. Item ſi dixerint,quomodo ſenſualiter actionem ſtomachi uidemus eſſe diuerſam, ſi eſt una. Nam modo conſpicimus cibum in ptiſanum mutari, & poſtea uidemus ipſum conuerti in ſubſtantiam ſtomachi. Reſponſio fiat huiuſmodi,quanquam actio uirtutis digeſtiuæ in ſtomacho uideatur eſſe diuerſa, una tamen eſt & eadem, quoniam digeſtio cibũ in ſtomacho mutans in ptiſanum,eſt quædam præparatio cibum conuertens ad ſtomachi ſimilitudinem, deinde finita digeſtione, quandam accipit partem ſtomachus quæ eſt ei ſimilis & nutritur ex ea,cæterum autem quod ex cibo reſtat ſinit abire ꝙ eſt ſibi ſuperfluum. & ideo non dimittit ut alia mẽbra nutriat. ſed quoniam ſtomachum aggrauat neq; ab eo poteſt retineri. Vnde Gal.cauſa inquit nutrimenti quinq; modis eſt. Prima eſt cauſa ſecundæ & ſecunda tertiæ,& ſic aliæ.Prima.n. eſt inanitio humiditatis membrorum & diſſolutio eius quæ ſit per corporis poros. Secunda eſt naturale deſiderium omnibus in membris exiſtens, quod cogit membra ut appetant cibum. Tertia conculcatio ſubſtantiæ ſtomachi,aut inteſtinorum propter meſeraicas eum ſugentes. Quarta ſenſualitas ſtomachi cibi inanitionem ſentiens. Quinta eſt uirtus appetitum faciens, quæ ſit propter choleram nigram à ſplene ad os ſtomachi aſcendentem. qua os ſtomachi mordente ſit appetitus. Quod ſi quidam ſophiſtę dixerint, cur non dixit quòd cauſa appetitus ſit inanitio. & paupertas cibi in ſtomacho exiſtens, quemadmodũ dixiſti ſenſum membrorum inanitionem cibi ſentiẽtem eſſe cauſam euacuandi

uenas,

uenas, & uenarum euacuationem esse causam præmendi stomachum. fames etiam similiter quare stomachum non constringit. Responden dum est si appetitus sit in stomacho propter ue narum & membrorum inanitionem, necesse est ut eius actio non sit naturaliter, sed rationaliter, quia cum eius actio fiat propter aliud, & deside rat aliquod aliud remotum longe ab eo, necesse est fieri cum ratione. quare si possibile est fieri in una qualitate, necesse est ut fiat in omnibus. Oportet ergo ut ignis non ardeat nisi cum uolu mus, aliquid urere. Cuius quæstionis falsitas pa lam patet intellectui. hoc testatur Hipp. cum di cit. Omnis inquit digestionis complementum fit cum attractione rei attrahendæ & immutatio ne eius & causa attractionis omnis est desideriũ omnis etiam desiderij causa est paupertas eius rei quam desiderat indigẽtia, cuius sermonis in tentio talis est. uirtus digestiua non digerit, nisi prius operetur uirtus appetitiua quæ semper est ante digestiuam, similiter appetitiua non opera tur nisi prius sit inanitio cibi. Appetitio ergo ci- bi & inanitio & sensualitas appetitus quę est in stomacho, non est propter aliud, nisi propter se, causa uidelicet se nutriendi.

Propter quid sit febris. Cap. V.

Febris fit propter aliquod accidens humorem & spiritum calefaciens & eos faciens extra tem peramentum exire, quod tribus modis fit. Est enim causa febrem generãs, & est alia custodiẽs eam, & est alia qua feb. crescit & augmentatur, si cut uidemus in igne esse tria. Est .n. causa quia ignis generatur, est & alia causa qua custoditur, est & alia per quam augmẽtatur. Causa quidem ignem generans est putredo aut uehemens mo- tio, quemadmodum aliquid cum putruerit, si- cut cum sordities quæ se se conculcat & con- stringit calefit & putrefit uritur ac ignem gene- rat. Similiter uidemus fortem & uelocem motũ loca calefacere eũ circundantia, & ignem gene- rare. hoc testatur molendinus qui cum suo mo- tu calefacit aerem sibi uicinãtem, quàm si in mo tu suo multum augmentetur in sua motione fer uendo ignem generabit. Causa ignem custodiẽs res est eum operiẽs ab aeris percussione. Et quo niã aeris ictus dupliciter fieri potest, necesse est duo in igne faciat, quia si aer fuerit mobilis ignẽ cum suo suscitat motu uel ictu. & eius adeo con fortat actionem in corpore quod est ei subiectũ donec illud diuidat atque cõsumat, deinde quia caret subiecto extinguit. Si uero aer fuerit quie- tus & immobilis cum sua naturali humiditate, & accidentali frigiditate, ignis superficiem percu- tiens extinguit, quæ extincta enecat alteram, sic que pars partem destruit, & sic omnino ignis ex tinguitur. Sed reprehendimur à quibusdam de uentis dicẽtibus, quare inquiunt uẽti super ignẽ perflantes eum suscitãt & confortant. cum etiam si cũ flabellis mouetur aer ignis ilico excitatur. Quibus sic fiat responsio, perflatio uentorum nõ est causa custodiendi ignem, sed consumẽdi eum quia uenti super ignem inflantes expellũt ab eo cinerem & terrestrem partem corporis quod est ei subiectum, proinde augmentatur & conforta tur. Sed si uenti super ignem plus moti fuerint, omnes partes corporis in quo ignis constat ape riuntur. unde uirtus ignis multo magis augmen tata deuorat & cõsumit partes corporis, deinde carens subiecto extinguitur. Venti ergo nõ sunt ignis custoditiui. nulla enim causa custodit ignẽ nisi ea quæ tegit eum ab aere ne extinguatur ab humiditate naturali, & accidentali aeris frigidi- tate, sicut diximus. Illa tamen res qua tegitur ignis, necesse est ut habeat uacuum inter se & ignem, in quo aer permanens fiat calidus causa caloris ignis, & custodiat ignem cum sua simili- tudine, propter hoc ignis extinguitur magis in hyeme quàm in æstate, propter frigiditatem ae ris hyemalis calori ignis repugnantem. Res ue- ro augmentãs est ea quæ nutrit eum sicut oleum cera pix & similia. Simili modo intelligenda est hęc ratio in feb. Tres enim causæ in feb. continẽ tur, una feb. generat, aliam eam custodit, tertia eam augmentat. Causa uero feb. generatiua est nimia corporis & animæ motio & putrefactio atque humorum ebullitio. Causa autem qua fe. custoditur ut non dissoluatur, corporis est oppi latio, & pororum constipatio, per quos claudi- tur fumus in corporis interioribus. Causa uero eam augmentans calida sunt cibaria & potus & calida medicina. Febris causa generaliter est tri- plex generatiua scilicet, custoditiua & augmenta tiua. Sed generatiua duobus modis est, aut præ- sens aut præterita. Dominus est sicut est cã cor- pus extrinsecus percutiens, quæ tripliciter diui- ditur, una nimius est feruor solis & ignis, secun- da est nimia frigiditas sicut niuis & similium. ter tia est putridus horribilis & corruptibilis odor, sicut cadaueris, bestiarũ reptilium & similium. Pręterea quemadmodum est ægritudo quæ fit propter angustiam & tristitiam & humorum co piam ad putredinem præparatorum sicut dixi- mus de actione naturæ, quia autem natura cum non est inueniens cibũ laudabilem humano cor pori similem, illam partem cibi quę est corpori inconueniens ac dissimilis separata simili & à congrua & claudit eam in quibusdam corporis locis. Pars uero quę est cõueniens corpori & mo dificata bene nutrit totum corpus. Superfluitate cibi itaq; augmentata ac in loco ubi clausa fue- rat multiplicata, egreditur foras implens locum cum sua multitudine, quæ à natura dimittitur & non ab ea regitur, quia cum fuerat in loco in quo natura eũ posuerat rexit & custodiuit eam.

Egressa uero inde odio tenetur nec ab ea regitur, sed permanet in membrorum concauitate. Vnde quando aliquod euenit sibi accidens sicut à natura temporis regionis loci aeris & his similibus illa superfluitas mutatur contra naturam & putrefaciens generat morbos. Hac de causa antiqui assimilauerunt naturam temporum anni absolute humanæ complexioni & compositioni, & naturam regionum atque locorum humanæ ętati, & naturam aeris non existentem secundum complexionem temporum anni assimilauerunt humanæ naturæ quæ non est secundum suam complexionem. Oportet autem in corpore fit actio suæ complexionis & compositionis, quę in eo operantur. Reperierunt etiam regionis complexionem .i. aerem qui non est secundum complexionem temporum anni facere in corpore sicut in eo actio complexionis agit temporum anni, quæ non est secundum corporis complexionem uel compositionem, ac ętatem, quoniā si humana corporis complexio est secunda uel prospera ad similitudinem anni regionis augmentatur & regitur. si autē fuerit ecōuerso minuitur & destruitur. Et quia in hoc loco nostrę disputationis est finis & nostram absolutam compleuimus intentionem, dicendo quid feb. sit & qualis sit & quare sit, oportet nos dicere disputationem uniuscuiusque feb. sigillatim. Incipiendum est igitur ab æphimera, quæ fit in spiritu quod propter quatuor res facimus. Vna quia hæc cito ad corpus uel ad cor de parua uenit occasione. Secunda quia eius disputatio & significatio ad aliarum febrium comparationem facillima est & planissima. Tertia quoniam curatio eius leuissima, si secundū quòd oportet fiat, caret enim materia unde medicus expectet digestionem & solutionem. Quarta quia plurimum hęc fe. est causa aliarum durarum. spiritus enim non habet materiam per quam calor permaneat causa feb. cessante. Sed febris quę est in humoribus & in solidis membris, quia habet materiam, permanet in corpore calore qui est causa febr. prętereunte. Ideoque feb. ephimera causa est duarum aliarum febrium, quæ fit duobus modis quia aliquando humores sicut diximus in corpore augmentati suis exeuntes locis, suntque præparati ad putrefactionem. Vnde cum ephimera feb. accedit ad spiritum, necesse est illam calefaciat materiam, & eam putrefaciat, qua putrefacta feb. necessario ex ea generatur aut quia medicus nonnunquam errat in cura ephimeræ feb. & facit sumere infirmum cibum ante congruum tempus, aut quoniam iubet ei abstinētiam habere, quousque status febris transit, deinde cibum donat & balneare eum fecit, priusquam cibus digeratur. vnde calor balnei cibi digestionem, secundum quòd oportet non pręualens perficere & crudus circa corporis exteriora egrediens cutis poros cum sua claudit cruditate atque uiscositate. vnde illic permanet illius cruditas & superfluitas non potens per poros exire. Similiter fit in solidis membris, quia aliquando quandam habent humiditatem non naturalem ad suscipiēdam calorem præparatam, aut siccitatem. quę si calefiunt per ephimeram & deficiunt non ualentia illum calorem à se expellere, permanens ille calor in eis febrem hęcticam generat.

De ephimera febre. Cap. V.

Ephimera est abusiuum nomen, fuit enim à quadam bestia maris translatum quæ non uiuit nisi per unum diem quæ feb. quia non permanet nisi per vnum diem, hoc nomen est ei à simili impositum. Sed tamen Gal. dixit se eam vidisse vsque ad tertiam diem & quartam procedere, quod raro contingit cum pori corporis sunt clausi, maxime cum fumus qui ab eo dissoluitur fuerit grossus, quia pororum corporis oppilatio naturalis siue accidentalis grossum fumum non sinit resolui. vnde fit causa elongandi febrem, quæ si quartum diem transierit, & sanguinem calefacit & incendit, à sua natura egreditur & mutatur in causon, quæ iterum si multo plus morabitur, ut naturali corporis humiditati coniungatur, in hæcticam febr. mutatur. ideoque diximus quòd ephimera est causa aliarum febrium, & nulla alia est causa ephimerę. Sed reprehendimur à quibus sophistis dicentibus, quare Galen. dixit ephimeram unius diei & postea dixit eam posse uenire usque ad quartum diem? Quibus respondemus Galen. diuisit feb. generaliter in tria .s. in spiritibus humoribus & solidis membris. Quia igitur ephimera in spiritu moratur plurimum non transit nisi unum diem & raro ad quatuor dies ascendit, ne quiuit aliud nomen inuenire quod ei imponeret, unde appellauit eam ephimeram, sed tamen non diuisit eam absolute, quia determinauit eā cum dixit sic. si ephimera transierit diem quartum mutabitur in causon. possibile est enim ut causa ephimeræ diu in corpore morantis uratur sanguis & febris nascatur continua. Causa uero ephimeræ generaliter in duo diuiditur, aut enim fit propter alium morbum, aut ipsa est morbus. Illa autem quæ non fit propter alium morbum in duo partitur, aut fit intrinsecus aut extrinsecus. quæ iterum diuiditur in tria. Vnū est calor solis & æstatis magnum incendium facientis. Aliud est nimietas algoris & congelatio & balneatio in stipticis aquis, sicut est aluminosa nitrosa & sulphurea. Tertium est animæ siue corporis excercitia. Animæ sicut ira tristitia angustia cogitatio. Corporis uero sicut nimius labor ambulantium & equitantium. Aut fit intrinsecus sicut ex cibis & potibus & medi-

cina omnibus calidis. Feb. itaque facta propter aliud quædam eſt febris apoſtemata ſemper ſequens in inguine in collo ſub aſcellis & ſub auribus naſcentia, his enim præcedentibus febr. eſt eorũ accidẽs, licet morbus ſit accidẽs corporis, quia accidẽs duobus modis eſt, aut ſimplex, aut compoſitum. Simplex ſicut febr. non facta cauſa alterius, ſed ipſa ſit morbus. Compoſitum quemadmodum eſt febr. propter aliud creata. Sed Galen. diuidit accidens duobus modis, unum inquit eſt uniuerſale, & aliud eſt particulare. Particulare uero eſt ſicut illud quod non eſt propter aliud, ſed propter ipſum eſt morbus. Vniuerſale uero quemadmodum accidens aliquod morbum ſubſequens, quod eſt duobus modis, aut eſt inſeparabile ſicut dolor capitis ſitis, ſpiritus anguſtia, quæ ſemper accidunt febribus neque ab eis ſeparantur, quæ licet ſint in quibuſdam fortiora in quibuſdam debiliora, fe. tamen ſine iſtis nunquam poteſt eſſe, ſicut corpora nullo modo inueniuntur quæ umbra omnino careant. aut eſt ſeparabile ut ſit aliquando quandoque non, ſicut uigilia alienatio ſtupor in quibuſdam accidunt febr. quibuſdam non. hæc enim feb. eueniunt peſſimis aliquando. Sed poteſt nobis objici à quibuſdam dicentibus. quare feb. de cauſa inguinis per apoſtema factam dixiſtis eſſe de ephimeris, cum Hipp. in Apho. dicat ꝙ omnis fe. de inguinis apoſtemate nata eſt peſſima. Quibus reſpondendum eſt, glorioſiſſimus Hipp. ſuam intentionem determinate dixit, cum dixit ſi non eſt ephimera feb. Apoſtema enim in inguinibus duobus modis fieri poteſt. aut cum illud ſit per ſe morbus, aut cũ ſit propter aliud. propter aliud cum eſt palam oſtenſum ſenſui, ſicut cum fiunt vulnera in talo pede & in ſimili quæ ſunt ſalubria. & eorum feb. cito diſſoluitur proinde etiam eam poſuimus in genere ephimeræ feb. Sed ſi ipſum eſt per ſe morbus ſine cauſa ſenſui comprehenſa ſit feb. eius moleſta & peſſima, ſignificat enim aliud apoſtema eſſe de humoribus groſſis & putridis & in inferioribus corporis exiſtentibus & peſtilentialibus morbis creatis. hac de cauſa determinauit illud Hippo. cum diceret ſi non eſt ephimera feb. Rurſus ſi opponant nobis dicentes multos uidemus homines animæ & corporis laboribus utentes, tamen in ephimeram non incidunt. Reſpondebimus accidentia corporis eueniunt quatuor modis. aut propter eorum complexionem corporis ſimilantem ſicut eſt oleum cera pix adeps quæ ſũt igni ſimilia. aut propter corpus ad recipiendum accidentia præparatum ſicut calamus pili & ſimilia, quæ ſunt præparata ad recipiendum ignẽ. aut propter eorum accidentium uirtutem corporis dominantium ſicut eſt uirtus opij, quæ dominatur omnibus corporibus multam eius quã titatem accipientibus. aut propter illorum accidentium ictum continuatum per longum tem pus corpora percutientem, ſicut ſenſualiter uidemus aquam guttatim lapidem percutiendo perforare propter continuationem longi temporis. Quod cum ita ſit, neceſſe eſt ephimera generetur in corpore ad cauſas febrium generatiuas pręparato ſicut corpori calido & ſicco, quãuis ipſæ cauſæ ſint multum fortes, aut ſint multum debiles uel multum continuæ. Quibus ergo tribus cauſis ſi corpus careat, impoſsibile eſt ut in ephimeram incidat.

De ſignificationibus ephimeræ. *Cap. VI.*

Ephimera habet ſignificationes quibus differt ab hæctica. habet & alias quibus differt à triteo multas etiam habet alias cum quibus febr. putredinis non conuenit. Differentia uero quam habet cum hæctica, hæc eſt, quia cauſa ephimerę eſt ex pauco tempore. Cauſa uero hæcticę ex longo. In hoc ergo differunt, ſed & in calore conueniunt. Cauſa enim ephimeræ febr. eſt ex duobus uel tribus diebus, cauſa uero hæcticæ ex duobus uel tribus menſibus uel pluribus eſt. Sed febr. putredinis nullam concordiam habet cum ephimera. Hæctica quidem eſt cum ephimera concordans tribus modis. Vno quia cauſa ephimeræ & hæcticæ eſt una, ſicut anguſtia triſtitia fortis cogitatio & his ſimilia. Secundo quia ephimera & hæctica ſunt de ſimplicibus qualitatibus materia carentibus. Tertio quia calor ephimeræ & hæcticæ non eſt multum fortis. Sed febres putredinum ſunt iſtis oppoſitę, quia cauſa earum eſt qualitas cum materia, & illæ ſunt ſimplices, iſtæ uero compoſitæ. Amplius quia cal. & cauſa iſtarum eſt fortis & pungitiuus propter ebullitionem & incenſionem putredinis humorum quæ eſt earum materia. Diſtantia uero ephimeræ & tritei hęc eſt. quia ſi ephimera fuerit ſecundum ꝙ oportet, nec infirmi nec medici aliquod acciderit peccatum, determinabitur in primo, tritæus uero non ſimiliter, quoniam ephimera ſicut diximus, ſi nullum habuerit impedimentum, in primo die erit diſſoluta quaſi à balneo egredientium, & nimietate urinæ & ſudoris. tritæus uero licet raro habeat ſudorem, in primo tamen die non eſt ſecundum criſim, ſed propter lenitatem materiæ & ſubtilitatem inter cutem & carnem latitantis. nec tantus calor feb. fuerat ut omnino poſſet illam deſiccare, proinde debiliter eam calefaciens eam exiccat modicum. Quod ſi reprehenſi erimus à quibuſdam ſophiſtis dicentibus, ſi ephimerę feb. eſt de ſola qualitate materiam non habente, quare determinatio eius ſit cum ſudore, & fumo. Reſpondebimus recte ephimeræ febr. ſudorem & humorem eſſe negauimus,

mus, quia de tertiæ digestionis superfluitate est hoc quod dissoluitur per corporis poros cum sudore & fumo & urina propter febris calorem & uirtutem actionis naturę, quemadmodum uidemus homines semper pati propter nimium motum uel propter aeris uel balnei calorem. Inuenimus enim hanc humiditatem sub cute existentem dissoluere nonnunquam & usque ad corporis interiora perforantem, & interiorem humiditatem excoquendo eliquantia cum urina expellere eam, propter hoc sæpe uidemus: quia qui balneum temperatum habent calorem ingrediuntur, si sitim habuerint propter corporis eorum siccitatem curantur à siti, quoniam calor balnei cum sui subtilitate dissoluit humores & sicca humectat membra quæ sunt causa sitis. Febr. iterum ephimera tres habet significationes quibus à febribus putridis differt. Vna quia calor ephimeræ est leuis & suauis, quę cum ad statum uenit nullam facit angustiam & laborem, quia caret materia in qua natura laboret ad digerendum & ad expellendum. Secunda quoniam urina ephimeram habentium est quasi sanorum in colore liquore & hypostasi, quæ licet inter se differant, modica tamen earum erit discordia. videlicet in colore & rubore. Tertia, quia pulsus ephimeram patientium non distat à sanorum pulsu, nisi in dilationis uelocitate & constrictionis tarditate. Tarditas enim constrinctionum pulsus significat materiam non esse in corpore partem arteriarum constringentem ut illa exterius expellatur, quia uelocitas dilationis pulsus acutam & calidam innuit qualitatem. Vnde necesse est ut natura organorum partem ue, lociter dilatet, ut multam aeris quantitatem attrahat per quam illius qualitatis acumen refrigeretur. Ephimera igitur febr. quæ fit ex sola qualitate idest calore sine materia non est sibi necessitas ut constringat uelociter partem organorum, quia non habet quid expellatur. proinde fit motus pulsus in dilatione ad attrahendum aeris subtilitatem qua calor refrigeratur plus & uelocius quàm cum pulsus constrictione.

De ephimera quæ fit propter calorem solis, & eius cura. Cap. VII.

Ephimera quæ est propter solis feruorem, intelligenda est si capita patientium toto corpore sint calidiora, quia calor solis spiritum calefacit animalem & uitalem fortiter & uelociter sine mediatore. Spiritus animalis calefit causa feruoris solis caput percutientis, & propter solis feruorem cito ad eum per flatum uenientem. Sed tamen illa quæ est de calore solis, maiorem capiti infert calorem quàm toti corpori propter solem capiti repugnantem & ei oppositum, proinde nimium capitis patiuntur dolorem, & in facie feruorem, & uenarum plenitudinem in temporibus existentium. Nonnunquam etiam rheumate exagitãtur cum nimio calore & narium incensione. Subtilitas enim caloris tenues calefacit & eliquat capitis humores, & facit eos ad nares descendere. Illa uero quę est propter æstiuum aeris calorem, plus calefacit corpus quàm caput, quia calor aeris per flatum facilius ad cor ascendit quàm ad caput. Cuius significationes hæ sunt. Corpora enim patientium sunt incensa & sicca propter aeris calorem, unde magnam habent sitim & aerem desiderant frigidum. Vtile huius febr. curamentum est ut infrigidemus & humefaciamus aerem, & in pauimento domus sternamus frondes & flores infrigidantes, & calidos fumos extinguentes, sicut uiol. rosas nenufar frondes psilij semperuiuam salicis frondes flores basiliconis & huiusmodi. & semper sunt cũ aqua frigida uel rosata infundenda. Et licet basilicon sit cal. in primo gra. tamen proprietatem habet ducendi frigiditatẽ aquæ per nares. Sed oportet nos patiẽtium nares sæpe humectare cum oleo uiol. nenufari. & similibus. Vngenda sunt tempora camphora & aqua ro. si nõ habuerint rheumã. & si rheuma habuerint capitis de humorum fumositate, cauãdi sunt de aceto & camphora. Ad nares eorum apponemus fumum aquę calidæ in qua decocta sint viola & camomilla. Caueant ab omnibus olei unctionibus. Quod si non habuerint capita de humorum fumositate plena, neque rheumate, bonum est ut capita eorum roremus post declinationem febris aqua in qua cocta sint viola & camomilla. Quod si capita eorum plenitudinem habuerint, abstineant ab hac aqua, & solummodo fumum eius odorent. Succum utriusque generis malorum granatorum accipiant. Comedant melones palestinos, vuas hyemales, medullam citruli & cucumeris, omnia cũ niue refrigerata, si niue fuerint assueti. Vinum bibant mixtum cum syrupo granatorum & viol. Egestio eorum sicca si fuerit, humectanda erit cum syrupo viol. facto de prunis oxifenitia & similibus. Post febris declinationem, bonum est si balneentur in temperato balneo aeris & aquæ temperamentum habente. Manducent in initio prandij medullas citruli & cucumeris & micam panis lotam cum zuccaro. Mundificato autem stomacho de humoris copia & febris fumositate expulsa, demus pullos gallinaceos, perdices coctas cum iure condito de succo malorum grana. & aceto vuarum agrestium cum ramis portulacæ lactucæ, & similium.

De ephimera quæ fit cauſa frigiditatis & congelationis, & eius cura. Cap. VIII.

PAtiẽtes ephimeram propter frigiditatem & congelationem, cognoſcuntur cum ſignificationibus oppoſitis ephimerę propter ſolis & aeris calorem generatę, quia hi qui patiuntur ephimeram de ſolis & aeris feruore creatam, habent exteriora corporis calefacta, unde cutis rarificatur. Iſti uero qui cauſa frigiditatis ab ephimera moleſtantur, habent ſuorum ſuperficiem corporum frigidam & ſiccam, & poros cutis conſtipatos & oppilatos, quare calor ad interiora corporis clauſus ſanguini dominatur, & uenit ad hæpar & naturali uirtuti dominatur priuſquam uitali & ainmali, propter hoc color cutis eorum mutatur in plumbeum & obſcurum colorem. facies eorum eſt tumida, & ſentiunt nimiam frigiditatem & grauitatem in capite. Nares eorum aut nihil emittunt, aut ſi aliquid ab eis currit, eſt frigidisſimum & uiſcoſum. Pulſus eorum eſt paruus & uelox. Cauſa paruitatis eſt oppilatio pororum. Cauſa uero uelocitatis eſt concluſio caloris ad corporis interiora. Sed tamen paruitas & uelocitas pulſus minor eſt iſtis quàm eis qui in ſtiptica aqua & nitroſa ſe balneauerint. Illi enim plus iſtis oppilatos habent poros, & cutem ſiccam. Vrina eorum alba eſt & cruda duobus modis. Vno quia fumus qui ſolitus erat per poros exire eſt clauſus ad interiora uenarum, qui cum fuerit augmẽtatus (alias humectatus) ſanguinem humefacit, etiam eum adiuuat aer qui per flatum intrat. vnde infrigidato & humectato ſanguine calor eius deficit, proinde ſanguinis color mutatur in albedinem. Et quia urina eſt colamentum ſanguinis, neceſſe eſt ut ſit alba & cruda. Alio modo quia humores ad interiora corporis coadunati naturalem impediunt calorem ad digerendum urinam, unde merito urina eſt alba & cruda.

De cura prædictæ febris. Cap. IX.

OPortet hos ante omnia cauere ſibi à balneis priuſquam morbi fiat digeſtio, & uiolentia febris ſit declinata. Cum cuius morbum uideris digeſtum, & febrem declinatam eſſe, mittendi sũt pedes eorũ uſq; ad genua in aqua calida in qua cocta ſint camomilla ſãſucus hyſopus ſiſimbriũ abrotanum & ſimilia, & ipſi inclinentur ſuper fumum eius, deinde balneum temperatum ingrediantur, & fricentur ibi, ut pori aperiantur, & cutis eorum humefiat. Igitur cum cognoſcimus ꝙ pori eorũ ſint aperti, & calor qui ad corporis interiora coadunatus fuerat, ſit diſperſus & dilatatus, & quædam ſit pars eius ad corporibus exteriora progreſſa, lauabimus capita eorũ cũ aqua calida in qua cocta ſint camomilla anetum & miſcebimus cum aqua quædam olea uirtutem diſſolutiuam habentia ſicut camomilleon anetileon yreleon nardileon. Et cauendi ſunt ab epithematibus niſi cũ omnis ſudor fuerit egreſsus, ne cauſa epithematũ pori claudantur, & materia quã neceſſe eſt cum ſudore exeat exire nõ poſſit, ſed permanens ad corporis interiora maximum generet nocumentum, & ducat patientes ad magnam moleſtiã perditionis. Caueant ne diu in balneo morentur, quia aqua licet corporis ſit humectatiua magis cæteris rebus, eius tamen calor perforat corpus uſque ad interiora. Vnde cum fumi fuerint intus in corpore exiſtentes calefiunt, repugnat eis groſſities aquę. Ideoq; melius eſt ſi in aere morentur quàm in ſolio, quia cum ſolium implet poros & claudit cum humiditate aquæ, aer uero balnei & poros aperiens eſt, & fumoſitatem corporis diſſoluens, idcirco exercitia iſtis ſunt conuenientia, & quia exercitia temperata diſſoluunt & rarificant corpus & uias per quas fumi eorum tranſeant, oportet illos cibos accipere ſubtiles. uidelicet laudabilem chimum generantes & nullam eis frigiditatem ingerentes. ſicut hedulina caro annualis agni & ſimilia. quia ſecũdum noſtram intentionem oportet corpora eorum humectari cum artificio quo aptata ſunt iure condito, ut uidelicet cum albumine oui & ſucco paruę cępę & modico cymini carui cinamomi & ſimilibus. Abſtineant à uiſcoſis cibis & groſſis. Potent uinum cum aqua calida mixtum, multis operiantur indumentis, & iuxta eorum latus ponendi ſunt carbones ignis ut repugnent frigiditati aeris, naribus eorum odorifera applicentur quæ tẽperate ſunt calefacientia, ſicut ſanſucus yreos & ſiſimbrium & de fructibus ſicut ſunt citruli & ſimilia. Quicunque etiam rheuma habuerint caueant ſibi à balneo niſi ceſſante morbo.

De ephimera quæ fit propter balnea aquæ ſtipticæ. Cap. X.

QVicunque ephimeram patiuntur cauſa balneorum ſtipticam aquam habentium & deficcatiuã ſicut eſt nitroſa & aluminoſa & ſulphurea cutem habẽt ſicciorem & magis oppilatã quàm ſuperiores, propterea quia calor clauſus eſt ad interiora corporis eorum, & dominatur ſanguini, & ueniens ad hæpar prius actioni nocet naturali quàm uitali & animali, quorum hę ſunt ſignificationes. Si tangitur cutis eorum inuenitur extenſa & aſpera, quemadmodum coria in longo tempore infra gallas & cortices mal. grana. poſita. Quod ſi manus alicui parti corporis impoſita diu moretur ut cutis calefiat cauſa caloris palmæ manus fumum ſentiet qui de illo corporis loco diſſoluitur calidum & acutum eſſe

&

& pungitiuum. Pulſus etiam eorum in initio febr. minor eſt & uelocior pulſibus ſuperiorum, quia cutis eorum eſt ſiccior & magis oppilata. vnde cum ſiccitas contingit uſque ad interiora corporis membra, fit pulſus eorum tardus & largus. Cauſa tarditatis eſt ſiccitas organorū, quoniam frigiditas in interioribus & exterioribus corporis dominatur. Cauſa largitatis eſt multitudo & coadunatio eorum fumorum quæ in organis eſt non diſſolutorum. Vrina eorum eſt multa & turbida & aliquantulum pertinens ad albedinem & canditatem. Multa uero eſt propter humiditatem ad corporis interiora concluſam, quæ ſolita fuerat per ſudorem exire & fumū. Cruda eſt & alba duobus modis. uno quia urina non permanet in loco coctionis ut coquatur & rubei fiat coloris, alio propter nimiam humiditatem ſanguini commixtam.

De eius cura. Cap. XI.

Huius febris curatio ſimilis eſt ſuperiori. Oportet etiam ſicut diximus ut balneentur, ſed non niſi declinante feb. & deponantur pedes uſque ad genua ſua in aqua quam ſupradiximus. deinde in temperato balneo balneentur. cauendi ſunt ab omni unctione, bonum eſt ſi aliquantulum exercitijs utantur. cibos leues accipiant, qui ſint faciles ad digerendum, & bonum generent chimum, aliquantulum frigiditati pertinētes, ut ualeant fumorum ad interiora coadunatorum acumen extinguere. Vinum non bibant niſi corporum careant plenitudinem, & cum omnis fumoſitas à corpore expulſa fuerit.

De ephimera quæ fit propter cibos potuſque calidos & eius cura. Cap. XII.

Ephimera quę fit propter cibos & potus calidos in initio ad ſpiritum peruenit naturalem. Omnis enim cibus ſiue potus uenit ad ſtomachum, & ab eo ad hæpar, qui cum fuerint calidi, neceſſe eſt ut calefaciant ſanguinem & ſpiritum naturalem. Deinde uenientes ad corpor totum corpus diuiduntur. Ideoque urina eorum rubicundior eſt cæteris omnibus ephimeras patientibus, augmentata igitur feb. ſentiunt dolorem & calorem in hæpate. vnde oportet ſtudioſe hæpar curari cum oxizac. & ſucco malorum grana. iuleb. & aqua ro. & camphora, cibos accipiant portulacam uidelicet atriplices ſcariolam pullos gallinaceos cucurb. & ſimilia. Cataplaſmemus hepar & ſtomachum a cibo inanitū de ſandal. rofis farina hordei, aqua ro. camphoras & ſimilibus. Comedant melones paleſtinos mala granata mala poma pira pomo citrino medullas coctana, meſpila uuas mora & ſimilia.

De ephimera quæ fit propter ieiunium, & eius cura. Cap. XIII.

Ephimera quæ eſt propter ieiunium differt ab omnibus ephimeris, quia facies patientium eſt macilenta citrina quaſi facies ægritudines exeuntium oculos habent concauos pulſuſq; debiles & ueloces, urinam acutam & rubicundam. Cauſa debilis pulſus eſt defectio uirtutis eorū. Subtilitas eius eſt propter inanitionem organorum. Velocitas eius eſt propter neceſsitatem aerem attrahendi ad cordis calorem mitigandū & acutos fumos abintus exterius expellendum. Rubor urinæ fit cauſa paucitatis naturalis humiditatis & ſiccitatis corpori dominantis. Vnde oportet in ſtatu feb. nullum dari cibum, ſed ſuccum accipiant malorum grana. & potum accipiant aquæ paleſtinę uuarum hyemalium ſuccū ſorbeant. Quod ſi hæc eis non ſufficiant & fames eos percutiat, dandus erit ſuccus micę panis cum zuccara lotę. declinante itaque feb. ſi uideatur ſuccus eſſe digeſtus damus ptiſanam calidam, & expectabimus uſquequo digeſta erit, deinde mittamus eos in balneum & cum corpus calefieri inceperit, & ſudores emittere unguendum erit cum oleo viol. ut claudens poros repugnet humiditati corporis ne extrinſecus exeat, deinde diętētur cum cibis lenibus & ſubtilibus, & ad digerendum facilibus atque tenuem ſanguinem generantibus.

De ephimera quæ fit propter labores & eius cura. Cap. XIIII.

Ephimera quæ fit cauſa laborantis corporis ſicut propter equitare, ambulare, & cętera ſubito tribus uirtutibus accidit ſpiritualibus, ſed tamen ad ſpiritum animalem magis eſt pertinens, quia in exercitiis membra fricantur & calefiunt, quibus neceſſe eſt ut lacerti & nerui ſint calefacti, ut calor ad cerebrum priuſquam febris accedat. unde febr. ueniente & calore cerebro dominante, neceſſe eſt ꝙ ictus caloris cerebrum percutiens dupliciter fiat, cuius ſignificationes hæ ſunt, corpora eorum ſunt debilia & ſicca. Quod ſi labor eorum multus fuerit, & ſudor eorum acutiſſimus, aut nihil ſudāt, & hoc duobus modis. Vno, quia ſudor qui debet exire cum febre eſt finitus cauſa laboris. Alio quia ſpiritus ſolens per poros emittere ſudorem eſt defectus. Qui etiam ſi parum laborauerint, ſudant tamen paruiſſime, quia humiditas eorum ex labore diſſoluta & quaſi finita eſt. Proinde pulſus eorum paruus ſubtilis uelox, & duplex in dilatione propter neceſſitatem attrahendi aerem ad interiora, ut mitigetur acumen caloris corporis eorum. Paruitas & ſubtilitas pulſus eſt propter mēbrorum

defectionem, & paupertatē spiritus uitalis. præ laboris enim nimietate dissolutus est. Ideoque magnum in articulis, & in concatenatione dolorem patiuntur, qui ut curētur oportet aliquid requiei ingeniari, deinde cum oleo ro. uel nenupharino vngantur. Quod si labor modicus extitit, fricentur corpora eorum multum, si autem multus, fricentur parum. Post ea in temperato balneo lauentur sæpe & nullam moram in eo faciant, ne substantialis eorum humiditas consumatur, & in hæcticam incidant. In solium descēdant ut corpora eorum humefiant. exeuntes autem solium cum oleo uiolaceo uel nenupharino ungantur ut clausis eorum poris humiditas accidentaliter intus in corpore acquisita permaneant. Coitum fugiant ne corpora desiccentur. Diætam accipiant starnos perdices pullos gallinaceos, hedulos agnos annuales, pisces laudabiles digestioni obedientes. Potent uinum lene & aqua multum mixta, quę membra eorum humectet. Vinum enim corporis penetratiuum est, cōeunte aqua cū uino digeritur & humefacit membra. De fructibus comedant mala granata uuas pura mala & similia.

De ephimera quæ fit propter bubones in inguine, collo, & sub ascellis & eius cura. Cap. XV.

Ephimera ex bubonibus in inguine collo & sub ascellis accidentibus duobus modis est, aut enim causa eius est in propatulo, aut est econtrario. Ea uero cuius causa est non in propatulo, ab Hippoc. in aphorismis testante cognoscitur. In bubonibus inquit feb. omnes malę exceptis ephimeris. Quæ autem est manifesta fit propter pustulas uel apostemata & uulnera in manibus uel pedibus siue capite nascentia. Causa uero horum bubonum hæc est, natura enim nascētibus his pustulis uel apostematibus currit ad regenda & custodienda eorum loca, similiter & sanguis & uitalis spiritus cum ea portantur, sanguis ergo per mollia & lacertosa loca præteriēs replet ea & morans in eis generat apostemata, nomina à locis sumentia, qui diu ibi permanens calefit, cuius calor ad cor perueniens febrem generat. Vnde pulsus eorum est magnus uelox & spissus, vrina cruda & alba, facies eorum rubicunda & turgida, febre quoque cessante quædam in superficie apparet infusio. Causa magni pulsus est multitudo sanguinis & caloris uitalis spiritus nimietas, uelocitas & spissitas fuit ex necessitate naturæ multum aerem ad cor attrahentis, ut refrigeretur & extinguatur caloris acumen. Albedo & cruditas urinæ est propter sanguinem & calorem naturalem à coctionis loco remotū, & ad loca infirma exeuntem rubor faciei propter sanguinem superficiei corporis dominantem, tumor propter sanguinis plenitudinem, sudor declinante feb. euenit, quia natura abundantiam humorum interius coadunatorum excludit uel expellit. Vnde oportet nos ante omnia studere, ad curādas pustulas & apostemata quæ causa bubonis fuerant. Deinde balneentur & in aere balnei morentur, ut humorum copia paulatim dissoluatur, neq; quolibet unguento ungantur, qui uolentes in solio descendere in eo morentur. Diætam accipiant subtilem ad digerendum facilem & substantiā laudabilem habentē.

De ephimera quæ fit propter uigilias & eius cura. Cap. XVI.

Ephimera quæ fit propter uigiliam, in spiritu constat animali, quæ his signis cognoscitur. Patientium facies & totum corpus est citrinū oculi concaui, palpebrę molles & graues ad mouendum tardę. pulsus eorum est paruus, urina subtilis & indigesta, uultus tumidus. Citrinitas propter cholerā est se ad exteriora propter uigilias mouentem, tumor faciei est propter uentositatē & ciborum cruditatem; quia propter uigilias calor naturalis ad exteriora egreditur, unde locus coctionis absque calore permanens crudam & fumosam uentositatem facies, facit cutem tumescere. Concauatio oculorum duobus est modis. Vno quia spiritus uitalis uisibilis solens implere substantiam oculorum defectus est. Alio quia carent nutrimento propter uigilias. Paruitas est pulsus propter uirtutem causa uigiliarum deficientem. Subtilitas urinę est propter solicitudinem quam patitur anima in uigilia. Cruditas eius est propter uigilias naturā in coctione urinę impedientes, & actionem sensuum eam ad exteriora prouocantium. Vnde cum fit huiusmodi feb. uirtus in animali spiritu in cerebro existente, necesse est ut turbetur cerebrum propter nimietatē sui motus, proinde oportet impēdi magnum studium .s. ut prouocemus somnum cum fricatione pedum, hoc enim trahit humores in capite existētes & repugnat fumo ad caput ascēdenti. Cibum accipiant modicum qui sit facilis ad digerendum: quia natura propter defectionem non multum suffert cibum. Vinum bibant temperatum in quantitate & uirtute. A coitu omnino caueant quousq; ad priorem usum eorum conuersi fuerint.

De ephimera quæ fit propter iram & eius cura. Cap. XVII.

Ephimera quæ fit propter iram, uirtuti animali & naturali dominatur. Animali propter impetum animæ ad faciendum uindictam se mouentis, naturali uero propter naturæ solicitudinem ad corporis exteriora exeuntis. Proinde oculi eorum sunt rubicundi foras exeūtes, citoq; hunc & illuc

& illuc se mouentes palpebrę eorum sunt siccæ, pulsus magnus & fortis, rubor faciei & oculorũ eminentia, motusque eorum uelocitas propter sanguinis ebullitionem, & propter naturam ad corporis exteriora exeuntem, & propter animæ furorem se uindicare uolentes, sicut Arist. dicit. Ira inquit ebullitio est sanguinis natura ad exteriora tendente propter animam se uindicare uolentem, sed tamen si ira cum timore fuerit mixta, erit color eorum modo rubicundus, modo citrinus, quia cum natura mouetur ad exteriora cum anima causa uindictam faciendi sanguine cum eis egrediente facies fit rubei coloris. Anima uero & natura ad exteriora redeuntibus, ut præ timore cor custodiant, conuertitur cum eis sãguis, quocirca facies citrina fit, siccitas est palpebrarum propter nimium earum motum animæ solicitãte illas. vnde desiccatur eorum humiditas. Magnitudo pulsus duobus modis fit. Vno propter fortitudinem cordis natura illud solicitante. Alio propter uirtuté corpus in esſétia fortitudinis fuę permanentis. Non.n. prius aliquem morbum habuit quo uirtus corporis debilitata fit. vnde necessario urina eorum fit digesta nullum habens acumen. digestibilitas eius fit, quia calor naturalis est in loco coctionis. indigentia acuminis est propter extraneum calorem ad nõ interiora intrantem & cito exeuntem. Oportet ut in initio curæ ingeniemus quomodo cor eorum confortetur, & calor extinguatur, quod fit cum expulsione iræ quam ipsi obtinent, deinde in temperatum mittantur balneũ scilicet prout fuerat horum consuetudo, & post sudorem ungantur cum oleo uiol. cal. Postea descendant in folium, ibi tamen non egrediẽtes à balneo, comedãt frigida & humida & abstineãt à vino quousq; calor eorum declinabitur, uinum auté mixtum accipiant, caueãt sibi à coitu ne putrefactis eorum humoribus putridas incidant feb. aut quidam ab eorum capite humores descédentes apostema generent.

De ephimera quæ fit propter angustiam & tristitiam ac earum differentia. Cap. XVIII.

Differentia est inter angustiam & tristitiam, quia tristitia ad rationalem pertinet uirtuté in cerebro existentem, angustia uero ad spiritualé in corde existentem, ideoque angustia plurimũ fit causa phtysis quàm tristitia, sed tamen quia causa utriusque & curatio est una, necessario disputatio earum est una. Dicimus igitur quod ephimera quæ fit propter angustiam & tristitiã habet has significationes. Oculi patientium aliquando foris eminent, & ueloces sunt ad mouẽdum, & aliquando concaui & difficile mobiles, nonnunquam enim neque concauantur, neque foris sunt eminentes. Causa diuersitatis est tristitia, aliquando enim est tristitia propter magnam filiorum uel parentum cogitationem, & quandoque propter magnam suspectionem & timorem, & aliquando est neque timorosa, neque suspecta. Igitur cum sit cogitatio de rebus lætificantibus, oculi eorum sunt foris eminentes huc & illuc, nonnunquam mobiles, quia anima desiderat uindicare (alias uideré) quod amat. Vnde natura egrediens ad corporis exteriora exit sanguis cum ea. Ideo facies & color eorum est rubicundus, & urina eorum minus habet acuminis solito, & pulsus eorum magnus est. Quod si tristitia & cogitatio fuerit propter aliquẽ timorem & suspectionem, sunt oculi eorum concaui & quieti, quia natura conuersa est ad interiora ad custodiendum cor. Idcirco splẽdor faciei mutatur, & corpora eorum sunt macilenta, pulsus subtilis & urina acuta. Si uero tristitia fuerit inter rem amabilem & odibilem mediocris, erũt oculi eorum quieti neque concaui, neq; foras exeuntes. Diuiditur tristitia iterum duobus modis. Vno in cogitatione & inuestigatione laudabilium rerum ad rationem pertinentium, sicut est cogitatio diuinę bonitatis seu clementię iustitiæ naturæ rerum & similium, quę naturaliter ad animam pertinent. Alio in cogitatione pessimæ & immundæ rei atque illaudabilis apud animam sicut est amor, qui hereos dicitur, ludus & carnalis letitia. Quæcunque uero cogitatio sit de laudabilibus erit cogitatio semper laudabilis & acceptabilis apud animam. Cogitatio uero de pessimis & uituperabilius rebus profert uerba corrupta & pessima animæq; inconuenientia. igitur quia perfecta medicina est quæ & causam tollit ęgritudinis, necesse est ut ab ea incipiamus, & ingeniemus quo possimus auferre ab eis cogitationem & suspectionem cum diuersis musicorum generibus, & cum omni causa lætitiam prouocante, ut obliuioni tradant tristitiam, & quiescant animæ eorum à labore, quia anima per cogitationis nimietatem debilitatur atque infirmatur, similiter & corpus debilitatur propter animam. sicut dici Aristot. uitium animę sequitur complexionem corporis, & corporis complexio animam concomitatur. proinde oportet nos non negligere corpus, sed adiuuemus illud cum rebus humefacientibus. Caueant sibi ab omnibus cibis desiccatiuis, ne causa eorum ueniant ad phtysim, quia hæc ea magis pertinet ad istã quàm ad cęteras ephimeras. Siccitas enim istorum corporibus dominatur, & corpora eorum calida sunt. vnde oportet illos humectari, scilicet cum balneo temperato, & descendant in folium, deinde vngantur cum oleo uiolato, diætam accipiant frigidam & humidam quæ sit facilis ad digerendum sicut ptisana, caro hædulina cucurbita atriplex portulaca

laca blitus. Vinum bibant quod non ſit vetus & multum ſit mixtum, de fructibus uidelicet hu-mectantibus comedant, ſicut ſunt vuæ melones paleſtini & ſimilia.

De hæctica & phtyſi & cura eorum. *Cap. XIX.*

PRiuſquam de hæctica & phtyſi diſputemus, neceſſe eſt ut eius diffinitionem dicamus. Dici-mus ergo phtyſim eſſe corporis humiditatis cō ſumptionem. quæ eſt naturalis uel non natura-lis. Naturalis eſt ſicut patiuntur ſenes uel decre piti çum naturalis eorum uirtus in digerendis ci bis, & in humiditate nutritiua attrahenda defi-cit, ut reſtauretur corporis humiditas, quę per fu mum & ſudorem diſſoluta eſt. Hęc eſt cauſa cō ſumptionis decrepitorum corporum arborum & terrenaſcentium. Cauſa uero conſumptionis eſt tribus modis. Vnus eſt nimius calor ſubſtan tialem humiditatem deſiccans ſicut calor ſolis facit in æſtate. Secundus humorum nutrientiū ablatio, ſicut in hyeme non pluuioſa. Tertius hu morum nutritiuorum eſt corruptio, & eorū ad malas qualitates permutatio, ſicut ad nitroſita-tem uel ſulphuroſitatem, aluminoſitatem & ſi-milia. Sic & in humanis corporibus contingit, cō ſumuntur enim ablatis humoribus ea nutrienti-bus, & natura prout oportet in digerendo cibos deficiente, neque membra quæ diſſoluta ſunt re ſtaurare ualente, ſicut ſenibus euenire diximus. Vnde antiqui uocauerunt hanc ſpeciem phty-ſis decrepitam. Corpus etiam calore extraneo dominante, & ſubſtantialem membrorum hu-miditatem deſiccante, conſumitur, ſicut fit cauſa acutarum ægritudinum eam pręcedentium, ſimi liter de anguſtia & diuturna triſtitia. Præterea corpus aliter conſumitur, cum ſanguis corporis nutritiuus à ſui dulcedine & ſaporoſitate muta-tur quemadmodum propter longam ęgritudi-nem mutatur, quia ſanguis in diuturna ęgritu-dine corrumpitur & proprium perdit ſaporem. Vnde membrorum natura odio tenetur, nec ex eo nutriuntur, membra igitur nutrimento caren tia infrigidantur & deſiccantur, & conſumūtur. Conſumuntur quia non nutriuntur. infrigidan-tur, quia ſanguine qui eſt calidus & humidus ceſſante neceſſe eſt membra infrigidentur quæ ſolebant de ſanguine calefieri. Quod ſi reprehē dant nos ſophiſtæ & dicant, quare antiqui ſe-niores dicūtur ſicca habere corpora cum ſenſus oſtendat contrarium, inuenimus enim ſeniores maioris eſſe humiditatis quàm iuuenes. Reſpon debimus in prima huius libri particula diximus ꝙ humiditas decrepitorum fit accidētaliter pro pter defectionem caloris naturalis eorum ciba-ria prout oportet digerere nequeuntis, & pro-pter debilitatem membrorum tertiæ digeſtio-nis ſuperfluitatem expellere non ualentiū, quod teſtantur hydropici, corpora enim eorum plena ſunt multitudine citrinę aquæ, membra tamen habent macilenta & conſumpta. Non naturalis itaque conſumptio duobus modis eſt, aut cum feb. aut ſine feb. ſine febr. eſt aut calida aut frig. fri. uero conſumit corpus, uel propter diuturna apoſtemata, uel propter alios diuturnos mor-bos, humidi enim morbi quia ſunt diuturni ni-mium de corporis humiditate diſſoluunt. Vnde īfrigidato corpore uirtus digeſtiua deficit, ideo que cibaria cruda & indigeſta permanent, quæ cum ita ſint membra corporis abhorrent ea, ne-que eis nutriuntur, quam quidem moleſtiam pa tientes pulſum habent debilem tardum & ſtri-ctum, urinā albam & ſubtilem & crudā. Pulſus eſt debilis ex diſſolutiōe virtutis corporis pro-pter ęgritudinis diuturnitatem, tardus propter caloris naturalis defectionem, ſuique congela-tionem. Cruditas urinę propter frigiditatem cō plexionum corporis dominantem, & propter calorem naturalem in loco coctionis deficien-tem. Subtilitas & claritas ſunt propter corporis ſiccitatem, & nuturalis humiditatis indigentiā urinam ingroſſare ſolētis. Conſumptio quę eſt ca. ſine feb. fit propter calidos humores cordi ap poſitos, quorum fumus ad cor aſcendens eius mutat complexionem eique accidentalem præ ſtat calorem. vnde ſanguis corrumpitur, & pro-pria eius ſaporoſitas mutatur & membra illum odiētia nec ab alio nutrita cōſumuntur. Vnde Gal. uidi inquit hunc chimum ſenſualiter. uo-lēs enim corporis interiora perſcrutari ſicut ſto machum inteſtina & ſimilia, præcepit in ſpacio ſo loco poni ſimiam ſimul & ſæpe perquiri ut qualiter corpus eius conſumeretur, tandem per medium diuidens eam inueni ad cor eius humo res corruptos, quorum fumum ad cor aſcēdiſſe, & ſuam complexionem corrupiſſe credidi, quo circa antiqui hanc conſumptionem vocauerunt phtyſim decrepitam. At quia compleuimus di-ſputationem phtyſis naturalis & non naturalis oportet incipiamus de accidentali quæ eſt cum feb. Phtyſis igitur quę cum febri. fit duobus mo dis eſt, aut ipſa per ſe eſt morbus, aut propter alium. Quæ uero per ſe eſt morbus, fit ex rebus calefacientibus & deſiccantibus, plurimum ta-men cauſa eius eſt ephimera, maxime ſi propter exercitia animæ fuerit, ſicut propter uigilias, co gitationem, triſtitiam, anguſtiam, legere & inue ſtigare: ex omnibus enim iſtis animalis ſpiritus fatigatur & ſpiritualis, & accidentalem accipiūt calorem, qui calor cum morabitur ſubſtantia-lem conſumet & deſiccabit humiditatem, maxi me ſi corpora fuerint ad hoc præparata, ſicut ſunt calidam & ſiccam habentes complexionē. macilenti ſtricta habentes pectora, & capita ſpa tularum foras exeuntia ſicut alę auium ſtantes

in

in ætate iuuenili, videlicet quę eſt à.18.annis uſque ad. 35. præcipue ſi ęſtas fuerit uel calidus aer,aut regio calida. Nonnũquam etiam fit pro pter corporea exercitia, ſicut propter equitare aliosue labores facere, aut propter calida cibaria & potum & medicinam. Phtyſis vero quę eſt cum feb. quæ fit propter alium morbum eſt quatuor modis, aut eſt de ephimera quæ moratur, maxime & proprium terminum tranſit & ſanguinem calefacit,aut eſt propter febrem acutam,cum calefacit & extenuat ſanguinem & dominans cõſumit ſubſtantialẽ humiditatem, aut eſt propter febriles putredines cum cõmiſcẽtur & ſuas mutant interpolationes, aut eſt propter diuturnas ęgritudines conſumentes membrorũ humiditatem,ſicut cum uenit ex tusſi dolore pectoris pulmonis dyaphragmatis renũ & ylij dolore qui eſt de calore& apoſtematibus omnibus apparentibus,quæ ſunt prolixa corpus calefaciẽtia & conſumentia. Significationes autem phtyſis uniuerſaliter ſunt quatuor modis. Vno quia feb.totum corpus circundat, & omnibus membrorum humoribus & ſpiritibus æqualiter dominatur,membris tamen ſolidis multo plus eſt familiarior, proinde antiqui hanc feb. naturali calore non in temperamento,ſed in continuatione asſimilauerunt, quia membris eſt inuiſcata, nec ab eis ſeiungitur, ſed miſcetur naturali colori & ei asſimilatur,quia ipſe eſt a membris inſeparabilis ſicut calor naturalis, neque enim augmentatur,neque decreſcit ſpiritus ipſe, ſi tamen declinat nonnunquam ut febris putrida intra uaſa exiſtens. Differt tamen ab ea, quia febris hæctica ſine cauſa manifeſta declinat ſicut putrida feb. ſed feb. putrida intra uaſa permanens, aliquando declinat in initio cum uomitu.Secundo quia calor licet totum corpus circundet,eſt tamen lenis neq; pungitiuus. vnde infirmi ſe nullam pati feb.eſtimant. Tertio quia calor plumbeus eſt & liuidus,& citrinus,ſplẽdido enim ſanguine indigẽt. Quarto quia tẽpora eorum aſpera oculi concaui ſiccam comitantem cachexiam, nutritiua enim humiditas ablata eſt ab eis, hoc teſtatur totius corporis ſiccitas. Hæ ſunt ſignificationes uniuerſales hæcticæ, particulares uero diuerſæ ſunt. Hæctica uero quatuor modis eſt, cauſa eſt,quia humores ſunt quatuor. Vnus eſt in uaſis ſanguineus .ſ.humor in uenis exiſtens ſicut humiditas arborum terrę quæ naſcentiũ permanens in ſummitatibus eorum, uelut humiditas in ramis uitis exiſtens.Secundus eſt humiditas exiſtens in concauitate membrorum, in quibus natura nondum tertiam fecit digeſtionem, nec eam membris asſimilauit, ſicut eſt aquoſa humiditas quæ eſt in arboribus & terrenaſcentibus, & uelut humiditas quæ eſt in frumento & vuis nondum maturis.Tertius humiditas eſt mẽbrorum in quam natura incępit operari,ſed tamen nõ coagulauit neque perfecit eam ſicut eſt caro tenera quæ non eſt membris asſimilata, & ſicut humiditas frumenti quæ cępit coagulari & ſaporifera fieri, & mollis tamen adhuc permanet & humiditas vuę coagulari & dulcis fieri incipiens,ſed tamen non eſt deſiccata nec ad duriciem conuerſa. Quartus eſt humiditas membra regens & cuſtodiẽs ſicut humiditas in membris coagulata, & ad duriciem cõuerſa & cũ mẽbris unum effecta,ſicut humiditas frumento asſimilata, illud ne putrefiat cuſtodiens, & ſicut humiditas uuarũ paſſarum ſubſtantiã earum ne putrefiant obſeruãs. Igitur quia corporea humiditas quadruplex eſt, neceſſario ſpẽs hæcticæ tres ſunt. Vna eſt humiditas in membris permanẽs, in qua natura nõdum tertiam digeſtionem operata eſt,neque membris eam asſimilauit. Secunda membrorum eſt humiditas qua operari natura iam incępit,ſed tamen non coagulauit neque eam perfecit. Tertia eſt ſubſtantialis humiditas qua reguntur & cuſtodiuntur membra. Cauſa primi hæc eſt, humiditas enim ſanguinis ſi augmentetur,& naturã ſuperet, odio tenebitur, nec ab ea regetur nec mundificabitur, quia amplius demorans maxime calefit & putrefit ex corporis calore, & feb.putrida ſecundum ſuam materiam intra uaſa generabitur. Quod ſi non augmentabitur, neque à natura dimittatur, ſed ſolum modo propter id quod in ephimera feb. diximus calefiat,& calor, uſque ad mundificatum ſanguinem qui eſt in arterijs deueniat,coniungetur cum eo & confortabitur, & uenarum & arteriarum ſubſtantiam calefaciet, calor etiam uſque ad humiditatem quæ eſt in raritate mẽbrorum permanente accedet,& eius unctuoſitatem deſiccabit, qui quia unctuoſitatem & ſaporem amittit merito à membris non ſuſcipitur, membra igitur nurimento carentia conſumuntur. Hæc eſt prima ſpecies hęcticæ,proinde hæc ſpecies ad curandum facilis,ſi ſapientis manum patiens inciderit. Medicus enim ſi incęperit uelociter calorem extinguere cum frigidis & humidis ſicut cibis potu odore aere & ſimilibus, citiſſime illum calorem extinguet, & infirmum ſanabit. Cui niſi ſuccurratur, & calor in corpore ſit permanens & augmentans,& uſque ad humiditatem membrorum quę coagulationi uicina eſt, deueniat, eorumque deſiccet unctuoſitatem & ſaporoſitatem membris non asſimilatur ipſi eã odientibus. vnde conſumptio & ſiccitas eorum augmentata fiet.Et hęc ſecundum ſpecies hæcticę quæ dura eſt & moleſta ad curandum. Quod ſi calor magis augmentetur & ſubſtantiali membrorum humiditati dominetur & eam ſiccet, & ueniens uſque ad humiditatem membrorũ quę fuerat cum eis ab initio cõplexionis deſiccabit eam,& fit tertia ſpecies hæcticę quæ incurabilis eſt. Calor enim extraneus humiditatem mem-

bra

bra custodientem desiccauit operans in ea sicut calor solis in lapide & ligno operatur. Calor enim solis longo tempore lapidum & lignorũ humiditatem desiccat & eorum unctuositatem separat, & quasi cinerem eam facit. Causa est, quia lapis & lignum sunt de quattuor elementis cõposita, proinde calor in eis hæc operatur, quod testatur actio ignis in lapide frigido, desic cat enim & ad calcem illum conuertit. Est ergo possibile ut simili modo operetur calor solis lõgo tẽpore, nulla.n.differentia est inter calorẽ solis & ignis, quia ignis nisi velociter, iste vero tar dius operatur. Possimus.n.intelligere ꝙ lapis habeat substantialem humiditatem, cum arbores & herbæ in montibus & lapidibus oriãtur, quòd si humores nõ habeant nutriri & augmentari minime possent. Completa igitur hæcticæ disputatione quæ est propter alium morbum, oportet nos sequi ordinem hæcticę quæ non est propter alium morbum existens.

De hæctica quæ non fit propter alium morbum. Cap. XX.

CAusa hæcticæ quæ non est propter aliũ morbum humiditas est in concauitate cordis & uenis & arterijs inhabitãs, quę si calefit, & à sua natura in calorem & siccitatẽ, propter animę exercitia prout diximus, mutetur sine vlla diminutione sui fiet prima & simplex species hæcticæ quæ per seipsam est morbus. Hęc itaque facile causatur, quia calor extraneus non est nisi in humiditate sanguinis quę in corde est & in suis venis & in arterijs, nihil enim in eo facit nisi solummodo calefactionem & ebullitionẽ. Quod si calor augmentetur & calefaciat substantiam cordis & arteriarum atque uenarum, & siccetur humiditas eius quæ est uicina coagulationi, fit secunda species huius hæcticæ. Quod si plus augmentatus fuerit calor hæcticæ, ut desiccet substãtialem humiditatem cordis & suarum uenarum & arteriarum illum custodire & regere solentẽ, fiet tertia species huius hęcticæ, fiet quoque incurabilis sicut diximus. Et quia cõpleuimus causam hæcticę quæ est propter alium morbum, & causam eius quæ non est propter alium morbũ, sed propter se, necesse est ut dicamus vniuscuiusque speciei significatiões. Dicamus igitur quod hęctica quę propter alium morbum fit sicut propter ephimeram, intelligenda est ita, quoniam cum uidemus aliquem ephimeram habẽtem de angustia, tristitia ita & similibus animæ exercitijs, & feb. permanet usque ad tertium diem consistens in una qualitate .s. ut non augmẽtetur neque minuatur, & apparent in cute infirmi obscuritas liuiditas, duritia & consumptio, & manu super infirmum posita sentitur calor pungens & acutus, & nulla hora augmentatur neque minuitur aut declinatur, est prima species hæcticę feb. Quod si appareat cum his signis augmentũ feb. cum infirmus manducauerit, intelligimus secũdam speciem huius feb. esse. Sed tamen subtilius oportet inuestigari, quòd si damus ei cibum temperatum & laudabilem tribus diebus in diuersis temporibus, in prima uidelicet die mane, in secunda ad sextam in tertia uespere, & in unoquoque horum dierum feb. augmentari uiderimus, & ad corporis exteriora exire, pro certo credendum est hanc esse secundam speciem. Causa est, quia calor infirmorum est intra corpus quietus, ad quem cum cibus & potus uenerit, suscitatur & diuiditur exiens extra corpus, quod testatur de calido lapide vel calce, aqua.n. super eos incidente mox calor in interioribus eorum reconditus extra corpus egreditur. Causa est, quia aqua cum frigiditate & humiditate calori opposita est, eaque calcem percutiens humefacit eam cum sua humiditate. vnde sui aperiuntur pori, & ueniens aqua usque ad calorem, calor suscitatur eique repugnat & fugit ante illam exteriora petens. Eo modo intelligendum est de cibis & potibus his infirmis facere. Quidam uero arbitrati sunt calorem febrilem fusce ptõ cibo augmentari, cibi enim in augmentum feb. accipiuntur. vnde feb. materiam inueniens crescit extra corpus egrediens, & lucernam ad testimonium dederunt, quæ dum habet oleum crescit & augmentatur ignis. Sed postea suam destruxerunt intentionem cum hac probatione. cibo enim in diuersis temporibus oblato febris uidetur augmentari ęqualiter. vnde estimati fuerunt quòd color fe. in cibo augmẽtatur propter cibi humiditatem cui calor repugnat, sicut diximus in calce fieri & calidis lapidibus, hęc est secunda spẽs hæcticæ. Tertia uero plus palã patet sensui, quia facies infirmi est mutata in plũbeũ colorem aut liuidum, quæ significatio ostendit substantialem humiditatem esse desiccatam, & uirtutem naturalem defectam esse, nares subtiles sunt & acutæ, oculi concaui siccam cachexiã habentes, quia nutrimentum ad oculos ueniens non est bonæ qualitatis, quod uirtus digestiuæ quæ defecta est minime potest digerere. permanens ergo clausum in oculorum angulis calore aeris & feb. desiccatur, ossium quoque compositio oculos circundantium mutatur, & tempora sunt aspera, motus palpebrarum & superciliorũ fit grauis propter siccitatem eorum, quia iacentes claudunt oculos sine ulla uoluntate, quasi à somno sint grauati propter uirtutis defectionẽ & dissolutionem, sed & manu super eos impositã frigidi & sicci inueniuntur, & manu ibi morãte donec eorum corpora ex calore manus calefiunt, calor sentitur à corpore eorum paulatim ascendere. Quod si uentrem discooperiant, apparent quasi non habentes uiscera & tactus eorum

rum est quasi tabula,& si cutem eorum cum digitis constringas aliquantulum extendens, extẽsa permanebit minime inferius descendens, caret enim humiditate qua mollis fiat, & ad suum locum conuertatur . Quam feb. speciem si quis inuenerit mortem proculdubio iudicet. Pulsus eorum est debilis paruus durus & spissus, tactus eorum quasi chordę. Causa debilis & parui pulsus est defectio & consumptio uirtutis, spissitas uero est propter multitudinem fumi cogentis exire. Vrina eorum est sicut oleum in liquore habens squamas, quæ si super petram fundatur, sonabit quasi oleum. Causa eius est propter consumptionem substantialis humiditatis in solidis membris existentis,& hæc causa consumptionis & dissolutionis & propter siccam complexionẽ membris dominantem uocatur decrepitę senectutis morbus. neque sanabitur nisi cum natura conuersa fuerit ut ante fuit. Stomachus eorum est quasi stomachus decrepitorum,cui impossibile est ut conuertatur in ipsa qualitate qua fuit .s.in iuuentute. vnde stomachus eorum semper est defectus,& parua occasione digestio eorum impeditur. Similiter patientis siccitatem in quibusdam membris solidis, cum substantia cordis aliquantulam patitur siccitatem cito consumitur. Si uero siccitas fuerit multa, mors erit proxima. Post hoc hepar & stomachus si in siccitate mutantur periculum significant,sed tamen non cito mortiferum sicut sunt priora. Oportet etiã intelligi,quia si omnia solida mẽbra fuerint desiccata & multo tempore taliter permaneant, necesse est ut infrigidentur,quia siccitas cum sola uenit, non permanet longo tempore, quoniã membra nutrimentum non inuenientia refrigerantur & desiccantur, nutrimentum enim eorũ calidum & humidum est .i. sanguis. Vnde cum uidebimus membra desiccari & nullam habere humiditatem & frigiditatem humectemus ea,si autem fuerint infrigidata,nullam faciamus ei curam,quia molestum est.

De hæctica composita cum febre putrida. Cap. XXI.

GAlienus dixit se hanc febrem uidisse esse cõpositam cum alia febre de putredine, & uidisse eam solam nullius habere commixtionem. Cuius compositę significatio hæc est, interpolatio .s. febrium putredinis, & continuatio hæcticæ feb. illa interpolatione prætereunte, & nos nullam de antiquis uidimus,disputationem,de eius cura cum est composita, difficilis enim est & dura, quia sunt contrariæ oppositæ, febri enim putridæ necessaria est res lauatiua & colatiua etiã desiccatiua, ut lauet colet & desiccet humores qui sunt causa putredinis. Et hæcticæ conuenit refrigerans & humectans ut refrigeret & humectet calorem febrilem & laudabilẽ corpori præstet humiditatem. vnde utraque causa est sibi opposita, proinde conuenit medico ut inuestiget & studeat ne aliquam incurrat fallaciam. Vtilior igitur est hæc cura si feb. fuerit commixta,ut custodiatur naturalis humiditas & expellatur putredinis materia,sed prius oportet ut causa hæcticę auferatur per contrarium, sicut labor cum quiete, & uigilia cum somno,tristitia cum lætitia curetur. Similiter necesse est substantialis humiditas corporis membrorum regitiua custodiatur, & calor extinguatur accidentalis & naturalis confortetur,sicut cũ cibis & potibus chimum laudabilem generantibus & refrigerantibus,& humores extenuantibus,quemadmodum est ptisana & similia,quæ dicturi sumus. Caueãt à medicinis quanto plus possint nisi cum magna fuerit necessitas,deinde eligant medicinam quę est leuis & facilis naturæ, & inuestigẽt uirtutem medicinæ utrum sit attenuatiua absque calefactione & desiccatione. Danda est ergo aqua cal. cum accessio fe.putridæ uenerit.s.cum rigor incipit fieri. Quod si uomitus sponte uenerit bonum est, quo non ueniente si uis eum prouocare,necesse est ut fiat cum leuissimo uomitu. Acu minẽ autem febris cessante & angustia infirmi quiescente & appetitu cibi surgẽte dabimus ptisanum & panem bis uel ter lotum cum aqua frigida & zuccara. Damus hordeum coctum cum lentibus,sed lentes sint mundatę & elixatę & prima decoctionis aqua auferatur,deinde misceantur cum hordeo & ramis portulacæ & lactucæ, cum modico coriandri recentis aut ueteris & cũ aceto & zuccara & modico croco. Si uero febr. putredinis sit de phlegmate sunt ponenda inuicem portulacę lactucæ aliquantulum menthę & apij & blitis. Summo mane accipiant rodozaccaram cum zuccaro mixtam. Quod si cognoscimus pro certo calorem hæcticę non esse membrorum raritate, & nondum uenisse ad humiditatem quę est coagulationi uicina, & necesse erit dare infirmo succos scariolæ lupuli & apij dũ di sunt,sed tamen raro,nec illos sæpe assuefaciãt maxime succum apij,quia calorem habet & siccitatem. Similiter si necesse habent trocisci de rosis accipiendi sunt siue de berberis, aut si sint necessaria mastix & maratrum cum rodozaccara raro tribuantur,& cum necessitas fuerit ægrotantem oportebit omnino ab aqua frigida abstinere. Iterum si fuerit necessitas magna coctam ei dabimus cum modico masticis mixtę cum aliquo utili syrupo. Quod si apostema in uisceribus fuerit omnino abstineant ab aqua frigida nisi cum calidissima fuerint apostemata, quia calida apostemata trahunt ad se frigidam aquam,& prohibent eam ne ad cor ueniat, quoniam si ad cor uenerit cum sua frigiditate naturalem extinguit calorem. Oportet etiam ut caueamus ne cibum

bum in accesſione feb. putridæ tribuamus, neq; parum antea, quia anguſtiam dabit immo & febrem augmentabit, tempus etiam exacerbationis elongabit, quia ſi uiderimus accesſionē mane fieri calidam dabimus aquam rigore incipiē te & impediemus infirmum ſugētem mala gra. in tempore accesſionis, accesſione uero ceſſante dabimus ptiſanam, digeſta itaque ptiſana offerimus cibum ſecundum quòd natura expetit. Si autem febris in medio diei inceperit augeri, mane danda erit ptiſana, rigore uero incipiente calidam dabimus aquam ut uomitus prouocetur. Recedente quidem fe. acumine & infirmo quieſcente cibabimus eum ſecundum ꝙ oportebit. Quod ſi fe. à veſpere incipiet mane dabimus ptiſanam. Cunque digeſta fuerit, cibum dabimus prout oportebit, ſed tamen minorem quantitatem cibi quàm natura digerere ualeat. Incipiente itaque rigore uomitum cum calida prouocabimus. Sufficit quantum diſputauimus de hæctica quæ eſt cum putrida febre commixta. hæc autem eſt regula per quam medicus poteſt addere & minuere diętam ſecundum ꝙ uirtutem patientis & feb. cognoſcit.

De diæta ſimplicis hæcticæ. Cap. XXII.

SImplex hæctica duobus modis eſt. ſ. aut corpus eſt mundificatum ab humoribus ad putredinem ſe præparantibus. vnde oportet nos incipere curam cauſam hæcticæ expellentem per contrarium ſicut diximus ſicut triſtitiam cum lætitia, iram cum patientia & ſimilia cum ſuis contrarijs, deinde expellamus materiam putrefieri incipientem cum medicinalibus cibis attenuantibus & mundificantibus abſque calore, & ſiccitate, ſicut eſt ſuccus lupuli, cum rodozaccara & uiolis zuccara myrobal. manna caſiafiſtula & ſimilibus commixtis. Cunque certi ſumus ꝙ materia corporis ſit purgata, ordinabimus aerem loca & indumenta cibum & potum odores cataplaſmata & ſimilia, & mutabimus ea ab inutilitate ad utilitatem, quia neceſſe eſt ut ſit aer frigidus & humidus, locus ſeptentrionalis, indumenta naturaliter ſint frigida & humida ſicut linea uetuſta & loca aromatica cum ſandalis & aqua ro. Cibaria ſumant infrigidantia & extinguentia extraneum calorem & naturalem confortantia & ſubſtantialem corporis humiditatē cuſtodiētia ſicut ſunt ptiſana panis lotus bis uel ter in aqua frigida aut panis infuſus in uino albisſimo leuisſimo & bene mixto lactucæ portulacæ cucurbitę blitis atriplices, omnia condita ſint cum amygdaleon. De fructibus ſicut ſunt vtraque mala gra. melones paleſtini, mala, pira, vuę hyemales, & ſimilia. De ſyrupis ſicut malorum gra. & iulep accipiant. Mittamus in aquam quam bibere uolunt, bolum, ſpodium, ſandalos albos, ſemen portulacę & ſimilia. De aromatibus ſicut ſunt frondes & flores confortatiui & refrigeratiui, ſicut roſa ſalices mirta uiola nenuphar & ſandali. Caueant camphoram propter ſiccitatem quam habet niſi cum certi fuerimus habere in ſuis capitibus ſubſtantiam humidam, quæ repugnet ſiccitati camphorę. Sed ſi humiditas capitis eſt parua & accidentalis humiditas, cāphoram caueāt quantum plus posſint, quia rheuma licet ſit calidum, camphora tamen nocet eis licet ſit frigida, quod eſt duobus modis. Vno quia frigiditate ſua accidentali humiditati repugnat quæ eſt in capite & eam ingroſſat, unde ſit cauſa agmētandi rheuma. Alio quia cum ſua ſiccitate naturalem deſiccat capitis humiditatem, nō enim humiditas capitis ſiccitati camphorę valet repugnare, niſi cum fuerit maioris quantitatis quàm ſiccitas eſt camphoræ. Catapſalmata uero quę hępati ſunt ponenda cōcedimus ut habeant camphoram quia naturalis hæpatis humiditas ſiccitati camphoræ repugnat & conuertit eam ad temperamentum. Sed reprehendi uidemur à quibuſdam ſophiſtis nobis quæſtionem opponentibus de cerebri humiditate, quare inquiunt humiditas cerebri ſiccitati camphorę nō repugnat cum cerebrū naturaliter ſit humidius cęteris membris corporis. Vnde reſpondēdum erit cerebrum ſemper mouetur propter imaginationem & rationem, quia eſt fundamentum ſenſuum & uoluntarij motus, & fumi ſemper aſcendunt ad illud. calorem etiam aeris plus patitur quàm hępar, ideoq; cerebrum accidentaliter eſt ſiccius hæpate, licet cęteris membris ſit humidius naturaliter. Nonnunquàm dabimus trociſcum de ſpodio & bolo cum ſyrupo quem diximus, & aliquando dabimus pſilium ſi egeſtio nō ſit humida, ſolutio enim uentris in hac pasſione eſt pesſima, quia materia eius acuta eſt & pungitiua, & humores in hac ægritudine ſoliti ſunt ad inteſtina deſcendere, quoniam membra ſunt de ſecta ad diſſoluendum & expellendum eos per poros qui ad interiora corporis clauſi reſoluuntur, deſcenduntque ad inteſtina & eis duas faciunt actiones, aut lubricitatem faciunt ut egeſtio nequeat retineri, aut excoriant & naſcitur diſynteria. De cura igitur quia uſque ad hunc locum noſtram diximus diſputationem, & monſtrauimus plane, quia curatio huius febris eſt cū ordinamento aeris loci indumentorum cibi & potus aromatum balnei unctionum, neceſſe eſt ut plane dicamus quomodo & ubi ordināda sūt hæc omnia. Incipiendum eſt ab aere, quia nobis familior eſt. Igitur ſi tempus fuerit hyemale non tamen multum ſit frigidum non debet illud aliquo ingenio ingeniari bonum eſt. ꝙ ſi multum fuerit frigidum neceſſe eſt illud ingeniari uide licet pannis operiantur ne frigida aeris uirtus corporis exterioribus dominetur & cutem de-

ſiccet

ficcet atque fumos ad interiora claudat. Si autẽ fuerit ęstiuum, coaptari oportet illud ut infrigidetur & humefiat, scilicet ut mansio infirmi sit spaciosa & septentrionalis & portæ septentrionales. in pauimento sternamus rosas, uiolas, ne nufar, basilicum, semperuiuam, ramos uitium, & modicam aquam super ea roremus. Quod si corpora eorum indicant materiam ad putredinem pręparatam, bonum est ut ungamus corpora eorum de succis lactucæ portulacę vuarum amararum solatri cum oleo rosaceo mixtis. hæc tamen inunctio non diu super pectora moretur, quia instrumentorum spiritus est percussiua. In geniemus etiam prout possumus melius ne humiditas eorum dissoluatur. ꝙ si uirtus eorũ fuerit defecta, & membra dissoluta, & uenę apparent albæ propter sanguinis inanitionem, ossa quoque brachia subtilissima & eorum concatenatio inanita, proxima portenditur mors.

CVmq; feb. aliquãdo per se est morbus, & aliquãdo per alium sicut fręnesis & alij morbi his similes, aut est ꝑꝑ putredinẽ febris in quibusdã membris existentẽ, sicut in diaphragmate pulmone, aut ꝑꝑ diuturnã tussim, propter hæpatis dolorẽ renum ilij, necesse est ut cum eã cognouerimus esse in aliquo istorũ, prohibeamus patientem ab aqua frigida, & ab unctione succorum quos superius diximus, nisi cum apostema per quod febris fuerit sit calidissimum. Deinde ex ea modicum dabimus, quia cali. apostematis trahit ad se humiditatem aquæ, & prohibet eam ne ueniat ad cor & noceat calori naturali. Quod si apostema non fuerit calidissimũ, abstineamus eos ab aqua frigida, & mitigabimus calorem eorum cum aere cibo frigidisq; aromatibus. Vnde Gal. aqua inquit frigida in hæctica quæ est propter alium morbũ pessima est, præcipue si morbus diuturnus fuerit. Causa quia morbus qui cã est hæcticę necesse est vt sit calidus sicut fręnesis & similia, aut diuturnus sicut putrida fe. erratica cõmixta & similia. Si vero morbus fuerit acutus morans paruo tempore percussit substantialem corporis humiditatem & desiccauit eam & dissoluit uirtutem membrorum. vnde calor cordis est defectus & nequit humiditati aquæ repugnare. sic ergo humiditas aquæ causa est calorẽ naturalem extinguẽdi. Si autem morbus fuerit diuturnus, consummauit sanguinem membrorum & emundauit eum à carne. vnde membris infrigidatis calor deficit naturalis, necessario igitur calor cordis sit defectus. proinde frigiditati aquæ calor cordis nequit repugnare aut resistere maxime si fuerit materia in uenis & arterijs ad putredinem præparata, quia humiditas aquæ illã augmentat & materiam indurat ut nequeat digeri. pręcipue si in urina nullum signum decoctionis appareat. Palã ergo intelligimus, ꝙ nullo modo danda est aqua in hęctica nisi cum ipsa morbus per se fuerit, si uirtus eorum custodita sit. ꝙ si uirtus eorum debilis sit caueant aquam. Vnde oportet arbitrari qualiter corpora eorum humefiant & confortemus uirtutem eorum cũ cibis qui sunt faciles ad digerendum & multum nutribiles, quia sanguis corporũ eorum licet sit laudabilis, tamen modicus est. similiter spiritus animalis, & uitalis, & propter sanguinis paruitatẽ membra minuuntur quæ sunt totius corporis fundamenta & ꝑꝑ paruitatẽ aĩalis & uitalis spiritus deficit calor naturalis. vnde necesse est festinemus ad restauranda eorum corpora & in uirtute & nutrimento cum cibis & potibus qui sunt faciles & subito & multũ nutribiles. sicut est vinum album & grossum & rubeũ grossum. Sicut Hipp. in Apho. Facilius est repleri potu q̃ cibo, sed tamen prout oportet dandum est ei & qũo oportet, hoc est non purũ nec ieiunis ut præstet membris maxime stomacho calorẽ & siccitatẽ, sed non debet accipi multum & subito ut intrãs uelociter exeat nec membra nutriat. nec multũ grossum ut morans in angustis locis oppilationem generet, ideoq; oportet nos illud negare & ęgritudinem exeuntibus & maxime hæcticis, cibũ accipiant mediocrẽ, facile nutrientẽ & quidam grossiciei habentem ut permanens in mẽbris nutriat & confortet ea. Neq; intelligere debemus ut Hipp. intentio esset de potu absoluto uel de humidis cibis absolutis, sed cõuenit nobis noscere, quia eius ĩtẽtio fuerit de rebus nutriẽtibus leuiter & faciliter sicut sunt uina grossitatis aliquid habẽtia & in membris permanẽtia ut nutrimentũ eis inferãt. De cibis similiter facile nutritiuis & naturæ obedientibus sicut sunt lac ptisana, panis lotus & similia. Hęctici uero cũ pro certo noscũt febrẽ cessauisse, nec alia re indigẽt nisi augmẽtatione & nutrimẽto corpis, accipiãt mane lac caprinũ in quo statim emulso misceatur in eadẽ quantitate cal. aqua & ad suauẽ ignẽ coquatur quousq; tota aqua cõsumatur. deinde potui detur calidũ prout ab uberibus emulsum fuerit. quo ebibito tempus expectetur quo digestũ fuerit. deinde dabimus starnũ perdices pullos & similia. oĩa iuscellata. vinum album & põticũ mediocriter bibant. Quod si non potuerint solum lac bibere miscendum erit cum hordeo & simila tritici & similibus secundũ ꝙ virtus digestiua eorum fortis fuerit. Sed tamen si cognoscimus corpora eorũ nullã habere materiã seu humores qui sint ad putredinẽ pręparati, cauendũ erit ab eis cibis & dabimus solũmodo ptisanam & panem lotum. maxime si in eorum egestione cholera appareat. Vniuersaliter etiam dicimus ꝙ non debemus dare lac perdices & his similia. aut uinum ponticum nisi cum certissime cognoscimus febrem ab eis esse ablatam, quod cum palam nouerimus balneabimus eos in balneo aquę sapidę temperato in aere, & calor aquæ sit

quaſi calor lactis cum ab uberibus eſt emulſum, & ingeniemus ut balneum manſioni eorum ſit uicinũ.& ducatur in culcitra aut in lecto ne motio eorum pedibus euntium duo nocumenta faciat,aut faciat eos ſicciores, aut calefaciat & debilitet eos ut in balneo ſtare nequeãt,quia neceſſe eſt eis in ſolio balnei diu morari,quia aqua ſolij quæ eſt temperata pręſtat corporibus eorum humiditatem augmentum & uirtutem . Oportet uero ut ſit ſolium ſpacioſum & hoſtio balnei uicinum ut nõ ambulẽt per aerem balnei ne parua eorum humiditas ſubſtantialis deſiccetur . & oportet ut aqua balnei maxime temperata ſit, quia calida ſi pluſquam oportet fuerit,coadunabit cutem pluſquam oportet & indurabit eam. Si uero frigida pluſquam oportet debilibus corporibus tribuet frigiditatem , & calorem extinguet naturalem,cutem claudet & oppilabit, & ſecundum noſtram intentionem horum pori debent aperiri & cutis mollificari,quia ſunt in iſtis clauſi & oppilati naturaliter , quia ſine conſumptione humiditatis res nulla poteſt inueniri dilatans & aperiens poros corporis eorum ſicut facit aqua quæ eſt tẽperate calida:quia mẽbra corporis delectãtur in ea,& natura excitatur & per totius corporis membra dilatatur propter aquę delectationem quæ eſt eis ſimilis . vnde natura ſe delectante ſanguis eam ſequitur, & ueniens uſq; ad corporis exteriora poros mollificat aperit & dilatat : quia actio naturæ in hoc loco quo delectatur eſt oppoſita actioni loci quem odit. quoniã à re nocitiua fugit natura ad interiora corporis.vnde extremitates de ſanguine & naturali inaniuntur calore.proinde patiuntur oppilationem & duritiem in cute.Oportet igitur iterũ nos inueſtigare ut diffiniamus quantũ patientes morari in balneo debeãt,quę mora talis ſit,quia ſi uiderimus rubicunda & inflata fieri corpora priuſquã cõſumi & minui incipiãt eos à balneo extrahimus,q̃a ſi dimittimus eos pluſquã oportet conſumabũtur. Ideoq; cũ uolumus carnẽ in corpore augmentare,dimittemus eos in balneo quouſq; fiant rubicũdi & inflati.Si aũt eã minuere uolumus poſt inflationẽ dimitimus eos in balneo donec inflatio tranſeat, & ipſi ad ſuã naturã fuerint cõuerſi, ſed cum decet inueſtigari illa tẽpora,quia ſunt multũ ſtricta & acuta præcipue ſi carnẽ uolumus augmentare, propterea verus terminus cum à balneo debẽt egredi, eſt rubor corporis ne ipſi ultra permanẽtes ad deterius ueniãt. Egrediẽtibus itaq; à balneo ungamus corpora eorũ cũ oleis frigidis & humidis,uel vnguẽtis ut cuſtodiãt humiditatẽ quam ab aqua acceperant ne aer illã cõſumat. Rurſus oportet ut diuerſis temporibus balneentur . Primũ balneum ſit mane priuſquam accipiant lac aut ptiſanã ut infrigidet & refrigeret corpora eorum , ſecũdo die ueſpere poſtquam lac & cibus ſint digeſta. Quod ſi uirtutem infirmi fortẽ proſpexeris eſſe ut poſſit amplius balneari bonũ eſt.bonũ etiam eſt ſi lac ſuper infirmum fuerit emulſum priuſquã in ſoliũ deſcendat, & mittãtur in balneo frõdes frigidæ & humidæ ſicut latucæ nenufar uiola & ſimilia . Si aũt infirmus eſt ab humoribus mundificatus ad putredinẽ ſe præparantibus,damus eis balneum exeuntibus lac aſininũ cum ab uberibus fuerit mulſum.hoc.n.lac huic paſsioni eſt optimũ, quia cæteris ſubtilius & tardius ad coagulationẽ , ſed oportet eligi aſinã iuuenẽ & ſanam,& probare eius lac utrum ſit albũ,neque naturaliter liquidum neq; ſpiſſum multũ,& nutriamus eã cum lactuca ſemperuiua coriãdro & bono hordeo, & bona aqua . lacte uero digeſto iterũ ad balneũ mittatur.Quod ſi balneo patientes delectantur eo ꝙ eis aſſuetũ fuerat,tertio ad balneum deducantur . ſed ſpatium ſit unius ab alio quinq; horis,poſtea comedãt perdices pullos gallinaceos & alas gallinarum . caueant ab omni cibo graui,ſed oportet cibi quãtitatem fieri talem qua ſtomachus non grauetur . quod cõtẽplari poſſumus hoc modo,quia ſi uiderimus cibũ & patientis ſtomachus extentionem patiatur & acidum & fumoſum ructum faciãt,cognoſcimus eos non bene digerere.vnde cibi quantitatem decreſcimus adeo donec proſpiciamus eã optime eſſe digeſtam. Rurſus ſi uiderimus eos multa quãtitate refectionis carere , dabimus lac uaccinum,prius tamen butyrum ab eo ſit extractum. Deinde prima uice dabimus ei.2.vn.ſicq; aſcendamus uſq; ad quatuor . Et quoniam lac nominauimus illud determinare uolumus cui horum conueniat & cui non . Vnde dicimus ꝙ cũ lac cæteris cibis eſt facilius & omnia corporis membra nutriat , erit omnibus nutribilius & laudabilius ad pthyſim maxime qui alium nequeunt ſumere cibum.& laudabilius eſt lac muliebre,maxime ſi puellã lactauerit , poſt hoc eſt aſininum . ſed tamen quidã odiunt vtrumq; : & quia eis abominabile eſt , oportet dari caprinũ. Eſt.n.mediocre inter ſubtile & groſſum, ſed priuſquã demus illud,decet poni caprã in loco puro,& nutriamus eã cum bono hordeo & herbis ſicut coriandro lactuca frondibus celſi & his ſimilibus,& caueamus ne infirmi patiantur ſolutionem.proinde oportet bis uel ter calidum lapidẽ in lacte extingui ut aquoſitas eius conſumatur. Quod ſi uirtus eorum fuerit confortata dabimus eis cãcros fluuiales coctos cum hordeo uel ptiſana & ſimilia . Igitur quia ſufficienter de lacte diſputauimus,oportet nos quibus conueniat aquæ frigidæ potus monſtrare,uel aliæ res frigidæ.Sed priuſquã diſputationem earum incipiamus, monſtrabimus quę ſint frigidæ aut calidæ abſolute ſine alicuius rei comparatione. Phyſici itaque concordant dicentes nullum corpus eſſe calidum, frigidum, humidum aut ſiccum abſolute

solute sine alicuius rei cōparatione nisi elemēta solum. Dicūt enim se reperire ignem calidū nō ad alterius rei comparationem, quia si esset calidus ad comparationem alterius, necessario esset frigidus ad alterius comparationem. Nosq; nullam rem inuenimus igne calidiorem. Ergo cum dicimus calidum frigidum humidum aut siccum, non dicimus nisi ad comparationem humanorum corporum quę sunt temperata: quia humana corpora cæteris corporibus sunt temperatiora. propter hoc cū aliquam rem inuenimus nullam passionem nostro sensui inferētem, sed eo delectantem eiq; conuenientem cum quadā similitudine, intelligamus eam esse temperatam quasi humani corporis tēperiem. Rursus si aliā reperimus qua noster patitur sensus, sed tamen sine illius doloris horribilitate, intelligimus eā temperamentum humani corporis trāsgressam esse uno gradu. Iterū si aliqua res maiorem sensui faciat passionē, & tamē eā tolerare ualear, dicimus eam duobus gradibus ultra tēperamentū esse. Si autem adeo sensui dominetur ut dolorē generet, in tertio gradu cognoscitur esse. Si uero magnum faciat nocumentum ut destruat sensum & seiungat membra sensualia, in quarto uidetur esse. Palam est quia calidum & humidum frigidum & siccum sunt ad comparationem humanorum corporum temperieri exceptis solis elementis. vnde conuertamus stilum ad eos quibus conuenit aqua frigida & alia frigida & quibus non. Cum hæctica si per se morbus simplex & corpora patientiū sunt absq; ulla putredinis materia, optimum est ut demus eis cibaria infrigidantia naturaliter, eaq; artificialiter frigidiora faciamus, sicut sunt ptisana panis lotus lactuca, cucumeres palestini. Et aquam demus frigidam prout oportet maxime si uirtus eorum non sit imbecillis, & si digestio appareat in urinis. Quod si hęctica propter alium morbum fuerit acutum uel diuturnum, prohibeamus aquam frigidam & alia infrigidantia prout melius possumus, maxime si nullum signum digestionis appareat in urina, & corpora non sint pura de materia putredinem generante. Causa huius duobus modis est. Vno quia membra corporū ęgritudinem patientium olim sunt defecta, & calor eorum debilis est & paruus unde aqua & alia frigida sunt membrorum percussiua & naturalem calorem extinguunt. Quod si corpora eorū fuerint immunda propter aliquod apostema uel crudorum humorū reliquias, aqua & cætera frigida indurant & ingrossant eos ut nequeant digeri. Vini uero natura quia calefacit & naturalem confortat calorem, oportet consumpta corpora propter diuturnum morbum habentes accipiant moderate, tamen mixtum sit & album & lene. Consumptio uero corporis quæ est sine feb. & causa eius est substantialis humiditas corporis consumptio, & naturalis calor eorum extinctus est propter sanguinis paruitatem, oportet vt restituantur cum corporis calefactione. Incipiamus à modico calore & cathamodice ad maiorem ascendamus ne subita corporis mutatione infirmus deficiat. Demus itaque syrupum de zinzibere & iringorum radice, pecorinam carnem, uinum non multum uetus, ne dolorem capitis faciat & corpora eorum desiccet. sedeant in aqua in qua cocta sint sāsucus basilicō, yreos, frondes citruli. fumigentur de ligno aloes, caueant omnino à coitu. Quorum uirtus si augmētari incipiat dabimus tyriacam & muscatam. Plus itaq; si sint confortati balneentur & balneū egredientes comedant annualem agnum, viscellatum conditum cum spica & zinziber, & bibant uinum ut prouocet eis somnum. Si aūt aliquam patiantur febrem modicam uidelicet aut tussim etsi screant albū uiscosum & grossum, dabimus eis apozimata de hyssopo, & electuariū quod recipit sebesten. l. iuiubas. 30. liquiritiæ. unc. 1. vuarum passarum enucleatarum. drag. 15. capillorum ueneris. vnc. 1. ficus siccas. 10. omnia in 10. libris aquę coquantur usquequo ad duas redeant. da exinde. vnc. 4. colatas ad bibendū cum vnc. 1. de rodozac. postea comedant ius frumēti & fœnugręci. & accipiant electuarium quod recipe se. lini. vnc. 1. sem. orobi. vnc. 1. medullæ se. bombacis. vnc. 1. succi liquiritiæ. vnc. 2. fac puluerē & cū oleo amigda. frica, deinde adde zuccar. quod sufficit. Alias Rec. succi caulium lib. 3. mellis dispumati lib. 1. coquantur usq; ad mellis redierint spissitudinē. postea medullas fistici quātum sufficit tere & cum melle tempera. deinde cum potui dare uolueris da cum lacte caprino aut asinino uel pecorino coctis cū dra. 2. leuisti ci. Alias Reci. maratri radicis, apij radicis ana. vnc. 2. anisi. drag. 2. maluę seminis. drag. 3. lini seminis. dra. 3. iuiubas. 20. ficus siccas. 5. vuarū passarū enucleatarū. dr. 5. hæc omnia. in. 8. lib. aquæ coquantur vsquequo ad duas redierint: dabis oī die ad bibendum. vnc. 3. cum rodozac. violazac. ana. vnc. 1. Quod si calorem non habeat tēpusq; non fuerit hyemale cum melle. vnc. 5. accipiant illud. Trocisci ualētes ad phtysicos empicos car diacos qui. Rec. gummi ara. berberis boli. ana. dr. 4. ro. spodij, se. portulacæ ana. drag. 2. & sem. cancrorum fluuialium assatorum. dra. 7. basilico nis arnoglossæ se. boragi. an. dr. 2. coriādri sicci. drag. 2. se. infusi in aceto & ad solē siccati postea assati. dragaganti, amidi, semi. citruli. cucu. ana. dr. 2. se. mirtæ. dr. 4. se. malorum citoniorum. se. herbę acetosę ana. dra. 2. liquiritię. drag. 3. reub. dra. 1. se. cacabrę gemmarum non perforatarum ana. drag. 2. omnia trita cum aqua rosacea. temperentur & trocisci ex eis fiant. dabis exinde. dra. 2. Alij ualentes simili modo. Rec. berberis sand. al. spodij. ana. dr. 3. rosarum. dr. 5. se. portu-

lacæ,citru.cucu.cucur.ana.drag.1.sem.dragagā ti gummi ara.amidi ana.dra.3.boli. drag.4.herbæ acetosæ,cacabræ, gemmarum non perforatarum.ana.dra.2.tempera cum succo arnoglossæ. Alij Rec.spodij,bol.rof.ana.drag.4.gumini arabi.dragaganti se.arnoglossæ ana.dra.3. seminis papaueris drag.5.se.portulacæ.se.atriplicis.an. drag.3.berberis.drag.2. fac puluerem & tēpera cum aqua rosacea. Alij ualentes propter lienteriam frigidam Rec.ro.spodij ana.drag.4.se.mirtæ herbæ acetosæ ana.dr.3. se. portulacę sumac. ana.drag.5.se.maligranati.dr.4.boli.dr.5.gūmi arabi.drag.3.hypoquistidos.drag.3.puluerizentur & cum succo citoniorum temperētur, da potui cum syrupo citoniorum. Alij ualentes cōtra disynteriam cum tussi quam phtysici patiuntur. Rec.gūmi se.citruli.ana. drag.3.se.basiliconis. dr.2.se.sem.mirthę.dr.3.herbę acetosæ.drag.4. semi.portulacæ.dr.3. hæc omnia assata in puluerē redigantur.dosis eius.dra.3. cum syrupo mirthæ.Electurarium conueniēs phtysicis tussim habentibus confectum cum syupo uiolaceo, maxime quibus in pulmone & pectore descēdunt humores grossi & uiscosi. Rec.sebestē.c.iuiubas.l. vuarum passarum enucleatarum.dr.20.se. maluę.dr.3.cancrorum lauatorū & assatorū.dr. 20. capill.ue.arnoglossæ ana.dr.5.liquiritiæ. vnc.1. omnia in. 7. libris aquæ coquantur quousq; ad duas redeant. Deinde.vnc.4.sapę adde & zucca. vnc.4. Iterum usq; ad mellis spissitudinem coquantur. Deinde accipe gummi dragaganti.se. citoniorum an.dr.8.se.cucu.vnc. 1. amigdalarū dulcium.vnc.8.se.portulacæ.dr.6.amidi. dra.8. se.papaueris.al.drag.6.fac puluerem, & cum superioribus tēperetur. Pilulæ quæ sub lingua positæ ualent contra tussim. Re. gummi dragaganti.se.portulacæ.se. citoniorum.ana. drag.4. se. cucu.drag.5.amidi.drag.3.amigda.drag.6.fabę mundatę.dr.2.se.maluæ.drag.3.liquiritię.dr.5. omnia in puluerē redacta temperentur cum succo psilij. Cataplasma contra tussim pectora humectans.Rec.maluęuisci,radicum & frondium maluæ.an.dr.4.dragaganti.dr.2. ceræ albæ olei viol.ana.vnc.3.fac cathaplasma.Trocisci ualentes contra sanguinis screatum qui fit phtysicis. Rec.gummi dragaganti se.portulacę.ana. dr. 5. succi liquiritiæ.drag.6.boli,chimoleæ,ana.dr.5. succi hypoquistidos acatię.ana.dr.3. coralli,cacabre,ana.dr.4.spodij.drag.6.rosarum.drag.4. se.mirtæ.drag.4.coriandri infusi & assati dra.7. tempera cum aqua rosacea. Cataplasma contra sanguinis screatum & tussim & febris calorem. Rec.cucurbitæ tritę quasi medullæ.drag.4. camphoræ.drag.1.sandal.al.& rub.dr. 2. rosæ siccæ. drag.2.sem.cerę al.vnc.30.olei rosati.dra.1.fiat cataplasma. Syrupus iuuans sanguinem screantes.Rec.succi arnoglossæ,succi cucur.cucu.citruli.aquæ rosaceę.an.lib.2. succi mirtillorū lib.1. succi pomorum citoniorum.li.5.omnia coquātur donec fiant quasi sapa, deinde cum aqua frigida potui detur.Electuarium ualēs contra humores sanguinolētos qui sunt in pectore & pulmone, & calorē extinguit, vulnera pectoris sanat.Rec.amidi.se.citoniorum.an.drag. 5. fabæ. boli.ana.dra.7.se.maluæ.se.melonis.ana.dra.3. gummi.dra.30.dragaganti liquiritię.an. dra.3. omnia puluerizata cum sapa temperētur. Quod si non fuerit febris nec humores grossi & conueniat melius mundificari,iungantur orobi. dra.7. hyssopi.dra.8.maratri se.apij.ana.dra.2.& sem. Si uero humores fuerit grossiores putrefacti se. fenugręci.se.lini,carui,æquali pōdere cum oleo amigdalino & melle temperabimus. Alias Rec. prasij orobi medullæ se.bombacis.ana.drag.4. se.lini.fenugręci.drag.2.omnia in puluerem redacta cum melle temperentur.

De febre accidente propter dolorem hæpatis splenis vel alterius membris. Cap. XXIII.

QVia disputauimus de febr.in spiritu nascentibus & ephimeris, & de eis quę fiunt in solidis membris.i.hæcticis & de utrisq; acutis, quarum una nascens est de cholera rubea.s.causon, altera uero cuius est purus sanguis materia dicitur & vocatur inflatiua,oportet nos ordinatim de febribus putridis disputare. vnde primum dicendum est quid sit putredo, & qua causa generatur,& quomodo & quæ complexio putredinem cum suis qualitatibus recipit, & quæ non cum una qualitate,& quæ non recipit eam nisi accidētaliter. Vnde dicamus ꝙ omnis complexio quæ est extra naturam & temperamentū fit quadrupliciter.prima ca.& hu.secunda est ca.& sic. tertia fri.& hu.quarta fri.& sicca quarum nulla putredinem recipit uel generat nisi ca.& hu. putredo.in ea naturaliter est. Causa quia putredo necessario generatur ex humiditate qua liquefit & materia diuiditur dilatās eam ad extremitatem, & faciens eam habere motum facilem currendi. Item necessarium est ex calore calefiat perturbetur & ferueat.vnde nō naturales chimi qui sunt contra cal. naturalē cum ebullierint seseq; perturbauerint,fit eorum ebullitio extra actionem naturę, quæ ebullitio & perturbatio cum fuerit non ex actione naturæ eius fęx permanet in ea neq; diuiditur,vt mundificetur & expellatur. vnde fit causa materiam conuertēdi ad corruptionem & putrefactionē,quia putredo nō est aliud nisi corruptio humidorum & liquidorum corporum propter ebullitionem & turbationem ex tranei caloris ueniens. proinde putrefactio non est nisi cum qualitatibus ad exteriora se mouentibus.i.calore & humiditate. quia humiditas cū dilatat & eliquat materiam,& eam diuidit in exterioribus faciens eam currere inuenit locū calor quo possit bullire & turbidam eam facere quam

quam calor perturbans, & tamē nondum suam complens digestionem neq; partem illaudabilem à laudabili diuidens se miscens utranq; corrumpit eamq; putrefacit.pars enim illaudabilis à laudabili non potens diuidit ac mundificari corrumpit eam cito ac putrefacit.Qualitates autem quarum motus ab extremitatibus ad centrum reuertitur sicut frigiditas & siccitas non recipiunt putredinem,quia siccitas desiccat coadunat & repugnat dilatationi & diuisioni.sic etiam frigiditas congelat refrigerat & resistit calori & ebullitioni. eodem modo si quædam res fuerit cōposita ex duabus qualitatibus contrarijs cum una mouetur ad interius & cum alia ad exterius sicut calore & siccitate humiditate & frigiditate quæ non recipiunt putredinem, quia calor licet materia ad extremitates suas dilatet siccitas tamen coadunat & desiccat eam & prohibet eam dilatari & bullire, similiter & humiditas quāuis materiam humefaciat & dilatet & currere faciat ad exteriora,frigiditas tamen congelat & in grossat eam & prohibet ne actioni humiditatis obediat.Palam ergo est non posse fieri bullitionem & putrefactionem nisi cū humiditate mollificante & dilatante & rem currere faciente ad extrema.Res ergo quarum fęces non diuiduntur cum dilatantur & bulliunt necessario putrefiunt,nam bullitio non est nisi propter calorem & humiditatē.quæ enim in aqua coquuntur dissoluuntur & mollificantur, quæ uero assantur desiccantur & indurantur.

De causa putredinem faciente. Cap. XXIIII.

Prior causa putredinem generans cōstipatio est corporis & pororum oppilatio & conclusio fumorum in eis,poris enim clausis & constipatis necessario fęces tertiæ digestionis in interioribus corporis remanent,quibus nō aliquid euenit propter quod defluant sicut calida cibaria & cōuertibilia,aut corruptus putridusue aer sicut de corporibus mortuis exiēs corrumpit omniū corporum cōplexiones & generat pestilentiam & pessimam in eis mortalitatem. Causa cōstipationis pororum generaliter in duo diuiditur,aut de interioribus aut de exterioribus. De exterioribus sicut de aere frigidissimo balneis stipticis & sulphureis aluminosis uel nitrosis. De interioribus uero sicut grossis humoribus & viscosis in īterioribus corporis coadunatis, propter requiē & delectationem & exercitij ablationem assiduitatem grossorum & uiscorum ciborum & multę quantitatis nō secundū ordinē acceptorū, neq; cū stomachus ē inanitus. qa multitudo requiei & suauitas corpora infrigidat. vnde cibus nō digeritur sed ingrossatur,unde & humidus efficitur,proinde superfluitas tertię digestionis ad poros cutis ueniens grossa & uiscosa & non potēs egredi claudit &oppilat poros cutis,sicut fecē ui demus uini claudere foramina colamenti & prohibere grossitatem uini ne exeat, eodem modo fit si cibus grossus & uiscosus sit naturaliter.multū ēt comedere uirtutem aggrauat,vnde nequit eum digerere & permanet crudus. Similiter cibus acceptus priore nondum inanito indigestus permanet,quæ oīa fiunt cā grossitatis & uiscositatis humorū.balneo ēt loti cibo nondū digesto calor balnei trahit cibi humiditatē ab interioribus ad exteriora.vnde pro sua cruditate non potens egredi cōstipat poros. Præterea qui comedūt ultra q̄ uirtus tolerare queat, quo incipiente digeri, alius sumitur unde priore egrediente trahitur cum eo qui nōdum erat digestus qui necessario descendens ad poros ueniens cum sua grossicie & uiscositate poros oppilat. hæ sunt causæ putredinum feb.putridas facientiū. Significationes aūt putridarū febriū sunt. 10. Prima est quoddā præteritū & in corpore inueteratū, cuius feb.non nascitur de præsentibus rebus aut exterioribus nisi fiat accidentaliter.ver.gra.ephimera de præsentibus exterioribus causis nascēs est inueniens aliquid in corpore inueteratū calefacit & putrefacit illud. præsens ergo est causa quędā accidentaliter putrefaciens rem antecedētē.sicut uidemus niuē accidētaliter extremitates corporis urere & eius iuncturas separare, quia pp nimietatem suę frigiditatis calor ad interiora coadunatur incidit & urit extremitates.nix ergo est cā incensionis licet nō sit naturaliter.Secūda significatio quia rigor semper antecedit putridā fe. & frigus maxime si materia sit extra vasa & sensibilibus mēbris uicina.sed tamē nō oēs febres rigorē uel frigorē habentes sunt putridę. quia aliquādo rigor accidit ephimerę accidētaliter. Nā ephimera si malos in corpore chimos inuenerit calefacit eos & fumū prouocat quo sēsibilia mēbra pūgēte rigor nascitur, talis.n.rigor nō diu permanet.Rigor aūt differt à frigore, qa in rigore sentit pātiens punctionē quasi acus & spinæ sint in eo infixæ.& non permanet diu quia causa huius sunt acuti fumi chimi citum exitum habentes. Frigus sentiūt infirmi quasi niuis cōgelatio sit in eis mixta. quia causa eius sunt chimi graues & tardi ad mouēdum. Tertia quia putrida interpolatur & multis interpolationibus interpolatur nisi paruissima & leuissima materia erit.vnde disputamus de causa suarū interpolationū & diuersitate. Vnde dicimus, quia cā putredinis febris est materia in corpore diu coadunata.quę uel de quatuor humoribus est mixta uel est pura. Si sit cōmixta interpolatur indefinitę. Præterea cā putrefaciens materiā.fe.calor nō naturalis est qui si inuenerit materiā putredini obediētē cōuenientē calori obedit,sin autē actioni eius repugnat,proinde sanguis qui cū utraq; qualitate cōuenit putredini cito extrāeo obedit

calori.vnde fit feb. continua.Interpolatio enim non est aliud nisi propter materiam extraneum calorem impedientem cum sua duricia quam necesse est ut calor extraneus diuidat deinde ca lefaciat, & eam feruere faciat. Idcirco cho. ru. quia cum una qualitate putredini conuenit, & cum alia non, fit cum calore conueniens, cum siccitate uero impeditur calor donec illa sicci-tas suæ actioni obediat. Phlegma quoq; quia cũ una qualitate putredini obedit .i. humiditate, & cum alia non conuenit.i. cum frigiditate ne-cessario calor moratur in frigiditate quousque suæ actioni conueniat. Cholera nigra quia cum vtraque qualitate putredini repugnat, multum impedit calorem naturalem uel extraneum pro inde interpolatio eius tardior est cæteris. Quar ta significatio est quia calor putridæ feb. est for tissimus & sensuum pungitiuus, nam manus su-per patientem posita cum febris adem sentit pũ ctionem caloris magnum perforantem, manu etiam ablata permanet calor. Quinta significa-tio est quia peryodica feb. maximam generat an gustiam propter grossitatem fumi putredinis in stomacho bullientis, sed si materia sit subtilis & uirtus sit fortis fumus eius dissoluitur, & patiẽs quiescit, pulsus temperatur & cõuertitur ad suũ ordinem. Quod si sit grossa & humida tardaque ad mouendum, naturam aggrauat ut præ eius dissolutione deficiat, vnde fumus ingrossatur in corde & angustia augmentatur, pulsusque non conuertitur à sua innaturali qualitate ad natura lem. Sexta significatio est quia in statu peryodi cæ feb. significationes ostendunt complementũ putredinis.i. dolor capitis sitis siccitas oris & an gustia. Septima significatio est quia corpora in putridis non mundificantur cum feb. in unaqua que quiescant accessione, quia materia putredi nis est in interioribus corporis clausa. Octaua si gnificatio quia putrida materia si sit intra uasa fit calor inseparabilis, qui licet aliquando sepa retur aliquantulum tamen sentitur, ꝙ si sit extra uasa fit cum interpolatione. Nona significatio est, quia urina in initio putridæ cruda est pro-pter cruditatem materiæ. Decima significatio est, quia pulsus putridæ durus est & plenus, quia uasa sunt plena grossis & crudis fumis. nam om nis patiens hanc feb. non sudat in initio. Sed pe-ryodica ad augmentum ueniente fit pulsus in prima accessione paruus & uacuus, cessante au-tem rigore & calefacta materia fit pulsus ple-nus se ad exteriora dilatans cuius dilatatio ma-ior est quàm constrictio. Sed quidam medici ar bitrati sunt ꝙ paruitas sudoris in principio feb. putridę existens fit propter caloris fortitudinem corporis humiditatem paulatim extenuantem, quod falsum est. quia si paucitas sudoris fuisset causa caloris humiditatem deficcantis pulsus es set inanitus & vacuus. & nos in initio feb. peryo dicæ uidemus pulsum esse plenum & durum. Su doris ergo paruitas ĩ initio peryodicę feb. ẽ pro pter grossitiem materiæ & duriciem eius ad dis soluendum inobedientis. Sufficit itaq; quantũ disputauimus de causa putredinem febris facien te. Incipiamus ergo & dicamus de unaquaq; spe cie prout rõ postulat, & quia in epidimia Hipp. iussit semper medicum sequi debere actionem naturæ, oportet nos suam auctoritatem serua-re, ait enim, oportet medicum ministrum esse na turæ. Quocirca incipiamus à synocho quæ fit de putredine sanguinis, quia sanguis est principa-lior cæteris humoribus, & hoc tribus modis. Vno, quia est temperatior & saporosior cæteris, proinde fecit eum natura esse materiam & nu-trimentum totius corporis. Alio cum sit acce-ptabilior cæteris elementis sensu naturali & ani mali, fecit eum natura materiam & primum in adolescentia ad sui uidelicet nutrimentum, quia propter debilitatem suorum membrorum ado lescentes nequeunt pati nutrimentum alterius materiei quę sit longe à tẽperamẽto. Tertio pro pter amorem eius quę dignitatem fecit eum ma ioris quãtitatis quàm cæteros & diuisit eum per totum corpus. Igitur quia uidemus tantam natũ ræ esse dilectionem in sanguine, ut eum dignio rem faceret, oportet ut à principaliori & naturæ familiori incipiamus. Sed si quidam interroget quid differat inter sensum naturalem rationalẽ & animalem. Respondemus sensus tripliciter diuiditur, alius est animalis, alius rationalis, alius naturalis. Naturalis est in omnibus mem bris animalium, quia sentiunt materiam quæ est eis similis vnde eam per se trahunt, sicut fellicu lus amaritudinem sanguinis sentiens, & eam ad se trahens, & sic unumquodq; corporis membrũ suum simile ad se ducit, quemadmodum ossa quod frigidius & sicciuss est ad se trahunt, caro & lacerti quod calidius & humidius est, cerebrũ quod frigidum est & humidum. Animalis autem sensus est sicut lingua quę sentit saporem, ocu-li quoque qui sentiunt colorem formam & figu ram. aures autem quæ sentiunt sonitus & simi-lia. Rationalis sensus pertinet rationali animæ ut comprehendat rem certam rerum uirtutem & uerum à falso discernat.

De synocho quæ fit de putredine sanguinis.
Cap. XXV.

Sanguis secundum cursum naturæ existens in uenis & arterijs clauditur, quia sunt eius uiæ per quas per totum corpus dispartitur & ipsum nutrit, qui cũ à suo naturali loco disgreditur, non custoditur à natura, sed eius regimen dimit tit vnde corrumpitur & in diuersos morbos mu tatur, maxime si ultra mensurã naturalẽ egredi-tur. Quod si in suo permãserit loco & agit quod

proprie

proprie facere debet, nutrimentum & regimentum omnibus membris tribuit.Sed si in quantitate augmentatur, mutatur à sua propria qualitate. vnde odit eum natura eiusq; regimē deserit vnde permanet crudus & indigestus & corpus nō nutrit,necessario putrefit & fe. putridā generat,quæ synochus appellatur. Quod si reprehendunt nos quidam dicentes cur accidit sanguini putredo cum sit amicus naturæ & per eum regatur & nutriatur corpus.Respondemus sanguis licet sit amicus naturæ , tamen cum augmentatur aggrauat naturā unde odio tenetur ab ea, sicut pater odit filium cum ei inobediens sit: sanguis eodem modo à suo temperamento egressus à natura reijcitur & per nares eiicitur aut per alias partes egreditur, quem quidem si non poterit expellere dimittit eum vnde putrefactus febr. generat synochum. Diximus quoniam sanguis aut est intra uasa, aut extra corpus, aut solummodo extra uasa. Sanguis autem qui est extra corpus, aut est actione naturæ secundum crisim, sicut uidemus in die cretica sanguinem fluere per nares, per hęmoroydas per menstrua,aut non secūdum naturā propter aliquod accesfionis accidens naturæ eam cogens ut extra eijciat sanguinem. Quod autem sit interius aut exterius. exterius sicut incisione gladii, aut his similibus.Intrinsecus uero cum aliqua pectoris uena rumpitur, aut propter multitudinem sanguinis uel organorum suorum angustiam. Sanguis autem qui solum modo extra uasa est, aut est in toto corpore, aut in uno loco clausus. Si in toto corpore fuerit generat tumorem ruborem calorem in toto corpore. Si fuerit in uno loco & maturatus mutatur in saniem. q si non digeratur generat tumorem ruborem in eodem loco. Sanguis uero qui est intra uasa, aut est in omnibus uasis, aut est in quibusquam. Si fuerit in omnibus synochum generat si in aliquibus facit in illo loco feb. & ab eo nomē accipit, quam cognoscimus ex calore & dolore illius loci. Sed disputatio nostra non est de febre quæ fit in parte corporis, sed de illa quæ fit propter sanguinem in omnibus uenis putrefactum. vnde priusquam de ea disputemus oportet nos mōstrare causam illius caloris generatiuam. Qua de re dicimus, quia causa qua calor generatur. 6. modis est, quinque sunt calorem facientes & unus passiuus, quorum primus est calor solis ignis & estus.Secundus calida cibaria & potus ac medicina. Tertius nimius motus & labor incidentes substantiam membrorum,propter mem bra adinuicem se fricātia. Quartus est putredo. Quintus est conclusio pororum. Sextus est macilitas corporis & paruitas suę naturalis humiditatis, quia corpus si in hac mensura fuerit fit pręparatum ad recipiendum calorem. Et quia hic sex sunt causa caloris & feb.non est nisi calor extra naturam,necesse est ergo ut his sex stet causa feb. Sed si fuerimus interrogati quę sit differentia inter feb. synochum quæ fit cum putredine sanguinis, & synocham quæ non fit de putredine sanguinis quæ inflatiua vocatur. Respōdemus synochum quæ fit de putredine sanguinis patientes faciunt putridam urinam propter putredinem sanguinis & pulsum habent inordinatum, quia constrictio eius uelocior est quàm dilatatio propter naturam festinantem se ad expellendam sanguinis putrefacti fumositatem. Inflatiua uero sic dinoscitur. quia urina patientis nullam habet putredinem,quia eius materia purus est sanguis non putrefactus. Rursus si dixerint quę sit differentia inter feb. quæ est de putredine sanguinis & febr. continuam quæ fit de putredine cæterorum humorum. Respondebimus, febr. quæ fit de putredine humorum, licet videatur continua esse, bonus tamen medicus, si bene eam inuestigauerit sentit eius interpolationem,quæ fit inter finem unius accesfionis, & initium alterius. Sed synocha nullam habet dimissionem nisi aliquid tranqualitatis in extremitatibus diei cum aer fuerit frigidus. quę mitigatio non fit propter feb.sed quia infirmus quiescit & gaudet de aeris frigiditate se. acumen mitigante. Quę feb. tribus modis fit quia quædam est æqualiter ab initio usque ad finem,aliqua debiliter incipiens & paulatim ascendit usq; ad statum.est & alia fortiter incipiens in initio, deinde cathamodicum descendit vsque ad statum. Causa quia materia quæ putrefit de sanguine, aut est tanta quāta dissoluitur, aut minor quàm dissoluitur, aut plus. Vnde si tanta sit materiei putredo quanta eius dissolutio est nascitur illa species synochę quę dicitur homotenus. quia in unaquaque die dissoluitur idem & putrefit, quæ cum ita sit, significat mediocritatem inter speciē salutis & timorem mortis.Sed si quod de materia putrefit minoris sit quantitatis, quàm id quod resoluitur nascitur illa species quæ dicitur epaugmasticus quæ salutem significat. Nam si quod de materia dissoluitur maius est eo quod putrefit finitur paulatim materia. vnde necesse est ut ueniente morbo ad statum uel ad crisim, nihil de materia illa, aut pusillū permanet quod facillime purgabitur,quia uirtus est fortis. Rursus si de materia plus putrefit quàm dissoluitur fit illa species quam dicunt augmasticum, quæ species est pessima & timoris nūciatiua,quia illius materiæ multa quantitate putrefacta,& pauca dissoluta, necesse ut omni die augmentetur feb.angustia & molestatio,unde timoris est dubietas.quia in unoquoque die augmentante materia timemus ne in statu tanta illius materiæ quantitas augmentetur, ut nullo modo eam natura pati ualeat, qua de re natura cedēte morbus dominetur. Significationes autem synochæ

duobus modis sunt, aut antecedentes eam sicut fatigatio grauitas & plenitudo membrorum rubor & calor in exterioribus corporis, aut eam subsequentes sicut dolor capitis cum incensione & grauitate rubor faciei tumor temporum & extensio uenarum suarum eminentia turbatio & tenebrositas oculorum & figuræ rubeæ ante oculos apparentes pulsus fortitudo & uelocitas & eius magnitudo ac plenitudo, atque mollicies organorum facies patientis quasi balneum egredientis vrina rubicunda & temperata in liquore. Causa fortitudinis pulsus est propter fortitudinem uirtutis naturalis. eius magnitudo est propter sanguinis plenitudinem. velocitas eius est propter sanguinis calorem. organorum mollities est propter sanguinis humiditatem. Rubo rē urinæ rubedo & calor sanguinis faciunt. splendor urinę est propter sanguinis claritatem. Sed cum tamen illa species de cuius materia plus putrefit quàm dissoluatur augmētatur putredo in corpore, & urina fit turbida atque color eius fit arsenicus. Accidit etiam hanc feb. patientibus inflatio quemadmodum eis qui inflatiua molestātur, non enim differunt nisi quia est cum putredine sanguinis, inflatiua uero minime. Et quia huic feb. hæc fiunt accidentia. i. uariolæ & ceteræ pestilentiales pasſiones accidunt, necesse est de eis disputare priusquam curā eius incipiamus.

De causa feb. pestilentialium. Cap. XXVI.

Causa pestilentialium febriū est pessima mutatio aeris & corruptio eiusdem in quatuor tēporibus anni, & mutatio aeris fit quatuor modis, aut cum dominatur ei una ex quatuor qualitatibus, aut propter fumum & puluerem terrę eū perturbantem & obscurantem, aut propter magnum fętorem sicut cadaueris corporis animalium quod est cęteris peius. proinde plurimi patiuntur pessimos morbos de pestilētiali genere & feb. non de genere humorum. quia sicut pessimus morbus aut venenosus, similiter & aqua nocet & destruit substantiam eam accipientium non saluantur nisi rarissimi, sicut aer si corrumpitur & putrefit, quicunque patitur non euadūt nisi paucissimi. Aer etiam nocibilior cibis & potibus, quia uelociter perforat ad cor & pulmonem cum flatu attracto sine vlla corruptione, proinde omnes infirmi & sani plurimi infirmantur ex aeris corruptione. Antiqui concordati sunt maxime Hipp. quia si in quatuor anni temporibus aer corrumpitur, generantur in illo anno pestilentiæ, & mortales pasſiones. Dixerunt etiam si uenti in tribus mensibus hyemis in Decembri Ianuario Februario, perflent & puluis in aere augmentatur, & aeris complexio in siccitatem mutatur nullam habens pluuiam & dies in qualitate diuersantur, ut uidelicet una dies sit calida & alia frigida fuerit hæc pessima signa hyeme, uere autem accedente pluuiali & turbido cuius perturbatio non dissoluta. 2. 3. 4. 5. aut. 7. die raro fiunt feb. pessimæ non secundum humores, sed plurimę nascuntur uariolæ & pustulę multę etiam tunc plurimę oriuntur mortales pestilentię. Dixerunt iterum si uer & hyems taliter fuerint, necesse est fit in æstate aer turbidus & humidus & non clarus & arboribus & terræ nascentibus puluis dominatur, unde fit causa in corpore desudationes generans. corpora etiam non sudant nec humectantur, sicut solita sunt in æstate humectari naturaliter. Rursus inquiūt si ęstas uer & hyeme sint, ut diximus, fit in initio accedētis autumni mortalitas in animalibus. Cunque æquinoctium uenerit autumnale apparent in aere. videlicet septentrionali flammę ac lampades multæ ac diuersę. Quod si quidam quærunt huius intentionis rationem, dicemus hęc quę dicta sunt non posse ab eis intelligi nisi præuisa ac intellecta motus stellarum scientia & coniunctione earum adinuicem quæ fit circulis suis & qualitatibus cuius stellarum quæ est secundum earum loca, & in circulis & in unoquoque anni tēpore. Rursus si dixerint si hæc quæ dicitis sunt propter actionem motus stellarum, quæ necessitas fuit hæc in libris scriberentur à medicis cum ea defendere cōtra repugnatores nequeant. Respondemus corruptio aeris non accidit nisi corporibus ad ea præparatis. Vnde cum medicus viderit significationes aeris in unoquoque tempore anni venturi, poterit mūdificare materiam de corporibus corruptioni præparatis priusquam corruptio accidat eis, & etiam temperamentum præstare scierit, ut uenturæ corruptioni repugnare ualeat. Nam si præuiderit motū stellarum debere facere nimium calorem in aere & nimiam siccitatem & vstionem, festinat ad purgandam choleram eorum quibus inest cholerica complexio naturaliter, ne illius calore feruorem facillime propter similitudinē recipiant, dans quoque frigida & humida calori uenturo repugnantia, quia rationalis anima dignior stellis est, nā actio earum ei minime accidit nisi cum ignorātia teneatur. dum enim illam scierit eam omnino caueat. quod testificatur ab eo quod videmus ab optimis mathematicis qui cum certisſime nouerint dies periculum mortis inferētes eis qui in mare ingrediuntur satis posſunt eos tueri. similiter & eos qui in bello morituri sunt. in quo quidem homo differt ab animalibus, nam rationis & intellectus est semper inquirere bona & desiderare, & mala respuere eisque repugnare, quia non est subditus naturali actioni & pestilentiali desiderio nisi cum ignorantia tentus est, sed cū scit & discernit bonum à malo uerum à falso & iustum ab iniusto, quęrit bonam partem quę est eis similis, unde homo est, & spernit malam quę non est ei similis unde est animal.

De

De feb. uariolarum quæ fere omnibus accidunt. Cap. XXVII.

CAusa uariolarum omnibus aut pluribus nascentium materia est in cōpositione fętus in vulua existentis, quam natura in quibusdam locis clausit à principalibus membris remotis cutiq; uicinantibus propter debilitatem membrorum fœtus qualitatem materiæ illius nōn sustinentium, quæ cum mouentur propter aliquod exteriorum sicut propter pessimos chimos, aut corruptum aerem à suo loco egreditur cum natura repugnans expellit eam ad cutem, quia sibi vicina est. hac de causa fiunt uariolę, nec ullus remanet quin eas habeat, quia earum materia fit in conceptione fętus. & plurimum adolescentulis & pueris fiunt raro iuuenibus & senibus, decrepitis uero nunquam. impossibile est illam materiam in corpore, usq; ad decrepitam manere propter mutationem ętatis temporis exercitiorum & cibariorum & cæterarum diuersitatum, quia natura eam assuefecit. vnde non mouet illam nisi cum ipsa per se mouetur. Ideo adolescentuli & pueri plurimum hoc patiuntur, quia sunt gulosi & cibos inordinate sumunt, neq; caueant aerem aliquem neq; accidentia & istis quibus cal. & humida complexio dominatur, quę est putredini familiaris & conueniens. signa, quarum nōdum apparentium hæc sunt dolor capitis in initio feb. rubor & tumor faciei turbulentia oculorum & lachrymę capitis grauitas totiusq; corporis, pudor in naribus sternutatio pectoris asperitas uocis raucitas pūctio in corpore quasi ex acubus infixis, quia materia uolens egredi cutem & carnem separat ut facilius exeat. sed plurimum in tertio die egreditur, & aliquando in principio uel secundo festinat propter magnitudinem caloris feb. Sed uariolę quatuor modis sunt, aut de puro sanguine aut phlegmatico aut cholerico, aut melācholico. Quæ de puro sanguine fiūt sunt rubeę superius acutæ, & inferius latę citoq; maturantur, & in saniem conuertuntur, suntq; salubres, quia materia earum & sanguis est amicus naturæ & digestioni obediens quia ca. & hu. est. Si sint cholericę sunt citrinitati pertinentes paruę rotundę capita eorum acuta & quasi acus pungitiua propter acumen materiæ earū, proinde signa earum sunt ad timorem & ad salutem dubia, quia si laudabilia signa eas sint concomitantia, sicut coctio digestionis in vrina in die cretico apparens & feb. atque sitis mitigentur & uariolę aperientur & ab eis humiditas effluat bonū nunciant, contrarię si sint contraria signa. Si fuerint phlegmaticæ sunt albæ latæ lenes duræq; ad digerendum uel sunt indigestibiles quarum materia sub cute putrefacta nimius sub cute pudor generatur maxime si phlegmata falsa fuerint, aut prurire cœperint discoriantur & fluit ex eis putredo ęruginosa. quod nunciat mortem maxime si urina cruda sit. Melancholicę autem in initio sunt liuidæ postea uenetæ, deinde nigræ in quibus nō coadunatur humiditas, sunt enim par uæ duræ quasi duræ verrucæ, unde sunt pessimæ quia nullam habent qualitatem quæ maturari, aut humores recipere ualeant vnde siccantur & finduntur, unde generatur syncopis alienatio & defectio, quibus apparētibus nūciāda est mors. Sufficit quantum disputauimus de uariolis incipiamus de cura synochi.

De cura synochorum. Cap. XXVIII.

QVia hæc feb. fit de putrido sanguine in uasis decet phlebotomia priusquam non putrefactus sanguis putrefiat, prius tamen considerata uirtute ętate tempore regione & cōsuetudine an sint conuenientia. deinde minuatur sanguis ante statum. quia phlebotomia omnibus curis synochi & synochæ est utilior, synochæ tamen cōuenientior, quia sanguis eius purus est. ꝙ si omnia supradicta sint conuenientia, uirtus quoq; non sit imbecilis his succurrēdum est. Item omnibus supradictis bonis & uirtute existente debili ne temerarie sanguis minuatur, sicut diximus in cura synochi in qua monstrauimus sanguinem nō debere minui in statu nec in augmento, quia inde natura impeditur. Nā uirtus licet in his utriusq; feb. sit fortis in augmento tamen & in statu non oportet nos ea credere in initio morbi nisi uirtus obstiterit minuatur. Si autem in initio non audemus extinguamus acumen sanguinis cum succo mala. gran. oxifœnitia & similibus, damus ptisanum cum amigd. & zaccara. Si sint coustipati humefiant cum refrigeratiuis attenuatiuis & dissolutiuis, quia licet hæc feb. sit acuta, putredo tamen eius oppilationem generat. vnde nisi refrigeratiua attenuatiua dederimus & dissolutiua, putredo augmentatur, & morbus necessario confortatur. Solis enim datis refrigeratiuis, putredo augmentatur, quia refrigeratiua nō dissoluunt, demus ergo attenuatiua refrigeratiua dissolutiua putredinem cum urina & egestione & sudore prouocantia, nisi cum materia acutissima est, (sanguis enim in hac feb. aut est acutissimus & cholericus, aut grauis & phlegmaticus, aut medius. Si est acutissimus, damus frigida & acumen extinguentia sicut psilium succum granatorum oxifœniciam syrupum prunorum vio. casię fist. mannā & similia, ptisanum quoq; colatum & panem lotum. Si autem medius dandæ sunt iuiubę pro oxifœnitia ptisanum panem lotum & similia. Item si sit grossus & phlegmaticus, dabimus succū lupini uel endiuiæ cum mānna casiafist. & similia. Clysterizentur & pessaria faciamus. Si dolorem capitis patiuntur, nares humefiant cum oleo uiol. & nenufarino temporibus,

ribus imponatur oleum roſ.cũ aceto, pedes quoque infundantur in aqua calida, in qua cocta ſint camomill. & uiol. Si habeant uigilias, fronti ponemus aquam in qua cocta ſint cortices papaueris ſe. lactucæ lactuca uiola & ſimilia. Cataplaſmetur caput ex ſucco uiol. portulacæ ſemperuiuæ cũ oleo uiol. nenufarino & ſimilibus. Quod ſi ſentiũt in uentre acumen aut punctũram, accipiant ſuccum cucumeris, & mal. grana. damus etiam ſuccum melonis paleſtini eiuſq; carnem, dolore capitis non ceſſante, fundamus in eo lac mulieris cum oleo uiol. pedes & crura in aqua mittantur, in qua cocta ſint camomill. & uiol. crura eorum ligentur, quia trahit materiam à ſuperioribus ad inferiora. Si ſtupor eſt mentis, nec oculos poſſint aperire calefiant capita eorũ cũ aqua in qua cocta ſint camomill. centaurea mel lilotum uiola & ſimilia. Si uirtus ſit defecta & cal. fortis calefiat ſolummodo cum camomilla & uiol. fiãt circa eum ſonitus delectabiles & dulces ad audiendum de genere muſicorum, quia anima delectatur & confortatur & natura ad diſſoluendum materiam excitatur. Sed quidam arbitrantur naturam ex hoc impediri adeo ut materiam nequeat digerere ſicut cibus & medicina, quod falſum eſt. natura enim non impeditur niſi ex digerenda re & mundificanda, ea igitur quibus nõ impeditur cõfortãt eam, ita dico ſi in eis delectet. Quod ſi dixerint de pharmacia cur pharmaciam accipientes prohibeas ne ad aliquid cogitandũ ſe impediant ne ad aliquid cogitandũ mentes inducant, quia dicitis naturã offendi in diuidendam materiã & eam digerendũ propter eorum impedimentum. Reſpondemus inter hęc duo magna eſt differentia. quia anima ſi in cogitatione aut aliqua re fuerit dedita coadunat in ſe uirtutes, unde ad actiones operandas natura impeditur. Sed ſonitus delectabiles ecõtra habentur. nihil enim animę aut naturæ impediunt niſi ſolam delectationem qua confortantur & fortiores fiunt. hoc ſic teſtatur, uidemus enim in adoleſcentulis cum aliquos faciamus eis delectabiles ſonitus ſtatim furor eorum mitigatur & ſomnus eis prouocatur. Quod ſi patientes ſurgentes à ſtupore huc & illuc ſe uertãt modo in uno latere, modo in alio, & cum magna anguſtia, peſſimum denotat ſignum & mortis nunciatiuum. Quod ſi habuerint inflationem & ſonum quaſi tympani & poſt uentris ſolutionem & inflatio non ceſſauerit, ſit certius ſignum ad mortem, quia ſignificat peſtilentialem fumũ ſicut eſt inflatio mortuorum cum naturalis cal. eſt ab eis ablatus. Quod ſi in corpore quædã puſtulæ appareant liuidæ aut nigræ, ſit peſſimum ſignum, maxime ſi principalibus membris ſint uicinæ. Quod ſi his accidentibus careant & patiantur fluxum ſanguinis de naribus & uirtus ſit bona febriſq; mitigata, & morbus ſit in declinatione, cephalica incidatur. quoniã ille morbus ſanguineus eſt & minutionem ſuſtinet, quibus non ſufficientibus curentur ex medicina quam diximus in cura fluxus ſanguinis qui eſt in cauſon. Si patiantur cordis tremorem imponimus ſtomacho ſand. farinam hordei maluam camph. cinerem fornacis fabrorum temperatum cum ſuccis portul. ſemperuiuę citruli arnogloſſa & aceto. In eorum manſione ſternantur frondes uitium mirthę ſalicis baſilicon, & uaſa aqua plena in circuitu manſionis mittantur. Cathaplaſmetur uenter ex oleo ro. cucurb. cucu. & ſimilibus. Clyſterizentur ex ſuccis cucu. cuſcutę vuæ agreſtis ſucco arnogloſſę cũ oleo ro. Quod ſi hæc fe. ſit propter apoſte. aut eriſipilas accipiant ſuccũ ſolatri coctum & diſtemperatum cum caſiafiſt. manna uiol. zaccara. ponantur ſuper apoſtema ſand. roſæ maluæ memitha ſolatrum coriandrũ. Si calor eſt fortis aliquid croci miſceamus. Qđ ſi apoſtema ſit de actione naturæ & ſecundum criſim ponimus diſſolutiua ſicut memithã maluam, camo. crocum ſolatrum & ſimilia. Si autem hæc feb. ſit propter uariolas & deſudationem & poteſt ſciri per ſigna quæ diximus in initio morbi oculi rigentur, lauentur ergo cum iure oliuę & ſucco granatorum acetoſorum. Deinde lauentur aqua roſ. ſumac & antimonio cum campho. temperatis cum ſucco coriandri ut mũdificetur eorum putredo. Apozima ad expellendas uariolas. Rec. laccæ. drag. 5. lentis mundatę drag. 6. dragraganti drag. 3. coquantur in tribus lib. aquæ ad tertiã & dabis potui guttatim. In fe. non forti iungantur huic apozimati. Rec. ſucci maratri. drag. 2. detur quoq; apozi. mara. apij cimini rodozaccaræ & croci & gargarizentur. & etiam accipiant ptiſanum criſolocannam cucurbitam portulacam bliter. humefiat uenter ſi ſit neceſſe in prima hebdomada cum manna caſiafiſt. rodozaccara & ſimilibus. Solutio uentris huic paſſioni ſolet euenire ſponte, quia materia cum ſui acumine pungit inteſtina, vnde ſolutio ſit quibus artificiali ſolutione cauendum eſt & ab acutis & ſalſis, accipiant granata uuas pira coctana & ſimilia. Si hyems frigidum ue tempus fuerit habeant focum cum lignis uitium & tamariſcis. uariol. autem deficcatis ſi neceſſe eſt balneentur cum farina hordei rizi milio & ſimilibus. Si habent ſolutionem uentris accipiant troci ſcum ſpodij qui. Rec. gummi boli ana. drag. 3. amidi. drag. 2. & ſem. berbę. ſpodij ro. ana. drag. 3. ſem. herbæ acetoſæ. drag. 4. mirtæ. drag. 2. croci. drag. 1. tempera cum ſucco citoniæ, & da potui mixtos cum ſucco coctanorum. Quod ſi uariolę ſint plumbeæ & ſuperficietenus latæ aut nigræ mortales ſunt. ſi autem in fine ſynochi uis reliquias purgare & extinguere da trociſcos ſynochi reliquias extinguentes. Rec. ſpodij. drag. 3. ſem. portul. cucu. ana. drag. 4. ſe. cucurb. citru-

li ana.drag.3.gum.draga.amidi.ana.drag.2.berberis.drag.3.liquiri.drag.5.tempera cum aqua ro.potetur cum succo granatorum & similium.

De causa putridæ febris. Cap. XXIX.

Quia causa feb.putridę cal.est extra naturam operans in fęce chimorum, quæ fit de tertia digestione in omnibus membris corporis existente, quæ fæx inest, quia omnia quæ accipimus siue sit potus siue cibus non sunt omnino laudabilia, unde cibi uenientes ad stomachum facti quasi ptisanum, hæpar trahit colamentum eius ad se quod digestum est, & in sanguinem conuersum mandatur membris ut ex eo nutriātur quod suæ complexioni conuenit. fæx autem quia non conuenit per poros cum sudore & fumo expellitur. Quod si membra fuerint defecta ad expellendū fęcem propter mutationem suarum complexionum uel compositionum, aut propter oppilationem pororum aut propter grauitatem materię, si fuerit in quantitate multa, aut grossa, aut uiscosa, fæx permanet in concauitate membrorum & raritate eorum, sicut pulmonis & splenis, & concauitate stomachi uenarum & similium, quę si moueantur in quibusdam temporibus, uel mala cibaria qualitatem eius augmentātia, aut propter aeris mutationem & similium, odio tenetur à natura propter suam corruptionem nec regit eam. quę sine regimento permanens calefit interiori calore & sua fumositate proinde bullit & putresit, sicut humores cadauerum bullientes corrumpuntur & putrefiunt cum naturalem perdiderint calorem & regimentum naturæ, quę putrefacta generat feb. secundum uiam conculcationis: vnde nomen accipit à suo elemento. Si.n. materia fuerit cholerica tertianam ueram generat duodecim horas tenens. & .36. quiescens. Si sit phlegmatica amphimerinam faciat. 18. se mouens horis, & sex quiescens. Quod si melancholica quartanam generat quæ. 24. horis mouetur. & .48. quiescit. Causa diuersitatis harum grauitas & leuitas est materiæ ad putredinem conuenientis. Nam omnis putredo non fit nisi cum calore & humiditate. quæcunq; ergo materia huius fuerit complexionis, aut ei vicina sit facilior est ad putredinem, contraria uero econtrario. Vnde quartana quia materia frigida est & sicca, & causa putredinis est ca. & hu. repugnat putredini cum utraq; qualitate sui. dimissio ergo eius est. 48. horis & motio. 24. necesse est enim ut calor extraneus. 24. horas habeat in mutanda alia qualitate. Quod si quidam sophistę nos reprehēdant dicentes. Quare iste terminus ideo non maior uel minor est 24. horis & non plus neq; minus: quia omne quod construitur quod est sub lunari circulo est ex. 4. elementis adinuicem oppositis, destruere.n. est conuersio unius in aliud. verbi gratia. elemēta mutantur in cibum, cibus in humores, humores in membra. Item cum destruitur corpus, humores reuertuntur ad aquā. spiritus ad aerem, calor ad ignem, ossa ad terram. Actio quoq; elementorum fit propter motum lunę solis omniumq; stellarum motum habentium. Sol quoq; est causa cæterorum & dominator & cursus eius ab ortu suo exiens ad eundem rediens nō manet nisi. 24. horis. vnde si materia in aliqua parte putredini obediat, fit tempus accessionis citius. Ideoq; tertiana, quia calidæ siccęq; materiæ est, & cū una qualitate. i. calore conueniit & cum alia non, necessario calor extraneus moratur. 36. horis in mutanda illius siccitate in putredinem. Vnde reprehendimur quare calor extraneus in quartana moretur. 24. horis ad unam qualitatem. i. siccitatem. & in tertiana ad eandem qualitatem moretur. 36. Respondemus siccitas corporis duobus modis est, aut cum calore vel frigiditate. calor autem deficcat corpus, quia illud rarificat & humores deficcat. frigiditas uero materiam coadunat & congelat. vnde humor in ea clauditur ad quem calore extraneo accedente constipato aperitur materia & humor eius defluit putredini obediens. In ea autem quæ propter calorem est deficcata, quia humores non sunt in eo clausi nec coagulati necessario calor extraneus in eo tardatur in ea liquefacienda & diuidenda. Similiter si opposuerint de amphimerino, cur amphimerinus sit facilior ad putredinem quàm tertiana, cum etiā repugnet putredini cum una qualitate. i. frigiditate. Respondemus phlegma est sanguis semicoctus & in albedinem & frigiditatem mutatū. videmus enim naturam mutare materialem sanguinē in lac in mamillis & in testiculis sperma. Ideoq; natura mandauit phlegma cum sanguine per totum corpus, neq; clausit illud in aliquo membro, nec loco sicut utranque cho. quia aliquando corpus ex eo nutritur cum paupertatem sanguinis habuerit. Igitur phlegma est continuatim obediens putredini sicut sanguis. & nō differt nisi propter paruitatem suæ frigiditatis in qua calor extraneus aliquāto tempore moratur in mutando illius qualitatem in putredinem. Præterea dicimus hanc fe. tertianā de cholerico chimo & putrido nasci propter id qđ diximus: quia cho. ru. cum dominatur corpori, aut putrefit aut non. quæ nō putrefit, aut est in uno mēbro, aut in toto corpore. si fit ī toto corpore, generat ictericiam sine fe. quæ aūt est in quibusdam mēbris facit tertianā putrefactam. Aut est ī toto corpore, aut in uno mēbro. si fit in uno mēbro generat apostema quod dicitur crisipila. si fit ī toto corpore, est ut intra uasa, aut extra. si fit intra uasa, aut generat tertianam sine rigorē, aut causon. Si fit extra uasa faciet tertianam interpolatam. ea enim materia quæ est intra uasa non facict

ciet rigorem eo ꝙ eſt clauſa in uaſis, non potēs tranſire per loca ſenſibilia & pungere ea. Rigor enim non eſt aliud quàm materia pungens mē bra ſenſibilia. Sed hæc ſe. licet intra uaſa ſit cum interpolatione, in die tamen remisſionis nō quieſcit ſicut ea quæ fit extra uaſa, quia eius materia eſt mixta cum ſanguine & cum eo mouetur. ſed tamen in die tranquilla quieſcit & mitigatur aliquantulum. vnde à die exacerbationis deſtruit Quæ itaq; feb. à cauſone differt. quia materia tertianę continuę intra uaſa exiſtens continua eſt in omnibus uenis corporis. ſed materia cauſon plurimum conſiſtit in uenis cordi uicinantibus ſicut ſunt uenę oris ſtomachi hæpatis & pulmonis, proinde eſt acutior & moleſtior. materia autem tertianę feruentior eſt alijs in locis corporis quàm in illis, ſed tamea hæ utręque febres concordant adinuicem, quia materia utriuſq; eſt cho. utraq; etiam eſt continua, cauſon tamen aliquando fit de ſalſo phlegmate ſicut Hippoc. in epidima. feb. inquit quędam eſt amara & quædam ſalſa. Tertiana uero quæ habet interpolationem intelligitur cum tribus ſignificationibus, quas Gal. oſtendit in re naturali non naturali & contra naturam. Naturalis uero ut eſt etas complexio. non naturalis quemadmodum tempus aer regio. res extra naturam uelut occaſiones quæ creant morbi naturam quę ſunt infirmi accidentia & medici ſignificationes ſicut rigor frigiditas & tarditas accesſionis & alia ſimilia. Per rem naturalem ſic cognoſcitur, quia plurimum patitur hanc febr. cuius complexio calida eſt & ſicca, ætas iuuentus a. 25. annis uſq; ad 35. maxime ſi fuerit macilentus & criſpos pilos habuerit corpus ratum. Per non naturalem rem cognoſcitur, quia plurimum oritur in æſtate cū aer fuerit mutatus in calorem & ſiccitatem. Similiter & regio exercitium infirmi, & ſi in ſua ſanitate fuerat laborioſus & ipſe ſtudioſus ac ſolicitus, quoniam natura temporum anni eſt quaſi natura complexionis infirmi, & ſi complexio humana aliquid ſignificat, neceſſe eſt id natura temporum oſtendat. & natura aeris quaſi natura patientis. natura regionis eſt quaſi natura ętatis, vnde quodcunq; hoc ſignificant neceſſario idem illa nunciant. Similiter labor & ſolitudo ſunt quaſi macilentia & extenuatio: macilentia enim calorem & ſiccitatem ſignificat, & ſolicitudo atq; labor faciunt calorem. De re extra naturam ſic intelligitur, ſunt enim quędam in quibuſdam quibus hęc feb. cognoſcitur, quia hęc feb. de materia cholerica cali. & ſic. eſt & uicina ſenſualibus membris, neceſſe eſt eam pręcedat rigor moleſtisſimus pungitiuus quaſi acus aut ſpinę. Acumen enim cholerę rubeæ tranſiēs per ſenſibilia membra quæ non fuerant aſſueta pungit ea & generat tremorem qui rigor dicitur, hoc teſtificatur, quia ſi aqua calida in cholerica corpora inciderit priuſquam eis fuerat aſſueta tremorem patiuntur & repugnant aquæ, ſed eam aſſuefacientia utraque una res efficitur propter ſocietatem quam habent in calore, quia ſi materia cholerica tanti fuerit acuminis ꝙ mēbra ſenſibilia per eam ſuperētur, natura fugit ad interiora corporis propter illam rem nociuam, unde exteriora infrigidantur quouſq; materia calefiat & ferueat eiuſq; calor per totum corpus diuidatur. Cum ita ſit neceſſe eſt patiantur infirmi incenſionem & nimium calorem ſitim uigiliam dolorem capitis ſiue grauitatem & ſentiāt punctionē in hæpat & acutie fumi de cute egrediuntur appetitū perdant, & aliquando eorum extremitates refrigerantur propter nimietatem anguſtiæ & delectantur pānos quibus ſunt cooperti expellere aut eis in aqua infuſis ſe induere, maxime ſi fuerit in quarta accesſione, tūc enim eſt ultimitas & ſtat morbi. cunq; uenerit in fine quartæ accesſionis diſſoluitur materia cum ſudore ſi fuerit ſubtilis & leuis, aut cum egeſtione ſi fuerit groſſa & grauis. Solet etiam huic febr. vomitus euenire cholericus & tincta egeſtio maxime in tertia aut quarta accesſione, proinde cauere oportet ne in his temporibus detur pharmacia, quia natura per ſe purgat materiā in his temporibus. Quod ſi hæc feb. ſine aliquorum humorum commixtione fuerit, hæc ſigna apparent pura & ſimpla. Si autem feb. commixta & eius ſigna ſunt compoſita ſecundum commixtionem materiæ, ſed ſi principio diei huius fe. ſigna apparent perfectam digeſtionem oſtendentia, finitur in tertia accesſione, quæ ſi non fuerint perfecta complentur in quarta. Rurſus ſi digeſtio fuerit debilis in ſeptima finitur accesſione. ꝙ ſi nullum ſignum coctionis demoſtrantiuum apparuerit fit feb. diuturna & monſtratur eſſe nō uera, quæ ſi fuerit uera eius accesſio ut multū. 12. horas tenet & dimisſio. 36. & finitur in. 7. peryodis qui ſunt. 14. dies. ꝙ ſi acesſio. 12. horas tranſierit &. 7. peryodos intelligitur non eſſe uera. vrina patientium hanc feb. eſt rubicunda ignea ſubtilis. cauſa ruboris calor eſt cholerę, cauſa ſubtilitatis eius ſiccitas eſt cholerę. Pulſus in initio aceſſionis priuſquam calor fuerit per corpus diſpertitus paruus & ſubtilis propter naturam ad corporis interiora ſe coadunantem, ſed calore in toto corpore diuiſo & accesſione ad ultimitatem appropinquante fit pulſus magnus & uelox, ſed tamen uirtus eius fortior eſt in dilatatione quàm in conſtrictione propter multitudinem fumi ad interiora corporis accumulatam in qua natura laborat vt extrinſecus eam expellat ueløciter. Sufficit quantum diximus de ſignis tertianæ feb. oportet nos plane dicere qualiter & quomodo chol. ru. recipit putredinem cū eius natura ſit calida & ſicca. Diximus quia putredo nō eſt niſi caliditas & humiditas ſint coniunctę.

iunctę. Item dicimus quod siccitas fit tribus modis, aut .n. sicca est in natura, aut in substātia aut in vtroq;, quia quędā sūt naturaliter sicca & substātia eorū est liquida sicut mel vinū chol.ru. aqua salsa & similia. Sūt quædam ēt in natura humida & in substantia sicca & dura sicut piper longum zinziber & similia. Sunt & alia in substantia & natura sicca & dura sicut lapis ferrum & similia. Quod ergo in substantia est siccū, in natura humidum recipit putredinē, quia calor extraneus humiditatem in eo inueniens dilatat eam faciēs eā fluere. Item diximus quod oīs bullitio & perturbatio quæ sunt extra actionē naturę faciunt putredinem. Quod ēt in natura est siccum & in substantia liquidū, suscipit putredinē quia calor extraneus inueniens liquorē in eius substantia, facit eum fluere. Quod aūt in substātia & naturaliter siccum est nunquam recipit putredinem, nam ex utraq; parte siccum est, proinde calor extraneus in ea nullam recipiens humiditatem fit cā eam sicciorē & duriorē facere. Palā ergo intelligimus quia quod in suo corpore erit humidum suscipit putredinē, licet naturaliter sit siccū, vnde cholera rubea licet in substantia sit liquida in natura tñ est sicca, recipit ergo putredinē, similiter & cholera. Palā igitur est quia chola.rub.& nig. non recipiunt putredinē propter earū cōplexionē & naturā, sed propter substantialem humiditatē illarū atq; liquorē. Et quia cōpleuimus cām putredinis cho.ru. absolute oportet nos diffinire spēm chole. ru. quæ recipit putredinē, & eam quæ nō. Vnde dicimus chole. rub. modis diuersis esse, aut est naturalis aut nō naturalis. Naturalis est rufa habitans in fęlle. & virtus eius ī hæpate. Nō naturalis in stomacho, est tñ diuersa, quia quędā vitellina est, alia crocea, alia prasina, & alia æruginosa. Vitellina & crocea minoris sunt caloris & siccitatis quàm rufa quæ est natural. prasina & æruginosa maiorē habent calorē & siccitatē quā naturalis. cā quia naturalis chol. ad stomachum ueniens miscetur cum humoribus in stomacho existentibus, qui si fuerint laudabiles & tēperati sicut humores qui oriuntur de pane bene fermētato annuali agno hædulo lac adhuc sugente conuertitur in cholerā croceam naturali vicinantem. Quod si humores quibus cholera est commixta ad frigiditatē & humiditatem pertinentes sint sicut eis qui nascuntur de piscibus & fructibus mutatur chol. ī uitellinam. Ideoq; uitellina minus est cali. & sicca quā crocea, & crocea minus quā rufa. Quod si inuenerit humores in stomacho calidos & acutos sicut qui generantur de pipere sinapi porris allijs & similibus augmentatur calor chol. fitq; prasij coloris. Si autem illa chol. in suo permanserit acumine & calefaciat eam calor extraneus sicut calor temporis aut aliarū rerum incēditur fitq; ęruginosa. Crocea iterum aliquando nascitur in hæpate cum sanguis humidior fit quàm decet, proinde natural. chol. in iuuenibus est in sa senibus aūt & pueris est crocea, senioribus est uitellina. Prasina autem impossibile est in hępate generetur, neq; transitā stomacho neq; generat fe. quia tanto tempore in corpore & permanet ut putrefiat & feb. generet, natura.n. semper se adiuuat ut eā à corpore expellat propter eius malignitatem. Quod si natura defecerit eam expellere nequiens incenditur corpus & homo moritur. Igitur si talia de prasina accidunt tanto maiora & certiora de æruginosa eueniunt, necesse est ergo ut rufa crocea & uitellina recipiāt putredinē & fe. generēt. Sed si materia fe. fuerit uera cho. rufa generatur causon. si fuerit crocea fit tertiana, si est uitellina nascitur hæmitriteus.

De febre tertiana & eius cura. Cap. XXX.

Febris tertiana molestior est cęteris putridis febr. propter acumē eius materię, & quia causon uicina quæ cum fuerit uerā fit eius crisis in septē peryodis sicut Hippo. dixit, si non sit una trā siet hunc terminum & secundum materiā cum qua misceē fit longitudo suæ determinationis, quæ aliquando incipit in autūno & dimittit in uere. solent etiam patientibus euenire in nocte antequam accessio euenerit angustia & vigilia, veniente autem accessione accidit parua frigitudo sitis & calor. prima quidem accessio. 4. horis permanet aut. 6. aut. 7. deinde dissoluitur cum aliquanto sudoris. Causa sudoris in prima accessione subtilitas est materię. Paruitas eius ē duobus modis. Vno quia materia non bene digesta est. alio quia calor fe. desiccat & cōuertit eum in fumum, unde sudor paucus apparet. Secundę autem accessionis accidentia sunt quasi primę sed tñ longiora, quia permanet. 10. horis, ueniente uero tertia exacerbatione molestatur, natura est.n. nunciatiua. Ideoque significationes apparent mostrantes uia fęces perturbari & bulli incipiunt.i. dolor capitis nimia incensio angustia sitis uomitus cholericus. Veniente quidem quarta accessione induratur & augmentatur fe. quia status morbi est vicinus. Idcirco dolor capitis augmentatur & fiunt sitis uomitus angustia defectio siccitas labiorum rubor oculorum & aliquādo cutis faciei fit liuida aut nigra, & aliquādo natura cholericam prouocat egestionem secundum crisim quia dies cretica est & moratur accessio. 12. horis. & aliqñ. 14. si materia fuerit grossa, deinde cum nimietate sudoris dissoluitur maxime si egestio fuerit ex contrario, quia hæc materia solet dissolui in accessione. Quod si materia subtilis fuerit atq; leuis expellit per poros cū sudore, si est grauis cū egestione, mediocris existens cum uomitu eijcitur, his itaque accidentibus transactis infirmus quiescit & confortatur. Quinta autem accessione accedente patiens est minoris molestationis quàm

fuerit in quarta,licet.n.moleſtatio tertię acceſ-
ſionis malignitati vicinatur. Sexta autem acceſ-
ſio debilior eſt & modicum ſuorum accidentiũ.
apparet.Septima autem accesſio ut multum.12.
horis permanet,deinde ab infirmo cedit oĩs mo
leſtatio & anguſtia & ipſe ualde ab ægritudine
egredit̃.Et aliqñ hæc fe. ĩ tertia accesſione finit̃,
& nõnunq̃ in.4.ſed plurimum in.7.quod intelli
gitur ex ſignificatione in vrina alijsq́; locis ſicut
diximus apparentibus. ꝙ ſi in prima die appa-
ruerint erit breuis, ſi aut poſtea tardabit̃, ſed tñ
ſi uera fuerit non tranſit.7.peryodos ſicut Hip-
po. determinauit .Vnde oportet medicum in
hac fe.ſe cauere ab initio ut nõ det infirmo rem
eum calefacientem ne materia calefacta cum
ſuo acumine caput ſaliat & fręneſim generet,fiat
q́ue timor & moleſtatio peiores quàm materia
qua generatur. Rubeæ enim choleræ acumen &
uelocitas non ſuſtinet medici ignorantiam & in
firmi ſtultitiam.Vtilius autem huius curamen-
tum taliter eſt ut in primis perquiratur virtus v-
trum ſit fortis uel non,quæ ſi fortis fuerit & ma
teria morbi furioſa catarthicum dari conuenit
chole.rub. purgans eiusq́ue acumen extinguens
ſicut de oxifęnicia.drag.2.pruna.20.mirabol.ci
tri.vnc.1.caſiæſi.drag.5.manna & his ſimilibus.
Si autem egeſtio eorum ſtiptica fuerit & eſt ne-
cesſitas eã liquidam faciendi aliquantulum dya
grid. oportet miſceri,ſed nõ in dij accesſionis ca
tarthicum det̃, ſed aut die prima aut tertia aut
quarta die. Cauendum etiã eſt quãtũ plus põt
fieri ne impediat̃ natura in die accesſiõis volens
morbo repugnare & materiã eius expellere cũ
catarthico aut cibo. Sufficit autem in accesſione
pſilium cum ſucco mal. grana.aut ſyrup.aliquis
ſit ei cõueniens,ſed hæc danda ſunt cum nimius
aut fortis ſit calor & ſitis. Si autem taliter nõ ex
titerint ſufficit ſolus ſyrupus, quia pſiliũ aliqñ
congelat & ĩdurat materiam.Si autem accesſio
inceperit poſt prandium ſufficit infirmo ſolus ſi
rupus ei datus mane,fe.quidem trãſacta ei ptiſa
num det̃,veſpere panis lotus cum zaccara.Qđ ſi
accesſio ad medium diem incæperit matutino
ptiſanum accipiat neq; ſumat aliud niſi fe. ceſſa
uerit.Pretereunte quidem fe.panem cũ zaccara
accipiat.Si autem feb. in veſpere aut prima no-
ctis hora inceperit mane ſumat ptiſanum, & cũ
fe.ceſſauerit panem lotũ.Sed cauere oportet ne
in hora accesſiõis aliq̃d ei tribuat̃ nec tribus ho
ris ante quàm accesſio uenerit, quia ſi aliquid ĩ
hora accesſionis acceperit ſtomachus illud euo
mit,q̃a tunc tẽporibus ſtomachus mouet̃ ad ex-
pellendũ putredinis materiã q̃ in eo cõtinet̃. Vñ
ſi tempore accesſionis uicinante aliquid datum
fuerit fit caloris fe.augmentum & materiam in-
groſſat & põderoſam eam facit.eſt.n.febris qua
ſi oleum ardenti lampadi. Quod ſi in initio hu-
ius fe.non audebis dare catarthicum propter uir

tutis defectionẽ aut propter paruitatem ætatis
& aerem da ĩ die quietis mannam caſiãſi. viol.
zucca.oxifęni.pruna rodozacca.in die autẽ ac-
cesſiõis ſuccum mal.gra. cum pſilio.ꝙ ſi hæc nõ
ſuffecerint ſuppoſitoriũ neceſſe eſt fiat de licio
nitro dyagridio zucca. & his ſimilibus. his uero
nõ ſufficiẽtibus clyſtere fiat de hordeo mũdato
uiol.malua bleta ſebeſten furfure obſomog.zuc
ca.ole.uiol.nitro ſale cõi dyagridio. Qđ ſi quin
que dies tranſierit patiens & morbus ad ultimi
tatẽ uenerit prohibe cibũ & da infirmo ſolũ pti
ſanum mane, ueſpere panem lotum cum zucca.
Eodem modo dięta in. 5. 6. die utatur ſicut in
die accesſionis fecerit, ut ueniente.7. corpus ſit
inanitum & natura libera posſit morbo reſiſte-
re nullum habens impedimentum, & in .6. ſo-
lum accipiat ptiſanum mane ſi acesſio ad 6. eſt
uentura. Quod ſi aliqua fuerit ſuſpitio ne cibus
in ſtomacho augmentetur propter ſui inanitio-
nem extingue cathamodicum cum ſucco mal.
grana. & melonibus paleſtinis. feb. autem miti
gata & anguſtia & incenſione ab infirmo ceden
tibus ſi punctionem in ore ſtomachi ſentiat acci
piat panem lotum cum aqua aut colatum aut ſo
lum aut cum modico zucca. Si gulæ ſiccitatem
aut incenſionem habuerit in palato gargarizet
ſuccum cucu. & pſiliũ potet & apozima pruno
rum & oxifęni.ſi dolorẽ capitis patitur humecta
nares cum oleo viol.caput infundatur de mulie
bri lacte uel aſinino uel caprino,emplaſtrum de
pſilio ſuppone capiti,pſiliũ lotum & parũ aquæ
ro.miſce & diu agita donec incipiat inſpiſſari &
ſuperpone fronti & temporibus uel ſandalos al
bos, fricentur in teſta intincta aquæ ro.& ex eo
quod inde elicietur.fiãt trociſci.3. admixto mo
dico camphoræ & ſiccati cõficiantur cum aquæ
ro.& ſterne,& cũ fæces ſucceſſerint aqua ſuper-
natante intingatur pannus & ſuperponat̃ tem-
poribus & frõti.& ſuperponatur temporibus o-
leum ro.aut uiol.cum aceto mixtum infundatur
Si aũt ſiccitas augmentata capiti dominetur,& ĩ
firmus alienationẽ patiat̃, ſternutationẽ fac cũ
oleis & lacte q̃ dicturi ſumus,lauet̃ etiã caput ex
eis,pedes ẽt & crura mittant̃ in aqua in qua co-
cta fuerint uiol.papaueris cortex lactuca & ali-
quantulũ camomillæ, ex hac aqua ſi fuerit neceſ
ſitas lauetur caput.Quod ſi in die ſeptima ſolu-
tio aut uomitus uenerit ſitq; ex actione naturæ
nullum artificiale ingeniũ oportet coaptari quo
uſq; ſolutio permanſerit ſi fuerit unde oportet
& ſecundũ ꝙ oportet,& quantũ natura ſuſtinue
rit. oportet nos mitigare incẽſionẽ ſtomachi cũ
ſyrupo mal.grana.aut uiol.& ſpodio, ſed ſi aug
mentet̃ fe.ſitis & defectio in ultimitate ſtatus &
mutetur pulſus in calidũ & uelocẽ & inordina-
tũ.urina uero fiat rubicũda & incẽſa & infirmus
ſit puſillanimus aut timidus quouſque uideris
cãm uenire quam tũ oportet & ſecundũ ꝙ opor

tet. Quod ſi uentris ſolutio augmentabitur ſitq́; neceſſitas vt cōfortet̄ natura cū cibo, dabis ptiſanū factū de hordeo aſſato & panē aſſatū lotū farinā mal.grana.cū aqua ro.& ſi poſt hoc ſolutio nō ceſſauerit da trociſcū de ſpodio cum ſyrupo đ ſucco agreſtis vuę aut de aceto pōi citri. Nutri ri cōuenit de milio riſi cū ſumach & amigd. vſtis & ſimilibus. Bibat mane ieiunus aquā ro. de pane deciſo. Quod ſi cholera ī egeſtione fuerit augmētata, & dubium eſt ne diſcorient inteſtina, & patiēs diſſinteriā patiatur, cōfortētur inteſtina cū.dr.2.& ſe.herbæ acetoſę, & cū clyſteri de ſucco arnogloſſæ virgæ paſtoris ramis portu . oleo ro. terra ſigillata teſtis ouorum aſſatorū & ſimilibus in cauſon dictis. accipiāt pul. gummi boli. terræ ſigillatę an.dr.4.amidi ſpo.an. dr.3.ſe.ma luæ aſſati.ſe.mirtæ an.dr.3.fac puluerē, & dabis. dr.4.cum oleo ro.tēperatas, & cū ſyrupo mirtino & aqua frigi. & cataplaſmet̄ ſtomachus de flore vitium ſalicis mali coctani pirorum, horū oīm flores an.dr.4.galli.dr.2.ro.ſand.rub.panis aphricani an. dra.4. oīa in puluerē redacta cum aqua ro.& ſucco mirtę diſtēperent̄. ſi calorē nimium habuerit modicum cāphorę admiſceatur. mitte in aquā quā potui dabis ſpodium bolum gum.ar.oīa aſſata cum ſumach zucca.& aqua frigida mixta.ſumat citonia zaccarā ſimplicem & diamilon. Quod ſi diſſinteriam patitur, aut ſincopiam aut ictericiā cura cum medicina harum paſſionum quam diximus in cauſon, ibi enim plane diximus quantum oportuit. vnde non eſt opus illud repetamus hic.

De amphimerino. Cap. XXXI.

AMphimerinus de phlegmatico chimo naſcitur, phlegma.n.ſi corporis cōplexioni dominatur, aut putrefit, aut minime. non putrefactum, aut in toto eſt corpore aut in parte. ſi fuerit in toto corpore generat hypoſarcam aut frigid. continuā ſine fe. Cā huius diuerſitatis eſt fortitudo, & defectio membrorum. quia mēbra cum fortia ſint expellunt paulatim illud phlegma neq́; dimittunt illud coadunari ut hypoſarca generetur. ꝙ ſi fuerit de frigida coadunat̄ in corpore, vnde hypoſarca naſcitur. Si āt fuerit in uno loco facit humidum apoſtema quod zimia nuncupat̄, ſi uero fuerit putrefactum, aut eſt in toto corpore, aut in uno mēbro. Si eſt in uno membro generat vulnera aut puſtulas de q̄bus humores fluūt ſanioſi & aquoſi. Si fuerit in toto corpore, aut ē intra vaſa aut extra. Si eſt intrinſecus generat cōtinum amphimerinum ſine rigore ꝑꝑ cām quā ſuperius diximus de alijs humoribus cum fuerint intra vaſa. Si eſt extrinſecus facit amphimerinū cū interpolatione quā tribus modis cognoſcimus ſicut in tertiana diximus. i. naturali nō naturali & extra naturā. Res naturalis eſt ętas, cō plexio. Nō naturalis eſt tēpus regiō aer & artificiū infirmi. Res extra naturā ſunt accidētia q̄ ex hac feb. generantur, quæ ſunt infirmi accidentia medici vero ſignificationes. De re naturali quia hæc febris plurimum accidit frigiditas & humidas habentibus naturas ętatem decrepitam aut pueritiam ꝑꝑ phlegma ſenioribus dominans & defectionem caloris eorum, ut cibaria non digerant ſecundum ꝙ oportet, neq́; ſuperfluitas tertiæ digeſtionis ab eis expellatur. Eodem modo intelligimus de omni corpore cuius complexio ni frigiditas & humiditas dominat̄. pueri vero accidentaliter ſunt phlegmatici propter eorum guloſitatē, quia accipiunt cibum vltra q̄ poſſit calor naturalis pati & eum ēt ſumunt inordinate, vnde humidi chimi ī eorum corporibus augmētant̄ accidētaliter, quia calor naturalis in pueritia fortior eſt q̄ in ceteris ętatibus naturaliter & in iuuenibus abundantior eſt qualitate, ſicut Gal. calor inquit naturalis in pueritia plus eſt in ſubſtātiā quā in qualitate, quia in pueris eſt ſicut ſanguis tēperatus, in iuuenibus ſicut cholera rubea in acumine permanens. Palā ergo eſt in pueris phlegma dominari propter guloſitatē & cibi inordinationē. Sed intelligendū eſt in oībus guloſis cibum potumq́; multum ſumentibus inordinate & maxime ebrietatē aſſueſcentibus, & maxime ſi cibo nōdum digeſto hæc fecerint. Palam ergo eſt quòd hæc febr. naturaliter accidit ſenioribus & eis qui ſimiles habent cōplexiones ſicut glaucis aut rubeis albis craſſis humidis nō piloſis, & anguſtos poros habentibus. Naſcitur etiam in pueris & eius qui ſimiles ſunt eius id eſt guloſis multum comedentibus ebrioſis ſapæ, & multum frigidam aquam bibentibus. De re non naturali ita intelligitur, quia plurimum hæc fe. naſcit̄ in hyeme, aut cum aer mutat̄ in frigiditatem & humiditatem. Similiter cū natura regionis fuerit mutata maxime ſi patiens in ſua ſanitate fuerat aſſuetus requie delectatione & neque vlla exercitatione ſolicitudine, & labore fuerit vſus. Res autem extra naturam ſic cognoſcitur, quoniam hęc fe. cū ſit de putredine phlegmatis neceſſe eſt in vnaquaq́; acceſſiōe precedat priuſquā materia putrefiat ac calefaciat nimius frigor quaſi glacies refrigerans totū corpus vſq́; ad extremitates & ꝑmanet quaſi una hora. Cum que phlegma fuerit putrefactū & inceperit calefieri tranſit frigiditas, calorq́; leuis eſt & grauis, ſed tamē eſt diuturnus ac formidoloſus. Leuitas & diturnitas fe. quia materia eſt phlegmatica & phlegma eſt durum ut digeratur. Tremor eius ē ꝑꝑ naturā laborātē ex cōtinuitate & propinquitate ſuę interpolationis, quia tēpus ſuę acceſſionis ē.18.horis & requiei.6.vñ priuſquā ſētiat infirmus vnius dimiſſionē incipit altera neq́; ꝑfecte mūdificat̄ de corpore ſicut tertiana, materia enī tertianę ꝓpter calorē & ſuā ſiccitatē cito cū

extraneo calore īcēdit & cōuertit quasi ī cinerē, vnde patiens quiescit donec altera ueniat acces sio, sed quotidiana nō fit. similiter quia materia eius propter grossitatē & viscositatē suā tarde dissoluitur & annectitur corpori, eiusque calor seruatur, proinde patiēs non quiescit neq; sentit qn̄ interpolatur. Ideoq; naturam fatigat unde est molesta ac timorosa. Rursus patiēs nō sudat nisi modicū pp grossitatē & frigiditatē materiei. Veniēte autē morbo in ultimitate laboris & signis nunciatiuis apparentibus crisiq; appropinquante dissoluitur materia, & nimium sudare incipit infirmus. Habet etiā hæc feb. proprietates quæ sunt ab ea inseparabiles.i. dolorē stomachi, proinde patiētes euomunt phlegma, & splenis, sed tñ maior ē in stomacho, quia phlegma sēp ē in ore stomachi, proinde patiētes euomūt phlegma & facies eorum fit tumida & mutatur in liuidū aut plumbeū colorē, os eorū semp est humidum & insipidū neq; vllā patiuntur sitim, & si in statu sitierint fit modica, quæ sitis nō est propter materiā phlegmaticā, sed accidētaliter ppter calorē phlegma calefaciētē & putrefaciētē sicut sitiūt hi qui pisces & melones comedūt, hæc. n. cibaria si calorē in stomacho accumula tū inuenerint cito ī eius naturā cōuertuntur & si tim generāt, quia naturaliter sunt cōuertibiles. Quod si vltimitas caloris in vnaquaq; feb. uenerit mutat facies eius ī citrinitatē, vrina fit rubea & pulsus fortis, hæc fiunt propter calorē phlegma putrefacientē cesſāte quidem calore cōuertitur facies eius in albū & plūbeū colorē & vrina in albedinem & cruditatē. Cā quia materia eius est cruda. pulsus eius fit latus tardus diuersus debilis. Latitudo fit pp humiditatem & abundantiā materię. defectio & paruitas propter paruitatem naturalis caloris, diuersitas eius, quia natura aliqn̄ materiæ dominatur vnde pulsū facit fortem & aliqn̄ materia naturę præualet qua de causa fit pulsus debilis. veniente aūt morbo ad finem & materia digesta fit urina digesta rubea & turbida & nunciat propinquitatem crisis. Quod si quidā sophistę nos reprehenderint & dixerint si natura feb. est calida & sic. & phlegma est frigi. & hu. quomodo feb. ex eo nascitur. Respondemus non dicimus feb. de phlegmate generari secundum suā propriā naturā existente, sed dicimus ꝙ omnis materia phlegmatica siue cholerica aut melancholica cum putrefit bullit & calefit vnde feb. generatur, quę si non putrefit febrem nullo modo faciet licet naturaliter sit calida, hoc testatur per ictericiam quæ nascitur de cho. rub. mixta cum sanguine per totum corpus & tamen patientes nullam febrem patiuntur quia chol. non est putrefacta. Palā ergo intelligimus quia phlegma non generat feb. naturaliter, sed propter sui bullitionem de putredine procedentem. verbi gratia, aqua cal. inceditur nō propter sui naturam, sed propter calorem quem ab igne recipit. Sufficit quantum disputauimus de causa & significationibus. amphimerini incipiamus curam.

De cura amphimerini. Cap. XXXII.

Quia hæc feb. de phlegmatica nascitur materia & phlegma naturaliter est frigi. & hu. necesse est hæc feb. curetur cum rebus grossorum humorum attenuatiuis, sed tamen quia phlegma diuersis modis est, quia quedā species phlegmatis est grossior & frigidior naturali, & quedā calidior, necesse est cum materia est frigidior, dari plus attenuatiua q̄ cum fuerit calidior. Vnde medicum oportet inuestigare vt certissime cognoscat quomodo debeat curare, & fiat hoc secundum qualitatem, res. n. subtiliātes & attenuantes diuerso mō sunt in qualitate. Phlegma iterum similiter est diuersum in qualitate, quia est phlegma frigi. & hu. cuius species est naturalis quę est de colamento sanguinis aquosi, perinde sāguinis nō perfecte digestus est phleg. est & phlegma frigidius, est & aliud calidius & leuius sicut salsum, qđ ostendit calorem aquositati sanguinis esse dominātem. Similiter & attenuatiua diuersa sunt, quia quædā cum nimio calore & incensione sunt attenuatiua sicut radices origani calamenti zizibe. & similia, & quædā q̄ attenuāt absq; multo calore & frigore quemadmodum maratrum lupinum apium et similia. Sūt & alia attenuatiua acumen cal. extinguentia ex interiori sicut ptisanum oxizaccara & his similia. unde quia attenuātia tali mō sunt, vtimur eis tali mō, si phlegma intelligit esse frigidius & grossius medicetur cum re calefactiua & humectatiua. si fuerit calidius & humidius curet in initio cum refrigeratiuis & attenuatiuis, feb. āt mitigari incipientem curetur patiens cum re extenuatiua & calefactiua aut aliquanti caloris actiua. Qđ si data fuerint refrigeratiua calore fe. decrescente timemus ne materia induretur & ingrossetur. Phlegma. n. licet calefiat accidentaliter t, ñ naturaliter retinet frigiditatem & humiditatem. Iterum si calidā medicinā assuefacimus augmentamus materiā plusquā prius fuerat. ꝙ si calorem cum fuerit frigidum susceperit magis præparatur ad recipiendum calorem cum accidentaliter sit calidum, propter hoc necesse est sit medicina mediocris. i. attenuās sine calore aut cum modico calore & hoc fiat ab initio usq; dum digesta fuerit materia. cunq; signum coctionis in urina alijsue locis apparuerit festinari oportet ad expellendū materiā extrinsecus. hoc. n. si neglexerimus timēdū est ne materia ingrosset & induret, quia sic eius est natura. Signum etiā coctionis si nō pateat quēadmodū sic cruda appereat vrina & alia signa mōstrent motā esse materiā ne credatur

datur

datur vrinæ, poſsibile enim eſt cruditas vrinæ fiat ex cibi & potus inordinatione. vnde nõ tuã actionẽ dimittas propter vrinam, ſed purga materiã cũ uẽtris ſolutione ſecundũ ꝙ oportet. ſi. phlegma fuerit catarticũ dabis de mirubol. citri. chebul. abſint. bedegari cuſcute eupatorio caſiaſi. & manna, & cũ pill. de hierapig. & his ſimilibus. Quod ſi fuerit acetoſum phlegma purgabitur cũ pill. de ſtomaticon, ſed tunc non omnino materia expellatur ſubito, ſed multis uicibus pauliſper, quia ſi materia purgetur in vna vice cũ forti potione timendũ eſt ne repugnet materia potioni cũ ſua grosſitie, & cõuertatur potio ad ſubſtantialẽ corporis humiditatẽ, vnde natura iterũ repugnet ei, & fiat hoc certamẽ cã infirmũ moleſtans ac periclitans. Eodẽ modo oportet faciamus in omni paſsione quę fuerit de graui materia & dura ad diſſoluẽdũ. Poteſt itaq; materia cognoſci ſi fuerit ſalſa uel acetoſa his ſignis, quia ſi fuerit acetoſa infirmus paruam habet ſitim & ſentit grauitatem & in uentre & uẽtrem habet conſtipatum. Cauſa quia phlegma cum frigidum fuerit & groſſum adhæret ſe uiæ & prohibet eam ne eijciatur, vnde patiens ſentit grauitatem. Quod ſi materia fuerit ſalſa, fit ſitis nimia egeſtio ſolubilis & patiens ſentit in ſtomacho punctionem & dolorem, & habet os ſiccum & ſalſum cum nimia ſiti, quia phlegma cũ ſua ſalſedine pungit ſtomachum & inteſtina & cogit ea ut expellant à ſe quicquid fęcis habuerint. Sunt & alia ſigna quia ſi materia fuerit ſalſa frigiditas minor & calor fortior & actio fit breuior propter leuitatẽ & acumen materiæ, & ecõtrario ſũt ſigna ſi fuerit acetoſa. Quod ſi uirtus infirmi nequeat pharmaciã tolerare, oportet ingeniari vt extenuetur materia abſq; vllo naturæ labore, verbi gratia, ſi materia fuerit in hępate donẽtur cauſa hæpatis mũdificãtia cũ vrina ſi cut trociſci de ro. & trociſci de berberis oximel. cum ſucco vel apozimate herbarũ. ſ. radicis apij maratri ſcariolæ ſcolopẽ. ameos. cõfice cũ ſucco maſticis, ſi materia fuerit acetoſa. ꝙ ſi ſalſa dabis trociſcũ de ſpodio cũ oxizaccara. Sed ſi materia fuerit circa ſtomachũ mũdificet ſtomachũ cũ lupinis mel. ro. ſi fuerit acetoſa. ſi ſalſa cũ rodozaccara. Audiuimus quoſdam antiquos referentes ſe vidiſſe aliquos quotidianam habũiſſe de acetoſo phlegmate, deinde cũ oxiremiã inciderint & vomitũ, qui quãdo ſalſa diæta vſi ſunt ſicut blitis elixatis cũ obſomogaro & porris radicibus ſparagis & ſimiliter potauerũt vinũ forte & vetus, & poſuerunt epythima calidũ ſupra ſtomachũ cũ à cibis fuerit inanitus de oleo nardino & ſic euaſi ſunt; quia materia diſſoluta cũ egeſtione egreſſa eſt. Alij autem comederunt piſces cum ſinapi & forte vinum potauerunt & ſani ſunt effecti. Sufficit quãtum diſputauimus de cura amphimerini abſolute & vniuerſaliter, volumus modo dicere particulariter de vnaquaq; ſpecie eius, vnde dicimus quia in initio oportet inueſtigari qualitates materiei vtrũ fuerit ſalſa, & ſic in initio morbi detur oxizaccara cũ aqua calid. veniente autem accesſione & frigore incipiẽte ponãt pedes patiẽtis in aqua calida in qua cocta fuerint camomill. & viol. anetum, fricentur plantæ pedũ cum oleo viol. & ſale. Quod ſi ſpõte patitur vomitũ fit bonũ ſignum, ſignificat enim leuitatem materię eiuſq; facilitatẽ. Quod ſi vomitũ nõ habuerit ne cogatur vt egrediatur in initio morbi, quia ſignificat grosſitatẽ & duritiã materię. vnde vomere cũ fecerimus magnũ ſtomacho nocumẽtũ tribuimus, & ipſamet feb. proprię fit ſtomachi nocitiua, proinde nõ debet cauſa fieri ſtomacho læſionẽ inferes, ſed dari cõuenit rodozaccarã cum calida, aqua enim calid. in hac feb. eſt vtilisſima, materiã. n. attenuat & diſſoluit & ſitim extinguit, quia cauſa ſitis in hac feb. eſt ebullitio & putrefactio materiæ. vnde cũ fuerit extenuata propter aquã calidam ſitis extinguitur, deinde accipiat ptiſanũ cum oxizaccara. Quod ſi egeſtio fuerit ſtiptica dabis mannæ. dra. 30. oxizaccaræ. vnc. 1. aquæ calidę. vnc. 3. Si autẽ feb. primã tranſierit hæbdomadã & ſignũ coctionis apparuerit in vrina & materia moueri & digeri inceperit, tribue in initio accesſionis oxizaccaræ. drac. 2. cum apozimate aneti & prouocabis vomitum ſine anguſtia. Quod ſi uenter fuerit conſtipatus humefac eũ cum lupino manna rodozaccara & his ſimilibus. Quod ſi nondũ humefactus fuerit clyſtere ei facies de viol. camomilleon ſpinis ægyptiacis malua ana. vnc. 1. ſe. croci hortenſis drag. 20. furfuris bletæ cẽtaurerę maioris ſebeſtem, omnia coquãtur in. 4. lib. aquæ donec ad unam redeant, deinde colaturæ adde olei uiolarum zucca. obſomog. ana. vnc. 1. ſalis cõmunis nitri an. drag. 2. Quod ſi fe. elongabitur vt. 14. tranſeat dies & manifeſtabit ſe patiens ſentire fumum cal. de ſuo corpore exire & patiens ſentiet abominationem aut uẽtris rugitũ, cognoſce quia materia eſt perturbata & cõmota & vult exire per ſudorẽ ſi fumoſitas ſentiſt, aut cũ vomitu ſi abominationẽ: aut egeſtione ſi rugitũ paſſus fuit. Vñ oportet feſtinare ut expellat materia cũ hoc catartico qđ. Rec. mirabo. cit. chebul. ana. vnc. 1. bedegar. drag. 6. rutæ abſinth. eupatorij an. dr. 3. vuæ paſſæ enucleatæ. vnc. iuiubas. 20. prũna. 20. oĩa in tribus li. aquæ coquãtur ad medietatẽ, deĩde mãnę rodozac. an. vnc. 1. adde colatis oĩbus potui dabis. Pill. ſimili mõ valẽtes. Rec. chebul. dra. 3. turbith. drag. 2. & ſe. hierępi. dra. 2. trociſcũ de roſis debegar an. dra. 2. abſinth. eupatorij cuſcutæ an. drag. 3. maſticis. dra. ſe. tẽpera cum ſucco apij aut lupini & fac pill. ad modũ ciceris dabis. dra. 3. aut. 4. cũ aqua calid. aut oximel. cũ calid. quia oximel oppilationẽ hæpatis & renũ aperit, vrinã prouocat

ſtoma-

ftomachũ de frigidis humoribus mundificat,maxime fi cum aqua cal. bibatur, quia aqua calida multũ iuuat. Idcirco cauẽda eft in hac feb. aqua frigida femper, neq; dari oportet fecundum potum aut fecundum medicinam, quia materiam ingroffat & congelat, accipiat ptifanũ quod eft coctum cum radicibus apij maratri aneti calamenti cum modico piperis,cũque frigus acceffe rit ponantur in aqua cali.pedes in qua cocta fuerit camomilla anetum fanfuccus abrotanum & fimilia.ꝙ fi frigus fuerit forte quafi glacies epithima dorfo fœmori & uentri imponatur cum calido oleo in quo cocta fint piretrum ftaphifagria nitrum piper & calamentum, dabis oximel cum calida in qua coctum fuerit anetum. Quod fi non uenerit uomitus fponte prouocet cum oximelle de radicibus aut de aneto & apozimate rafeolorum fale communi quę omnia calida accipiãtur. Si egeftio fuerit conftipata dabis fuc cũ lupini cum carpobalfamo croci hortẽfis dra. 7.zaccarę.vnc.1.ꝙ fi hæc nondum fufficerint clyftere facies cum fe.croci malua coloquintida cẽtaurea furfure bleta obfomog. fifameleõ nitro fale.Dabis ptifanum cum radicibus maratri apij & oximelle coctum.Si autem ptifanum in aceto fitatẽ conuerfum fuerit negabis illud, & da mel licratum in quo cocta fuerint fpica maftix cum cinamomo.Quod fi uomitus in initio morbi uenerit fpontaneus nõ coftringas eum,fed fi adeo augmentatus fuerit ut uirtus patientis pati eum nequeat conftringe eum cum fyrupo de fructibus aut firupo mal.gra.facto cum menta. Accipiant hanc confectionem quę. Rec.thuris mafticis ligni aloes ana.dra.1.ciperi.dra.1.& fem. cardamo.drac.2.fem.mentæ ficcæ.dr.2. fem. mala gra.8.drac.omnia coquantur in tribus lib. aquæ ufq; ad tertiam,& dabis potui paulatim. Alius. Rec.fpicę mafticis an.dra.2.gal.ligni aloes anifi ana.drag.2.fac puluerem & dabis dra.fe.cum odorifero uino.Si patiantur grauitatem capitis ponatur facies fuper fumum aquæ cal.in qua cocta fint camomilla mellilotum & fanfucus. caueant ab omni effufione lactis aut aliquarum rerum,nec capiti funt imponenda olea,etiam nec capiti nec faciei nec toti corpori imponantur: quia materia febris eft multa & uifcofa & oleũ conftipat poros, vnde nequit materia diffolui. Diætam accipiãt hanc iura uidelicet ciceris,bletæ, nõ multum comedat ne ftomacho aggrauato cibus non posfit digeri neque multum fubtili utatur diæta ne præ longitudine morbi patiens deficiat, fed fi febris incipiat ad medium diẽ mane accipiat ptifanum,incipiente vero rigore oxi mel.cum calida fumat,cumq; feb.ceffauerit comedat.Rurfus fi mane febris acceflerit nihil accipiat quoufq; ceffabit. Vniuerfaliter quoq; dicimus ut inter cibum & accesfionẽ fex horarum fiat fpacium. ꝙ fi uirtus patientis defecerit in accipiẽda pharmacia da caufam fuauiter attenuatiuam & mundificatiuam.verbi gratia.Si materia fuerit hæpati uicina dabis rem hẽpar mundificãtem.ꝙ fi fuerit in ftomacho dabis ea quæ ftomachi funt mundificatiua, ficut abfinthium apozima de aloe hierapig. & his fimilia quemadmodum uideris materiam effe grosfam aut fubtilẽ. bona autem funt cataplafmata aut epithimata calefactiua & diffolutiua in ftomacho & hæpate, fed tamen poft mundificationem cum certiffime noueris materiam effe diffolutam & liquefactam. Apparẽte figna coctionis in vrina iuuat cũ thyriaca magna poft uomitum.Si fuerit materia mixta cum cholera prohibere ea quæ funt calida,& dabis inuicem oximel & oxizaccaram, & inuicem mel rof. rodozaccara & materiã cum frigidis mifceas.& quia huius febris eft proprietas dolor ftomachi,oportet ftomachum confortari cum cataplafmatibus & epythimatibus quę funt facta de maftice abfinth. fpica & amonito & his fimilibus.Quod fi ftomachus defecerit ut careat appetitu confortamus eum cum oleo nardino & abfinth.Si duritiam fplenis habuerit curetur cum medicina fpleneticorum.Si patitur in ftomacho frigiditatem uel acetofitatem,mundificamus ftomachum cum his pilulis eum de corruptis humoribus inanientibus. Rec. Keb. dr.2. hierępig.drag.2.& fe. fucci. eupatorij fucci abfinth.ana.drag.2.fac puluerem & cum aqua calida tempera & pill.fac. ꝙ fi uis eas fortiores facere adde modicum fcamoneæ & euforbij. Alius. Rec.hierępig.drag. 2. coloquintidæ interioris. drag. 2.euforbij nitri ana.drag.fem. tẽpera cum fucco cauliũ filueftrium & adde dyagridij bdellij gummi an. dr. 1. Alius ualens ad mundificandum ftomachum de grosfis humoribus & uentõfitate inflatiua.Rec. Keb. falis gemmę ameos apij femi.zinzibe.piretri ana.drag.2.piperis longi.drac.3.turbith.dra.7.dyagridi. fcrup. 2. penid. quantum omnes fpecies, mel quod fufficit da.dra.3.cum calida.Apozima radicis ualens cõtra hanc fẽb.fi fit dura & diuturna. Rec. radices maratri apij radicis an.vnc.1. ameos, apij eupatorij ana.dra.3.bedegar.dra.6. origani abfinth. an.drag.1.fpinę egyp.cufcutę ana. drag.4.fquinanti ariftologiæ rotun. ana. dra.5. omnia coquantur in tribus lib.aquę donec ad unã redeãt, deinde colentur. Apozima de eupatorio ualens contra hanc febrem cum eft diuturna.Rec.cupatorij & fucci eius an.dra.3.afari ameos apij ana. dr.4.origani.dra.2.abfinth.dra.3.fe.fumiterræ. drag.4.lactis amigdala.amararum ana. drac.4. omnia coquantur in tribus lib. aquæ donec ad vnam conuertantur, deinde colatum da potui. vnc.2.Aliud.Rec.origani.dra.3.ameos. dra.4. zinzib. piretri an.drac.2.fem.coriandri.drac. 3. ro.drac.4.calamenti.drag.6.liquiritiæ bedegar ana.drac.4.omnia in tribus libris aquę coquantur

tur usq; ad tertiam partem & colatum dabis potui. Trocisci Gal. ualent.cõtra febres diuturnas cum nimia frigiditate. Rec.laccæ.drag.10.succi eupatorij.drac.4.spicæ.drac.7.asari arist. rot. an.dr.4. longæ dr.3. amig. amara. maratri apij anisi mentę.an.dr.4.croci.dr.2. hieræpig. dr.6. tempera omnia cum succo lupi. dabis cum mel licrato & succo maratri apij. Alius similiter valens. Rec.anisi,dr.5.amig.dra.2. squinanti. dra. 3.hierępi.dr.9.succi eupatorij.dra.3.& se. mara tri apij an.dr.3.spicæ rosarum an.dra.4. tempe ra cum succo maratri & dabis ad potãdum cum apozimate radicum. Alius. Rec.aloes.dr. 3. coriand.dra.3.calamenri.dra.5. vuarum passa.enucleata.dr.7.coquantur in tribus lib. aquæ ad tertiam & colatum dabis potui. Trociscus alius. Recipe spicæ asari ameos folii absinth. laccæ ana. drag.2.anisi. dr. 6. succi absinth. succi eupatorij an.dr.3.aloes lotæ.dra.5.apij.se.drac.1. & sem. omnia cum succo apij aut maratri tempeerẽtur trocisci informentur.dabis eos ad potandum cũ apozimate superiori. Quod si nimius in hac febre frigor fuerit, epythima supra dorsum frigore accedente imponatur cum oleo ubi cocta fuerint piretrum staphisagria piper calamẽtum. Alius similiter. Rec.thuris masculi piperis piretri ęquale pondus. fac puluerem & tempera cũ oleo ex quo vngas dorsum.

De hæmitriteo & eius materia. Cap. XXXIII.

HAemitriteus nascitur de materia cholerica extra uasa existente, & phlegmatica intra uasa quę utraq; in quantitate est æqualis. vnde Hipp. in primo libro epidimiæ, hemitriteus inquit non dimittit. quod bene dixit, quia una suarum materiarum est intra uasa. materia enim cum fuerit intra uasa non quiescit patiens, quia non habet interpolationem quamuis fuerit interpolãs naturaliter, & quia hæc febris de duabus nascitur materijs contrarijs.i.phleg.& chol.fit in die tertianæ accidentium significatio commixta & molestatio fe.vãlida, quia molestatio est de duabus feb.contrarijs. In die autem amphimerinę signa apparent simplicia & aperta, & molestatio febris est mollior & leuior quia vnius febris est. Quod si quidam sophistæ nos reprehenderint & dicant, si est hemitriteus feb.de duabus febri. cõposita.i.amphimerina & tertiana, & amphimerinus palam in eo apparet, eiusq; significationes satis patent, quare accipit nomen à tertiana & non ab amphimerino. Respondemus quia amphimerinus aperte patet sensui & non est necesse sibi nomen imponatur, sed tertiana quia est omnino occulta si nomine careret omni modo & ipsa negaretur. Si iterum dixerint quomodo possumus noscere tertianæ materiam utrum sit extra vasa, & amphimerini materiam intra uasa: Dicimus quia si frigitudo quæ solita erat in amphimerino non apparet & rigor tertianæ apparet intelligitur materia amphimerini esse intra uasa. Preterea cum hæc febris quotidie accidit cognoscimus eam phlegmaticam habere materiam & quia frigore caret & rigorem habet, cognoscimus ei cholericã materiam cõmixtã esse.

De cura hæmitritei. Cap. XXXIIII.

HAemitriteus qui de cholerica & phlegmatica materia est, necesse est curamentum eius sit mediocre inter rem calefactiuam & refrigeratiuam, & quia omnis commixtio aut est in potestate & actu ęqualis uel inæqualis, aut una fortior est altera, oportet utraque huius hæmitritei materia aut sit ęqualis aut inæqualis. Si fuerit æqualis fit uera hemitriteus, cuius curatio sit cũ rebus attenuantibus & dissoluentibus nullum frigorem aut calorem facientibus, sicut lupino maratri succo manna mel.zaccara rodozaccara ptisano cum oximelle. Quod si cholera fuerit maior sit facilior & leuior, quam curari decet cum rebus mundificatiuis & modicum refrigeratiuis sicut endiuia maratro rodozaccara uiol. & zaccara manna prunis ptisano cum oxizaccara & similibus. Si autem phlegma uidetur dominari fit hæmitriteus molestior qui medicetur cũ mundificatiuis & dissolutiuis & aliquãtulum calefactiuis quemadmodum mellicratẽ cum aqua calida syrupo absinth. ptisano in quo cocta fuerint apij radix maratri radix anetum calamentũ oximel. accipiat & trociscum de berberis omnia cum succo maratri & oximelle. sumat mel ros. cum mastice aniso maratro & aqua calida. Si uideris materiam attenuari & moueri ut egrediatur & signum coctionis in urina apparuerit, dabis pharmaciã suauiter solutionem facientem. & bonum est si post cibum uomitus prouocet, & diuretica tribuantur sicut trocisci de absin. & de lacca cum succo maratri endiuiæ & apij. Pill. valentes. Rec.hierępig.calamenti ana.dra.5. maratri anisi apij an.drac.2.fac puluerem, tempera cum succo apij, dabis.drac.2.cum tepida. Aliæ pill. similiter ualentes. Rec. hieræpi.calamenti ana.drac.5.maratri anisi apij an.dr. 2. succi absinth. succi eupatorij ana. drac. 3. tempera cum succo fumiterrę & fac pill.dabis potui dr.2.cum aqua calida.

De tetrateo. Cap. XXXV.

TEtrateus nascitur de chimo melancholico, cuius matertia aut est putrefacta, aut non putrefacta. Non putrefacta aut est in toto corpore, aut in uno membro coarctata. Si fuerit in toto copore nigram generat ictẽritiã quę fit ex defectione splenis sanguinis fęces ab hæpate trahere deficientis,

deficientis, quæ si fuerit in uno membrum durum generat apostema quod uocatur sclirosis. Si fuerit putrefacta, aut est in uno membro, aut in toto corpore. Si fit in uno membro generatur cancer membra comedens. Si fuerit in toto corpore, aut est intra vasa aut extra. Si est intrinsecus facit quartanam sine rigore neque interpolatur. Si fuerit extrinsecus est cum interpolatiõe quã intelligimus tribus modis.i. re naturali non naturali & re extra naturam. De re naturali sic cognositur, quia plurimum accidit quibus frigi.& sicca dominatur complexio, cuius ætas est senectus a. 35. ad 40. annos maxime si fuerint calidi, & sicci, venę eorum augustę & occultę. & aliquando fit calidas & siccas habentibus complexiones accidentaliter, quia chol. nig. non inuenitur nisi in frigidas & siccas habẽtibus complexiones naturaliter, & eis quorum cõplexiones fuerint calidę & siccæ accidentaliter, quia grossi chimi si fuerint in corpore calido & sicco clausi, & morantur ibi vruntur ex corporis calore eorumq; humiditates desiccãtur & mutantur in choleram nigram. De re non naturali sic cognoscitur, nascitur enim in temporibus frigidis & siccis & in eis qui sunt frigidi & sicci naturaliter, & dięta similiter frigida & sicca. similiter in regione & aere simili modo existentibus. De re extra naturam sic cognosci conuenit, quia hęc feb. cum incipit magnus patienti euenit frigor laboriosus & ossibus fractura, frigiditas & grossities materiei currens ad sensibilia membra aggrauat nimium membra frangens ac disiungens & longo in eis moratur tempore, non enim cito vritur quæ cum incipit vri non nimium facit calorem, sed disturbat corpus propter materiam naturę laborem facientem & aliquando materiæ natura dominatur & quiescit infirmus, & aliquando morbus naturę præstat, vnde patiẽs molestatur. Calore autem febris ad summitatem accendente mutatur color eorum in plũbeum & nigrum colorem, cunq; febris mitigatur color eorum fit plumbeus aut sulphureus & cutis eorũ fit sicca & dura, causa est siccitas chol. nig. Et sicut tertiana proprie facit dolorem capitis & hæpatis, amphimerinus dolorem stomachi, sic & tetrateum dolor & duritia splenis sequuntur proprie. causa est siccitas & grossities materiei. Hæc autem feb. 24. ho. moratur & quiescit. 48. Cum autem feb. cessauerit & durities materiæ patiens quiescit nihil mali sentiens quia materia quasi ad cinerẽ uertitur. vnde nihil suæ humiditatis in corpore permanet qua calor nutriatur, quia humiditas semper est caloris custoditiua in corpore, est enim suum nutrimentum. hoc testificatur, quia extrinsecus ignem uidemus sicca comburere ligna & ea ad cinerem perducere, sed si uiridia incenderit in eis suum calorem optime uidetur seruare. Pulsus in hac feb. in initio est paruus tardus & occultus. in ultimitatẽ autẽ morbi fit magnus & plenus. Causa paruitatis & tarditatis pulsus est in initio frigiditas materiæ grossitudo eius. Causa magnitudinis & plenitudinis in ultimitate est fortitudo motus materiæ motui repugnantis. Vrina in initio febris est alba subtilis aquosa & cruda, sed febre ad finem veniente fit nigra. Causa albedinis est cruditas & grossities materię. Claritas & subtilitas duobus modis fiunt. Vno propter siccitatem materiæ, alio quia propter suam grossitiem uiæ oppilãtur, vnde prohibetur grossitudo liquoris vrinę ne egrediatur, sicut fęces uini prohibent vt a colamento exeat, proinde exit clarum & subtile. Causa nigredinis vrinæ in fine huius febris fit propter naturam digerentem & subtiliantem materiam & expellentem eam cum urina. vnde perfectam significat crisim, sed tamẽ vrina est diuersa in hac febre, quia materia huius febris est diuersa. Est enim quædam quæ fit de incensione sanguinis, est & alia nascẽs de adustione cholerę, est & quędam quæ generatur de incensione phlegmatis. Causa huius diuersitatis est, quia humores cum fuerint incensi & commixti generant febrem erraticam & commixtam, quæ cum sit diuturna desiccatur & in quartanam conuertitur. verbi gratia, si quidam patitur tertianam in ęstate & suum transierit terminum subtile suæ materiæ dissoluitur nunc cum vomitu nunc cum sudore & modo cum egestione & pars permanet grossa, vnde ueniente autumno & natura temporis ad melancholiam mutata, illam materiam ad suam conuertit naturam &, nascitur quartana. Eodẽ modo sanguis si putrefiat & generet febrem atque splẽ deficiat ad attrahendum fęcem sanguinis ab hæpate, permanet cum sanguine mixtus, & totum corpus perambulans generat febrem si putrefit quæ est indefinita cuius tempus non potest determinari, intrante autumno mutatur in quartanam. simili modo intelligitur de phlegmate, phlegma etiam magis omnibus est conueniens ad mutandum se in choleram nigrã quę est in frigiditate & grossitudine. hæc ergo fuit diuersitas vrinæ & pulsus in hac feb. scilicet propter diuersitatem suæ materiæ.

De febre quartana & eius cura. Cap. XXXVI.

QVartana febris quia fit de materia grossa & dura ut perfecte curetur oportet medium inuestigare & considerare curam eius & præuidere quatuor res, quarum una est, in initio non det rem nimium calefactiuam ne calefaciat materiam & inde duæ febres generentur, vna uidelicet interpolata & diuturna, & alia acuta & continua, quibus uirtus patientis deficiat & ipse infirmus subeat periculum. natura enim non tan-

tæ

tæ virtutis eſt ut posſit morbi acumen eiuſque prolixitatẽ tolerare. Secũda ne det frigida ne cõ gelent & materiam coagulent. vnde induretur & moretur ad digerendum, fiatq; cauſa prolixi morbi & eius pesſimitatis. Tertia ne conſumat aut debile faciat corpus cum ſubtilitate diętę & abſtinentia, quæ cauſa faciat mutare patientem ad hęcticam & phtyſim. Quarta ne confundat corpus cum pharmacia & maxime in initio mor bi priuſquam materia morbi eliquetur, & ſit ino bediens actioni naturæ. Sed oportet medicum magnum habere ſtudium in ſua actione ut det rem maturantem & digerentem & cito eiicientem, & ingeniet purgare catamodicum materiã cum leui uomitu, ſtudeat etiam in regimine & confortatione ſplenis & hæpatis, quia hæpar ge nerat ſanguinem & mundificat eum. Quod ſi de fecerit eumq; non purificauerit, permanet com mixtus cum putridis humoribus, vnde ipſe putreſit & inceuditur. ſplen autem quia trahit fęcem & turbiditatem ſanguinis ſi defecerit per manens fæx in ſanguine corrumpitur, vnde idem ſanguis putreſit & incenditur. Hac de cã utilisſima huius febris hæc eſt curatio vt detur oxi zaccara cum apozimate radicum & herbarum & ſyrupo abſint. trociſcus de eupatorio & ſcolopen. & de rheubarbaro. Oportet etiam ne trociſci in initio dentur ne deficcent humiditatem materię, & induretur ad obediendum natu ræ, ſed conuenit dare poſtquàm materia fuerit maturata. Abſtineant a pullis gallinaceis ſtarnis perdicibus p tres hebdomadas initiatis febribus ne cũ vnctuoſitate carnis calefiat & vrat̃ fe. quia vnctuoſũ in fe. eſt quaſi oleũ in lucerna. Quod ſi materia nõ fuerit maturata p illas tres ſeptimanas abſtinentiã habeãt uſq; ad. 40. dies, ſi uirtus patientiũ pati ualeat. Et quia hęc fe. de humorũ incenſione generatur. i. ſanguinis phlegmatis & choleræ rubeę oportet diſcerni de horum quo humorum ſit generata ut putetur prout oportet unde inueſtigetur utrum ante hanc febrem fuerit ſanguinolenta feb. aut ſanguinei morbi, aut complexioni infirmi dominetur ſanguis & uenę eius ſint plenæ pulſus latus ſpiſſus urina rubea & ſpiſſa & in ore eius dulcis ſapor tẽpus ver aer calid. & humid. ſomnus patientis grauis ſitis par ua patiens manſuetus & pacificus, intelligimus enim fieri de ſanguinis incenſione. Quod ſi hãc feb. tertiana anteceſſerit aliuſve cholericus mor bus & patiens fuerit iuuenis macilentus choleri cus pulſus acutus & uelox urina rufa & ignea ſitis nimia & uigilie iracũdus & intolerabilis tem pus ętas & aer & regio calida & ſicca, intelligimus eam eſſe de incenſione chole. rub. Quod ſi amphimerinus præceſſerit aut phlegmaticus, morbus, & patiens ſenior fuerit & pinguis complexio eius frigida & humida pulſus latus & tar dus urina groſſa & cruda ſomnus grauis ſitis par ua tempus hyemus aer & regio frigida & humi da & pluuia fuerit multa, cognoſce eam de incẽſione phlegmatis fuiſſe natam. his itaque ſignis quartanę diuerſitas ſenſui facillime patet. Igitur ſi certisſime noueris eam eſſe de vſtione ſangui nis da in initio rem attenuatiuam & diſſolutiuã & tamen non calefaciẽtem ſicut ptiſanum cum oxizaccara rodozaccara viol. zuccara cum aqua calida uomitum prouocabis. in initio accesſionis cum frigus inceperit infundãtur pedes eius in aqua calida in qua cocta ſint cãomilla & uio la. accipiant ſuccum maligra. & vuas hyemales. Quod ſi materia incipiat digeri feſtinanter ſan guinem detrahi conuenit de baſilica uena ſiniſtri brachij aut de media, & minue quouſque ui deris clarum ſanguinem egredi uirtute hoc patiente, prouoca ergo egeſtionem ſi neceſſaria eſt hoc catarthico quod Rec. mirabol. citri. che bul. iuiub. pruna vuas paſſas enucleatas ſe. fumi terræ caſiæſiſtul. mannam rodozaccaram radicẽ apij & endiuiæ. Quod ſi febris elongabitur ut uiceſimum tranſeat diem ieiunet infirmus per omnem diem accesſionis & alio die nõ multum comedat, quia ſanguis propter abſtinentiam at tenuatur utatur dieta ſubtili, quæ facillime egre diatur. Quod ſi quartana de incenſione cholerę rubeæ fuerit, dabis in initio adiutoria refrigeratiua & attenuatiua, quia materia pp calorẽ ingroſſata nõ attenuatur niſi cũ frigiditate, proinde dabis ſuccũ maligra. cũ oxizaccara & ptiſano. Qđ ſi cõſtipata fuerit egeſtio humefiat cũ mãna rodozaccara prunis endiuia caſiaſi. Quod ſi nõdũ per hoc fuerit humefacta caue ne dones catar thicum priuſquam materia digeratur ſed fac cly ſtere. Quod ſi materia inceperit digeri & de loco in locum moueri, purgetur cum catarthico de mirab. citri. chebul. oxiſęnicia prunis eupato rio viol. caſiafiſtula mãna rodozaccara abſinth. cuſcute ſe. fumi terræ & radicibus endiuię. Quod ſi materia fuerit intra vaſa & purgauiſti bis vel ter cum hoc catarthico bonum eſt ſi minuatur ſanguis de baſilica uera ſiniſtri brachij cauendũ tamen eſt ne fiat antequã materia dige ri incipiat. in fine autem morbi lauetur in aqua tepida in qua cocta ſint camomilla mellilotum abſinth. vngantur cum uino odorifero mixto cum oleo ro. calamo aromatico temperatis om nibus cum ſucco maratri. comedant malagra. vuas hyemales. melones paleſtinos & ſimilia. Quod ſi dolorem capitis patiuntur humefiant nares eorum cum oleo uiol. ſi uigilias habuerint lauentur pedes & crura aqua in qua cocta ſint papauer lactucæ viol. & ſimilia. Quia ſi de incenſa fuerit materia phlegmatica dabis in initio mel ro. & viol. cum calid. Apparente autem coctionis ſigno da ſuccum maratri apij cum ſe. cro ci hurtenſis & ſucco lupini. Si egeſtionem vis hu mefacere clyſtere fac de ficubus ſiccis ſpinis ægy-

ęgyptiacis camo.ſe. croci hortenſis ſiſameleon obſomoga. zaccara nitro ſale communi coloquintida & his ſimilibus. Epithima facias cum oleis calefactiuis humectatiuis & aperitiuis. nutriantur de iure ciceris & lactu. Quod ſi feb.40. dies tranſierit accipiant carnem, ſed tamen carnem caueant viſcoſam & unctuoſam ac multũ pinguedinis habentem abſtineant in die acceſſionis a cibo, in die tranquilla accipiant cibum aſſuetum, & tamen non multum caueant ſe a frigidis & humidis, potent ſubtile uinum in calore temperatum, de auibus comedant eas quæ teneras habent carnes & facile digeruntur, uomitus prouocetur & poſt cibum ſumat diaciminum diatrionpipereon. ſtatu autem accedente & coctionis ſigno in urina alijſq; apparente ſubtilietur dięta purgetur cũ pharmacia & clyſteribus. dabis etiam diuretica. & uomitum omni die acceſſionis ſtomacho inanitó prouocabis in die qua non uenerit acceſſio prouocetur uomitus poſtquam comederit. abſtineat à pullis & omnibus per tres hebomadas & plus donec digeſta fuerit materia, deinde ſi virtus permiſerit dabis annualẽ agnũ ei. Quod ſi febris nõ fuerit fortis neque uirtus defecta da helleborum albũ, & prouoca uomitum cũ ſucco aneti radicis & oximelle, & aſſuefaciãt thyriacam magnam diateſſeron diaſulphur & his ſimilia. Trociſci ualentens contra hępatis dolorem & ſplenis & febris quartanæ. Rec. laccę reubarbari ana. drag.4. cupatorij abſinth. ſucci amborum pondus ęquale ſpodij ana. drag.3. cuſcute. dra.6. ſcolopendrię. drag.5. ſemi. portulacę ſpicę aniſi apij ſe. ana. drag.3. maratri. drag.4. croci piperis. nna. drag. 3. ro. ſe. maligra. capparis radicis ana. drag.3. tẽperata cum ſucco apij. Alij ſimili modo ualentes. Rec. ſucci eupatorij ſcolopen. ana. drag.10. lacę ariſtol. longę. ana. drag.2. ſpodij. drag.5. ſe. cucumeris portul. ana. drag.6. maratri. drag.6. croci. drag.4. piperis alb. drag.3. tempera cum ſucco apij & da potui cum oximelle. Alij contra quartanam quæ fit de incenſione phlegmatis. Re. myrrhę. drag.7. ſpicę. drag.6. amomi. dr. 4. ariſtol. ro. rheubar. ana. dra.6. opij. drag.4. aniſi apij ſe. petroſil. ana. vnc.1. caſtorei. dr.5. ſquinanti piperis alb. caſięlig. ana. drag.4. piperis nigri ame. ana. vnc.1. ſtoracis. drag.6. croci. drag. 10. melliloti drag.8. ſiſeleos drag.4. ydiocri dr. 5. mell. quod ſufficit. dabis dra.1. & ſe. cum calida. ydiocri. Rec. florum herbę policarię albę & citrinę myrrhę ana. drag. 2. dauci calami aro. ciperi xilobalſami aſari ligni aloes ana. dra.4. rubeæ coſti ſpicę croci maſticis ana. drag. 5. tempera cum uino odorifero & fac trociſcum. Alius ſimili modo ualens Rec. myrrhæ. drag. 17. ſpicę. drag.18. croci. drag. 6. caſtorei aniſi an. drag.c. amomi. drag.4. apii. drag.12. ſquinanti. dra. 17. gummi mal. gra. drag.5. ſiſeleos. drag.4. ydiocrum. drag.4. mel. quod ſuffitit. Diacoſtum ad quartanam & ad ſupradicta ualens Rec. cinamomi aliptę ſpicę caſię ligneæ coſti an. drag.4. myrrhę ſquinanti ſucci eupatorij aniſi apij aſari an. drag.7. reubarba. ariſtol. ro. croci an. vnc.1. abſinthij. drag.5. mel. quod ſufficit da. drag.1. cum aqua cali. Alius ſimili modo valens. Rec. ameos. drag.10. piperis nigri. drag.3. zinzibe. drag.4. aſari. drag.5. calamenti. drag.10. caſię. drag.8. ſpicę. drag.10. carui. drag.7. aniſi. drag. 7. maſticis. drag.6. maratri. drag.4. mel. quod ſufficit. Pill. utilisſimę. Rec. hiærapi. epithimi an. drag.5. agari. drag.4. turbith. dra.6. abſinth. drag.3. ſulphuris albi ſalis ameos ana. drag.4. polipodij. drag.4. maratri apij aniſi an. dra.1. & ſem. tempera cum ſucco mentę & fac pill. quarum. drag.2. cum calida donentur in die tranquilla. Trociſci. Rec. croci. dra.2. ſulphuris. dra. 3. caſiæ lig. ſe. coſti ſpicę an. dra.3. caſtorei myrrhę an. drag.1. & ſe. rutæ amomi. drag. 4. opij. drag.3. ſe. papaue. drag.6. ſigie aniſi an. drag.3. ſucci liquiritię. drag.6. tempera cum ſucco apij dabis ad potandum cum calida tribus horis ante acceſſionem. Apozima ualens contra quartanam de phlegmatica materia natam. Rec. ſquinanti ameos an. drag.4. calamenti carui apij ſe. aniſi an. drag.6. ſucci eupatorij. drag.6. abſinthij cuſcute an. drag. 6. origani. drag.7. vuæ paſſæ. vnc. 2. omnia in tribus lib. aquæ coquantur ad tertiã & colatis ad dimidiũ libram potui dabis.

De epiala. *Cap. XXXVII.*

EPiala eſt febris qua corporis interiora incenduntur & exteriora infrigidantur, quia eius materia eſt phlegma groſſum & vitreum. cuius quędam pars eſt putrefacta, quædam minime. Pars autem quæ putreſit generat febrem, altera autẽ quæ eſt imputrefacta facit cõgelationẽ cum ſua natura. Cauſa quare non putreſit eius groſſitudo eſt & duritia materiæ, quia phlegmata non naturalia ſunt quatuor, vnum dulce, ſecundum ſalſum, tertium acetoſum, quartum uitreũ. Dulce vero eſt uicinum naturali, ſed tamen modicum eſt calidum propter ſuam dulcedinẽ, non enim eſt aliud niſi ſanguis non perfecte digeſtus, proinde natura cum naturali indiget phlegmate habet dulce in vice eius & digerit illud cum ſanguine & emollit eum eo membrorũ concauitatem & concatenationem, vt facile moueantur, illud etiam expulſiuæ virtutis facit eſſe materiam. Salſum vero & acetoſum ſunt in ſtomacho. Cauſa enim eorum aut eſt calor extraneus ſtomachi complexioni dominãs, aut nimia frigitudo, quia phlegma naturale ad ſtomachũ veniens ad mitigãdum & confortãdum expulſiuam virtutem ſi in ſtomacho extraneum inuenerit calorem caleſit & in ſalſum conuertitur, ꝙ

ſi ex-

si extraneam reperierit ibi frigiditatem deficit calor naturalis & sua augmentatur frigitudo, vnde in acetositatem mutatur. Causa autẽ salsu minis duobus modis est, aut est putredo phlegma calefaciens naturale illudque conuertens in aciditatem. vnde fit salsum, aut est nimius calor phlegmatis humiditatem deficcans qua de re suam amittit saporositatem & conuertitur in salsum. Similiter causa acetosi phlegmatis duobus modis est, aut est frigiditas, aut calor, quia frigiditas si aquositati sanguinis dominet̃ prohibet eum ne ad coctionis perfectionem veniat. vnde cum suam actionem complere nequiuerit neq; in sapiditatem uenerit eius aquositas permanet subtilis, proinde cito mutatur in acetositatem sicut uidemus frigidum aerem in musto operari cum paruitatem habet dulcedinis, quia mutat illud in acetositatem. Calor autem si sanguinis aquositatem inuenerit insipidam & inunctuosam, quandam in ea facit ebullitionem & conuertit illud in acetositatem, sicut calor solis & aeris in aqua mellis & musto facit cum dulcedo eorum fuerit parua unde eam enim calefacit & excoquit, quia in eis tanta non inuenitur dulcedo ut custodiat eorum humiditatem, mutatur in acetositatem. Eodem modo uidemus calorem aeris agere in ptisana & lacte, cum non in eis tantam inuenerit dulcedinem ut sua custodiatur humiditas conuertit eam in acetositatem. Phlegma autem uitreum grossissimum est & uiscosum, quia causa eius nimia est frigiditas naturali dominans phlegmati, unde ingrossatur & fundũ eius fit quasi liquidũ uitrũ. Proinde nõ posuit illud natura in regimento corporis ꝓpter eius duritiem actioni naturæ inobedientem. vñ non naturalis calor cũ ad illud uenerit nequit illud oĩno putrefacere, sed partem eius quæ facilior est putrefacit, aliam putrefacere non ualet. Ideoq; in hac febre interiora corporis calent & exteriora frigent, quia partim phlegmati interius existenti calor extraneus accidit, cui quia ipsa obedierat putrefacit eam. pars autem circa corporis exteriora habitans, quoniam illi non obedit calori non putrefit, sed in sua constat natura, unde naturaliter generat frigiditatem. Amphimerina autem differt ab epiala, quia tota materia amphimerinę putrefit. vnde calor eius totum corpus circundat. Epialos non est huic similis, quia tota non potest putrefieri interiora calefacit & exteriora infrigidat. Hęc etiam fe. aliter ab amphimerina differt, quoniam urina in ea crudissima est & albior quàm urina quæ apparet in amphimerina. pulsus similiter est paruus & debilis plus quã in amphimerina, & aliquãdo cum materia epialos melancholica miscetur materia. vnde sua augmentatur grossitudo & eius confortatur ponderositas, suusq; motus fit tardus, quia aliquando de. 5. in. 5. mouetur, & aliquando per. 7. nonnunquam per. 10.

De liparia. Cap. XXXVIII.

Febris autem liparios causa est de cholerica materia incẽsa mixta cum uitreo phlegmate aut cum melancholica materia. vnde conuertitur & à natura choleræ egreditur, quæ differt ab epialos, quia illa interiora corporis calefacit & exteriora infrigidat vsq; ad corporis extremitatem & oppilans pororum foramina prohibet ne fumus dissoluatur, & accidunt patienti nimia sitis & linguæ asperitas propter calorem in corporis interioribus dominantem, sed in liparios omnia sunt contraria, quia interiora sunt frigida & exteriora sunt calida. Causa quia cum materia eius sit composita de melancholico & phlegmatico humore, chol. rubea uero licet incendatur & ingrossetur, diuiditur tamen extra corpus & calefacit illud exterius, uitreum autem phlegma & melancholicus humor naturaliter sunt ponderosi coadunati & iuncti. vnde in corporis interioribus una sunt accumulati, qui quoniam in interioribus existunt, & tamen non putrefiunt necesse est ut interiora infrigident. Quod si quidam sophistæ nos reprehenderint de hęmitriteo dicentes, quare non interiora calefiunt & exteriora infrigidantur cum materia huius febr. sit cholerica & phlegmatica. Respondemus phlegma in hęmitriteo est leue & mobile, vnde facile obedit extraneo calori & putrefit & calefit, sed in liparios materia phlegmatica est dura, quia phlegma uitreum est putredini inobediens, pro inde interiora naturaliter infrigidat. Rursus si dixerint si in liparios cholerica materia cum fuerit incensa calefacit exteriora interiora minime, quare in tertiana non simili modo agit cholera. Respondemus cholera rubea in tertiana est simplex non ut cum alia materia sit mixta, quæ quia est simplex ęqualiter suam operatur actionem interius & exterius. In liparios vero cho. cum phlegmate est mixta, vnde choleræ prohibetur actio in corporis interioribus, & fit ibi naturaliter frigiditas. Si iterum opposuerint quare uitreum phlegma in liparios non generat fe. sicut facit in epial? Respondemus phlegma quod est in epialos licet sit frigidissimum & durissimum, tamen non in toto est ęquale, proinde cum extraneus calor ad illud uenit partem eius liquidã & putrefactioni conuenientem calefacit & putrefacit. Aliam uero duram & putredini inobedientem putrefacere nequit, in epialos uero phlegma est frigidissimum & durissimum & totum æquale. Idcirco extraneus calor non ualet ad eum accedere, neq; illud conuertere ad putredinem.

De

De cura epialos. Cap. XXXIX.

EPialos quia de uitreo phlegmate nafcitur neceffe eft ut curetur ficut amphimerina,fed tamen phlegma quod eft in epialos quia eft frigidus, oportet fieri medicinam eius calidiorem fecundum ꝙ materia eius fuerit frigida, fed decet ab initio incipi à medicinis quæ debiliter funt calefacientes donec eas natura affuefaciat, dein de paulatim ad calidiores afcendi quoufq; ad illam caloris quantitatẽ ueniat in qua noftra fuit intentio. Plurima noftra intentio eft in hac feb. vt mũdificetur ftomachus cũ re purgatiua mũdificatiua & colatiua, purgetur materia per uomitum & urinam cum oximelle & aqua calida, in qua cocta fint fpica anifum & fimilia. Quod fi materia inceperit fe mouere & fignum coctionis in vrina apparuerit, purgetur materia cum apozimate de aloe & apozimate de hierapicra, pilul. ftomaticis & pilul. de fętida, clyftere fiat eis in quo intrauit fe. croci hortenfis centaurea anetum abrotanum herba policaria ameos bdellium ferapinũ coloquintida & his fimilia. Poft purgationem materiæ affuefaciant antidotum ubi afa & caftoreum ponuntur, & pilul. in quibus eupatorium maftix abfinth. ariftol. ro. fpica crocus & fimilia intrauerint. Diætam accipiant quæ fit lauatiua & diuretica ficut eft ius ciceris cum obfomogaro & cimino & amigdaleon blitis radicibus fparagis porris omnibus coctis & cum obfomogaro cõditis. potent oximel fquilliticum cum aqua. accipiant poft cibum diaciminum, diatrion pipereon, diacalamentum & his fimilia.

De cura lipariæ. Cap. XL.

LIparios autem, quia materia eft phlegmatica cum cholera mixta, dari oportet minus calida quam in epialos ficut mel ro. & oxizaccara apozima de aloe hierapigra & oxizaccara cum fucco maratri apij anifi mafticis & fimilibus.

De caufa diuerfitatis febrium adinuicem interpolantium. Cap. XLI.

QVia compleuimus quicquid uoluimus dicere de humorum putredine, oportet nos explanare caufam diuerfitatis febrium adinuicem interpolantium, & quare quædam non habent trãquillitatem, licet parum quiefcant quod non oportet fenfui, & quare alia. 18. horas teneat & fex dimittat. Alia etiam. 12. horis moueatur. & 36. quiefcat. & alia. 24. habeat commotionem, & 48. requiem. Et quamuis fuperius in tertiana uidelicet, de hoc difputauimus, placet tamen nobis illud repetere ut firmus fit annexum memoriæ. vnde dicimus caufam effe duobus modis. Vnus qualitatum elementorum eft diuerfitas fuarumq; actionum. Alius funt quantitates & qualitates materierum. Ratio & fenfus ex elementorum natura demonftrant qualitates effe quatuor, calorem, frigiditatem, ficcitatem, & humiditatem. Humana enim corpora non uidemus mutari neq; conuerti nifi ad eas, & non fanari neq; reftaurari nifi per eas. Quod fi alia quinta effet in noftris corporibus abfq; his quatuor neceffario ad eam mutarentur ficuti ad iftas conuertuntur. Neceffe etiam effet exhibe ri aliam qualitatem ifti quintæ contrariam ut cum ifta curarentur & reftaurarentur, quia medicina non eft aliud nifi repugnatio vnus contrarij ad aliud contrarium, nos enim non inuenimus ꝙ noftra corpora mutantur ac conuertantur nifi ad calidum frigidum humidum & ficcum, neq; fanari & ea reftaurari nõ uidemus nifi cum calido frigido humido & ficco ficut Arifto. dicit in quarta particula megacofmi, per cõtrarium inquit curamus & per fimilitudinem augmẽtamus. Quatuor ergo funt qualitates nec plus neq; minus. Oportet iterum intelligi quia de iftis quatuor qualitatibus duę funt actiuę. i. calor & frigiditas & duę funt pafsiuę, id eft humiditas & ficcitas, quia calor femper facit ficcitatem, deficcat enim humiditatem corporis, frigiditas enim facit humiditatem quia claudit & coadunat eam atque prohibet ne diffoluatur. humiditas autem & ficcitas nihil faciunt in calore & frigiditate. Calor ergo & frigiditas funt facientes humiditatem & ficcitatem, & humiditas & ficcitas funt illorum pafsiuę. Vnde miror de Ioanne Damafceno quare negauit calorem non facere ficcitatem & arbitratus eft ut intentio Arift. de calore ficcitatem faciente taliter effet ut ficcitas fit inftrumentum per quod calor fuam operatur actionem. & fecit huic fimilitudinem fenfualiter cum dixerit ꝙ ignis aquæ cal. fit actiuus & aqua fit ei actiua pafsiua & olla quæ eft ficca fit inftrumẽtum & mediatrix aquæ & ignis ut per eam ignis valeat calefacere aquã. Mihi autem uidetur ꝙ non exercitauerit fe in fermonibus philofophorum neque inueftigauerit eorum intentionem, non enim fimilatur fapientię Arifto. qui non intendit actiuam qualitatem facere in pafsiuam cum inftrumẽto, quia actiua actiuæ operatur effentialiter & naturaliter in pasfiuam, & inftrumẽtum eft continuum accidens adiutorium actiuæ præftans actioni, olla ergo non eft aliud nifi inftrumentum aquã ne currat retinens & cuftodiens ut ignis in eam operari ualeat, quòd fi ignis non poterit illud facere fine mediatoribus & inftrumento quo incendit oleum & eliquat ceram plumbũ & multa alia corpora, nifi quia actio fua eft naturaliter non cum mediatore inftrumento. Ego autem non paruipendo fcientiã & prudentiã Ioan.

damaſc.& dico ſuã intẽtionẽ nõ eſſe ex ignorantia philoſophorũ uerborũ: ſed ſpero ĩ hac dictione ĩtẽdiſſe ſicut rhetorici dñt ĩ litigatione dũ ĩgeniãt qualiter posſint vĩcere aliq̃m, licet nõ cũ ueritate. Et quia palã intelligimus calorẽ & frigiditatẽ qualitates eſſe actionis:& hũiditatẽ & ſiccitatẽ eẽ pasſiuas, debemus iterũ ĩtelligere quia calor fortior actiuus ẽ & frigiditas debilior: & ſiccitas ẽ fortior pasſiua hũiditas ãt debilior ẽ. Inuenimus ẽt calorẽ citius & fortius facere in noſtris corporibus q̃ frigiditatẽ: q̃a frigiditas nõ facit ĩ noſtris corporibus niſi poſt aliqđ tp̃is ſpaciũ, ꝓinde plus patimur frigiditatem niuis q̃ ignis calorẽ. Siccitas ãt dicĩt eẽ fortior pasſiua q̃a reperimus eã duriorẽ & magis repugnãtẽ ad recipiẽdũ calorẽ vel frigiditatẽ q̃ ſit hũiditas, hoc teſtatĩ ferrũ & lapis q̃ sũt duriora & inobediẽtiora ad recipiẽdũ calorẽ uel frigiditatẽ q̃ aqua: q̃a hũiditas partẽ rei dilatat & mollificat, vñ ĩuenit caliditas viã ad ꝑforandas cæteras corporis partes velociter. Siccitas aũt coadunat partẽ rei & eã indurat. vnde caliditas in eo uelociter nequit penetrare. Actiones iterum qualitatum in quodam cõcordant & in quodam diſcrepant, inuenimus enim actiones caloris cũ humiditatis actiõe eſſe cõuenientes ad mouendas partes rei ad exteriora, videmus.n.dilatari & expandi ac apiri corpora cũ ipſe ad exteriora eã dilatauerit. Actio.n.frigiditatis dicĩt cũ ſiccitatis actiõe eſſe conueniens q̃a coadunat res & mouet eas ad centrum, & appropinquant partes eorum adinuicem. Quod ſi quidam ſophiſtæ nos in humiditate & ſiccitate reprehendant dicentes, quare ſiccitatem & humiditatem nõ dixiſtis eſſe actiuas cum dixeritis ꝙ humiditas partem rei dilatat & eam ad exteriora extendat, ſiccitas & frigiditas coadunat rem & eam facit ad çentrum mouere & in ſuperioribus ex dictis Ariſto. dixeras actiones ab eis eſſe ablatas & eſſe pasſiuas. Reſpondemus Ariſto. non abſolute abſtulit eas actiuas eſſe niſi in calore & frigiditate, ſed inter ſe adinuicem uidemus habere actiones, quia videmus humiditatẽ rẽ humectare & dilatare & ſiccitatem coadunare eandem, ergo Ariſt. non humiditati & ſiccitati actionem abſtulit niſi ĩ calore & frigiditate, licet caliditas & frigiditas ſint earum actiuæ. Inuenimus enim calorem humiditatem minuere & ſiccitatem augmentare & frigiditatẽ decreſcere ſiccitatem & humiditatem eſſe augmentatiuã:& minuitur frigiditas quia calor humiditatẽ deſiccat. vnde qualitas eius eſt coadunatiua. vnde creſcere facit eã. humiditas aũt & ſiccitas nihil faciunt in calore & frigiditate. Palã ergo intelligimus quia in elemẽtis calor eſt fortior actiua & ſiccitas fortior paſsiua: eodem modo intelligimus quia calor & humiditas dilatant & mouent rem ad exteriora:& frigiditas & ſiccitas coadunant & arcent eam ad interiora ipſius corporis patientis. quod cum ita ſit neceſſe eſt vt quęcunque materia fuerit cõpoſita de actiua fortiori & pasſiua debiliori ſicut eſt ſanguis: febris quæ ab ea naſcitur cõtinua eſt: verbi gratia: inuenimus in ſanguine fortiorẽ actiuam.i.calorẽ & debiliorẽ pasſiuã. i. humiditatem, & quia proprietas caloris & humiditatis eſt dilatare & mouere rẽ ad exteriora fit motio & dilatatio huius feb. ad exteriora facilis & inuenit locũ cal. vt eis actio ſemper fit: quia ca. ſanguinis eſt febr. adunatiuus humiditas eius defecta eſt ad repugnandũ calori: eſt ẽt dilatationẽ & ad exteriora motionẽ adiuuans: proinde febris quæ fit de ſanguine eſt cõtinua. Et quoniã in cholera rub. eſt fortior actiua.i.calor: & fortior paſsiua.i.ſiccitas & proprietas caloris eſt dilatare & mouere ad exteriora & ſiccitas coadunat & mouet rẽ ad interiora huius feb. motio naturaliter ĩduratĩ neceſſario: & dilatatio eius ad exteriora aggrauatĩ. vnde calor impeditur ad continuandã actionẽ ſuã: proinde ãt ipſe cũ ſuo calore operatur & eius materia circa ſuas extremitates egreditĩ per vnum diẽ repugnat eis ſiccitas ut nõ fiat feb. cõtinuatio & tardat eã vſq; ad tertiã diem, & quia in phlegmate eſt debilior actiua.i.frigiditas & debilior pasſiua.i. humiditas & frigiditas eſt coadunatio humorũ & motio chimorũ ad exteriora, & humiditas proprie dilatat & cõmouet eos circa extremitates faciliorem neceſſe eſt hęc fe. habeat motũ & dilatationem & ad extremitates eſt debilis. & q̃a cho. rub. debiliorem habet actiuã.i. frigiditatem & fortiorem pasſiuã.i. ſiccitatem & utraq; cõcordantĩ ad cõſtringendũ & retinendũ materiã intrinſecus hmõi fe. materia neceſſe eſt induratĩ & tardatĩ ad dilatãdũ ſe circa extremitates, ꝓinde eius ĩterpolatio fit lõgior ſua accesſione, quia non habetĩ in cholera nigra ulla res calorem adiuuas, ut ad exteriora dilatet & q̃uis nõ inuenimus ĩ cholera nigra niſi utrãq; qualitatem eã ad interiora cõmouentem ĩ ſui tñ groſſitudine ac grauitate motus feruens diu moratur nec cito extinguitĩ. Ideoq; tempus ſuæ exacerbationis ad comparationem aliarum putridarum febrium eſt lõgisſimum & ad cõparationem ſuæ tranquillitatis eſt breuisſimum. hoc teſtificatur uidemus enim lapides & ferrũ licet tarde calorem ignis recipiãt, tamẽ ſuſceptus difficile extinguitur, igne uero extincto nihil caloris in eis permanſiſſe reperitĩ, carent enim humiditate in qua calor adhærere ſe ualeat. Quod ſi quidam ſophiſtæ nos reprehẽderint dicentes, ſi utraq; qualitas choleræ nigrę intrinſecus ſe cõmouet, qũo calor circa corporis exteriora dilatatur? Reſpõdemus diximus quia febris non naſcitur de materia melancholica niſi cum à ſua natura egreditur & putrefit, ſubſtantia ẽnim eius eſt liquida licet ſicca ſit in natura. vnde propter ſuum liquorem putrefit & febrem generat. Sed tamen febre circa exteriora corporis apparente ſi natura eius naturali-

er sit calida, fit motus eius uelocior ad exteriora quàm ad interiora. Sed si materia fuerit frigida, fit motus econuerso.

De diuersitate interpolatarum febrium propter qualitatem & quantitatem. Cap. XLII.

Diuersitas interpolatæ febris propter qualitatem & quãtitatem materię multiplex est. Est.n. febris cuius materia multa est in quantitatem & temperata ĩ liquore, & fortiorem habet calorem naturaliter & accidẽtaliter propter sui bullitionẽ ad putrefactionem sicut febris quę nascitur de putredine sanguinis. Est & alia cuius materia subtilem & igneum habens calorem quemadmodũ feb. quæ generatur de sanguine. Est & alia materia cuius est subtilissima & siccissima in natura & calidissima sicut febris quę fit de putredine choleræ rubeæ. Est iterum alia cuius materia est multa & grossa & humida accidentaliter habens calorem propter ebullitionem & putrefactionẽ sicut ea quę fit de putredine phlegmatis. Rursus est altera quę est pauca in quantitate grossa & sicca naturaliter liquida turbida habens accidentaliter calorẽ & propter bullitionẽ & putrefactionẽ nõ tamen eam sui natura quemadmodum febris nascens de putredine cholerę nigræ. Vnde cum feb. de multa oritur materia temperata in liquore & cal. naturaliter sicut synocha feb. adhæret se materiei multitudo in liquoris hũiditatem, qua de re accensio eius fit continua nullam faciens remissionẽ ab initio usq; ad materię cõsũptionem, sed tñ huius febris consumptio plurimum breuis est propter suam materiam quæ est facilis & obediens actióni & coctioni unde hæc febris plurime in septem finitur, quę si septem transierit fit propter aliam materiam quæ est sanguini cõmixta cum ingrossans & aggrauans, hac de causa prolongatur usq; ad 11. aut. 14. diem. Causa uelocitatis hanc febrem dissoluens est propter sanguinem qui licet uelociter putrefiat sua tamen essentia temperata est. vnde si accidentaliter est putrefactus naturaliter tamen est temperatus, proinde cito in suam conuertitur naturam. Sed alij humores non sunt huic similes, sumunt enim putredinem & calorem in quantitate & qualitate, sed sanguis nõ est eis similis, non enim putredinem suscipit nisi cũ sola qualitate, qualitas enim eius calida est & humida & calida cõplexio ceteris cõplexionibus est temperatior. Quod si quidam arbitrantur ut augmentatio caloris & humiditatis sanguinis sit causa qualitatem eius corrumpens, peccant, hoc enim nõ est aliud nisi suę quantitatis augmentatio nõ qualitatis corruptio. nã sua qualitas non corrumpitur nisi cum solus cal. augmentatur & egreditur à natura sanguinis fitq; cholericus aut augmentata eius humiditate fit phlegmaticus. Si calor eiusq; humiditas æqualiter fuerint augmentata fit augmentatio quãtitatis nõ corruptio qualitatis. Quæcunq; ãt feb. de materia subtili fuerit & sicca & igneum habuerit calorem, naturaliter festinat̃ calor in materia & facit quasi cinerem: & mundat̃ corpus à calore quia calor nõ inuenit humiditatem cui adiũgere se ualeat. hoc testat̃ quod uidemus in siccis & uiridibus lignis, sicca.n. cito vrunt̃ & ad cinerẽ cõuertunt̃, sed in viridibus alligatus ignis diu seruat̃. Quod si quidã sophistę nos reprehenderint dicẽtes, qũo cãlorẽ seruat humiditas cum utraq; sint cõtraria: & omne cõtrariũ semper suo repugnat cõtrario. Respondemus hũiditas repugnat calori priusquã calori operet̃ in ea, sed cũ humiditas incipit pati calorẽ custodit ac seruat eum, quia regit̃ materiã in qua calor operat̃ ne cito ꝑ eũ cõsumat̃, proinde quęcũq; materia feb. fuerit sicca & subtilis sicut cholerica incẽdit̃ ac cõsumitur velociter fitq; quasi cinis & cito eius calor extinguit̃ & tardat̃ sua reuersio, quia nihil prioris materiei in corpore ꝑmanet, ut uelociter calorẽ incipere ualeat, sed materia feb. si fuerit humida & grossa sicut phlegma suã tardat vstionem, quã uero cũ pati incipit diu sustinet eã & tarde calor extinguit̃ ꝑꝑ materiã ei repugnãtem, quo tñ extincto oĩno corpus ex calore mũdificat̃, quia hũiditas & grossitia materiæ regũt calorẽ in corpore. vñ cito in secũdã conuertit̃ accessionẽ. Calor n. primę exacerbationis alterũ adiuuat qui est de secũda accessione ut cito frigescere incipiat, ꝑꝑ hoc mora huius fe. triplex q̃ sua dimissio. eius.n. accessio. 18. horis morat̃, sed trãquillitas sex. Materia iterũ si grossa fuerit & sicca sicut melãcholia repugnat calori cũ sua grossitudine, q̃ tñ vrere incipiens materiã cõsumens cõuertit eã quasi ad cinerem & mũdificat̃ corpus ab illa, calor.n. caret hũiditate qua custodiri ualeat ꝑꝑ siccitatẽ naturalem materiei. Idcirco huius feb. reciprocatio tardat̃, quia frigiditas materię suiq; grossitudo non obediunt calori ut cito in ea annecti possint. corpus iterũ de priori accessione est mũdificatũ. vnde nõ permanet aliquid caloris per quod calor secundæ exacerbationis adiuuetur, hac de causa tempus trãquillitatis huius feb. est bis tãtũ quãtum tempus suæ exacerbationis, exacerbatio .n. 14. horis permanet, sed dimissio. 48. Quod si sophistæ nos reprenderint & dicant, quomodo feb. in materiã operatur & consumit eã, & aliqñ cito & aliquãdo tarde finitur ꝑꝑ subtilitatem & grossitiem materiæ, cũ nos uidemus naturalem calorem materiã digerere & eã extrinsecus expellere. Respondemus oĩs cal. natural. uel accidentalis necesse est habeat materiam qua nutriatur, quòd si non habuerit cito extinguitur. vnde nutrimentum caloris naturalis est humiditas sãguinis in arterijs existens suiq; unctuositas & caloris naturalis materia ĩ qua operatur sunt cibaria ea. n. excoquit & digerit & laudabilem diuidit chimum à non laudabili, & laudabilem mandat per totum corpus ut eo nutriatur. Illaudabi

lem

lē uero exterius expellit. Sed calor febris nō eſt huic ſimilia.eius enim nutrimentum eſt unctuoſa materia per quam febris generatur ſed ſubiectum vbi operatur eſt materia unde febris naſcitur,quia niſi hoc eſſet naturalē incenderet humiditatē & eā conſumeret,qm̄ īpoſſibile eſt īueniri calorē abſq; materia ī qua operat̃.Ideoq; materia fe.ceſſante & ipſa ceſſat,& materia adhuc permanente & febris permanet.Palam ergo intelligimus quia actio caloris naturalis in humoribus corporis ſecūdū ꝙ oportet & prout neceſſe ē ad corporis regimē operat̃, queadmodū in alijs locis diximus. inuenimus.n. calorē naturalē cibū ſubtiliare & digerere atq; mūdificare eiuſq; fęces expellere ꝑ loca quę natura ad hoc præparauit,ſed calor febris operatur cū ſua natura in materiā quæ ē putrefacta ꝑ unāquāq; exacerbationē,vt eius hūiditatē ꝑ vnāquāq; exacerbationē, cōſumat.Ideoq; ceſsāte materia trāſit febris hic teſtatur quia videmus febrē periodicā quieſcere & incipere multis modis exacerbationē & interpolationē,& nulla actio naturę in ea ap pet neque in urina neq; in alijs ſupfluitatibus. Rurſus ſi ſolutio materiei facta ꝑ vnāquāq; acceſſiōnē eſſet ex actione naturę,non fieret in prima nec in ſecūda acceſſiōe,quia natura prius attenuat diuidit & digerit materiā, deinde eam expellit.Iterū quia natura nō facit acceſſionem niſi in die nunciatiua aut cretica ergo diſſolutio materię āphimerinæ tertianę facta quacūq; actione in prima exacerbatione vel in ſecūda nō ē ex actiōe ſed ex calore feb.nō eſt niſi ſecūdū ordinē vt prius attenuet & digerat materiā & etiā diuidat,deinde expellat in die nunciatiua aut cretica. ꝙ ſi feſtinat̃ ante tēpus aut tardatur nunciat malū eius.n.feſtinatio innuit acumen materiæ ſuæq; qualitatis peſſimitatem naturam inuadētis ut feſtinet operari ante ſuum tēpus. tarditas uero ſignificat materiæ groſſitatē & naturę pigritiē. Sed differētia actionis horū calorū eſt hic,quia calor naturalis prius digerit materiam, deinde eā per cōgrua loca expellit aut cū ſudore aut cū vomitu aut cū ſolutione aut cū vrina,ſed calor febrilis depaſcēdo cōſumit materiā cū ſuo nutrimento neq; eā digerit aut expellit unde materia cū fuerit expleta & finita febris quia caret nutrimēto extīguit do nec aliā inuenerit materiā & eā urat, ꝓpter hoc in initio morbi interpolatione febris eiuſq; dimiſsione patiēs nullam ſentit requiem niſi quieſcente febre, quia natura nondum excoxit materiam neq; eam digeſsit.

De duplicatione & cōpoſitione febrium. Cap. XLIII.

FEbris quę fit de putredine humorum componitur & duplicatur multis modis, aut ſecundum complexionem aut uicinitatem, aut ſecundum compoſitionem, aut ſecundum perſecutionem quia aliquando miſcentur duę feb.in una die & in uno tempore uerbi gratia, duplex tertiana incipit in una hora & die & in una dimittit;quemadmodum ſi in prima hora diei incipiat & in fine diei dimittat.hæc enim feb.ut multum. 12.horis mouetur.Et aliquando cōponūtur duę feb.ex diuerſis materijs,vna videlicet cholera,& altera phlegmatica, quæ utraq; incipit in prima hora diei,& dimittit cholerica ī fine diei, & phlegmatica in media nocte.Vnde ſi hæ fuerint commixtę,& una materia fuerit intra uaſa & alia extra, ſunt ſignificationes faciles ad cognoſcendū quæ utręq; ſi fuerint intra uaſa aut extra, ſunt ſignificationes earū durę ad cognoſcēdū & obſcurę præcipue ſi vnius fuerint materię,& in uno inceperint tempore. Sed tamen qui intente & aſsidue in hac arte laborauit & in ſecretis antiquorū exercitatus eſt earū ſignificationes eos nō latent,quia ſi bene inueſtiget uniuſcuiuſq; materię ꝓprias ſignificationes, & eas quæ plurimæ & modicæ cōtingūt oīno poteſt cognoſcere. verbi gratia,quis duas patitur febres, vnam cholericā & aliam phlegmaticam, quarum ſi phlegmatica fuerit maior fit rigor febris frigidior, extremitates corporis manus uidelicet & pedes infrigidantur,& augmentum atq; febris acumen uenire tardantur,neq; patiens habet acumen aut ſitim, ſed licet propter choleram ſitim habeat, parua tamē ſitis eſt, minori etiā moleſtia febris uexātur, quā ſi utraq; materia fuerit ęqualis in quātitate. Hęc itaq; ſpecies febris cuius materia pplegmatica ē maior nō facit vrinā multū tinctā aut multū acutā,nec patiens ſudat niſi parū in fine actionis & uomit phlegma. Qđ ſi cholerica pars fuerit maior,fit rigor fortior & frigiditas leuio ſitis & incenſio maior, & acceſſus febris citior ſudor multus & urina tincta & acutior,& uomit cholerā.Qđ ſi utraq; materia fuerit equalis in quātitate,hæ ſignificatōes ęqualiter erūt,queādmodū ſi rigor & frigiditas fuiſſet ęqualia.Augmētatio febris inter uelocitatem & tarditatem mediocris & vomitus mixtus de plegmate & cholera. quæ vtraq; materia ſi fuerit intra uaſa caret rigore atque frigiditate ceteras tamen habet ſignificationes febriſq; fit cōtinua cuius ſignificationes ac diuerſitates poterit quis diſcernere ſicut diximus. Qđ ſi vna materia fuerit ītra vaſa & altera extra rigor eſt ablatus ab ea quę conſtat intrinſecus & permanent illarum ſignificationes prout oſtendimus, fitque febris quaſi continua, ſicut uidemus in hemitriteo qui eſt de phlegmate intra uaſa exiſtente & de cholera quæ eſt extra cum fuerint ęquales in quantitate & qualitate, proinde eſt quaſi continua ſicut hipp.in prima particula epidimię epmitriteus inquit nunquam dimittit.quod glorioſiſsimus hip.ſapiēter & uere dixit, quia materia cū fuerit intra uaſa, licet naturaliter ſit interpolans, non tñ quie-

scit. quę fe. quia de phlegmatica & cholerica cõponit materia & secundum phlegma fit cõtinua secundum cholera uero una die dimittit & una minime si fuerint significationes diei ad triteũ ꝑtinẽtes cõposite de tertio in tertiũ & amphimerino, fitq; sua molestatio sicut ea quę fit de diuersis materijs In die aũt ãphimerini significationes simplices apparẽt & fe. leuis. Hoc itaq; mõ oportet itelligi duas fe. de vna materia uidelicet cholericã & phlegmaticã, quia significationes ostendunt eas duplices esse demonsttantes. Eodem quodam modo cognoscimus si quidam habuerit tertianam continuam & quartanam interpolatam, quia necesse est ut à tertiana rigor sit ablatus. Est enim intra uasa cum sanguine mixta, & à sensibilibus membris longinqua & cęteræ significationes permanent commixtę cum quartana. unde de signis tertianæ urinæ apparet vstio sitis cholericus uomitus acutio urinæ pulsus fortitudo & uelocitas & cita febris accensio. De signis autem quartanę ostenduntur tremor nimia frigitudo grauitas & fragmentum carnium & ossium, quia grossities & grauitas materiæ frangit membra & permanent signa tertianæ .12. horis. deinde signa quartanæ sola apparent sine illorum commixtione & morantur quousq; eorum tempus finitur quod est .24. horis. hac itaq; decet mensura inuestigari significationes febris, vt in propatulo eius certitudo appareat, & omnis ab eo dubietas transeat. Complexio autem est coniunctio duarum materiarum diuersarum in una febre, sicut est liparios quę est commixta de cholerica materia cum uiscoso phlegmate, aut cum melancholica. Compositio uero sicut cum duę febres componuntur secundum uicinitatem & persecutionem in duobus temporibus una sequens aliam, horæ tamen earum sunt commixtę .i. cum prima cedit altera incipit, & earum significationes ordinatim apparent, proinde hæc febris non habet obscuram significationem. Aliquando tamen materia utriusq; febris in diuersis locis corporis permanet, sicut cum materia est in splene dicitur quartana, & ea quæ constat in stomacho dicitur amphimerina. Præterea aliquando utraq; materia est in uno membro sicut materia tertianę & quotidianæ in stomacho existens. Nonnunquam duę febres fiunt de una materia, sed tamen propter eius duritiem & grossitiẽ partim minime. Partis itaq; quæ putrefit eius calor ostenditur, sed ea consumpta secunda incipit putrefieri, & calor eius apparet. quæ utraq; febris ex suorum accidentium facilitate cognosci potest. Sed tamen nonnunquam tres febres coniunguntur sicut diximus, quæ sunt aut secundum commixtionem aut secundum compositionem. Quatuor autem febres impossibile est cõiungantur, nisi cũ duæ unius fuerint materiæ & duæ alterius. verbi gratia, sicut si fuerint duę febres de cholera & duę de phlegmate, tertia de cholera, quarta de melancholia. Sanguinis autẽ significatio impossibilis est cum aliarum signis appareat, sanguis enim plus ac abundantius in corpore est toto quàm omnes alij humores, qui si putrefit & febrem generat operit omnes febres quæ cum ea sunt commixtę propter multitudinem suæ quantitatis & obscurat earum significationes, quia de omnibus rebus fortis debilẽ denigrat & multum paucum, quod testatur lumen solis lumen ignis operiens, unde Hippo. in apho. duorum dolorũ in uno loco factorũ vnus denigrat alterum. intendit Hippo. ut maior obscuret minorem ut sensui non appareat. & dicit unum locũ propter uicinitatem locorum utriusque doloris qui sunt quasi unus locus, sicut tempora oculis & caninis dentibus uicinantia. Palã ergo intelligitur, quia sanguis cęteros humores putrefactos si cum eo mixti fuerint obscurat, neque sanguis est causa alterius febris, licet aliqua febris sit causa alterius sanguineę febris, quia aliquando putrefit cum propter alios humores putrefit & calefit, neq; ipse alios calefacit humores, eius enim complexio temperamento uicina est, proinde si putrefit & calefit non multũ à temperamento egreditur, sed cęteri humores in naturali eorum cursu existentes sunt ultra temperamentum, quantomagis cum cursum egrediuntur suum.

De febre accidente propter dolorem hæpatis splenis uel alterius membri. Cap. XLIIII.

Aliquando est febris propter hæpatis dolorẽ aut splenis cerebri lateris pulmonis renum & similiũ, & cessante morbo qui est causa febris cessat & ipsa, unde utilis est eius curatio ut certissime causa eius curetur .i. sanetur membrum cuius occasione febris generata est. Sed prius oportet intelligi quia febris quæ alios morbos concomitatur, aliquando est debilis sicut si fuerit propter splenem renes aut uesicam, & aliquãdo fortis est & molesta sicut cum fuerit propter hępar cerebrum & latus, & nonnunquam est debilis & aliquando fortis, fortis autem cum sit propter pulmonem. dolor enim pulmonis si fuerit propter sanguinem aut choleram febris erit molesta. Si autem fit propter phlegma aut choleram nigram febris erit lenis, molestatio autẽ febris quæ fit propter hæpar quia materia eius est sanguis, lenitas autem eius quæ fit propter splenem est propter choleram nigram quæ est eius materia, molestatio febris quæ fit propter cerebrum est propter neruos & sensus acumen, lateris autem molestatio fit propter cholerã quę est eius materia & propter uicinitatem cordis.

SERAPIONIS.

SERAPIONIS DE FEBRIBVS LIBER.

De cauſis febris ephemeræ. Cap. I.

CAVSAE quidem febris ephemeræ ſunt quatuor quia quædam ex eis ſunt quæ occurrũt exterius, ſicut frigus, & calor, quando ſunt fortes ſeu vehementes: aut balneatio cũ aqua aluminis, aut aqua ſulfuris. Et quædã ex eis ſunt quæ ingrediuntur corpus, ſicut cibus, & potus, & medicinæ, & quæ ſunt illis ſimilia. Et quædam ex eis ſunt quæ inferunt paſsiones, ſicut motus, qui ſunt aut corporales, ſicut labor cũ ambulatione multa, aut equitatione aſsidua: aut ſunt motus animales, ſicut vigiliæ, & mæſtitia, & triſtitia, & ira. Et quædã ex eis ſunt quæ accidunt ab extra, ſicut dolor qui accidit in aliquo membro: (vel ſecundum aliam literam, Et quædam ex eis eſt dolor accidens in aliquo mẽbrorum, ſicut dolor accidens ex apoſtemate emunctoriorum cauſato à cauſa extrinſeca.)

De febre ephemera accidente ex calore ſolis, & ab aere valde æſtuoſo. Cap. II.

SCias quòd illis quibus accidit febris ephemera ex ſole, & ab aere valde æſtuoſo, igniuntur ſeu inflammantur capita eorum, & cutes ipſorũ, plus quàm igniãtur ſeu inflammentur in ſpeciebus alijs febris ephemeræ. Et capita illorum qui ambulant in ſole tẽpore lõgo, igniuntur ſeu inflammantur plus quàm corpora ipſorum. Et accidit ſoda, & rubedo in oculis, & caliditas, quoniam huiuſmodi febris ephemera lædit ſpiritus animales proprie: (vel ſecundum aliam literam, Et accidit in capite ſoda, & pulſatio vehemens, quoniã in huiuſmodi febre lædũtur ſpiritus animales proprie, & oculi eorũ rubeſcunt & inflammantur.) Quapropter oportet vt effundatur poſt reſolutionẽ febris ſuper capita eorũ continue, aqua tepida dulcis, in qua iam decocta ſint camomilla, & viola ſicca, & flores nenufaris, & roſæ: & inungatur caput cum oleo violato, aut oleo de nenufare & roſis: & fac eos dormire in domo frigida, in qua ſtrata ſint folia alchalef: & ciba eos cum cibarijs & potibus frigidis humidis. Quunq; redierint ad [conſuetudinem] poſt reſolutionem febris, oportet vt caueant ſibi ab omnibus rebus quæ calefaciunt.

De febre ephemera accidente à frigore. Cap. III.

FEbris ephemera accidens ex frigore, exiccat corpus, & areſacit, & ſolidum efficit, ſicut illud quod fit ex balneatione cum aqua aluminis, & cum aqua ſulfuris: (vel ſecundum aliam literã, & ſolidum efficit, & ſimilatur febris iſta febri ephemeræ quæ fit ex balneatione cum aquis ſtypticis.) Et patiẽtes hanc febrem ex frigore, ſentiunt grauitatem in capitibus ſuis, & in reliquo corpore eorum. Et ſunt vrinæ eorum albæ decliũes ad citrinitatem parum, quoniam caliditas quæ eſt in eis, non compleuit tincturam vrinæ. Et pulſus eorũ ſunt parui, veloces, frequentes: parui quidẽ propter frigus, velocitas vero & frequentia ipſorũ pulſuũ eſt, quoniam caliditas eſt iam ſubmerſa ad interiora. Et propter illud confert eis poſt reſolutionem febris, balneum cum aqua calida, in qua decocta ſint chamomilla, & melilotum, & maiorana: poſtquàm ſub infirmo poſita fuerit hæc aqua bulliens, ita ut fomentetur cum vaporibus eius. Et inungatur patiens cũ oleis reſolutiuis & ſedãtibus, ſicut oleum camomellinum, & oleum anethinum, & oleum alcheiri. Et adminiſtretur oleum poſtquàm ſudauerit patiens, quia non oportet adminiſtrare oleum ante ſudorem, vt non oppilentur pori propter uiſcoſitatem olei. Quum autem patientes hanc febrem egrediuntur ex balneo, ciba eos cum cibis calefacientibus parum, ſicut ſunt aſſidbegi, ideſt, ferculum ex carne elixata, (uel ſecundum aliam literam, ſicut brodium carnis elixatæ,) & bibat modicum aquæ calidæ: (uel ſecundũ aliam literam, & ſorbeat modicum olei cum brodio carnis.) Et ponãtur coram manibus eorum prunæ ignis, & ante ipſos accendantur ligna tamariſci ſicca. Et confortentur ſpiritus animales ipſorum cum odoriferis, & cum ſpeciebus aromaticis. & cum odore ligni aloes, & citri, & maioranæ,

ranç,& narcisci,& alcheiri,& si symbrij, & quæ sunt illis similia.

De febre ephemera accidente ex balneatione cum aquis stypticis. Cap. IIII.

Significatur super febrem ephemeram accidẽtem ex balneatione cũ aquis stypticis, sicut cum aquis aluminis,& cum aquis sulfureis, ex tactu, quoniam cutis est dura, filtrata,solida,extenuata,sicca,arida,plus quàm cutis illorum quos inuasit febris ephemera ex frigore,& similatur, illis qui manus suas submergunt in aqua gallarũ, aut corticum granatorum, & quæ sunt illis similia tempore longo. Et quãdo ponis manum tuã in quacunque parte corporis, sentitur in primis diminutio caliditatis, & post illud quando expãditur cutis sub manu,& prolongatur tactus eius super ipsam cutem, manifestatur caliditas,& sẽtitur vehementia eius plus. Et est urina declinãs ad albedinem,aut ad citrinitatem, & hoc accidit quoniam superfluitates aquosæ quæ consueuerant euacuari, retinẽtur propter soliditatem cutis. Et oculi eorum non sunt submersi, & quandoque sunt inflati. Etiam & pulsus arteriarum ipsorum non est paruus,sicut in illis in quibus accidit febris ex cogitatione, & mœstitia, & uigilijs,& labore,quoniam uirtus in hac febre est remanens,& caliditas est profunda,& non resoluitur neq; finitur. Et oportet,ut scias ꝙ non semper accidit febris ephemera in corporibus, quã do inspissatur cutis eorum, sed illis corporibus accidit febris ephemera ex induratione & inspissatione cutis, quando ab eis resoluuntur uapores humidi sanguinei, quia propter prædictam inspissationem retinentur, vnde fit aggregatio ipsorum uaporum. Et inuadit etiam febris ephemera in illis corporibus quorum uapores sunt calidi & sicci, & non est materia quæ in eis putrefiat. Et si est illic materia quæ putrefiat, inuadit eos febris putrida. Et curatio quidem illorum quibus accidit hæc febris ephemera, fit etiã cum rebus eiusdem quibus curatur febris ephemera quæ est ex frigore, uerum isti tardant plus in balneo quàm illi, quoniam indigent resolutione, & non tardant in tina multum. Et oleum quod ipsi administrant, sit parum,& fricatio sit multa, lenis, ita ut leniatur cutis, & resoluantur superfluitates retentę in corpore. Et oportet ut utantur cibis velocis digestionis in quantitate moderata, & ut bibãt parum de uino, si durities seu inspissatio cutis fuerit pauca. Si uero durities seu inspissatio cutis fuerit multa, non utantur uino omnino, quoniam de proprietate uini est expandat superfluitates & excitet caliditatem.

De febre ephemera accidente ex cibis calidis. Cap. V.

HAec febris plus accidit in spiritu naturali qui est in nobis, quoniam cibi & potus lędũt hæpar plus quàm alia mẽbra. Et propter hoc sunt urinæ eorum decliues ad caliditatem,& patiens hãc febrem sentit caliditatem in hępate. Et propter hoc oportet ut exhibeantur ea quę conferunt hępati, & prouocant urinam, sicut syrupus acetosus factus cum zuccharo, & aqua granatorum acetosorũ & quę sunt illis similia. Et ponatur super hępar exterius epithema factum cum duobus sandalis, & rosis, & camphora, & aqua chalef, & aqua rosata.

De febre ephemera accidente ex labore corporis. Cap. VI.

ILlorum qui laborant in ambulatione aut equitatione aut in pugna, igniuntur seu inflãmantur iuncturę omnes,& similiter spiritus uitales etiã, & proprie spiritus animales, quia ad cor & ad cerebrum ex hoc quòd ipsa sunt superius eleuantur uapores plus. Et secundum communitatem corpora quę laborant,sunt arida,extenuata,sicca. Secundum proprietatem uero si non est labor uehemens in corporibus, tunc siccitas apparet in eis tempore parua tantum, deinde egreditur ex eis humiditas quæ est sicut ros, & uapor calidus quãdo resoluitur humiditas humorum, & humectatur siccitas corporis, quod in hora declinationis febris efficitur roridum. Si uero labor fit multus, tunc corpus efficitur siccum in declinatione ęgritudinis etiam,& est pulsus tũc paruus. Et si labor non fuerit multus, tunc pulsus est magnus cõsequutiuus seu frequens, quia febriens indiget attractione aeris, propter caliditatem & siccitatem quæ comitantur ipsum, & vrina est subtilis, acuta, propter laborem & resolutionem. Et eius quidem subtilitas est propter resolutionem multam, eius autem acuitas est propter motum qui igniuit seu inflammauit corpus. Et sentitur aliquid de dolore in iuncturis, propter confricationem earum ad inuicem apud motum. Et oportet ut curentur isti in primis cum quiete & tranquillitate, & post resolutionem febris (uel secundum aliam literam, & post declinationem febris) sedeant in tina aquę tepidæ donec humectentur. Et non oportet ut tardent in balneo isti, neque illi quos inuadit febris propter aerem ualde æstuosum, quia ægritudo amborum simul est siccitas. Et ungantur corpora eorum si tempus est calidum siccum,& complexio infirmi est decliuis ad hæc duo, cum oleo uiolato & nenufarino aggregato cũ aqua pauca. Quòd si istæ dispositiones sunt econuerso, ex parte aeris & ætatis & complexionis, inungantur

gantur

gantur cum oleo de cheiri & oleo chamæmelli no,& sit fricatio lenis ualde temperata in multitudine sua donec humectet eos. Et post oleum etiam facimus eos sedere in tina aquę tepidę, donec humectetur corpus, & acquirat humiditatē loco illius quæ ex eo fuit resoluta. Et post tinā administramus oleum etiam, & conseruetur humiditas quam corpus acquisiuit ex aqua. Et præcipiamus eis ut caueant sibi ab eis quæ exiccant corpus, & proprie coitu, quoniam ipse exiccat corpus & debilitat ipsum. Et nutriamus ipsos cum cibis humidis, paucarum superfluitatum, facilis digestionis, & accipiant eos uicibus multis (uel secundum aliam literam, Et nutriamus eos cum cibis humidis facilis digestionis, & huiusmodi cibi sumantur uicibus pluribus,) non uice una,& bibāt uinum non antiquum,permixtum,ut humectetur corpus.

De febre ephemera ex ira. Cap. VII.

IN illis quibus accidit febris ephemera ex ira, est velox motus oculorum suorum,qui egrediūtur & eminent exterius, quoniam caliditas innata mouetur ad exteriora, propter vindictam faciendam ex nocentibus.Et rubet facies ipsorum propter motum sanguinis ad exteriora corporis.Et videtur corpus ipsorum plenum, pingue, propter ebullitionem sanguinis & ipsius feruorem. Et quandoque fit color citrinus ex timore permixto cum ira. Et vrina est citrina & acuta, (vel secundum aliam literam,Et vrina ipsorum est citrina non acuta.) (Alia litera habet,Et vrina eorum est citrina paucæ acuitatis,) & pulsus eorum est velox, magnus, propter motū, & propter augumentum caliditatis.Et ingenium quidem ad istos febrientes,est in primis sedatio iræ ipsorum, & bonificatio anhelitus ipsorum cum delitijs,& post illud regimen ipsorum fit cum cibis bonis in complexione sua frigidis & humidis. Et non oportet vt exhibeatur eis vinum donec sedetur caliditas,quia de proprietate vini est excitare iram. Et similiter oportet vt prohibeātur etiam a balneo, quoniam balneum adiuuat materias quæ sunt in corporibus eorum ad putredinem,& facit euenire febrem,& facit resudare & expellere illas materias ad quædam membra, vnde facit accidere apostema. Et oportet etiam ut intendatur studium circa cor, quoniā hæc febris nō oritur & non incipit nisi ex corde.

De febre ephemera accidente ex cogitatione & tristitia. Cap. VIII.

IN patientibus quidem febrem ephemerā ex cogitatione & tristitia, motus oculorum suorum & eminentia ipsorum ad exteriora, quandoque augetur,& quandoq; quiescunt oculi, & videntur quasi submersi. In illis autem qui cogitant, quandoq; est eorum cogitatio in eo quod contristatur.Quū ergo solliciti sunt de eo quod ipsi timēt vt eis accidat,submergitur caliditas eorum innata,& sequuntur eam spiritus,& sanguis & membra quorum motus est facilis ad interiora,vnde apud illud profundantur oculi eorum. Et quando cogitatio eorum est de euasione,seu est in spe euasionis à timore & periculo, tunc accidit eis contrarium illius, caliditas enim naturalis tunc egreditur ad exteriora, & sequuntur eam spiritus,& sanguis,& oculi eminent & mouentur motu veloci.Pulsus autem eorum quando caliditas submergitur ad interiora, est paruus:sed quando dilatatur ad exteriora, est pulsus magnus.Et vrina eorū est acuta,ita vt mordicet membrum per quod transit. Et oportet vt curentur isti cum contrario illius quod eis accidit, & ingenietur vt ipsi lætentur & gaudeant & sperent,cum omnibus speciebus ingeniorum diuersorū, quæ solent inducere gaudium & lętitiam & spem eorum quæ desiderantur. Et ingenietur etiam omni ingenio vt remoueatur ab eis multitudo cogitationis, quoniam multitudo cogitationis debilitat seu infestat animam,sicut dixit Plato.Post declinationem vero febris,oportet vt infirmus sedeat in tina aquæ dulcis tepida,donec humectetur corpus parumper, deinde vngatur cum oleo cui est virtus infrigidandi & humectandi,sicut est oleum violatum,& oleū nenufarinum.Et nō sit fricatio continua,ut non exiccetur corpus. Cibatio autem istorum fiat cum cibis humidis laudabilis humoris, sicut caro pullorum, & franculinorum, & caro hœdorum, & pisces petrosi, & brodium leguminum frigidorū,& attriplex,& cucurbita,& his similia: nam passiones animales proprietatem habent exiccandi corpus valde.Et signum huius est,quoniam videmus plures eorum qui non cogitant, & non patiuntur tristitiam neque mœstitiam, digerere totum illud quod comedunt ex cibis.Illi uero qui cogitant & patiuntur mœstitiam aut tristitiam,non digerunt quod comedūt ex cibis, etiam si sint facilis digestionis paucæ quantitatis.Et oportet ut exhibeatur in potu vinum permixtum non antiquum,in quantitate pauca, ita vt non exiccet corpus ex multitudine eius quod de eo administratur.Nam quando uinum exhibetur cum mensura,remouet vigilias,& facit euenire somnum,& propter illud humectat & lętificat tristes, & sedat tædium & tristitiam. Et uniuersaliter dico quòd oportet vt sit regimen totum infrigidans & humectans, & sit elongatio à rebus exiccantibus. Ipsæ enim nocent valde, & proprie coitus:vt non permutetur seu per ducatur febris ephemera ad febrem hecticam.

De febre ephemera accidente ex vigilijs. Cap. IX.

SCias quòd patientibus febrem ephemeram ex vigilijs, accidunt istæ significationes, scilicet citrinitas coloris propter motum choleræ accidentem ex vigilijs. Et propter paucitatem digestionis accidit corpori thebegi, id est, tumefactio similis cachexiæ & profundantur oculi propter multitudinem motus qui resoluit, & grauantur palpebrę & motus ipsarum. Et pulsus est paruus propter debilitatem virtutis. Et vrina quamuis sit acuta, tamen est indigesta, turbida: (vel secundum aliam literam, Et vrina est paucæ quantitatis, acuta, non digesta, turbida. Oportet autē vt isti febrientes curentur cum rebus quæ contrariantur uigilijs, & fit ingeniatio in attrahendo somnum cum embrocis super caput factis cū aqua, in qua decocta sint camomilla, & rosæ, & uiolæ siccæ, & folia nenufaris, & hordeum excorticatū, & pauper. [ ] Et fricentur manus & pedes, ita ut attrahatur materia ad inferiora, & descendant uapores retenti in capite. Et cibatio eorū fit cū cibis humidis uelocis digestionis. Et exhibeatur eis in potū uinum permixtum non antiquum. Et prohibeant isti ab omnibus rebus quę exiccant corpus, & proprie à coitu. Et regātur isti cum huiusmodi rebus, donec redeat corpus ad dispositionem primam cum somno nocturno, quoniam somnus nocturnus attrahit trāquillitatem plus propter cōsuetudinem primo, & secundo quia caliditas naturalis propter humiditatem noctis & frigiditatem eius, profundatur ad interiora, unde est causa completę digestionis. Et tertio, quia tenebræ noctis attrahunt sensibus quietem, somnus uero diei propter cōtrarium harum rerum efficit contrarium illius. Et somnus quidem qui est inter mane, seu inter horam matutinam usque ad quatuor horas, est medius inter istos.

De febre ephemera accidente ex dolore inguinum. Cap. X.

DOlor inguinum, est dolor emunctoriorum & lacertorum qui sunt in radicibus coxarū. Nā quando accidit aliquod ulcus in pedibus & cruribus, tunc natura properat ad ulcus ut rectificet ipsum, & sequuntur eam spiritus & sanguis. Quumq; huiusmodi in transitu suo perueniunt ad inguina, replent ipsa propter eorum raritatem & spongiositatem, vnde fit in eis apostema. [ ] Quòd si principium huius apostematis fuerit causa primitiua, sicut ulcus in pede, tunc facit accidere febrem ephemeram. Et si apostema fuerit ex causa antecedente, sicut ex repletione, tunc ex eo accidit febris putrida. Et significatur super hanc febrem etiam ex pulsu, quia in febre ephemera est pulsus magnus ualde frequēs, & ex profundo corporis eleuatur post ebullitionem roritas quædam calida mordicatiua, & rubet facies secundum plurimum, & inflatur, uerū tamen rubedo eius sequitur colorem sanguinis, & inflatio ipsius plus. Et urina est decliuis ad albedinem. Et oportet ut patientes hanc febrem, curentur incipiendo cum introitu eorum in balneo, & faciēdo eos tardare in eo. Et adminiſtretur eis fricatio cum ęqualitate, & non ungantur oleo aliquo, quoniam oleum humectat corpus, & oppilat poros eius. Deinde cibentur cum cibis subtilibus & prohibeantur à potu uini.

De febre hectica. Cap. XI.

FEbris hæctica, quæ est febris fixa, stabilita, diuiditur in duas species, quarum una est quæ accidit ex adustione caliditatis, & ad eam sequitur febris dach continua,) vel secundum aliam literam, ex adustione caliditatis, ad quam sequitur febris subtilis continua.) Altera uero species est quæ accidit in corporibus senum absque febre, quando extinguitur caliditas naturalis quæ est in eis ex multa resolutione, & accidit absque dolore, & hāc nominat Pylagrius medicus, & senectam ex ægritudine. Et iā nos uidimus multos, quos inuasit hæc ægritudo, ex senibus & pueris & adolescentibus, absque quòd finita fuerit caliditas eorum naturalis, & extincta ex multitudine ægritudinum, & assiduatione dolorum. Istæ igitur sunt duę species primę febris hęcticæ. Species autem prima diuiditur in tres species, quia humiditates quæ sunt in nobis, sunt quatuor, scilicet illa quæ est in uasis seu in uenis, & illa, quæ est [in locis uacuis quæ sunt in nobis, & illa quæ est in carne propinqua tempori suæ coagulationis, & illa qua continuantur membra. Quum autem calefit illa humiditas quæ est in uasis, id est, intra uenas & arterias, calefit corpus etiam. Et si calefiat & putrescat illa humiditas, tūc ipsa facit accidere febres, ex putrefactione eius quod est in uenis & arterijs. Et quando calefacta fuerit humiditas quæ est in locis uacuis, tunc accidit prima species febris hæcticæ quæ est facilis curationis. Quādo uero calefacta fuerit illa humiditas, quę est in carne proxima tempori suæ coagulationis, tunc accidit secunda species febris hæcticæ mediocris, quæ nominatur Marasmus, id est, debul seu extenuatio, quæ est difficilis curationis. Si uero calefiat humiditas qua cō tinuantur membra corporis omnia, tunc accidit ex ea species tertia hæcticæ, & nominatur Charugas, & eius intentio est extinctio & cōfractio. Harum autem specierum] prima est facilioris curationis & magis sperabilis, secunda uero est difficilior & media in spe, tertia autem species non habet curationem. Si enim resoluta est humiditas

miditas per quam membra continuantur, quomodo eſt poſsibile vt permaneat corpus? Hæc igitur eſt opinio quorundam de febre hectica. Secundum vero ſententiam aliorum, diuiduntur iſtæ tres ſpecies ſic. Dicunt enim quòd quando cordis complexio naturalis alteratur ſeu inflammatur & non finitur humiditas quæ eſt in eo adhuc, ſed eſt in ipſo ſicut ebullitio, nominatur tunc prima ſpecies hecticę. Et quando accidit in ebullitione eius conſumptio humiditatis & finis eus, tunc accidit ſpecies ſecunda hecticæ. Et quando læduntur membra ſimilium partium, ſeu membra radicalia, ſcilicet, venæ & arteriæ & uelamina, ita vt in eis dominentur caliditas & ſiccitas, (vel ſecundum aliam literam, ita ut ſint obſeſſa ſeu oppreſſa à caliditate & ſiccitate,) tunc eſt ſpecies tertia hecticæ. Signa autem quæ ſignificant vnamquamque iſtarum ſpecierum, ſunt iſta quæ nunc dicemus & cætera. Alia litera à principio huius capituli vſque ibi. Species autem prima diuiditur in tres ſpecies &c. ſic iacet.

De hectica ſeu de aldach. Cap. XI.

INtentio huius nominis hectica, ſeu huius nominis aldach, apud Arabes eſt diſpoſitio ſeu qualitas fixa ſeu ſtabilita in corpore: & eſt genus quod diuiditur in duas ſpecies: quarum una eſt diſpoſitio febrilis fixa, quæ accidit ex aduſtione caliditatis, ſeu ex caliditate adurente. Altera vero ſpecies eſt diſpoſitio ſicca dominans & fixa, quæ accidit in corporibus ſenum abſque febre: & hanc nominat Phylagrius medicus ſenectā ex ægritudine. Et iam nos uidimus multos, quos inuaſit hæc ægritudo ex ſenibus & pueris & adoleſcentibus, abſque quòd finita fuerit caliditas eorum naturalis & extincta ex multitudine ægritudinum, & aſsiduatione dolorum. Iſtæ igitur ſunt duæ primæ ſpecies huius nominis generalis, quod dicitur hectica ſeu aldach. Species autē prima diuiditur in tres ſpecies &c.

Signa autem quę ſignificant unamquamque iſtarum ſpecierum, ſunt iſta quæ nunc dicemus. Si incipit febris ephemera ex ira, aut triſtitia, aut mœſtitia, aut cogitatione multa, & remanet uſque ad diem ſecundum & non quieſcit penitus, & non addit ſuper illud in quo incepit: & apparet in colore & forma nigredo ſeu obſcuritas, & extenuatio, & citrinitas: & tangendo infirmum, & uenas, & arterias ipſius ſemper ſentitur caliditas: tunc ſcias quòd hæc eſt prima ſpecies febris hecticæ. Si autem augetur caliditas, & uehementior fit cum iſtis ſignificationibus, quando datur infirmo cibus in quacunque hora fuerit, ita ut exiſtimetur quòd ipſa caliditas iam ſit magis addita quàm prius, & habeat periodos, tunc oportet ut ſcias quòd febris iam peruenit ad ſecundam ſpeciem hecticæ. Et tunc oportet ut cibetur infirmus, duobus aut tribus diebus cum cibis moderatæ quantitatis laudabilis humoris, & in horis diuerſis, ita ꝗ cibes uice una in mane, & uice alia in meridie, & vice alia in ueſperis: & ſi quacunque hora cibetur, ſemper augetur caliditas, tunc iudica confidenter ꝗ iſta eſt ſpecies ſecūda hæcticæ, & nō febris putrida. [ ]

Significationes autem ſpeciei tertiæ, ſunt iſtæ, quòd oculi ſunt ſubmerſi quaſi poſiti in profundo, & uidentur ſpatulæ nudæ a carne, & apparet in oculis lippitudo ſicca, & color infirmi eſt cineritius quaſi iam ſuper ipſum ſit proiectus puluis, & cutis faciei & frontis eſt tenſa, arida, ſicca: & eleuantur ſuperiora ſuperciliorum & palpebrarum cum grauitate. Quum ergo iacent, areſcunt, & clauduntur oculi eorum abſque ꝗ ipſi ſint dormientes, ſed clauduntur oculi ex debilitate quæ eis accidit. Et applanantur tempora, & fiunt abſque carne, & detumeſcunt ſeu extenuantur uentres eorum, ita ut uideantur ac ſi ſint uacui ab inteſtinis & à uiſceribus: & cutis corporum ipſorum eſt arida ſicca. Et quando cum digitis tangitur, ſeu comprimitur, tunc uidetur quòd ſit ſicut cutis coriata, uel ſicut corium præparatum, ſiccum. Pulſus autem in eis eſt paruus, debilis, frequens, durus ſicut corda. Paruitas autem eius, & debilitas ipſius, eſt quia uirtus eſt iam debilitata. Et durities eius eſt propter ipſius ſiccitatem. Frequentia uero ipſius pulſus eſt propter caliditatem. Et eorum urina eſt oleaginа, in qua apparent quædam ſimilia laminis ſeu ſquammis, propter liquefactionem membrorū radicalium, & reſolutionem eorum. Et quando effunditur urina in uaſe, tunc auditur uox eius ſicut uox olei effuſi in uaſe: & cauſa illius eſt propter uiſcoſitatem urinæ. In aqua uero effuſa in uaſe, ex quo non uiſcoſa, non ſentitur niſi ſonitus fortis. Iſtæ igitur ſunt ſignificationes hecticæ cauſatæ ex caliditate adurente: & huiuſmodi hectica, eſt hectica febrilis quæ diuiditur in tres ſpecies, ſicut iam prædiximus. Signa autem ſpeciei hecticæ quæ eſt ægritudo accidens ex dominio frigiditatis & ſiccitatis, nominata hectica ſenectutis, ſunt iſta. Pulſus enim in huiuſmodi ægritudine eſt paruus, debilis, rarus; & urina eſt alba, ſubtilis ſubſtantiæ.

Cura febris hecticæ.

Cura autem hecticæ quæ eſt abſque febre alia putrida, & abſque materia præparata ad putredinem, eſt in primis exhibitio lactis aſinæ. Et eligatur aſina iuuenis, flaui coloris, propinqua tem

pori partus. Et ſit lac eius lene, album, temperatæ ſubſtantiæ, ita ut quando diſtillatur ſuper unguem aut ſuper ſpeculum, non expandatur ad altera. Et oportet ut nutriatur aſina cum herbis frigidis humidis, ſicut coriandrum humidum, & altil plana, ideſt, & herba graminis quæ naſcitur ſuper flumina, & endiuia, & hordeum album: & detur in potu aqua dulcis, bona, clara: lac enim generatũ ex huiuſmodi aſina ſic nutrita, eſt magni iuuamenti. Et nutriatur infirmus cum mes excorticato, decocto cum attriplice, aut ſpinachia, aut lactuca, aut cucurbita. Et detur in potu aqua granatorum dulcium, & aqua cucurbitæ: (vel ſecundum aliam literam, Et detur in potu aqua granatorum muzorũ, & aqua cucurbitæ.) Et facimus infirmum ſedere in tina aquæ, in qua decocta ſunt folia cucurbitæ, & hordeum excorticatum, & nenúfar & uiolæ, & quæ ſunt his ſimilia. Et poſt eius egreſsionem ex tina, inungatur cum oleo nenufarino, & cum oleo ſeminis cucurbitæ dulcis, aut oleo uiolato permixto cũ cera alba diſſoluta, uel cum cera abluta: quoniã huiuſmodi oleum humectat corpus, & conſeruat humiditatem quam acquiſiuit ab aqua tinę. Quòd ſi conſentit uirtus, tunc mulge ſuper ipſum lac aſinæ, aut lac capræ, aut mulieris, antequam infirmus deſcendat in tina: quia lac quando mulgetur ſuper corpus, humectat ipſum ualde. Quòd ſi uirtus eſt debilis, tunc permiſceatur lac cum aqua tinæ, quam diximus, & non ſedeat infirmus in tina multum, ut non debilitetur uirtus, neque proſternatur, neque mollificetur. Et non ungatur infirmus ante introitum eius in tinam, ut non oppilētur poroſitates corporis eius ex uiſcoſitate olei, & ut non prohibeatur humiditas aquæ ingredi ad interiora corporis eius. Et ſedeat infirmus in tina uice una poſt lac in mane, & uice alia poſt cibum & potum in ueſperis, donec caliditas aquæ in tina attrahat humiditatem acquiſitam ex cibis & potibus, ab interiori corporis ad exteriora ipſius; (vel ſecundum aliã literam, donec attrahat caliditas aquæ in tina humiditates acquiſitas ex cibis, ab interioribus ad exteriora corporis,) & redire faciat illas humiditates ſuper corpus, & ſpargi in membra ipſius. Si autem caliditas hecticæ fuerit diminuta, & corpus fuerit mundum à materia præparata ad putredinem, tunc exhibeatur infirmo machid uaccinum mundum à butyro, & ab unctuoſitate. Et in principio exhibeatur ex eo pondus drachmarum decem: & addatur in eo ſecũdum gradationem uſque ad drac. 30. Et ſi conſentit uirtus & digeſtio, & addis ſuper hanc quantitatem lactis, non erras. Et exhibeatur lac ſupra ſcriptum cum iſtis trochiſcis, quorum deſcriptio eſt hæc. Recipe ſpodij drach. 4. roſarum drach. 6. ſeminis portulacę, ſeminis cucurbitæ dulcis omnium ana drach. 3. boli armeni drach. 4. charabæ drach. 3. terantur, & cribellentur, & conficiantur cũ aqua plantaginis, & fiant trochiſci, & exiccentur: iſti enim trochiſci prohibent ne fiat febris. Quòd ſi in infirmo ſit febris putrida, aut corpus eius non ſit mundum à materia præparata ad putredinẽ, tunc oportet ut caueat à generibus lactis, & loco ipſius lactis exhibeatur aqua hordei decocta cũ cancris fluuialibus, aut aqua cucurbitę. Modus autem pręparandi & rectificandi cancros ſupradictos eſt iſte. Recipe cancros fluuiales [recentes in vita,] & abſcindantur pedes eorum, & dẽtes ipſorum, & ablue eos cum aqua frigida & cinere & ſale commmuni tribus uicibus, donec remoueatur ab eis fœtor ſeu alia mala qualitas ipſorum: deinde lauentur cum aqua frigida ſola, & contundantur, & decoquantur cum aqua hordei excorticati, & detur in potu ex hac aqua lib. ſem. poſtquam exhibitum fuerit infirmo aur. 1. ex iſtis trochiſcis, qui conferunt febri hecticæ, & phtyſi, quorum deſcriptio eſt hæc. Reci. plantaginis drac. 3. boli armeni drach. 1. papaueris albi drachmas quinq;: ſpodij drach. 4. roſarum drach. 6. ſeminis cucurbitæ dulcis excorticati, & ſeminis portulacæ, & ſeminis citruli excorticati, omnium ana drach. 6. ſeminis cytoniorum excorticati drag. 7. ſucci liquiritiæ drac. 10. gummi dragacanthi, amyli, omnium ana drach. 3. ſeminis melonis, & cucumeris, omnium ana drach. 7. Summa medicinarum eſt numero. 10. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum muccillagine pſyllij, & fiant trochiſci, & exhibeatur ex eis aureum unum: cum aqua granatorum, & aqua cucumeris in ieiunio. Et detur poſt horam aqua hordei decocta cum cancris ſecundum ꝙ narrauimus. Et cibetur ex cucurbita cum attriplice & portulaca, aut cum mes excorticato in ferculo cum oleo amygdalarum dulcium, permixto cũ oleo de ſemine cucurbitæ dulcis. Et inungatur corpus in ueſperis cum oleo nenufarino, & cum oleo ſeminis cucurbitæ dulcis. Et ſedeat infirmus, ſi eſt tempus calidum, in domo frigida ſtrata cum folijs chalef, ſeu ſalicis & roſis, & myrtho, & nenufare, & ſaeſefran, id eſt, baſilicone. Quòd ſi accidat eis ſyncopis, tunc pone ſuper membra eius linimentum factum ex aqua myrthi, & aqua roſata, & ſandalis, & camphora, & roſis tritis, & ligno aloës crudo: & roretur ſemper ſuper faciem eius aqua roſata infrigidata. Et ingenietur omni ingenio, ut non reſoluatur ex corpore eius aliquid. Et exhibeatur uitellus oui ſorbilis, aut medulla panis cum uino non antiquo plurimum permixto. Et da ei etiam ex hac ſorbitione hora poſt horam, & eius modus eſt. Sumatur caro rubea ex collo hœdi, & ex coſtis eius, & incidatur in partes paruas, & decoquatur in olla noua leniter ſeu ſuauiter cum modico ſalis, donec egrediatur aqua eius: deinde coletur illa aqua, & fundatur ſuper ipſam quantum eſt me-

dietas

dietas eius ex ſucco pomorum, & quantum eſt decima pars omnium vini odoriferi, & exhibeatur infirmo ad ſorbendum: hoc enim facit aduenire infirmo virtutem multam. Quòd ſi uides uirtutem iam debilitatam, & membra iam exiccata & reſoluta, & videris venas vacuas a ſanguine, & coſtas ſubtiliatas & expoliatas à carne, & arundines ſeu focilia manuũ & pedum iã ſubtiliata, tunc oportet ut caueas à curatione iſtorum, quoniam tunc eſt labor vanus. Et ingenia omni ingenio ut non ſoluatur natura in eo qui patitur hecticam neq; in eo qui patitur phtyſim. Quod ſi natura ipſorum fuerit ſoluta, tunc loco aquæ hordei exhibeatur ſauich hordei, decoctum cum milio excorticato torre facto parumper, & quandoq; pulueriżatur ſuper ipſum gummi torrefactum. Et conferunt etiam iſti trochiſci, quorum deſcriptio eſt hæc. Rec. boli armeni drac. 5. caſtanearum torrefactarum drac. 4. ſpodij drac. 3. ſeminis acetoſæ excorticati. drac. 1. berberis. drac. 3. roſarũ. drac. 4. charabæ. drac. 3. Summa medicinarum eſt numero. 7. terantur, & commiſceantur cum aqua cytoniorum, & aqua pomorum, & fiãt trochiſci, & exhibeantur in mane cum aqua pyrorum, aut aqua cytoniorum. Et in ueſperis exibeatur ſemi. pſyllij torrefacti aur. 1. cancrorum aduſtorum. drac. 1. gummi torrefacti drac. ſem. boli armeni aur. ſem. permiſceantur omia, & exhibeãtur cum aqua pomorum. Et cibetur cum herba acetoſa elixata, ſeu frixa cum amygdalis torrefactis, excorticatis. Et etiam lentes excorticatæ torrefactæ, iam decoctæ duabus uicibus, à quibus effuſa fuerit aqua prima, & decoctæ uice ſecunda cum aqua granatorũ, & aqua ſumach, & aqua cytoniorum. Et exhibeatur ſauich de gobera, aut ſauich de nabach, aut ſauich granorum granatorum, & ſauich pomorum abſq; zucchãro. Et ſi cogeris, da ſuffuf granorum granatorum cum charad, & tharathit, & granis myrthi, ſi ĩ infirmo nõ eſt tuſsis. Si uero cum eo fuerit tuſsis, da gummi Arabicum, & bolum armenum, & pſyllium, & caſtaneas, & grana myrthi & ſyrupum myrthinum purum. Si autem accidit in inteſtinis excoriatio, tunc curamus cum clyſtere prædicta in capitulo excoriationis. In cura autem ſpeciei ſecundæ hecticę, quę nominatur ſenecta ex ęgritudine, oportet ut ingenietur in primis in calefactione corporis, & incipiamus cum rebus temperatis, deinde cum rebus fortibus in calefactione. Et propter illud oportet ut exhibeatur primo mel citri conditi, & mel zinziberis conditi, & ſecacul. Et cibetur infirmus ex brodio carnis arietum caſtratorum, & columbinorum. Et exhibeatur in potu uinum non ualde antiquum, quoniam uinum antiquum proprietatem habet inducere ſodam, & exiccare corpus. Et infirmus ſedeat in tina, in cuius aqua decocta ſit camomilla, & maiorana & quæ ſunt illis ſimilia. Et confortetur cum odoratione odorum delectabilium calidorum, ſicut narciſcus, & citrum, & iaſiminum, & maiorana, & lilium, & q̃ ſunt illis ſimilia. Et fiat eis ſuffumigiũ asſidue cum lignos aloes. Et ſi debilitatur corpus parumper, damus ei in potu theriacam, & diamuſchum & mithridatum, (vel ſecundum aliam literã, cum ligno aloe.) Et in fine ſi corpus fuerit parumper fortificatum, damus in potu theriacã, & diamuſchum, & mithridatum. Et oportet ut infirmus caueat à coitu. Quumq; uirtus corporis redierit, & cõfortata fuerit, tunc oportet vt curẽt eum hoc clyſtere. Recip. caput arietis cum pedibus ſuis, & proijciantur in uaſe mundo, & effundatur ſuper eos libr. 10. aquæ, & de frumento contuſo, & ex ciceribus contuſis, omnium ana pugillum unum, anethi, camomillæ, & tribulorum, omnium ana vnc. 1. ficuum alborum & nigrorum pinguium numero. 10. decoquãtur omnia donec remaneat ex eo tertia pars, & coletur, & ſumatur ex eo lib. ſem. & miſceantur cum eo butyri uaccini vnc. 1 olei ſiſamini vnc. 2. & olei de ben vn. 1. & miſceatur totum, & clyſteriza cum eo tribus diebus. Et expectetur quinq; diebus, ſeu quieſcat quinq; diebus, deinde reuertatur etiam ad hanc curam cum hoc eodem clyſtere, donec humectetur corpus, & impinguetur. Et inungatur corpus in nocte cum oleo de narciſſo cum cera alba, & in mane exhibeatur ad ſorbendum uitellum oui cum modico uini, deinde ingrediatur balneum & non dimittatur infirmus morari in eo. Et poſt egresſionem à balneo cibetur cum brodio carnis aromatizato cum zinzibere, & ſpica, & cinnamomo, & galanga, & quę ſunt eis ſimilia, deinde dormiat. Et regatur hoc regimine donec redeat corpus eius ad naturam ſuam.

De febre ſynocho, quæ eſt febris ſanguinea. Cap. XII.

Febris quæ non incipit cum periodo, ſed ipſa ab inceptione ſua uſq; ad eius conſumptionem, eſt ſicut periodus unus, generatur ex ſanguine, qui quando calefit calefactione tantum abſq; putredine, facit accidere febrem ephemeram,) vel ſecundum aliam literam facit accidere febrem ſimilem ephemerę.) Quando autem ſanguis putreſit proprie in uaſis, ſeu in uenis magnis, tunc accidit feb. acutior illa, & nominatur ſynochus. Et huic eidẽ ſunt tres ſpecies, ſeu, & hæc feb. ſinochos diuerſificatur, quia aut ipſa incipit cũ quiete ſeu cũ remisſiõe, deinde augetur paulatim paulatim, quoniã illud ꝙ putrefit de ſanguine, eſt plus quàm illud quod reſoluitur. Aut incipit cum fortitudine ſeu cum intenſione, deinde diminuitur paulatim paulatim vſq; ad eius conſumptionem & hoc fit quando illud quod reſoluitur eſt plus quàm illud quod putrefit. Aut incipit cum diſpoſitione cum qua remanet à principio uſque ad cõ ſumptio-

sumptionem illius dispositionis, & illud fit quando quod ex sanguine putrefit, est ęquale ei quod resoluitur. Signa autem huius febris sunt rubedo faciei, & oculorum, & inflatio temporum & repletio totius corporis, & pigritia, & grauitas, & soda cum inflammatione vehementi, & corpora eorum sunt calida & humida, sicut illa quæ egrediuntur ex balneo. Et pulsus est magnus, fortis, plenus, lenis. Vrinæ uero substantia est subtilis cum colore alargiuani, idest, cum colore purpureo. Et quandoque accidit infirmo asthma ex multitudine sanguinis in membris superioribus, scilicet in hæpate & corde, & propter multitudinem vaporum qui ascendunt ad pectus & pulmonem.

De cura febris synochi.

Febris autem quæ fit ex calefactione sanguinis tantum, absque eius putredine, curatur curatione simili qua curatur febris ex putredine sanguinis, incipiendo in primis cum phlebotomia uenæ: & si consentit virtus, extrahemus de sanguine donec accidat syncopis, quoniam ista euacuatio confert iuuamento magno in huiusmodi febre. Et quandoque sequitur ad illud solutio naturæ, & euacuatio choleræ, & roritas totius corporis, & sudor vnde sedatur & quiescit febris. Et non oportet ut aduertatur de numero dierum &c.

Alia litera à principio curationis huius febris, vsq; ad hanc particulam. Et non oportet ut aduertatur de numero dierum &c. sic iacet ut infra.

Febres sanguineæ si sunt ex calefactione sanguinis tantum, propter priuationem euentationis, & fuerint paucæ oppilationes, oportet ut curentur curatione febrium sanguinis putredinalium. Et si humores fuerint furiosi ualde, tunc necessaria est cura fortior ista, & tunc si non festinetur ad curam, perducitur sanguis ad putredinem, & fit febris ex putredine sanguinis. Et propter hoc oportet ut fiat euacuatio cum apertione uenæ, & extrahatur de sanguine donec accidat syncopis, quoniam in huiusmodi curatione est iuuamentum magnum, si cōsentit uirtus, quoniā corpus reuertitur ad temperamentum cum frigiditate accidente ex syncopi. Et quandoque sequitur post illud expulsio naturæ cum solutione uentris. Et quandoq; euacuatur cholera cum uomitu. Et quando ad istas euacuationes subsequitur roritas & sudor in toto corpore, & febris extinguitur statim. Quod si non fiat phlebotomia in huiusmodi cura perducitur res ad timorem magnum, nisi uirtus fortificetur & erumpatur sanguis ex aliquo locorum, & currat sudor multus, vnde infirmus liberetur à morte. Et non oportet vt aduertatur seu consideretur de numero dierum à principio ægritudinis, quum virtus est remanens, quia quum ipsa fuerit fortis, tunc non oportet ut sis contentus phlebotomare in sexto & in septimo tantum, immo in reliquis diebus alijs. Si autem cogeris in aliqua hora prohibere extractionem sanguinis, administra regimen iuuatiuum quod aperit oppilationes, & [incidit, & sedat ebullitionem] sanguinis & caliditatis. Et quando apparuerint signa digestionis, & non est in aliquo membrorum principalium apostema, neq; durities neq; macies corporis, neq; uides ī aliquo membrorum corporis aliquid, per quod timetur quòd noceat ei potus frigidus tunc conceditur potus aquæ frigidæ, & proprie si infirmus fuerit consuetus potare illam: quoniā membra radicalia quādo fuerint fortificata cum temperamento, quod eis aduenit ex hoc potu, attrahunt ad se humores laudabiles conuenientes, ut cum eis nutriantur, deinde expellunt quod nō conuenit eis per secessum, & per id quod egreditur ex cute. Quòd si natura non expellit per se, & oportuerit mundificare illud cum medicina, tūc oportet exhibere in potu decoctionem prunorum, & tamarindorum, & passularum mundatarum ab arillis, cum cassia fistula & tereniabin, post mensurationem quantitatis istorum secundum virtutem & secūdum ætatem. Quod si cum hoc non obedit natura, tunc oportet administrare clysterem lenem factum ex camomilla, & uiolis siccis, & tribulis, & sebesten, & hordeo excorticato, & althea, & zuccharo rubeo, & penidijs cum oleo violato, aut oleo sisamino, & sale communi, & modico baurach. Postquam autem lenita fuerit natura, oportet ut detē in potu aqua hordei. Et si natura fuerit decliuis ad siccitatem, detur in potu ipsa aqua hordei cū aqua granatorū dulciū, aut cū iubel aut cū zuccharo: & si nō fuerit decliuis ad siccitatē, cum aqua granatorum muzorum, aut cum syrupo acetoso zuccharino. Quod si fuerit conuenies vt infirmus assumat cibum, tunc oportet cibare ipsum in mane post assumptionē aquę hordei in frigore aeris quoniam in hac hora sedatur caliditas parumper cum aspiratiōe aeris frigidi, & fit appetitus cibi. Quando enim aer fuerit calefactus, & patientes fuerint inflammati, & caliditas eorum fuerit uehementior tunc nō oportet in hac hora exhibere eis aliquid de cibo. Cibus autem eorum sunt lentes excorticatæ, & spinachia cum mes excorticato, aut cucurbita cum oleo amygdalarum dulcium, aut cum oleo omphacino abluto, quoniam hoc oleum est frigidum ex hoc, quod est factum ex oliuis crudis. Si autem non potest comedere panem cum oleribus quæ diximus, tunc oportet exhibere eis sauich hordei iam infusum in aqua calida hora vna, deinde ablutum cum aqua frigida permixtum cum zucchato, ut non inflet uentrem & non generet in eis rugitum: (vel secundum aliam literam, sauich hordei iam infusum in aqua calida per

da per horam, ut non generet rugitum & inflationem; deinde ablutum cum aqua frigida, & permixtum cum modico zucchari.) Et secundum hunc modum exhibetur etiam sauich siliginis, & sauich tritici, quando abluitur cum aqua calida, deinde abluitur cum aqua frigida, & datur cum zuccharo in potu. Et dentur eis ex fructibus pruna recentia, & granata muza, & poma, & medulla citruli, & cucumeris, & giumar palmæ, & uua alba, & quæ sunt illis & similia. Et si natura fuerit decliuis ad siccitatem, sit potus eorum aqua prunorum, seu infusio prunorum, & aqua cucurbitæ cum zucchario, & iuleb, & aqua granatorum muzorum, & aqua citruli. Si aũt natura fuerit decliuis ad lenitatem, tunc exhibeatur sechaniabin, & rob agrestę purum, & rob de ribes. Quod si natura fuerit uehementer soluta seu lenis, tunc exibeatur aqua sauich hordei cum trochiscis de spodio cõstrictiuis, & elonga ab ipso iuleb & zuccharum, & da in potu rob granatorũ acetosorum, & rob malorum, & cytoniorum purum. Et si accidat febrienti soda, tunc funde super caput oleum rosatum tepidum, (vel secundum aliam literã, tũc uehementer inungatur caput cum oleo rosato tepido, permixto cum modico aceti fortis,) aut cum oleo de chalef cum aqua rosata, quoniam hoc prohibet materiam, & reprimit eam. Si autem uolumus extinctionem tantum absque repercussione, tũc ponemus super caput aquã portulacę, & aquam chalef, & aquã rosatam & oleũ rosatum, & uiolatum, & oleum nenufarinum. Et ex eis quæ conferunt iuuamento magno, est succus uirgę pastoris, & semperuiuæ, quando miscetur cũ oleo rosato, & oleo uiolato & oleo de semine cucurbitæ dulcis, & modico aceti potentis & camphoræ. Quod si necessaria est emplastratio, tunc fiat emplastrum cum extremitatibus chalef recentibus contritis, & portulaca, & rasura cucurbitæ, & musco aquæ, & semper uiua, & farina hordei, quando conficitur cum aqua rosata, & sandalis albis, & aceto pauco, & linitur frons cum linimento facto ex sandalis albis, & camphora cũ aqua cucumeris, & aqua rosata, & modico aceti. Si autem febrienti accidũt uigiliæ, tunc confice hoc linimentũ cũ aqua foliorum papaueris, aut lactucæ humidæ, & emplastretur etiam cum emplastro ex folijs uiolarum humidis, & nenufare humido, si reperitur, & lactuca, & papauere, contritis contritione bona cum modico farinę hordei, & althęæ, & conficiatur cũ aqua cucumeris, & cucurbitæ, & oleo uiolato. Si autem non quiescit soda, & existimatur ꝙ in capite sint retenti uapores acuti, sicci, tunc oportet ut administretur embroca cũ aqua, in qua decocta sint flores camomillæ, & uiolę siccæ, & rosę, & hordeum excorticatum, & flores nenufaris, & quæ sunt illis similia. Si autem fuerint uigiliæ, tunc misce cum istis medicinis papauer cum cortice suo, & semen lactucę. Et si non quiescit soda cum embrocis etiam, & non sit febris in infirmo, aut cum eo fuerit febris lenis quieta, tunc super caput mulgeatur lac mulieris, si fuerit uirtus debilis. Si uero fuerit fortis, mulgeatur lac caprarum. Et post administrationem lactis emplastretur caput cum emplastris, quæ diximus ante, & expectetur hora una donec quiescat infirmus, deinde fiat ei caputpurgium cum oleo uiolato, aut oleo nenufarino, & lacte mulieris lactantis puellam. Quod si non sedatur dolor cum hac curatione etiam, tunc emplastretur caput cum emplastro facto ex camomilla, & uiolis siccis, & farina hordei, & althęa, & oleo uiolato, & aqua frigida. Et si sũt illic uigiliæ, tũc oportet ut addas in emplastri cortices papaueris, & semen lactucæ, & poma mandragorę recentia, si inueniuntur, & conficiatur emplastrũ cũ aqua lactucę loco aquæ. Et non oportet ut cures cum istis curationibus, nisi quando soda est ex uaporibus calidis siccis. Quando autem caput est plenũ uaporibus grossis humidis, oportet ut caueãtur lac & caputpurgia, quia iste modus sodę duplicatur cũ huiusmodi curationibus. Et significatur super hunc modum sodæ, ex grauitate quæ est in capite cum dolore, quoniam si fuerit cum dolore grauitas in capite, significat quod in ipso sunt uapores humidi multi. Quare tunc oportet ut curetur cum uapore aquæ, in qua decocta sit camomilla tantum, donec resoluantur uapores per resolutionem, quam acquirunt pori capitis ex aqua camomillæ. Et si indiget embrocatione, facimus eam ex illa aqua camomillę post uaporationem factam cum eo. Et oportet ut elongetur ab oleo, quando in capite est grauitas aut subeth, quoniam retinet materiam intus & prohibet eam à resolutione. Et effunde super pedes & manus aquam calidam, in qua decocta fuerit camomilla, quoniã hęc attrahit materiam ad inferiora, & facit descendere uapores. Quod si sentit infirmus apud effusionem huius aquæ, materiam & uapores descendere in dorsum & spondiles, tunc soda quiescit. Et si non sentit illud, non quiescit soda, quoniam materia adhuc est sursum retenta, & tunc oportet ut stringantur manus & pedes strictione forti, donec lædãtur & doleant. Et si tibi necesse est stringere testiculos, fac illud. Si aũt accidat ĩfirmo angustia & iñãmatio, & syncopis, tũc oportet emplastrare stomachum & uentrem cum emplastro facto ex cinere cannarum, & althæa, (uel secundũ aliã literam, ex cinere foliorum cannarum, & althęa,) & sandalis albis, & camphora, confectis cum aceto. Et confert etiam rasura cucurbitæ, quando teritur & permiscetur cum farina hordei, & althęa, & aqua rosata, & aceto. Et simili-

ter portulaca, quando teritur & miſcetur cum roſis tritis, & ſandalis albis, & aqua roſata, & folia chalef recentia. Et uirga paſtoris cum aqua roſata, & aceto. Et alta haleb, ideſt, muſcus aquæ quando permiſcetur cum ſandalis albis, & camphora, & aceto. Et iaceat infirmus in domo frigida, quæ ſit ſtrata cum folijs chalef, & extremitatibus uitis, & myrtho humida, & ſaheſefram, ideſt, baſilicone habente folia minuta, & roſis recentibus ſi inueniuntur, & floribus nenufaris, & curſibus aquarum frigidarum quæ per mutantur quotiens caleſiunt. Et ponatur ſuper ſtomachum & uentrem cerotum factum ex oleo roſato, & aqua cucurbitæ, & niue, huiuſmodi enim extinguit extinctione ultima. Et iuuantur etiam cum clyſtere facto ex aqua portulacæ, & aqua foliorum pſyllij cum oleo roſato, (vel ſecundum aliam literam, cum clyſtere facto ex portulaca, & aqua pſyllij, & oleo roſato,) & aqua cucurbitæ decocta, & aqua cucumeris, & oleum uiolatum. Et ſimiliter aqua uirgæ paſtoris, & aqua chalef: huiuſmodi enim conferunt iuuamento efficaci ad extinguendum inflammationem, & caſacan, & ſyncopim cauſatam ab ea. Et ſi accidit in lingua ſiccitas vehemens & aſperitas, tunc oportet ut extrahatur mucillago ſeminis cytoniorum, & pſyllij & ſeminis althęæ, & miſceatur cum ea oleum ſeminis cucurbitæ dulcis, & zuccharo: & lambat ex eo infirmus aſſidue: & fricetur lingua, quando ipſa denigratur & exaſperatur, cum iſtis ſeminibus prędictis ligatis in petia lini, donec rubeat color eius: (uel ſecũdum aliã literam, & fricetur etiam lingua ſi fuerit nigra, cum petia lini infuſa in iſtis mucillaginibus, donec rubeſcat & fiat lenis.) Et accipiat infirmus in ore ſuo aquam cucumeris aſſidue, & oleum uiolatum, & aquam granatorum muzorum uehementis ſaporis, cum oleo ſeminis cucurbitæ dulcis. Et ſi accidat infirmo ſubeth magnum, ita ut non poſsit aperire oculos ſuos, neque loqui tunc non ponas ſuper caput eius oleum, neque emplaſtrum factum ex farina hordei, ſed embroca ſuper ipſum oleum roſatum & acetũ: quoniam hoc confortat caput, & remouet ſubeth. Quod ſi accidat infirmo inquietudo ſeu anguſtia, ita ut ipſe permutetur à dextris & ſiniſtris, & proijciat ſeipſum huc atq; illuc, & inflatur venter eius, & quum manu percutis ſuper ipſum, ſentis uocem ſicut tympani: tunc ſi ſoluitur uenter eius, ſeu natura ipſius & non remouetur illa inflatio, ſcias quòd infirmus moritur, præcipue ſi apparent in eo bothor ſeu maculæ uiolaceæ: (uel ſecũdum aliam literã, ſi apparẽt in eo morbilli uirides, præcipue ſi ſunt amplæ latæ,) & currit ex corpore ſudor multus: (uel ſecundum aliã literam, præcipue ſi ſunt amplæ latæ, exiſtentes in pluribus locis corporis. In huiuſmodi ergo diſpoſitione, oportet ut fugias à curatione eius.

Si autem accidit infirmo fluxus ſanguinis nariũ ſecundum ſemitam criſis, tunc oportet ut gaudeas & lęteris ex hoc, & non abſcindas eum. Quod ſi huiuſmodi fluxus fortis fiat adeo ut debilitetur uirtus, tunc oportet ut cures eum curatione deſcripta in capitulo fluxus ſanguinis narium.

De cura febris cauſatæ ab almeſſere, ſeu ab eryſipelate.

Si cauſa huius febris eſt apoſtema nominatur eryſipelas, quę eſt almeſſere oportet ut curetur primo almeſſere cum phlebotomia uenæ deinde cum medicina ſolutiua facta ex ſpeciebus myrobalanorum, & ex prunis, & tamarindis, & fumoterræ. Et ſi eſt nobis neceſſe, damus etiam aquam ſolatri, & aquam endiuię, & aquam lubleb cum caſsiafiſtula. Et damus poſt illud aquã hordei cum aqua granatorum muzorum. Et liniatur apoſtema cum ſandalis rubeis, & ſauſel & ſief memithæ, & bolo armeno cum aqua ſolatri, & aqua coriandri humidi, & camphora.

De cura febris cauſatæ à variolis, (vel ſecundum aliam literam, De cura febris cauſatæ ex planta diei, quæ eſt uariola.)

Si hæc febris fuerit, propter cauſam uariolarum, & uirtus & ætas conſentit, tũc non aliquid magis iuuatiuũ quàm phlebotomia uenæ. Et ſi aliquid prohibet phlebotomiam, tunc oportet ut adminiſtrentur uentoſę. Et cuſtodi oculos ita ut non egrediantur in eis uariolæ, ſeu ulcera uariolarum, & diſtila in eis ambobus aſsidue aqua roſatam, & aquam ſumach. Quidam autem exprimunt ex ſemine & ex pulpa granatorũ, & diſtillant in oculũ: (uel ſecundũ aliam literam, Quidã autem liniunt oculos cũ eo quod exprimitur ex ſemine & ex pulpa granatorum.) Quum ergo apparent ulcera in oculis, oportet diſtillare in eis cohol, ſeu antimonium diſſolutum in aqua coriandri humidi, aut coriandri ſicci infuſi in aqua pluuiali colata. Et damus in potu hanc medicinam, ut egrediantur uelociter ulcera ſeu uariolæ abſque conſtrictione pectoris, & abſque anguſtia, & caſacan, & abſque nauſea, & deſcriptio medicinæ eſt hęc. Recip. laccæ mundatæ drach. 5. lentium non excorticatarum neque ablutarum drachm. 7. (vel ſecundum aliam literam, lentium excorticatarum ablutarum drach. 7.) dragacanti drach. 3. decoquantur iſta cum libr. una aquæ donec remaneat tertia, & coletur, & exhibeatur. Deinde detur in potu omni die aqua hordei, poſtquam decoctę fuerint ex ipſa partes. 2. & pars una lentium: (vel ſecundum aliam literam, Deinde exhibeatur aqua hor-

hordei omni die, & decoquatur cum duabus partibus hordei pars. 1. lentium:) & comedant mes,& lentes,& attriplices,& olus iamenum cũ oleo abluto. Quod si infirmus indiget lenitione naturę,tunc oportet ut ipsa leniatur cum decoctione iuiubarum,& prunorum, & tamarindorum,& cassia fistula,& tereniabin, usque ad diẽ septimum: deinde post septimum oportet ut caueatur à medicinis solutiuis, quoniam de consuetudine huius ęgritudinis est, ut accidat ĩ fine eius solutio uentris, quia materia quando remã sit intus,& non egressa fuerit ad exteriora,expellitur à natura, & facit accidere diarrhæam aut excoriationem propter acuitatem suam. Et propter hoc oportet ut post septem dies, exhibeantur in cibo lentes iam torrefactæ & decoctę cũ aqua granatorum muzorum: & loco cucurbitæ ponantur cum eis giumar palmæ. Et ex fructibus exhibeantur vua alba,& granata muza,& poma,& pyra, & cytonia. Et si tempus est hyemis, accendantur coram eis ligna tamarisci, & sarmẽta uitis. Quum ergo incipiunt ulcera exiccari, liniatur super ea cum penna linimentum factum ex farina rizi persici, & farina milij cum radicibus cannarum exiccatis,& croco, & amylo permixtis cum aqua rosata. Et quidam alij liniunt corpus infirmi cum sale contrito dissoluto cum oleo sisamino. Quidam alij faciunt sedere infirmum in aqua in qua iam decocta sint ficus, & sal,& [furfur rizi.] Et oportet ut sternatur sub eis stratum impletum milio, & panico aut rizo: quoniam hoc exiccat ulcera uelociter. Et si egreditur in naribus aut in ore aliquid ex ulceribus seu ex uariolis, oportet ut inungãtur nares cum oleo uiolato permixto cum cera alba dragacantho. Et extenuatur illud quod ex eis accidit in ore, cum muccillagine seminis cytoniorum, aut muccillagine psyllij. Quod si natura fuerit soluta, tunc exhibeatur in potu suffuf de seminibus, cum trochiscis de spodio factis cum semine acetosæ, quorum descriptio est hæc. Rec. spodij drac. 4. rosarum rubearum drac. 5. seminis acetosæ excorticati drac. 6. gummi parum torrefacti,& balaustiorum, omnium ana drac. 5. boli armeni drac. 3. terræ sigillatæ, berberis, omnium ana drac. 5. granatorum myrthi alborum dra. 4. amyli,& croci, omnium ana drac. 3. castanearũ drac. 5. terantur,& cribellentur, & conficiantur cum aqua cytoniorum,& fiant trochisci,& eixcentur,& dentur ex eis in potu cũ aqua pyrorum stypticorum. Et cibetur infirmus cum milio excorticato torrefacto iam decocto cum hordeo torrefacto, aut cibetur cum sauich hordei. Et si indigent clystere, curamus eos cum uno clysterim prædictorũ in curatione excoriationis. Et nõ comedãt duragi, neq; pullos, donec exiccent ulcera seu uariolæ, & mũdificetur corpus à feb. Quod si patiẽtes febrẽ sanguinis, post eradicationẽ feb. indigẽt eo quod extinguat illud, quod iam remansit in corpore de acuitate seu de impressione febris, damus in potu istos trochiscos. Rec. spodij drach. 3. seminis portulacæ dra. 5. seminis cucumeris excorticati. drac. 4. seminis cucurbitæ dulcis drac. 6. gummi dragacanti, amyly, omnium ana drac. 3. succi liquiritiæ drac. 7. terantur,& cribellentur, & misceantur cum muccillagine seminis psyllij, & fiant trochisci, & dentur cum aqua granatorum, aut cum aqua citrulli, aut cum aqua endiuiæ, aut cum aqua cuscutę.

De febre tertiana, quæ causatur ex putredine cholera. Cap. XIII.

SVper hanc febrem tertianam sumuntur quidem significationes ex rebus naturalibus, & ex rebus quæ non sunt naturales,& ex rebus prẹter naturam. Et cognoscitur ipsa febris tertiana ex causis præter naturalibus, quoniam ipsa incipit cum rigore difficili, si fuerit materia eius putrescens extra uenas & arterias: & si est intra uenas & arterias, tunc est febris tertiana continua, aut febris adustiua seu causon. Et in nulla istarum duarum febrium est rigor seu tremor, quoniam materia ipsarum est comprehensa in uenis & arterijs. Sed differentia inter febrem tertianam cõtinuam,& inter febrem adustiuam, est &c.

Alia litera habet principium huius capituli vsque ad istam particulam, Sed differentia &c. sicut infra.

Scias quòd quando febris tertianæ materia est extra uenas & arterias, tunc ipsa incipit cum tremore difficili: & si est intra eas, incipit absq; tremore, & accidit febris tertiana assidua. Sed differentia inter tertianam assiduam & comburentem seu adustiuam, est quòd cholera faciens febrem tertianam continuam, est in omnibus uenis corporis æqualiter: sed in adustiua, est inflammatio & ebullitio choleræ, seu putrefactio cholerę proprie in uenis quę sunt in circuitu cordis. Et quandoque est febris adustiua ex putrefactione phlegmatis salsi, sicut dixit Hippocrates in libro epidimiæ. Quod si materia faciens febrẽ tertianam putrescat extra uenas tunc feb. incipit cum rigore seu tremore, qui est sicut punctura acuum, & sicut horipilatio quæ causatur ex effusione aquæ ebullientis super corpus subito. Et hoc quidem accidit, quoniam cholera citrina habens partes subtiles igneas, mouetur ad superficiem corporis exteriorem, quumque pertransit super membra sensitiua, mordicat ea, & lædit ipsa, unde caliditas naturalis fugiens nocumentũ mordicationis, profundatur cum sanguine versus profundum corporis, quia [accidit ex hoc tunc tremor propter frigiditatem membrorum extrinsecorum,] & propter mordicationem &

nocumentum accidens in membris ſenſitiuis. Et quandoque fit tremor etiam propter humorem frigidum effuſum ſuper membra ſenſitiua, ſicut tremor qui accidit in febre phlegmatica, & in febre melancholica. Verum ille tremor qui accidit in febre phlegmatica, non fit ſecundum plurimum in principio febris phlegmaticæ, niſi propter groſſitudinem phlegmatis & uiſcoſitatem eius: ſed in fine quum ſubtiliatur humor, augetur tremor paulatim paulatim, ita ut fiat uehemens. In quartana autem ſeu in febre malancholica, tremor in principio eſt debilis, quoniam illud quod effunditur ſuper membra ex humore melancholico, eſt res parua, quia eſt humor groſſus: & in fine fit tremor fortis, quando ſubtiliatus eſt humor, & fit currens: & tremor quidem fortis accidens in fine, eſt ſignificatio bona in hac febre melancholica. Et tremor quidem qui accidit in febre tertiana, ex hoc quòd accidit in ea mordicatio ſicut punctura acuum, ideo nominatur tremor ſimplex: (vel ſecundum aliam literam, nominatur tremor abſolute.) Tremor autē accidens in febre phlegmatica, eſt cum frigore ſicut nix, & nominatur alchariſie, ſeu nominatur frigus. Tremor uero qui accidit in febre quartana quia ex eo accidunt dolor membrorum, & grauitas, & dolor in oſſibus, nominatur tremor faciens laborare oſſa. Et ad febrem quidem tertianam ſequuntur uomitus choleræ citrinæ, & ſolutio uentris cholerica, & paroxiſmi eius longiores ſunt circa duodecim horas, quando febris tertiana fuerit pura, & quies ſeu interpolatio inter paroxiſmum & paroxiſmum ſunt. 36. horarum, & periodi eius ſunt ſeptem, & terminatur in quatuordecim diebus, ſicut dixit Hippocrates. Et in febre quidem tertiana accidunt ſitis, & inflammatio, & ſoda. Et patientes hanc febrem non deſiderant ut cum eis aliquis loquatur, aut moueat eos. Et accidunt eis uigiliæ, & non ſentiunt grauitatem in capite. Et quandoque infrigidantur manus & pedes ipſorum, aut propter declinationem caliditatis naturalis & ſanguinis ad profundum membri, in quo eſt putredo: (quando ſanguis attrahitur uerſus illud membrum, propter caliditatem generatam in eo ex putredine) aut quoniam febris eſt compoſita ex febre quotidiana, & ex febre interpolata, cuius materia eſt extra uenas, & effunditur ad membra ſenſibilia, ſicut dictum eſt. Et in fine paroxiſmorum febris tertianæ ſequitur ſudor &c. (Alia litera habet, Et fortaſſe infrigidantur manus & pedes, & ſequitur ad reſolutionem periodorum, ſeu in fine periodorum, ſudor: quoniam humor eſt ſubtilis faciliter reſolubilis, & expellitur ad ſuperficiem corporis, & liberat infirmum à paroxiſmo particulari: & illud non eſt in febre phlegmatica, propter groſſitiem humoris phlegmatici, & uiſcoſitatē eius.)

Et urina eſt ſubtilis ignea, propter permixtionē choleræ cum aquoſitate ſanguinis & propter multam caliditatem igneam. Et pulſus eorum in principio paroxiſmi eſt paruus, quoniam caliditas non expanditur adhuc in corpore toto: & quum ſtatus eſt propinquus, fit pulſus magnus, uelox, frequēs. Fit āt magnus & uelox, ꝑꝑ neceſſitatē: & fit frequens, propter caliditatem choleræ quæ cauſat neceſſitatem. Et non eſt in pulſu diuerſitas, niſi diuerſitas quæ appropriatur febri: quoniam non eſt illic materia quæ debilitet uirtutem. Iſtæ igitur ſunt ſignificationes ſuper hanc febrem tertianam, ſumptæ ex rebus præter naturam. Sgnificationes autem ſumptę ex rebus naturalibus ſuper hanc febrem, ſunt quia ipſa ſecnndum plurimum fit in ſtatu adoleſcentiæ, & in complexione calida cholerica, & in tempore æſtiuo, & in regionibus calidis ſiccis: & ſecundum plurimum accidit corporibus extenuatis, & habentibus corpora macra ſicca. Et ſignificatur ſuper hanc febrem cholericam ex rebus non naturalibus, quoniam plurimum accidit eis qui utuntur multitudine ciborum calidorum, & potibus calidis, & exercitijs multis laborioſis, & coitu ſupra menſurā moderatam. Et iā uidimus multas gentes, in quibus uerificatum eſt eis accidiſſe hāc febrem tertianam, ex ſignificationibus ſumptis à rebus non naturalibus. Et oportet ut ſcias, quòd hæc febris tertiana eſt febris acuta, uerū ipſa eſt ſalubris, & eius acuitas eſt propter ſubtilitatem humoris facientis ipſam: quoniam huiuſmodi humor digeritur & reſoluitur cum facilitate. Salubritas āt eius à timore, eſt ꝑꝑ eius acuitatē, id eſt, propter breuitatem tēporis eius: quoniam ipſa ſeparatur à natura: (vel ſecundū aliā literā, quoniam dimittit naturā, & facit eam quieſcere, & nō debilitat ipſam.) Et ſi natura laborat in hac feb. die uno, quieſcit in die ſecundo qui eſt poſt ipsū, propter leuitatem materiæ ſeu choleræ: quoniā ipſa nō eſt grauis ſuper naturā, uel quoniā ipſa nō grauat naturā. Et eſt ſciendū ꝙ ex cholera citrina quædam eſt quæ generatur in hepate, & ſunt quatuor ſpecies eius, ſcilicet pura citrina, & etiā rubea clara, cuius generatio eſt in hepate, & eſt tenuior quā pura citrina: quoniā ipſa eſt ex ꝑmixtione humiditatis aquoſæ cū illa cholera rubea. Et eſt ēt alia ſpecies quæ dicit uitellina, & eſt ſimilis uitello oui crudo: & hæc ſpecies eſt groſſior quā illa prima, & eius generatio fit ex permixtione humiditatis groſſæ phlegmaticæ cū cholera rubea clara, quæ quidem cholera rubea ſimilatur ſanguini ſubtili: & ſpiſſitudo quidem choleræ, aut eſt ex reſolutione aquoſitatis, aut ex permixtione uirulentiæ ſanguineæ. Et ex cholera eſt quæ generatur in ſtomacho, & ſunt tres ſpecies eius, ſcilicet cholera porrina, quæ ſimilatur porris: & cholera zinaria, quæ ſimilatur uiridi æris: & cholera nil, quæ ſimilatur

colori

colori azurro. Et istę tres species generantur in stomacho ex cibis calidis acutis, sicut piper, sinapis, & alleum, & cepe, & mel, & quæ sunt illis similia. Febris aũt tertiana non generatur ex istis tribus speciebus choleræ, maxime ex cholera porrina & zinaria, quoniã natura expellit ipsam ueolciter per superius & inferius, & non moratur in corpore donec faciat accidere febrem: imo tertiana fit ex cholera rubea, & cholera citrina, & reliquis speciebus choleræ quæ generãtur in hæpate supradictis. Et oportet etiam ut sciatur quòd febris tertiana, si nõ est tertiana pura, non sunt in ea istę significationes, quas diximus, manifeste, sed sunt diuersæ secũdum mensuram diuersitatis humorum, (vel secundum aliam literam, secundum mensuram diuersitatis permixtionis humorum,) quoniam ipsa febris prolongatur non tantum in quantitate temporis paroxismorum, quæ est circa. 12. horas, immo etiam in numero paroxismorum, quoniam fiunt plures paroxismi quàm septem. Et proprietas huius febris tertianę est, ꝙ patientes ipsam sentiunt in hępate suo inflammationem & feruorem uehementem. Restat autem inquirere quomodo sit possibile, ut cholera citrina & cholera nigra putrescant, quum ambæ duæ sint siccæ. Pro decisione huius dubij, sciendum quòd aliqua sunt sicca in complexione & in substantia sua, sicut lapis, & ferrũ, & quę sunt illis similia: aliqua uero sunt sicca in complexione & in uirtute sua, & sunt humida seu fluida in substantia, sicut acetum, mel, uinum uetus, cholera citrina, & cholera nigra, & quæ sunt istis similia. Huiusmodi enim sunt sicca in uirtute & in complexione, & in substantia sua sunt humida fluida. Et propter hoc istæ duæ cholere, scilicet cholera citrina, & cholera nigra, putrescunt & corrumpuntur propter humiditatem seu fluxibilitatem substantiæ suæ, & propter solubilitatẽ seu fluxibilitatem corporis sui & non propter complexionem & uirtutem ipsarum siccam.

De cura febris tertianæ.

Quia illud ad quod intenditur in hac febre, est duæ res, scilicet mala complexio calida sicca, & materia, ideo oportet contrariare istis duabus rebus simul. Malæ enim complexioni calidæ siccæ contrariandum est cum his quæ infrigidant & humectant, & materiæ contrariandum est cũ his quę ipsam euacuant. Et quoniam mala complexio est magis dominãs in hac febre quam materia, ideo oportet magis declinare ad humectationem & extinctionem quàm ad euacuationẽ. Quare oportet administrare post lenitionem naturæ factam cum aqua prunorum, & tamarindorum, & iuiubarum, & tereniabin, aliquid de aqua hordei, quoniam ipsa est ex eis quæ infrigidant & extinguunt febrem, & humectant & mundificant materiam facientem ipsam, per uirtutem absterfiuam quæ est in ea, & ipsa cum hoc etiam nutrit & conseruat uirtutem. Et oportet ut detur in potu aqua hordei per tres aut quatuor horas ante paroxismum, aut post eradicationem febris, ut stomachus in hora paroxismi sit uacuus. Quod si aliquid prohibet exhibitionem aquæ hordei, detur in potu aqua cucurbitę, & aqua granatorum muzorum, aut secaniabin zuccharinum. Et cibetur infirmus cum cibis infrigidantibus humectantibus, sicut lactuca, & attriplex, & olus iamenum, & malua, & cucurbita, & citrulli, & quæ sunt his similia. Et quando apparet in urina digestio, tunc oportet ut euacuetur materia ex locis ad quæ ipsa declinat. Si enim ipsa plus declinat ad stomachum, seu ad os stomachi, euacuabimus eam per uomitum cũ secaniabin & aqua calida. Et si declinauerit plus ad intestina, tunc euacuabitur per clysterem lenitiuum. Et si est decliuis uersus superficiem corporis tunc euacuabitur per sudorem. Et si est decliuis ad uenas & ad hepar, tunc oportet euacuare ipsam cum his quæ prouocant urinam, sicut est decoctio apij, myrobalanorum, & absynthij, in tertiana pura post digestionem. Absynthium enim est calidum, quare nõ oportet exhibere ipsum ante digestionem, ut non sit causa inflammationis febris: sed ipsum est exhibendum post digestionem, ut si aliquid de materia remãserit, subtiliet & leniat ipsam: quia in absynthio sunt duæ virtutes, scilicet virtus styptica, & uirtus solutiua. Quotiens ergo exhibetur absynthium ante digestionem humoris, non securatur quin in grossetur materia, & ipsa retineatur sua stiptici tate, quare necessarium est ut accidat angustia. Et cũ uirtute solutiua quæ est in absynthio, mouetur humor ad euacuationem & cum uirtute styptica ipsius, fit illud quod euacuatur difficilis euacuationis, & propter hoc laborat natura, & læditur à duabus uirtutibus simul. Si uero absynthiũ exhibeatur post digestionem, & postquã materia fuerit iam subtiliata, tunc facilis fit euacuatio eius, quia duæ virtutes quæ sunt in absynthio adiuuant ad illud. Virtus .n. solutiua ipsius iuuatur [cum uirtute eius styptica, quæ aggregat & exprimit ad uirtutem expulsiuam, ita ut expellatur humor, & moueatur etiam ad expulsionem.] Si autem febris tertiana fuerit pura, tunc oportet ut præcipiatur infirmum balneari ante quàm appareant signa digestionis, quoniã illud extinguit per naturam propter aquam, & cum hoc humectat & extinguit etiam per accidens, quoniã balneum euacuat materiam faciẽtem febrẽ. Et administramus quidẽ ipsum balneũ ante digestionem, quoniam qualitas in hac febre ẽ magis dominãs quã materia, & materia ẽt est facilis resolutionis, & non timetur ꝙ ipsa inspisse-

nſpiſſetur & non reſoluatur, & faciat accidere oppilationem. Et ſi infirmus magis diligit ut infundatur ſeu ſedeat in tina, tunc concedatur ei illud, quoniam non eſt ex eis quæ nocent, immo iuuat, quoniam lenitur & rarificatur corpus cũ huiuſmodi tina, & per eam fit reſolutio ſuperfluitatum, & acquiſitio eius quod acquiritur ex uirtute aquæ. Et ſi infirmus fuerit conſuetus balneo, oportet ut infirmus ingrediatur balneum vicibus duabus in die, & fiat balneum primo propter ægritudinem, & ſecundo propter conſuetudinem. Si uero febris tertiana fuerit non pura, aut fuerit febris quotidiana aut quartana, tunc oportet ut infirmus non balneetur ante digeſtionem, quoniam materia in iſtis eſt dominans difficilis reſolutionis: & non oportet ut præcipiatur eis balneum ante digeſtionem, ut non effundatur ſeu non moueatur materia, & non faciat accidere oppilationes & apoſtema, & non corrumpatur ex permixtione materiæ effuſæ, illud quod prius nõ erat aptum corrumpi, Quum uero apparuerit digeſtio, & facta fuerit facilis reſolutio, tunc præcipiatur patientibus has febres, ut ingrediantur balneum.

De cura tertianæ non puræ.

In cura tertianæ non puræ ſunt duæ res, quarum una cõtrariatur alteri, ſcilicet uirtus & multitudo materiæ quoniam multitudo materię indiget ieiunio, ut natura euacuet & ſubtiliet humorem, & facilis ſit ei reſolutio: uirtus uero indiget cibo, ut non proſternatur & debilitetur. Quare ille qui intendit curationem bonam & perfectam, oportet ut incedat uia media ſeu mediocri, & exhibeat cibum die uno, ut conſeruetur virtus: & dimittat cibum die alio propter materiam, ut non multiplicetur materia, & grauet, & ut non proſternatur uirtus propter ieiunium, quoniam ſicut ieiunium cõfert multitudini materiæ, ſimiliter nocet uirtuti: & ſicut cibus intenditur uel exigitur à uirtute, ſimiliter cibus non conuenit multitudini materiæ. Quare oportet (ſicut diximus in his quæ pręceſſerunt) ut reſiſtatur illi quod ex eis eſt magis difficile, & magis proficuum ſeu neceſſarium. Si.n. uirtus fuerit ꝑmanens, præcipiatur infirmo ieiunium. Quod ſi uirtus non fuerit ſtabilis, tunc fiat econtrario. Et ſit ſtudium noſtrum circa uirtutem proprie, non in hac ægritudine tãtum, immo in omnibus ægritudinibus quæ ſunt ex repletione. Et oportet ut infirmus aſſiduet adminiſtrationem uomitus, poſt cibaria ſubtiliantia quæ abſtergũt. Et ſi natura fuerit ſicca, tunc oportet ut adminiſtretur clyſter acutus, quoniam humor faciens hanc febrem, eſt groſſus, uiſcoſcus compoſitus, difficilis euacuationis, propter commixtionem eius cum phlegmate. Quod ſi prohibeat aliquid à clyſtere, & uolumus euacuare ipſum per ſuperius, & uirtus fuerit debilis, & caliditas fuerit uehemens, tunc oportet euacuare eum cum ſyrupo roſarum, aut cum geleniabin aut tereniabin aſperſis cum aquis, aut cum aqua lubleb, & cum uiolis ſiccis. Si vero uirtus fuerit fortis, permanens, & materia fuerit dominans fortis, tunc oportet euacuare infirmum cum pilulis factis ex aloe, & maſtice, aut cum pilulis de eupatorio. Illa autem quæ iuuant iuuamento magno, ſunt pilulæ iſtius deſcriptionis. Rec. hieræ pitræ dra. 5. ſucci abſynthij, & ſucci eupatorij, omniũ an. dr. 3. ſeminis apij, myrobalanorum citrinorum, & myrobalanorum nigrorum, omnium ana drac. 4. ſalis indi drac. 2. trochiſcorum de roſis dra. 5. turbith drac. 7. Summa medicinarum eſt numero. 8. terantur, & cribellẽtur, & miſceantur cum aqua apij, & fiant pilulæ, & exhibeantur ex eis. drac. 2. cum aqua tepida in nocte. Quod ſi natura fuerit lenis, & non indigeat medicina ſolutiua, tunc damus eis in potu aquam cum ſyrupo acetoſo. Et ſi indigent aqua hordei, tunc decoquantur radices apij & fęniculi cũ aqua hordei, quoniam ipſa confert iſtis febribus per illud, qđ eſt in ea de abſterſione & de frigiditate & de humectatione, ita ut expellat febrem. Et hæc quidẽ aqua contrariatur complexioni phlegmatis, & qualitas frigida aquæ frangitur permiſcendo cũ ea radices apij, & radices fęniculi: Gale. uero ꝑmiſcebat cum ea piper. Et cibentur febrientes ſi materia fuerit groſſa, cum aqua cicerum. Quod ſi caliditas fuerit magis dominans, tunc cũ ſicla, & aſparagis: quoniam iſta quamuis ſint ſubtilia humida, tamen prouocant urinam. Et poſt ſeptimũ diem exhibeatur decoctio abſynthij, ſicut dixit Gale. in lib. ad Glauconẽ, quoniã ſubtiliat materiam, & confortat ſtomachum, & poſt diẽ. 14. &c. (uel ſecundum aliam literam, Et poſt ſeptimum diem exhibeatur decoctio abſynthij, ſicut dixit Gal. in lib. ad Glauconem, quoniam materia eſt groſſa & caliditas pauca: & propter illud exhibetur abſynthium, ut ſubtiliet materiã, abſque quòd timeatur ꝙ ipſum moueat materiam ſua caliditate, ſicut diximus in tertiana pura. Et exhibetur etiam abſynthium ut confortet ſtomachum, qui ſecundum plurimum debilitatur per hanc febrem, quæ eſt cauſa genrationis phlegmatis, ſicut facit in febre quotidiana. Et poſt diem quartum decimum) detur in potu aqua fęniculi, & aqua apij cum geleniabin & trochiſcis de roſis. Quod ſi prolongatur hæc febris, detur in potu decoctio eupatorij, & caueatur infirmus cautela vehementi, ut in eo non prolongetur febris, ſicut prolũgata eſt febris quã dixit Gale. in libro ad Glauconem. Incepit enim illa febris in autumno, & non eſt eradicata uſque ad tempus ueris, & paroxiſmi eius in principio erant. 14. horarum, deinde prolongati ſunt, ita ut

ut perdurarent uintiquatuor horis. Et oportet ut caueatur infirmus à balneatione ante digestionem, quoniam si fiat illud, tunc accident tria nocumenta, quorum unum est ꝙ materia faciēs hanc febrem, ex hoc ꝙ permixta est cum humore grosso phlegmatico, si fuerit cōmota seu effusa, & non fuerit resoluta, generato oppilationem & putredinem. Secundum nocumētum est, quia materia putrescens retenta in membro, quando calefit ex balneo, & effunditur permiscetur cum humiditate quæ est in corpore nō putrefacta. Tertium uero nocumētum est, quod quando euacuatur illud quod est subtile de materia, tunc difficilis fit resolutio eius quod remanet de materia propter suam grossitiem.

De febre quotidiana, seu de febre phlegmatica. *Cap.* XIIII.

HAec febris fit ex phlegmate quod putrefit à caliditate preternaturali, quoniam hęc caliditas quum egerit in humiditatem aggregatā in corpore, calefacit eā & putrefacit ipsam aut intra venas & arterias, aut extra ipsas, scilicet in stomacho & locis vacuis qui sunt in nobis extra venas & arterias. Et illa quidem materia phlegmatica quæ putrescit intra uenas & arterias, non facit frigus in membris, ex hoc ꝙ ipsa non effunditur ad ea. Materia autē phlegmatica putrescens extra uenas, facit febrem cum periodis, in quorum principio causatur & sentitur frigus in mēbris, propter causam quam infra dicemus. Et oportet ut scias quod hæc febris cognoscitur, seu discernitur [à reliquis alijs febribus putridis ex causis præter naturam, & ex causis naturalibus, & ex causis quæ non sunt naturales.] Significationes uero super hanc febrem sumptæ ex rebus preternaturalibus, sunt secundum quòd dicemus. Nam patientes hanc febrem, sentiunt in principio eius frigus, propter illam partē phlegmatis quæ adhūc non putrefit, & in fine sentiūt horripilationem, propter illud phlegma quod iam putrefit & calefit. Et ascensio quidem caliditatis prolongatur in statu, quoniam phlegma est difficilis digestionis & calefactiōis, propter suam frigiditatem & humiditatem, & propter grossitiem suam. Et caliditas habentium hanc febrem, est calida humida cum acuitate pauca. Humiditas autem eius est propter humiditatem phlegmatis & multitudinem ipsius. Acuitas autē eius est ex putredine, quia eleuantur ex hoc hūore putrido fumi sicut eleuātur ex lignis uiridibus. Et nō sētit illa caliditas quotiēs ponit manus sup corpus, nisi postquā morauerit tēpore longo super corpus, quoniam caliditas multiplicatur in profundo corporis, propter grossitiem humoris phlegmatici & uiscositatem eius. Quumq; rarificatum fuerit corpus, & subtiliata fuerit materia, tunc eleuatur caliditas & apparet eius essentia. Pulsus autem patientium hanc febrem, est paruior multum quam pulsus habentium febrem quartanam, quoniam humor phlegmaticus non dissoluit uirtutem sua frigiditate tantum, immo cum sua multitudine, quoniam humor phlegmaticus addit supra humorem melancholicum additione multa, seu quoniam humor phlegmaticus est multo plus quàm humor melancholicus. Et pulsus etiam istorum est spissior, quia diminutio ipsius pulsus à magnitudine cum inflammatione, seu putrefactione humoris phlegmatici multi, attrahit seu causat spissitudinem in pulsu. Et urina istorum febrientiū in principio est subtilis alba, propter cruditatē humoris phlegmatici, in fine vero eius febris, & in hora declinationis, fit rubea grossa, & hoc quādo recipit humor digestionem & euacuatur. Et quando prolongata fuerit hęc febris, apparet in facie patientis febris trehel, idest, tumefactio similis cachexię, & magnitudo splenis, & illud propter grossitiem materiæ. Et color corporis fit decliuis ad uiriditatem propter frigiditatem phlegmatis. Et paroxismi istius febris secūdum plurimum fiunt in uespere, quoniam ista hora est hora digestionis. Et egestiones istorum sunt humidæ ualde, permixtę cum phlegmate, si non fuerit complexio infirmi calida. Et tempus paroxismorum huius febris est decem & octo horarum, & eorum dimissio est .6. horis. Et nō era dicantur paroxismi eradicatione completa propter grossitiem materię, quoniam corpus non mundificatur ab his paroxismis, sicut mundificatur in tertiana, quoniam materia eius est subtilis. in hac autem febre phlegmatica caliditas est conculcata in interiori corporis, & propter grossitiem materię corpus non mundificatur ab ea. Et accidit istis febrientibus dolor stomachi, & uomitus multus phlegmatis. Et non est in declinatione febris sudor, immo est eradicatio paroxismi absq; sudore, propter grossitiem humoris & uiscositatem eius, & propter hoc non mūdificatur ab ea corpus, sicut mundificatur in tertiana & in quartana. Et os ipsorum est humidū plenum saliua, & minoratur sitis eorum. Et si sitiunt non sitiunt propter phlegma immo propter caliditatem & putredinem eius, sicut accidit eis qui comedunt pisces recentes, & ficus, & batecam, & quæ sunt illis similia, quoniam sitis accidit istis non propter naturam comestorum, quę diximus, sed propter caliditatem existentē in stomacho. Similiter etiam accidit sitis in istis febrientibus, non propter naturam phlegmatis, sed propter caliditatem & putredinem quę est in eis. Ista igitur cū quibus cognoscitur hæc feb. sunt ex eis quæ sunt extra naturam. Ex rebus autem naturalibus cognoscitur hæc febris secundum hunc modum, quoniam ipsa secundum plurimum

rimum accidit habẽtibus complexionem phlegmaticam, in ætate pueritię & senectutis. Et non accidit quidem pueris proprie nisi propter gulositatem eorum, in senibus uero propter multitudinem phlegmatis dominantis in eis, & propter paucitatem caliditatis in ipsis. Et post istos accidit etiam eis qui sunt multum gulosi in regimine suo, & illis qui sunt humidę complexiõis. Et plurimum accidit in hyeme, & in regionibus & in partibus frigid. humidis. Et hęc quidẽ feb. cognoscitur etiam ex rebus nõ naturalibus, quoniam ipsa secundum plurimum accidit eis, qui utũtur malo regimine, & ocio multo, & eis qui non digerunt cibum suum frequenter, & eis qui multiplicant balneum proprie post cibum. Et proprietas huius febris est dolor stomachi & vẽtris, & tumefactio cachectica manum & pedum & quandoq; faciei etiam, & color habentiũ hãc febrem est decliuis ad albedinem. Et oportet ut scias ꝙ hęc febris prolongatur, & non securatur patiens eam à perditione. Prolongatio autem eius est quoniam phlegma quod est causa ipsius, est grossum, frigidum, viscosum, tardæ digestionis, difficilis resolutionis. Et in ea est magnus timor, quoniam natura laborat omni die, & non permittit eam quiescere die vno integro, & quoniam os stomachi secundum plurimum est læsum, ita ut ex lęsione ipsius accidat syncopis, & prohibitio à cibo, & malitia digestionis. Causa autem propter quam huiusmodi febris non faciliter eradicatur, immo prolongatur tẽpore, est multitudo phlegmatis, & grossities, & uiscositas, & frigiditas eius.

De cura febris phlegmaticæ.

Curatio quidem huius febris, uniuersaliter in principio suo, post tres aut quatuor dies, est cum rebus quę subtiliant & incidũt, sicut seca niabin & quæ prouocant urinam. Et oportet vt exibeantur in hac febre ea quę leniunt uentrem, & sit studium ad os stomachi. Iam enim diximus ꝙ proprietas huius febris est, ut sit cũ dolore stomachi, nam plurimum quod in eo aggregatur est iste humor phlegmaticus. Quare oportet ut sit studium in eo, proprie in hora difficili febris, (uel secundum aliam literam, proprie in hora status,) quoniam in hac hora quando materia est digesta necessaria est euacuatio eius cũ uomitu & solutione uentris, & cum emplastris confortantibus. Et hæc omnia quando non administrantur secundum quod oportet, tunc emplastra & alia, lædunt & contrariantur stomacho. Curatio autem bona ad hanc febrem, à principio usq; ad diem septimum, est cum geleniabin cum aqua calida solum. Sed post hũc diem, scilicet in octauo, oportet ut misceatur cum geleniabin aliqua ex medicinis, quæ confortãt stomachum & uentrem, & prouocant urinam prouocatione forti, sicut mastix & anisum. Aut exhibeant istæ medicinæ singulariter, aut decoquantur ipsę, & exhibeatur decoctio ipsa cum geleniabin. Et oportet ut sit quantitas geleniabin & medicinarum secundum ætatem & complexionem. Et est necesse ut ipsi prohibeantur à potu aquæ frigidę, quoniam ipsa ingrossat materiam & auget quantitatem eius, & propter hoc prolongat hanc febrem. Immo loco eius administra aquam calidam, proprie in principio paroxismi, quoniam sedat frigus accidens in hac hora, & subtiliat materiam, & sedat sitim si accidit quoniam quando resoluitur materia, & deponitur ex stomacho, sedatur sitis si accidit eis, præcipue si accidit sitis ex phlegmate salso. Et si patiẽtes hanc febrem indigent lenitione naturę, exhibeantur eis geleniabin & tereniabin cum aqua calida, aut cum aqua lubleb non bullita cum penidijs, (vel secũdum aliam literam, aut cũ aqua lubleb non calefacta cum penid: js.) Et ex hominibus sunt, qui uolunt ut ponatur cum aqua lubleb medulla carthami, quoniam medulla carthami euacuat humorem phlegmaticũ. Et ex hominibus sunt, qui exhibent uiolas siccas & zuccharum. Et melius istis est clyster lenitiuus in principio, & post illud clyster acutus. Et si indigent aqua hordei, tunc decoquatur in ea de corticibus radicum apij, & radicum fœniculi, pondus vnc. 1. & exhibeatur cum tantundem secaniabin facto cũ melle bono. Quod si aqua hordei accescit in stomacho eorũ, tunc oportet ut loco eius exhibeatur aqua mellis decocta, quæ nominatur Melicratum. Et si accidat patienti hanc febrem uomitus, non oportet ut abscindatur proprie in principio paroxismi, quoniã alleuiat materiam, (uel secundum aliam literam, quoniam resoluit hanc febrem, & eradicat eam.) Quod si multiplicatur uomitus ita ut resoluat uirtutem, seu debilitet uirtutem, oportet ut abscindatur dãdo in potu miuã cytoniorũ & syrupũ granatorũ factũ cũ menta. Et ex eis quę conferunt iuuamẽto maximo est iste syrupus, cuius descriptio est hæc. Rec. granorum granatorum acetosorũ paucæ acetositatis drac. 10. thuris albi, & mastices, mentę, ana dra. 7. decoquantur cum duabus libris aquæ donec remaneat medietas, & coletur, & detur ex eo in potu parumper parumper, in hora post horam. Aqua autem prunorũ, & tamarindorum, & rob agrestæ, & quæ sunt his similia, non oportet vt exhibeãtur, propter suam frigiditatẽ in hac feb. Quod si nõ accidat uomitus ab expulsione naturæ, tunc oportet ut prouocetur cum arte, cibando infirmum cum raphano infuso in syrupo acetoso, & post dando ei in potu aquam calidam, in qua decoctum sit anethũ, & calamentum, & aliquid de sale permixtũ cum syrupo acetoso, in quo iam fuit infusus raphanus.

nus. Quumq; uomuerint, tūc masticent aliquid de mastice, & aniso, aut menta, ut confortetur stomachus eorum. Quod si accidat eis post uomitū soda, tūc oportet ut detur eis in potu post uomitū, calamētum, ut resoluatur materia, (vel secundum aliam literam, tunc oportet ut fomē tentur seu embrocentur cū uapore aquæ, in qua decocta sit camomilla, ut resoluatur materia, deinde ponantur manus & pedes ipsorum in illa aqua calida.) Et si oportet, stringantur crura cum strinctione uehementi, ut attrahatur materia ad inferiora. Et non oportet ut administretur oleum nisi cum hac materia permixta fuerit cholera. Nam si non fuerit illud, uel si nō fuerit ita, & administretur oleum & res humectantes, tunc prolongatur febris, & augetur soda, & ingrossatur materia, & prohibetur eius resolutio. Et post hoc oportet considerare qualitatē ægritudinis, & quantitatem uirtutis. Si enim virtus fuerit fortis, subtiliabimus cibum eorū, proprie si iam appropinquat hora status. Quod si uirtus fuerit debilis, & nō expectat statum ęgritudinis, tunc oportet ut isti cibentur post diem septimum, & ingrossetur regimen, & quum appropinquat hora status tunc ponatur regimen eorum subtile, ut non occupetur natura in digestiōe cibi, & ut ipsa nō impediatur à pugna ęgritudinis, seu à pugna contra ægritudinem. Quod si uirtus fuerit debilis, & status ægritudinis fuerit longinquus, tunc oportet ut administretur cibus mediocris inter subtilem & grossum, & administramus ex eo in principio plus parumper, & in statu aliquid modicum, nisi sit uirtus debilis, & status propinquus, tunc enim oportet ut resistatur ei ad quod magis exigit necessitas, vel ut resistatur ei quod est fortius & difficilius duarum rerum. Et sit studium in conseruando uirtutem. Si enim uirtus est debilis, & status ęgritudinis est longinquus, tunc oportet ut incedatur uia media, ut non prosternatur uirtus, & non ingrossetur materia ex multo cibo. Post statum vero oportet ut augeatur cibus, secundum quod ex eo est facta minoratio ante statum, & ut fiat permutatio ex pauco cibo ad multum parūper parūper, (uel secūdū aliā literā. Post statū uero oportet ut augeat cibus, secūdum ꝗ ex eo facta est minoratio ante statum sicut. n. à principio ægritudinis cibus paulatine paulatine minoratur, procedendo ex multo cibo ad modicum cibum, uersus statum, similiter post statum oportet ut augeatur cibus, paulatim paulatim procedendo ex pauco cibo ad multum cibum. Et oportet quidem ut sit hora cibi ante eradicationem febris, aut ante paroxismum ꝑ tres aut quatuor horas, ita ut quando superuenit febris occurat stomacho mundo, (vel secundum aliam literā, ita ut quando superuenit febris, inueniat stomachum vacuum,) quoniam febris quando superuenit, & in stomacho fuerit cibus, tunc ipsa fortificatur & augetur ualde. Virtus enim debilitatur à mala complexione febrili, & non alterat cibum, & quum non alteratur seu non digeritur cibus, tunc ipse efficitur materia febris. Cibus autem patientium hanc febrem sit aqua ciceris, & sicla, & asparagi elixati cum oleo abluto, aut muri. Potus autem eorum, si materia non fuerit multa grossa, sit [secaniabin. Quod si materia fuerit congelata grossa, tunc secaniabin est nociuum malum, quare oportet ut potus] sit aqua mellis, & aqua zucchari. Et si ægritudo prolongata fuerit, & pertransierit dies. 14. tunc detur in potu aqua endiuię, & aqua fęniculi, & aqua apij cum geleniabin, & trochisci de rosis cum aqua endiuiæ, & cum melle colato. Et conferūt eis semper pilulæ de aloe, & mastice, & pilulæ de eupatorio, & pilulę alefangineæ, aut pilulæ huius descriptionis, quę cōferūt febribus phlegmaticis, & mūdificant caput & stomachū. Rec. hierę picræ dra. 7. turbit albi mūdi drac. 10. myrobalanorū nigrorū dra. 5. trochiscorum de rosis dra. 4. salis indi drac. 3. sucaha, bedauard, omnium ana drac. 4. anisi drac. 3. herbæ eupatorij drach. 4. Summa medicinarum est numero. 9. terantur, & cribellentur, & misceantur cū aqua apij bullita, colata, & fiant pilulæ, & dentur vni cuiq; homini secundum quantitatem uirtutis. Quod si eradicatur febris cum hoc, exhibeatur hæc decoctio. Rec. radicis apij, radicis fœniculi, radicis, liquiritiæ rasę, omnium ana drach. 10. radicis [squinanti drach. 7.] anisi drac. 3. masticis, rosarum herbæ eupatorij, absynthij, omnium ana. drach. 7. bedauard drach. 5. sucaha drach. 4. passularum enucleatarum drach. 20. myrobolanorum citrinorum mundatorum à suis ossibus drach. 10. corticum myrobalanorum mundatorum nigrorum dra. 7. decoquantur cum lib. 4. aquæ donec remaneat lib. 1. coletur, & detur ex ea in potu tertia pars libræ cum vnc. 1. geleniabin aut secaniabin. Decoctio alia ad febrem antiquam. Rec. eupatorij drac. 20. sucaha, & bedauard, absynthij, & granorum seu seminum capparum, coriandrorum siccorum, omnium ana drach. 7. corticum myrobalanorum citrinorum, fumiterræ, omnium ana drach. 10. decoquantur cum lib. 3. aquæ donec remaneat libra, & coletur, & detur in potu tribus diebus. Quod si frigus fuerit uehemens, exhibeatur hęc decoctio, cuius descriptio est. Rec. herbę eupatorij drac. 5. ameos dra. 3. seminis fæniculi, apij omnium ana drach. 4. corticum radicum tribulorum, radicum squillæ, omnium ana drach. 7. cherchean drac. 6. rosarum rubearum. drac. 5. origani drach. 3. decoquantur cum libr. 4. aquę donec remaneat libra, coletur, & detur in potu ex ea tertia pars libræ in ieiunio dum est tepida. Decoctio ad febrem longam cum qua est frigus

gus uehemens. Rec. origani, & ameos, rosarum, omnium ana drach. 3. coriandri ficci drach. 4. calamenti fluuialis drach. 5. passularum enucleatarum drac. 7. zinziberis drach. 3. decoquantur cũ lib. 3. aquæ donec remaneat libra, & coletur, & detur ex ea in potu tertia pars libræ dum est calida. Et ex eis quę sedant frigus uehemens in hac febre, est ut ponatur sub ipsis febrientibus aqua bulliens, in qua decocta sint chamęmilla, & melilotum, & maiorana, & quæ sunt his similia. Et quando inungitur corpus etiam cum oleo de sceha, [ ] & alchaisun, aut oleo de costo & sedatur frigus. Et non oportet ut febrientes cibentur cum pullis, neq; cum franculinis, donec declinet febris, & minoretur, nisi prosternatur & debilitetur uirtus. Quod si accidat in facie & in pedibus tumefactio cachectica, tunc oportet ut dentur in potu ex istis trochiscis. Trochisci qui conferunt tumefactioni cachecticæ, accidenti in facie, ex febre phlegmatica cum frigore. Rec. anisi. drac. 5. amygdalarum excorticatarũ. dra. 4. florũ squinãti. drac. 3. laccę ablutę drac. 5 reubarbari dra. 6. croci drac. 3. hierę picræ drac. 7. fucci eupatori drac. 3. se. seminis apij, & fæniculi, omnium ana drac. 3. mentæ siccæ dra. 4. spicæ, rosarum. ana. drac. 6. Summa medicinarum est numero. 13. terantur, & cribellentur, & misceantur cum aqua solatri, & fiant trochisci, & dentur in potu cum aqua calida, aut cum decoctione radicum. Et si exigit necessitas, dentur in potu confectiones quæ sunt sicut diacurcuma, & omorusia, & diacostũ. Et ex eis quæ conferũt iuuamẽtum magnum, sunt trochisci quos scripsit. Gal. in libro decem tractatuum, seu in libro miamir. Descriptio trochiscorũ ex decem medicis, qui cõferunt febris phlegmaticę antiquæ, & frigori accidenti, & tumefactioni cachecticæ accidenti in facie & manibus & pedibus. Rec. anisi drac. 4. succi eupatorij, folij indi, assari, spicę, absynthij, amygdalarum excorticatarum, masticis, omnium ana drach. 3. seminis apij drac. 1 aloes drac. 4. terantur & cribellentur, & misceã tur cum aqua apij, & fiant trochisci, & dentur in potu cum aqua tepida, aut cum aqua fœniculi, aut cum syrupo acetoso. Et oportet ut scias, ꝙ si hæc febris fuerit non febris phlegmatis puri, & fuerit ei permixta putredo cholerę citrinę, tunc oportet ut caueas ab omni quod est uehẽmentis caliditatis, seu ab omnibus ualde calefacientibus. Et in summa dico, ꝙ oportet ut intendatur curatio uersus humorem qui dominatur. Si enim fuerit permixta cholera nigra cũ phlegmate, & ingrossauerit ipsum, tunc oportet ut curetur cum his quæ calefaciunt calefactione sufficienti sicut cum trochiscis de absynthio, cum aqua radicum, aut confectione de caulibus, (vel secundum aliam literam, aut confectione cũ sulfure, aut confectione diapipereon, aut theriaca, aut diacymino, & quæ sunt illis similia.

De febre quartana. Cap. XV.

SVper hãc quidem febrem sumitur etiam significatio ex rebus præternaturalibus, nam ad ipsam præcedit aduentum aliarum febrium putridarum secundum plurimum, erraticarum seu permixtarũ. Humor enim faciens accidere hãc febrem quartanam, non fit secundum plurimũ, nisi ex adustione aliorum humorum, scilicet ex adustione sanguinis, aut cholerę aut phlegmatis, aut melancholię naturalis. Vnusquisque. n. istorum humorum dum putrefit in febre putrida, aduritur, & incineratur à calore febrili, vnde ex putredine febrili maxime chronica, alicuius istorum humorum paulatine generatur & congeritur humor melãcholicus, non naturalis, adustus, qui post aliquam istarum febrium multiplicatus mouetur ad putredinem, & causat febrem quartanam. Et si dubitatur, qualiter humor adustus, incineratus, à calore febrili putrido, possit post aliquam febrium prædictarũ de nouo putrefieri, & causare aliam febrem quartanam putridam, quum sit humor siccus, adustus, & incineratus, aptus resistere putredini? Dicendum ꝙ in capitulo de tertiana, declaratum est, ꝙ licet humor cholericus, & humor melancholicus, sint sicci in complexione & in uirtute sua, tamen in substantia sunt corpora fluida apta putrescere. Similiter dicatur ꝙ licet humor faciens febrẽ quartanã, secũdum plurimũ, sit humor non naturalis, adustus, & incineratus à calore putrido febrili, & habeat cõplexionem & uirtutem siccam, tamen quia substantia huiusmodi humoris incinerati est corpus studium aptũ putrescere, sicut humor cholericus, & humor melãcholicus, naturalis, ut dictum est, ideo uerificatur ꝙ febris quartana succedit secundum plurimum post febrem putridam, sanguineam, aut phlegmaticã, aut melãcholicam naturalem, aut post febrem cholericam. Ex rebus igitur præternaturalibus sumitur significatio super febrem quartanam interpolatam aut continuam, quia huiusmodi febris secundum plurimum fit post alias febres putridas, erraticas seu pmixtas, maxime post febres cholericas, & minus fit post febrem putridam melancholię naturalis. Raro autem accidit quartana non post febres putridas alias, sed incipiendo ex putredine humoris melancholici multiplicati, aut ex ęgritudine & læsione splenis, qui non mundificat humorem melancholicum à sanguine, aut ex multiplicatione comestorum & potuum generantium humorẽ melancholicum, vnde iste humor multiplicatur in uenis supra illud, ꝙ est possibile spleni mundificare. Et in principio quidem periodi quartanę, accidit tremor fatigans corpus, & lædens ipsum

sum. Et tempus durationis paroxismi quartanę si est pura, est. 24. horarum. Et si cum ea est permixta cholera citrina, minoratur tempus periodi eius. Et si phlegma fuerit permixtum, augetur tempus periodi & prolongatur. Et oportet ut scias ꝙ longitudo periodi non est nisi propter grossitiem materiæ, & multitudinem eius quoniam ipsius resolutio est difficilis, aut quoniam uirtus est debilis, & non potest eam expellere, aut propter spissitudinem corporis, ita ut ab eo difficiliter resoluitur materia. Et quandoq; prolongantur paroxismi [etiam propter tempus, si cut contingit in febre quæ fit in hyeme. Et quandoq; abbreuiantur paroxismi propter causas q̃ sunt istis contrarię. Et dimissio huius febris est. 48. horis. Et est corpus mundum, quia materia est sicut cinis. Et est urina] in inceptione sua subtiis, alba, cruda. Alba quidem propter humorē melancholicum qui non est digestus, subtilis vero propter siccitatem humoris melãcholici qui non est digestus. In fine uero, & in hora declinationis, urina patientium quartanam, est urina nigra, quoniam ille humor melancholicus iam est digestus, & euacuatur per urinam. Et in summa dico ꝙ vrina istorum alteratur in hac febre ad spēs, diuersas secundũ diuersitatē humorũ generantium febrem, ita ut urina in eo in quo generata est febris quartana ex adustione cholerae citrinæ, diuersa est ab urina eius in quo generata est febris quartana ex adustione phlegmatis, & sic de alijs. Nam secundum diuersitatem speciei humoris melancholici, & secundum diuersitatem generationis eius ex alijs humoribus, fit diuersitas urinę in patiētibus ipsam quartanã. Pulsus autem eorum in principio paroxismi, est paruus, tardus, interfectus seu diuersus, & causa in hoc est frigiditas materię, & grossities eius, & hebetudo ipsius. In statu uero pulsus est magnus, frequens, & causa in hoc est uehementia uirtutis motus eius in illa hora. Et non inuenitur in hac febre æqualitas pulsus, nisi quando in uenitur aliqua quies. Diuersitas autem pulsus reperitur illic propter priuationem ęqualitatis. Quando autem pulsus est uelox frequens, sicut fit in febre tertiana, tunc difficile est comprehēdere modicum ęqualitatis. Et in patientibus quidem hanc febrem, magnificatur splen eorũ propter multitudinem humoris melancholici, quoniam splen est minera eius. Et color eorum declinat ad uiriditatem. Et cutis eorum est nigra, sicca, arida, propter siccitatem humoris melancholici. Et sudor in eis etiã minoratur. Hæc igitur sunt signa febris quartanę sumpta à rebus pręternaturalibus. Signa uero sumpta ex rebus naturalibus sunt ista quæ dicemus, quoniã hæc febris quartana secundum plurimum accidit habentibus naturam melancholicam, & ĩ ętate consistentiæ, & in habentibus complexionem frigidam & siccam, & etiam in habentibus complexionem calidam siccam, quando in eis aduruntur humores. A rebus autem non naturalibus sumitur significatio super hanc febrem quoniam ipsa secundum plurimum accidit in tempore autumni, & in regionibus & partibus frigidis siccis & in eis qui utuntur regimine sicco, & in eis qui assiduant cibaria generantia humorē melancholicum, sicut caro bouina, & pisces saliti, & caules, & lētes, & caseus antiquus, & quæ sunt illis similia.

De cura quartanæ.

Cura quidē febris quartanæ in principio suo si sanguis fuerit dominãs, fit cum phlebotomia basilicę manus sinistræ, aut uenæ nigræ. Et si sanguis fuerit niger, oportet ut euacuetur sufficienti euacuatione. Si uero fuerit sanguis rubeus, clarus oportet ut abscindatur & nō moueatur, quoniam non securatur ab euacuatione huiusmodi sanguinis a casu uirtutis. Quod si sanguis non fuerit dominans, non oportet in principio euacuare humorem malum, indigestum, & inobedientem ad exitũ & ad euacuationem, propter sui grossitiem. Si enim fiat illud cum medicina solutiua uiolentando humorem prædictum ad exitum, tunc mouebitur humor ille, & agitabitur, & non erit securitas etiam, quin medicina solutiua bibita deficiat ab euacuatione humoris melancholici peccantis, & extrahat illud ꝙ non oportet euacuare, vnde lędatur corpus duobus modis, quorum unus est ꝙ euacuat illud ꝙ erat conueniens corpori, secundus modus est quia approximat ei aliqud quod ipsi nocet. Post apparitionem autem signorũ digestionis, oportet tunc exhibere istis febrientibus medicinas euacuantes humorem melancholicum sicut epithymum, & elleborus niger, & polypodium, & mirobalani nigri, & stœchas, & agaricus, & lapis armenus, & sene, & quę sunt his similia. Et cibentur isti cum cibis laudabilis humoris, ut ab eis uincatur ille humor malus. Et quoniam humor melãcholicus est frigidus siccus, oportet ut cibentur cum cibis calidis humidis, ut subtilient sua caliditate, & faciliter faciant currere materias sua humiditate. Et cum hoc etiam oportet ut sint subtiliatiui, resolutiui inflationum, lenientes naturam. Subtiliatiui quidem, ut subtilient grossitiem humoris melancholici, resolutiui uero, inflationum ut resoluãt inflationes & uentositates generatas ab humore melãcholico in stomacho & splene. Sint autem lenientes naturam, ut prohibeatur aggregatio superfluitatũ in corpore. Si enim nō lenit natura cũ cibis sicut oportet, administrabimus clysteres lenes in principio, ad leniendum siccitatem humoris, & humectandum, & ad præparandum ipsum ad euacuationem,

tionem, deinde post illud administrentur clisteres fortes, quoniā ad grossitiē illius humoris non sufficit operatio leuis seu pauca. Et sit studium in eo quod facit humorem obedientem ad euacuationem, & administretur comestio altharich, & sinapis aliquibus diebus, non secundum uiam cibi, sed secundum uiam medicinę subtiliátis sua qualitate grossitiem istius humoris melancholici. In substantia autem huiusmodi comestorum nō est iuuamentū de quo sit curandum, quoniam humor qui generatur ex pisce salito, qui nominatur altharich, est melancholicus, quoniam piscis prędictus ex natura piscis est frigidus & grossus, & ex natura salis est siccus. Et secundum hanc semitam administrantur quandoq;, sed raro, confectiones calidæ, sicut cyminum, & diapipereon, ut sua caliditate subtiliet humorem melancholicum. Et fiat illud non continue, sed diebus intermediantibus ut nō resoluatur subtile & remaneat grossum, & etiam ut resoluatur residuū humoris melancholici, ita ut fiat fluidū & aptū effundi & euacuari cū lenitate seu facilitate. Et oportet ut istis administretur exercitium deambulationis & fricationis temperatum, cū huiusmodi enim regimine est possibile ut rarificetur cutis, & subtilietur materia, & resoluatur pars eius. Balneum autē oportet ut caueatur omnino, aut minoretur ingressio in ipsum, quoniam accidit in balneo ut effundatur materia ad membrum aliquod, & accidet illic grossities & corrumpetur, & etiam illud quod de ea est subtile, resoluetur in balneo, & quod est grossum lapidificabitur, sicut diximus. Et ille humor grossus perueniens ad porositates latas seu rarificatas ex balneo, oppilabit eas. Quando uero appropinquat status oportet ut administretur regimen subtile, & paucitas motus, ut non abscindatur seu impediatur pugna naturæ. Et assiduetur administratio medicinarum quæ euacuant humorem melancholicum, quoniam ipse iam est digestus, & subtiliatus, & præparatus ad euacuationem. Et oportet etiam ut tunc exhibeatur theriaca, quoniam ipsa subtiliat, & si fuerint aliquæ reliquię humoris, resoluit & euacuat eas. Et exhibeantur medicinæ similes istis, sicut medicamen de assa fœtida. Verū oportet ut scias, ꝙ si erimus ausi exhibere has medicinas antequam appareant signa digestionis, & antequam adueniat status ægritudinis, tūc deficiet ab euacuatione humoris, & agitabitur materia solum, & effundetur & curret. Quod si effundetur, permiscebitur cum humoribus bonis, & alterabit eos, & conuertet ipsos ad sui naturam. Et si fiet hoc in mēbro vno solum, tunc accidet magnum nocumentum, & fiet febris magna, difficilis, malæ speciei. Et si materia ista melancholica putrefiet in duobus membris, tunc ex ea fiet inflammatio duarum quartanarum. Et si putrescet in tribus membris tunc fient tres febres quartanę. Et oportet ut in principio & in fine huius febris, sit sollicitudo proprie cum his quę conueniunt hæpati & spleni. Hæpati quidem, quoniam ipsum est causa inflammationis & adustionis sanguinis, spleni vero, quoniam ipse recipit fęcem illius quod inflammatur & aduritur. Et oportet ut exhibeatur in principio continue secaniabin, quoniam ipse confert istis duobus membris, scilicet hæpati & spleni. Post hoc autem, scilicet in fine quum digesta fuerit materia, exhibeātur isti trochisci, qui conferunt hępati & spleni, in febre quartana facta ex adustione cholerę citrinæ & sanguinis, [ ] Rec. succi eupatorij drach. 3. scolopendriæ drach. 5. rauedsceni, & laccæ, omnium ana drach. 4. spodij. drach. 5. seminis citrulli, seminis portulacæ, omnium ana drac. 4. rosarum, berberis, omnium ana dra. 7. spicæ drach. 4. seminis cuscutæ drac. 6. anisi, & seminis apij, & seminis fœniculi, omnium ana drach. 3. radicis capparum drach. 4. croci drac. 2. granorum alben drac. 4. seminis endiuiæ, seminis cucumeris, omnium ana drac. 2. terantur & cribellentur, & cōmisceantur cum aqua apij, & fiant trochisci, qui exhibeantur cum secaniabin, aut cum aqua fœniculi & endiuiæ & cuscutę. Et quandoque iuuantur isti etiam cum trochiscis absynthij, & cum administratione uomitus. Et pręcipue infirmo ut utatur ieiunio in die paroxismi, & proprie ei cuius febris est ex adustione phlegmatis, & ei etiā cuius febris est ex adustione sanguinis. Quandoq; confert ieiuniū quoniam sanguis propter suam humiditatem indiget ut subtilietur cum ieiunio, & cum his quæ sunt illis similia. In eo autem cuius quartana est ex adustione choleræ citrinæ, non oportet ut administretur ieiunium nisi prolongetur ualde. Si enim prolōgatur & apparuerint signa humoris frigidi grossi, oportet exhibere in potu istam decoctionem, quæ confert febri quartanæ factæ ex adustione phlegmatis, & datur in potu post digestionem. Rec. seminis apij, anisi, cordumeni, omnium ana drach. 5. ameos dra. 4. origani [syluestris. drag. 7. radicis chercherheam. drac. 3.] passularum enucleatarum drac. 20. eupatorij, drac. 10. calamenti montani dra. 10. (uel scđm aliam literam drac. 5. decoquantur cū 3. libris aquę donec remaneat libra, & detur in potu ex ea tertia pars libræ dum est tepida, non in die paroxismi, immo administretur in die paroxismi uomitus, & ieiuniū post ipsum. Et quandoque iuuantur etiam iuuamento magno in hac febre quando prolongatur, cum hoc medicamine, cuius descriptio est. Rec. ameos drach. 10. carui drach. 7. piperis drac. 3. assæ fetidę drach. 5. zinziberis drach. 4. calamenti montani drac. 10. cassiæ ligneæ drac. 5. spicæ dra. 10.

terantur

terantur, & cribellentur, & commiſceantur cum melle, & exhibeatur ex eo pondus drach. 1. cum aqua apij & fœniculi. Et poſt hoc etiam exhibeantur iſtæ pilulæ in qualibet hebdomada quarum aſſumptio valde confert quartanæ, quando exhibentur poſt digeſtionem, quarum deſcriptio eſt. Recip. epithymi drach. 10. ameos drach. 8. aniſi, ſeminis apij, ſeminis fœniculi, omnium ana drach. 3. turbith drac. 10. ſalis indi dra. 5. polypodij dra. 7. hieræ picræ dra. 10. agarici dra. 8. terantur medicinæ, & miſceantur cū hiera picra, & conficiantur cum aqua mentæ, & fiant pilulæ, & detur in potu ex eis. drac. 1. ſem. cum aqua calida, in principio noctis. Et quidam ſunt qui adminiſtrant piper nigrum ſolum & quandoque adminiſtratur hoc in hora declinationis. In principio autem ægritudinis, oportet cauere ab adminiſtratiõe medicinarū calidarum, vt nō duplicetur febris, ſicut diximus ante.

De febre hemitritæa. *Cap.* *XVI.*

HAec quidem febris non nominatur hemitritæa, niſi quoniam eius medietas eſt febris tertiana, & altera medietas eſt febris phlegmatica, quare efficitur hæc febris compoſita ex iſtis duabus febribus. uerum una ipſarum eſt exterius, ſcilicet tertiana, & altera interius, ſcilicet phlegmatica. Et hæc hemitritæa eſt vera, pura. Et non nominatur hemitritæa pura, niſi quando una iſtarum duarum febrium eſt interius, & altera exterius, quæcunque ambarum fuerit, tertiana aut phlegmatica. Quoniam ſi omnes ſimul fuerint exterius aut interius, tunc iſta febris quando componitur ſecundum hunc modum, non nominatur hemitritæa, ſicut dixit Hyppocrates in primo libro epidimiæ, quòd hæc febris non tollerat periodos ſeu dimiſsionem febris, inquantum ipſa eſt continua, ſecundum uero modum alium ipſa tolerat periodicationem ſeu dimiſſionēm febris: (vel ſecundum aliam literam, ſicut dixit Hyppocrates in primo libro epidimiæ, quòd hemitritæa febris non ſeparatur penitus, id eſt, quòd ipſa in quibuſdam diſpoſitionibus eſt continua, & in quibuſdam alijs dimittit, & non eſt continua.) Huius autem febris, ſcilicet hemitriteæ, tres ſunt ſpecies. Aut enim in ea dominatur cholera citrina: & apparent in ea iſtæ ſignificationes choleræ, ſcilicet tremor accidens habenti eam ſubito, & vomitus choleræ citrinæ, & vrina cholerica, & amaritudo vehemens, (vel ſecundum aliam literam, & caliditas uehemens.) Aut phlegma dominatur in ea, & apparent ſigna phlegmatis ita ut manus & pedes infrigidentur, & pulſus eſt tardus diuerſus. Aut duo humores in ea ſunt æquales, & apparent ſigna, quæ ad ſe inuicem non ſuperantur in ſignificando magis unum duorum humorum quàm alterum. Et hæc eſt hemitritæa pura. Duæ autem aliæ ſpecies, ſcilicet illa ſpecies in qua dominatur cholera citrina, & ſpecies altera in qua dominatur phlegma, non ſunt ambæ hemitritęæ puræ. Et hæc quidem febris die uno eſt difficilis uehemēs, & die altera eſt quieta. Et cauſa in hoc eſt quia in die primo ſunt duæ febres, ſcilicet febris quæ eſt ex cholera, & febris quæ eſt ex phlegmate. In die uero ſecunda eſt febris una tantum, ſcilicet phlegmatica, & ex cauſa huiuſmodi febris, phlegmatica eſt leuior illa quæ fuit in die primo, in quo erant duæ febres. Et ſi quæratur, quare hæc febris nominatur media tertiana, & non nominatur media phlegmatica. Dicendum quod nomen quando eſt compoſitum ex duobus nominibus, ſcilicet ex eo quod eſt notum, & ex eo quod non eſt notum, tunc denominatur ex illo quod eſt occultum, ſicut dicitur de compoſito ex morbo accidentali & homine, quod ipſum eſt ægrum ſecundū medietatem, & denominatur à nomine morbi occulti, non à nomine hominis noto. Similiter etiam hæc febris non denominatur media phlegmatica, quoniam febris phlegmatica continua eſt manifeſte nota, tertiana vero quia eſt cū paroxiſmis, nō eſt ita manifeſta. Et propter hāc cauſam hęc febris nominatur media tertiana, ab illo quod eſt occultum, non ab illo quod eſt manifeſtum.

De cura febris hemitritææ.

OPortet ut curetur hæc febris hemitritæa ſecundum humorem dominantē in ea. Si.n. iſta fe. fuerit pura, in qua non dominatur humor cholericus, neque humor phlegmaticus, tunc curabimus eam cum rebus permixtis. Quod ſi in ea cholera citrina fuerit dominās, & infirmus indigeat lenitione naturę, tūc oportet lenire naturam cū aqua prunorum tamarindorum, & tereniabin, & caſsia fiſtula, & dare in potu poſt lenitionem naturæ, aquam hordei, & ſyrupum acetoſum zuccharinum. Et cibentur patientes cum mes[ ] & cum attriplicibus, & ſpinachijs. Quod ſi phlegma fuerit dominans in ea, & neceſſaria fuerit lenitio naturæ, oportet ut dentur eis in potu aqua lubleb cum geneliabin, & poſt illud exhibeatur geneliabin cum aqua maſticis, & trochiſci de roſis etiam cum aqua fœniculi & apij. Quod ſi duo humores fuerint æquales, tunc oportet ut ſit curatio cum curatione media, ut non accidat inflāmatio ex rebus calidis, & non fiat ingroſſatio cū rebus frigidis. Quod ſi dominatur unus duorum humorum, tunc oportet ut curentur cum his quæ conueniunt illi humori.

De febribus quæ nominantur empialæ & lipariæ. *Cap.* *XVII.*

PHlegma quidem uitreum, quod eſt frigidus

de ſpeciebus phlegmatis, quandoque dominatur in toto corpore, aut in aliquo membro. Et quod ex eo dominatur in toto corpore, aut totum putrefit, aut non putrefit aliquid ex eo, aut putrefit quædam pars eius, & quædam pars eius non putrefit. Quod ſi totum non eſt putrefactũ, generat in corpore frigus uehemens & patiens ipſum non calefit abſque febre. Quod ſi totum iam eſt putrefactum, aut eſt putrefactũ extra uenas & arterias, & tũc facit febrem phlegmaticam periodicam: aut putrefit intra uenas & arterias, & tunc facit accidere febrem phlegmaticam continuam. Quod ſi pars eius putrefit & pars eius non putrefit, tunc facit accidere febrẽ quæ nominatur empialos, & patiens hãc febrem ſentit in interiori coporis ſui frigus, & extra corpus ſentit calorem. Et cauſa in hoc eſt, quoniã calor qui iam putrefit, facit accidere caliditatẽ & inflammationem, & pars phlegmatis quæ nõ putrefit, facit accidere frigus. Vrina autem habentium hanc febrem, eſt minoris caliditatis quàm urina habentium febrem quotidianam phlegmaticam, & eſt urina groſſior quàm illa: quoniam materia faciens hanc febrem, eſt groſſior quàm materia faciens febrem quotidianam Et pulſus ipſorum eſt tardus, diuerſus plus quã ſit illa febre. Et quandoque paroxiſmat omni die, & quandoque omni tertia die, & quandoque omni quarto die. Et non ſignificatur ſuper has febres, niſi ex ſignificationibus earum, & nõ ex paroxiſmis ipſarum. Et ſimiliter etiam dicendum de reliquis febribus, ignorantes enim ſignificant ſuper febres ex paroxiſmis earum. Et quandoque eſt paroxiſmus huius febris ſcilicet empiales quatuor horis, & quandoque ſeptem horis, & quandoque. 24. horis, & quandoque per tranſit hunc terminum ſecũdum groſſitiem materiæ & multitudinem eius, & ſpiſſitudinem corporis illius infirmi, & raritatem eius, & debilitatem uirtutis, & fortitudinem eius, & ſecundum tẽpus anni eſt longitudo & breuitas paroxiſmi. Et hæc quidem febris ſcilicet liparia, non prolõgatur tempore, quoniam natura ſecundum plurimum uincit eam, & deſtruit ipſam. Et quandoque moratur. 20. diebus, aut minus aut plus. Febris autem quæ fit in omnibus quinque diebus, aut in omnibus ſeptem diebus, aut in omnibus decem diebus, fit ex phlegmate groſſo, aut ex cholera nigra, & periodi eius præcedunt aut poſtponuntur ſecundum groſſitiem materiæ facientis ipſam febrẽ, & vrina & pulſus ſunt ſecundum materiam ex qua accidit hæc febris. Feb. aũt quæ dicitur liparia, ſicut dicitur à Gal. eſt febris in qua infrigidantur extremitates membrorum, & quod apparet de corpore, & profundum corporis & uiſcera aduruntur cum ſiti uehementi, & aſperitate linguæ. Et pulſus iſtorum eſt paruus, debilis, ſecundum caliditatem quæ iã eſt in profundo corporis. Et liparia quidem eſt contraria empialos, quia in empialos frigus eſt interius, & caliditas exterius: & in liparia eſt contrarium illius, & aduentus quidem lipariæ quandoque eſt ex cholera citrina, groſſa, non pura.

De cura empialæ & lipariæ.

Oportet ut in hac febre ſolliciti ſimus de ſtomacho cum vomitu, deinde cũm potionibus quæ infrigidant & mundificant ſtomachum, & prouocant vrinam: ſicut aqua fœniculi & apij cum geneliabin & ſecaniabin. Et detur in potu infuſio aloes, & hiera picra, & pilulæ de eupatorio, & pilulæ de aloe cum maſtice. Et adminiſtretur clyſter in quo ſit quædam acuitas, vt abſtergat humorem groſſum, ſicut clyſter factus ex camomilla, & melliloto, & medulla carthami, & centaurea minore, & furfure, & anetho, & cymino, & almuri, & melle. Et cibentur cum aqua ciceris, & almuri, & cymino, & oleo amigdalarum dulcium, & ſicla, & aſparago. Et confert in principio lipariæ geneliabin cum ſecaniabin, & in fine exhibeatur infuſio aloes, & hiera picra, & aqua fœniculi endiuiæ & apij, & etiam trochiſci de roſis & maſtice. Et uniuerſaliter oportet ut illud quod adminiſtratur in hac febre ſcilicet liparia, ſit minoris caliditatis quam illud quod adminiſtratur in febre empiala.

De febre quæ fit cum communitate membri dolentis. Cap. XVIII.

SI accidunt febres ex dolore alicuius membri, ſicut hepatis, & ſplenis, & lateris, & renum, aut cum læſione cerebri, oportet ut conuertatur ſtudium totum ad membrum infirmũ, ita ut mundificetur. Quum enim abſcinditur cauſa faciens ægritudinem, abſcinditur etiam effectus. Si enim non abſcindimus ſuperfluitates ſeu putredinem earum, nõ deſtruitur febris, quoniam cauſa faciens eam eſt fixa permanens. Et in ſumma dico quòd oportet ut ſit reſiſtentia & intentio noſtra, ad cauſam facientem febrem pluſquam ad ipſam febrem.

De ſyncope. Cap. XIX.

SYncope eſt res una, & eſt reſolutio ſpirituum uitaliũ ſubito. Cauſę autem eius ſunt multæ, & unicuique earum eſt cura proportionata conueniens, quare nunc intendendum eſt in hoc ſecundum quòd poteſt homo, vt quando accidit hæc ſyncope ſubito, ſit poſſibile nobis reſiſtere ei, uel ſuccurrere ei. In illis igitur in quibus accidit ſyncope propter cholericam paſſionem, aut ſolutionẽ uentris, aut propter aliquam euacuationem ſuperfluam, ſeu egredientem ter

minum

minum æqualitatis, oportet rorare seu asperge-re super faciem eorum aquam frigidam,& constringere nasum eorum, & fricare os stomachi ipsorum, & mouere eos ad uomitum cum intromissione digitorum aut pennę,& stringere manus & pedes eorum strictura forti. Quod si fuerit euacuatio per inferius, stringantur manus: si uero fuerit euacuatio per superius, stringantur duo crura. Et quandoque iuuantur isti quibus accidit huiusmodi sincope, cum potu uini permixti cum aqua frigida. Balneum autem est conueniens eis quibus accidit sincope ex diarrhœa. Illis uero quibus accidit sincope causa eruptionis sanguinis, aut causa sudoris supra mensuram, balneum est contrarium ualde, quoniam ipsi magis indigent in frigidatione, & stypticatione magis quàm calefactione & mollificatione. Et uinum quidem permixtum confert eis valde, præcipue quando fuerit permixtum cum aqua frigida. Et isti quidem non indigent ligatura seu strictura membrorum suorum, neque vomitu neque aliqua specie motus, sed oportet vt quiescant omnino. Et administrentur res quæ infrigidant & stypticant, & sedeant uel iaceant in domo in qua flat uentus frigidus. Et alteratur aer domus ad qualitatem frigidam stypticam, sternendo in ea myrthum humidam, & rosas, & extremitates vitis. Illorum uero quibus accidit sincope propter repletionem, oportet fricare manus & pedes fricatione uehementi, & calefacere eos,& stringere ipsos, & prohibere ipsos à cibo & uino & à balneo, & sint isti contenti aqua mellis, in qua iam decocta sint calamentum montanum aut campestre, aut hysopus, aut hasce. Et detur eis in potu etiam syncopus acetosus. Et similiter etiam curentur mulieres quibus accidit sincope propter matricem, uerum non exhibeatur eis syrupus acetosus, immo stringantur pedes earum & fricentur, & applicentur ventosæ super duo crura. Illis vero mulieribus quibus accidit sincope ex euacuatione multa sanguinis à matrice, ponantur uentosæ sub mamillis. Illis uero quibus accidit declinatio matricis ad superius, aut ad vnum duorum laterum, applicentur ventosæ super inguina, & super coxas,& fac eas odorare odores fœtidos, & fac suppositoria odorifera, ut perueniat ad matricem illud, quod cum odore bono est calefactiuum resolutiuum. Quod si accidat sincope ex debilitate stomachi, oportet ut emplastretur membrum cum emplastro confortante ipsum, sicut emplastrum factum ex alcasb, idest, dactylis nō complete maturis, & uino, & sauich hordei,& croco,& aloe,& mastice, & inungantur cum oleo absinthij & mastice, & cytonijs,& oleo nardino, permixtis cum cera & uino. Quod si acciderit in stomacho caliditas & inflammatio, tunc permisce cum istis quædam res quæ infrigidant, sicut rasura cucurbitæ, aut succus lactucæ, aut solatri, aut agrestæ. Et quandoque confert eis iuuamento magno fricatio manuum & pedum, quoniam quando curantur hac curatione, bonæ fiunt dispositiones eorum ualde. Quod si accidat eis ex his rebus inflammatio, oportet ut abluãtur cum aqua dulci tepida statim. Illis autem qui sentiũt frigus, oportet vt exhibeatur medicamen factum ex tribus piperibus,& piper de per se, & syrupus de absinthio. Illi uero quibus accidit sincope propter humores malos mordicantes, cogantur uomere cum aqua calida sola, aut cum quibusdam oleis. Quod si uomitus est eis difficilis, tunc calefiant primas partes stomachi & manus & pedes. Quod si vomitus non est eis facilis cum hoc, tunc moueatur uomitus cum intromissione digitorum aut pennæ. Quòd si non potest etiam cum hoc uomere, tunc datur eis in potu oleum calefactum multis vicibus, quoniam hoc quotiens datur in potu, mouet uomitum & lenit naturam, & lenitio naturæ confert istis ualde. Quod si non lenitur natura, oportet ingeniari ad leniendum eam cũ suppositorijs impositis inferius, & quum feceris hoc & iuuantur cum eo, tunc detur in potu aliquid de floribus absinthij decoctis cum aqua mellis, & ingenietur ad confortandum stomachum cum omni re ad hoc præparata, administrando eam interius & exterius. Et non oportet ut administrentur res stypticæ in principio, sed post euacuationem malorum humorum. Quod si causa sincopes fuerit phlegma multum frigidum, aggregatum in stomacho, tunc eius cura est cum embrocatione olei de absinthio, deinde post illud exhibeatur aqua mellis, in qua decocta sint hysopus,& quæ sunt his similia,& detur eis in potu secaniabin & piper. Et oportet vt omnes species curationis sint calefaciẽtes, subtiliantes,& incidentes. Quod si accidat syncope quibusdam hominibus ex frigore uehementi, oportet ut curẽtur cum omni specie eorum quæ calefaciunt,& detur eis in potu uinum permixtum cum aqua calida,& cibentur cum cibis calefacientibus, & fricentur seu inungantur prope ignem, & curentur cum contrario eius quo curatur sincope accidens a calore vehementi. Et illi quidem cui accidit sincope vehemens ex aere calido, & angustia, propter longam moram in balneo, oportet ut succurratur dando in potu aquam frigidã, & cum [aspiratione aeris frigidi,] & cum extinctione,& ut iaceant in locis in quibus flat uentus frigidus,& fricentur stomachi ipsorum, uel ungantur stomachi ipsorum, deinde post illud exhibeatur cibus & potus. Et si causa sincopes est magnitudo apostematis calidi, aut malitia, seu malignitas febris, & accidentia mala in principio periodi febris, oportet quã do manus & pedes infrigidantur ut calefiant,

& fricentur fricatione uehementi, & prohibeamus eos à somno & à cibo & potu. In eo autem in quo timetur sincope ex siccitate complexionis suæ, tunc præcedat cibatio ante paroxismū cum pane infuso in uino, & sit illud modicum, quia si exhibeatur ex eo multum, aut comedatur aliquid difficilis digestionis, tūc sincope augmētatur & fit fortior. Quod si cā sincopes fuerit uehementia læsionis in aliquo membro principali, tunc detur in potu secaniabin, aut aqua mellis decocta cum calamento montano, & cibatio eorum sit cum cibis incisiuis, & fricentur etiam manus istorum & pedes eorum & stringantur, & administrentur etiam ea quæ prouocant vrinam, & quando curantur cum hac cura & iuuantur, tunc detur eis in potu uinum album antiquū stypticum in parua quantitate. Quod si accidat syncope quia causa temporis euacuationis subitæ, tunc confortetur infirmus cum odoriferis bonis, & cibetur cum sorbitionibus facilis digestionis. Et si accidat sincope ex uehementia tristiæ & timoris aut ex delectatione & gaudio, & similibus animæ passionibus subito aduenientibus, tunc confortetur infirmus cum odoriferis, & cum retentione anhelitus, & coge eos uomere. In illis uero in quibus accidit sincope ex dolore colico forti & difficili, & ex punctione uentris, aut ex dolore membri alterius, tunc sincope sedatur cum emplastrationibus & fomentationibus, & cum fricationibus suauibus.

De illis quorum virtus debilitatur cum sudore. Cap. XX.

OPortet ut prohibeatur sudor illorum, quorum uirtus resoluitur ex multo sudore, cum rebus quæ exiccant & stypticant, sicut lutum samus, & merdasengi, & gallæ, & amylum, (uel secundum aliam literam, & gallæ & alumen,) & folia myrthi, quando teruntur & puluerizantur super corpus. Aut inunge corpus eorum cum oleo florum uitis, aut oleo rosato, aut oleo de cytonijs, aut oleo arboris masticis. Et iuuantur etiam cum minuto thuris, quando teritur & puluerizatur super corpus.

HALYABATIS DE FEBRIBVS LIBER.

De medela febris quæ fit ex calore solis. Cap. I.

OMNIA quæ oportuit ostendimus & explanauimus de simplicium virtute medicaminum ac vtilitate, singulorum in unaquamque infirmitatum quidque in corporibus operentur atque hæc recta qua itur semita à medicaminibus ad ea quæ conferunt in morbis iam nunc hoc in sermone incipiemus uiam qua ad curandos accedimus morbos & passiones eaque quæ prosunt illis medicaminum regimina & ciborum. Disputauimus autem de his secundum dispositionem & ordinem qua eorum signa sensui sunt manifesta & causas retulimus, principio nanque de signis morborum communium, quæ & in manifesto erant corporis & intimo febriū, scilicet & apostematū disputauimus incipientesque à febribus, de febre proposuimus diei, deinceps alias quæ sequūtur febres. Dicimus ergo quoniam diuersitatum febrium diei communis medela fit rebus causis aduersantibus à quibus factę sunt. Quod cū ita sit diei fe. quæ fit ex calore solis & venenis medela est in frigidis sessione locis q̄ cōbusserit aquilo ad odoratūq; sandali aqua ros. cāphorę. nenufaris, rosarū. Et quoniā maior q̄ hāc patientē urget febrē læsio in capite est aqua. ro. per caput eius fundēdū est oleū ro. acetū quoque cum niue refrigeratum sitque acetum, aquæ ro. quarta pars.

ta. pars: oleum autem tanquam eius medietas, hæc funde ſuper patientis caput pedetentim plu ribus & non ſemel vicibus ſitque dum hæc facias manus tua à capite illius ſublata:de hinc au tem in hac proijcies aqua ro. acetumq; & oleũ ſandalum al. infundesque panniculum lineum quem & ſuper caput ipſius extendes frigidum. infundes autem panniculum hunc ſæpius & appones nec ceſſabis donec ab eo febris ceſſauerit aut inclinetur. Cum autem inclinata fuerit medio illum inducas balnei aquamque ſuper eius caput & omnia membra funde ſuauiter & temperata infuſione interpolata quo corpus eorum humectetur & diſſoluatur:at uero ſi decoxeris in ipſa aqua uiol.ſiccas ninifar & camomillã perfectius erit & utilius corporis humectationi cum ex ſolis calore ac venenis ſiccitatem ſit lucratum corpus.ideoque ergo oportet ſuperfundi capiti parum olei viol. aut ninifar. ſed & ſeminis cucurbitarum oleum poſt balneum quo humectatione corpus humectetur: egreſſus uero balneo quieſcat hora accipiatque refrigeratiua,aquam cum zaccara ſi quidem habuerit ſin mundum infuſumque refrigerata cũ niue aqua: panem tritici dabis illi ſiue infuſum lotum aqua calida refrigeratumque niue cum zaccara mundiſſima, aut acetum cum medulla conditum cucumeris & arſunegi:aut portulaca aut cucurbitarum mezaurum & maſſi ſine omnibus con dimentis calidis. Si autem perfecte alicui ſe fru ctuum crediderit dabis ante prandium elelegi granata pruna, frigoris niue affecta. Somnum inducas poſt prandium quietemq;, abibit enim omnino hoc febris regimine.

De medela febris diurnæ quæ fit ex denſatione & frigore. Cap. II.

At vero quando diurna eſt ex frigore & niue & denſatione feb. patientem in loco oportet eſſe ſecreto & parum humenti lenibusque operiri veſtibus & amictu fricetur eius corpus fricatione tenui donec inclinetur febris, qua inclinata introduc in balneo moramque in eo faciat,corpus eius temperatius fricetur quo dilatentur pori diſſoluaturque qui artatus eſt in eius corpore, calor à frigore utatur poſt ſudorem cum fricatione cheiri oleo modico aut arie ti aut ſuſani aut acuani. Egreſſus operiatur calefactorijs optimis per horam reficianturque iam tunc ſubtilibus ut pullis franquillinis ſimilibusque cum eſpidabago conditis aut zirabago uel etiam coctis aut potellatis odoret marcemuſum & nemanium ſihum, porrigatur illi rihani parum uini, ſi quidem parua eſt denſatio ut aperiantur eius calore pori diſſoluanturque incluſa. Si autem magna eſt nullo modo uinum apponendum eſt, uinum enim ad aperiendum poros fortius denſatos non ſufficit. liquefacit autem humores & diſſolutos ad poros mittit nec poteſt emittere ſitque opilatio. Si ergo patientem hoc regimine rexeris eruntque aliquæ febris reliquie appones ſolutionem in alias in ſecundo inducere balneo mane, diſponasque omni ordine diſpoſito regimine. At uero ſi quando fuerit pororum denſatio de aluminoſis uel alijs arctantibus aquis, hoc eodem regendæ regimine niſi quòd fricatione ampliori oportet uti cum oleo plurimo uiolato aut ninifar oleoque ſeminum cucurbitæ & cacrelege in balneo plurimaque aquarum ſuauium ac ſuperfuſione tepidarum. Si autem hæc differatur febris tempore, ſitque principium eius tanquam continuæ febris, timeturque ne in putridam conuertatur febrem, huius oportet accelerare medelam ut ait Gal. oſtendit enim huius ſæpius in continuam fieri mutationem. accelerandum ergo phlebotomum ſi uirtus ætas, præſensque non prohibuerit tempus, auferatur ſanguinis quantum opus eſt quantitas, & ſi quidem fortis erit uirtus eo vſque educes donec defectus eius appareat, huius namque dominus febris magis eget phlebotomia quam ceterarum febrium eo quòd concluſæ ſuperfluitates diſſolui prohibeantur. hæc vero cum feceris patientem cum aqua reficies hordei in qua fęniculi ſemen,corticesque eius radices decoctæ ſint, tribus autem de hinc aut. 4. horis ſquingibin porriges aut abſinthij ſirop. & limie quæcunque hoc præſens tempore ſint. hæc etenim ad aperiendam oppilationem incidendosque humores ui ſcoſos utile eſt regimen qui in corporis incluſi ſunt interioribus eosque purgandos. Non oportet autem patienti oppilationem aperientia aut euacuantia dari, non enim ſecurus fieri potes dum pori aperiuntur educunturque meatibus humores educantur quòd quidam hu morum qui ſunt in uenis infiganturque meatibus & inhęreant aut ſua copia aut groſſitie aut uiſcoſitate maximeque ſi per arctos ſit tranſitus meatus: ſitq; fortior oppilatio ac difficilior,pro culque dubio putredinum patiuntur febris. Agnoſces autem oppilationis quantitatem ex febris uirtute & quantitate. Cum ergo patientem vt imperatum eſt euacuaueris phlebotomo: & quæ dicta ſunt porrexeris die primo: ſecundaque ſquingibin propina aut limue, uel abſinthij ſirop. cibabis illum poſt hæc duabus aut tribus horis hordei aqua cum ip ſius farina aut reficias illum cum mezairo cum fæniculo parato ſiue aqua hordei. delectabitur autem ſorbicuncula de maraigne in alias muraze parata. Facto autem tertio die cum intellexeris febrem manifeſtisſime minui nec poteſt tendẽt

aliqua putredinum signa pulsus: sed nec vrina opilationis geret significationem: priuationisq; maturationis tunc oportet patienti ingressum imperes balnei:fricetque corpus his quæ elimāt purgant & aperiunt vt hordei farina, & fabarum assunanem spahanicæ & neiranicæ. Si autem perpenderis,feb.aliqua augmētari hora uti balneis ante illum impera minusque quod in tereri rit.4.sint horæ. Egredienti squingibin propina à balneo aut limue vel absinthij sir. cibabisque his quæ hesterna refeceras die nec aliquid concesseris vini:confortat enim febris. vt dies fiet quarta certumque erit expulsa & vrina quòd aliqua supersint caloris signa his eisdem regas regiminibus. febris enim omnino cadet & deficiet.die vero quinto squingibin porrige & iuleb pullisque reficias & tranquillinis similibusque in consueta reducens illum cibaria pedetentim.

De diurnæ feb medela quæ fit ex cibis potibus vel acutis medicaminibus. Cap. III.

SEquitur de diuersitatum diuturnæ febris medela quæ fit ex calore corpori ab interioribus superuenientibus. Diximus autem in octauo primæ partis sermone libri huius nostri cum de causis febrium signisque disputaremus ac ostendimus,quoniam quæ ex huius fuerit febris : aut ex qualitate eorum habent fieri quemadmodum quæ ex ciborum fit & potuum acumine febris, quædam autem ex quantitate sicut quæ ex copia fit prandij quæ scilicet est febris ex ciborum etiā stomacho putredine & diarria. Et febris quidē quæ fit ex ciborum porrectione acutorum medela est patientis accubatione in locis frigidis. Si quidem tempus hæc æstas est quibusque fit aquilonis uētus.fiatque cum flabello ventus lahalum seminis psilij dabis illi & succum quoque seminis portulace cum contritum diligenterq; in aqua fricatum fuerit ac colatum cum iuleb & aqua granatorum ac aqua cum niue refrigerata propina quoque aquam hordei cum zaccara & amigdalis oleo dulcium cibus fit mezarium cū cucurbitis paratum & spinachia attriplicibusq; cum oleo amigdalis dulcium & oleo sisami recēti & si uolueris hordei aut tritici suicū infusum aqua fri. & zaccara & dimissis nocte in lahabo seminis psilij & granorum granatorum citoniorum & zaccara alba aut iuleb & oleum cucurbitæ seminis aut amigdalarum dulcium. Si autē fit hyems lactucas in aliàs bulbulengeras comedant conditas cum intiba ac hasbera sitque eius cubatio in temperati aeris loco. At vero si æstas portulacas dabis cucumeris citruli medullas:granata sugat arsunega pruna comedat persica matura & lenia epithimet stomachum & hepar cum sandalo & aqua ro. & ceroto refrigeratiuo quod aqua ro. & aqua coriandi fit ac lactucarum & semperuiuæ & aqua portulacæ & uiol.& ros.& alba cera si iuxta quod opus est huius dominus febris non uinum tangat, balneum que non intret. Quando autem hæc febris ex vini potu fortis facta est patienti granatorum aquam propina musorum aut heserem sir.aquam que niuis: extrema ipsius fricentur, quiescat & dormiat. Cum autem inclinata fuerit. f. balneū visitet:super caput eius aqua roretur multa tempore. odoretque & trahat naribus uiol. oleum egressusque balneo temporis quiescat hora.Iam tunc frigidis reficiatur & mezauris, pullis quoque cum heserem aqua & granatorum plurimū que dormiat. Cessabit enim. f. ab eo uelocius. Eius autem quæ fit febris ex ciborum in stomacho putrefactione medelam iam diximus: quoniam quædam est cum emollitione naturæ: aut cum eius incarceratione:quæ & difficilior est & fortior. Et medella quidem eius si cum emollitione est naturæ talis est.Speculare si quod egreditur est id quod est corruptum est in stomacho opus est cum quieuerit febris balneo patientem introducere, post quod reficiatur pauco pane infuso granatorum aqua : aut heserem aut iure pullorum cū his eisdem præparato poma suggat & pruna ante prādium aut hordeum dabis siue cum biscoto aqua infuso granatorum aut pomorum muzorum. quādo autem solutio superabundat in tātum ut accidat defectus, hūc defectum curatione medicari oportet qui fit ex euacuatiōe rorabisq; refrigeratam rosarū aquā super eius faciem,corpus fricabis.aliaq; non prætermittes quæ in subsequentibus dicemus in defectus cura.quòd si & singultat refice illū his quę dicemus,non tamen balneum introduces.Si aūt adhuc perstat solutio dabis illi puluerē granorū granatorum, stomachūq; illius inunge oleo pomorum aut zurigendorum, bulliasq; oleum ro. cum citoniorum,aqua pōticorum aut aqua muzorum pomorū donec deficientibus aquis super sit oleum.emplastrices etiam stomacum emplastris quæ de sandalo & rosa & aqua quia ac secceo aut raraeto in alias dragmecho succoque le letelteis,& aqua mirti & foliorum vitis aqua, ac aqua uirgæ pastoris & similibus. ut autem defecerit solutio stomachum linies absinthij oleo, & si quidem acciderit stomachum infirmitas aut debilitas stomachum cataplasma mantilibus calefactis ficcis aut oleo, zezembabaci calefacto humentibus, uel oleo cherelefi in alias helesi aut susani,aut mustefarafe alijsque amenis oleis calefactisque. Sedata infirmitate amputata solutione, oportet patientem reficere pullis starnis assatis & frixis cum aqua heserem & granatorum aqua, sed & piscibus lapidosis assatis aut frixis.Si autem defecerit appetitus diacitonitem dabis pomorum electū & muscū cōditū electuarium-

riumque nucum iuxta qđ opus eſt, facto mane balneo induces oleiſque linies amenis, nec vero ſit illi in balneo mora. hoc ergo modo huius fe bris dominus regēdus ē ſi quidē emollita fuerit natura. Conſtipata uero natura oportet ea quæ ſub hypocundris ſunt tractari, intuerique utrum à ſtomacho nec ne cibus deſcenderit ad inteſtina ſubtilia, & ad inteſtinum quod colon appel latum eſt interrogaq; patientem in quo grauitatē aut morſuram ſentiat loco uentris, quē etiā eructet ſaporem, hæc cū feceris & intellexeris ꝙ cibus corruptus in ſuperioribus eſt inteſtinorū oportet patiēti mereſcenū des marchemuſum in quo eſt buraci duplum qđ in libro ſcriptum eſt, roraq; ſuper corpus eius aquam ca. interpollate. Si autem corruptus iam deſcendit ad inferiora inteſtina, cibus aquā rorari oportet ca. ſuper uentris inferiora. Cum autē mouebitur ad inferiora maniſeſtisſime cibus ſubimmitti oportet aſiaſum cliſterizariq; cum cliſteri mollienti. & ſi quidē morſuram ſentit infirmus oportet cliſtere fieri de iuiubis & ſebeſten hordeo tonſo & uiol. ac oleo uiolarum & anatis adipe & anſeris ac gallinę. Quod ſi inflationem ſenſerit ac uētoſitatem, cliſterizari expedit illum cliſteri quod fit ex eis quę uentoſitatem extirpant, vt eſt ſemē apij aut fęniculis ſimilibuſq;. Euacuato cum cliſtere patienti, mezauro paſcas illū ex blita facto cum eſpidabago, aut ſpinachijs ſiquidem morſuram inuenit. Si autem uentoſitatem ciceris aqua paſcatur cum oleo uiol. aut oliuarum, aut cinamo. ſequenti introduc infirmum balneo, ſedeatque in aquæ concham. Si autem grauitatem in inteſtinis patiens ſentiat rotulam da casſię ſiſ. & calungebinum fricatum cum aqua calida emollita eius natura iure reſice illum pullorum & zirebagico, ſomnum in ducas. ut autem dormierit diuitius febrisſque & infirmitas ſedata fuerit in cibum conuertes pedetentim conſuetum.

De medela febris diei quæ fit ex labore. Cap. IIII.

QVi autem febrem ex labore patitur moleſtam quiete utatur oportet in loco quem temporis dat qualitas aut ſomno plurimo, donec à defatigatione redierit, ceperitque febris inclinari. hoc vbi fiet balneum ingrediatur in media domo ſuaui ſtet infundatur aqua tepida, & ſiquidē cōchadeerit cōtinua ſuꝑfundatur aqua quo humectetur ab ea quæ acciderat ex labore ſiccitate illius corpus egreſſuſque inungatur corpus oleo viol. & niniſare cum plurima fricatiōe, ſed temperata, maximeque concatenationum loca plurimum ſuperfundantur oleo ut emolleſcant membra, & cedat ſiccitas quæ acciderat extenſioneſque ex labore. Quod ſi manibus corpus fricaueris ſępius utilius erit tunc iterum in concham redeat, ſuperfundatur illi aqua tepida, & ſi quidē labor fuerit plurimus & fortis bis hoc faciat aut ter aut certe quater. Si uero paruus ſemel ſufficiet aut bis, de hinc egreſſus balneo per horam quieſcat plenam carnibuſque cibetur pullorum hædorum ue extremis. Sitq; eorum paratio laudabilis lactucas comedat & intiba, & portul. fercula ſæpius multiplicet uinum uero bibat quod conuenientes & concurrentes dabunt cauſæ quæ ſunt. ſ. corporis complexio, ætas, inſtātia tēporis regio & cōſuetudo. Si ergo erit eius complexio frigida & plura aliorum ac patientes plurimi cōſuetudo uini oportet utatur uino temperata qualitate, ſed quantitas quidem maior ſit quàm temperata. Si autē hic calida fuerit aut plurima aliorum, nec multum ei in conſuetudinem eſt uinū, aut equidem paucum ſit eius potus paucus & uinum album ſubtile multum temperatum, plurimum dormiat. plurimum quieſcat, febris enim facile ceſſabit. Si autem ſuperſint poſt hæc aliquę eius reliquiæ, apponatur hoc idem quod dictum eſt regimen balnei & ſesſionis in aquę concha & unctione oleorum, aliorumque.

De medela febris quæ fit ex ira. Cap. V.

CVi accidit hæc febris quæ ab ira eſt, manſueſcere oportet & ſedare ipſumque quieſcere ac ſeipſum iocundare & mitem facere. Cunque febris declinare ceperit ingrediatur aquæ plenam ſuauis ac tepidæ, concham, in qua etiam perſeueret temperata mora egrediatur quæ & ſi quidē æſtatis eſt tempus fundatur ſuper corpus eius aqua fri. māſueſcatque ſeipſum & quieſcat, proxima ſint illi ſandalum aqua roſ. camphura. rigeturque corpus eius, bibat de iuleb modicum & aquam granatorum muzorum cum niue. Cibetur frigidis eſcis & humidis ut acetum oleum oliuę frigidiſque paratis cum aqua heſerem & granatorum & piſcibus lapidoſis parum cum ſale cōditis. Non autem accipiat uinum, auget enim iracundiā. Iam tunc plurimum utatur ſomno & requie, hoc etenim hanc omnino anullat febrem & extirpat.

De medela febris quæ fit ex triſtitia. Cap. VI.

CVi uero hæc ex triſtitia contingit & cura triſtitiæ eius mitigationem molliri expediet, eiuſque exhilarationem, lætificanteſque audiat cantilenatum diuerſitates ut cytharæ & lyræ, ſed & tonos dulces & imittigantes, corpuſque eius tenuiter frica. Ingrediatur balneum, ſit in domo, prima. inmergatur conchæ aquæ temperati caloris ut eo educatur calor corporis ad exteriora modo competenti cibis reficiatur tēperatis uti

carni

carnibus hędorum agnorum ac gallinarum, pul birumque piscibus quoque lapidosis & cucurlotis ac citrolis omnibus his ut humectetur corpus. Nec uero semel multam ciborum accipiat copiam, uinum propinetur ei temperatum cum aqua fri. secundum consuetudinem & ętatem, tempus istās anni & si quidē tempus anni æstas est in frigidis sit locis. Si uero hyems locis secretis temperatisque, nec plurimum faciat somnū, hęc diebus continuatis usque dum calor omnis deficiat corporis.

De medela febris quæ fit ex uigiliis. Cap. VII.

Cvi autem hæc fit febris uigiliarum causa patientium soporatione mollienda est. concipiant ergo anhelitu narium oleū uiol. aut oleū cucurbitæ seminis conditum cum uiol. cataplasmentur eorum capita aqua decoctionis uiol. & ninifar, papaueris corticisque eius tritarum hordei quoque tunsi donec plurimum consumpserit somnum cerebraque eorū humectentur. Cū ergo ab eis cessauerit febris mediam introducatur balnei domum. super eorum capita fundatur aqua tepida suauisq;, & omne corpus cum oleo fricetur diligenter, ingrediatur concham aquæ tepidæ & dulcis fundaturque super eorū corpora interpollatæ, induātur uestibus & quiescant hora cibo reficiantur laudabili & subtili ut sunt pulli turdi nec plurimum accipiant. Et si quidē est qui consueuerit potum uini, propines illi parū plurimū mixtū ut acceleret eorū ciborum digestio, cum sit uigiliarum extenuare digestionem ut eorum humectentur corpora, uinū & enim plurimum mixtum humectat corpora. sic ergo expedit humectationem molliri corporum. Illis quibus hæc febris ex accidentibus animę contingit prohibeantur à coitu, deficcat enim corpora.

De medela febris quæ fit ex apostemate. Cap. VIII.

Cvi hæc autē febris diurna acciderit ex apostemate glandoso alijsue apostematibus calidis oportet sanguine minuatur uenas membro cōpetēti in quo est apostema & cataplasmetur epithimate opportuno, vt epithimata simplicia & stringentia sint ac extinguentia quæ & prohibeant & repellant materiarum fluxum bibat extinguentia & refrigerantia, ut ptisanam granatorum aquam, iuleb psilij semen & portulacæ, mezauris cibet ex cucurbita masso, spinachijs at triplicibusq; factis cū aqua granatorū & heserē simili busque. Quiete in locis utatur frigidis. do nec omnino sedatur dissoluaturque & maturetur euacueturque quod in eo est. Caueatur autem balnei introitus uini potus donec consumetur morbus. hæc ergo sunt quę oportuit de diuersitatum diei febrium medela commemorare. Iam nunc autem de medela febrium ex putredine incipiemus prępone musque eam quæ communis est omnibus putredinibus.

De cōmuni medela febrium & putredine. Cap. IX.

Dicimus oportere in medela febrium ex putredine minime communium tribus uti, primū febris caloris extinctio ac aduersari ei. Secundum autem euacuare humorem putridum. Tertium uero regimen ciborum ac potus electio. Et extinctio quidem caloris febris facienda est cum refrigerantibus & humectantibus cibis. s. & medicaminibus. Et quoniā morborum medela communium fit febris ipsi aduersantibus febrisque est complexio calida & sic. medela eius & cura in rebus est refrigerantibus & humectantibus, nisi ꝙ minime utendum est his quæ refrigerant & humectant simpliciter, sed secundum quod morbi expetit cōplexiōis quātitas, & secū dum complexionem corporis naturalem patiētisque ętatem ac anni præsens tempus, sed secū dum complexionem regionis, & secundum quātitatem morbi complexionis, quoniam cum erit fe. calore fortis & acumine, oportet nos multa facere ea quæ refrigerant & extinguant, utarisque refrigerantibus secūdum egressionem corporis à temperantia in calore. hoc autem commune quidem est quod oportet æquilibrari in omni morbo uenienti ex mala complexione. Nec te tamen lateat medici notitia uirissime tractari non posse subito intuitu, sed artificio ex arte. Si & enim posset medicus morbi qualitatem quantitatem diligenter percipere, medicaretur aliquibus quę sufficerēt repugnationi eius fieret que sanitas. Sed cognoscimus ex subitione quia approximando usus longitudinem exercitij in morborum medelis. Oportet quoq; ipsam secundum complexionem corporis naturalem esse medelam. vt si quidem complexio corporis naturalis frigida, egemus in febribus rebus quæ fortiter refrigerant eo quod corpus hoc frigidum à complexione naturali plurimum elongatum est. quod si corporis est ca. complexio, necesse est huiusmodi medicabiminibus uti refrigerantibus minus, non enim corpus à naturali plurimum elongatum est complexione. Sic ergo se res habet in omni morborū medela quę ex diuersitatibus fuerit malæ complexionis, medela namque infirmitatum communis est corporis ęgrotantis in naturalem reductio complexionem. Vtimur & refrigerantibus secundum infirmitatē anni temporis præsentis regionemq; quam inhabitat, quoniam si hæc omnia ca. aut plura, necessum est maiorem esse refrigerationem caloris febris extinctionem. Si uero frigida sunt omnia commodum est minus extinguentibus

bus uti & refrigerantibus. Ad hunc modũ oportet diuerſitatum omnium ex mala complexione morborum eſſe medelam.i.f.& humidorum ac ſiccorum atque hanc quam propoſuimus regulam miniſtra.

De euacuatione humoris putridi. Cap. X.

HVmoris euacuatio putridi his moliẽda eſt medicaminibus quorum ſit illum euacuare humorem qui febrem parit,ut ſiquidem febris fuerit tertiana fiat euacuatio medicaminibus quorum eſt cholericum exinanire humorem. Si uero quartana his quę humorẽ atenuãt nigrũ.Qđ ſi quotidiana phlegma euacuantibus. Si uero ſanguinea febris ẽ phlebotomo. At uero ſi compoſita eſt febris utendum eſt certe medicaminibus laxatiuis quæ dominantem in compoſitione humorem euacuent quemadmodum explanabimus. Oportet autem de omnibus dari medicaminibus tantum quòd quantitatem ex corpore morbum generantem euacuent. Dictum eſt autem hoc quidem eſſe quod medici non poſſint notitia certiſſima teneri. Cognoſcet hæc autem quantum conſideratio monſtrat & artificium quantum proprius accipere poterit. hic autem cognoſcet qui plurimum in arte exercitatus eſt medicinæ & expulſione morborum frequentationeque infirmitatum longo tempore. Nec uero laxatiuum in morbis oportet dari principio cum humor maturus nõ eſt niſi ſit humor quidem excitatus. Si enim medicamine utaris laxatiuo & humor crudus eſt euacuabis quod in eo ſubtile eſt & tenue ſupereritque groſſum eritque ſimpliciter nihil habens ſecum quod illum ſubtiliet ac maturet, vnde & difficilior fit eius maturatio & labor ad excoquẽdum illum natura, fitque morbus prolixior. Cũ autem uideris infirmitatem tumultuantem & de loco ad locũ trãſeuntẽ,lęditq; infirmũ & concutit, tunc iam in principio euacuandum tibi humor nec ſuſtinendũ donec maturetur ut quieſcat ęgrotans. Et ſciendum quoniam non oportet quantitatem eorum intueri quę euacuantur ſed maxime neceſſe eſt qualitatem ſpeculari & ſiquidem euacuatur humor morbum generans oportet eius tantam exinanire quantitatẽ quanta opus eſt ſiquidem patientis perferat uirtus, quod ſi id quod euacuatur humori morbum generanti contrarium eſt amputetur ſolutio, prohibeaturque euacuari, niſi ſic fiat morbus augmentatur, nec ægroti perferret uirtus. Quod enim educetur humor eſt quo maxime corpus eget, ergo intuearis in eorum quæ euacuanda ſunt exinanitione quin & infirmi uirtutem ac ętatem anni tempus quam inhabitet regionem & conſuetudinem euacuationis & inclinationẽ humoris, & uirtus equidem ęgroti conſideranda eſt, quoniam ſi fortis fuerit & ſufficiens euacuandum eſt iuxta quod exigit neceſſitas ſemel. At uero ſi debilis minime euacuetur,ſed utẽdum eſt refrigeratiuis & reſtringentibus donec uirtus redeat & tunc adhibenda eſt euacuatio eorũ quæ oportet. Qđ ſi uirtus debilis ẽ medicina nõ forti ſed paulatim quæ oportet euacuabimus pluribuſque uicibus ne forte immutata uirtus deficiat. Intuẽda quoq; infirmitas tẽpus p̃ſens ac regio in euacuatiõe. quoniã, ſi ętas iuuenis eſt & tẽpus ãni uer, aut autumnus & aer tẽperatus & regio ſimiliter, ſemel euacuari purganda oportet. Si autem ętas ſit pueritia uel ſenectus & tẽpus quidem eſt aut ęſtas aut hyems torpor, aer calidus graui calore aut frigidus regioque frigida ut ſeptentrionis, aut calida ut eſt auſtralis nõ euacuetur infirmus,ꝙ ſi urget neceſſitas exinaniatur parum pluribus uicibus,hęc quoque in loco oportet intueri tẽpus quo euacuare neceſſe eſt. Et ſi quidem ęſtas eſt ſuperius uomitu ægrotum euacuet. Si autem hyems laxatiuo medicamine ſicque cũ propinas medicamẽ in æſtate dũ aer eſt frigidus tẽpore quo naturalis calor per omne diſperſus eſt corpus. Quantitas quoque euacuationis intuenda eſt ex conſuetudine patientis,quoniam ſi infirmus eſt qui laxatiuo conſueuerit egetque euacuatione euacuetur quantum opus eſt omni poſtpoſito timore. at uero ſi non conſueuerit cum timore euacuetur,ꝙ ſi uomitum prouocanti conſuetus ẽ purgari medicamine & nõ laxatiuo aut laxatiuo & non uomitu, eo quo conſueuit euacuari oportet modo. Conferentius enim eſt & illi utilius. Si quoque in euacuatione quę phlebotomo fit intelligendum eſt,hæc eſt ſit phlebotomo purgari conſueuit, eſt quoque qui egeat ſanguinẽ minui, ſanguinem iuxta quod opus eſt ſubtrahas. Si uero minime conſueuerit pedetẽtim educas minuſque quàm eſt opus. Intuenda eſt quoque materiæ inclinatio in euacuatione celebranda, quoniam quidem ſi materia longa & in parte hæpatis eſt inclinata & eſt in gibboſo latere euacuabimus medicaminibus urinam prouocantibus. Si inclinatur in profundo latus materia, exinanimus medicaminibus laxatiuis. Quod in ſtomachi partes atque ad ſuperiora eius uomitu euacuetur, ſi uero ad inferiora laxatiuo. At uero ſi ad inteſtina cliſteri purgandus eſt humor. His collationibus euacuatione libranda eſt in omnibus morbis & paſſionibus cum euacuandum quid erit.

De regimine.fe.per uictum. Capi XI.

PEr uictum regimen oportet ſecundum morbi eſſe naturam ac tempora eius, ſed & ſecundũ infirmi uirtutem & ac conſuetudinẽ, ſed & ſecundum corporis figuram appetituſque inclinationem

tionem,sed & secūdū ꝙ accēditur, ac iuxta ꝙ accidunt ægroto signa accidentia aporrectiōe prohibentia ciborū.Et natura quidē morbi, quoniā cum febrium cęterorūq; morborum, quædam quidem sint acutæ,quędam autem diuturniores & longæ. Oportet infirmi regimē secūdū morbi disponi in cibis acumē ac eius dilatationem. Et quoniam acutorum morborum diuersitates multæ sunt & quædam quę peracutæ sunt in ultimo acuminis atq; hęc quę 1.2.aut.3.aut.4. aut 5. finiuntur die,quædam non simpliciter acutæ. quæ ad.7.9.11.extenduntur diem. quędam quoque ad quartūdecimum. sed & quædam acutæ sunt, sed est in eis mora, atque hæ sunt quæ 14. transgredientes ad 20. pertingunt,quædam autem his tardiores quorum omnium ordinem exponemus loco quo de morborum tractabimus naturis & temporibus eorū.Si quidē in ultimo fuerit morbus acuminis & diętam quoq; ī ultimo subtilitatis esse expedit ut aqua pura cū iuleb mixta,aut uiolato syru.aut aqua mellis,aut squingibin.Si autem morbus est qui ad.7. perueniat, huic aqua hordei conuenit cum zaccara & iuleb.aut uiolarum syru. Quod si ad nonum perueniat & quartumdecimum aquam dabis hordei cum sua farina,aut aquam eius colatā bis in die, aut aquam quidem hordei in diei prīcipio, eius autem transeuntem medio mezaurum cum cucurbita & spinachijs alijsq; similibus quę præsentia tenueris,sic se res habet in morborum regimine qui minus acuti sunt his scilicet, quę grosiora sunt. quantuncunque autem morbus acutior est cibum subtiliorem esse cōuenit, quāto autem minus acutus & cibum grosiorem esse decet. Dabis etiā quibusdam in morbis aquā hordei subtilem in longioribus aquam eius cū purgamento suo. Porro in morbis prolixitatem habentibus ut tertiana nō pura quotidiana,quartana similesque his morbi prolixi grositiorem desiderant diętam & non subtiliari,augeaturq; eius quantitas donec ad statum morbus perueniat.Si etenim in huiusmodi morbis subtiliaueris dietam,fortassis esse securus nō poteris quin cadat uirtus in statu morbi, nec erit fortasse infirmitati uirtus qua resistat passioni cū sit morbus circa statum fortior quàm fuerit.ideo ergo expedit diętę subtiliationem & diminutionem in prolixioribus morbis circa statum fieri, quo uirtus occupetur tunc temporis in aduersando ægritudini quatenus superatam effuget. Comparauerunt autem antiqui medicorum infirmi uirtutem expensis,morbum peregrinationi medicum peregrinanti.peregrinans nanque expensas extimat itineris secundum uirtutem & longitudinem.Sic & medicus uirtutem morbo resistentem compensat secundum ipsius breuitatē & longitudinem, & si quidem uiderit morbum breuis esse spatij statusque propinqui,cibum subtiliat & imminuit. Sicut peregrinans cuius est peregrinatio proxima,vnde & expensis eget breuioribus.At uero si morbum prolixum aīaduertit uirtutem à principijs conseruat ægritudinis, ne forte uirtus deficiat ueniēte ergo status tempore uirtus fortis est sic & peregrinans si longū est iter longiores apparat expēsas, ne forte eius deficiant expensæ antequam ad locum attingat propositum debiliteturque ac deficiat uirtus.At uero diætę regimen secundum morbi tempora sic oportet esse.Commodum est in morbi principijs cibum ad grossitiem inclinari, ne forte infirmi fiat transitus de grossa ad subtilem semel diętam,noceatque ipsi amplius dissoluaturque eius uirtus & debilitetur.Dehinc autem eius imminuatur grossities paulatim,& per dies donec morbus ad statum perueniat quo quidem oportet diætam tempore in ultimo esse subtiliatis,vt est prandij dimissio ac inniti iuleb. aqua mellis uiol.syrop.ne uirtus in ciborum occupetur digestione,conuertatque omnem sui curam ac morbo resistendum expellendumq;.Vt uero cęperit morbus declinare,cibus quoq; grossari incipiat regendumque resurgentium ab infirmitate regimine ęgrotus. Diętę porro regimen secundū infirmi uirtutem contemplari oportet & siquidem patientis fortis est uirtus. peracutus morbus siquidem ad statum peruenerit reges hunc subtili plurimum ciborum dimissione & iuleb ac uiol.sirop. cum aqua temperata. ꝙ si debilis est uirtus nec morbus acutus, status quoque remotus.infirmum hūc diæta reficies ad grossum inclinanti sæpius & paulatim.quo uirtus conseruetur ad status usque morbi tempora. At uero & si uirtus fortis & status longius positus hunc cibo reficimus infirmum temperato semel tantū. At si virtus fortis & status morbi proximus subtilem dabimus cibum, atque hoc est ut omnino uictu amputato sola utatur mellis aqua ac iuleb.ꝙ si temperatā sentimus virtutē statūq; remotum tēperato reficiatur infirmus cibo semel tātū.At si uirtute tēperata status īstat proximus cibus erit infirmo subtilis & sæpius. Augmentū etenim & grossities cibi uirtutē quidē auget pariterque morbū cōtraq; subtiliatio cibi & imminutio uirtutē imminuūt, ipsum quoq; extenuat morbum.At vero cibus in substātia temperatus sua & quantitate uirtutem suo tuetur loco.sic quoque oportet si ex repletione morbus fuerit ac uirtus fortis subtiliari cibū eiusq; īminui quātitatē. Cū uero ex euacuatione fit morbus est virtus,est debilis cibū utile est esse grossū, sed eius imminuēda est quantitas, hisque in die sępius apponendum & non semel.Cum autem est fragilis uirtus ex repletione morbi, aut cum uirtus quidem fortis & ualens, & morbus exinanitione cibū esse in substantia ac quantitate conuenit tēperatū. Obseruandum est etiam

regimen

regimen secundum anni tempora ciborum. Si etenim æstas fuerit antequam meridies trãseat prandẽdum ea hora.s. qua naturalis ualidus est calor, sint quæ omnia quibus infirmus reficitur frigida actu,ut anima uoluntarie illa suscipiant & in quibus quiescat. Quod si tẽpus hyems est, circa meridiem cibi sit hora cum naturalis calor fortis est & in omnes diffusus corporis partes. sitque quod ciborũ sumit uel medicaminis actu calidum atque hoc modo in omnibus faciendũ est morbis. Aestimatio autem ciborum secũdũ consuetudinem talis est. Intuẽdum si fuerit infirmo in sanitate sua consuetudo ciborum copia,hunc non oportet prohiberi à cibis tam & si morbi nõ expectet natura. Si enim prohibueris illi cibos uirtus dissoluitur ac deperit, ꝙ si ciborum illi consueta est paucitas,hunc omnimodis arcẽdum subtilibus refice. Si enim grossiora appones uirtus nõ substinebit. & grauata debilitatur & debilitata perit cum qua & infirmus ẽt si morbus minime sit acutus. At uero ciborũ põderatio secundũ corporis figurã,siquidẽ corpus rarum fuerit plurimum hunc à cibo arcendũ minime iudicamus pascendũq; secundum ꝙ morbi expetit natura. At si spissum ægrotantis corpus aspexeris cibus huic imminuendus ac subtiliandus est, quinetiam prohibendus siquidem iudicaueris. Sequitur ciborum iudicium secundum accessionum tempora.Considerandum.n. si febris fuerit immobilis & minime uariabilis nec mixta prohibendus erit patiens accessionis tempore & ante sex horas donec induratur calor & actio deficiat.Attamen si nõ patitur infirmus donec febris omnino deficiat non oportet illum refici dũ calor in superioribus uel interioribus est corporis aut in omnia diffusus mẽbra,sed cum à pectore ardor cessauerit & à uentre & in his leuiatus locis ad extrema contendet. In continuis autem febribus patiens cibo arcẽdus est dum difficultas urget feb. hæc enim conferentius & utilius magnis digestioni eorũ quæ sumũtur descẽsum accelerãs ciborum propter caliditatis lenitatẽ.Si est actionis & difficultatis fe.tẽpore patiens,reficiatur,occupatur à resistendo febris natura à ciborum digestiõe, sed & stomachus cum non naturali fuerit calefactus calore cibos non digerit & alterantur in febris materiam, qua augmentata morbi tempus producitur & opilatio uenis superuenit.Quando autem febris est accessus uarius & incertus & minime ordinatus,tũc cũ necesse fuerit infirmum refici disponendum est regimen ciborum secundum appetitum infirmi, eiusque ad aliquam inclinationem. Considerandum nanque est si infirmo multi sunt utiles & conferentes cibi nisi ꝙ quidam minoris sunt utilitatis si infirmi anima ad minus inclinatur utile appetitus ægroti sequendus est,dabisque quem desiderat cibum. Conferentior enim est illi & utilior & corpori eius melior eo ꝙ libentius suscipit, sic etiam in omnibus alijs faciendum ratio approbat quibus curandus est morbus aliquis. In mẽsurãdo autem cibum secundum accidentia quæ infirmum à cibo prohibent intuẽdum in stomacho superfluitas est ciborum aut in uisceribus & intestinis crapulę omnimodo reficiendus non est nisi stomachus purgetur & intestina crapula uacuentur. Sic si quando euacuandi fuerit necessitas ĩfirmo aut laxatiuo aut clysteri aut à flapho aut deniq; phlebotomo alijsq; cibum non oportebit dari nisi post euacuationem corporis ac purgationem. Potus autem regimen in tria diuiditur aquam medicinalem potum & uinum aquę quidem est refrigerare & humectare,& si quidem febris est de continuis & urentibus ut causon maturitatisque signa iam manifesta sũt & uirtus ualida & infirmi consuetudo aquam potare frigidam, nec principalium aliquod mẽbrorũ debile,nec apostema huiusmodi ab aquę potu frigidissimę minime arcendum. At si maturitatis minime signa apparent uirtus est debilis excellentium aliquod membrorum apostematicum, nec infirmo aquam bibendi frigidam consuetus hunc omnino frigidioris aquæ porrectionem prohibeas. Sed & si tempus est ęstas & febris in acuminis ultimo & maxime stomacho & hæpate debilibus arceatur quinimmo aquam temperati frigoris propina.febre autem constantiam tenente periodicam aquam oportet patiẽti propinari frigidam accessionis eius medio tempore. At uero in principio nullo penitus modo aqua frigida est permittenda. Si sit autem febris minime acuta, sed humor crudus prohibenda aquæ frigidæ potio. Si enim plurimũ sumatur multas fouet, ut ẽ apud Hipp.ægritudines in libro acutorũ morborum. Immoratur eius per membra infusio, ac descensus difficilis fit.maturatio differtur & prolongatur eius mora in stomacho,facitq; in pluribus infirmitatibus uentri uentositatẽ.& siquidem contingerit stomacho dominantẽ esse choleram corrumpitur aqua & in choleram conuertitur. Cumq; post tẽporis longitudinem ad intestinum descenderit ieiunum non facile ab illo separatur & mittitur ad hæpar & renes,pectus & pulmonem. Quæ cum ita sint nec urinã prouocat nec sitim extinguit in hac habitudine.Nõ enim facile à stomacho mittitur nec ad profunda mergitur corporis. ideo ergo cũ quibusdam dãda est syropis aut iuleb aut squingibin.Medicinales autem potus quidam quidem squingibin & est potus febricitantibus opportunus,aut simplex & est conferens causon patientibus & cholericas febres, refrigerat enim & extinguit & incidit humoris uiscositatem, subtiliat immittitque ad uenas, oppilationem aperit,

rit,humorem educit putridum nisi ꝙ tussi mini me conuenit, sed nec intestinis ad quæ humor defluit acutus excorians ea & educens. qui autem ex seminibus factus est phlegmaticis prodest febribus. Amplius enim diffunditur & subtiliat urinamq́; prouocat. At uero iuleb refrigerat & extinguit sitim mitigat,est & quidem mellis aqua subtiliās incidēsque phlegma sine forti refrigeratione, est & sirop. viol. emolliens naturam asperitatē liniens canalium pulmonis, & pectoris acumēq́; sedat. Vinum autem calefacit subtiliat,corpus confortat, digestionē procurat nisi ꝙ febricitantibus ex cholera minime conuenit,sed nec acutas longasque patientibus febres ut tertianā non purā, quartanā & quotidianam. in quibus cū maturitatis uestigia apparebūt,uinum subtile dādū est qđ inter nouū vetusque mediū sit parum tēperatū, adiuuabit & .n. naturā ad maturandā materiā & subtiliandam cum harum sit febriū excitatio de grossis humoribus. At uero si sit in capite grauitas minime dandum est cum sit eius uentriculos replere cerebri superfluitatibus. Caloris etenim sui causa eius eleuatio ad caput acceleratur, eleuatque qui in corpore sunt secum humores utile ante est debilibus patientibus febrem, si uirtus debilis sit maturitatisque signa manifesta, si detur aquosū & subtile. Ad hūc itaque modū oportet esse regimen cibi ac potus in omnibus passionibus & morbis, faciasq́; hāc tibi regulā qua ęgrotanti cibum porrigas & potū. hęc ergo sunt quæ nos oportuit ponere de communi regimine in febribus quæ ex putredine fiunt humorum, medela aut singulis propria simplex iam deinceps incipienda est. Tertianæ puræ regimen primum incipiendum est.

De tertiana puræ febris medela. Cap. XII.

ET quoniam ex his quæ dicta sūt dicimus medelam putridarum febrium esse per extinctionē caloris, & putridi euacuatiōem hūoris, & tertiana febris utroq; eget, nisi ꝙ calor in tertiana si sit pura fortior & amplior ac maior est materia cum huius febris sit aduētus de cholera ru. quæ cęteris est cōplexionis calidioris hūoribus subtiliorisq́; materiei, magisq́; necesse habemus calorem extinguere quàm materiā euacuare. Omnino .n. & per omnia cum inceperit febris hæc naturam emolliri expedit, sed his quæ refrigerant cum mollificatione. vt est duorum aqua granatorum cum suis adipibus & zaccara. succo etiam prunorum & aqua tamarindi. cass.f. aut cum aqua lebelabi, in qua defricata sint zurizidacum in al.cassia.f.aut zaccara. aut sirop.r. repetitus cum squingibin aut aqua .r. de unoquoq; iuxta ꝙ opus est. Si uero cum febre sit cephalea & turbatio clysteri uti oportet molli in quo ē hordeū iuiubæ sebestē, ninifari, cathemia, furfur, uiolarū oleū, zaccara rubea, & muri qui ad inferiora trahatur materia. Sit autem patientis locus frigidus quē excusserit aquilonis uentus, si quidem tempus fuerit ęstas, ꝙ si hyemis est tempus in temperatis locis aeris. Cum autē euacuaueris ęgrotum mane intuearis, & si quidem dies est accessionis aquā granatorum dabis ei muzorū & iuleb. cū pauco portulacę, seie diligēter trito, aut aquā tamarindorum diligenter fricatorum colatā cū aqua melonis indi. aut aqua citroli cum portulacæ semine aut spodio. propinabis autē ab accessionis hora post terminationē rigor:s aquā plurimam frigidā si quidē stomacho & hępati nō est debilitas, maxime autē si humor maturus sit. Pulchrā.n. habet actionē in calorē refrigerādo. Caueas aūt aquā dare f.hora accessionis si quidem fuerit tertiana febris nō pura, aut alię febres quę accēduntur, nisi ematuratio manifesta sit, hæc .n. humorē crudificat augetq́;. Die aūt qua cessauerit accessio dabis illi afeselēbe.a. 40.drac. vsq;.l.cum. 10. dra. zacarę aut syrop.vio. vt autē porrexeris feselembe succum post.4. horas squingibin puri à .10. dra. vsq;. 20. cum aqua ro. granatūq́; sugat muzum. Non enim oportet dari squingibin statim post hordei aquam, sed nec cum ea miscere ne forte antequā digeratur illam à stomacho emittat nec pascatur laudabiliter corpus. Amplius hordei aqua refrigerat & humectat quandiu in stomacho est antequam digeratur & ad hæpar mittatur ac fiat sanguis. Sed nec incongruum erit squingibin patienti dari ante hordei aquā hora, hæc enim plurimum consonat naturę, pręcedit enim & elimat quæ in stomacho sunt & intestinis ac uenis, emittitque quæ in eis sunt uiā parans hordei aquæ quo citius cum digesta fuerit diffundatur. De hinc autē quatuor post hordei aquam horis squingibin rursum dabis quo hordei aqua à stomacho & intestinis subtilibus ad hæpar facilius ttansfeat. Post horam uero plenam, mezaurum dabis de attriplicibus factum cum cucurbitis, spinachijs, bleta, cabezi, lacturum radicibus. Quodcūque pręsens fuerit cum granatorum aqua ac portulacarum aqua & heserem cum amigdalarum oleo, a ceto aut medulla citrolorum & cucumerum lactucas portulacam refrigeratam cum aqua heserē & granatorum muzorum aut prunorum recentium aut aqua zezeri ī al. gerseti & similia de cibis frigidis utilia, nanq; sunt hæc hanc febrem patientibus, ut ait Hyppocras in aphorismorum libro humectātes cibi conueniunt febricitātibus omnibus magis ante pueris & mulieribus, & quorum sunt huimidiores complexiones, quoniam medela ē infirmi ad proprium reductio statum & naturam, febrium autem est corpora calefacere & desiccare, egentq́; ut reducantur ad ha-

bitudinem

bitudinem naturalem his quæ refrigerant & humectant, pueri autẽ humidioris iuuenibus sunt complexionis mulieresque humidiores viris, quare in febribus humidioribus egent vt ad naturalem redeant statum. Oportet aũt cum his quoq; si tẽpus ęstas fuerit cibos eorum cum niue refrigerari. hoc autem cauendum in his quorum stomachus & hæpar debiles sunt. Facta noete accipiat aliquid, siropi heserem aut aquam granatorum & spodiõ, portulacę semẽ lehabũ seminis psilij, de vnoquoq; iuxa quod opus est cum aqua frigida. Accessionis vero die febris, aquam hordei minime dabis, differes prãdium donec omnino finiatur accessio, aut in tempore alleuiationis eius. Si ultimo erit diei tempus in alia typus eius non incongruum erit tunc diei principio aquam propinare hordei ad subtilitatem inclinantem, nec cessabis infirmum regere rebus refrigerantibus & extinguẽtibus donec signa maturitatis afferat vrina. hæc enim febris si pura fuerit septem tantum in pluribus circulis abscinditur. Vt autem signa uideris maturitatis apparentia patientem temperati caloris inducas balneo, quem sedere in media facies domo balnei. Rorabisque super eum dulcem ac temperati caloris aquam, ut & dissoluatur eius materia & compleatur eius maturatio. Sed nec quidem peccaueris si huius febris puræ dominum post.7.induxeris balneum diem etiam si non maturitatis signa appareant cum sit hac in febre materia subtilis & pauca, id eoque facilis est dissolutionis, magis autem si consuetum ægrotanti est intrare aut omni die aut secundo uel tertio balneum. Quod si appetitus inclinatur eius ad balneum iam conferentius erit. Sit autem qua ingredietur die typo febris uacuus & stomachus eius cibis omnibus. Vt autem induxeris plurimum patientem fricare noli ne forte fiat illi fatigatio. Sed sit omnis tua intentio ut intrauerit aquam temperati caloris super effusionem facere ut materiæ soluantur reliquiæ, humectetur que siccitas corporis, supereffundes autem aqua ca. corpori paulatim. Sitq; primo aqua tepida, dehinc ad calorẽ paululũ inclinans. Dehinc uero aqua temperati sit caloris cum sit contrario ad contrarium trãsitus semel malus ĩ omnibus. Egressum autẽ balneo componas assignato regimine, & si quidem animus ipsius inclinatur ad quosuis lapidosos pisces aut pullos paruos nõ incommodum erit illis cibari, humectant enim corpus. Oportuni autem sunt illi pisces cum sequebago & pulli cum heserem, aut aqua granatorum hisque similia. Quod si patienti accidat subuersio sentiatque in ore choleras non inutile erit uti uomitu cum squingibin & aqua calida ac stomachũ mundare, cui post uomitum dabis sirop. gra. aut heserem sirop. cum aqua fri. Caueas autem illum ab omnibus cibis quibus inest acumen ac punctio, medicaminibusque utatur quiete & uacuitate. nec ad irã adducatur & tristitiam. Confortant & enim hęc choleram ru. Si ergo dominus febris tertianę.f. puræ hoc utatur regimine, septimũ uero transgredietur febris eius diem. terminabitur autem quarto aut quinto sextoue circulo.

De tertianæ non puræ febris medela. *Cap. XIII.*

TErtiana porro nõ uera febris ẽ lõgioris tẽporis, accessionesque eius horis. 12. lõgiores, nec est cum calore eius acumen aut morsura, sicut in loco in quo signa descripsimus dictum est. Hæc etenim febris maxime ex phlegmaticis est & choleræ rubeę admixtione, maiorque est calidæ materię, quare plurima adhibenda humori euacuationis cura. Omnino autem & in omnibus urina consideranda est, palpandęque & cõsulendæ arteriæ, & si q̃dem urinam uideris tinctam, & in arterijs celeritatem oportet patienti dare primo quidẽ hordei aquã tribus deinceps horis aut. 4. squingibin. & aquã frigidam & pillul. reficies aut zirebazi iure, aut cum aqua heserem, aut granatis hoc autem die quo febris non accenditur. Cum & enim habet hæc longitudinem febris non accenditur. Cum & enim habet hæc longitudinem febris oportet custodię uirtutis adhibere diligentiam usq; infirmitatis statũ. Accessionis uero die mezuaro refice, aut cucumeris, aut zirei in alia citruli medela. Refrigerãt.n.hæc & hũectant urinãq; ꝓuocãt. Sit ãt hæc accessiõe finita. Intuearis quoque naturam oportet quæ si dura & sicca fuerit molliẽda ẽ cas.f. rotula & terẽgebino aut tamarindis, q̃titate qua tẽperat natura. Nõ.n.eũonẽ comodũ est huius in fe. magnam principijs facere, dõec materia maturetur, dehĩc dabis hordei aquam postquã squingibin hæc qui de die quo tipus fe. cessat. Accessionis uero die squingibin ꝓpina solũ quem oportet mazauris plus accessionis finẽ refici. Veniente uero ĩfirmi septimo die, si aliqua uideris maturitatis signa apparere iã tũc eũare incipies aut laxatiuo aut uõitu aut urinæ ꝓuocatione. Et laxatiuum q̃dẽ erit absinthii decoctio, qm̃ absinthij hac in febre utilitas mãifesta est modis q̃ pluribus, uno q̃dem qm̃ ĩ eo ẽ põticitas ideoq; stõ cõfortat cũ hac in fe. stõus debilitetur phlegmatis ĩcõmoditate qm̃ cõfortatiõe illi opus ẽ ut cibus perfectius digerẽs phlegma non generet. Plurĩa nãq; phlegmatis gñatio ex debilitate ꝓuenit stõi cũ non ad bonã ualet ciborũ digõstionem. Scđo uero qm̃ urinã ꝓuocat uel excitat absĩthiũ sua phlegmatici humoris subtiliatione & apriendo meatus Tertio quoq; qm̃ in eo uirtus ẽ attrahens cholerã ru. quæ ẽt chimorum est radix hãc gñantiũ febrem. Non oportet uti absinthio, nisi post ma-

teriȩ ematurationem.ſi etenim ante uteris lȩſio
fiet manifeſta. Abſinthio nāq; due sūt virtutes
cōtrariȩ,altera ſtringēs,altera vero ſoluēs, ꝙ ſi
vtaris anͣ maturitatē arctatiōe ſua cruditatē au
get materiȩ & duritiē,difficiliſq; fit eius diſſolu
tio.At vero laxatiua vult humorē laxare virtus
nec ꝑualet eius repulſa cruditate qua ex re natu
ræ fit læſio laxatiuo & attractiuo ī alia labor &
alteratio debilitaturq; virtus eius.At vero cum
poſt maturationē quis utitur abſinthio, pōtica
quidē q̄ in eo virtus cōſtringēs mēbra cōfortat
ac ſolidat quibus ēt eſt auxiliū ad expellendas
educendaſq; materias q̄ ſua ſubtilitate obediē
tes cito exeūt,et ſine lȩſiōe aut naturȩ moleſtia.
Oportet multis etiā tꝑibus lebelabo vti cū tur
bit modico & besfaigo in alia befargo cū zacca
ra aut caſ.fi.rotula iuxta ꝙ imperabit neceſſitas
trochiſcis etiā vtere benefegi quorū hȩc eſt aſſi
gnatio.Sumūtur violarū recētiū.dr.2.turbit al-
bi.dr.1.ſcam̄.oboli.5.ſucci liqui.dra.5. terātur
oīa diligenter & ſubtiliſſime cribentur pāno.ſu
manturq; cū his zaccaræ ru.dr.5.bibāturq; cum
aqua ca.eſt .n. optimū medicamē huic febri,eſt
.n.huius trochiſci choleram ru.laxare & phleg.
Nec vero vtēdū vt ſæpe iā dictū eſt laxatiuo ni
ſi prius hūor maturus fuerit eiuſq; videbuntur
ſigna,niſi ꝗdē tumultuoſa ſit paſſio,de loco trā
ſitura ad locū.tunc et.n. euacuatiōe vtendū nec
expectādū amplius.cū vero nō tumultuat hūor
nec ſigna apparēt maturitatis nullo mō laxati-
uo vtaris.Si.n.feceris qđ ſubtile ē in hūore eua-
cuat groſsūq; remanet ſolū , cuius & difficiliatᷣ
maturatio, humor nāq; ſubtilis ſi cum groſſo ē
illum maturat & ſubtiliat , vnͣ & eius facilis fit
maturatio & poſt maturitatē exitus.Oportet ēt
ſi materiā ad hæpatis latus videris ꝓfundum in
clinari & ad venas & inteſtina cliſteri vti, & ſi
humor fuerit phlegmaticus clyſtere fac calidū
ꝙ inteſtina lauat à phlegmate.Qđ ſi humor do
minās fuerit cholericus cliſteri vtaris inter lene
tēperato & acutū . ꝙ ſi inclinatᷣ ad ſuperiora hu
mor atq; in partes oris ſtomachi , inuenitq; in
ore amaritudinē & morſurā ac ſubuerſionē in-
firmus, euacuatio per uomitum celebranda eſt
poſt prādium,facilior eſt nēpe eius exitus cum
plurimorum ſit expulſio leuior ea quæ pauco
rum eſt . Sed & qm̄ humor immiſcetur cibo ac
facilius cū eo ægreditᷣ. Porro ſi hac in febre do
minās humor eſt phlegmaticus admiſceri cibis
ſubtiliātia oportet & incidētia vt fautenegum
ſaturegiā fugiles.Qđ ſi dominās ē cholera q̄ſcū
infirmo da hordei,piſces recētes acetum in alia
acutū ſtiba & ſimilia.vt āt euacuaueris illū vomi
tu oportet mūdare ſtōm cū vomitu dato ſꝗngi
bin & aqua calida nec ꝑmittas in ſtomacho ꝗd
ciborum vel aliud. Quē vt purgatum intelliges
oportet ſiro. aliquem des pomorum ſimpliciū.
Si uero humor ad gibboſum latus hȩpatis incli
nari uideris illūq; inuenis hypocundrijs dextris
grauitatē facientem medicaminibus urinā ꝓuo
cātibus utere ſimiliterq; cibis eadē facientibus.
Si āt quo uteris urinā prouocans medicamē nō
fortiter calidū,ut apij decoctio & fœniculi. Me
dulla granorū melonis fȩniculi ſemē acpaſtina
cȩ ſilueſtris hæc æqualibus ꝑtibus ſumpta tere
& bibe de eis.drac.2. cum iuleb aut ſquingibin
ſomni tꝑe cum aqua frig. Quod ſi uideris fe-
brē prolōgari ſpeculare,& ſi quod uideris ſan-
guinis dōinationis ſigna manifeſta ut corporis
ruborē pulſus magnitudinē aliaq; q̄ diximus
ſigna in alio loco,uenā minue aq̄helā & educas
ſanguinis q̄titatē ſecundū ꝙ eſt uirtus reliqua
oīa ꝗbus euacuatio ꝑ phlebotomiā neceſſaria ſi
gnificatᷣ. Vtaris āt reſtaurantibus & ciba pullis
aut frāquillinis & trociſchos ſpodij da emolliē
tes omni die exagiū.1.cum.5.dr.ſquingibin cū
aqua fri.Si uero minime dn̄ationis ſanguinis ſi
gna apꝑuerīt oportet utaris medicaminibus q̄
phlegma euacuent tū laxatiuis tū vomitu ſicut
iā dictum eſt.Si āt temporis inter euacuationē,
& euacuationem tāta q̄titas qua poſſit cōforta
ri corpus & humorem maturare nec cōtinuetur
euacuatio debilitaretᷣ et.n. uirtus.In hac opor-
tet fe.cum euacuaueris ſi amplius ꝓtelabitᷣ ioſa
rum uti trociſcis cum ſpodio factis exagium. 1.
ſumens cum ſꝗngibin.vn.&. 5. mixta aqua hor
dei.Qđ ſi cū phiala erit tinctura & in pulſu velo
citas utaris aqua hordei in qua decoctum ſit ſe
mē fȩniculi cū ſpodij trochiſcis & intibȩ aqua.
cibaq; auium carnibus ſubtiliū,ut pullis & fran
ꝗllinis cōditis cū zirabago aut eſpidabago aut
frixis utatᷣ cibo poſt dimiſſionē acceſſiōis. Die
āt quo accenditᷣ cibos deſerat quos & ſubtiliet
poſt tipi terminatiōem ut die ꝗdē quo nō accē
ditur uirtus ſeruetur.Die āt acceſſiōis virtus oī
no aduersāti morbo occupetᷣ & cōſumatur ma
teria.Quod ſi infirmi nō patitur uirtus cibi di-
miſſionem acceſſionis die,nec eſt ei cōſuetudo
prādiū dimitte acceſſionis paſcatᷣ die ſorbiciū
cula quȩ cum furfure ſit & zaccara & amigdal.
oleo & quȩſto hordei cū zaccara aut tritici ſuic
cū aqua fri. iuxta ꝙ ȩgrotantis inclinabitur aīa
ſitque hȩc poſt acceſſiōis finem declinationēq;
caloris ad inferiora à pectore & vētre.Cauenda
sūt oīa quȩ tardȩ sūt digōnis.hȩc .n.fatigāt uir
tutē & debilitāt ī alteratiōe cibi in sāguine fitq;
phlegma,augetᷣq; morbi mā. Vino āt oportet vt
cū manifeſta fuerint maturitatis ſigna in vrina
ꝓpinetᷣq; poſt horā vnā cibi.ſitq; album ſubti-
le nō vetus aut nouū aqua mixtum frigida.ꝓde
rit nanq; manifeſte,diffunditᷣ.n.cū cibo ad mē-
bra quȩ cōfortans vrinā ꝓuocabit & ſudorē,tē
ꝑabit cōplexionē,digōnē ꝓcurabit.Si uero utatᷣ
quis ante maturationē vino calor augetur & cō
fortatᷣ ipſius calore eiuſq; augmētatione chole
ra augetᷣ cōfortatur liquȩſcit hūor ī oē corpus
diffunditur

diffūdit,opilationē facit,miſcēturq́; illi hūores qoni ac corrūpunt. quare nō oportet vti hac ī febre vino nec in alijs niſi poſt quā maturitatis ſigna manifeſtabunt. Oportet āt hac in paſſione ſtōm emplaſtrare calefacienti illū emplaſtro & cōfortāti ac maturāti ꝙ ī eo ē hūoris phlegmatici eiusq́; ꝓhibeat gñationē,& hęc eius deſcriptio. Sumatur laudani.dr.2.& liquefiat cū oleo ſiſami & oleo ro. addasq́; illis hęc medicamina roſę rubeę purgatę.dr.5.ſecci ramaci vniuſcuiusq́;.dr.1. terātur diligēter cū laudano miſceātur liq̄facto cū oleis & emplaſtra ſtōm cibo vacuum vtaturq́; balneo aquę ca.ī qua decocta ſit camomilla,aqua lilelmelec, marcemuſcū maximeq́; qñ humorē animaduerteris ad cutē inclinari exteriorē cū morſura .ſ. prurigine puſtuliſq́ue manifeſtis. Roraq́; ſuper ſtōm vt calefiat aquā.Nō āt oportet vti balneo proprie ī hac & phlegmaticis febribus ac quartana niſi poſt maturitatē,ſi.n.vtaris ante ī his febribus ī q̄bus materia qualitatē earum ſuꝑat & materia eorum groſſa nec ſubtiliatur, tres fiant lęſiones. Prima eſt qñ humor cum liq̄fiet nec diſſoluetur,decurrit & opilationem exagerat, ideoq́; et putredo eius augetur. Scđa qm̄ humor putridus cum liq̄factus fuerit balnei calore diffunditur ꝑ corpus bonisq́; miſcetur humoribus quos & putreſcere vt ipſe eſt facit. At uero tertia qm̄ materię ſubtilitatem balneum ſoluit remanetq́ue eius groſſities,quare eius difficilior fit maturatio & diſſolutio.oportet aūt huius fe. incommodum ferentem quiete uti q̄ fit humor ſuo quietus in loco donec maturetur. Caueat ergo & motum & laborem,hæc enim liquæfaciunt humores,& diffundunt diſſoluunturq́ue optimi humores quos & corrumpit & in putredinem tranſmittit, qua ex ıc feb.augetur materia & mora eius prolongatur.G.refert hāc iuueni cōtigiſſe viro febrem ac ſex ī eo ꝑduraſſe menſibus. vidi quoque ego cui hæc accidit ęſtatis ultimo.febris durauitq́ue vſque in ueris principio tempore, & tamen eius erat probatum & optimum regimē quare hac expedit in febre his quę dicta ſunt vti cauere autem contraria.

De quartana feb. medela. **Cap. XXIII.**

QVartana feb.fit ex humore cholerę ni.groſſo & ſicco & maturari tardanti ideoq́ue & longæ eſt perſeuerantiæ & temporis diuturnioris niſi forte æſtate eam fieri cōtingat, ſecundū maiorem etenim partem ſi hoc anni contingat tempore finitur uelociter nec eius prolōgatur tempus. Quando ergo hanc in ęſtatem uideris febrem tempore ultimorum eius breue nō omnino cui ineſt aliquibus cōmoueas medicamibus, ſed cibum ſubtilia dabisq́; ius pullorum tāgorum paratorum cum eſpidabago aut cirabago aut patellatum prohibeasq́; groſſis cibis leguminibus piſcibus lacte, quoque & fructibus omnibus & quæ uentoſitatem generant. Satis ergo tibi ſit dare illi gelengebin vno quoq; die. drach.7.deinceps ſquingibin & fructus quales vuæ paſſæ corroſanicę granis mundatę cum xigillafis in alias floxigilaſis amigdalis dulcibus & piſtachijs, hæc etenim febris ſi hoc in patiente utaris regimine citius tollitur. Quando autem ęſtatis ultimo hæc febris cōtingit aut autūno aut hyeme longioris eſt ſpatij. Principio ergo cum contingerit intueri oportet ſi quidem uideris in pulſu magnitudinē & in eo celeritas non multa, vrina ru. & groſſa ætas plena & iuuenilis, oportet accelerare ſanguinis minutionem de baſilica aut aquæ hala vena de ſiniſtra manu,& cōſidera ſanguinis colorem quem ſi videris nigrū & turbatū aufer de ſanguine quātū opus eſt ſi quidem uirtus adiuuerit. Quod ſi rubeus eſt claudi venā oportet nec aliquid omnino educas,qui.n.ſanguis eſt talis bonus eſt quē ſi euacuaueris uirtus debilitatur munda, & pura,nec deinceps habet reſiſtere morbo,amplius ſi euacuas ſanguinem mundum & purum in corpore ſolus remanet humor malus peſſimus,augeturq́ue uirtus turbati ſanguinis nec ſupereſt corpori quod ei reſiſtat. quod ſi recte facta eſt aliquo mō phlebotomia patiētē chimorū reficelaudabiliū cibis vt pullis, frāquillinis, gallis, caſtratis pīguibus,ouis ſorbilibus,hædorum & agnorum carnibus. laudabiliter præparati cum zirabago,tharaago tab hago,heſpidabago patellatis in quibus ē aniſū in alia claruſani.i.ciminū carui,anetū,prohibeas illum à cibis groſſo generantibus chimos aut melācholicos vt ſunt canes equorū carnes zarecarum maiorum cōpletę lēticulę oīaq́; legumina mala & ſimilia. Cum uero ſanguinis dominationis ſigna nō īueneris nō oportet minui,ſed nec euacuare patientē medicamīe aliquo laxatiuo ī morbi principio quā diu crudus eſt humor. Si .n.hoc tꝑe vtaris laxatiuo humorem ni non poterit euacuare ꝑꝑ eius groſſitiem difficultatēq́; decurſus eius,ſed euacuat bonus humor & vtile remaneatq́; malus ī corpore ſolum, vñ & hęc cōfortat fe. difficilior q́ue fit eius expulſio. his itaq; de cauſis nō oportet ī prīcipijs uti medicamine ꝙ nigrā euacuat cholerā. Sed oportet naturā eſſe temperatā īclinantēq́; ad mollitiem emollientium uentrē uſu ut olerum cōditorum cum muri & aceto & oliua,oleo ſicut etiam blito corroſanica ſpinachijs ſemina cogalorum iuribus & carnium cum zebibo corroſanico, ſallagisq́; in alia ficubus prunis dulcibus ſiccis cum medulla cartami. Si autem ſuſpenſa eſt natura laxa eā prunorum aqua dulciū & vuis paſſis ſene,caſ.fi.terēgebino aut caſ.aqua cū zuccaro et ſimilibus,et ſi nō emollit his natura,cliſteri utere emolliēti cū aqua a blitis & ſiſami & oleo & muri. Et oportet hac ī feb.ci

bũ tẽperate nõ vtaris groſſo digeſtionis ĩobediẽti,augeatq́; feb.materia ſed nec ſubtili peccesq́; in ſeruanda virtute, debiliteturq́;,hæc.n.feb.de longioribus eſt morbis remotiq́; ſtatus.Si ergo ſubtiliaueris cibũ imbecillis fit virtus in infirmitatis tẽpore ſtatus. Cũ ſtatus cæteris ſit fortior morbi tẽporibus,ideo ęgro oportet manutenere quo cõſeruet ad ſtatus morbi tẽpus infirmitas,imminuasq́; cibi pedetẽtim groſsitiẽ.Cũ ergo ad ſtatũ ꝑuenerit febris, iã tũc ſubtilies cibũ expedit,quo oĩo cõſeruata occupet ad reſiſtẽdũ morbo uirtũs,ſic & ĩ oĩbus facies morbis ſicut aliquo iã dictũ ẽ loco,dabisq́; ſingulis cha lẽgebin diebus,& ſquingibĩ diebus cõtinuis, ꝓ hibeasq́; cibo actiõis feb.die vt natura in reſiſtẽdo morbo potius occupet,nec uero omnino ut oportet hoc in feb.balneo niſi cũ ſtatus eius ad uenerit declinatioque cęperit.Eſt.n.balnei humores euacuare ſubtiles, porro huius materia febris groſſa eſt.Si ergo euacuaueris qđ ſubtile eſt in ea auget remanẽtis groſsities & vigor, & difficilior fit maturatio. Quibus ãt utẽdũ ẽ deãbulatio ẽ tenuis fricatio leuis moderata quãtitate ut poris fiat dilatatio tenueturq́; materia,ne ceſſaueris hoc vti regimine.donec maturitas ſigna appareant. Quæ ubi emergent laxatiuo utere choleram purgãte ni.vt ẽ hęc decoctio cuius hęc ẽ aſsignatio.Sumat lebelachi feſelcbi in alia mirabolani chebuli & ĩdi. vniuſcuiusq́;. dr.10. bellirici. ẽblici.cuiusq́;.dr.5.vuæ paſſæ corroſa nice granis purgatę.dr.20.ſene.dr.10.abſinthij gręci. dra.4.linguæ bouis foliorũ badernebiꝫe. beſfaigi tonſi vniuſcuiusq́; dra.4.ſuſani radicũ dr.5.eſtacobi.dra.3.coquas omnia medicamina in.4.lib.aquæ donec ad vnã redeat. ſuperad des epithimi.proijcies intus.dr.11.cretici ĩ alia cartami & purgati & ab igne ſublatũ ita dimittas,dehinc fricabis cũ poteris epithimũ diligenter colabis ſumesq́; de hac.vnc.10.proijcias de ſuꝑ agarici exagiũ dr..1.aloes hæpat.dra.5.ſalis naſte.5. dra.ellebori nigri ſubtiliſsime triti obol.2.bibesq́; & ſit tepidum.Vtaris ãt hoc medicamine die ab acceſsione ſcđo, hic cum vſus fuerit oportet patiẽti dare poſt acceſsionẽ trochiſcorum gaferi exagium vnũ cum duabus vncijs ſquingibin zaccarę duabus mixtis aq̃ partibus. Die ãt acceſsionis utat ſquingibin in quo infuſæ ſint radices cũ aqua decoctionis aneti,& ꝓuocet uomitus,hũor etenim acceſsiõis die tumultuoſus ẽ. calorq́; illũ liquefacit feb.vñ & facile euacuat.hãc ãt tollerãti fe.oportet poſt maturationẽ vnaquaq́; ſeptimana hoc vti medicamine cuius hęc ẽ deſcriptio.Sumat mirabolani indi & chebuli.vniuſcuiuſq́;. dr.5.ĩ.al.7.beſfaigi epithimi cuiusq́; dr.3.terant oĩa diligẽter cũ tantundem zaccarę ſelimanicæ,bibaturq́; poſt hoc aqua calida ſitq́; hoc materiæ acceſsionis die.Cum ãt differtur huius feb.tẽpus eiusq́; ſpatiũ peruenerit in hyemis incõmoda,apparuerit que maturitatis ſigna & veſtigia,oportebit aliquibus vti electuarijs calidis, vt ẽ electuarium heltici aut eius pillulę omni die.3. exagium ſumes dimidium uſq́;.dr.aut aliquid electuarij piperei cuius hæc ẽ deſcriptio.Sumatur piperis albi ni.& lõ.cuiuſq́; dr.20.rilob.dr.10.zinzi.apij ſeminis ſelichiæ.aſſari.raſſeni.vniuſcuiusq́; dr. 1.ſcbeli. emane. vniuſcuiusq́;.dr.4.terant oĩa diligentisſime diſtẽperentur cũ melle diſpumato. Dabis quoq́; ſingulis hebdomadibus de electuario metrocidi vel metridati & tyriaca de vnoquoq́; iuxta ꝙ opus eſſe videris & quãtum natura ferre poterit morbi vt humor ſubtiliet & hęc ẽ deſcriptio electuarij uel metridati qđ poſt maturationẽ quartanę vtile eſt. Sumatur pipis n.33.cuiusq́;.dr.3. helthite dr.3.nachue ſelichecſz.dr.8.ſpic.dr.10.fautenegi mõtãi aniſi.dr.5.terãtur oĩa diligentisſime & ſubtilisſime cribentur pãno, diſtempenturq́; cum apum diſpumato melle, vini medicaminũ parti tres adens mellis. eius potus.dr. ſit.1. cum fęniculi aqua & apij, hoc utetur poſt humoris maturitatẽ.Oportet.n.diligẽtisſime hæc cauere electuaria ſumptũq́; formidare eorum ante maturitatem,afferent.n. non paucas læſiones,quia euacuare nõ poterunt humorem ꝓpter eius cruditatem & groſsitiem turbabuntq́; eum fortiter & fluere cogent,vñ & bonis mixtus humoribus alterabit eos ĩ ſuã naturã, ideoq́; & cõfortabuntur & maior fiet febris.Sępe quoq́; hæc materia in duo defluit corporis loca, fiuntq́; geminę fe. ꝙ ſi in tria fluxerit tres fiunt quartanę.Oportet quoq́; vt caueat ea calidę vir cõplexionis & iuuenis,ſed & tpe ęſtiuo.ꝙ ſi neceſsitas ad ſumenda coegerit modicum,&cum diligẽtia accipiat ſitq́;, illi ſatis hoc incõmodo & qualitate,trochiſcos ſcđm minorem accipere partem gaferi cũ ſquingibin & calengebin. Et uomitu acceſsionis die uti oportet porrectione cum aqua ĩ qua decoctum ſit fautenegũ fluuiale & epithimum. Quando uero eſt hyemis tempus patientisque ætas ſenectus cõplexioq́; eius frigida & humida, cũ hũor quoq́; maturari cęperit nõ incõmodũ erit hæc dari electuaria calida. Arceasq́; patientem ab omnibus frigidis medicaminibus & ſic.generantibusq́; cholerã ru.groſſęq́; ſubſtantię.Oportet ãt huius dominis fe.vinum propinari poſt humoris maturationem ſitq́; vinum nõ uetus,ſed nec nouum parum mixtum. Cum ãt febris ad ſtatum peruenerit. patientem arcta,ſubtili regimine ut pullis franquillinis tau gis.mezaurisque ſtatu tempore, auiumque aliis ac collis ſimilibusque quo ad reſiſtendum morbo omnino natura occupetur & materiam eius poſsit expellere, utaturq́; quiete parũ moueatur ut ĩ morbũ uires cõuertat natura,nec aliquo impediatur motu ã reſiſtendo. Oportet

autem

autem hac in febre hepatis & etiā ſplenis curā geras, hæpar nāq; humorū eſt generator, quare oportet curā exhibeas ne fortè humorē generet melancolicū. Splē aūt huius hūmoris eſt locus, curetur ergo ne forte debilitetur accidatq; illis opilatio & groſsities, dando patiēti berberis trochiſcos, aut geferi cū ſquingibin in hora morbi & fine eius poſt maturationem, ante autem in principio morbi uſus ſquingibin ex utilioribus eſt.

De quotidianæ febris me. Cap. XV.

QVotidiana febris quoque difficilis eſt & lōga, maximè ſi autumno cauſa moueri cōtingit, hemeq; cū ſit eius ex phlegmate putrido generatio. Cura autem eius ſicut & omniū febriū extinctio eſt caloris & humoris euacuatio, & quoniam hac in febre minor eſt calor quàm materia, oportet euacuationē phlegmatici amplius curari humoris quàm ſuper extinctionem caloris. principium igitur hanc patientis febris regiminis .i. quotidianam, cum primum mouetur ſquingibin. vnc. 2. parum mixtum claræ zaccaræ. drac. 7. dabisq; tribus tranſactis horis. tribus autem abeuntibus diebus calēgebin cum ſquingibin. vnc. 2. parum mixtis. Si uero fortis in eo ſit calor & punctura ac morſus, urinaque tincta ſimulque eſt cum his ſiticuloſus egrotus. Oportet te dare ſummo diluculo calengebi. drach. 5. ut aūt ortus eſt ſol. drac. aquæ hordei da. 40. in qua decoctū fuerit feniculi ſemē aut eius radicū cortices. 4. dehinc horis ſquingibin. vnc. 2. dabis cum aqua fri. & obſeruandum ut hordei des aquam ante acceſsionem horis. 6. non paucioribus autem. 4. vt cū acceſsionis uenerit hora deſcēderit ſtomachusq; uacuus ſit hęc facies uſque quo omnino calor deficiet. Si autem nō ſit illic acumen & ardor non utaris hordei aqua nec calengebin ut diximus donec maturitatis incipiant apparere ſigna. ſitq; prandium cum mezauro condito cum blito & ſpinachijs aceto. & muri. & carui. ac cinamomo, & ſi quidē æſtas eſt dabis acetum & carenlengum oleum cum zuccara paratum menta & ſiſimbrio, & carui. Et ſi uirtus debilis eſt franquillinis paſce & tangis patellatis uel aſſatis, ſitque condimenta eius piper ciminum daraſinum. Vt autem maturitatis videris ſigna oportebit euacuare infirmum aliquo phlegmatis medicamine laxatiuo ut turbit, agarico, cartami, medulla, & hæc aſsignatio medicaminis phlegma laxatiui. Sumatur turbit. dra. 1. agarici. obolos. 4. ſalis in di. obo. 2. terantur omnia diligenter & cribrata diſtemperentur, & diſtemperata pillulentur & in umbra ſiccenť utariſq; ſummo diluculo cum aqua tepida. Laxatiuum aliud, ſumať turbit albi, cartami, medullę cuiusq; dra. 1. agarici. obol. 4. ſalis naſte. obolis. 2. ſeminis apij aniſi, cuiusque obolis. 1. &. 5. terantur omnia diligenter & cribrata diſtēperētur ac pillulata ſiccentur in umbra bibantur diluculo & ſorbeatur poſt aqua calida, prodeſt enim utaris autem hoc medicamine unaquaque hebdomada ſemel eiusq; in medio uomitum adhibe cum ſquingibin. cui infuſę ſunt fugiles & comeſtis radicibus ſquingibin bibat, poſtea cum aqua ca. pauco ſale heriſo. hoc .n. phlegma incidit & ſubtiliat & fluxum faciens exitum facilitat, & ſi hęc fecerit ac ceſsionis hora utillimum erit. Quod ſi uomitus uacuo nō cōfert ſtomacho reficiať piſcibus ſalſis & fugilibus & vtať uomitu cum fugulum & fermaci ſemine diſtēperato cū ſguingibin melleo & oleo & aqua ī qua coctum ſit anetū cū ſale heſiro. oportet ēt aliquādo hac in febre vrinā prouocantibus uti ut apio feniculo recenti hoc medicaminibus miſceat radicumq; accipiat ferc cula cum calengebin, diutiusq; in eo calēgebin ducatur & coletur hoc ſcilicet modo. Sume radicum feniculi cortices & radicū apij cortices ſeminaq; eorum aniſum heſsā, de vnoquoq; quātum opus eē extimaueris, decoques in aqua diligenter & cola fricabisq; in ea calēgebin ſumaturq; tepidum. Et alterius ferculi hęc eſt aſsignatio quod ſumiť cum calengebin. Sumantur feniculi radices apij. & radices ſuſani. cuiuſque dra. 7. ſechabe dauredi. cuiusq;. drac. 4. ſeliche. maſti. ſpic. nardi. vniuſcuiuſq;. dra. 1. &. 5. mir. chebulorum citrinorum & indorum vniuſcuiuſque dra. 5. vuæ paſſæ coroſanicæ optime purgatę. dra. 20. coquanť ī. 4. li. aquę donec ad vnā redeant & coletur & ſumatur de eo vnoquoq; die vnc. 4. cum. 7. calengebin. zaccarę. dra. Si uero differtur hæc febris extenduntur q; eius dies curam adhibeas opus eſt ſtomachi ori confortef que illud emplaſtris in quibus eſt laudan. ros. ramecum ſeccum, emplaſtrizando ſtomachi e tenim os in hac febre debilitatur & conuiſcatur phlegma, porro ſi ſtomachus fiat debilis amplior ſit phlegmatis generatio. quare oportet etiam ori ſtomachi medelā exercere. utariſque calefacientibus illud ad hęc confortantibus medicaminibus. Et hæc emplaſtri aſsignatio illi utilis eſt. Sumatur fecci optimi. drac. 3. laudeni. drac. 2. ro. r. clerice cuiusque. drac. 10. in alia. 5. zafrani. drac. 1. terantur omnia diligenter & ſubtiliſsimo cribrentur panno & diſtemperentur cum ſamuco & nuſuſene & aqua matcemuſi & nemani, & his ſimilibus. dentur quoque ea quæ os ſtomachi confortant phlegma ſubtiliant ut hij trochiſci. nardi. drach. 1. maſtic. obolis. ſecundo xiloaloes obol. 2. terantur omnia diligēter & diſtemperentur cum eis calēgebin diligenter quo eius acceleretur digeſtio meliorq; actio fiat desq; trochiſcos gafē. cū ſqngibī utilimū nāq; ē. At ſi flegma ē multū ſil

laq; alba fit quod dabis ſquingibin melleũ . Cũ aũt ne fiat ſtomacho opilatio extimeſces refrigeretur eius complexio trociſchos helbe in alia ab ſinthij aut lacce cum ſquingibin propinabis pro hibeasq; potus ab aquæ, copia maxime uero quę cum niue refrigerata eſt, hęc etenim ſtomachũ refrigerat & hæpar augetq; quod huius eſt febris materia flegmatis.ſ.gñationẽ. At ſi plurimũ proteletur febris tempus & cum urina alba tempus hyemis aut .ſ.ætas ſenectus infirmi complexio frigida & humida aut horum plura ſic oportebit patienti magnam te dare tyriacam diebus interpollatis, dabisq; de ea obol.2.uſq;. drac.5. cum aqua decoctionis cimini & heſſe cũ aſaro, ꝙ ſi de electuarijs deberis illi calidis ut pipereos & matrocidi quantum eſt auellana utilimum erit. At uero qñ tp̃s æſtas & infirmi ca.cõplexio eiusq; ætas inuẽtus nullo modo de tyriaca des, ſed nec electuariorum horum quidem calidorum. Sufficiantq; tibi quos diximus trochiſcos cũ ſquingibin zaccareo aut melleo aut calengebin iuxta ꝙ morbi uideris virtutem & debilitatẽ omniaq; reliqua quibus oportuna ſunt minuãtur. Expedit aũt omnino hãc patientẽ febrẽ omnibus abſtinere fructibus humidis omnibusq; quorum eſt flegmatis generatio la cte piſcibus alijsq; ſimilibus deſq; illi vuas paſſas albas in quibus eſt modica ponticitas zaccara & mel cum medulla cartami & piſtachijs ac medulla helbe uiridis aut aliquãdo etiam zaccare in heſeremin, prodeſt.n.illi prohibe quoq; balneo donec maturitatis ſigna apparent nec febris declinatio incipit, malum etenim eſt ut poſterius dicemus. vt autem apparuerint illi balneum permitte. Roraq; ſuper illum aquam in qua decoctum ſit camomilla aqua lilelmelch, marcemuſum nemanum, herẽgſtum ſiue in alia ſimiliũ & ſimilia his calefaciẽtia & ſubtiliãtia,

De continuarum fe.me. Cap. XVI.

Continue febris ab humorum putredine qui ſunt intra uaſa & uenas fiunt ut in prima huius noſtri libri parte oſtendimus. & quoniam quia amplius eſt humorum in uenas ſanguis eſt, ſit ut quæ continua eſt febris amplius, ſanguinea ſit quæ dicitur ſinochus, quæ etiam acutus eſt morbus. quod ergo ĩ huius febris principio maxime neceſſarium eſt cauſæ cura. hoc eſt primo ſecundo & tertio quo mouetur die ut omnino vtatur ſanguinis minutione a quehale & baſilicę venarũ ſi uirtus & ętas & tẽpus adiuuerit pręſens, educasque de ſanguine plurimã quãtitatẽ ut ẽt defectus fiat. Si enim hoc feceris aut omnino extirpabis aut proculdubio febrem leuiabis eiusq; breuiabitur tẽpus nec deinceps patientis pauebis mortem. Si quando autem nec uirtus nec ætas nec patientis complexio, ſed nec tempus ſuppeditãt plurimi eductionem ſanguinis ſemel, educas tamen ſtatim paulatim aut pedetentim iuxta quod hæc ſubminiſtrant, febris etenim hoc modo fiet leuior. Poſt ſanguinis uero minutionem neceſſe eſt utaris granatorum dulcium & acerborum aqua cum ſquingibin puro aut tamarindorum aqua cum iuleb aut robo heſerem aut robo prunorũ muzorum aut robo hemmacea cetegi in alia hemmazean tegi ſimilibusque cum aqua frigida & niue. & ſi quidem æſtatis fuerit tempus cibabis eum die minutionis ſanguinis ſi quidem uirtus eſt ualida mezauro facto zetetari ſpinachijs aut lactucarum radicibus aut portulacæ uirgulis aut lilingis in alia cucumeris & citruli medula cũ aqua heſeren aut granatorum aqua aut aqua acerborum citoniorum aut berberis ſucco, & maſſo. Cum autem debilis erit uirtus patientis die phlebotomiæ pullorum oportebit apponere iuſculum aut tangorum aut franquillorum & horum ſimilium. Mane facto poſt ſanguinis minutionem intuere ſi morbus hic de peracutis eſt aut de acutis continuis quibus mora eſt immixta. Et ſi quidem de morbis eſt in ultimo poſitis acuminis quę minime diem tranſgrediatur quartum ualidatque uirtus abſtineat patiens cum ſolo iuleb aut beneſegi ſiropo & granatorum aqua muzorum aut robo heſeren. Quod ſi debilis fluctuat uirtus aquam propina hordei cum muzorum aqua granatorum aut ſi de morbis eſt acutis qui diem non tranſeunt ſeptimum & uirtus ualida ſufficiat patienti diei principio muzorum aqua granatorum cum zaccara aut iuleb aut aqua emeze citrini cum zaccara & robo heſeren in quo nihil ſit ponticitatis. dehinc autem duabus horis aquę hordei.dra.40.dabis cũ zaccarę albę & optimę.dra.10. Iam aũt ad hoc horis tranſeuntibus.4. ſquingibin. dra.15. dabis zaccaræ ſimplicis cum aqua fri. Sufficiatq; ei lahabum ſeminis pſilij & citoniorum ſeminis cũ iuleb aut aqua granatorum. Si autem hunc dederis illis ſiropum manifeſtisſime proderit. Aſsignatio eius. Sume pruna dulcia magna triginta tamarindorũ. l. 5. decoque utrunq; in.3.li. aquę donec ad librã redeat. Colabis & mittes deſuper granatorum aquam muzorũ & aquam acerbam citoniorũ cuiusq; mediã lib. & temperato decoques igne donec ad dimidiũ redeat tunc ſuperaddes zaccaræ mundisſimæ libram & quadrantem .l. aqua roſa optime bullies ſpumamque ſeparabis vt frigeſcat ab igne dimittas. Dabis autem ex eo vna quaque nocte dragmas 15. & ab eis uſq; .20. cum portulacę ſemine diligenter trito. Quod ſi & calor fortis eſt & ſitis grauis, oportet tunc addere ſeminis pſilij labi. dra.5. & ſpodium. Quod ſi infirmus debilis eſt aut dum ſanus eſt copię comeſtionis aſ-

ſuetus,

fuetus, & bis in die comedere oportebit te bis ei hebeheli in alia hordei aquam in die bis dare. Qđ si hęc illi nō uidebis sufficere cōmodū erit in fine diei biscotū diligēter tritum cū zaccara dare & aqua ro. vel tritici succum & papaueris aqua lotum ca. deinceps refrigeratum cum zaccara alba. Quod si & hęc non placent aut desunt dabis acetum & oleum cum citroli medulla & cucumeris ac amigd. oleo zaccara optima & alba desuper comminuta cum niue & similia. Si quando autem est morbus cuius sit ad 14. uel. 7. vsque 10. attingere oportebit patienti ut dictum est ante solis ortum melonis aquam dare & granatorum. aut de siropo quem assignauimus cum citrolo & indico melone & post solis ortum hordei aquam cum zaccara. 4. autē hora potum dabis squingibin simplex cum frigida & cibo reficies pauco cum mezauris ex his quæ diximus factis oleribus scilicet cum hęserem aqua aut alijs. Siquidem uirtus debilis est & ęgro to bina in die comestio fit. Quæ vero in longius quàm dictum est extenduntur infirmitates ampliori hoc reficiantur & grossiori cibo quemadmodum iam alias assignauimus morborum regimina. Scruteris autem cum his pariter naturā & si siccam videris emollies cum cass. f. rotula & terengebino ac tamarindis iuxta quòd necesse videris dabisque infusa uiolarum siropo pruna hæc si non patitur præpara ei assaafum de cathemia. & buraco. & zaccara factum ru. Sumatque aliquid rechabini quod est machalum corrosani cæ faciatque ex eo assiafum & subimmittat sibi & si non obedit horum cuiquam natura clysteri utere molli de zaccara & oleo sisami ac muri facto, aut & de hordeo tunso & viol. blitorum folijs sebestem uiolarum oleo zaccaræ ru. aut blitorum aqua expressa zaccara sisami oleo muri & similibus. Et si quidem carcerata est natura patienti hordei aquam dare caueas. nec reficias nisi postquam quæ emolliunt adhibueris naturam. Sic quoque quando eget phlebotomia infirmus aquam non expedit dare hordei si non adhibueris sanguinis minutionem. Sic quoque si infirmus in quouis membro dolorem inuenerit interiori non oportebit aut aquam hordei aut cibum nisi cum sedatus dolor fuerit dare. Et si lingua asperatur aut nigrescit panno lineo in lahabo psilij seminis infuso extergatur & oleo amigdal. dulciū ac zaccara munda. Quod si grauis est sitis lahabum seminis psilij dabis & iuleb & amigdal. dulcium propinabisque cucurbitæ esse aquam cum granatorum aqua & melonis indi.

Quando autem cōtinua est febris ex cholerę ru. putredine & est acuminis fortis calorq; ingrauescit tertianus vt est febris quæ causon uocatur & incendium, tunc multiplicare necesse est quę refrigerant & extinguūt quantum poteris, hoc.n. regimen utilius omnibus quæ in hac facere poterit feb. & siquidē immoratur maturitas & crisis nō inest ei lęsio. Si qñ uero breuiosit sub in alie sine hoc regimine fallax est patiēti. Ideoque oportebit diei principio cucurbitæ aquam assatæ dare quantum. 30. sunt dra. cū drach. 10. iuleb. & drach. 5. tabesari. quòd si & sitis comitatur morbum & turbatio grauis oportebit cum cucurbitæ aqua camphoræ trochiscos dare & post pusillum aqua hordei cum granatis porrigenda erunt eunti dormitum aquam citruli & peponis propina cum iuleb & cum papaueris sirop. quem antea diximus cum spodio, drac. 5. & portul. seminis. drach. medullę citruli. drac. & seminis cucurbitę. drac. 5. hoc totum fit si quidem tempus est æstas aut ver, & refrigeratū cū niue refrigerabit ēt hępar & stomachum cū pāno lineo cōdito in ceroto & refrigerato de intiba & coriandro & portul. facto & aqua ro. percussa cū cera alba liquefacta cū ol. ro. & ol. uio. ac modico aceto vini refrigerato cū niue siquidem est æstatis tempus. Si vero hyemis est tempus fit cerotum tepidum & oportebit si tempus est ęstiuum odorare ninifar & uiol. recentem & sand. aquam ro. & camphoram & sit locus eius frigidus aut quem perurat aquilo, aut infusus aquis & aquiloni patens sternaturque calefo. & ros. pomorum floribus citoniorum sintque eius in circuitu vasa fictilia aqua frig. & niue plena proijcianturque in ea lapilluli ut condelectetur eis & refulgeat infirmus. Oportet autem locum quo iacet frigidum esse ex pannis frigidis permittasque illi aerem trahere frigidum quo calor extranaturalis extinguatur & calor confortetur qui in pectore est naturalis & corde prohibeaturque operimenta intra corpus calorem arctare quin dissoluatur, nec decet infirmum verborum producere copiam clamoribus in domo & secretis. Nec desistas hoc illum disponere regimine donec ad statum morbus surrexerit & pręsens creticus sit dies, tunc enim cibum subtiliare ultima subtilitate saturque sit iuleb & granatorum aqua & pomorum muzorū & siropus uiol. donec compleatur crisis & declinet morbus tūc intuendum est si crisis sudore fit nec in nulla est dubietas educas frigido patientē loco ad minus frigidum. quòd si aliam uideris crisis speciem eodem permittas loco completa crisi declinanteque morbo infirmum regimine à morbo surgentium rege ut alias dictum est. Si quando autem morbi aliquę supersunt reliquię in corpore quæ non dissoluantur & in venis humorum restant reliquiæ quæ subtiliatione egeant & emissione aqua intibe ægroti danda est aut aquęssuti succus decoctus & dispumatus de vnaquaque. dra. 20. cū vnc. 5. squingibin semine tribus aut quinque diebus, hoc enim grossas subtiliat reliquias & emittit & meatibus hepatis congruum est, vrinam

nam prouocat suntque in eo contra febrium reliquias utilitates plurimæ, quòd si natura in hac est sicca habitudine ante persicorum danda est infusio, purgat enim uentrem & educit humorũ reliquias calidorũ facile & sine molestia, & hæc est assignatio infusionis. Sume prunas. 20. & totidem iuiubas. 30. sebesten poma, vuæ passæ cor rosanicæ & purgatę à granis. drach. 20. tamarindorũ. dra. 20. ros. r. dra. 7. viol. optimarũ. dra. 4. senemeoti in alia senemecie drac. 7. fumiterræ. drac. 7. seminis intibæ aquessuti cuiusq;. dra. 4. fœniculi seminis ani. drac. 2. miro. citri. dra. 15. mitte hæc omnia in 7. vel aquę dulcis & bullias lento igne & mitte in phiala die ad solem cuius os latum sit. nocte autem in domo non humida sumaturque de eo post. 4. dies, vno quoque die. vnc. 4. cum. vnc. squingibin. & vnc. sirop. viol. Oportet ergo huius dominum feb. hæc arctare regimine: caueasque infirmo peccare. minima namque transgressio in morbum patientium acutum magnum facit nocumentum siue in cibo sit siue in potu: aut si non suo vtaris tempore. in morbis autem prolixioribus paruum non apparet peccatum nisi aut multiplicetur aut frequentetur.

De medicamine febris compositæ. Cap. XVII.

COmpositarum vero febrium medelam cõpositam esse oportet ex simplicium medelis febrium. Necesse est enim hanc intueri febrem & habitudinem eius vtique diligẽtia discreptionis & perceptionis ac regularum artis & inde poteris utrum febris ex duobus composita sit humoribus cognoscere vel tribus aut pluribus, & si ex duobus utrum cõtemperatis & commixtis simul aut quisque horum separatus in corporis est parte. Hoc quoque cum ita sit utrum duę febres compositæ æquales virtute sint aut altera fortior altera & magis fallax. Si quando etenim æquales sunt oportet in earum cura regimen cõtemperare per medicamina & cibos cuique conuenientia alterum cum altero æquali tẽperatione. Quod si altera fortior est altera erit regimen huius cõueniens ut sit causa febris fortioris maior fortior & amplior, debilioris autẽ minor debiliorque. Si quando autem duæ sunt febres & altera fallacior oportet adhibere causam & regimen, febris quę magis fallax est & periculosior quo securior fiat infirmus. Sic quoq; necesse est facere in omnibus compositis febribus. Compositę namque febres plures sunt numero & specie compositione diuersæ secũdum augmentum & diminutionem nec possibile est earum unicuique compositæ & puræ tractatum ponere segregatum. hoc enim librorum longitudinem & explanationis faceret, sed oportet harũ dispositorem febrium exerceri plurimum in febrium simplicium medelis & agnoscere cuiusque separatim formam & causam. Si enim perfectius hoc nouerit possibile erit ei mederi omnibus quę ex his componuntur collationis uelocitate & bonitate. Exempli causa. Febris quæ dicitur hemitriteus composita est ex quotidiana continua & tertiana fixa: & est difficilis febris fallaxq; plurimum. patientis etenim hanc corpus non dimittitur feb. propter continuitatem quotidianæ tertianæque repetitionis suę accessionis temporibus. hoc ergo die difficilis est & generatur in ea casus confortatur calor vrina tingitur, corpus turbatur & fatigatur fortiter propter duarum coadunationem febrium in corpore. Sæpe autem fit hanc in hecticam transire febrem nimia corporis debilitatione & humiditatis cõsumptione. Huic ergo in principio oportet patienti aquam hordei cum zaccara dare, dehinc tribus completis horis squingibin & iuleb cibabis illum accessionis die mezauro facto de cucurbitis massa attriplicibus spinachijs, aliquando zirabago aliquando cum aqua granatorum. die autem quo fit accessio pullis & tangis cum espidabago aut zirabago. reficies autem assatis cum aqua romaniarum & heserẽ. dabis autem accessionis die succum portulis seminis triti optime fricati cum iuleb. & aqua frigida ac medullã seminis citroli. & si quidem uideris hac in febre patientis corpus bene se habere nec accidere illi maciem & siccitatem. vtile erit emolliri naturam quibusdam temporibus cum modico cassię fistu. & tamarindorum adijciaturque parum turbit quandoque autem clysteri emollienti, sitque regimen tuum in hac febre secundum virtutem alterius passionis feb. & si quidem tertiana fuerit fortior feb. & grauior & magis lædens sit tuum ad extinguendum calorem propositum & euacuationẽ choleræ ru. maius. Si vero sit quotidiana fortior & robustior sit tibi maius accuratiusque subtiliare humorẽ euacuareq; phlegma propositum. Quod si uirtute ęquales sint, sit tibi propositum medelam aptare & contemperare ex duobus. quòd si prolongatur fe. trochiscos dabis spodij molles cum squingibin diebus continuis, & si quidem uideris calorem fortem urinam ru. & in pulsũ tenuitatem & duritiem ac celeritatem corpusque consumi & desiccari oportet camphorę trochiscos dare. post quos hordei aquam regesque illum quibus hectica gubernatur, molliarisque & refrigerationem corporis & humectationem quantum poteris quemadmodum in febre hecticæ causa dicturi sumus.

De medela febris quæ dicitur epileos & lipareos. Cap. XVIII.

MEdela autem epimalos atque ipsa est febris qua

qua sentit simul febricitans frigoris & caloris accessum, & fit ex phlegmate grosso & vitreo hæc autem cum acciderit febris, vtendum est regimine phlegmaticæ fe. statim ab eius medela à calengebin usu vnoquoque die. drach. 8. accipiens & diligenter masticans post quod aquam bibat tepidam, duabus abhinc horis squingibin zaccarę. 2. dabis. vnc. cum seminibus. quòd si frigus est graue & vrina cruda sit: & calengebin & squingibin sumantur cū melle, sitque cibus eius pullus paratus cū espidabago aut cirabago, aut patellatus cū cinnamo & carui hisq; similibus. Transactis. 7. diebus hoc illi medicamen dabis cuius hæc est confectio. Sume herregi in alia heyregi. drach. 1. agarici. drach. 2. trientes aloes hepatic. drac. 5. tere & criba subtilissimo panno. distemperatumque cum squingibin porriges diluculo: sorbebitque post illud aquam ca. hoc cum laxauerit illum dabis mane trochiscos. ro. cum talengebin, & si quidem stomachus eius debilis est xilo aleos & mastic. modicæ addice. Sin autē, sed est in eo ardor trochiscos cū squingibin dabis. Introducas autem illum omni die balneo nec tamē sit in eo diutius ne forte lique fiat humoris subtilitas, remaneatque eius grossities. Vtatur autem simul subtili & temperata fricatione per totum corpus dehinc reges illum omni quo phlegmatica. feb. regitur regimine. Hoc quoque modo reges lipareon patientem & febrem quoque æstuantem. hæ etenim ex crasso phlegmate fiunt & viscoso febres, vnde etenim phlegmaticæ feb. curādæ sunt regimine ac secundū ꝙ maturitas humoris & cruditas indicabit. Si ergo humor est crudus subtiliantibus rege illum ut talengebine, & masticæ, cum aqua decoctionis seminis fœniculi & apij ac anisi, dabisq; squingibin melleum, & squingibin hansali cum aqua hesse, aut fautenegi montani aqua absinthij cum trochiscis zurizeddam: aliquādo cum squingibin. dabis quoque electuarium helthithi quandoque non videtur esse necessarium electuarium etiam pipereon, sit hoc post maturationem & euacuationem per medicamen laxatiuum compositum de turbit. agarico, antali adipe, hyera, granis lini, alijsq; quorū est phlegma laxare. Quod si non patitur tempus nec complexio nec ætas decoctione illum euacues quæ fit ex mirobo cheb. & indis, inductoque balneo super rorabis corpus eius aquam decoctionis babunegi aquam lilecmelec hesse. fautenegi, fricabisque corpus eius oleo in quo decocta sint camomilla. sihum, quæ sumum sebeni aut costi oleo.

De medelis feb. quæ. 5. aut. 6. accenditur die. Cap. XIX.

CAeterum feb. quæ aut. 5. aut. 6. accenduntur die, quoniam semper fiant ex humoribus choleræ. n. nimium grossis in earum necesse est medela regimine uti quo quartanis medemur subtiliatione scilicet humoris euacuatione eius per medicamina choleram ni. laxantia & subtiliatione ciborum commestionis dimissione, vsu quoq; gasiti trochiscorum cum squingibin aut calengebin. Aliquando cum ieiunus est in alia dum rem uirtus est accessionis die uomitu cum squingibin quo infusæ sint fugiles incisæ & ane tum & sal indicum ac mel, omnibusq; his similibus quibus in medela vtimur quartanariorum si tempus eorum protelетur.

De accidentium medelis quæ febres sequuntur. Cap. XX.

FEbres multa & diuersa sequuntur accidentia quorum quædam similia sunt febri complexionique eius consonant, horumque medela eadem quæ & febris, quemadmodum accidit cæphalea in feb. uaporum causa calidorum qui in capite ascendunt, eritque medela feb. & cæphalea eadem species regiminis. Quædam autem ex habitudinibus sunt morbo dissimilibus quorum etiam medela dissimilis est. & si quidē proposuerimus alterius causam magis alterum augmentatur. Quare oportet quòd natura eorum fortius sit & dominantius intueri infirmo. & ad id nostrū conuertimus propositum, eritq; nostra maior cura in morbi medela consumanda, & siquidem morbus erit fortior & maioris periculi erit nostrum maxime propositum ad morbi medelam, nec tamen omnino prætermisso accidenti. Quod si accidens fortius & ab eo eo maior urget timor eminentior tua sit in medendo accidenti causa non tamen neglecta causa morbi. verbi gratia. In quouis hominum febris est sanguinea eiusque medela vt nouimus sanguinis est minutio nisi quòd stomachus eius debilis est fastidiositatis quæ accidit causa aut ciborum in stomacho eorum corruptorum. vnde & morsura ac defectus illi accidit & animæ conturbationes ideoque uirtus eius debilis facta est, in hoc ergo phlebotomiam non oportet anteponere. Si enim huius passionis uir phlebotometur eius virtutis augetur dedilitas. dissoluiturque minutionis causa caloris naturalis quæ fit sanguinis eductione, præponenda ergo stomachi medela & confortatio eius vt quæ sunt illius rectificentur, dehinc patientem sanguinē minue. aliud exemplum. patitur quis acutam febrem, sed & defectum urget nos necessitas huic patienti dare uinum ut nutriat illum vti quę calefacientibus eo quod defectus timeatur virtutis talis, tam & si vinum febrem augeat defectus nanque maioris est periculi. hac ergo operatione curare feb. & accidentia illa sequentia oportet

oportet omnesque cum quibus sunt accidentia morbos, quemadmodum in colicæ fit dolore si plurimum fuerit grauis necessaria sunt quæ dolorem mitigant & tranquillant quãuis morbi augeant materiam. Accidentia autem quæ febres sequuntur multa sunt & varia. est enim rigor & horror & cephalea vigiliæ, tussis, appetitus ciborũ corruptio, nimia naturæ mollities, & siccitas vomitus defectus sudor nimius. Et rigoris quidem ac horroris medela est vt des illis aquamca. sorbendam stringatque lacertos crurium latis pannulis, fricabisque plantas pedum & quiescat ponatque sæpius manus & pedes in aqua cali. plurimisque operietur. Quod si hæc accidunt sæpius & plurima, oportebit corpus manibus plurimum fricare, temperateque ut cõmunis fiat omnibus membris corporis ipsa fricatio tempore quo non insunt accidentia, & inungatur oleo in quo decocta sit hessa camomilla, sautenegum montanum costum & similia. Et siquidem feb. phlegmatica fuerit frigusque multum & forte, oportet hæc olera misceri cum modico pipere & gendebedaston, & agarico si enim bibatur de eo. drach. 1. vsque exagium prodest rigori qui ex humoribus fit phlegmaticis, & grossis viscosisque, sic quoque sautenegum fluuiale si cum aqua mellis bibatur idem facit. Cephaleæ quæ fit cum febre medela est vt super caput fundatur aqua ro. acetum vini & oleum racheloi in alia ro. sitque aceti pars una, olei duæ. aqua. ro. 3. Quod si aliquid addideris portulacę & aqua citroli semperuiuę aqua aut aqua rasurę cucurbitæ manifestissima vtilitas sequetur. Si autem cum his aliquid sandali miscueris ro. vio. ninifar, vtilius erit. & si quidem his sedatur cephalea sine. Sin. sume de opio obolum ideſt, farinæ hordei & cathemie cuiusque. drac. 1. asia sum memite corticum papaueris cuiusque. dra. 2. teras omnia diligenter & cum lactucarum distemperabis aqua & portul. & modico vini aceto emplastrizabisque his caput. Naribus quoq; oleum trahat ninifar factum cum cucurbitæ semine, odoret ninifar & uiol. recentes eiusque extrema ligentur fasciculis fricẽturq; diligentius dabisque patienti cum aqua hordei aquam granatorum muzorum. Quod si aliquid intellexeris cholerarũ esse in stomacho cuius uapor ascẽdat caput squingibin & aqua ca. vtere inducatq; vomitum patienti & stomachus purgetur sequetur quæ syrop. heferem, & syro. tamarindorum granatorum quoque aqua & his similibus.

De appetitus defectu ciborum cum febre. Cap. XXI.

Appetitus aũt ciborum casus in febribus curandus est cum iocundorum odoratu ciborum ut pullis assatis in camino qui circunducti pasta fuerint, eorumque scissione in facie & ore infirmi odoratu quoque suic decocti & calidi panis optime compositi. odoratu quoque vini riha ni ac fructuum ponticorum & redolentium ac eos suggendo materia proiecta, corpus fricetur ac oleo liniatur iocundo emplastrizetur os stomachi cum rameco & sandalo pomorum aqua & citoniorum ac aqua talcha in alia talba, & oleo calefi. Oportet autem ordinari patienti cibum ac dari ab eo quem diligit & quem veretur cuiusque suscipit orationem, nec negligatur huiusmodi accidens cura & diligentia. Relinquere enim cibum debilitat virtutem & dissoluit. Si autem acciderit appetitus ciborum defectus, his quos dimisit febris, scilicet a morbo surgentibus corpora eorum aliquo euacua medicamine laxatiuorum & emollientium quantitate qua eorum patitur virtus, aut quantum euacuari & purgari desiderant ut facilius sit illi utarisq; in eorum cura regimine quod diximus exercitio pauco ut deambulatione, lectione & similibus & exercitijs. vtatur fricatione, ante cibum sir. absinthij modicum summant quasi sorbeant parũ aceti hansali. prodest nanq; plurimũ prius autem apponantur iocundi odoris cibi ut calidis panis & assata calida ut pullos perdices. cibi quoque muzi, sed & hij quos desiderat cibos in sua sanitate quos & commemoret, hoc enim appetitum confortat ipsorum adiuuatque ad appetendum cibum.

De tussis & sitis & sternutationis medelis quæ in fe. sunt. Cap. XXII.

At vero si febrem tussis comitatur in hordei aqua iuiubas mitte & sebestem & gilabi radicæ rasam & tunsam. decoquãtur hęc cum hordei aqua cum aquam patienti propinaturus es uiol. conditas in ea diligenter confrica. aut desuper uiol. syro. frigi. dabisque ei citoniorũ seminis lahabum & seminis psilij cum zaccara alba munda. & amigdalarum oleo dulcium. sorbitionem quoque quæ ex aqua fit furfuris dabis aut quæ ex fabis siccis tritis cum zaccara amigdalarum oleo. heiregorumque reficies. Etiam cum spinachiorum mezauro & sarmaci & cabegi eum masso excoriato & coriandro recenti, & sicco, cum amigdalarum oleo dulcium dabisq; illis de hoc puluere. Confectio eius sume cucurbitæ seminis medullã cucumeris & citroli. vniuscuiusque. drach. 4. spodij gummæ arabicæ amilli, quæthire cuiusque. drach. vnam & 5. medullę citoniorum seminis. drach. 2. tere omnia diligenter & subtilissimo cribra panno. & propina de eo. drach. 2. cum iuleb. aut dabis cum eo tantundem zaccaræ mundissimæ. Porro sternutatio quæ in febre accidit si exuberet caput replet uirtutem debilitat corpus concutit, & aliquãdo

etiam ſanguis excitatur. Oportet igitur hãc prohibere oculos & naſum & frontem & collum fricando, eructuationem vero multiplica ſpiritusq́ue ſuppresſionem extrema fricet corpusq́; totum, maxime autem collum oleis humidis vt viol. aliquidq́; de eo infunde tepidum auribus & cataplaſma ceruicem deſuper cum panno calefacto aut lana. & caueant huiuſmodi fumum & puluerem. Si quando autem moratur ſternutatio, eaq́ue deſideras prouoca cum lignorum immisſione in naſo & ex cartis extenſioneq́ue colli & oppoſitioue narium radio ſol. aut concluſo odoratu, ſtatim etenim fiet ſternutatio.

De me. vigiliarum & obſtupefactionis in feb.
Cap. XXIII.

SI quando autem uigilię febres comitantur patienti papauer recens dare expedit cum zaccara & propina illi viol. oleum & cucurbitæ ſeminis oleum conditum cum recentibus viol. caput cum recentibus emplaſtriza uiol. cataplaſma illud aqua decoctionis hordei excorticati & tunſi ac papaueris propinaq́ue illi ſir. papaueris & in aqua hordei mitte papauer cum corticibus ſuis & viol. recentem ac roſ. camomillam cucurbitæ raſurã eiuſque ſemen tunſum & ſimilia, & oportet te hoc facere ſiquidem non erunt vigiliæ ex criſis ſignis. Si quando autem ſunt criſis cauſa patientem nullo modo mouere nec eius aliquo faciliare naturam oportet modo nec omni no infirmi caput lacti approximes, affert enim læſionem magnam: timetur enim ne turbet cerebrum, eſt enim in lacte diſſolutio fortis, cũq́ue inuenerit materiam diſſoluit & diſpargit. Quod ſi ſtupor patienti acciderit medeberis his quę in cauſa obſtupefactionis dicemus.

De medela mollitiei naturæ ſiccitatis uomitus, ſudoris multi & arctati quæ ſunt cum febre.
Cap. XXIIII.

QVando autem incarcerata eſt natura patiẽti dabis casſiæ ſiſ. & terengebin tamarindorum prunorum, zebibi. viol. ſiccarum, roſarum, vniuſ cuiuſque ſuſcipiẽtem decoctionem iuxta quòd opus fuerit, dabisq́ue ei lahabum prunorum & caſſ. ſi. aut ante prandium pruna appones dulcia ſine corijs infuſa iuleb. aut viol. ſir. & lebelabi cum zaccara rubea, & aquam duorum granatorum cum adipibus ſuis. Si non placent hæc & lædunt patientem medicaminum porrectiones tranſijtq́ue incluſio naturæ. iam quatuor dies clyſteri vtere emollienti, ut eſt clyſtere quod fit ex blitis aqua expreſſa & zaccara ru. & ſiſami oleo & muri, aut clyſtere in quo cadunt hæc. hordei tunſi excoriati. drach. 20. ſume. in. 3. aquę libris fac bulire donec ad libram redeat, tunc cõ fricabis in ea caſi. ſiſt. rotularum drac. 20. & colabis ac proijcies in illam olei viol. drach. 10. in alia. 20. & totidem muri. Aut etiam utaris aſiaſo. cathemie & buraci & zaccarę. r. aut aſiafo. na rengebin quod eſt maſſallum & cibes illum me zauro labelabi cum oleo amigd. eſpidabago. fa cto cum oleo oliuæ & muri. Cum autem in febre nimia erit nec mollities aquam ſuic ei cum gumma ara. & terra ciprina, dabis uno quoque die. drach. 1. ſitq́ue in ea decoctus fructus mirti aut citoniorum fruſta. Dabis etiam ſeferengeli in alia. ſergedi ſirop. & ribeſi, dabisq́ue puluerẽ factum de pſilij ſemine, & ſemine ſaſatemi in alia ſciferemi frixo ſuauiter cum modico cimi no arabico & terra ciprinea ſemen quoq; meu & ſpodij partem. Cibabis autem illum mezauro & zirabago cum vuis paſsis & granis granato rum, ac vngul. portul. aut pauco acerborum con dito cum ſumac aut heſerem aut zeraſquia aut biſcoto cum aqua citoniorum aut aqua pomorum uel etiam pirorum. Si autem non conuenit aquã ſuic hordei propinari, propina ſaltem ſpodij trochiſcos ſtringentes cum citoniorum ſyru po. Quod ſi eſt mollities naturæ cum ſanguine dabis illi in potu puluerem tami aut puluerem carabe cũ ſumac aut portul. aqua ſimilibus quẽadmodum hac in infirmitate ſeparatim dicturi ſumus. Si autem cum morbo etiam vomitus cõ tingit granatorum, dabis ſiro. factum cum men ta & ribeſi robo aut citoniorum aut robo heſerem propinabis quoque ſuccum pomorum & aquam eorum quæ muza ſunt cum corticibus pi ſtatiorum exterioribus emplaſtrizabisq́ue ſtomachum cum ſandalo. aqua ro. aqua pomorum aqua mirti. aqua quoque ro. & aqua caleſi. cum modico laudano & rameco. Simul autem intuẽ dum ſi huius uentris effuſio cauſa criſis facta eſt minime amputandam, ſed permittendam iudicamus quandiu patiatur uirtus niſi modum trãſ grediatur & ultra uires fiat. & quod ſi fiet utaris his quæ naturam conſtipant ut dictum eſt.

DE ſudore. Sudor autem ſi exuberet nimiusq́; ſit timeturq́ue uirtuti ne eo ſubruatur corpus patientis oleo inungi oportet helalech dato uel halembacho & aqua mirti & tutia trita cum aqua ro. ungaturq́ue corpus oleo caleſi. aut pulueriza ſuper illum roſam ſiccam contritam & intuere ſi locus patientis calidus eſt amoue illum in frigidum quem aquilo combuſſerit ut confortetur corpus eius & ſudor retineatur.

De m. defectus cum febre. *Cap.* XXV.

CVm autem febrium patienti moleſtiam ſub uerſio acciderit oportet quare contingerit ſpeculari, & ſi quid eſt cauſa cholera ru. ad os ſtomachi defluens aqua rorabis frigida ſuper patientis faciem os ſtomachi frica & uentrem, liga eius

ga eius manus & pedes cum fasciculis fortiter ut ad inferiora trahatur materia, apprehende os & nares ut calor ad interiora redeat natura lis, propina illi uinum tenue & aquosum aqua mixtũ, sed & sir. squingibin cũ aqua ca. ultimus est in his ut choleram ab ore cogant descendere stomachi, aut cum uomitu educatur. quòd si effusionis uentris causa defectus hic acciderit omnibus quæ dicta sunt curabis excepto squingibin cum aqua ca. odoret aquam ro. sandalum camphoram. fiat illi uentus cum aliquo irrorabisq; aqua ro. plurimum refrigerata uultum eius. dabisque ei panem uino infusum propinabisque pomorum siropum & siropum hespanicorum & citoniorum liniesq; stomachum succis stringentibus ut aqua citoniorum & mirti aqua quoque ustis ligaminibus. Quod si accide rit nequitia febris humorum malorum defectu. oportet hora qua febris ascendit ligari crurum lacertos, uerberaque manus & pedes. & talos quo educatur ab interioribus corporis ad exteriora materia & ab eminentibus atque à dignioribus ad minus digna membra, prohibebisque illum somno. Somnus enim materiam ad interiora deducit corporis, immergitque calorem naturalem. Prohibe etiam cibo ne forte occupetur in ciborum celebrãda digestione calor & nõ in maturatione materiæ, sed ne & repletioni ad datur extinguaturq; naturalis calor. Si quando etiam siccitatis causa in principio accessionis defectus acciderit oportebit ante accessionis horam cibum apponere, sed cum iudicio. ut siquidem qui acciderit defectus difficilis pannum infusum in uino ueteri dabis tam etsi enim uinum febrem augeat, sed tamen uirtutem adiuuat uitalem, ac corpus pascit, dabis quoque sir. pomorum & eorũ aquã ac citoniorũ & eorũ aquã, pedesque illius & manus liga & frica utrunque, trahitur enim materia ad extrema & declinatur fricatione ad exteriora. At uero si defectus minime fortis est cibabis patientem ante accessionem pomis, piris, granatis, quo his stomachus confortetur & uirtus seruetur uitalis. Quando autem iã incepta febre defectus acciderit oportebit patientem pane cibare uino infuso calefacto quo eius ad membra acceleretur missio & humectet ea prohibeatque desiccari. Hoc ergo regimine oportet eum regi ac curari cui in febribus defectus accidit. Omnes autẽ defectus species commemorabimus inferius & medelas earum cum de passionibus cordi dicemus accidentibus, quoniam defectus ex morbis fit qui cordi contingunt.

De hectica febris medela. Cap. XXVI.

Febris hectica si fiat in aliquo usque ad marcoris & consumptionis terminos, apparentque omnia signa quæ supra diximus, extenuatio & siccitas cutisque ossibus inhęrentia, desiccatio humiditatis cõplexionis uentris tenuitas & consumptio decoris faciei & frontis. Aliaque quæ diximus cum de hecticæ febris signis loquere- mur, non oportet eius sanationem sperare. In morbi autem principio dum adhuc uirtus ualida est membra quoque carnosa, corpus optimũ febrisque mollis, pulsus non tenuis durus, & omnia adhuc signa dubitabilia non manifesta adhuc sanari potest & expelli si regimine quo oportet regatur. Primum ergo quod in hac faciõ dum est ut sit eorum in æstiuo tempore in locis frigidis habitatio in quibus septentrionales per flent uenti aquæque percutient. Sint in circuitu posita uasa fictilia in quibus aqua sit frigida & suauis, odoresque frigidi, ut rosa, ninifar, uio. pomorum flores & citoniorum pirorumque, folia quoque calefi extra uitium & mirti recentis sandali, aqua ro. & camph. Iaceat in loco stratisque lenibus similibusq;. Si uero sit hyems sit in locis aeris temperati in quibus non horrescat, prohibeasque illum à labore motu, uigilijs, famæ siti, coitu, nec sedet iræ & tristitiæ. Dabisq; illi hordei aquam in omni die cum zaccara mũdissima iuxta quod opus esse intelliges. postquã autem hordei aquã acceperit dabis ei iuleb aut papaueris syro. aut iuiubarum. unc. circiter duas cum aqua fri. Introducas illum etiam in aquæ tepidæ concham, eductumque refice pullis humidis edisque conditis cum espidabago cum cucurbitis & lactucarũ radicibus spinachijs atriplicibus. Quandoque autem fac illi sorbitionem de heueri farina & cum zaccara & amigdalarũ oleo dulcium & atria. Nonnunquam uero cibabis piscibus recentibus optime cõditis cum espidabago aut frixis cum oleo amigdal. aut assatis desuper proiecta aqua & sale. Quandoq; etiã refice lacte à quo butyrum eductum est caprarum recentium ætate corporibus sanarum. At si non adhuc sit manifesta febris, sed est mollis lacte illum dulci refice maximeque asinę lacte & ouis sorbilibus. est enim illi utile. medulla quoq; cucumeris & citroli lactucarum radicibus & intibę medulla condita ac similibus sitq; eius cibus in diebis paulatim iuxta quod digerit stomachus eius uelociter & membra suscipient. De fructibus autem illi dabis granata optima persica nabatica bene matura poma quoque similiter iuiubas recentes, non tamen multifacere oportet has, ficus quoque & uuæ laudabiles sunt si porrigatur earum quæ oportet quantitas maturarum & musa de dulcibus & zaccara quoque cum humidis amigdalis & medulla seminis citruli & his similia. Non arceas illum aqua aye. zerei in alia aqua frigida, reprimas autem illum ab omnibus calidis & siccis & proijce super pectus & hepar eius infusum aqua r. & sandalo pã

num

num:aut cerotum cum aqua ro.factum & aqua portulacę, & queſſare humidæ ſuper niue cum oleo roſ. & uiolato, oleo. ut autem incaluerit pannus frigidus immuta: odoret autem oleum uiolatum & conditum cum cucurbitæ ſemine, oleum quoque ninifar: ſitque eius ueſtimentum ueſtes lineę molles & ſuaues: & ſi fieri poteſt ꝙ cum ſandalo & aqua roſ. eius tingantur ueſtes: animę eius uirtus augetur & membrorum. Hoc ergo regimine hecticam patientes febrem regendi ſunt in quibus ſigna non appa rent conſumptionis. hæc enim habitum eorū confortant & ad ſanitatem reducunt. In quibus autem conſumptionis iam incipiunt, apparere ſigna & febris manifeſta eſt os cauere frigidum oportet aerem ne forte catharri accidant denturque illis quotidie ante ſolis ortum camphoræ trochiſci cum aqua granatorum & aqua melonis indi & cucurbitę aut citroli, ut autem ſol ortus fuerit hordei aquā dabis in qua decoctę fuerint iuiubę, & papauer & proijce deſuper parum amygd. olei dulcium: aut ſeminis cucurbitę olei quantum eſt exagium. Tribus autem deinceps horis parum dabis ſyrup. papaueris aut iuiubarum, aut iuleb introducasque eos in concham aquæ ſuauis: in qua decoctum fuerit ninifar, uiola cucurbitę cortices ſitque in media balnei domo, & in loco qui temperati ſit caloris & aeris. Nec omnino calidam ingrediantur balnei domum nec locis in quo anxientur ſudentque: parum ſint in concha & temperatę, egreſsique corpus eorum inungatur oleo uiol. aut ſeminis cucurb. & odorē trahant expectent paululum & reficiantur carnibus zunzedarum conditis cum eſpidabago cum amygd. omnino: ſed & atria in qua ſint cucurbitarum fruſtra aut lactucarum medula & reliqua quę diximus. Veſpere autem introducantur in aqua tepida concham quemadmodum in principio diei factum eſt & eodem reficiantur cibo: nec uero multum ſumant: denturque eis dormituris iuleb, aut iuiubarum ſyr. cum ſeminis pſilij lahabo aut ſeminis citoniorum aut ſucco portul. ſeminis triti & fricati cū aqua dulci, cum drach.i. dulcium amygd. utarisque in illo regimine refrigeranti vt diximus & humectantibus, & ceroto refrigeratiuo. Et hęc eſt aſsignatio trochiſcorum camphorę. Sume medullam ſeminis cucurbitę & melonis in al. floxi galferi & medullam cucumeris, & citroli feſergeli, cuiuſq; drach.5. roſ.r. purgat. drach. 3. guin. ara. ſandali albi, amili quę thire. cuiuſq; drach.2. liquiricię ſucci, ſpodij, cuiuſque. drac. 4. feniculi ſeminis. drac. 1. camphorę. drach. 5. uſque exagium dimidium. terantur omnia diligenter & diſtemperentur cum lahabo ſeminis pſilij. Si ſit autem cum hac febre naturę mollicies hos dabis trochiſcos patienti quorum hęc eſt confectio. Summe papaueris albi medullę colozacre in al. ſemin. cucurbitę medullę ſeminis cucumeris & ſeminis citoniorū frixi uniuſcuiuſque. drach.7. guin. ara. ſpodij, ſeminis her mazę terrę ciprice. cuiuſq; drach.3. amili. drac. 2. roſ.r. mundatę. drach.5. camphorę, drach.1. tere omnia diligenter & cum lahabo ſeminis pſilij. diſtempera & trochiſca ſic. ut quiſque tro chiſcus exagij ſit vnius: propinabisque cum pomorum aqua ac cum citoniorum ſummo diluculo. Poſt ſolis ortum ſuicum hordei dabis cū aqua in qua decocta ſint grana mirti aut citoniorum fruſtra, & proiices deſuper gumma arab. & terram ciprıcam iuxta quod opus fuerit. Confectio utilium hecticæ febris ſi ſit cum ea uentris ſolutio trochiſchorum. Sūme cucumeris ſeminis medullę citoniorum cucurbitę. frixorum cuiuſque. drach.5. terrę armenicę caſtanearum. cuiuſque. drac.4. roſa. foliorum r. granorum mirti, ſeminis emaze. carabe. cuiuſque drac.3. ſpodii. gummi arab. cuiuſque. drac. 2. terę omnia diligenter & cum citoniorum diſtempera aqua: & trochiſca quemque trochiſcum exagij unius & bibatur cum robo mirti & aqua frig. ſummo mane. Sitque cibus patientis maſſum excoriatum & frixum decoctum aut milium tunſum decoctum cum eſpidabago. In quo autem conſumptionis apparent manifeſte iam ſigna non tamen eo uſque res deducta eſt ut ſanari non poſsit? hunc quoque hoc eodem regimine condecet regere quo diximus: utanturque camphorę trochiſcis ſummo mane cum lacte aſinæ uel mulieris in quo aliquid bō bacis proiectum ſit: quo eius ſpuma & pinguedo ſit abſtracta. hoc quidem ſi non fuerit febris ualida illis & acuta: dehinc autem concha tepidę aquę introducatur in loco largo & in media balnei domo & prope ianuam: ſitq; ibi temperatę & egrediatur & immergatur aqua frigida dulci ſiquidem tempus ęſtas fuerit. Si autem ſit hyems aqua ſit tepida. deinde autem ungatur corpus eius oleo uiol. puro: & ſi fuerit factum cum cucurbitarum ſemine utilius erit. Propinetur hordei aqua cum papaueris ſyrop. tribus deinceps horis apponat aquę tepidę con chę introitum in qua decocta ſint uiol. ninifar. cortic. cucurbitę & papaueris, & hordeum tunſum & excoriatum meſani flores & ſemen cathemię & cabezi & folia eius & folia lactucarum ſemperuiuę & ſimilia: ſit in ea temperatę: egrediaturque & immergatur aqua frig. dulci. ſed non multū: ut non percutiatur corpus eius ea & hiſpidum fiat. Qua egreſſus ungatur oleo uiol. & ninifar. ueſtes induat: reficiatur puilis & tangis piſcibus quoque lapidoſis aliiſque cibis digeſtioni facilibus: nec impleatur cibo: ſitque eſcarum quantitas quę cito digeratur. Facto autem ueſpere cum ſtomachus purgatus

est & cibo uacuus: tunc uti sorbitione oportebit quę hac utilis est in infirmitate. Assignatio. Sume arsugenæ in al. lenticulæ excoriatæ. drac.20. fabarum albarum tunsarum. drac.10. massi sine corticibus: papaueris albi cuiusque. drac.7. amygdalarum dulcium sine corticibus. drac.5. coque omnia in tribus libris aquę donec perfectę cocta sint & cola ac proijce desuper aquam cucurbitæ muze, & amygdalarum dulcium, oleum & fricabis desuper medulam panis simile quantum opus fuerit de qua sorbeas.4.unc.usque.l.5.& in ea expectet aliquantulum & ingressus balneum conchæ faciat quẽ admodum in diei principio: ut autem egressus fuerit stomachusque eius uacuus est & omnia quę fuerant porrecta diligenter digesta sunt & a stomacho descenderint. dentur eis quæ diximus lahaba & iuleb: aut granatorum aqua aut papaueris syru p. Cum autem febris non fuerit non incommodum erit lac suggere mulieris à mammis, aut lac asinę accipiat cum mulgatur. Si sit autem calor & febris patiens omnino lacti non approximet: & dabisque lac uaccæ à quo butyrum eductum est, sicut alio loco dictum est emplastrizeturq; pectus eius cum ceroto refrigerato. Si autem constipata fuerit natura quouis tempore detur ei cass.fi. & manna aut lahabum prunorum: sed & pruna nabatica infusa syrup.uiol.& similibus & caue naturam emollire: illaudabile nanq; est in hoc morbo. Si autem mollita quandoque fuerit puluerem tam dabis cum myrti syrup. & succo hordei cum gumma arab.& terra ciprina.aut dabis trochiscos spodij stringentes:sed imminues eorum zafranum cum myrti syrup. dabis etiã hos trochiscos. utiles enim sunt ad huiusmodi. Assignatio eorum. Sume medularum seminis cacrelegi. cucumeris citruli. frixarum cuiusque. drac.3.gummi ara.amyli, spodij.cuiusque.dra.2.& s. seminis portul. & seminis emazæ frixorum.drac.4.sandal.al.drac.i.castanearum.dra.2. camphoræ. drac.5. terę omnia diligenter & cum seminis psilij lahabo distempera & trochiscos unius fac exagij usque.drac.b. bibaturque cum myrti robo: & pascatur lacte à quo butyrum eductum est in quo proiectum sit biscoctum aut mezauro facto cum masso excoriato aut lacte eiusmodi in quo decocta sint cytoniorum frusta & puluerizes desuper parum pulueris glandium & misceatur cum castaneis & gaira & zafrano & benaco sicco. Si autem peruenerit huiusmodi patiens ad consumptionem & marcorem:& certa est corporis siccitas & extenuatio consumptaque ex humiditas & cessit ab eo uenustas & decor nulla est curæ spes: aut ad eius sanitatem uia nisi ut custodiatur uirtus: ut supersit aliquo tempore. Oportet ergo ad hoc illi lac mulieris dari, quod etiam de mammis eius sugat stilleturque super illius corpus lac dulce quod statim eductum est & si fieri potest in concha, quæ lacte hoc plena sit, sedeat egressusque corpori eius irroretur aqua suauis in qua feceris bullire uiol. & ninifar. dehinc corpus eius oleo inungatur benesegi puri. & cibetur pullorum carnibus ac franquilinis & fasianis tritis in qua proiecta sint cytoniorum frustra & pomorum sirorum. parumque uini & loco cinnami frustum xyloaloes crudæ. sorbeatque iusculum:fiat quoque illi aqua carnium eduli subtilis: aut aqua pullorum cum aqua pomorum & citoniorum, & proijciatur desuper aliquid biscocti, hæc enim quædam cõseruant uirtutem custodia. fit autem aqua carnium hoc modo. Sume carnem & minutatim incide:& in uas lapidum uel lebeten proijce ac sub eo ignem succende leuem: & cum cœperit aqua glutinosæ esse coletur in uase & iterum igni apponatur. & quandocunque glutinari incipit coletur & sic utatur cum opus fuerit eas quis. Ne uerò prohibeas illum ab his quæ appetit & proponas iocundos odores ut sandali aquam irremazaratam. in al. mezatam, camphoram, uaporetur cum sandali frustris & xyloaloes crudi, & camphora eius camisia tingatur cum sandalo & aqua rosa.& cãphora.& sternatur locus quo iacet odoribus & safereno ninifar & uiol.& ros. & fructuum floribus. & calefo. & siquidem est æstas in circuitu eius uasa cum aqua frigida ponantur & lethaletum iocundum. sitque conuersatio loco quo est uenti transitus frig. quandoque etiam irroretur eius facies aqua ros. refrigerata. Vtaris ergo in huiusmodi uiro hoc regimine & simili. Si enim feceris uitæ eius prolongabitur spatium aliquandiu nec accelerabit mors.

FINIS.

ACTVARII FILII ZACHARIAE DE FEBRIBVS LIBER.

De agnitione febrium. Cap. I.

CVM nihil aliud sit febris, nisi ob antecedentes causas, externi caloris incrementum, multa variaque particularium febriũ genera oboriuntur. aliæ.n.diariæ, Gręcis ἐφήμεροι πυρετοὶ, aliæ cõtinuę & continentes, illas συνεχεῖς, has συνόχους Græci nominant: nõnullæ intermittentes, & aliquæ ꝗ in habitum iam transierunt, ἑκτικοὶ appellantur. Et diariæ quidẽ ex solo spiritu plus satis excalfacto: continuæ verò ex putribus quibusdam humoribus, vt hecticæ, ꝗ in habitum cordis febrium vitium abierit, committuntur. Harum omnium maximè moderatæ sunt quę diariæ nominantur, quippe quę è mediocri quadam occasione enascuntur. quædam enim ex ambientis frigore aut calore: aliæ rursus ex ira, aut dolore, aut cura, quemadmodum nonnullæ ex cruditate, uel lassitudine, vel alio quopiam eiusmodi gignũtur. Vocãtur autem diariæ, & vno fere die desinant. sunt tamen ipsarum quædam, quæ in quartum vsque extenduntur. Atq; hæ oriuntur, cum corpus nõ est impurum. Quòd si cacochymia quæpiam, aut alia incendio apta materia latuerit, ea ceu originem, diariæ calorem nacta, affectum in febrem quę ex putredine conflatur, commutabit, nec amplius iam ut diaria, sed vt febris ex putredine fiuetur. Neque id mirandum est, quando etiam diariæ nonnullæ in hecticas, velut postea pluribus docebimus, delabuntur. Ac diarias febres facillimeq; curabis: verùm quas putredo genuit, non ita promptè, eas tamen procedente oratione dignoscere etiam disces. Proinde diariæ complures causas habent euidentes, frigore nimirum, uel calore, aut dolore, ira ve, aut lassitudine, atque id genus reliquis antecedentibus. Vrinæ in his ut plurimum non carent coctionis indiciis. Pulsus celeriter dilatantur, nec præpropere intro mouentur: differunt tamen inter se, pro antecedentium causarum discrimine, quarum principia si non ignoraueris, modos quoque quibus alterari consueuerunt iniecta manu dijudicare commodè poteris. adhæc ęgri in tolerando leuitas, solutionis in diariis celeritatem tibi ob oculos proponet. Cæterùm febres quæ ex putredine fiunt, aliæ continuę & continentes, reliquæ intermittentes vocantur, atque illarum quędam eundem seruant tenorem, vigoremq́ue, ἰσοτόνους καὶ ἀκματικοὺς πυρετοὺς Græci nuncupant, quòd una eademq́ue sit febris vis: aliæ ἐπακματικοὶ dicuntur, utpote quæ unà cum febris robore vsque ad solutionem progrediantur: nonnullę παρακματικοὶ nominantur, quarum vsque dum desinunt vigor paulatim se remittit. Porrò continentes (Gręci, vt dixi συνόχους) peculiari nomine appellamus, quę ex sanguinis nimio feruore accenduntur. Continuas verò, Gręcis συνεχεῖς nominatas, eas potius dicimus quas humorum variorum putredo committit. Ex intermittentibus autem aliæ quotidie, quędam tertio, alię quarto quoque die reuertuntur: vt & nonnullæ tardius quinto aut septimo redire feruntur. sunt quoque quæ inordinatis accessionibus repetant, quas illi πλάνητας, nos uagas atque erroneas nominare solemus. Quę singulis diebus accedunt, quotidianę appellantur, atque ex pituita quę extra venas putruit, conflantur. In ijs vrina circa initia cruda est, subcandida, aut perturbata: pulsusque contractionis velocitate, materiam quę succenditur indicat. Horror ergo eas primùm prehendit, pulsusque inæqualitas ac tenuitas: deinde succenditur febris, & decem & octo horis, aut paulo plus minusve per accessionem occupat, nec vllo plerunque cum iudicio sensibili desistit. Quarum autem accessio tertio quoque die accedit, eę ex flaua bile, quæ & ipsa exttra venas vagatur, consistunt. Hæ cum rigore vt plurimum inuadunt, dehinc febris vsque ad horas ferè duodecim extenditur, licet nonnunquam plus minusve perduret, pro humoris uidelicet crass-

fitie ac copia, & virium ægri robore, cutisque perspiratu facili. Nullæ hic in vrinis coctiones sub initia apparent, & colore flauæ rufæve visuntur, suntque illæ calidiores, quæ liberaliori tinctura inficiuntur. Quædam earum sudore desistunt, aliæ bilis flauæ vomitu, ac eius per aluum egestione, & sanguine è nare erumpente desinunt. Pulsus in harum inuasiōnibus non sentiuntur, vt in quotidianis, parui ac inæquales. Atqui quæ post quartum exacerbantur, & quartanæ nuncupantur, ex succo melancholico constituuntur. In his extrema primum refrigerantur: deinde ita febris viginti horas perdurat. Vrinæ tenues sunt & albæ, quæ postea perturbentur, & pulsus, qualis in diariis. Cæterùm febris vnaquęque, ex anni tempore, loco: adhęc temperamento, viuendi ratione, ætate, atque illis quæ singulos humores augere solent, discernitur. nam si quis ex his comitantibusque symptomatis eas rite coniicit, exiguum, ni fallor, aut nihil, quod ad exquisitam dignotionem pertinet, eum latebit. Atque hæ sunt simplicium intermittentium febrium notæ. Verùm ignorare non licet, nonnullas ipsarum aut sibiipsis, aut alijs permixtas, multa intermittentium febrium discrimina gignere. nam quę tertio quoque die accedunt, duplicatę, falsam quandam quotidianę imaginem præbent, quòd iam singulis diebus repetant. sed ab ijs qui rectè iudicare nouerunt, ex accessionum specie, & comitantibus symptomatis arguuntur. nam qui rectum potest de simplici tertiana iudicium ferre, is facile duplicem quoque discernet. Quæ post quartum reuertuntur, si duplicantur, duobus continentibus diebus redeunt, vnoq; intermittunt. quēadmodum rursus, si forte fortuna quartana increuerit, triplexque è simplici euaserit, quotidianarum more singulis diebus accessiones infert. Verùm harum singulæ, eum qui accurate simplicem dijudicare nouit, siue duplices, siue triplices fiant, latere non poterunt. Quòd si interdum quintanas, & sextanas, & septimanas, aliasque eiusmodi, & præterea uagas nominari audiueris, ne has quidem, ceu fieri nequeant, nullas esse arbitrare. nam cùm quatuor in nobis humores reperiantur, ipsorum quisq; vbi immutatus est, multas uariasque succorum corruptorum species generat. quare pro corrupti quoque humoris quouis dominio, etiam accessiones repetunt. Porrò vagæ & errantes, è turgēti quidem materia nascuntur, sed quæ inordinato atq; alij nondum confecto alio accumulato cibo compescuntur simul & increscūt. Cæterùm quemadmodum duplicatæ secum febrium differentias constituebant: ita & cum inter se permiscentur, alia febrium genera oriuntur. nam quotidiana modo cum tertiana, modo cum quartana miscetur, adeo ut tres fiant inter se consistentes coniugationes, & vnaquęque pro humoris in corpore redundantis natura, sibi peculiarem parit accessionem. Atque hæc ad febres interpollantes spectant: sed alia præterea est continuarum & interpollantium complicatio. nam nonnullæ ex ijs quæ continuis accessionibus vrgent, aut quotidie, quando videlicet pituita in venis corrupta computruit, aut post tertium, cùm venę biliosō humore abundant, aut quarto quoque die, cùm atrabilaris humor in venis infestat, cum prędictis intermittentibus complicatæ, alias febrium differentias constituunt. nam modo quę quotidiana accessione continua est, cum quotidiana intermittente, aliàs cum ea quæ post tertium interpellat, quam etiam semitertianam, Gręci ἡμιτριταῖον priuatim appellant: & demum cum ea quę quarto die intermittit, implicatur. Sic & cum ea quę post tertium exacerbatur continua, interdum quotidiana, aliquando tertiana, nōnunquam quartana, & intermittentes commiscentur. eodem modo & continua, quę quarto quoque die accessiones obtinent, cum tribus his intermittentibus permiscetur. quarum si singulares simplicesque agnoueris, in complicatis quoque discernendis haudquaquam aberrabis. Sed quia interdum καῦσους & ἠπιάλους, ac λειπυρίας audire contingat, harum etiam causas & discrimina cognoscito καῦσος, quam nostri ardentem uocant, è bile nimis efferuescente, est, quando & è sanguine feruido originem trahit, ac uehementissimo calore urget, & omnium facillime ad id quod res tulerit propendet, quòd tantum ardorem natura non ferat. nam aut iudiciis causas molestias abigit, aut in tanto alieni caloris impetu natura defatiscit. ἠπίαλοι verò sunt dictę, quòd ἠπίως ἀλαίνουσι, hoc est blandè miteq; tepefaciunt. non enim febrem uehementem accendunt. habent quidem horrorem euidentem, sed febris succedens horrori proportione haudquaquam respondet. interdum vterque simul, & calor & horror persentitur. frigidi & lenti succi modicè putres, hunc morbū faciunt. Denique λειπυρίας, satis magno horrore inuadit, verùm euidens calor ei non succedit, velut ex ipso quoque nomine patere potest. nā λείπεται πυρὸς, hoc est igne, quod est calore deficit. nam oppidò quàm frigidus succus summa cute innatans, in accessionū significationibus ab excretice facultate propellitur. quare horror comitatur, verū calor nullus accedit, quòd ne putredo quidem ei succo, qui satis ægrè corrumpi sua natura potest, aduenerit. Atque hæc sunt febrium quæ intermittunt, & quæ secus, genera. Superest etiamnum aliud febris genus, quod ἑκτικοὺς nominant, omnium deterrimū, quodque prope-

propemodum curationem respuit. Vocant autem ἑκτικοὺς, quòd eæ in habitum cordis recipiantur. nam cum affectio (ita nunc διάθεσιν interpretor) quædam afficientis cum affecto sit familiaritas ac consuetudo, quæ haud difficulter commutari potest: & habitus, quod est ἕξις, sit cõstãs & quæ ægrè elui potest affectio. non iniuria febres, quæ cor afficiunt, eius calorem per affectionem immutasse dicentur: quæ verò effecerunt, vt calorem in habitum admitteret, ἑκτικοὶ peritioribus appellabuntur. Gignuntur hæ aliquando quòd diariis succedant, ubi nimirum uehementiori ira exarsimus, vel mœrore curaque iugi intabescimus. eas si quis principijs obstet, curare facillimum est. Verùm quæ ob partium præcipuarum inflammationes, & scirrhos, & tabem, ac reliqua magni momenti uitia committuntur, omnium sunt longè pessimæ, quòd natura duobus grauissimis malis reluctari, propulsareque nequeat. Nascuntur quoque haud segnius ex inueteratis malignisq; febribus, cùm cor iam ob præeuntem facultatis exolutionem vitium excipit. Inter has deterioris sunt notæ, quas ἑκτικοὺς & μαρασμώδεις nominant Græci, in quibus uitalis uis emarcuit contabuitque, à quibus ægri vt euadant fieri non posse putatur. Itaque in omnibus hecticis febribus calor in toto corpore succensus est, uerùm etsi nunquam intermittat, eum tamen ferè æger minimè sentit. At verò vbi cibum assumpsit, aut exicitatus alicui studio obnixius incumbit, se calidiorem fieri animaduertit. quod cùm nonnihil difficilius sustinuerit, denuò in pristinum statum redit. Pulsus iis parui semper sunt & densi, atque vt plurimum duri. Vrinas reddunt quales in hecticis enumerauimus, proportione generi morbi excessuique respondentes. Quòd si malum progreditur, oculi cauantur, collabuntur tempora, frons mili cauantur, collabuntur tempora, frons mi-li rum in modum aret, palpebræ tardè attolluntur, oculi sordibus opplentur, & tabe desluxionibusque tentantur: & tandem in ipso hominum cœtu, aut alijs quibusdam vitæ muniis, non secus quàm qui animo linquunt, emoriuntur. Porrò illud quoque omnium postremum ignorari haud decet, quòd ijs qui hectica febre corripiuntur, uariè interdum eæ quas putredo facit, implicantur.

De ratione victus febrientium. Cap. 11.

QVoniam febrium aliæ sunt, vt diximus, diariæ, quæ ex mœrore, aut iracundia, vel cruditate, lassitudineve, aut vigilia, uel alicuius partis inflammatione gignuntur: quædam verò in plures dies porriguntur, atque earum nonnullæ sunt continuæ; & aliquæ intermittentes, & continuarum hæ ex sanguinis feruore copiaque, quemadmodum continentes, quas συνόχους vocant, conflantur: aliæ ex eius reliquorumque humorum putredine creantur, vt nonnullæ sunt quarum calor in habitum abiit: diarias sanè quæ vt longissimæ interdum quartum diem attingunt, ac magna ex parte eodem soluuntur, ubi primo atque altero die iam declinare cœperunt, haudquaquam amplius suspectas habemus, sed hominem boni succi nec admodum crasso cibo nutritum ablegamus, ac causa inspecta, ei aliquid quoque medelæ adaptamus, quod cum victu permiscemus. nam si ex refrigeratione, diaria originem sumpsit, ægrum, ut par est, calidis fouemus: sint solis ardor eam genuit, rrefrigeramus. quòd si cruditas peperit, cibo modico, eoque stomacho aptiori ac concoctu faciliori utimur. noxam item ex lassitudine contractam, quiete, ac moderatis quibusdam fomentis auerruncamus: eam uerò quam vigilia creauit, somno sedamus, at quam mœror excitauit, solando compescimus. sic diarijs quas inguinum tumores, βουβῶνας dicunt Græci, aut vulnera ictusve commiserunt iis quæ inflammationes leniunt, & medicamentis mitigandi vi præditis, ac dolorem sedantibus est opitulandum. Verùm ne ignorata ciborum facultate, ijs tempestiuè, & ut decet, uti non possis, nunc paucis, prout maximè dabitur, eos potissimum qui febricitantibus & à febribus iam liberatis conueniunt, proponam. Ac sigillatim quenque quo facultatem eius perspectam habere possis, explicabo. Atqui in quã acutissimis ægritudinibus & principiis vniuersi morbi, ægrum citra cibum potumque prorsus continere studemus: illic, ne naturam utpote à maximis affectibus oppugnatam, duobus uacuare permittamus, & hic, quia ab antea ingesto vniuerso cibo etiamnum repletũ ægrum denuò alio onerare, inutile iudicamus: quod non genus cibi, sed priuatio potius iure vocari possit. Prima porrò cibi oblatio dicetur, si quis modicum aquæ, cui saccharis quippiam admixtum fuerit, propinabit. eo nanque loco antiquorum mulsæ, vt nosti vtimur, quòd non ita, ut hæc, conspicuo calefaciat. Post id tenuis cibus nuncupabitur, amygdalarum expressarum succus, & ptissanæ cremor, & si quis malo punico, aut cotoneo, vel appio commanducato, succum tantum deglutierit. Inde sequuntur integri fructus æstiui deuorati, & hordeum decorticatum atque accuratè excoctum, & ex oleribus portulaca & atriplex, & si quod euidenter non excalfacit, ac ciceris cocti cremor. His verò plenior cibus est, panis purus, & pisces saxatiles, atque ex iis magis qui duriori sunt carne. Post hos collocant pulli gallinacei & agni extre-

ma. Cæteri cibi validi iam ſunt, atque exquiſite ſanis præcipuè accommodati. Porrò ex prædictis cibis vinum maximè calfacit, eoque impenſius, quo fuerit coloratius. nã quæ aquoſa ſunt, & parum dilui ſuſtinent, (ὀλιγοφόρα nominant Græci,) ſunt ignaua: quæ ſanè cum eo quem poſtremo loco recenſuimus, cibo æquiparari poſsint. Verùm quia ex numeratis cibis, alii ad ſucci bonitatem magis, alii minus declinare videntur: morbi corporaq; erunt ſpectanda. nam ſi copioſiorem adeſſe cacochymiam ſignificabunt, probioris ſucci alimentis erunt reficienda: ſin morbus qualitate calidus magis erit, reliqui cibi ſunt præponendi. Sed enim quoniam explicatæ ſunt alimentorum facultates, quod qualesque ægris ſatis eſſe cenſentur: ea etiamnum, quæ quibus morbis magis congruere putantur, ſunt ſubdiuidenda. Quare vbi quæ morbis ſuperſunt, vires expoſuerimus, de accõmodato eorum ſingulis cibo loquemur: ut in vnoquoq; ea quæ debent exequi, valeas.

De victu febrium continuarum. Cap. III.

Itaque ij qui febre continua corripiuntur, alii morbis qui acutiſsimè mouentur, conflictantur, alij iis qui tardiori motu cientur, ac in plures dies protenduntur. Qui acuti admodum ſunt, ad quartum vſque pertingunt, qualis eſt angina, & pulmonis inflammatio, quam περιπνευμονίαν appellant, ac febres vehementes, quos in inedia potius tenere oportet, aut modicum tantum aquæ concedere. Qui minus ſunt acuti, vſque ad ſeptimum perueniunt, cuiuſmodi ſunt febres ardentes, & pleuritis acutior. in quibus hordei decorticati coctique & amygdalarum cremorem ægros aſſumere permittere licet. Simpliciter acuti dicuntur, qui decimumquartum diem attingunt, quos ijſdem etiam nutrire oportet. & ſi vltra progrediuntur, poterit aliquid ex iis qui ordine ſuccedunt exhiberi. Attamen qui ad vigeſimum aut vigeſimum ſeptimum accedunt, ita minimè cibabimus, ſed cibos poſt illos facultate valentiores, præbebimus. In omnibus enim virium modus, & noxii humoris copia inſpicienda primùm eſt, & coctionis ſigna, ac morbi acumen, vt addentibus vel dementibus nobis victus illis pro portione reſpondeat. nam ſi acute mouetur mor bus, coctioque apparet, & vires ſic ſatis validæ, vt ſpes ſit ilico ſolutum iri, æger pleniori cibo non eſt onerandus, verùm modicè ac pro portione roboris morbi nutrientem, futurum iudicium operiri oportet. quod vbi aduenit, ac fidè, & ut decet, iudicauit, iam vires ſunt reficiendæ, ad validiores cibos paulatim tranſeuntibus, nõ autem eueſtigio, ne iis ægrum aggrauans altius morbi auctor euadas. Sin autem ægritudo tardè mouetur, necdum coctionis indicia exiſtunt, neque magnopere cum tenui victu vſq; ad perfectum iudicium ſufficere poſſe conſtat, paulo valentiori cibo viribus eſt ſuccurrẽdum ſiquidẽ in morbis omnibus in quibus vires dominantur, quę praua malignaque ſunt euincere haud ſolent. Porrò iamdudum didiciſti, quomodo virium menſura exploratur, & humorũ coctiones cognoſcuntur, & morbi motiones diſcernuntur: quare tibi ceu hæc omnia edocto, ſeduloque præmeditanti, pro portione ciborum familiarium genera illis reſpõdentia erunt præſcribenda. Atque hac ratione victus eſt impetrandus, niſi recens aliquod infeſtans ſymptoma obſtiterit. nam ſi quoddam repentinum alui profluuium, aut ſanguinis fluxus, vel perpetuus ſudor vires defatigauerit, vt periculum ſit ne iã æger in ſyncopen habetur, eum pro ſymptomatis portione reficere oportet. & ſi pulſus fuerit exiguus aut ablatus, aut æger etiam refrixerit, vinum ac reliqua calida ſunt exhibenda: quippe hæc ſymptomata, totum victus modum ad ſe trahunt. Porrò acceſsionum ſignificationes ſi apparuerint, hic non ſecus quàm in intermittẽtibus, obſeruare decet: adhæc iudicia, ſi quæ fore ſuſpicamur, animaduertenda ſunt, nec quicquam dandum: ſed vires, decertantes iam, ac ceu excitatas opem aliquam ægro ferre nitentes, ab omni externo pondere liberas, ſinere oportet. vbi iam eius tempus conſpicuò præteriit, eas defeſſas recreare conuenit, ita tamen vt neque alimentorum vim, nec quantitatem ante perfectum iudicium augeamus. quód vbi adeſt manifeſtum, intrepidè iam nutrire poſſumus. Verùm ubi morbus citra rationem leuatur, neque inconſideratè alere, nec ita vt antea tenuiter victum inſtituere: ſed nonnihil cibi quantitati adiicere, ac uires reuocantem reficientemque, morbi recidiuam expectare decet: utique ſi antea neque uacuatione fueris opitulatus, nec ualidum ſatis victum præbueris. nam ſi prius liberalius nutriuiſti, ac ſi opus fuit, purgaſti: fortaſsis ab altera morbi inuaſione liberaueris. Nam quemadmodum ex ingenti ſuccenſo igne, ubi flamma emarcuit, ac contabuit, quædam in cinere ſcintillæ relinquuntur, quæ ſi dennò nutrimentum nactæ fuerint, magnum rurſus excitant incendium: uerùm ſi quis eas arte exemerit, is quo minus ſecundò accendatur, impedit: ita ſanè iis quoque qui non ex ratione iudicantur vſu uenit. Nec ignorari oportet, quando, & quibus cibis ſit utendum. quinetiam dies quibus morbus exacerbatur, hic cauere oportet, ne aduentante ſignificationum tempore, cibus aliquis in uentriculo reperiatur. ita nanque morbus uiget magis, ac malignior euadit. Adhæc uena tundenda eſt, ſanguisque quando, & quantum, & unde oportet,

ceu

ceu iam anteà docuimus,pro plenitudinis portione, ac febris modo, eſt extrahendus. Præterea aluus anteà enematis iniectis abluenda eſt. expedit enim in omnibus febribus ut aluus ſecedat maximè, niſi æger puris aliquid eduxerit, uelut in pleuritide ac peripneumonia & tabe contingit.tunc etenim non eſt laudabile,ut plu ſculum egerat. nam eo deterius iſthuc cenſetur, quo plus excreuerit, ueluti priuatim capite de lateris inflammatione dicemus. Inſuper refrigerantibus potionibus æſtus magnitudo minuenda eſt,cuiuſmodi ſunt, quæ ex uiolis, ex floribus nymphææ parantur, præcipuè ſi calor caput obſidet ægerque inſomnis degat. ſic ſi in ore ventriculi,aut uiſceribus cæteris, mordicatior quiſpiam humor obfirmatus hæret,quæ ex aceto & ſacchare, quæ item ex acidorum malorum punicorum ſucco potio conficitur, eſt accommodata. Atque alia aliis magis conueniunt, quemadmodum de iis ſigillatim poſteà agemus. Cæterum ei qui ciborum facultates nouit, & morborum diſcrimina dignoſcit, eſſe obſcurum nequit,qui quibus congruant. Opor tet tamen febrientibus ſemper exhibere,quæ re frigerando pro portione reſpondent,neque mi nus, inutile eſt enim, neque plus quàm par eſt refrigerare,nocet etenim:ſed in animo habere, num os ventriculi promptè à frigidis,neruive, aut alia quæpiam pars lædatur. quinetiã, num thorax aduentitij cuiuſpiam humoris pondere oneretur, & an pus ſanguinemve æger reiiciat. tunc enim frigida ſunt fugiẽda,& maximè,quæ tactu talia perſentiuntur. Nam ueriſimile eſt, quoddam quod potentia ſit frigidum,etiam fe bris magnitudini poſſe auxiliari, præcipuè niſi manifeſta quæpiam offendens qualitas fuerit coniuncta. Quod tactu egelidum ſentitur, ijs partibus quę frigidis non indigent,quodammo do innoxium,nec moleſtiam inferre uideri poſ ſit.Cæterùm, quia ſolo decocti hordei cremore par eſt ægros minimè acquieſcere, ſed nimio febris incendio ardentes, aliis quoque refrigerantibus quibuſdam indigere: danda eſt, niſi aliqua, ut dictum fuit, cauſa præpedierit, etſi anni tempus largietur, lactuca, & potiſsimum ſi ſqualidi uigilesq; fuerint. præterea cru di cucumeres ſunt concedendi, atque ex iis ma gis qui teneri ſunt & copioſo ſemine abundant. nã exterior pars quæ aſperiuſcula eſt, crudum ſuccum gignit. quinetiam punica dulcia acidis admiſta, niſi aliud obſtiterit, ac mala dulcia & vuas exhibebimus, quæ uinoſæ non ſunt. his enim utimur,cum temporis ſpatio multam ſuã humiditatem exuerint, ac calor earum nimius in habitum abierit. Intubum quoque domeſticum, (quod σέρις Græcis dicitur,) ſi quod aliud, utique in calidioribus iocinoris affectibus ido neum eſt: cũ alioqui id olus ſit ſtomacho gratum. nonnulli uel ſolius ſucci eius uſu plùs pro fuerunt:quòd refrigerando ac meatus infarctu liberando ſatis ſit. Verumenimuero non omnia omnibus ſunt exhibenda, ſed qui alui profluuio tentantur, & os uentriculi imbecillum eſt aſsidueque uomunt, danda quæ nonnihil aſtringunt. At ea quibus aluus eſt aſtricta, & ali quid, quodcunque tandem illud ſit, è thorace educunt,uitanda ſunt: & ijs dulciuſcula potius conueniunt, quòd lentorem quendam obtineant. Acida uerò quibus impacti ſunt humores,ceu incidendi uim habentia,ſunt prębenda: ut & iis quibus aluus ſupprimitur, modò natura ſunt bilioſi. nam in ijs qui non ſunt eiuſmodi,ea ſupprimendi uim habere uidentur. At quę hac ratione qui continua febri conflictantur,ſunt nutriendi: ſecus verò quibus febris intermittit. quoniã neq; eodem modo incendit, neque intermittens ſibi mutuo ſunt ſimiles.

De victu febrium intermittentium, & primum de tertiana. Cap. IIII.

Tertianæ itaque, ſiue ſimplex, ſiue duplex fuerit, cum uehementer mouetur, ægriq; uires robuſtæ ſunt, ptiſſanæ cremor pro uictu conuenit: potiſsimum ſi copioſæ in acceſsionibus euacuationes uires non exoluerint,ut idcirco cibo opus ſit ualentiori. Verùm ſi mediocri motu cietur,atque ad decimumquartum du ratura putatur, oleribus & ſaxatilibus piſcibus eſt utendum:iis præcipuũ diebus, quibus febris intermittit. Aluus quoq; ſi ſua ſponte non ſecedit, clyſmatis eſt excitanda, & niſi quid impedierit,ſanguis eſt detrahendus.etenim in om nibus propemodum febribus ſanguinem mittere, niſi adſit quod interpellet, præſtat. nam cum is poſt ſpiritum primum feruorem excipiat, & totum corpus afficiat, ſi eius quippiam effluxerit, multum caloris unà detrahitur. Et quanquam à flaua nonnunquam bile febris per totum corpus diducitur: attamen hic, quippe qui promptè ſuccenditur, ei materiam ſubminiſtrat:ac cum uniuerſum permeet corpus,vniuerſum quoque calfacit. quare ſi quid eius eua cuatur, multa quoque febris portio unà difflatur. nam ſi ex latentibus & materiæ expertibus perſpirationibus febrientes opem ſentire eſt perſuaſum, febremque aſtricta ac denſata cute vehementius accendi conſtat: an non, quæſo, multo melius ægri degent, ſi humoris qui eam in vniuerſum corpus diſtribuit, ſenſibilis fiet euacuatio? Quare cum neque ætas, nec anni tempus, neque alia quæpiam obſtat vacuatio, nec mulier vterum geſtat,in omnibus febribus cum uires patiuntur, ad venæ ſectionẽ eſt profugiendum:ac bis terve pro febris magnitudine ſanguis detrahendus, atque interdum, cum multus

multus ardénsque sanguis ægrum aggrauat, ad animi vsque deliquium vacuandus: adeo febrientibus vtilis est sanguinis misio. Cæterùm nec aluns quidem est negligenda, sed glandibus clysteribusq; est irritanda, atque eius cura habenda ne supprimatur. febre iam leuiori facta, modicè quoque purgantibus refrigerantia ac humectantia medicamenta permiscentem, quo purgantia quæ magna ex parte calida sunt, & turbandi uim obtinent, minus offendant, va cuare oportet. Ea tamen in morborum incrementis fugienda sunt, & maximè si materia sursum vergit, & cruditas adesse uidetur. Quòd si materia turget, ea, habita prius ægri virium ratione, est uacuanda. Porrò altera post eam quę de purgantibus pertractat, methodus est, diæta, quæ medicamentis contemperantibus vtitur. nam in quibus ob aliquem interturbantem scopum confertas uacuationes moliri formidamus, iis temperantia medicamenta sufficimus, partim coquentes, partim refrigerantes, aut detergentes, uel exobstruentes, uel omnia simul iuxta humores ægrum lædentes, ceu priuàtim pòst explicabitur molientes. Itaque tertiana simplex & duplex, eo quo dictum fuit modo, est curanda. Si uerò non secundum rationem soluitur, aut decimumquartum diem transit, atque ita in eam abeat, quę spuria nuncupatur, hæc quoque purgantibus est, tenuatis prius humoribus, & meatibus obstructione uindicatis, confodienda ac perimenda. Victusque eò spectet, vt sit boni succi, & subfrigidus. nam quæ impensè frigida sunt, materiam cogere, ac meatus ferè obstruere solent: & calida, eum qui antea delitescebat, calorem excitant ac euocat. Atque hoc propè pacto, uictus ratio & curatio in tertiana exquisita & spuria se habet.

De cura quotidianæ & quartanæ. Cap. V.

Quotidianam, quæ à pituita ortum duxit, neque uenæ sectione, nisi aliud urget, nec refrigerantibus medicamentis compescere oportet: sed aluum astrictam glandibus & clysmatis inanire præstat. Victum boni succi nec crassum ęger sumat. Permiscenda autem cibo sunt, quæ incidere, tenuare, & meatus obstructionibus asserere, possunt, non tamen admodum calida esse creduntur. Vino potandus est tenuiori, & paucifero, in morbi quidem principio: at ubi iam tenuior humor disipatus est, etiã rufiore ac, si licet, tota uictus ratio in calidiorẽ migret. Tunc pastilli quoque, qui amarus nuncupatur, usus probatur, & si quid aliud hic opem ferre censetur. sed de ijs priuatim suo loco dicetur. siquidem medicamenta methodis admiscere, nec ea ceu exempli loco inferere, eorum est qui nullum in tractando ordinem obseruãt

Porrò eodem uictu quartana laborantes sunt continendi, nisi quòd humor qui hic infestat, crassior sit ac terrestrior, atque hic idcirco calidioribus quodammodo ac incidentibus magis opus habeat: cuiusmodi sunt, quæ ex reliquis acribus conficiuntur. Cæterùm in omnibus accesionum significationibus ne aliquis in uentriculo sit cibus, qui mali pondus ingeminet, studendum est. nam cùm natura, tempore accesionis, ad propellendum ea quæ affligunt exurgat, si quis intempestiuè nutriens illi obstiterit, dubio procul quominus ualidè noxios humores adoriatur, præpedit. Verùm quia humorum species quæ uariarum accesionum sunt causa, ac ciborum medicamentorumque, & reliquorum quæ ad diætam pertinent, discrimina, prout alia antè explicata fuerunt, & alia postea docebuntur, non ignoras: iam ægri vires, & anni temporis dominium, adhæc locum, ætatem, & consuetudinem inspicere: atque ita ex omnibus commoderatam atque in eadem ægritudinis serie collocatam cibi quantitatem qualitatemque colligere & coniecturare oportet. Nanque ipsam perquam exquisitam distinctamque rationem, in corporibus quæ ita temerè mouentur, aut quisquam vnquã, (quod sensum nostrum, artemque ea lateat,) assequatur. Atqui ad id quod fieri debet quàm proximè accedere, eorum est, qui omnia accuratè ac diligenter expendunt. Porrò ex iam dictis, in complicatis quoque intermittentibus febribus medicamenta, cibum, & reliquam uniuersam diætam coniectura consequi, eaque pro portione inter se commiscere licet. nam qui literarum syllabas propè colligere didicit, is & uersus totos, & integras paginas perlegere ualet. Quare in simplicioribus & facilibus exerceri primum oportet, deinde ad complicata properare.

De febre hectica. Cap. VI.

Iam ordine eæ febrium species succedunt, quæ hecticæ sunt, quas, quòd solidas partes attigerunt, omnemque uitalem humorem epotarunt, ac in marcorem coniecerunt, haud facile est curare. attamen præueniente antè quã solida occupent, subuenire conandum est. Itaque eiusmodi ægri perquam tenui uictus ratione, quomodo eos qui continua febre conflictabantur, habebamus, non sunt curandi, quoniã nullum hic iudicium expectatur, neque putriũ humorum materia subest, sed nec pleno quidem uictu opus est, quòd is concoqui nequit, atque insuper febris inde increscat. Quare medius, ceu optimus est præferendus, qui modicè refrigeret, cibusque boni succi ac concoctu facilis dandus, cuiusmodi sunt pisces qui in saxis stabulantur, puta galei, & gobij, & id genus

alij,

alij, quique ex minoribus duriori sunt carne, quales sunt scorpij, philomelę: aut friabili, quali mullus constare videtur. Ex carnibus verò domesticarum gallinarum pulli, & quadrupedum pedunculi. Quòd si vires conuelluntur, uinum quoque tenue, album, & quod parum dilui postulat, est exhibendum. Cæterùm familiaris ac accommodata iis potio fuerit, quæ ex fructibus æstiuis, & floribus refrigerantibus cum facchare paratur, quemadmodum libro de medicamentorum compositione docebimus. Balnea porrò iis sunt idonea, quæ corporis squalorem humectent: uerùm tepida esse decet, nec ullam resipere qualitatem. Nec tempus in ijs trahere conuenit, sed ubi modicè fuerint immorati egredi, ne quod ex natiuo humore superest euanescat & exhalet: egresso sorbitio quępiam refrigerans dabitur. Non est vestium copia excalfaciendus æger, ne copiosius diffletur. Posthęc conuenienti cibo reficiendus. Quòd si folium exeuntem, melino, aut rosaceo, aut omphacino saltem oleo inunxeris, & meatus præcludes, & ne maior fiat difflatio prohibebis, ac antea ex irrigatione inductam humiditatem, intrò compesces, atq; hoc quoq; pacto opem homini tulisse videberis. Somnus cōciliandus est à cibo, ac quęrenda animi oblectamenta & relaxationes, ac quodcunque tandem cum refrigeratione humectare putatur. Denique hecticas refrigerationes, quę & ipsæ plerunq; non carent siccitate, & veluti ex morbo senium esse uidentur, cōtrariis curare oportet, calfacientia & humectantia dantes, idque boni succi & coctu facilibus cibis, exercitationibus mediocribus & uinis odoratis, ac subfuluis, atque in summa omnibus calefacientibus, sed non exiccantibus procurantes. Atque ut vno verbo complectar, in omni habitu affectioneque morbosa, contrariis est pugnandum: hoc interim examinantibus, qua proportione ac interuallo, corpora quę nutriuntur, quæque offeruntur medicamenta, à commoderata temperie abscedunt. Habes & qua victus norma febricitantes corriguntur.

AVRELII CORNELII CELSI DE FEBRIBVS LIBER.

De febrium generibus. Cap. I.

GENVS febrium & in toto corpore, & vulgare maxime morbi genus est. Ex his una quotidiana, altera tertiana, altera quartana est. Interdum etiam longiore circuitu quædā redeūt. sed id raro euenit. In prioribus & morbi sunt, & medicinæ. At quartanæ quidem simpliciores sunt, incipiunt ferè ab horrore, deinde calor erumpit, finitaque febre biduum integrum est. ita quarto die reuertitur. Tertianarum uero duo genera sunt, alterum eodē modo, quo quartana, & incipiens, & desinens, illo tantum interposito discrimine, quod vnum diem præstat integrum, tertio redit. Alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die reuertitur, ex octo autē, & quadraginta horis ferè sex, & triginta per accessionem occupat, interdum etiam, uel minus, uel plus. neque ex toto in remissione desistit, sed tantum leuius est. id genus pleriq; medici ἡμιτριταῖον appellāt. quotidianæ uero variæ sunt, & multiplices. Aliæ enim protinus à calore incipiunt, aliæ à frigore, aliæ ab horrore. Frigus uoco ubi extremæ partes membrorum inalgescunt, horrorem ubi totum corpus intremit. Rursus aliæ sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas. aliæ sic, ut aliquantum quidem minuatur ex febre, nihilominus tamen quædam reliquiæ remaneant, donec altera accessio accedat, ac sæpe aliæ vix quidquam, aut nihil remittant, sed ita ut continuent. Deinde aliæ feruorem ingentem habent, aliæ tolerabilem, aliæ quotidie pares fiunt, aliæ impares. atque inuicem altero die leniores, altero vehementiores, aliæ tempore eodem postridie reuertuntur. alię vel serius, uel celerius, aliæ diem, noctemque accessionem, & decessionem implent, aliæ minus, aliæ plus, aliæ cum decedunt sudorem mouent, aliæ non mouent. atque aliàs per sudorem ad integritatem uenitur, alias corpus tantum imbecillius redditur. Accessiones etiam modo singulæ singulis diebus fiunt, modo binæ,

næ, pluresve cõcurrunt. ex quo ſępe euenit ut quotidie plures acceſsiones,remiſsionesq; ſint, ſic tamen ut una quæque alicui priori reſpondeat. Interdum uero acceſsiones quoque confunduntur ſic,ut neque notari tempora earum, neque ſpatia poſsint. Neque uerum eſt,quod dicitur à quibuſdam,nullam febrem inordinatam eſſe, niſi aut ex vomica, aut ex inflammatione, aut ex ulcere.facilior enim ſemper curatio foret, ſi hoc uerum eſſet. Sed quod euidentes cauſæ faciunt, facere etiam abditæ poſſunt. neque de re, ſed de uerbo controuerſiam mouent. qui cum aliter, aliterque in eodem morbo febres accedant, non eaſdem inordinate redire, ſed aliàs, aliasque ſubinde oriri dicunt. quod tamen ad curandi rationem nihil pertineret, etiam ſi uere diceretur. Tempora quoque remiſsionum modo liberalia, modo uix ulla ſunt.

De curationum diuerſis generibus. Cap. II.

ET febrium quidem ratio maxime talis eſt. Curationum uero diuerſa genera ſunt,prout auctores aliqui habent. Aſclepiades officiũ eſſe medici dicit,vt tuto, vt celeriter, vt iocunde curet. id notum eſt. ſed ferè periculoſa eſſe nimium, & feſtinatio, & uoluptas ſolet.qua vero moderatione vtendum ſit, ut quantum fieri poteſt, omnia iſta contingant, prima ſemper habita ſalute in ipſis partibus curationum conſiderandum erit. & ante omnia quæritur, primis diebus æger qua ratione continendus ſit. Antiqui medicamentis quibuſdam datis concoctionem moliebantur, eo quod cruditatem maxime horrebant,deinde eam materiam,quæ lædere videbatur, ducendo ſæpius aluum ſubtrahebant. Aſclepiades medicamenta ſuſtulit, aluum non toties, ſed ferè tamen in omni morbo ſubduxit. febre uero ipſa præcipue ſe ad eius remedium uti profeſſus eſt. Conuellenda; enim uires ægri putauit, luce,uigilia,ſiti ingenti, ſic, ut ne os quidem primis diebus elui ſineret. Quo magis falluntur qui per omnia iocundam eius diſciplinam eſſe contendunt, & is enim vlterioribus quidem diebus cubantis etiã luxuriæ ſubſcripſit, primis vero tortoris uicem exhibuit. Ego autem medicamentorum dari potiones, & aluum duci non niſi raro debere concedo. & id non ideo tamen agendum, vt ægri vires conuellantur exiſtimo, quoniam ex imbecillitate ſummum periculum eſt. minui ergo tantum materiam ſuperantem oportet, quæ naturaliter digeritur, ubi nihil noui accedit. Itaque abſtinendus à cibo primis diebus eſt, in luce habendus æger, niſi infirmus interdiu eſt. quoniam corpus iſta quoque digerit, isque cubare quam maximo conclaui debet. Quod ad ſitim vero ſomnumque pertinet,moderandum eſt,ut interdiu vigilet, noctu, ſi poteſt, conquieſcat. ac neque potet, neque nimium ſiti crucietur. Os etiam eius elui poteſt, ubi & ſiccum eſt, & ipſi fœtet. quamuis id tempus aptum potioni non eſt. Commodeq; Eraſiſtratus dixit ſæpe inferiore parte humorem non requirente os, & fauces requirere, neque ad rem male haberi ægrum pertinere. Ac primo quidem ſic tenendus eſt. Optimum uero medicamentum eſt, oportune cibus datus, qui quando primum dari debeat, quæritur. Pleriq; ex antiquis tarde dabant, ſæpe quinto die, ſæpe ſexto. & id fortaſſe, uel in Aſia, uel in Aegypto cœli ratio patitur. Aſclepiades ubi ægrum triduo per omnia fatigarat,quarto die cibo deſtinabat. At Themiſon nuper non quando cœpiſſet febris, ſed quando deſijſſet, aut certe leuata eſſet, conſiderabat, & ab illo tempore expectato die tertio, ſi non acceſſerat febris ſtatim, ſi acceſſerat, ubi ea,uel deſierat, uel ſi aſsidue inhærebat, ſi certe ſe inclinauerat, cibum dabat. Nihil autem horum vtique perpetuum eſt. Nam poteſt primo die primus cibus dandus eſſe, poteſt ſecundo, poteſt tertio, poteſt non niſi quarto, aut quinto: poteſt poſt unam acceſsionem, poteſt poſt duas, poteſt poſt plures. Refert enim qualis morbus ſit, quale corpus, quale cœlum, quæ ætas, quod tempus anni. minimeque in rebus multum inter ſe differentibus quod intermittendum non eſt. perpetuum eſſe præceptum temporis poteſt. In morbo, qui plus uirium aufert, celerius cibus dandus eſt. itemque eo cœlo, quo magis digerit. Ob quam cauſam in Africa nullo die æger abſtineri recte videtur. Maturius etiam puero, quàm iuueni: æſtate, quam hyeme dari debet. Vnum illud eſt, quod ſemper ubique ſeruandum eſt, ut ægri uires ſubinde aſsidens medicus inſpiciat, & quandiu ſupererunt, abſtinentia pugnet, ſi imbecillitatem uereri cœperit, cibo ſubueniat. Id enim eius officium eſt, ut ægrum neque ſuperuacua materia oneret, neque imbecillitatem fami prodat. Idque apud Eraſiſtratum quoque inuenio, qui quamuis parum docuit quando uenter, quando corpus ipſum exinaniretur, dicendo tamen hæc eſſe uitanda, & tum cibum dandum,cum corpori deberetur, ſatis oſtendit dum vires ſupereſſent, dari non oportere,ne deficerent,conſulendum eſſe. Ex his autem intelligi poteſt ab uno medico multos non poſſe curari, eumque, ſi artifex eſt,idoneum eſſe,qui non multum ab ægro recedit, ſed qui quæſtui ſeruiunt, quoniam is maior ex populo eſt, libenter amplectuntur ea præcepta, quæ ſedulitatem non exigunt, ut in hac ipſa re. Facile eſt enim dies uel acceſsiones numerare his quoque, qui ægrum raro uident.

ille afsideat neceffe eft, qui, quod folum opus eft, uifurus eft, quando nimis imbecillus futurus fit, nifi cibum acceperit. In pluribus tamen ad initium cibi dies quartus aptifsimus effe cõ fueuit. Eft autem alia etiam de diebus ipfis dubitatio, quoniam antiqui potifsimum impares fequebantur, eosque, tanquam tunc de ægris iudicaretur, κρισίμους nominabant. Hi erant dies tertius, quintus, feptimus, quartufdecimus, uigefimus primus, ita ut fumma potentia feptimo, deinde quartodecimo, deinde uni & uigefimo daretur. Igitur fic ægros nutriebãt, ut dierum imparium accefsiones expectarent. deinde poftea cibum quafi leuioribus accefsionibus inftantibus darent, adeo ut Hippocrates fi alio die febris defiiffet, recidiuam timere fit folitus. Id Afclepiades iure ut uanum repudiauit. neque in ullo die quia par, imparue effet, his uel maius, uel minus periculum effe dixit. Interdum enim peiores dies pares fiunt, & opportunius poft eorum accefsiones cibus datur. Nonnunquam etiam in ipfo morbo dierum ratio mutatur, fitque grauior, qui remifsior effe confueuerat. atque ipfe quartufdecimus par eft, in quo effe magnam vim antiqui fatebantur. Qui cum octauum primi naturam habere contenderent, ut ab eo fecundus feptenarius numerus inciperet, ipfi fibi repugnabant non octauum, neque decimum, neque duodecimũ diem fumendum, quafi potẽtiorem. Plus enim tribuebant nono, & undecimo. Quod cum feciffent fine ulla probabili ratione, ab vndecimo non ad tertiumdecimum, fed ad quartumdecimum tranfibant. Eft etiam apud Hippocratem ei, quem feptimus dies liberaturus fit, quartum effe grauifsimum. Ita illo quoque auctore in die pari, & grauior febris effe poteft, & certa futuri nota. Atque idem alio loco quartum quemque diem, ut in vtrunque efficacifsimum apprehendit, ideft quartum, feptimum, undecimum, quartumdecimum, decimumfeptimum, in quo & ab impari ad paris rationem tranfit. & ne hoc quidem propofitum conferuauit, cùm à feptimo die undecimus non quartus, fed quintus fit. adeo apparet quacunque ratione ad numerum refpeximus, nihil rationis fub illo quidem auctore reperiri. Verum in his quidem antiquos tunc celebres admodum Pythagorici numeri fefellerunt, cum hic quoque medicus non numerare dies debeat, fed ipfas accefsiones intueri, & ex his coniectare quando dandus cibus fit. Illud autem magis ad rem pertinet fcire, num oporteat dari cum iam bene uenæ conquieuerunt, aut etiam num manentibus reliquiis febris. Antiqui enim quàm integerrimis corporibus alimentum offerebãt. Afclepiades inclinata quidem febre, fed adhuc tamen inhærente in quo unã rationẽ fecutus eft, non quo nõ fit interdum maturius cibus dandus, fi mature timetur altera accefsio, fed quo fcilicet quàm fanifsimo dari debeat. Minus enim corrumpitur quod integro corpori infertur. Neque tamen uanum eft quod Themifoni videbatur, fi duabus horis integer futurus effet æger, fatius effe tunc dare, ut ab integro corpore potifsimum diduceretur. Nam fi diduci tam celeriter poffet, id effet optimum. Sed cùm hoc breue tempus non præftet, fatius effe principia cibi à decedente febre, quàm reliquas ab incipiente excipi. ita fi longius tempus fecundum eft, quam integerrimo dandus eft, fi breue, etiam antequam ex toto integer fiat. Quo loco uero integritas eft, eodem eft remifsio, fi qua maxime in febre continua poteft effe. Atque hic quoq; quæritur vtrum tot horæ expectandæ fint, quot febrem habuerunt. an fatis fit primam partem earum prætereri, ut ægris iocundius infidat, quibus interdum non vacat. Tutifsimum eft autem ante totius accefsionis tempus præterire. quamuis ubi longa febris fuit, poteft indulgeri ægro maturius, dum tamen ante minime pars dimidia prætereatur. Idque non in ea fola febre, de qua proxime dictum eft, fed in omnibus ita feruandum eft.

De febrium fpeciebus, & fingularum, curationibus, & primo quando cibus febricitantibus dandus fit. Cap. III.

HAEC magis per omnia genera febrium perpetua funt: nunc ad fingulas earum fpecies defcendam. Igitur fi femel tantum accefsit, deinde defijt: eaque uel ex inguine, uel ex lafsitudine, vel ex æftu, aliave fimili re fuit fic. ut interior nulla caufa metum fecerit: poftero die cum tempus accefsionis ita tranfijt, ut nihil mouerit: cibus dari poteft. At fi ex alto calor venit: & grauitas uel capitis, uel præcordiorũ fecuta eft: neque apparet quid corpus confuderit, quamuis unam accefsionem fecuta integritas eft: tamen quia tertiana timeri poteft, expectandus eft dies tertius: & vbi accefsionis tẽpus præterijt, cibus dãdus eft, fed exiguus, quia quartana, quoque timeri poteft. Et die quarto demum: fi corpus integrum eft: eo cum fiducia utendum. Si uero poftero, tertiove, aut quarto die fecuta febris eft: fcire licet morbum effe. Sed tertianarum, quartanarumque, quarum & certus circuitus eft: & finis integer: & quia liberaliter quieta tempora funt expeditior ratio eft. De quibus fuo loco dicam. Nunc uero eas explicabo. quæ quotidie urgent. Igitur tertio quoque die cibus ægro commodifsime datur: ut alter febrẽ minuat: alter uiribus fubueniat. Sed his dari debet fi quotidiana febris eft, quæ ex toto definat: fimul atque corpus integrum

tegrum factum est: si, quàuis non accessiones, febres tamen iunguntur: & quotidie quidem increscunt: sed sine integritate tamen remittunt: cum corpus ita se habet, ut maior remissio non expectetur. Si altero die grauior: altero leuior accessio est. post grauiorem. ferè uero grauiorem accessionem leuior nox sequitur. quo fit ut grauiorem accessionē nox quoq; tristior antecedat. At si continuatur febris: neque leuior unquam fit: & dari cibum, necesse est: quando dari dabeat, magna quidem dissensio est. Quidam, quia ferè remissius matutinum tempus ægris est: tunc putant dandum. quod si respondet, non quia mane est: sed quia remissior est æger: & dari debet. Si vero ne tunc quidem ulla requies ægris est: hoc ipso peius id tempus est: quod cum sua natura melius esse debeat: morbi uitio non est: simulque insequitur tempus meridianum: à quo cum omnis æger ferè peior fiat: timeri potest ne ille magis etiam quàm ex consuetudine vrgeatur. Igitur alij uespere tali ægro cibum dant. Sed cum eo tempore ferè pessimi sint, qui ægrotant: verendum est: ne si quid tunc mouerimus: fiat aliquid asperius. Ob hæc ad mediam noctem decurro: idest finito iam grauissimo tempore, eodemque longissime distante: secuturis vero ante lucanis horis, quibus omnes ferè maxime dormiunt: deinde matutino tempore, quod natura sua leuissimum est. Si uero febres uagæ sunt: quia verendum est, ne cibum statim subsequantur: quandocunque quis ex accessione leuatus est: hunc debet assumere. At si plures accessiones eodem die ueniunt: considerare oportet, pares ne per omnia sint: quod uix fieri potest: an impares. Si per omnia pares sunt: post eam potius accessionem cibus dari debet: quæ non inter meridiem, & vesperum desinit. Si impares sunt: considerandum est quo distēt. Nam si altera grauior, altera leuior est: post grauiorem dari debet. si altera longior, altera breuior: post longiorem. si altera grauior, altera longior est: considerandum est utra magis affligat: illa ui, an hæc tempore: & post eam dandus est. Sed planè plurimum interest: quante, qualesque inter eas remissiones sint. Nam si post alteram febrem motio manet: post alteram integrum corpus est: integro corpore cibo tempus aptius est. Si semper febricula manet: sed alterum tamen longius tempus remissionis est: id potius eligendum est: adeo ut ubi accessiones continuatur, protinus inclinata priore dandus cibus sit. Et enim perpetuum est, ad quod omne consilium dirigi potest: cibum quàm maxime semper ab accessione futura reducere: & hoc saluo dare quàm integerrimo corpori. quod non inter duas tantum, sed etiam inter plures accessiones seruabitur. Sed cum sit aptissimum tertio quoque die cibum dare: tamen si corpus infirmum est, quotidie dandus est: multoque magis si continentes febres sine remissione sunt: quanto magis corpus affligunt, aut si duæ, pluresve accessiones eodem die ueniunt. Quæ res efficit, ut & à primo die protinus cibus dari quotidie debeat. Si protinus uenæ conciderunt: & sæpius eodem die, si inter plures accessiones subinde uis corpori deest. Illud tamen in his seruandum est: ut post eas febres minus cibi detur, post quas, si per corpus liceret, omnino non daretur. Cū uero febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat, deinde in decessione consistat, aut finiatur: scire licet optimum cibo tempus esse febre finita. deinde cum decessio eius consistit. tertium si necesse est, quandocunque decedit, cætera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas urget, satius esse, consistente iam incremento febris, aliquid offerre: quàm increscente. Satius esse instante, quàm incipiente: cum eo tamen ut nullo tempore is qui deficit, non sit sustinendus. Neque hercule satis est ipsas tantum febres medicum intueri: sed etiam totius corporis habitum: & ad eum dirigere curationem, seu supersunt uires, seu desunt: seu quidam mali affectus interueniunt. Cum uero semper ægros securos agere conueniat, ut corpore tantum, non etiā animo laborent: tum præcipue ubi cibum sumpserunt. Itaque si qua sunt quæ exasperatura eorum animos sunt: optimum est eadem ægrotantium notitiæ subtrahere. si id fieri non potest: sustinere tamen post cibum usque somni tempus, & cum experrecti sunt, tunc exponere.

Quando potiones febricitantibus dari expediat. Cap. IIII.

SED de cibo facilior quidem cum ægris ratio est: quorum sæpe stomachus hunc respuit: etiam si mens concupiscit. De potione vero ingens pugna est: eoque magis, quo maior febris est. Hæc enim sitim accendit, & tum maxime aquam exigit, cū illa periculosissima est. Sed docendus æger est vbi febris conquieuerit, protinus sitim quoque quieturam, longioremq; accessionem fore, si quod ei datum fuerit alimentum. ita celerius eum desinere sitire, qui non bibit. Necesse est tamen quanto facilius etiam sani famem, quàm sitim sustinent, tanto magis ægris in potione, quàm in cibo indulgere. Sed primo quidem die nullus humor dari debet, nisi subito sic uenæ conciderunt, vt cibus quoque dari debeat. Secundo uero, cæterisque etiam, quibus cibus non dabitur, tamen si magna sitis urgebit, potio dari potest. Ac ne illud quidem ab Heraclide Tarentino dictum

dictum ratione caret,ubi aut bilis ægrum, aut cruditas male habet,expedire quoque per modicas potiones miſceri nouam materiam corruptæ. Illud uidendum eſt, ut qualia tempora cibo leguntur, talia potioni quoq; ubi ſine illo datur, deligantur, aut cũ ægrum dormire cupiemus. quod fere ſitis prohibet. Satis autem conuenit, cum omnibus febricitantibus nimius humor alienus ſit, tum præcipue eſſe fœminis, quæ ex partu in febres inciderunt. Sed cum tempora cibo, potionique, febris & remiſsionis ratio det,non eſt expeditiſsimum ſcire, quando æger febricitet, quando melior ſit, quãdo deficiat, ſine quibus diſpenſari illa non poſſunt. Venis enim maxime credimus fallaciſsimæ rei, quia ſæpe iſtæ leniores, celerioresve ſunt, & ætate, & ſexu, & corporum natura. Et plerũque ſatis ſano corpore ſi ſtomachus infirmus eſt, nonnunquã etiã incipiente febre ſubeunt, & quieſcunt, ut imbecillus is uideri poſsit, cui facile laturo grauis inſtat acceſsio. Contra ſæpe eas concitat, & reſoluit ſol,balneum,& exercitatio,& metus,& ira, & quilibet alius animi effectus, adeo ut cum primum medicus uenit, ſolicitudo ægri dubitãtis quomodo ille ſe habere uideatur, eas moueat. ob quam cauſam periti medici eſt, non protinus ut uenit apprehẽdere manu brachiũ. ſed primum reſidere hilari uultu, percontariq; quemadmodum ſe habeat,& ſi quis eius metus eſt, eum probabili ſermone lenire. tum deinde eius corpori manum admouere. quas uenas autem conſpectus medici mouet, quam facile mille res turbant. Altera res eſt, cui credimus,calor æque fallax. nam hic quoq; excitatur æſtu, labore, ſomno, metu, ſolicitudine. Igitur intueri quidem omnia etiam iſta oportet. ſed his nõ omnia credere,ac protinus quidem ſcire non febricitare eum, cuius uenæ naturaliter ordinatæ ſunt, teporq; talis eſt. qualis eſſe ſanis ſolet. Non protinus autem ſub calore, motuq; febrem ſeſe concipere. ſed ita ſi ſumma quoq; arida inæqualiter cutis eſt,ſi calor,& in fronte eſt,& ex imis præcordijs oritur. ſi ſpiritus ex naribus cum feruore prorumpit, ſi color,aut rubore, aut pallore nouo mutatus eſt, ſi oculi graues, & aut perſicci, aut ſubhumidi ſunt, ſi ſudor cum ſit, inęqualis eſt,ſi uenæ non æquis interuallis mouentur.Ob quam cauſam medicus,neque in tenebris, neque à capite ægri debet reſidere, ſed illuſtri loco aduerſus eum, ut omneis notas ex vultu quoq; cubantis perſpiciat. Vbi vero febris fuit atq; decreuit, expectari oportet num tẽpora,partesve corporis alię paulum madeſcant,quę ſudorem uenturum eſſe teſtentur. ac ſi qua nota eſt,tunc demũ dare potui calidam aquã, cuius ſalubris effectus eſt, ſi ſudorẽ per omnia mẽbra diffundit. Huius autẽ rei cauſa continere æger ſub veſte ſatis multa manus debet, eadẽq; crura, pedesq; cõtegere, qua male pleriq; ęgros in ipſo impetu febris, peſsimeq; ubi ardens ea eſt, male habẽt.Si ſudare corpus cœpit,linteũ tepe facere oportet, paulatimq; ſingula mẽbra detergere. At ubi ſudor omnis finitus eſt,aut ſi is nõ uenit,vbi quàm maxime potuit,idoneus eſſe cibo æger uidetur, ſub ueſte leniter vngẽdus eſt,tũ detergendus,deinde ei cibus dandus. Cibus aũt febricitãtibus humidus eſt aptiſsimus, aut humori certe quàm proximus,utiq; ex materia,quã leuiſsima, maximeq; ſorbitio. eaq;,ſi magnæ febres fuerunt, quã tenuiſsima eſſe debet. Mel quoq; deſpumatum huic recte adijcitur, quo corpus magis nutriatur, ſed id, ſi ſtomachũ offendit, ſuperuacuũ eſt,ſicut ipſa quoque ſorbitio. Dari uero in uicem eius poteſt, uel in trita ex aqua calida,uel alica elota. Si firmus eſt ſtomachus, & cõpreſſa aluus, ex aqua mulſa. ſi uel ille languet,uel hæc profluit,ex poſca. Et primo quidẽ cibo id ſatis eſt. ſecũdo uero aliquid adijci poteſt, ex eodẽ tamen genere materię,uel olus, uel conchiliũ, uel pomũ. Et dũ febres quidẽ increſcunt, hic ſolus idoneus cibus eſt. Vbi uero aut deſinunt, aut leuantur, ſemper quidem incipiendum eſt ab aliquo ex materia leuiſsima, adijciẽdum uero aliquid ex media,rõne habita ſubinde,& uiriũ hominis,& morbi. Ponẽdi uero ægro uarij cibi ſicut Aſclepiades pcepit, tũ demũ ſunt, ubi faſtidio vrgetur,neq; ſatis uires ſufficiũt, ut paulũ ex ſingulis deguſtãdo famẽ uitet.At ſi neq; uis,neq; cupiditas deeſt,nulla uarietate ſolicitãdus ęger ne plus aſſumat, q̃ cõcoquat. Neq; uerũ eſt, quod ab eo dicitur,facilius cõcoq cibos uarios:eduntur.n.facilius, ad cõcoctionẽ autẽ materiæ genus,& modus ptinent.Neq; inter magnos dolores,ut neq; increſcente morbo tutũ eſt, ægrũ cibo impleri,ſed vbi inclinata iã in melius ualetudo eſt. Sunt aliæ quoq; obſeruationes in febribus neceſſariæ, atq; id quoq; uidendum eſt, quod quidam ſolum præcipiunt, an aſtrictum corpus ſit,an profluat, quorum alterum ſtrangulat quod continet, alterum digerit. nam ſi aſtriſtum eſt, ducenda aluus eſt, mouenda urina,eliciendus omni modo ſudor. In hoc genere morborum ſanguinem etiam miſiſſe,cõcuſſiſſe uehementibus geſtationibus,corpus in lumine habuiſſe, imperaſſe famem, ſitim, uigiliam prodeſt. Vtile eſt etiã ducere in balneum, prius demittere in ſolium, tum ungere, iterum ad ſolium redire,multaq; aqua fouere inguina, interdum etiã oleum in ſolio cum aqua calida miſcere,uti cibo rarius & ſerius tenui,ſimplici, molli,calido,exiguo,maximeq; oleribus,qualia ſunt,lapatium, urtica, malua, uel iure etiam cõcharum,muſculorumve, aut locuſtarũ, neq;

danda caro nisi elixa est. At potio esse debet magis liberalis, & ante cibum, & post hunc, & cum hoc ultra quàm sitis coget. Poteritque a balneo etiam pinguius, aut dulcius dari uinum. poterit semel, aut bis inter poni græcū, falsum. Contra uero si corpus profluet, sudor coercēdus, quies adhibenda erit tenebris, somnoque, quandocunque uolet, utendū. nō nisi leui gestatione corpus agitandū, & pro genere mali subueniendum. Nam si uenter fluit, aut si stomachus non cōtinet, ubi febris decreuit, liberaliter oportet aquam tepidā potui dare, & uomere cogere, nisi aut fauces, aut præcordia, aut latus dolet, aut uetus morbus est. Si uero sudor exercet, duranda cutis est, uel nitro, uel sale, quæ cū oleo miscentur. At si leuius id uitiū est, oleo corpus ungendum est. si uehementius, rosa, uel melino, uel myrteo, cui uinum austerū sit adiectum. Quisquis autem fluore æger est, cū uenit in balneum, prius ungendus, deinde in soliū demittendus est. Si in cute uitium est, frigida quoque, quā calida aqua melius utetur. Vbi ad cibum uentum est, dari debet is ualens, frigidus, siccus simplex, qui quā minime corrumpi possit, panis tostus, caro assa, uinum asperū, uel certe subausterum, si uenter profluit, calidum, si sudores nocent, uomitusque sunt, frigidum.

Quomodo pestilentes febres curari debeant. Cap. V.

DEsiderat etiam propriā animaduersionem in febribus pestilentiæ casus. In hac minime utile est, aut fame, aut medicamētis uti, aut ducere aluum. Si uires sinunt, sanguinem mittere optimum est, præcipueque si cum dolore febris est. Si id parum tutum est, ubi febris, aut tenuata est, aut leuata est, uomitu pectus purgare. Sed in hoc maturius, quàm in alijs morbis ducere in balneum opus est, uinū calidū, & meratius dare, & omnia glutinosa. inter quæ quoque carneum generis eiusdem. Nam quo celerius eiusmodi tempestates corripiūt, eo maturius auxilia, etiam cum quadā temeritate rapienda sunt. Quod si puer est, qui laborat, neque tantum robur eius est, ut sanguis mitti possit, siti ei utendū est, ducenda aluus, uel aqua, uel ptisanæ cremore, tū demum is leuibus cibis nutriendus. Et ex toto nō sic pueri ut uiri curari debent. Ergo, ut in alio quoque genere morborum parcius in his agendū est. Non facile sanguinem mittere, nō facile ducere aluum, non cruciare uigilia, fameve, aut nimia siti, conuenit. Vomitus post febrē eliciendus est. deinde dandus cibus ex leuissimis, tū is dormiat, postero quoque die, si febris manet, abstineatur. Tertio ad simi lem cibū redeat. Dandaque opera est quātum fieri potest, ut inter opportunam abstinētiam cibosque opportunos, omissis cæteris, nutriatur. Si uero ardens febris extorret, nulla medicamēti danda potio est, sed in ipsis accessionibus oleo, & aqua refrigerandus est, quæ miscenda manu sunt, donec albescant, & con claui tenendus, quo multū, & purū aerem trahere possit, neque multis uestimētis strangolandus, sed admodum leuibus tantū uelandus est. Possunt etiam super stomachū imponi folia uitis in aqua frigida tincta. Ac ne siti quidē nimia uexandus est. alendus maturius est, idest a die tertio, & ante cibū. idē perungendus. Si pituita in stomacho coijt, inclinata iā accessione uomere cogendus est, & tunc dandū frigidum olus, aut pomū ex his, quæ stomacho conueniunt. Si siccus manet stomachus, protinus, uel ptisanæ, uel alicæ, uel orizæ cremor dandus est, cum quo recens adeps cocta sit. Cū uero in summo incremento morbus est, utique non ante diem quartū magna siti antecedente, frigida aqua copiose præstanda est, ut bibat etiā ultra satietatem, & cū iam uenter, & præcordia ultra modū repleta, satisque refrigerata sunt, uomere debet. Quidā ne uomitū quidem exigunt, sed ipsa aqua frigida, tantū ad satietatem data, pro medicamen to utuntur. Vbi utrum libet factum est, multa ueste operiendus est, & collocandus ut dormiat. Fereque post longā sitim, & uigiliam, post multā satietatem, post infractum calorē, plenus somnus uenit, per quē ingens sudor effunditur. idque præsentissimum auxilium est. Sed in his tamē, in quibus præter ardorē nulli dolores, nullus præcordiorum tumor, nihil prohibens, uel in thorace, uel in pulmone, uel in faucibus, nō ulcus, non deiectio, non profluuiū alui fuit. Siquis autē in eiusmodi febre leuiter tussit, is neq; uehemēti siti cōflictatur, neq; bibere aquā frigidā debet, sed eo modo curādus est quo in cęteris febribus pręcipitur.

Curatio semitertianæ febris, quæ hemitritæos dicitur. Cap. VI.

AT ubi id genus tertianæ est, quod ἡμιτριταῖον medici appellant, magna cura opus est, ne id fallat. Habet enim plerunq; frequentiores accessiones, decessionesq;, ut aliud morbi genus uideri possit, porrigitq; febris inter horas 24. & 36. ut quod idē est, nō idē esse uideatur. Et magnopere necessariū est, neque dari cibū, nisi in ea remissione, quæ uera est, & ubi ea uenit, protinus dari, plurimiq; sub alterutro curātis errore subito moriūtur. ac nisi magnopere aliqua res prohibet, inter initia sanguis mitti debet, tū dari cibus, qui neq; incitet febrē, & tamen longū eius spatium sustineat.

Curatio

Curatio lentarum febrium. Cap. VII.

NOnnunquam etiam lentæ febres fine ulla remifsione corpus tenent, ac neque cibo, neq; ulli remedio locus eft. In hoc cafu medici cura effe debet,ut morbum mutet.Fortaffe enim curationi opportunior fiet. Sæpe igitur ex aqua frigida, cui oleum fit adiectum, corpus eius pertractandum eft. quoniam interdum fic euenit, ut horror oriatur, & fiat initium quoddam noui motus, exque eo cũ magis corpus incaluit, fequatur etiã remifsio. In his frictio quoque ex oleo, & fale falubris uidetur. at fi diu frigus eft, & torpor, & iactatio corporis, non alienum eft in ipfa febre dare mulfi tres, aut quatuor cyathos, uel cum cibo uinum bene dilutum. Intenditur enim fæpe ex eo febris, & maior ortus calor, fimul & priora mala tollit, & fpem remifsionis in ea curatione oftendit. Neq; hercule ifta curatio noua eft, qua nũc quidã traditos fibi ęgros, qui fub cautioribus medicis trahebantur, interdum contrariis remedijs fanãt. fi quidem apud antiquos quoq; ante Erophilum, & Erafiftratum, maximeque poft Hippocratem, fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem vbi acceperat, multis ueftimentis operiebat, ut fimul calorem ingentem, fitimque excitaret. Deinde ubi paulum remitti cœperat febris, aquam frigidam potui dabat, ac fi mouerat fudorẽ, explicuiffe fe ægrũ iudicabat. fi non mouerat, plus etiam aquæ frigidæ ingerebat, & tum uomere cogebat. Si alterutro modo febre liberauerat, protinus fuillam affam, & uinum homini dabat. Si non liberauerat, decoquebat aquam fale adiecto, eamque bibere cogebat, ut mouendo uentrem purgaret. & intra hæc omnis eius medicina erat. eaq; non minus grata fuit his, quos Hippocratis fucceffores nõ refecerant, quàm nũc eft his, quos Erophili, uel Erafiftrati æmuli diu tractos non expedierunt. Neque ideo tamen non eft temeraria ifta medicina, quia plures, fi protinus à principijs excepit, interemit. Sed cum eadem omnibus conuenire non poffint, ferè quos ratio non reftituit, temeritas adiuuat. Ideoq; eiufmodi medici melius alienos ægros, quam fuos nutriunt. Sed eft circunfpecti quoque hominis, & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere, quia curationem, ubi id quod eft, non recipit, poteft recipere id, quod futurum eft.

Remedia in febribus ad capitis dolorem, & præcordiorum inflammationem, & ariditatem, & fcabritiem linguæ. Cap. VIII.

COnfiderandum etiam eft febres ne folæ fint, an alia his quoq; mala accedant. ideft nũ caput doleat, nũ lingua afpera, nũ præcordia intenta fint. Si capitis dolores funt, rofam cum aceto, mifcere oportet, & in id ingerere, deinde habere duo pittacia, quę latitudinẽ frontis, longitudinemq; æquent. Ex his inuicẽ alterum in aceto, & rofa habere, alterũ in frõte, aut intinctã ijfdẽ lanam fuccidã imponere. Si acetũ offendit, pura rofa utẽdũ eft. Si rofa ipfa lædit, oleo acerbo. fi ifta parũ iuuant, teri poteft, uel iris arida, uel nuces amaræ, uel quælibet herba ex refrigerantibus. Quorũ quidlibet ex aceto impofitum dolorem minuit, fed magis aliud in alio. Iuuat etiã panis cũ papauere iniectus, uel cum rofa, ceruffa, fpumave argenti. Olfacere quoq;, uel ferpillum, uel anethũ non alienũ eft. At fi in præcordiis inflãmatio, & dolor eft, primo fuper imponẽda funt cataplafmata reprimentia, ne fi calidiora fuerint, plus eo materiæ concurrat. Deinde ubi prima inflãmatio fe remifit, tunc demũ ad calida, & humida ueniendũ eft, ut ea quæ remanferint, difcutiant. Notæ uero inflãmationis funt quatuor, rubor, & tumor cum calore, & dolore. Quo magis errauit Erafiftratus, qui febrẽ nullã fine hac effe dixit. Ergo fi fine inflãmatione dolor eft, nihil imponẽdum eft. Hunc.n.ftatim ipfa febris foluit. At fi neq; inflãmatio, neq; febris, fed tantũ pręcordiorũ dolor eft, protinus calidis, & ficcis fomẽtis uti licet. Si uero lingua ficca eft, & fcabra, detergenda primũ penicillo eft ex aqua calida. deinde vngenda mixtis inter fe rofa, & melle. Mel purgat, rofa reprimit, fimulq; ficcefcere non finit. At fi fcabra non eft, fed arida, ubi penicillo deterfa eft, ungi rofa debet, cui ceræ fit paulum adiectum.

Remedia cõtra frigus, quod febrẽ præcedit. Cap. IX.

SOlet etiã ante febres effe frigus, idq; uel molestifsimũ morbi genus eft. Vbi id expectatur, omni potione prohibẽdus æger eft. hæc.n.paulo ante data multũ mali adiicit. Item maturius uefte multa tegendus eft. admonenda partibus his, pro quibus metuimus, ficca & calida fomenta, fic, ne ftatim uehemẽtifsimi calores incipiant, fed paulatim accrefcãt. Perfricandæ quoq; eę partes manibus unctis ex uetere oleo funt, eique adiiciendum aliquid ex calefacientibus. Cõtentiq; medici quidam una frictione etiam ex quolibet oleo funt. In harum febriũ remifsionibus nonnulli tres, aut quatuor forbitionis cyathos etiamnũ ultra manente febre dant. deinde ea bene finita reficiunt ftomachũ cibo frigido, & leni. Ego tum hoc puto tentandum, cum parum cibus femel, & poft febrem datus prodeft, fed curiofe perfpiciẽdum eft, ne tempus remifsionis decipiat. Sæpe enim in hoc quoq; genere ualetudinis iam minui fe-

bris uidetur, & rurſus intenditur. itaque ei remiſsioni credendum eſt, quæ etiam immoratur, & iactationem, fœtoremque quendam oris, quem ὄζειν græci uocant, minuit. Illud ſatis cõuenit, ſi quotidie pares acceſsiones ſunt, quotidie paruum cibũ dandũ. ſi impares, poſt grauiorẽ cibum, poſt leuiorem, aquã mulſam.

Curatio horroris in febribus. Cap. X.

Horror autẽ eas ferè febres antecedit, quę certum habent circuitum, & ex toto remittuntur. Ideoque tutiſsimæ ſunt, maximeque curationes admittunt. Nam ubi incerta tempora ſunt, neque alui ductio, neque balneum, neque uinum, neque medicamentum aliud recte datur. incertũ eſt enim quando febris uentura ſit, ita fieri poteſt, ut ſi ſubito uenerit, ſumma in eo pernicies ſit, quod auxilij cauſa ſit inuentũ. Nihilque aliud fieri poteſt, quam uti primis diebus bene abſtineatur æger. deinde ſub deceſſu febris eius, quæ grauiſsima eſt, cibum ſumat. at ubi certus circuitus eſt, facilius omnia illa tentantur, quia facilius proponere nobis, & acceſsionum, & deciſionũ uices poſſumus. In his autem cum ueterauerunt, utilis famis non eſt. Primis tantummodo diebus ea pugnandum eſt, deinde diuidenda curatio eſt, & ante horror, tum febris diſcutienda. Igitur cum primum aliquis inhorruit, & ex horrore incaluit, dare ei oportet potui tepidam aquam ſubſalſam, & uomere eum cogere. nam ferè talis horror ab his oritur, quæ billioſa in ſtomacho reſederunt. idem faciendum eſt, ſi proximo quoq; circuitu ęque ceſsit, ſæpe enim ſic diſcutitur. iamq; quod genus febris ſit, ſcire licet. itaq; ſub expectatione proxime acceſſionis, quæ inſtare tertia poteſt, deducendus in balneum eſt, dãdaque opera eſt, ut per tempus horroris in ſolio ſit. ſi ibi quoque ſenſerit, nihilominus idem ſub expectatione acceſsionis quartæ faciat. ſi quidem eo quoque modo ſæpe id diſcutitur. ſi nec balneum quidem profuit, ante acceſsionem alium edat, aut bibat calidam aquam cum pipere, ſi quidem ea quoque aſſumpta calorem mouent, qui horrorem non admittit. Deinde eo modo quo in frigore præceptum eſt, antequàm inhorreſcere poſsit, operiatur. Fomentiſque protinus ualidioribus totum corpus circundare conuenit, maximæque inuolutis extinctis teſtis, & titionibus. Si nihilominus horror perruperit, multo oleo calefacto inter ipſa ueſtimenta, perfundatur, cui æque ex calefacientibus aliquid ſit adiectum. adhibeaturq; frictio quantam is ſuſtinere poterit, maximeq; in manibus, & pedibus, & ſpiritum ipſe contineat. neq; deſiſtendũ eſt etiam ſi horror eſt. Sæpe enim pertinacia iuuantis malũ corporis uincit. Si quid euomuit, danda aqua tepida, iterumq; uomere cogendus eſt, utendumq; eiſdẽ eſt, donec horror finiatur. Sed præter hæc, ducenda aluus eſt, ſi tardius horror quieſcit, ſi quidem id quoque exonerato corpori prodeſt. Ultima quoq; poſt hæc auxilia ſunt geſtatio, & frictio. Cibus autem in eiuſmodi morbis maxime dandus eſt, qui mollem aluum præſtet. Caro glutinoſa, uinum cum dabitur, auſterum.

Curatio quotidianæ febris. Cap. XI.

HAEC ad omnes circuitus febrium pertinent. diſcernendæ tamen ſingulæ ſunt, ſicut rationem habent diſsimilem. ſi quotidiana eſt, triduo primo magnopere abſtinere oportet, tũ cibis altero quoq; die uti. Si res inueterauerit, poſt febrem experiri balneum, & uinũ, magisq; ſi horrore ſublato hæc ſupereſt.

Curatio tertianæ febris. Cap. XII.

SI tertiana uero, quæ ex toto intermittit, aut quartana eſt, medijs diebus, & ambulationibus uti oportet, alijsq; exercitationibus, & unctionibus. quidã ex antiquioribus medicis Cleophantus in hoc genere morborum multo ante acceſsionem caput ęgri multa calida aqua perfundebat, deinde uinũ dabat. quod quãuis pleraq; eius uiri præcepta ſecutus eſt Aſclepiades, recte tamen præterijt. Eſt .n. anceps ipſe, ſi tertiana febris eſt, tertio die poſt acceſsionẽ dicit aluum duci oportere. quinto poſt horrorẽ uomitum elicere. deinde poſt febrem, ſicuti illi mos erat, adhuc calidis dare cibũ, & uinũ. ſexto die in lectulo detineri. ſic enim fore ne ſeptimo die febris accedat. Id ſæpe fieri poſſe ueriſimile eſt. Tutius tamen eſt, ut hoc ipſo ordine utamur tria remedia, uomitus, alui ductionis, uini potus per triduum, ideſt die tertio & quinto, & ſeptimo tentare. nec uinum niſi poſt acceſsionem die ſeptimo bibat. Si verò primis diebus diſcuſſus morbus nõ eſt, inciditq; in ue tuſtatẽ, quo die febris expectabitur, in lectulo ſe contineat, poſt febrem perfricetur, tum cibo aſſumpto bibat aquam. poſtero die, quo cibo uacat, & ab exercitatione, unctioneſq; aqua tãtũ cõtẽtus cõquieſcat. Et id quidẽ optimũ eſt. Si uero imbecillitas urgebit & poſt febrem uinũ, & medio die paulũ cibi debebit aſſumere.

Curatio quartanæ febris. Cap. XIII.

EAdem in quartana facienda ſunt. Sed cum hæc tarde admodum finiatur, niſi primis diebus diſcuſſa eſt, diligentius ab initio præcipiendum eſt, quid in ea debeat fieri. Igitur ſi cui cũ

horrore

horrore febris accesſit, eaq; deſijt,eodem die, & poſtero,tertioq; continere ſe debet,& aquã tantummodo calidam primo die poſt febrem ſumere, biduo proximo quantum fieri poteſt ne hanc quidem. ſi quarto die cum horrore febris reuertitur, uomere ſicut ante præceptum eſt, deinde poſt febrem modicum cibum ſumere, vini quadrantem. Poſtero, tertioque die abſtinere, aqua tantũmodo calida, ſi ſitiet, aſſumpta, ſeptimo die balneo frigus præuenire abſtinere,continere ſe debet,& aqua tantũmodo calida, ſi ſitiet,ac tũ ita nono die balneo frigus pͥuenire, ſi febris redierit, ducere aluũ. ubi ex eo corpus cõquieuerit, inunctione uehemẽter perfricari, eodem modo ſumere cibum, & uinum, biduo proximo ſe abſtinere frictione ſeruata. decimo die rurſus balneum experiri, & ſi poſtea febris acceſsit, æque perfricari. vinum copioſius bibere. ac ſi proximum eſt quies tot dierum, ut abſtinentia cum cæteris quæ præcipiuntur, febrem tollant. Si uero nihilominus remanet, aliud ex toto ſequendum eſt curationis genus, idque agendum,ut quod diu ſuſtinendum eſt, corpus facile ſuſtineat. Quo minus etiam curatio probari Heraclidis Tarentini debet, qui primis diebus educẽdam aluum, deinde abſtinendum uſque in ſeptimum diem dixit. Quod vt ſuſtinere aliquis poſſit tamen etiam febre liberatus, uix refectioni ualebit. adeo ſi febris ſæpius acceſſerit, concidet. Igitur ſi tertiodecimo die morbus remanebit, balneum neq; ante febrem, neq; poſt eã tentandum erit, niſi interdum iam horrore diſcuſſo. Horror ipſe per eadem, quæ ſupra præſcripta ſunt, expugnandus. Deinde poſt febrem oportebit ungi, & uehementer perfricari, cibum, & ualidum, & fortiter aſſumere. vino vti quantum libebit. poſtero die cum ſatis quieuerit, ambulare, exerceri, ungi, perfricari fortiter, cibum accipere ſine uino, tertio die abſtinere. quo die uero febrem expectabit,ante ſurgere, & exerceri, darique operam non oportet, ut in ipſam exercitationem tempus febris incurrat. ſic enim ſæpe illa diſcutitur. At ſi in opere occupauit, tum demum ſe recipere. In eiuſmodi ualetudine medicamenta ſunt, oleum, frictio, exercitatio, cibus, vinum. Si uenter aſtrictus eſt, ſoluendus eſt. Sed hæc facile ualidiores faciunt. ſi imbecillitas occupauit, pro exercitatione geſtatio eſt. Si ne hanc quidem ſuſtinet, adhibenda tamẽ frictio eſt. ſi hæc quoq; vehemens onerat,intra quietem, & vnctionem, & cibum ſiſtendum eſt, dandaque opera eſt, ne qua cruditas in quotidianam id malum uertat. Nam quartana neminem iugulat. ſed ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis æger eſt. Quod tamen niſi culpa, uel ægri, uel curantis nunquam fit.

Curatio duarum quartanarum. Cap. XIIII.

AT ſi duæ quartanæ ſunt, neque hæ, quas propoſui, exercitationes adhiberi poſsũt, aut ex toto quieſcere opus eſt, aut ſi id difficile eſt, leuiter ambulare, conſidere diligenter inuolutis pedibus,& capite. Quoties febris acceſsit, & deſijt, cibum modicum ſumere, & vinum. reliquo tempore niſi imbecillitas vrget, abſtinere. Aut ſi duæ febres penè iunguntur, poſt utranque cibum ſumere. deinde uacuo tempore,& moueri aliquid,& poſt vnctionem cibo uti. Cum vero uetus quartana raro, niſi uere ſoluatur, utique eo tempore attendendum eſt ne quid fiat, quod ualetudinem impediat. Prodeſtque in uetere quartana mutare ſubinde uictus genus,à vino ad aquam,ab aqua ad vinum, à lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes tranſire, eſſe radicem, deinde uomere, iureve pulli gallinacei uentrem reſoluere, oleum ad frictiones adijcere, calefacientia ante acceſsionẽ ſorbere, vel aceti cyathos duos, vel unum ſinapis cum tribus græci vini ſalſi, vel mixta paribus proportionibus, & in aqua diluta, piper, caſtoreum, laſer, myrram. per, hæc enim ſimiliaque corpus agitandum eſt ut moueatur ex eo ſtatu quo detinetur. Si febris quieuit, diu meminiſſe eius diei conuenit, eoque uitare frigus, calorem, cruditatem, laſſitutudinem. Facile enim reuertitur, niſi à ſano quoque aliquandiu timetur.

Curatio quotidianæ febris, quæ ex quartana facta ſit. Cap. XV.

AT ſi ex quartana quotidiana facta eſt,cum id uitio inciderit,per biduũ abſtinere oportet frictione uti, aquam tantummodo ueſperi potui dare. tertio die ſæpe fit ne febris accedat. ſed ſiue fuit, ſiue non fuit, cibus poſt acceſsionis tempus eſt daudus. at ſi manet, per biduum abſtinentia, quanta maxime imperari corpori poteſt, fricatione quotidie utendũ eſt.

F I N I S.

MEDICORVM VETVSTORVM LATINORVM *DE FEBRIBVS* Tomus tertius.

Q. SERENI DE FEBRIBVS CARMINA.

Subitaneo dolori, febri, atque oſtocopo.

NOnnunquam exiſtit ſubiti noua cauſa doloris:
Cuius origo latet, ueris reprimenda medellis.
Nanq; chelidonia mixto ſale nectere prodeſt.
Velleraque infuſo recalentia ſulphure ſanant
Oſtocopon lento conduxit melle perungi.
Sin autem calidæ depaſcent corpora febres,
Tunc apij ſuccus leni ſociatur oliuo:
Membra lines: fotuq; ferus mulcebitur ignis.
Nec ſpnẽdus adeps, dederit quẽ beſtia Melus.
Seminecis cerui lacrymam miſcere liquiori
Conuenit: atque artus illinc mulcere calẽtes:
Febribus at longis galli des iura uetuſti.

Ad typum quartanæ.

Nec tu crede leuem dilato tempore febrem:
Quæ ſpatiũ ſibi dat magis, ut ceſsãdo caleſcat.
Lentato quæ craſſatur quartana calore:
Ni medicas adhibere manꝰ diſcamus & herbas,
Allia non pudeat terno cum cimice trita,
Et diluta mero medijs haurire diebus.
Aut facilem iecoris murini ducere fibram.
Quatuor & duri iungantur ſcrupula bacchi.
Mira eſt abſinthij cum ſimplice potio lympha.
Sume tribus digitis apprehẽſum ſemen anethi,
Tantundem marathri, mulſum nec deſit aceto,
In cuius cyatho prædicta ſalubriter hauris,
Ilia quinetiam ſpartum ſuppone tumenti,
Aut leporis trepidi diluta coagula trade.
Prodeſt & potus ſed mulſus doridis humor.
Quidam etiam mirãda ferunt ueniente calore
Iurantes ludum veneris, munusque petendum.
Sed prius eſt oleo partus ferueſcere ranæ
In triuijs, illoque artus perducere ſucco.

Ad typum tertianæ.

EST etiam alternis febris rediuiua diebus:
Tempora diſcernens quaſi iuſtę pondera libræ:
Vt poſsis igitur talem prohibere furorem,
Tu volues cera ſine caudis grana cumini,
Puniceæque indes pelli, colloque ligabis.
Pulei ramus lanæ velatus amictu
Tempore ſuſpecto medicos præbebit odores.
Præterea cimex potatur tritus in ouo,
Horridus attractu, ſed guſtu commodus apte.

Ad typum quotidianæ.

AT qui continuis non ceſſat adire diebus,
Sed tantum certas morbus diſcriminat horas,
Triticeum metuit granũ (ſi credere dignũ eſt)
Quod latitãs fracto fuerit ſub pane repertum.
Necnon oſſa iuuant ſeptis inuenta domorum.
Conuenit hæc tereti pendentia ſubdere collo.
Multaque præterea verborum monſtra ſilebo.
Nam febrem vario depelli carmine poſſe
Vana ſuperſtitio credit, tremulæq; parentes.

Hemitritæo depellendo.

Mortiferũ magis eſt, quod græcis hemitritæũ
Vulgatur verbis: hoc noſtra dicere lingua
Non potuere vlli: puto nec voluere parentes.
Inſcribis chartæ quod dicitur abraca cabra
Sæpius, & ſubter repetis, ſed detrahe ſummam.
Et magis atque magis deſint elementa figuris:
Singula quæ ſemper rapies, & cætera figes,
Donec in anguſtum redigatur littera conum.
His lino nexis collum redimire memento.
Nonnulli memorant adipem prodeſſe leonis:
Corallum vero, ſi collo nectere velles.
Ne dubites illo veros miſcere ſmaragdos.
Talia languentis conducent vincula collo:
Letaleſq; abiget miranda potentia morbos.

FINIS.

C. PLINII SECVNDI DE FEBRIBVS LIBER.

Ad febres calidas intercidendas. *Cap. I.*

MEDVLLA ceruina, adipe anseris, adipe porcino recenti, & exiguo ceræ perunges sero, ac statim de succo lini seminis. Idemq; asinæ lac tepidum facit. Cotonia item matura, & rosam siccam, & papaueris capita sicca in olla rudi cum aqua decoques, & ex hoc dabis bibere. Item portiagla & apium tusum cum axungia colata, & oleo rosato, & lactucæ folijs, & rasura cucurbitarum, & ouis crudis permixtũ, & in modum ceroti pectori impositum, ardores ac subitos dolores hemitritęi, & febres emẽdat. Ad ardorem stomachi febrientis. Rosaceum in aquam calidam mittes, & agitabis in carbonibus, quo platulam lineam infundes & stomacho superpones. Mellis libram unã, adipis porcini recentis colati vnam, olei rosati vnam, ceræ unam, argenti spumæ uncias duas, teres autem spumam & simul decoques, deinde croci triti mittes vncias duas & teres in linteolo, inductum super stomachum impones. Ad hæc ambrosia. Recipe olei rosati libram unam & semis, ceræ vnam & semis, croci vnc. duas, succi rasuræ cucurbitæ quantum sufficit, medullæ ceruinæ uncias quatuor, feruefacies autem ceram & medullam cum oleo tepefacto cerotario, addes succum per partes & teres diligenter, postea addes crocum & diutissime teres, permiscebis & facies pastillos, seruabisq;, & cum opus fuerit teres cum ouorum vitello. Cumque vnum corpus fuerit, linteum illitum impones super stomachum. Ad ardorem stomachi in febribus quæ non declinant ex lini seminis farina cum albo oui facies cataplasma, & frigida super stomachum pones. Lactucas autẽ in calida coques, & teres cum albo oui, & stomacho superpones. Itemq; rasuræ cucurbitæ & vuæ acerbæ cum albo oui imponuntur. Rasura itidem cucurbitæ & crocum æquale cũ albo oui imponitur. Confectio ambrosiæ. Ceræ lib. unam, olei rosati vnc. sex, olei camomillæ sex, axungiæ recẽtis lib. vnam, croci vnc. unam, lithargyrij unam, meliloti unam & semis. Iniectio ad febres calida. Succus lini seminis cum oleo rosato seu camomillæ bene faciet. Si uerò nimium febris æstuauerit. Plantaginis folia viridis & caules simul tundes, succoque eorum corpus perunges. Ad ardentissimam febrem, herbam quæ dicitur Iouis barba, conteres, ac succum eius exprimes, & miscebis cum cinere aquaticę lanæ, & addito oleo rosato perunges, tunc ægrum cooperies, inde somnus irruet, & ardor compescetur. Item ad febres. Axungiam leoninam manu subiges, & totum corpus perunges. Ruta item cum oleo subacta totum corpus perunges. Lilij radices tres aut quinque, croci deñ. V. macerabis in aquæ quartario uno, & ouorum tribus, vitellos teres bene, & adijcies olei rosati quantum sufficiat, & inde totum corpus perunges, præter manus & pedes. Vt febrem tollas. Nucleos tritos ex aqua calida dabis bibere. Itemque vt febres foras eijcias. Siliginem in aqua recentem macerabis, & teres in mortario cum tribus ouis duris, & panno inducto ad stomachum ligabis. Si quis uero febres patitur & fatigatur aut angustias patitur, dactilos quàm plurimos & adipem aut recentem aut uetustum in recẽti aqua macerabis, donec exalescat, deinde in mortario teres vt vnum corpus fiat, & panno induces quasi cataplasma, & stomacho impones nocte, sed prius dactilos tritos in careno aut sapa macerabis. Vt febrem tollas, & ut ex infirmitate pallidum ad bonum colorem perducas, ciuaria & lupinos dulces ieiuno in cibum dabis. Succum item calamenti & oleum rosatum æquis ponderibus cõmiscebis, & sic perunges. Itemq; herbam quæ vocatur canis lingua, mense Iunio tundes & vuam exprimes, succoq; eius ægrum perfundes.

Hemitritæo depellendo. *Cap. II.*

RAnulas paruas uirides capies, & aperto vẽtre uiuarum harundine intestina auferes ac proijcies, illas uero mittes in stagnatum nouum & frigis: quibus sublatis, mittes in oleum ceram & facies cerotum molle, & ab auribus vsque

vsq; ad pedis ungulas, triduo perunges, & non lauet, sanus erit: quia vulnera exeunt per corpus à quibus cito liberabitur. Potio ad hemitritæum, siue ad leuiscos. Croci denarios duos, nardi duos, absinthij pontici duos, ennlæ tres: quæ omnia cribrabis, & cum opus fuerit dabis cochlear dimidium in aqua calida. Potio. Recipe costi denarium dimidium, folij, denarium vnū & semis, spicænardi duos, croci tres, semperuiuæ cauliculum vnum, aut certe prout videris magnitudinem cauliculi dabis cū aqua calida. Herbam camomillam cum rosa sicca coques, & ipsam aquam cum colaueris mittes camomillinum oleum, & farinam lini seminis coques & vteris tepido, sed alij tantum de farina hordei & lini seminis & oleo camomillino faciunt, alij dactilo, camomillam & melilotum aqua infundunt & coquunt, in quam mittes farinam lini seminis & hordei, coquesque, & ita cataplasmabis, sed eum qui magnis laborat febribus. Trochiscus ad hęc & ad febricitantes, ut non sentiant: ad ardorem stomachi, ad febres, & ad solis ardorem nimium. Recipe succi glycyrrhizæ drach. sex, seminis cucumeris hortensis quatuor, draganti duas, quæ teres singillatim & permiscebis cum albo ouorum, & facies catapotia.

Febribus periodicis medendis. Cap. III.

IEcur delphini ante accessionem gustandum datur. In aselli piscis capite lapilli qui plena luna inuenti sunt, alligantur in linteolo. Vtile est inungi oleo & sale. Cancris fluuiatilibus tritis in oleo & aqua, ante accessionem perungi oportet. Oculus item lupi dexter salsus alligatur, ante meridiem quoque dantur heminæ tres potui, in quibus additæ sunt guttæ tres sanguinis ex vena asini quam in auricula habet. Recidiuas autem febres prohibet lacerta viridis uiua alligata in uascello quod eam capiat. Lyxoperita ambrosia ualde optima. Recipe lithargyrij lib. I. rodini. I. mellis. I. sed prius facies cerotum, postea mitthes lithargyriū, & feruefacies vt supra fortius, leuabisq; de foco & cum spatha agitabis donec refrigescat.

Quotidianæ curandæ. Cap. IIII.

DAbis bibere mentam tritam ex aquæ cyathis duobus, statimq; sanguis è naribus exit. Costum tritum & admixtum oleo ante accessionem perunctos à febribus liberat. Beta agrestis cum oleo rosato totum corpus perunges. Itemque rutæ succum cum uino bibat qui potest, quia uehementissimus est. Ad horrores. Bethonicæ denarios sex, aquæ calidæ cyathos duos ex vino austero sub accessione dabis bibere, & sudabit.

Tertianæ curandæ. Cap. V.

SVB accessione, pauca grana apij seminis cum aqua calida bibat. Itemque succum trifolij hora prima dabis bibendum ei qui patitur. Folia item de persico & modicum lasari teres, & dabis potionem. Rursumque ante accessionem tria grana coriandri deuoret. Mellicratum item frigidum bibat. Ante solis ortum spongiæ aphricanæ cinis ex oleo uel aceto fronti illinitur. Cancri fluuiatilis oculi eruti alligantur, & ipse cancer in aqua remittitur. Pulegij similiter ramus in lana inuolutus ante accessionem olfaciendus datur, aut stratis subditur. Vrticæ autumnalis radix alligatur. Is verò qui eam effodiet, debet nominare eum cui medetur, & quibus parentibus natus sit. Herba quæ in fluminibus aut riuis nascitur alligata in læuo brachio, quid sit nescienti, tertianas discutit. Legi autem debet ante solis ortum, sic ut eum qui colligit nemo uideat. Aranei tres cuilibet emplastro infricantur, idemq; emplastrum ut libet in aluta tanquam anacocolina imponitur. Ante accessionem quoque aquæ frigidæ decem vnc. bibuntur.

Quartanæ curandæ. Cap. VI.

VIni optimi Spateni uel pecinium, uel puto Hadriani Aphrive, seu burdi gallici pond. nouem pensabis, hinc quotidie in maiori calice potionem dabis uini calefacti ieiuno donec totum bibat, & sanus erit. Parum croci quātum tribus digitis leuatur teres, & ex aqua calida dabis sub hora accessionis iam suspecta. Communiter autem ad omnes typos facies pannum talem. Recipe axungiæ lib. vnā, picis vnam, absinthij tenelli unam, primumq; teres absinthium & dehinc picem: postea simul omnia in pila tundes in modum ceroti, & panno illita per totum pectus & stomachum ac ventrem pones, habendum iugiter quinque diebus ac noctibus. Cataplasma ad quartanas. Recipe farinæ baccarum lauri sextarium unum, fœnugræci unum, farinæ lupi unum, sapæ heminam unam, carycas numero triginta, oleum laurinum ad unguendum stomachum habebis, prius uero sacello de furfure per quatriduum fouebis, & sic cataplasmabis. Apocus thermanticus ad quartanas. Recipe terebinthinæ drach. sex, ceræ similiter, medullæ ceruinæ similiter, guttæ ammoniaci similiter, galbani similiter, aphronitri similiter, hysopi vnciam unam, piperis vnam, myrrhæ vnam, vini cyathos duos, mellis attici duos, olei veteris drach. septuaginta, irini sextarium vnum,

soluta

soluta uero resolues in olla, & sic mittes sicca, trita & cribrata, & sic omnibus permixtis uteris. Ad quartanas expertum. Recipe castorij sex, panacis regij sex, opij sex, iusquiami duas, mellis quantum sufficit, dabis ante horam dimidiam accessionis ad magnitudinem fabæ Aegyptiacæ cum uino mixtum. Caput claui quo aliquis in crucem fixus est alligatur pãno. Fimi bubuli cinis spargitur. Vrina pueri illiniuntur primi digiti in manibus & pedibus. Leporis cor alligatur, coagulum quoque eius bibitur ante accessionem. Leonis quoque in cibo datur. Viperæ etiam caput abscisum in linteolo alligatur. Muri uiuo rostellum primũ & auriculæ summæ præciduntur, & in roseo panno alligantur, & ipse mus viuus dimittitur. Ranæ in triuio decoquuntur cum oleo carnibusque earum proiectis & oleo utuntur ad vnctionem. Allij elixi caput vnum cum lasare tritum obulo in uino austero bibitur. Hirundinis item fimi drachma vna trita ex lactis caprini aut ouilli aut passi cyathis tribus ante accessionem propinatur. Rubetæ ranæ cor uel iecur alligatur in panno leucopeo. Semen anethi tribus digitis comprehensum & fœniculi tantundem, & aceti mulsi cyathus vnus potui datur. Panem & salem in linteo de lyco liget, & circa arborẽ licio alliget, & iuret per ter panem & salem: Crastino mihi hospites uenturi sunt, suscipite illos. hoc ter dicat.

F I N I S.

GARIOPONTI

DE FEBRIBVS

LIBER.

De febris definitione & generibus eius. Cap. I.

FEBRIS est calor innaturalis præter naturam cordis & arteriarum principaliter lędens operationem uirtutis. Tria autem sunt genera febriũ, unum in spiritibus, alterum in humoribus, tertium in solidis. In spiritibus uero ephemeræ dicuntur. Ex humoribus uero, ex phlegmate quidem intra uasa putrefacto, à calore præter naturam à corde procedente, amphemerina sinocha fit. Si uero extra uasa phlegma putrefiat, amphemerina intermittens. Ex rubea uero cholera putrefacta in uasis, fit tertiana indeficiens, quæ & causon & sinocha dicitur. Si uero extra uasa eadem cholera putrefiat, fit tertiana intermittens. Si uero melancholicus humor in uasis putrefiat, fit quartana sinocha. Si uero extra, fit quartana intermittens. Sanguis si putrefiat intra uasa, sinocham facit, quæ caret intermissione, eo quod humor maxime amicus naturæ periclitatur. Proportionaliter enim est in aliis tribus humoribus. Phlegma enim quod post sanguinem magis est amicus naturæ, si putrefiat amphemerina fit, quæ duodecim occupat horas, duodecim tantum intermittens. Quæ vero ex cholera rubea fit, quoniam humor iste minus est amicus naturæ, duabus prædictis, is putrefacto, tardius in tertia die fit passio. Nã quæ ex quarto humore, idest, melancholico fit, quoniam humor, iste est naturæ minus conueniens, putredine facta fit tardius, idest, quarta die passio accidit. Ephemeris vero quæ ex spiritibus præter naturam calefactis, id est, ex animali qui est in cerebro uitali, qui in corde est physico, qui in hepate, fit ex ira, aut ex timore, aut ex cupiditate aut aliquo huiusmodi. Et quia subtilis est materia quæ patitur, facilius ex solo lauacro soluitur. Tertiana uero, uel quartana, uel quotidiana, si putrefacta infra uasa, fit sinocha & causon continua, ut supradicitur. Quoniam et si ad tempus cessare uidetur, eo quod aliquantulum minus laborant patientes, tamen tunc patuntur etsi non adeo Frigus autem & rigor in febribus uidetur fieri humoris superfluitate, calorem naturalem superante & quasi extinguente. Qui dũ paulatim conualescit, ipsam superfluitatẽ succedit, & per singulas accessiones periodis eam ex parte consumit. Dum uero per interualla febris uidetur cessare, natura uires resumit ad inimicam superfluitatem rursus accendendam & siccandam, quod tandiu fit, donec eucrasia,

id est,

id eſt, bona temperantia reſtituatur. Sciendum uero quoniam ſicut ſol exortus primo mane facilius aerē calefacit propter ſubſtantiæ eius ſubtilitatem, quam aquam, aquam uero quā terram, ita calor prorumpens ex corde facilius calefacit ſpiritus, quam humores, humores quam ſolida. Febris uero quæ ex ſolidis fit præter naturam calefactis, hectica, id eſt, conſuetudinaria appellatur. Solida uero dicuntur carnes, pinguedo, venæ, arteriæ, nerui.

De diuerſitatibus febrium. Cap. II.

QVæ uero, uel quantæ ſunt febrium diuerſitates, maxime dieticos medicos conuenit noſſe, ne per ignorantiam non intelligendo contraria adhibeant, & periculum faciant mortis uicturo, aut macronoriam, id eſt, longam, & grauem ægritudinem de modica & leui faciāt. Debet etiam ſcire medicus quatuor eſſe tempora omnium cauſarum, maxime febrium, initium, augmentum, ſtatum, & declinationem, quod niſi optime intellexerit, grauiter lædit, neſciēdo quid in his temporibus debeat ægroto adhibere, uel auferre, in quo tempore curet, in quo potum vel eſcam det. In quo ab his abſtineat febrientem, aut quando æger dormire debeat, uel in quo uigilare, & in quo cubiculo iacere debeat. Nam lucidus nimis, & calidus locus relaxat corpus, frigidus & obſcurus conſtringit. Mediocriter ex his temperatus paragorizat, id eſt, mulcet, & oblectat, & temperat. Intelligere ergo manifeſtiſsime clinicus debet pulſum uenarum, & indicia urinæ prænoſcere: quam maxime enim in his duobus intelligitur genus febris, & origo cauſæ, & tēporum ratio, uitæ mortiſque profeſsio. Pulſus etiam oſtendit qua hora declinatio, & qualis fit. Hæc utique maxime duo ſigna conſiderando poteris manifeſtiſsime intelligere quæ ſit febrium ſpecies, an ephemerina ſit, id eſt, febris ſimplex, & non moleſta, an ſinochus, id eſt, ſpiſſa, uel acuta, & iugis, id eſt, ſine induciis, uel intermiſsione, vel ſine requie ulla, an ampherinus, an triteus, an hemitriteus, an quis hemitriteus ſit, an tetrarteus, an pentheus uel hexeus, uel hebdomeas, & harum quæ ſunt generales, & quæ ſunt ſpeciales, & quæ græcè genicæ, uel hydicæ, & quæ alithæ, & nothæ, id eſt, ueræ & non ueræ dicuntur. Quæ omnes febres quas ſupra memorauimus, aliquoties inuicem ſibi, uel alijs febribus geminantur, & duplices fiunt, & tūc maxime periculoſæ ſunt. Vt duo amphemerini, id eſt, duæ quotidianæ, aut duo tritei, id eſt, duæ tertianæ, aut duo tetrartei, id eſt, duæ quartanæ, aut cū amphemerino tetrarteus accidit, id eſt, cum quotidianæ quartana adiungitur, aut cum hemitriteo minori, uel medio maior adiungitur hemitriteus, ex quo difficile quis poterit euadere, aut cum motus amphemerinus, id eſt, non uera quotidiana mouetur, aut cum nothus triteus, uel tetrarteus, id eſt, cum non uera tertiana inuenitur, aut non uera quartana, ſed ſordida quæ & difficilis ad curandum.

De periodicis febribus. Cap. III.

PEriodicæ ſunt febres quotidianæ, diurnæ, nocturnæ, tertianæ, vel quartanæ. Diurna eſt quotidiana, quæ diem tenet totam, & noctem habet liberam. Nocturna eſt quæ noctem tenet totam, & diem habet liberam. Tertiana eſt quæ diem & noctem habet liberam, & die & nocte tenetur. Si quis duodecim horis febricit grauiter, & alijs horis 12. lytopericæ, id eſt, minutæ, febres eum retinent, & alijs 24. horis apyretos, id eſt, ſine febre habetur. Quartana eſt quæ poſt duos dies, diem noctemq; tenet, & ita declinat. Nam quotidianæ, tertianæ, & quartanæ poſſunt eſſe ſingulæ, & binæ, & ternæ, & quaternæ. Sed omnes in die & nocte, ſi duplex eſt, bis tangit. Si triplex eſt, ter, ſi quadruplex, quater. Quia omnes typici etiam quadruplicem unum morbū habere poſſunt. Sunt horum nothæ, id eſt, non ueræ, periodicæ febres. Periodicæ enim dicuntur quæ eo quod certo quodam ſtatuatque tempore, in circulo mouentur, uel tumeſcunt habentes certas cōmotiones in certis diebus, atq; declinationes.

De acutis febribus. Cap. IIII.

ACutæ uero ſunt febres ſinochus, & ſinoche, & cauſon, & tripartiteus, hemitriteus. Si nochus uero eſt continua febris ſine intermiſſione, aliquoties & cum augmento. Sinoche uero & cauſon ſemper modicam habent, & matutinam, non quidem plene mundam remiſſionem atque quietem. Quo quidem tempore debent refici qui patiuntur: hemitriteus uero eſt, mediam partem habēs declinationis tritei, unde ſi minor eſt hemitriteus mouetur horis 18. & quieſcit horis ſex. Si uero medius eſt hemitriteus mouetur horis 36. & quieſcit horis 12. Maior uero hemitriteus mouetur 66. & quieſcit horis 6. Nec tamen omnes cum quieſcunt ſine febre ſunt. Nam maxime maior hemitriteus proprie ſinocho ſimilis eſt. Nā ſunt hemitritei tres, medius, maior, minor, medius eſt, qui tertianæ coniungitur. Maior uero quartanæ, & minor quotidianæ. Vnde & acutæ febres dicuntur, eo quod magis ad mortem quā ad uitam properant. Vnde ualde opus eſt artifici has omnes diligenter curare. Nam maxime hemitritei diuina manu quam humana cu

rari

rari possunt quamuis & ipsis cura competens deesse non debet. Quibus hoc antidotum conficiendum est, quod aptum scimus hemitriteis uniuersis, & à Basilio medico probatum est ueraciter: Recip. costi, carpobalsami, celticæ, gariopholi. ana scrupul. 1. croci scrup. 2. nardostachij, melliloti ana. unc. 2. cassiæ folij, semperuiuæ foliorum ana. drach. 3. mellis lib. 1. aquæ lib. 1. & s. aut 2. his infusis dabis bibere ex quo fiunt duæ commotiones, aut mox ab initio permistis utrisque.

De febrium diuersitatibus. Cap. V.

MVlta sunt genera febrium quæ nascuntur in homine, id est, ex mutatione temporũ & ætatis, ex labore, & ex ebrietate, & amaritudine, & ex alijs multis cautis. Quarum nomina sunt quotidiana, tertiana, quartana, sinocha, causon. Hæ duæ ex abundantia sanguinis sunt, & cholerum. Sunt & aliæ febres minutæ, quæ uocantur ephemeræ, quas dicit Hippocrates simplices febres, eo quod non multo tempore nutriuntur: sed subito contingentes ex nimia uigilia, ex cogitatione, ex tristitia, ex ieiunio, ex mala uoluntate, ex timore, ex parabola, ex ebrietate, ex labore, ab æstu, à frigore, ab amaritudine, quam maxime in autumno tempore, non sunt longiores, in tertia uero die, aut in quarta dimittunt, si negligentia non fuerit. Febris quotidiana est quæ quotidie accidit. Fit autẽ ex phlegmate congregato in stomacho, ideoque quia phlegma frigidum est, & ipsa febris frigida succurrere ei debes calidis argumentis. Febris tertiana est, quæ à tertia in tertiam diem accidit. Nascitur uero ex cholera rubea. Quæ quia ipsa febris calida est & sicca, succurrere ei debes, frigidis & humidis argumẽtis. Febris quartana est, quæ a quarta in quartam diem accidit nascitur uero ex cholera nigra, ex sanguine uiscido, & calido, unde fit grauior ad curãdum, quia ex frigido humore melancholiæ & calido humore sanguinis creatur. Ideoque nimium calida, & & nimium frigida.

De curatione singularium febrium. Cap. VI.

DIcamus ergo medicinas earum generaliter, id est, tales medicinas quæ per singulas febres proficiant, & homines ad sanitatem perducant, sed quia contraria contrarijs curãtur, id est, frigida calidis, & calida frigidis: tamen interim dum febris non apparet qualis debeat esse, impendimus ipsas curationes febricitantibus, ut elementa eorum in melius temperemus. Hoc est si nimius calor fuerit, ad frigiditatem reuocemus: si nimium frigus, ad calorem retrahamus, hoc est, in primis diebus uel in prima hebdomada ponamus super stomachum eius cataplasma, habens lini semen, & hordeum, & fœnugræcum, absinthiũ anethum, apium, petroselinum, leuisticum, & lupinum. Hæc erunt in cataplasmate, feniculi semen cum aqua bulliat, quam bibat. Supradictis autem seminibus farina facta, mittis desuper oleum uel axungiam ueterem, & facto cataplasmate induc in linteolo, & calidum super stomachum impone, per dies plurimos, mutando omnibus diebus, & calefaciendo, postea facies ei unguentum quod dicitur marciaton, aut pentamiron, deinde dabis eis antidotum istud: quod Recip. piperis unc. 2. cymini unc. 5. mellis quod sufficit, fac electuarium, & dabis sero coclear 1. aut mane ieiuno. Si hæc diligenter feceris, auxiliante domino, subuenies contra omnes febres.

De natura febrium. Cap. VII.

FEbricula à feruore ueluti feruicula nuncupatur. Febricitantem uero apprehendimus tum tactui nostro occurrere, ueluti ex alto ascendentem feruorem plurimum, atque acriorem naturali sensferimus, qui lippothomiam, id est, defectum per totum corpus exhalantem irrigat. Mutatio enim pulsus, febriculæ signum confert. Sed secundum ueteres nõ: Hippocrates enim & Eugenius, & Phistonicus solum feruorem naturalem moderationẽ excedentem, signum febrium posuerunt. Sed & cęteri successores eorum de pulsus mutatione dispares in sententijs sunt. Alij enim contra naturam effectas mutationes sine externæ causæ aduentu, signum febrium uocauerunt: ut Acrisius. Alij crebritatem pulsus ultra naturam, ut Eleotates, Erisippus, & Sostratus. alij uehementiam & duritiam pulsus, ut quidam nouelli inuentores: ex quibus aliqui solius pulsus mutationes, & aliqui etiam non naturaliter calorem superuenientem, signa febriculæ posuerunt. Nos autem quoniam in infirmitate mutatur pulsus, aut causarũ irruẽtium euentu, aut suæ proprietate facilitatis, suas mutationes etiam propterea febrium passioni tribuimus. Nam naturalis feruoris superantia non solum ex febre, sed etiam sola uaporatione exercitationis, uel motu, uel acris cibi usu (alias esu) efficitur, ut per totum corpus ex alto atque acrior naturali, & plurimũ exhalans feruor, sentiatur, quod Græci apyretos uacant. Fiunt multæ febres ex cholerũ humore, quarum species sunt quatuor: Sinochus, amphemerina, triteus, & tetrarteus. Sinochus est continuus. Nascitur à plurima cholera, & acerrima, & dimissionem habet in exiguo

guo tempore. Corpus enim non refrigerat ullo tépore, sed inflámatur acerrime à multo calore cholerû. Amphemerina, id est, quotidiana, & ipsa à cholera nascitur, & transit celerius quam illa longissima sinocha, quoniam ex parua efficitur cholera, & habet requiem corpus. In sinocho autem febricitans non habet requiem ullo tempore. Tritea autem, hoc est, tertiana longissima ab amphemerina, ex cholera rubea & parua nascitur, & propterea multo tempore non retinet tritea. Tetartea autem, id est, quartana secundum istam rationem tardior est, à tritea, quia quantum habet cholericum, tantum à cæteris febribus distat, & propterea acredinem multam habet, quia uetusta est ex choleræ nigræ abundantia, propterea difficile curat à supradictis omnibus. Quomodo apprehendimus quatuor tempora febriculæ, id est, initium, augmentum, statum, & declinationem. Initium apprehendimus ex primo paruo motu feruoris in actiorem qualitatem transeuntis. Augmentum uero excremento qualitatis & quantitatis supradictæ significationis. Statum uero ex quantitatis. Declinationẽ ex diminutione, id est, nascitur, crescit, stat, & minuitur, i. senescit, quomodo & crescit, & scire nos conuenit species febrium, non amplius esse quam tres. Typicã quam quidem periodicam Græci uocant, hemitriteam, & sinocham. Typica est biformis, si bene tamen hoc nomen translatum est, quæ quotidie laxamentum, uel quotidianis, uel ternis diebus, uel quartanis facit, quas uulgus quotidianas, uel tertianas, uel quartanas uocat. Hemitritea est quæ duplum habet tertianæ. Sunt autem hemitritearum genera tria. Minimus, medius, & maximus. Minimus est qui post diem & noctem hypodexim, id est, relaxationem habet. Relaxatio est dum declinat febris, & laxamentum, aut puræ intermissionis, aut sordidæ facit, & rursus fit. Medius est, qui una tertia quaque die laxamentum quod supradiximus tribuit & adiunctionem facit. Maximus quamuis declinationem facit, ut cum febrierit triduo iuncto, & quarta die quasi quasdam inducias tribuat, tamen mox etiam acrius incalescit. Hoc genus morbi quoniam accidentia habet, graue & periculosum est. periculosior tamen omnibus sinocha febris est. quæ laxamenti nihil dat, aut ita dat ut modicum fiat, & uix possit intelligi. Semper enim assiduus est febrium color. Continuo ut incipit hæc febris, fit tremor corporũ, & ualidum frigus ut in typicis febribus. Solet autem in tritaicis apparere circulus ante oculos, inhorrescunt membra corporis, nondum plene oppressa frigore, ita tamen calescere incipiunt, quia in alto sunt posita, & per totum corpus uapor iugis fit. Post hoc cum cœperit declinare æstus, tunc intepescit calor, & naturalis paulatim temperatur, & corporis tactus blandior redditur. Item febris accidentia sunt, quæ Græci synthomata uocant, id est, aut capitis dolor, aut uentris, aut stomachi, aut uomitus, aut uentris nimia solutio, aut strictura nimia, aut uigilia iugis, aut somnitur bationes, & his similia. Ex quibus quanta sit uis febris cõtemplari potest. Sed iam de ipsarum febrium specie aliquanta dicta sunt, quo facilius cognoscas eas, quarum quasi contemplaria aliquanta ante oculos tuos sunt posita, & quæ reliqua sunt promemus. Quomodo apprehendimus febrium dimissiones; Limpidam ex tranquillitate, sordidam ex mitigatione. Quæ sunt febrium differentiæ? Sunt febres strictæ, solutæ, complexæ, celeres. Sunt & tardæ, id est, temporum differentias habentes, secundum solam solutionẽ febricula esse potest, cui nihil stricturæ admisceatur. Aliqui hanc fieri negant. Stricturam enim effectam febriculam dicunt. Nos autem manifeste hanc fieri probamus, cum plerosq; cardiacos nihil stricturæ patientes febrire ostendimus, atque hos solis constrictorijs releuamus. Quomodo complexam intelligis? Ex accessionibus & dimissionibus eiusdem febriculæ. Si enim sese cum cæteris in stricturam extulerit, aut tranquillauerit, eidẽ adscribenda erit passio, uel eius contrariæ, atque communis utriusque. Quomodo apprehendimus febricitantem in sudorem creticum aduenisse? Ex pulsu magno, celeri, totiusque corporis superficie uaporatione, cum pruritu cutis, & quodã tactu in similitudine rigoris per totũ corpus. De hinc ab ipsis poris ueluti humectatione, & laxatione tanquam mox ex lauacro uenientium. Aut sicut in continuationibus febrium frigus membra pertractans irruerit.

De typicis febribus. Cap. VIII.

Omnes typicæ febres siue strictæ sint, siue solutæ, siue permixtæ, quandiu sunt in frigore in principio non possunt dignosci ex uenarum pulsu, & ex compressione manus. Sed ex linteis calidis patientes cooperiantur donec rigores leniantur, at ubi cœperint incalescere, paulatim amouenda sunt operimenta, donec sudoris tempus adueniat. Sed tamẽ de typicis minus laborandum est, quarũ etiã natura adiutorium nobiscum facit. In hemitritaceis causa grauis est. In quibus & subtilitas ciborum & tempora cauenda sunt. In sinochis autem quoniam iugitas febrium est, minime latet quanta sit perturbatio, placet nobis ita ab eis uexatos primo mane curari, &

cibari

cibari & semper calidam potare. Neutrum tamen ante declinationem. Nam quicquid ante hoc tempus fuerit appositum, perturbatis corporibus in stomacho accescit, ac ꝓpter hoc infirmitatis fit nõ corporis cibus. Quibus staltiсum, ut est frigida unctio olei rosei atque calasticũ ut est olei uiridis, aut dulcis recentis, pro ut necessitas cõmunis iusserit, admouẽdũ est.

De cognoscendis febrium causis, Cap. IX.

SOllicite considerandum nunc, & etiã illud sciendũ est, quod sæpius diximus, mox a principio causas cognoscendas, & origines, & species, & genera ut sciamus quæ sunt generales, quæ speciales, & quæ ueræ, quæ non ueræ, & quæ typicæ, & quæ non typicæ, & quæ acutæ, & quæ prolixæ, & quæ simplices, & quæ duplices, sibi an alijs geminatæ, & harum quæque quomodo accedant, aut quomodo recedant, qualiter moueantur, aut qualiter declinent, etiam quibus horis diei, uel noctis, & quod horas paroxismus, id est, commotio teneat, quod ve anesis id est, declinatio, quidve significet, aut quo ægrum ducat. Quamuis ex his multa dicta sunt, considerandum est illud, uirtus ægrotantis, impetus ægritudinis, qualitas & quantitas, ex hoc enim uitæ mortisque iudicia cognosces. Maxime ex pulsu & consideratione urinæ genus febris considerare poteris, si fueris lectionis usu perdoctus assidue. Nec non & ex alijs signis quæ noster Hippocrates in prognosticis probat, & futura ante prædicit. Indicant enim tibi, & quasi tacita loquuntur. Hoc est ægrotantis color, oculi uultus, uox rauca, taciturnitas, habitudo corporis, quæ omnia diligenter consideranda sunt in ægroto, ut sciamus manifeste quid teneamus, uel quid fugere debeamus, ne forte hæc ignorantes aut ægrotos lædamus, aut nosmetipsos deludamus. Nec non illud moneo, ut consideres in omnibus ægritudinibus regionum qualitatem, locorumque positionem, aut aerum temperantiam, temporum rationem, ætatem & consuetudinem ægrotantis, naturam corporis, uirtutesque, uigorem animi, causas & origines. Item animi aut corporis uitio nata sit ægritudo an extrinsecus uenit ex cibo uel potu, an ex corrupto aere erit. Cum hæc considerata ratione & perpensata bene cognoueris, optime scies quid facere ad hæc conuenit. Nam si causam ignoras, quomodo curas? Si enim nescies an periculosa an sine periculo sit causa, quid nisi temere facis? Quicquid feceris nescis si sanas: an potius occidas. Vnde fit; ut si quis curatus à te euaserit æger, non tui muneris, sed fortunæ sit. Proinde doctorum est nosse, prouidere, & intelligere causas & quid ex his futurum est prędicere, & anticipare quæ periculosa sunt congruis beneficijs medicinæ, quamuis sæpe uincantur beneficia, etiam cum bene offerantur, quia mala fortiora sunt bonis, quia humorum impetus fortior est. Tunc maxime uincuntur beneficia à malo, cum non in tempore suo offeruntur, quia mala fortiora sunt bonis aut natura a malo fatigata beneficia non sentit. Aut quantitas boni maliúe ignoratur id est, quantum offerendum sit bonum iuxta modum mali. Vnde fit ut non omnibus possit mederi medicina nec semper auxiliari, quia rarorum est intelligere causarum qualitatem, id est quanta est nunc, & qualis & quanta futura sit causa, uel quo tempore factura sit statum, uel qualem habitura crisin, id est, digestionem uel iudicium. Nata enim causa mouetur, crescit, uenit ad statum, & stat pugnat physis cum causa, id est, natura resistit ægritudini, & spectatur quod uincat. Succurre medicina laboranti, naturæ fer opem uince ægritudinem, libera periclitantem. Vtique fit crisis tempore suo, hoc est necessario: cum fit quo ægero naturæ periclitanti obtuleris. Sic ergo subuenis medicina. Si uero auxilium medicinæ apte adhibueris naturam iuueris, & ex malo bonum faciens liberabis ægrotum. Aliter uero si feceris, & non in tempore competenti bene medeberis, hostis malus naturæ eris & bonum malum feceris, ægritudinem nutris, naturam deijcies, ægrum occides. Si in paroximo, uel in ipso statu causæ ignorando tempora ægrum facias potum, uel escam accipere, aut incongrua curatione & non licito tempore cures, natura duplici in bello erit, & laborans. Nec sufficit hostem pugnando uincere, dum festinatam escam importune sibi ingestam coquendo non ualet digerere. Vnde sunt omnia diligenter perspicienda, & præuisis & cognitis causis his, suis curis, suisque temporibus uniuersa esse curanda scito.

De cognitione creticorum dierum in febribus, Cap X.

SI uero creticum diem futurũ senseris, & præuideris fluxum sanguinis ex naribus, aut certe uomicam, uel urinę, vel uentris copiam aut sudoris manifestum remedium, ne solicitus aliquam adhibeas cũ hæc signa futura sunt curationem, quia nõ symptoma erit hoc, sed utile & salubre signum, & futuræ sanitatis indicium. Nam quoties natura corporis ad crisim se præparat, perturbat insolito more ægrotum & totum grauius fatigat corpus. Et cum ex naribus per fluxum sanguinis, & per uomitum futura est crisis, capitis antecedit dolor. Quę res multas hoc ignorantes perturbat & desperare facit, quia relaxatur & perturbatur corpus appro-

pinquante crisi, & ideo ante omnia diligenter cognoscendum est nobis quæ sit febris, uel cuius generis, cuiusque speciei, uel qualiscunque uirtutis, quotumque diem habet, & an sit calida satis, atque acuta, uel æstuosa, quia hæc talis febris amat crisin facere per meatum, id est, aut per fluxum de naribus, aut per uomicam, & uentris urinæque nimium obsequium & non diu permanere, aut certe per sudorem, sicut mollis febris, & sine impetu facere solet. Quæ etiam ægrotantibus diu apostema facit. Attendendum etiam si ipsa febris est sine periculo, & si bona crisis speratur, etiam in ægritudinibus periculosis uidendum est. Considerandum est & tempus totius ægritudinis & aduertendum ualde etiam quale principium sit, qualeque augmentum fecerit, & ex hoc statum & futuram declinationem tunc poteris intelligere, & prædicare salutis periculique imminentia. Nam in principio, aut in augmento si urinæ multæ fiant, uel uentris obsequia, uel nimius sputus, & uomica, aut fluxus narium, non bona speranda est crisis futura, neque sine periculo, qui ista signa si in tempore suo & in statu fiant, tunc prospera sunt, & utilia crisis indicia. Nam cum futura est crisis, subito ante diem quo fieri debet, uel ante noctem æger incipit se grauius habere, & uehementius angustias patitur, usque ad desperationem, & cum uideris fieri id, inquire quotum diem æger habet ex quo cœpit ægrotare, & inuenies creticum diem, sicut in alio loco tractauimus. Quia si septimus dies erit, nihil est uerendum. Si uero sextus, grauissime fatigat, frequenter etiam nec crisim, uel nō sine periculo facit. Si ergo ex hoc & reliquorū dierum contēplaberis naturam & signa quæ solent suo tēpore procedere, & futuram crisim nunciare, quæ si mox in principio ægritudinis fieri uideantur, non signa crisis, sed symptomata ægritudinis sunt, id est, capitis dolor, fluxus narium, uomicæ impetus, urinæ uentrisque nimietas, sudoris solutio, & alia quæque talia. Et ne terrearis si ante creticum diem æger dicat subito sibi collum, uel uerticem dolere, & præcordia tensiora, uel calidiora habere, & dispnia ei sit, id est, constrictio, & difficultas anhelitus, quasi constrictum & angustum habet thoracem, & si super his omnibus turbati subito pulsus cadit in paruitatem, nec ualde tamen imbecilles fiunt, crisim sperato ex his omnibus signis iam appropinquare, & magis iam adesse si ipsi pulsus erigantur altius, & uirtutem cito accipiant. Victricem enim naturam nunciant. Attende mox uultum ægri & si aliquam eius particulam uideris in uultu salientem, uel si pulsauerint uenæ temporum, aut genæ, aut oculi ruberint, magis manifestam futuram crisim scito, & si flent inuiti, aut eis nolentibus fluunt lachrymæ, aut si quasi circulos, uel si quid simile aliud ante oculos uersari sibi uiderint, & si manus ferunt digitosque ad nares frequenter fricantes uel scalpentes quasi pruriant eis, tunc iam non sperabis, sed mox fieri crisim uidebis fluendo de naribus sanguinem, quia solent frequenter hi tales alienari, & non sane loqui, & quasi excutere se & subleuare, ne terrearis, & ne metuas super hoc quia hæc talia signa sunt bilium ex inferioribus locis ad superiora repentium. Hoc quidem ad cognoscendam crisim sufficiat dixisse. Sed considerandum in his, atque animaduertendum, ut ætatem ægrotantis, & naturam corporis eius attendamus, in quo futura crisis speratur, & ipsam ægritudinem temporis aerisque rationem, quia si iuuenis erit qui ægrotat, & calidus natura, & abundans sanguinis, magis in his talibus per fluxum narium futuram crisim speramus. Inquirendum etiam ilico est, ut si sano atque ægro ipsi est consuetudo per nares fluere sanguinem, aut si tempus æstiuum est, uel aer calidus, & id considerandum quod manat, ex hoc fluxu sanguinis fieri crisim ægritudinis scito, & si ipsa ægritudo plectoris generis sit, & si solitæ purgationes restrictæ cessarunt, omnia (ut diximus) obseruando, & animaduertendo poteris prænoscere, & prædicere, & scire quæ vbi sint capienda, atque curanda, fugienda uel abneganda, atque frequenter sunt facienda.

De creticis diebus. Cap. XI.

Oportet etiam de creticis diebus non silere, quia hoc maxime memoriæ commendandum est, ut cognitis creticis diebus possis congrua beneficia offerre, quia si non suo tempore adiutoria adhibeantur, lædunt potius quàm iuuent. Vnde necesse est ualde creticorum dierum cognitionem optime nosse medicos, ad cognoscendam febrium rationem, & eius qui ægrotat an ad salutem, an ad periculum, ut possimus ex hoc dicere quod futurum est. Ideoque inquirendus primus dies est manifeste, quo cœpit quis ægrotare ita & si non iacuit in lectulo, sed ex quo sensit sibi ægritudinem fuisse exortam, ut certum numerum sciens medicus, uerum creticum sciat inuenire diem, siue arcium, siue quem diximus perysson. Quia hæ duæ species crisis, arcis, & perysson dicuntur. Nam arcij sunt pares numero dies, ut 2. 4. cæteri similiter pares dies ut sex, perysson uero impares, ut 1. 3. 5. 7. & cæteri impares dies eodem modo. Quia si hoc bene cognoueris, sicut in sequenti etiam manifestabo & ordinabo,

& si

& si qualitates creticorum dierum inueneris attendas,& scias qualiter futura sit crisis. Nam melior est ad crisim faciendam perysos numerus dierum, quam arcis. Amat enim sæpius arcis, id est, creticus superscriptus pari numero factus dierum recidiuare, atque commouere easdem ægritudines quod perysos facere non potest. Sciendum ergo est ante omnia commotionis infirmi primum manifestum diem ut diximus. Ex hoc enim, ut ueteres dixerunt, uisibiles, & cretici diei inuenies rationes, quæ faciant scire an bona sit futura, an mala crisis,& si in cretico die symptoma,id est, accidens natum fuerit, & ipsum præuideudum diligenter quale est, quia neque maius neque minus ægritudine esse debet, sed congruens ægritudinis generi, & quantitati, & qualitati, & uirtuti, & in ipso cretico die adueniente symptomate, si fit utiliter, & congrue, soluit ægritudinem. Nam si ante tempus creticum innatum fuerit, id est, sudor, & cætera quæque talia quæ crisim faciunt, iam non crisim, sed in macronoxiam significat pergere ægritudinem. Nam quodquod mediocriter in ipsis creticis diebus uersantur, nullo cretico symptomate præsente uel innato, hi difficile euadunt: ut Hipppocrates dicit: Illi uero qui non, creticis diebus cretica symptomata patiuntur uidentur ad horam esse liberati, sed postmodum recidiuant, & uix euadunt non sine periculo. Sed si in arcijs diebus paroxismos fieri uideas non bonum scito futurum, si in ipsis creticis diebus commoueantur, & multo peius si in his crisis fiat, uel symptomata aliqua importunius accedant. Quia ualde graue erit, ut ea quæ solent prodesse atque iuuare, & suo loco uel tempore uenire ad utilitatem ægri, si incongrue contingant, aut non suo tempore. Nam melius est si ante creticum diem nox, aut dies præcedens grauior fiat. Quod quidem ex urinis & pulsu poteris cognoscere, si diligenter attendas, & consideres, & alijs signis ab Hippocrate dictis in prognosticis. Ergo creticorum dierum (quos diximus) exordium facimus ab arcio. Arcij uero dies sunt in quibus periodicæ febres faciunt crisim in 4.& 6. 10. & 14. & 24. & 40. & 60. & octogesimo, & centesimo. Sed sciendum est ex his diebus qui bonam faciunt crisim aut malam. Vnde quartum diem firmum utilemque ad faciendam crisim & frequenter dicimus. Sextum uero rarum atque infirmum recidiuum, quia nec ualde congruus est ad faciendam crisim, & raro inuenitur in periodica ut uideatur creticus, quia neque ab Hippocrate est confirmatus præter in una tantum, id est, non febriente lyenterico. Similiter decimum diem Hippocrates omnium peritissimus in uno tantum inuenit creticum diem, & ideo etiam ipsum incertum obseruamus. Quartumdecimum diem firmum frequenter accepimus ad faciendam crisim. Vicesimum autem diem iuxta Hippocratem non arcium, sed perysson recepimus. Sexta tetrasesti, id est, quarta de sexto. Tertia enim hebdomada in hoc extat & transcendit, & ideo firmum congruumque obseruemus. Similiter etiam uicesimum quartum, & tricesimum quartum, & quadragesimum quartum, & sexagesimum, & octogesimum, & centesimum, firmos & creticos scito. Sunt etiam cretici dies, quos diximus peryssos, id est, septimus, aut nonus, aut undecimus, aut septimusdecimus, aut uicesimusprimus, aut uicesimusseptimus. Sed non tam creticus & firmus, ex his uicesimusprimus, quam cæteri. Amat enim recidiuare in 21.die facta crisis. In alijs firma causa & stabilis est & frequens, in illo tantum rara & instabilis. Typicarum febrium, id est, periodicarum expleuimus creticorum dierum rationem.

De creticis diebus acutarum febrium. Cap. XII.

NVnc de illis creticis diebus dicamus qui in acutis febribus attenduntur. Vnde oportet ex his creticis diebus, quos diximus arcios & peryssos præuidere, atque inuenire acutarum febrium manifestissimos dies creticos, & certos, & firmos, ut Hippocrates dixit ac docuit sic: Acutæ febres in 14. die faciunt crisim, non sic intelligendum scito, ut quidam putant in 14. die omnino acutas posse solui febres, sed in 14. die, qui usque in quadragesimum protenditur. Est enim uerus creticus dies in acutis febribus 3. & 4. & 7. & 9. & 11. & 14. & 17. & 20. & 24. & 27. & 30. & 34. & 37. & 40. Præter enim hos dies facta crisis in acutis febribus recidiuam pro certo significat ægritudinem, & non sine periculo. Si uero aliquis nos interroget, quomodo arcij & perysi dies posint esse cretici communiter? respondebimus sic: Arcios & peryssos dies communiter creticos esse in periodicis duntaxat febribus iuxta suam rationem ut supradiximus, peryssos autem proprie in acutis febribus tantum facit crisim, dicente Hippocrate: Febres acutæ quæ in arciis diebus faciunt crisim recidiuis uexabuntur febribus. Quæ uero in perysso, manent firmæ ad salutem. Sane ipse uoluit nos obseruare sic: Vicesimum creticum dixit esse diem, quia unus dies medius qui communiter crescit, ad perysson numerum magis pertinet, ut permaneat simul eius dogma. Et ideo relinquens septimum diem ab octauo rursus incipit numerare. Obseruauit autem maxime

Hippocrates ista duo in his symptomata, uicesimoprimo die fit firmisime crisis si fiat cum frigore, ut in alijs creticis diebus. Vicesimo autem die sola crisis facta cum frigore reciduam manifestissime significat febrem, & aliam sperandam crisim, talemq; finem quale residuæ principium uidimus. Hæc ergo est ratio atq; obseruatio de creticis diebus febrium, siue periodicarum, siue acutarum.

De distantia creticorum. Cap. XIII.

Qvanquam multa de creticis dixerimus diebus, tamen placuit exponere quid in utrisque dissimile sit. Nam cretici ueri sunt perysi dies, ubi iam adest, sine dubio febris solutio, cretici ueri non sunt arcii dies, ubi dubium aliquid speratur. Deinde & hoc prætermittendum non fuit in notitia humani corporis dicere quemadmodum dies cretici debeant computari, & ideo ordinandum credidi diligenter, ut in hoc numero horarum quidem accedentium, aut minuentium non fallaris, incerta ratione, quia dies unus cum nocte sua 24. horas habet. Vnde si unusquisque hora tertia utputa tangatur, uidetur ipsius diei tres horas perdidisse. Sed non pereunt, quia cum cœperis computare, largiris eis ex nocte horas tertia quibus per diem minus tactus est, ut possis 12. horis completis computare plenisime. Simili modo uersa uice si nocte sit computata, ut si quinta hora noctis tactus est quisquam, quinque etiam diei horas nocti largiaris. Ad hanc rationem omnium ægritudinum noctes & dies, ut non dierum magis numerum, aut noctium quam horarum secundum numerum constitutum computes, ut puta sicut in triduum unumquemque discuti posse monstrabimus, quia unus dies & nox 24. horas habet. Computa ergo ex hora qua cecidit in ægritudinem typum horarum 72. ut tridui compleas numerum pro dimisione horarum. Tunc enim cum bene computaueris, dies & horas discusionis poteris prænunciare. Similiter enim & si amplioris numeri dies cretici fiunt, computandi sunt ut superius demostrauimus. Supputare debemus ueram discusionem aut periculi horam, ut recidiuarum febrium posis rationes inuenire.

De febrium speciebus. Cap. XIIII.

Febrium igitur species discernere nemo potest, & usum ipsarum præuidere, quæ harum curabiles, & quæ incurabiles sint, uel quæ breui solui possunt, & sine periculo, & unde nascantur, & in quibus ætatibus, & in quo tempore sint, nisi fuerit intentus usu doctisimorum lectionibus. Ephemeras uero, id est, simplices febres scito nasci, aut ex calore aeris subito & spisso, & nimio, & inconsueto, aut ex frigore, aut ex mœrore, aut ex gaudio nimio, aut ex sollicitudine, aut ex cogitatione, uel timore, uel amore, aut dolore, aut ex iracundia, aut ex indigestione ciborum, uel ex nimietate uini seu potionis, uel uigilijs multis, ex labore ingenti, & insolito, aut ex nimio dolore cum sine uulnere aliquo fit, aut ex alia huiusmodi occasione fit. Hæ febres in omnibus ætatibus, & in omnibus temporibus fieri solent, quæ tamen ex proprijs signis discerni & cognosci possunt. Harum enim febrium pulsus simplices sunt, & non ualde inæquales, aut sordidi, aut difficiles, aut duri. Vrinæ etiam non longe à sanitate distantes, nec calor grauior, aut acer inuenitur, sicut in alijs febribus inuenitur. Post commotionem & impetus paroxismi primi, id est, primæ commotionis impetus in pulsu uenarum, & urinæ non sinceræ. In ephemeris uero febribus, id est, simplicibus nihil tale cessante paroxismo primo, id est, prima commotione inuenitur, sed omni impetu, sedato, cuncta profi- ciunt ad meliora. Plurimis etiam eorum quasi humor corporis calidus cum uapore, aliquibus sudor mox in principio utiliter apparet. Dolor etiam capitis si fuerit in principio mox cessat & omnino recedit ante diatritum primum, quod in alijs febribus non fit, & ipsius quidem qui febrit uirtus, & tolerantia, manifestat genus & indicium febris. In his etiam ualida, in alijs uero mox imbecilla inuenitur uirtus, & cum balneis lauamus ephemeros, nullus horror, uel frigus corporis in solio, uel in ipso balnei aere sentitur, ut in aliis febribus fieri solet. Sed si animi ægritudo febrem commouerit corporis, id est, tristitia, aut cupiditas, pulsus perlassus, & tenuis inuenitur, mox in principio, ut multis temporibus putes eum ægrotasse ex longinqua ægritudine. Vrina sicut in cæteris rubea est, sed in his rufior, & acrior, & modica, & non tam frequens sicut in cæteris, econtrario uero sitim patiuntur, qui ex commotione uel ira animi febriunt. Nam his qui ex tristitia ægrotant, uel cupiditate desiderij, exilitas corporis, & oculorum dimersio & pallor in facie euidentior apparet, hæc cogitatio diurna & sollicitudo continua facere solent, etiam uigiliæ cōtinuæ pati ista solent, sed uultus subtumidus in illis non est. Nam graues luminum palpebræ peruigilantibus inueniuntur, & quasi humidæ & uix oculos leuare possunt. Nam tristium & cogitantium sicca & mœsta cernuntur lumina. Concaui vero oculi commune prope omnium indi-

indicium eſt, id eſt, mœrentium, uigilantium, cogitantium, ſed non iracundiæ indicium: Nã huic nec pallor accidit, nec concaui efficiuntur. Sed calor ardentior & amplior de profundo pectoris exire modus procedere oſtenditur, & magnitudo, & immanitas pulſus, non minuitur, atque deſijdet, ſicut his qui ex triſtitijs uel uigilijs uel cogitationibus laborant. Ex hoc ergo indicio iratum uel indignatum ab his diſcernere poteris, & illos a ſe inuicem ex ſuis ſignis ut diximus. Qui vero ex labore aliquo fracti feſsiq; febriunt, cutis corporis eorum magis tenſior & ſiccior, quam in alijs ephemeris febribus inuenitur. Aliquibus autem perſeuerans ſiccitas vſque ad paragma, id eſt, vſq; ad ſtatum iam declinantis temporis. Fitque illis maxime ſiccitas qui plus quam fert phyſis laborando deficiunt & infinitum laborem ſudantes perfecerunt. Etenim in his pulſus minutior & laſsior inuenitur. In his autem qui minori labore laſſati febriunt vaſtior & maior eſt. Ita ergo & hos qui de maiori labore, & minori ægrotant, uiſu diſcernere poteris, utriuſq; urinæ croceæ vel rubeæ ſunt, ſed magis turbulentiores horum qui maioribus plus laboribus laſſati ſunt. At vero hi qui conſtrictione uel denſitate & tenſione cutis febriunt, ita habitudinẽ corporis ſui ſentiunt, qualiter illi qui aluminoſis lauerint ſe aquis, conſtricta exiccataq; cute conſtringi omne corpus ſentiunt, & quaſi contrahi. Hi ſoli ex omnibus febribus conſtructionis cauſa laborant. Hi ſtynoſin, id eſt, conſtrictionem patiuntur, quos quidem & viſu & tactu facile cognoſcimus, ſicuti & illos qui nimio labore ſiccitati ægrotant. Si in his feruẽtior motus caloris eſt, & primo ictu pulſus mitior ſentitur, acrior uero procedenti tempore fit, & difficiliora ventris atque vrinæ obſequia ſequuntur. Vrinæ non penitus rubeæ, nec habitudo corporis minuitur, neque oculi in his concaui ac ſicci videntur, ſed magis quibuſdam horum eminent foris, neque pulſus venarum in his minutus atque puſillus, ſicut in his qui mœroribus, uel curis aut ſolicitudine aliqua, aut vigilijs, aut laboribus, aut exercitatione nimia exagitati ægrotant. Illis vero qui ex cauſa inguinum laborant ephemeris, id eſt, ſimplicibus febribus, pulſus fit magnus & grandis ictu atque uelox & ſpiſſus, & calor vehementior & plurimus & poſt temporis ſtatum mox ex profundo emergit calor vel humor quidam ſudoris non multus, & calidus, & delectabilis, & vultus in his rubeus conſpicitur, & maiore habitudine, & vrina eorum ſubalbida. Sed magis commune eſt omnibus ephemeris febribus, id eſt, ſimplicibus æquales pulſus habere. In paucis autẽ harum febrium inueniuntur inæquales ſordentes vel aſperi, non in vno tactu ictum habentes. Talis itaq; eſt cognitio in ephemeris febribus, id eſt, ſimplicibus & diuerſitas generis harũ.

Cura.

Cura eorum facilis eſt ijs qui eas aduertunt & certiſsime intelligere poſſunt. Nam qui eas pro certo cognoſcere non poſſunt, difficiliores & periculoſæ efficiuntur, ſi ab ignorantibus curantur quia grauiores omnibus fiunt, & in maronoxiam veniunt. Vnde conſideratis & illis duntaxat ſignis, quæ in cunctis febribus, id eſt, habitudo corporis, color, oculus, vultus, mens, animus, anhelitus, aſpiratio, loquela, lingua, manus, aures, frons, cutis, ſchema iacentis, motus iactatio vel quies & ſilentium, patientia languentis, obſequia ventris atque veſicæ facilia, & difficilia, & ipſa vniuſcuiuſque phyſis, id eſt, domina corporis natura, ſi calida vel frigida, ſicca vel humida ſit, & in quibus maxime delectabatur rebus in ſanitate, ſic facilius curabitur, contraria contrarijs curantur. Nam ſi ex calore nimio feruentis aeris (vt diximus) natam febrẽ intellexeris, frigidis medeberis beneficijs. Si vero ex frigore, calidis, ſi ex ſollicitudine & cogitatione, ſecuritate & conſolatione verborum conſolaberis, & amputabis. Si vero ex furore, vel ira, blandis & mollibus affatibus placabis. Si ex amore, aut ex concupiſcentia, promiſsione ſedabis. Si ex mœrore, gaudia vincẽt. Sicut ea mœror exuperat, & famem eſca & ſitim potus & laborem requies, & indigeſtionem abſtinentia, concupiſcentiam virtus ſapientiæ ſedat. Ergo poſtquam cognoueris ephemeras febres non expectabis vt in cęteris febribus diatritum primum, vel ſecundum vel triduum ad cognitionem febrium, ſed mox ſecurus lauacro balnei & cibo reficis, quia in his febribus ęgrotantes ſi abſtineant à lauacro vel cibo, peiorãt. Eſt enim in his tantum febribus vſus balneorum vtilis, alijs vero contrarius, & inimicus, præter tertianas. Sed quia alijs horum qui ephemera ægrotant, diutius in aere balnei morari conuenit quam in ſolio, alijs magis in ſolio quã in aere, diſcernenda eſt inter hos ratio diligenter, ne forte, quia (vt diximus) vtiliter omnibus his ad recuperandam ſanitatem vſum balnei conuenire, non intuendo quibus & qualiter ſit adhibendum, hoc ipſum incongrue adhibendo, noceamus. Non enim leuis res eſt, aut ſine periculo febrientem vti balneo, & hoc ad haberi mox in principio, ſane cum non manifeſte cognoueris genus febrium. Illis itaq; qui ex inguinum indignatione febriunt ſine vulnere, nec non etiam illis qui conſtrictione & cutis duritia laborare uidentur, diutius in aere balnei quam in ſolio eſſe conuenit. Cæteros uero omnes memoratos in ſolio magis quam in aere quam diu uoluerint uel potuerint continebis, etiam ſi natare in ipſa aqua uoluerint,

dabis poteſtatem, imò ut reficiant hortaberis. Quos omnes ingredientes tepido & plurimo oleo mollibus & planis manibus ſufficienter perunges. Plurimum eos qui ex labore aliquo febriunt, & eos qui ex conſtrictione, uel duritia cutis, & eos qui ex inguinum indignatione febriunt debere ſæpius eos & diutius lauacro uti, & maxime ſcito cibo refici plurimo & frequenti, qui digeſtioni ſufficiat. Eos qui ex labore aliquo febriunt, etiam uino reficies ſufficienti. Non tamen illos utile eſt ita cibari ut iſtos qui ex conſtrictione cutis uel inguinum indignatione febriunt. Sed utriuſque his ſubtilis & pertenuis conuenit adeſcatio, & refectio ciborum, abſtinendos à uino autem maxime illos ſcito, qui ex indignatione inguinum febriũt tandiu quandiu inguinum indignatio ſedetur. Attendenda uero in his eſt vt in cæteris omnibus uirtus animi eius & ætas & habitudo corporis, etiam febrium genus & ſpecies & phyſis eius qui ægrotat & conſuetudo, & tempus & regio, & ſitus locorum, & cætera quæque talia. Horum uero qui ex conſtrictione febricitant, illos quidem qui leuius & minus patiunttur nimimeq́ue plectorici ſunt, ſcio non penitus prohibendos eſſe à uino. Qui autem amplius id patiuntur, & manifeſte plectorici ſunt, omnino abſtinendos eſſe à uino. Eos uero qui inſomni ętate & uigilia, uel etiam animi cauſa uel paſſione febriunt, cum laueris, humidis & ſuccoſis cibis refice non duris & corporatis, uel digeſtioni contrariis, uinum tenue & album, & maxime illis qui non dormiunt indubitanter dabis, ſi tamẽ capitis non patiuntur dolorem, uel temporum pulſus nõ erit, quod quidem in alijs omnibus cenſeo obſeruandum. Sed neque eos qui ex ira, uel furore, uel ex ſolicitudine, aut nimia cogitatione febriunt, à uino abſtinendos ſcito. Sed & ilios qui ex furore aliquo ægrotant, tam diu à uino abſtinendos eſſe noueris quàm diu penitus furor ſedetur. Si uero ex uulnere aliquo, uel puſtula calidus feruor inguinũ indignatione commouerit, & ex hoc cauſa fuerit orta, ſanato prius uulnera uel puſtulã mox etiam febris calorq́ue ſedabitur. Sic ergo origines cauſarum cognitas amputaueris, nec cauſam amplius inuenies quæ opprimat hominẽ, ſed maxime ad priſtinam redibit ſanitatem. Tu ergo ſi ſapientia præuidere, atq; mente cognoſcere ſategeris, omnia manifeſto conſilio undiq; quæ facta ſunt, & quæ futura ſint, & quæ ſint, id eſt, præterita, præſentia & futura cognoſces. Hæc cum præuideris, ſcies quæ fugienda ſunt, & quæ amplectenda ſunt, nec cauſam ignorare poteris, nec incongrue curando in peius protrahere ægrotantem ut multi faciunt indocti, cauſarum originem ignorando.

De acutis febribus, uel ſinochis. Cap. XV.

Nunc uero incipiamus dicere de acutis febribus, & periculoſis ſinochis, id eſt, quæ non faciunt aneſim, id eſt, declinationem induciarũ, ſed in uno eodemq́ue motu perſeuerant, aut in peius creſcendo non deſinunt ante creticum diem, id eſt, ante tres, aut 4. aut 5. aut 7. aut 9. aut 11. aut 14. aut ſatis 17. quia difficile eſt, ut ad 19. aut ad 20. diem peruenientes iſti criſim non faciant, aut uitæ, aut mortis. Aut enim in iſtis taliter febrientibus, aut uincit, aut uincitur pugnando phyſis, & maxime in iſtis febribus ſinochis, id eſt, tam acutis & aſperis artifices medici probantur, peritus autem medicus congruis medicinæ armatus beneficiis ſuccurrat, & auxilietur antequam labatur & vincatur perpetuis febribus repugnando natura. Sinochum ergo ſic cognoſces, primum quidem in 24. horis diei & noctis non facit aneſim, id eſt, non declinat, nec deſinit, ſed in eodem motu permanet, aut magis acrior inuenitur, & ſi inæqualem, aut turbulentum fecerit augmentum, ſcito longinquiorem eſſe futuram febrem, & non ſine periculo.

Cura.

Sinochis autem medeberis ſic: Eſt præuidendum augmentum, & ſtatus febris ipſius non longe à 7. die, ſed circa ipſum nec tardiorem futurum. Et ſi uirtutem ęgrotantium uideris ualidam atque ſufficientem contra vigorem ualetudinis ad ſtatum, nec non etiam ætatem idoneam, quæ poſsit ſufferre impetum huius febris & uehementiam, hos tenui atq; exili dięta mox à principio curandos obſeruandosq́ue ſcito. Illos uero quibus longinquior à 7. die ſtatus, id eſt, poſt febres futurus, & uirtutes minus ſufficientes erunt, mox à principio ægritudinis uſque quo ſtatum febris incipiat facere, largiori eos & impenſiori dięta curandos obſeruabis. Prope autem ipſum tempus quo ſtatum futurum febris uideris, abſtineto à cibo, & parciori atq; tenui dieta hos curabis. Iam itaq; in ipſo ſtatu poſitos magis abſtinere per paruam atque exilem, & permodicam ualde diętam offerendo iuuabis. Deinde tranſacto iam ſtatu, & fracto uigore febris, reficies atque reſumes ægrum paulatim addendo impenſiorem dietam & longiorem. Sed quoniam aneſim, id eſt, requiem hoc genus febris non habet, ideo tempus reficiendi eos optimum eligimus horã prandij, qua ſani ſoliti ſunt capere eſcam. Quã uis ante lucanum, id eſt, ante matutinum aliqui elegerunt tẽpus. Sanguinis in his detractio fit pro magnitudine febris, & maxime illis conuenit qui rubore ſanguineo plus naturali & ſolito rubent, & quaſi ſuffectum ſanguinem, id eſt, plenum & tenſum corpus habere uidentur, uel etiã

uenas

uenas impletas & tenfas. His profecto talibus auferendus eft fanguis, fi neque uirtus, neque ætas, neque alia (ut fupra diximus) caufa prohibeat. Et quia liquidæ atque fluentes dietæ omnibus acutis febribus cõgruunt, & remedio funt, recte ab Hippocrate olim dictum fcimus, fuccum ptifanæ bene coctum illis quibus non acetat in ftomacho, aut choleram generat, uel faftidium facit, offerimus & fuccũ alicæ fimili modo, & panem optime coctum per tenuem ex aqua calidifsima damus, & alia quæque talia quæ funt facile digerenda, & non contraria laboranti naturæ. Illos uero qui caufon, id eft, nimio igne laborant, & acerrimo igne iactantur, quibus os ficcum, & lingua arida & afpera eft, oculi igne pleni, & quafi ardentes fentiuntur, mox ut primum uideris figna digeftionis, ideft, ftatum temporis, uel uigoris, frigidam aquam da bibendum fecurus, & modum bibendi æftimabis, & metieris, confiderans tempus, ætatem, naturam, confuetudinem. Talis itaque fit cura finochorum uel caufon, id eft, acutifsimarum febriũ, eis quæ fine fymptomate, id eft, fine accidentiis febrium extrinfecus fclicet capitis, uel ftomachi dolore, uigiliis, fingultatione, & alijs quoque talibus.

De tribus fpeciebus finochi. Cap. XVI.

TRes funt finochorum fpecies. Homothenus, agmafticus, epagmafticus. Quarum ab homotheno exordium facimus, qui omnium periculofior eft & maior. Cui quidem nifi fuerit cito arte fuccurfum, fiunt grauiores febres, & fordidi pulfus, & geminata ægritudo, quam fic cognofces. In initio huius febris fpifsi pulfus, grauiores & fordidi inueniuntur, lingua ficcior, fitis acerrima, lipothomia non deeft, id eft, malefactio & animi anguftia. Cui quidem declinatio nulla poterit inueniri ufque in 5. uel 7. diem quem in uno diatrito poteris recognofcere. Cumque recognoueris auxilio falutari fuccurrere, ficut in fequenti diligenter eft ordinatum.

De Homotheni cura. Cap. XVII.

PRima die ufque in tertiam cum homotheni figna intellexeris, id eft, ut nullam habeat declinationem intra 4. diem, id eft, in primo, aut 2. aut in 3. phlebotomandus eft, fi uel eius ætas, uel fortitudo permiferit. Si autem ætate breuior, aut fenior fit, aut ex ipfa febre exagitatus defectior inuenitur, phlebotomum non adhibebis. Quorum ætates & caufas in phlebotomo noffe conuenit, ut à 18. anno, uel 20. ufque 40. fi talis ætas fuerit reperta, phlebotomandi funt. Si uero plenioris fuerit corporis, uel fanguinis abundantiam dum fanus fuerit habuiffe cognoueris, aut genere fuo habuit qui fanguine abundauerit etiam a 16. anno ufque in 45. annum eos poteris phlebotomare. Cui fi phlebotomo adhibito, declinationes fuerint, nihil adhibebis. Si uero declinatio nõ erit, poft triduum explicito phlebotomo 4. die talia adiutoria adhibebis, fi tamen fortis fuerit. Nam & ad balneum deducendus eft æger, cui folium parans cum abundantifsimo oleo, ut embrocas facias, quod folium tepidifsimum effe debet. Aer quoque fimiliter procurandus eft, quem cum ibi miferis ufque ad guttur defcendat, & tandiu manibus totum corpus fouere debes, quam diu ipfe poterit ferre. Quem cum eieceris de balneo, diligentius inuoluis, ne frigus fentiat. Quod fi fortior non fuerit, ut balneorum ufus fuftinere pofsit fimili modo ficut in balneo demõftrauimus, in cubiculo calido uirgis adhibitis, uel ex tegmine in lecto laxius conftricto uelut balneum facis, & ibi eum ex eadẽ embroca diutifsime foues, quandiu tolerare potuerit, & cum foueris diligentius cum fabanis calidis extergis, ut frigus non fentiat, quem cũ reficere delectauerit, reficiet ouis forbilibus, & fuccis ptifanæ, uel lactucis elixis fic folutis, fine aliquo condimento, uel miftura, quæ in uifcellis (alias iufcellis) funt, qui & fi hoc minime fenferit, & febris grauior fuerit, uel nulla declinatio & fi in fitim exarferit, uel fi recentem defiderauerit, primo ei negando cupiditatem bibendi incita, deinde aliquoties promitte, ut fpe promifsionis exardefcat. Quæ tandiu differt, quandiu eum fenferis nimia fiti perurgeri, uel bibendi habere ardorem. Tunc ei uas magnum & lucidum, in quo aquæ fplendor appareat, plenum recenti lympha offeres in tanta capacitate, ut qualifcunque fuerit fitis maxima febrientis fatiari pofsit. Sed aqua fontanea eligenda eft, & leuior, & in die cretico danda. Hos autem fcias ex tantis etiam adiutoriis neceffariis ad crifim effe uenturos, id eft, difcufsionem uel falutem percipiendam.

De cognitione agmaftici. Cap. XVIII.

AGmafticum, id eft, fecundum finochum ita cognofcis. Ab initio grauioribus agitatur febribus cui quidem per fingulos dies, uel etiam horas augmenta concrefcunt, hunc etiam intra diem tertium quam caufam habeat cognofcere te conuenit. Si enim ad primum diatritum uenerit iam eo reperies febres, & figna certifsima, quæ quidem figna habent hæc: Cutis eorum afpera eft, & afperior inuenitur, & urinã rufam habent, quibus etiam uenter per fingulos dies conftringitur, eft illis pulfus ingens & fpiffus, fine intermifsione fordidus. Et quod

grauius

grauius est per singulos dies, uel etiam horas augmentantur, quibus nec status, nec declinatio, sed tantummodo augmenta inueniuntur. Sudor nullus, qui nisi 7. die discusserit, aut nō euadet aut difficilem uitam percipiet.

Cura.

Hi maxime phlebotomo curādi sunt, quos cum in diatritum recognoueris, adhibebis eis clystere austere, ut squibalas relaxare possint, quod conficis sic: Mittis oleum & aquam, in qua elixata est bleta, aut aquam de qua coctū est furfur triticeum & siliqua, aut lixiuium, aut aquam simplicem, cui admisces mellis coclear. 4. & aphronitri coclear. 4. & nitri semiunciam, & salis triti coclear 1. & ex tepido clysterizas. Et postquam fuerint squibalæ relaxatę, tempera aquam cum hydroleon calidissimo quod tolerare possint, & diligentius uapora. Vbi intingens plagellas duas sic humidas ad stomachum impones, unam leuādo, alteram ponendo, & subinde oleum calidum, aut aquam calidam mitte, & diutius uapores, & tandiu uapora, donec ei humidam linguam inueneris, aut frontem humectari. Quibus etiā potiones simplices dabis tales. Seminis apij triti coclear 2. liga in linteolo mundo, & in aqua coques, & ex ea aqua quando potum desiderauerint dabis. Catharticum etiam molle quod choleram rubeam deponat, dabis: Recip. mastiches unc. 3. cymini assi coclearia 2. piperis grana 20. diagridij in pane cocti, scrup. 1. & cum melle uelut electuarium tempera, exinde temperatum dabis coclear 1. Quibus etiam omnibus noctibus caput fomentandū de aqua papaueris agrestis, uel hortiui uiridis, siue aridi decocti, siue cum semine, uel sine semine eius, cum caput fomentaueris obuoluendum est linteamine calido, ne infrigidet.

De epagmastici cognitione. Cap. XIX.

Epagmasticus agnoscitur sic: Ab initio grauioribus febribus pulsatur, in tantum ut quisquis eum uiderit medicus, uehementer de eius uita desperet. Secunda uero die, uel tertia declinatio inuenitur, cui etiam signa propemodū discussionis futuræ inueniūtur. Aut sudor emittitur, aut sanguis de naribus fluit. Nam prima die sitim patiuntur, secunda uel tertia sitis ipsa refrigerabitur, & post minutior inuenitur. Qui si signum discussionis in tertium diem non habuerint, securus esto 5. uel 7. die crisim habituros. Quos cum diligenter cognoueris, sine aliquo auxilio medicinæ sanitatem promittas. Istis enim nihil adhibetur, quoniam adhibita talibus medela ægrotantibus contraria est.

Cura.

Oleum roseum frigidum tantummodo capiti imponatur. Quibus etiam esca uetanda nō est. Nam indeclinatione etiam uinum leue & aquatissimum dandum est. Quibus si aliquid adhibueris, adiutorium aut escam negaueris, facis sinochum homothenum.

De distantia inter sinochum & sinochen. Cap. XX.

DVo sunt sinochus, & sinoche. Inter sinochen, & sinochum quanquam sit apertissima similitudo, tamen inter eos ita separatur atq; disiungitur intellectus. Nam sinochus non habet anesim, sed magis augmentatur. Sinoche uero dum simili ægritudine retineat caput tantum, tamen horarum, sed non plene mundarum remissionem. Nam sinochus ex sanguine & felle rufo commixtis nascitur. Sinoche uero ex fellis rufi abundantia concreatur.

De cognitione febris quæ dicitur causon. Cap. XXI.

SInoche uero simili modo ut sinochus, aut causon curari debent, maxime phlebotomo, si tamen ætas, aut tempus, aut fortitudo permiserit, aut si nihil aliud è contrario occurrens prohibeat. Et si tempus & ratio in omnibus istis phlebotomiam adhiberi prohibeat, tamen pro causa faciendum est ei cubiculum temperatū, si ætas, aut fortitudo permittat, ita ut medietas sanguinis deducatur, quam postulat causa, ut causæ sanguinem deducendo subuenias, & temporibus dū nō satis deducitur, seruias. Quanquam hæc causa sinochis, neque in senibus, neque in pueris uenire poterit. Memineris aut in ipso impetu febris intra tertium diem, aut quartum phlebotomum adhiberi, quia si cœperit cū causa fatigare, non poterit adhiberi phlebotomus, ne sit contrarium. Sed si phlebotomus pro certa ratione non poterit adhiberi, dimittenda est physis cum causa pugnare, aut certe sinochorum cura adhiberi debet. Etenim sinochus, aut causon, & sinoche quamuis habeant dissimilitudinem, tamen simili modo curantur.

De eadem passione. Cap. XXII.

CAuson febris est denuntiata ab Hippocrate, ut in acutis febribus fiat, & in prolixioribus quartanis. Nascitur autem ex cholera nimium sicca circa subtiliores uenas, quę in hepate sunt.

Cura.

Mederi debet phlebotomo in principio curationis, & frigida potatio & frigida adiutoria in his necessaria sunt adhibenda. Viscera autem oleo & aqua calida & unctionibus quæ humectare & refrigerare possunt, restaura. Frigidæ similiter infusiones capiti sunt applicandæ. Item febris quæ dicitur causon, his signis cogno-

cognoſcitur quando fiunt: Sitis eſt grandis, & inſomnietas, & alienatio proſequitur, & ſurdi fiunt, uel muti, tamen hæc alia ſigna habet, triduo antequam febris fiat, dolor capitis ſentitur & in bucino aurium ipſe dolor cum forti ictu & tremore configitur, deinde proſequitur febris cum ſupradictis ſignis. Item cura ſit ut euacuetur cholericus humor, & extinguatur, & diſſoluatur. Euacuetur autem per ſudorem, aut per uomitum, aut per uentris ſolutionem. Certiſsime autem extinguitur ſi bibant aquam multam, & nimis frigidam. Etiam hidroleon bibant aut lauacrum intrent ut ſudēt ſed non deſcendant, nec diutius morentur. De eſcis uero nihil aliud niſi ptiſanam māducent, & abſtineant ſe à uino.

De cardiacis quos diaphoreticos dicunt. Cap. XXIII.

VEteres hāc paſsionem præcipuam dixerūt. Indeque eam cardiacam dixerunt. Nam græci cardiam dicunt cor. Verum ipſa indicat res nihil aliud eſſe, quam febrem acutam cum nimio ſudoris fluxu per totum corpus manantis, cum paruo pulſu uenarum, quæ ſigna produnt cardiacos. Hæc paſsio plerunque æſtatis tempore facile lædit. Aduenit autem in calidiora tempora, uel corpora, & iuuenes boni corporis, habitudinis, & ætatis. Præcipue hos lædunt lauacra poſt cibum, poſt cœnam uomitus, frequenter corpus in ſudorem uertunt cum animi defectione. Ex hac ualetudine fiunt cardiaci 5. uel 7. dies incumbentibus febribus, & urentibus uelut flamma ignis. Vt autem cœperint eſſe cardiaci, refrigerant eis ſummitates manuum atque plantarum, plerunque vſque ad cubitum, uel genua, ſiue etiam totum corpus. Venæ pulſus eſt velox, & veluti eleuatus, paruus, rarus, inanis. At vbi cœperit creſcere paſſio, vibrans eſt pulſus, atque rarus cum tremore, & formicatione, incognitus atque ſe ſubducens. Sequitur eos defectio animi, & ſubductio & nunquam dormiunt. Quibuſdam eorū ſudor nimius, & per totum corpus ſe diffundit, multum pinguis, & glutinoſus, quem græci glityon dicunt. Atque ſi eum teneat, vix producitur. Poſt hæc grauitudo corporis, & virium, & ſenſus, & tremor, & debilitas, facies pallida, concaui oculi eos ſubſequuntur, ſuræ illis grauantur, ubi definit acceſsio, lingua liuida inuenitur. Si quando per epiplocem laborant, uel eis ipſa paſsio dominatur, tincta eſt lingua eis, tunc frigida deſiderant. At vbi cœperint paſſione vrgeri, tunc viſus hebetatur, liueſcunt eis manuum ſummitates, plantæq; gibberoſæ fiūt, & ungues, & non in uno loco iacent, ſed cum palpitatione huc atque illuc. Primum quidem pulſus eſt denſior, poſtea uero defectior. Cutis eorum corrugatur plerunq; in modum vuæ paſſæ. Accidentibus illis ventris ſolutionibus, malum ſignum eſt & aliquando plorant nulla precedente cauſa. Ob quām cauſam oculorum pituitatem gignunt. Apparet in eorum ocūlis ſignum, quod onichior appellatur. Item auidè conantur ſæpe cibos ſumere, tamen eſcam deuoratam non digerunt. Subinde cibis delectantur. Hæc autem omnia ſigna ſunt mortuorum. Aliquando faſtidium patiuntur. Aliquoties per inſaniam labia & linguam ſubmordent putantes eſcam mordere, tunc nec potum, nec varios cibos dare debemus. Item malum ſignum cum poſt acceptum cibum & vinum, cum moleſtia, atque febre, & cum laſsitudine corpus ſoluitur. Oculi rubeſcunt, lingua fit ſicca, & aſpera, præcordiorum ſudor agitur, plerunque autem & ſine ſudore diſſoluuntur. Vt autem ad melius cœperint venire, pulſus venæ appareſcit. Aliquando enim auidi ſumunt cibum, & dormiunt, velut quandam laſsitudinem patiuntur. Fuit autem diſſentio inter medicos, quæ pars corporis maxime in eis laboraret. Et nobis placet totum corpus in paſsione expeditius implicatum eſſe, quam ſcrupuloſe quærere utrum cor in cauſa ſit, an membranam quod cor tegit, aut ſtomachus, aut pulmo, vel iecur. Nō enim hæc particulariter paſsio curatur, ſed toti corpori medicatur. Quomodo diſcernitur ſudor ille qui febrium ſolutionem ſignificat, ab eo qui inuadit cardiacos? Iſtorum ſudor ſatis erit calidus, in cardiacis autem ſudor eſt frigidus, & pro amplitudine eius paſsionis, & pariitate naturæ paruus pulſus, atque obſcurior, & denſior eſt. Thorax eis grauatur, frequenter inſpirant, neque eſt animus. Sunt autem ex his quibus omnia uiſcera ſudant calidum. pulſusq; æqualis eſt, atque in ſuma cute, venæ inſpirāt. bono animo ſunt, atque releuationem corporis ſentiunt. Quomodo ſeparamus paſsionem cardiacorum à paſsione ſtomachi? Si ſtomachus in feruore fuerit, ſequitur debilitatio, anguſtia, compunctio, ac dolor, & quædam duritia in præcordijs inuenitur, vel in dorſo, ita vt in preſſura ſint poſt cibum. Quod ſi imbecilitas aſtiterit ſtomacho multum expuunt; & os humidum habent ſtomachi, nauſeam patiuntur, humores reijciunt, nonnunquam & cibum ſumptum, manus infrigidantur vel pedes, & plerunque recaleſcunt. Cardiaci vero multum ſudorem ſentient, neque grauantur poſt cibum, neque reijciunt, rigorem ſummitatum manuum atque plantarum æqualem habent, ſudorque eis plerunque craſſus adeſt, mali odoris. Eis autem qui preſſura ſtomachi ſudant, tenuis ſudor oboritur, ſemper fit autem ſubductio animi, uel ſtomachi cum incipiat acceſsio

fieri.

fieri. Eſt autem cardiaca paſsio defluxa, atq; acuta, & ualida eo quod ſtrictura quædam his non deſit, & extenſio præcordiorum & quibus eſt impetus.

Cura.

Hos autem curare oportet cum magna diſcretione, tamen genus curæ quod adhibemus ſic operemur ut his adiutorijs utamur quæ expediunt. Multi autores dicunt eos incurabiles eſſe, ſed tamen aliquando curantur ſic: Iacere debent loco refrigerato, & umbroſo non ſatis lucido ut conſtringantur. Tunc & flabella apponarur, & aqua ſubinde aſpergatur, & odores boni ad nares adhibeantur, & folia uitis, mirtæ, quercus, pini, lentiſci, maligranati, & roſarum, uel his ſimilia ſtramententur. Item operiantur lanis quæ non habent floccum calidum ſolhunt corpus. Stratus non ſtrictus, ſed latus fiet, ut ſubinde uoluant, & deinde fricare debemus pedes, ac plantas, quæ frigidæ ſunt. Non debent aliquod tædioſum cogitare, in ipſo impetu acceſsionis foueamus ex oleo frigido, & melle, & flabellemus, & ſpongiam frigidam intinctam expreſſam ceruicibus applicemus. Poſt hæc foueamus totum corpus & ſtomachum ſpongijs frigida intinctis, aut lacte, aut aceto. Subinde pannos in ſuccis herbarum tinctos, aut arnogloſſæ, uel poligoniæ, aut portulacæ, uel ayzon, uel myrtæ, uel rubi mollis, uel maligranati, cauliculorum decoctione iam infrigidata, apponimus & ſuccum hypoquiſtidos uel acaciam ex puſca ſolutam, uel omphacium, uel etiam in oleo uiridi, aut lentiſcino, & uentri, & pectori, & ſtomacho, & uentris orificio appone ſimiliter. Quod ſi ſudor perſeuerauerit, ſimplaſma adhibeatur, quod fit ex puluere gallæ, thuris, myrtæ ſiccæ foliorum, & aluminis ſicci, & omphacij ſicci, plumbi uſti & loti, gypſi, & cretæ ſamiæ & malleorum cauliculorum, & maligranati, quem in nocte bis uel ter ſiccum corpori aſpergis, & ſic fricato corpore, de iſtis cataplaſmabis, uel omnia adiutoria ſicca & frigida adhibebis. Item manna, thuris, cum oui albugine ad mellis ſpiſsitudinem miſta corpus ungatur, & cataplaſmata adhibenda ſunt ſtaltica. Vbi minuitur cariotam tritam cum oleo uiridi, uel myrtino uel lentiſcino, aut roſaceo uel polentam tritam ſimiliter cum puſca admiſtam adhibemus. Item mala cytonia cocta cum palmulis, & miſta acacia, aut alumine, aut hypoquiſtidos ſucco, uel rore ſyriaco. Item de ſupraſcrptis herbis cum pane ſicco catapla ſmabis. Sic cataplaſma imponatur, ut ſpiſſe ſubinde renouemus. Item palmulis, & polline ſeminis lini cataplaſmentur. Ponamus etiam odoramenta naribus, panis aſſati fumum, mala cytonia, myrtam, & his ſimilia. Recentem uero damus non ſatis frigidam, mellis partem unam, aquæ partes 2. ad mellis ſpiſsitudinem redactas, damus per triduum coclear. ſingula. Vt autem ad declinationem uenerit paſsio, mulſam damus coctam in modico uino, pultes, oua ſorbilia. De pomis uero pyra, aut cytonia. De auibus, pullos columbinos, palumbos, perdices, anſeres, hæc ſaginata omnia ſtomacho indigeſtibilia ſunt, de quadrupedibus, roſtrum porcellinum, aut cerebella, aut hœdina caro uel caprina. De mari uero, locuſtas, mugiles, purpuras, lupos. De oleribus uero, intybam, plantagines, ſparagos. In declinatione autem damus uinum album, leue, de uaſe in uas transfuſum. Bonum ſignum eſt quando pulſus uenæ ſurgit, ſudor minuitur, frigus auertitur, ſomnus ſequitur. Quando iſta omnia ſunt, uinum accipiant, & poſt epithematibus confortentur conſtrictiuis, & cucurbitis in ore impoſitis uentris. Quod ſi aliquid remotam fuerit, clyſteria inijciantur, maxime ſi pernitioſus eſt fluxus uētris. Id ſi fuerit, ſuccus lenticulæ per clyſterem inijciatur. Vtantur poſt tertium diem lauacro.

De eiſdem cardiacis. Cap. XXIIII.

CArdiacos etiam heleni diaphoreticos appellant, licet quam plurimorum ſententiæ ita diffinierunt: Sicut in hac eiuſdem profeſsione nominis atteſtatur, cordis uitio hanc ægritudinem fieri, quibus in hoc non dabo aſſenſum. Nunquam enim claruit manifeſtum quod indicium tentari in aliquo natura cordis intelligatur. Eſt autem totius corporis & uirium ple na reſolutio, quam cardiacam diaphoreſin appellamus, quæ cum ſudoribus uiſcoſis, & frigidis perſeuerare interemptis uiribus manifeſtatur præcedentibus acutis febribus, & flammarum interiorum ardoribus quos aliqui cauſon appellauerunt. Hæc igitur paſsio frequentius in iuuenibus, quam in cæteris ætatibus euenire conſueuit in augmento ægritudinis, id eſt, circa diem ſeptimum, & hoc quam maxime tempore quo ætas, uel æſtus calidior incanduerit.

Cura.

Licet in omnibus paſsionibus generaliter præmoneatur ad maiorum ægritudinem neceſſitates gubernandas temporibus ſeruire debere attamen magna ui, & periculo interpoſito, dum ſudoris illius emerſerit iniquitas, cum uirium defectu, & ex eo præſens eſt uitæ periculum, tunc confuſis prætermiſsiſque temporibus rationabilibus adiutoriis circumuallantibus immineamus. In cubiculum frigidum, nūc lectum ſtraminibus ueteribus lineis diſponamus, nunc flabella, nunc pannos cum nardo & uino infuſos precordiis ordinate preponamus. Cataplaſmata uero frigida & ſtiptica imponēda ſunt

da sunt eorum præcordijs, ex strigno, & coniza, uel rubo, aut marrulio, & dactilis, & caducis mali granati, uel inantis. Certissimum enim est singularum specierum quẽquam medicum merita cognoscentem, etiam temperiẽ, aut commestionem adiutorij posse disponere. Faciem ergo illorum ex pusca frigida, uel uino stiptico fomentabis, & puluere aspergis mem bra sudantia myrtæ, uel rosæ folijs siccis tusis & cribratis, & manna thuris, galla, omnibus tusis singulariter, & commistis cum uino stiptico, & eius fecibus simul mistis. Omnibus vero odoribus bonis, vel thymiamatibus vires labentes, & membra deficientia reparabis. Articulos quoque eorum oleo cucumerario, vel nimis vetusto, misto puluere nitri, uel piperis, pyrethri, adarcis, aut urticæ seminis defricabis, infundens calore ignito, morientem calorem reparare quatenus valeamus, nutriemus succis modicis, & frequentibus, frigidis tamẽ, quibus sudoris facilis nimietate vires emorientes exuscitentur. Nutriendi sunt cibis præ omnibus ratione ministratis, & nutriendi sunt similiter ex alicæ, uel ptisanæ succis, in quibus vngulas porcorum in plenam usque eorum coctionem coqui suadeo, aquam frigidam subinde per interualla subministrabis. Et si ætatis adhuc uapor calidior coegerit, etiam niuatas non aspernabo.

De typicis febribus, id est quotidianis. Cap. XXV.

NVnc dicamus de typicis febribus, quæ cum frigore atque tremore, & rigore accidunt, & cum calore recedunt. Quotidiana vero febris, siue per diem, siue per noctem fiat, hæc indicia habet. Nunquam cum tam acri vel ingenti rigore incipit, ut tertiana, & calor subhumidus inuenitur in quotidiana febre, & quasi cum vapore aliquo, & continuo, & diu manente, tactu manus, pulsus prænoscitur ictus, quia pulsus venarum minor inuenitur in quotidianis febribus, quam in tertianis, in tantum quantum quartanæ minores pulsus patiuntur à tertianis. Et quantum quotidianæ febres minorem sitim habent à quartanis, tantum quartanæ à tertianis. Alio indicio quotidiana differt à tertiana, quia in tertianis os, lingua, & omne corpus siccum est. In quotidianis habetur humidũ corpus, & quotidiani vomunt phlegma, & itaque per uentrem egerunt frigidiora, & indigestibiliora, & aquatiora, & sunt phlegmate plena. Quia corpora eorum qui quotidianam patiuntur febrem, phlegmate & indigestis humoribus plena videntur. Nam in ætatibus, & natura frigidis, & temporibus, & locis humidis ac frigidis quotidianas febres maxime nasci videmus. Iuuenem calidum & siccum corpore à quotidiana febre nunquam vidi correptum. Quia aut pueros paruos ætate, aut senes pigros, ociosos, & inexercitatos, à quotidianis videmus proprie corripi. Vnde nec sudore iuuantur, nec cum declinantur omnino sine febre sunt. Vrina nanque eorum qui quotidianis febribus laborant, aut candida & tenuis videtur, aut spissa, aut turbulenta. In tertianis vero crocea satis, aut rubea, & quasi sanguinea. In quartanis diuerso colore, maxime pallida, vel fusca, aut indigesta apparet.

Cura.

Curabis ergo quotidianam sic: Oxymel dabis post primam diem, id est, cum medium causæ tempus videris, & dabis & diuretica quę vrinam prouocent, etiam escas, & cibos calidæ virtutis, & qui phlegma incidant, & deponãt, & temperent ventrem frequentiori obsequio. Maxime dabis quæ os ventris purgent, deinde facis de radicibus vomitum, quæ dantur cum oxymelle, & alia quæque talia simili ratione facies, & media ipsius viscera embrocabis & cataplasmabis, medicina calidæ virtutis: quod Reci.croci, meliloti, floris camomillæ, seminis lini, ana drac.1.pollinis hordei vnc.2.Itẽ adipis recẽtis porcini drac.3.vitelli ouorũ 5.cerę lib.1.

Item de cognitione ipsius. Cap. XXVI.

ITem ad quotidianam febrem: si negligentia medici non fuerit, hac ratione curabis: Quotidiana febris (ut diximus) ex phlegmate fit, quia nimis est frigida. Ergo indoctus medicus dum putat omnes humores esse calidos, dabit eis frigidos cibos dicens: Extinguere uolo febrem. Quam quidem non extinguit, sed spiraculum uitæ dat, mittẽs calidam super calidam, & frigidam super frigidam. Ergo doctus medicus ista non facit. Sed cum febris quotidiana fuerit, dabit ei cibos calidos, sicut est piper, ruta, cyminum. Dabit in potu ante accessionem vinum subtile, albi coloris, & modicum temperatum, & calidum, generaliter autem in accessione nihil ei dabit, sed ante accessionem, & post accessionem. Et cum manducare voluerit, dabis ei pullum habentem piper, & cyminum. Dabis & pedes lactentis aceto coctos, & pulegio. De pecudibus dabis lac bibendum bene coctum, & siliginis buccellas, habentes oleum modicum. Quod si sitierit, facis aquam coctam cum radice feniculi, & apij seminis, & anethi, petroselini, & anisi. Si taliter omnia feceris, in paucis diebus liberabis ægrotum, quia (ut diximus) calida dantur in quotidianis.

De tertianæ veræ cognitione. Cap. XXVII.

TErtiana aliquando est vera, aliquando non

uera febris. Vera enim si est, mox è principio cum ingenti horrore nascitur, & frigore, & tremore, sed non tandiu tenet rigor quam calor. Nam cito frigus uertitur in calorem, & tenet calor diutissime. Pulsus erit ingens, uehemens, citatus, & creber, ætas hominis iuuenis, & felliti, id est, rufi fellis abundantis, tēpus calidum & siccum, & locus talis & aer, sitis uehemēs, uomica fellita & crocea, & sudor, & motio iterum talis ut prius erit, & post triduum congruentibus horis, ex his omnibus tertianā poteris cognoscere ueram.

Cura.

Curabis uero lauacro frequenti, & tēperato, cum olei abundantia, & aquis dulcibus non salsis, & ideo nec nitro, nec sapone cum lauant utantur, talia enim desiccant, sed dabis ea quę humectant & infrigidant diutius, & frequentius, quia contraria contrarijs curantur. Rufum enim fel calidum est & siccum, frigidis, & humidis delectatur rebus. Ergo & obsequio uentris, & urinæ purgandus est hic humor talis. Quod quidem à se frequenter facit, quia commouet uentrem & urinam, si uera est tertiana. Ergo molli clystere curabimus uentrē: urinam uero dato apij decoctione, aut anethi, prouocabimus. Et cum uideris signa digestionis post tertiam commotionem, etiam absinthij pōtici decoctionem addito melle modico dabis bibere. Nam maxime stomacho hoc etiā utile est, & si naturaliter satis balneo delectantur, bis etiam lauent in die. Et ut natent si delectentur, hortare. A uino autem omnino abstineas, quandiu uideris digestionem fieri causæ, tunc dabis uinum album tenue, aquatum. Cibos uero dabis quibus possit humidari, & refrigerari corpus eorum qui in tertiana laborāt febre, id est, ex oleribus, bletas, atriplices, & succum maxime ptisanæ & alite sorbitiones. Pisces etiam aspratiles, & non assos, neque frixos. De uolatibus dabis ea maxime quæ facile digeruntur, molli & tenui carne, gallinaceorum etiam ascellas, & cerebella, & testiculos, & ungulas porcellinas dabis & oua apala, & horum similia quæ facile digeruntur. Dabis etiam poma quę non digestione difficilia sunt, a melle omnino abstine & dulcibus, & sinapi salsamentis, & ab acrimonijs omnibus, à leguminibus, & à uino valde veteri, & calidiori natura.

De non ueræ tertianæ cognitione, Cap. XXVIII.

Nothus triteus, id est, non uera tertiana in hoc discernitur ab illa quæ uera est. Nam uera tertiana ut multum, in septem periodis, id est, septem uocibus motionis suæ digeritur, sed periculo est. Hæc autē non solum cito non digeritur, sed etiam si non diligentissime mox à principio cognita curationibus congruis obseruetur euidens periculum est, nec facile quilibet remedijs postea artifex continebit eam, si eam diligenter non præuiderit. Vnde ualde attendendum est, ut ex proprijs signis earum ueram & non ueram tertianam cognoscere possumus, quantum intra se signis discrepant, tm̄ in cura distant. Hæc autem non uera, neque impetu, neque calore ueræ tertianę similis est, nec pulsu, uel sudore, nec facit uomere choleram sicut illa quæ uera est, sed sudor paruus inuenitur in hac, & quædam humectatio & cum uapore raro, & lente exhalante, & diu tenente, & cum iam uidetur declinasse, non tantum purus, aut sanus inuenitur pulsus, sed sordens & adhuc aliquid in se retinens febrium quæ paulatim addendo, in peius crescendo, in tantum durescit, ut intra septem dies putetur esse si ipsi febrienti tantummodo credamus multorum mensium causa. His itaque & talibus signis ueram & non ueram tertianā discernendo proprijs curis diligens, & doctus medicus curabit sine periculo. Nam maxime obseruabis, ne incōgrue æger tractus in peius & in longinquum, & non sine periculo protrahatur. Nam quantum causa creuerit, in tantum uires eius qui patitur minuentur. Amissa enim uirtus ualente causa nō suffecit uiuere æger. Ideoque conuenit ut respicias semper ad ægritudinem, & impetum causæ, & ad quantitatem uirium eius qui ægrotat, & ad qualitatem morbi, ne lapsum non reficiendo ciborum refectione, sed forte nimis in initio abstinendo ad periculum ducas. Sed ita fac, ut congrua collatione beneficiorum medicinæ assistere ægro gaudente natura fruatur. Hunc non solum in hac causa modum considerando tradimus, sed in alijs semper omnibus causis. Scio enim quendam incipiente autumno à notho triteo correptū, usque ad primum ueris tempus non posse curari, & in tantum extenuatum, ut dubitaremus de eo, quia & ipse non consentiens præceptis medicinæ, aliter quam conueniebat, se habebat, & tempus hyemis causæ contrarium, ægritudinem in peius protrahebat. Nam & splen ipsius in magnitudinem excreuerat, uisceraque protensa stomachi indignatione, & grauiores ægro causas minabantur. Nam uultus pallido tumore mutatus, uirides oculi, crurum tumor, pigrum hydropem ostendebant. Cæterum corpus exilitate & ex longinqua ægritudine confectum macies lassauerat. Cuius exemplum ideo proposuimus ut sciamus cuius periculi sit non uera tertiana, si à principio cognita, & congrue curata non fuerit.

De duo-

De duobus tertianis. Cap. XXIX.

ERgo nothum triteum, id eſt, non ueram tertianam qui patitur, mox à principio abſtinendus à lauacro eſt. Et tam diu abſtine, quam diu ſigna digeſtionis cauſæ uideantur. Neque quotidie cibetur, ſed alterno die ſufficit ut reficiatur ſuccis optimis, & ſorbilibus benefactis, & digeſtorijs. Quieſcat ſilentio, & molli lectulo iaceat. Media eius uiſcera fricentur, id eſt, ſtomachus, & præcordia cataplaſmentur, & embrocentur. Clyſtere utantur non ſatis molli, & ſi ſanguinis detractionem uideris neceſſariam, conſiderabis mox à principio indubitanter vnde putaueris utile eſſe auferes quantum conuenit. Omnis ratio dietæ ipſius non ſit perfrigida, & humida ſicut ſupra diximus in ueris tertianis. Sed hic quidem habeant calidum aliquid, & quod incidere poſsit originem cauſæ, ideſt, ſuccum ptiſanæ piperatum. Sed etiam interiectis diebus hyſſopum, origanum, uel etiam ſpicam nardi infuſam in mellicrato decoques, mellicratum ſic confice, mellis partem vnam, & duas uini coque ad ſpiſsitudinem, & adiecto pipere dabis bibere, & alia quæ urinam poſſunt mediocriter mouere. Præter illa quæ uehementiſsime, & nimium ſiccæ uirtutis ſunt, & nimij caloris, id eſt, quæ nimiũ calefaciunt, & ſiccant, ſed quæ mediæ uirtutis ſunt dabis. Vnde maxime abſinthium ponticum tranſacto iam ſeptimo die, ex aqua calida dari conuenit. Multis etiam oxymel datum profuit. Nec non etiam utendum eſt illis medicaminibus hypelatis, id eſt, ſolutiuis, quibus non frequenter uſi ſumus. Vtiliſsimum his probauimus, ut uomant poſt cibum. Quo facto multos mox ſcimus ſanatos.

De quartana uera. Cap. XXX.

QVartanam uero febrem nõ tam difficili ratione cognoſcimus, quia euidens eſt. Nam duos integros dies puros & quietos habet. Quarto die ſemper mouetur, & pulſus eius rarior, & ſegnior, habens inæqualitatem. Calor nõ longe minor eſt à ſupradictis febribus, quia melancholici quartanarij fiunt, & tempore autumnali, & aere mutato & inæquali, id eſt, non ſalubri naturali ratione, & ex quo hic humor in corporibus mouetur, & ſplen maior & craſſior fit & extra naturæ modum. Fit quartana frequenter ex febribus non bonis, & indigeſtis, & male curatis. Nam iſtis febribus ſicut in tertianis uomitus fellis rufi non inuenitur. Id enim proprium eſt tertianis, & cum declinauerit, adhuc pulſus inuenitur ſordens, laſſus, ſegnis, & rarus, & tardus etiam ad opera faciendum.

Cura.

Curabis ergo quartanam ſic: Mox à principio diligẽter præuideas, ut mediocriter & quiete ac patienter agas, neq; medicamen aliquod temere des, neq; purgationem uentris, uel detractionem ſanguinis facias, niſi forte uiderit nimiam ſanguinis eſſe abundantiam & cum febrieris uenam, ſtatim reſpice intente fluentem ſanguinem. Qui ſi erit niger & ſpiſſus ſecurus auferes quantum cauſæ putaueris conuenire, uel ætati, aut uirtuti eius qui patitur. Rufus uero & tenuis, id eſt, liquidus ſi fuerit, mox retine, & ſtringe uenam: non enim conuenit in his talem auferre. Tangenda uero eſt in hac cauſa uena in brachio ſiniſtro, quæ eſt mediana, cum opus fuerit, & dięta adhibenda eſt utilis, & digeſtoria, quæ non inflet, uel tendat ſtomachum, ſed quæ temperet uentrem, & pronocet. Nec non etiam interdum clyſtere in initio utendum eſt molli, poſtea acriori, ad depo nendum humorem. Abſtinendos eos ſcito à porcina, & caprina, & carnibus his ſimilibus quæ grauant digeſtionem, & ab omnibus frigidis quæ grauant ſtomachum. Pro qua re nolo ut exiſtimes hãc ſuperfluam eſſe dięțam, quam nos regulam uiuendi dicimus. Dięta enim medicina eſt, & pars medicinæ. Nam cum dicimus digeſtibiles cibos dandos, & non incongruos, nec non etiam dum offerimus cibos frigidos, aut calidos, humidos, aut ſiccos, neceſſe eſt ut ſint congrui ut contraria contrarijs dum medentur medicinæ præbeant auxilium, quoniam contraria contrarijs curantur. Et ſic quia hæc cauſa frigida, & ſicca eſt, calidis & humidis delectatur rebus, & quia ad dięțam nobis redeundum eſt, ideo obſeruare debebis ſic, ut ab omni iracundia, uel alia qualibet animi commotione, ſic & ab omnibus cibis qui melancholiam nutrire uidentur abſtineas. Nephas enim eſt augere malum. Nam cum difficilius certis & probatiſsimis medicaminibus adhibitis hæc cauſa curari poſsit quanto magis non curatur, ſi quartanarijs ea quæ melancholiam nutriunt adhibeantur. Vnde ipſa cauſa naſcitur ſi requirant, ex melancholia diximus illa eſſe. Et diligenter illud caue ne patiẽs frigus ſentiat, & ideo obſeruare debes à conſtrictoriis cibis, quia anathymyaſin faciendo ex conſtrictione, in peius exiſtentem cauſam faciunt. Obſeruabis etiam ab omnibus frigidis & humidis cibis. Vino autẽ utendũ eſt tenui, albo, & mediocriter naturali uigore calido. De uolatilibus uero uel auibus dabis, ſed quæ tenuiorem & ſicciorẽ habent carnẽ. Vtendum illis maxime quæ non aquoſis uel paluſtribus gaudẽt locis, & piſcibus qui facile digerantur & nihil fluidum habẽt, ſed ſiccioribus carne. Salſamentis quoque, & ſinapi, & alijs calidis digeſtoriis rebus. Dandũ etiã

his interiectis diebus antidotū diatritonpipereon,& diaſpoliten, aut certe piper tritū ex calida aqua. Hoc etiā ſi quotidie detur, ut bibant, recte datur: deambulatio & perfricatio blandæ manus fiat, & ſi aliud aliquid eſt conſuetudinis, non penitus prohibendus eſt, & ſubinde utendum. A lauacro autem ſi non omnino potuerint abſtinere ſine tædio ſui, ſola perfricatione aut deambulatione utentes, non mediocriter iuuabuntur. Et ſi non ualde uehemens ipſa quartana eſt, etiam ſi exercitatione conſuetudinis utantur utiliter faciunt. Hæc talia utique fieri conueniunt in principio cauſæ eius,uſque dum ueniat ad ſtatum cauſa. Cum uero ſtatus erit,tunc abſtine ab omnibus his & diæta utere quam ſubtili, & pertenui,& quietem adhibe, & ocioſitatem prolixiorem, & medias tunc corporis partes cura cataplaſmate, & embrocis calaſticis. Deinde utere diureticis, & cum manifeſte uideris fieri ſigna digeſtionis cauſæ, tunc etiam dabis purgatorium quod melancholicum purget humorem nō ſemel, ſed quoties putaueris conuenire. Vetandus eſt ab eſca uel à cibo contrario:uomitus uero ſæpius adhibitus, ſi nihil ſit quod econtrario prohibeat,elleborum album utiliter dabis primum radice ſixum & abſtractum. Deinde ſi ſic datum nihil profuerit, etiam ipſum elleborum (ut ipſe noſti) dabis. Qui uero uomere non libenter habent aut non poſſunt, hos fortiori purgatione purgamus, & refectis interiectis diebus paucis, theriacam diacidnes accipere ſuademus,& alia quæque talia, quorum ad has febres laudantur beneficia, ex quibus omnibus probatiſsimum eſt nobis hoc antid. quod opium quirinatium recipit. Qui uero mox,in principio aliquid tale dederit, nō proderit, ſed maxime oberit. Nam ex una quartana duas facit, & ex duabus tres, aut ex leui fortiores, & ita in ſummum periculum hominem deducit, & facit ut non poſsit uita eſſe copioſa. Id etiam in alijs typicis febribus obſeruabis, ne quid tale mox in principio des antequam uideas peſſon fieri cauſæ, id eſt, digeſtionem, antequam in ſtatu ueniat cauſa, tunc enim proderit datum, ante uero oberit. Nam ſcio ego quendam medicum hoc ignorantem,dediſſe homini tres quartanas habenti, antequam ſtatum faceret cauſa,uel ſigna digeſtionis oſtenderet, medicamentum quod dicitur diacidnes, & ab ea hora in peius tractus eſt, in tantum ut mutaretur in ſinochum, nec ei poſtea potuit ſuccurrere, ſed ita occidit.

GARIOPONTI MEDICI VETVSTISSIMI

De typicis febribus LIBER.

PROLOGVS.

Qvanquam typicarum febrium ſigna, curationesq; rationabiliter quidem, & non confuſæ omnia dicta ſunt,melius eſt tamen diuiſiones & coniunctiones diligenter oſtendere, quare omnium cauſarum ſupra ſcriptarum febrium, quæ ueræ, & non ueræ, uel quomodo ſibi iungantur breuiter pandam.

Qui, & in quo tempore fiant. Cap. I.

Qvotidianarum cauſa uerarum hyeme tenet, & in principio ij cum febrire cœperint, & cutis eorum ſudorem emittit, & ſic ut ſudor uideatur, non tamen amplius effluat. Nam ſecunda die typum patiuntur, poſt uero typus recedet,& accedunt leues horrores. Sunt alij qui nec frigus, ſed nec horrores habent. Aliquibus etiam nec ſecunda die frigus accidit, ſed leuem ſentiunt typum, quibus horis uariando in aſcenſum pergunt. Vtputa non in uera quotidiana, ſed in prima hora tenuerit aliquem. Secunda uero die hora 2. tangitur. Similiter 3. uel 4. die, uel cæteris incrementis dierum, horæ aſcendendo uariantur. Siquidem & alio indicio, uel ſignis poſſunt agnoſci. Quia in quotidianarijs (ſicut ſupra dixi) agnoſcuntur, ut horis ſuis naſcantur, ſcilicet non immutatis. Quia quidem poſt frigus typicum calore purgentur acriori, & poſt febres ſudorem in capite, & in pectore habent. Aliquoties & per totum corpus ſudant, ſicut tertianarij pati ſolent, aliquibus etiam ſitis accidit: urinam uero albam habent, ſtercora uero phlegmate mixta egerunt, quæ ſubalbida aliquoties, & pinguia inueniuntur. Nam hæc cauſa naſcitur ex phlegmate, his etiam facies ſubtumidiores ſunt, & ambarum partium laterum inflatio ſequitur. Pedes etiam tumidiores ſunt,ſed non omnibus intumeſcunt. Hi uero qui hoc morbo laborant, frigidioris & humidioris naturæ ſunt, maxime ſi tempus humidum,aut frigidum occurrerit. Nam & in uerno tempore quamuis calidum & humidum ſit,tamen poſſunt homines hac cauſa teneri, propterea quod habet humiditatis partē. Sed quia maxime hæc cauſa conſurgit hyemis tēpore, quod ea frigida & humida ſit. His ergo cōcurrētibus, cum tempus, & aer, & humores corporis uirus

malum

malum miſcent, quotidianarios faciunt, quibus niſi medicinæ arte ſuccurreris, tunc quotidiana ipſa in macronoxiam uertetur. Quod cũ contigit, neceſſario quartanarios facit. Ergo ante ſuccurrendum eſt, ne ad tantum malum quartanæ ueniant cauſæ.

Cura.

Quotidianariis uero in initio cauſę oxymellis ſimplicis dabis ex melle & aceto per triduũ bibere, per ſingulos dies coclear.4. quibus utiliter & radiculas oxymelle infuſas pridie ieiunis edendas dabis, ita ut eis continuo uomitus prouocetur. Quod ſi minime profuerit, oxymelli addis piperis grana 20. & ſic per ſingulos dies utantur. Quibus per ſingulos dies potionibus acceptis ſimplicibus, urinam prouocabis ſic: Mitte in calidam radices ſparagi, aut ipſos ramuſculos, ſimiliter apij, & anethi, aut ſi omnia non fuerint, uel unam mittes, & tandiu coquãtur donec color aquæ praſsinus fiat, & quoties bibere uoluerint, utantur. His etiam uenter deponendus ex cathartico phlegmatico, quæ ſi minus ualuerint, philonium, aut adrianum in modum fabæ, ſi uires permiſerint, cum mulſa dabis. Si autem ex ipſa cauſa laſsior fuerit, uel ætate ſenior, aut puerulus, ut uirtutes adriani, atque philonij ſuſtinere non poſsit, pro modo uirium antidota ſunt deducenda, & in breui tẽpore curabis. Quorum ſtomachus curandus eſt fomentis calidis, id eſt, ex oleo calido, cui admiſcendum eſt dum coquitur abſinthium ponticum, & anethum. Hi ſalſum, & erucam comedant, aut raphanos, aut radices. Quibus conditum utiliter datur, ita ut in calida ſupraſcripta conditum miſceas. Melius ſi condito addas ſpicam nardi, piper, & ſemen apij, & ſic bibant, qui quidem à lauacro abſtinẽdi ſunt. ſed in hac cauſa plus cathartica adhibita aſsidue proſunt, uehementius, & ſi ſemel in hebdomada, aut duabus uicibus, ſi uires, permiſerint, ſumantur.

De quotidiana non uera. Cap. II.

Quotidianarius non uerus ſic intelligitur, quia cum horis per ſingulos dies uarijs deſcendat, & aſcendat, ut puta ſi 5. hora aliquem tenuerint, alia die 4. hora teneat, tertia die in 3. hora. Et ſubinde per ſingulos dies alijs horis aſcendat. Nothi enim quotidianarij in 24. horis diei, noctiſque, uix hora una, aut duabus, aut multũ tribus requiem patiuntur, quia quotidianarij nothi non ex phlegmate dulci hoc morbo tenentur, ſed eorum phlegma acrius inuenitur, ideoque & frigus non patiuntur, quod ueri quotidianarij habent, ſed habent leues horrores. Cætera ſigna præter horarum aſcenſum, aut deſcenſum, omnia communia habent. Sed hi maxime in autumno, aut circa autumnum tenentur, quamuis quolibet tempore hoc morbo teneri poſsint.

Cura.

Quos fomentis curabis, ſicut ſupradictum eſt, & cataplaſmate, quod fit ex polline ſeminis lini, & hordei, fœnugræci, & melle, & aqua, & inde ſtomachũ calidiſsime per triduum uaporabis. Quibus cathartica adhibenda ſunt, quæ phlegma deponant, & choleram rufam. Et his oxymel neceſſario detur, cui admiſcendũ eſt piper, pulegium, & hyſſopũ, origanũ, & thymus, & ex inde coclear.3. ieiunis per ſingulos dies dabis. Radices etiã dãdæ ſunt, ſicut ſupra mõſtrauimus, & uomicã prouocabis. Vrina quibus ut ſupra mouẽda eſt. Sed hi conditũ nõ accipiant.

De cognitione duarum quotidianarum, Cap. III.

Quotidianas duas cognoſces, quod bis in die tangant, ſed utrum ueræ ſint ambæ, an non ueræ, uel ſi una uera, & altera non uera, ita intelligi poteſt. Si ambæ ueræ ſunt, horis ſuis nõ mutatis typo ipſo, uel febre patientes tenentur. Quod ſi ambæ ueræ non fuerint horis ipſis typicis uariatis tanguntur, & nõ illis horis quibus ſolent. Quod ſi una uera, & non uera mixtę fiunt, quæ eſt uera hora ſua cognoſcitur. Non ueræ autem acceſsionibus horarum uariantur, ut ſi quenquã tenuerit hora tertia, alia die, aut ſecunda, aut quarta tenent eum.

Cura.

Quotidianarum diuerſarum curationes ſuperius oſtendi, id eſt, ueræ & non ueræ. Ergo ſi ambæ ueræ ſunt, earum adiutoria adhibebis. Si autem ambæ ueræ non ſunt, ſimiliter earum impende medicinæ auxilium. Si uero una uera, & alia non uera fuerint, ſingulis ſub hora ipſarum acceſsionum ſua offeres adiutoria, & etiã ſuccum hunc, quamuis omnibus quotidianarijs neceſſario detur, uidelicet ex ſucco ptiſanæ calicẽ implebis unum, cui admiſcebis piperis grana 50. & ſeminis apii drach. 2. & ſalis triti cyathum 1. Hoc accipiatur quouſq; cauſa accedat in melius. Poſt uero ex omnibus ſpeciebus iſtis quæ ſuccum accipiunt: mediam tamen ſupradictorum partem mittis, & quomodo cauſa requirit, ſubinde paulatim deducis ex omnibus ſupraſcriptis, & ſic uſque ad perfectionem ſanitatis detur.

De tertiana ſimplici, & non ſimplici. Cap. IIII.

Tertiana aliquando ſimplex, aliquando nõ ſimplex, aliquãdo uera, aliquãdo notha. Tertiana uero quæ uera tertiana eſt, ſic inteligitur: Ab initio frigore nimio exagitantur febrientes, ut

ijs horis quibus aguntur de frigore complicentur & tenentur frigore & febre horis 12. Quibus recedentibus, sudor consequitur, & litopericia alijs 12. sitis nimia non deest, lingua siccior, ut loqui pene non possint. Vrina rufa cõsequitur, uentrem facilem habent, & insomnietatem patiuntur, & tantam æstuationem, ut nudare se uelint, & in recentem submittere se desiderant, & hoc maxime est intuendum, ut tempus & corpus intendas. Nam æstatis tempore hæc causa consurgit, & maxime iuniores, & callidiores, & corpore sicciores tenet. Nam hi cum sani essent peracriores fuerunt in quolibet exercitio, & calidiores animo (aliàs omnino) solliciti, cogitantes assidue, cholelam rufam nutriunt, unde hæc causa nascitur. In die inter diẽ tanguntur nõ immutatis horis.

Cura.

In primo, uel secundo, si fortes fuerint phlebotomandi sunt in uena brachij dextri, quæ est iosana, quæ ad hepar pertinet. Dabis ptisanæ succi lib. cui admiscenda sunt hyssopus, origanum, piper, mel, & aceti parum. Et hæc catapotia dabis post 7. dies: quæ Recip. aloes, scammoneæ, colocynthidæ, succi absinthij æqualia pondera, confice cum succo caulis ad modum ciceris, & dabis secundum uirtutem, prima uice 7. secunda 13. tertia 21. Quod si neglexeris, mutantur in quartanarium. Quibus quotiescunque bibere uoluerint, dabis mulsam, in qua decoxeris spicam indicam, & piper. Item potandum semen apij & anethi decoctum in mulsa dabis. Item post 7. dies absinthium ponticum in calida coctum utiliter dabis bibendum. Oxymel etiam ieiunis cum calida, & pipere datum, mirificè prodest. Catharticum etiam lene adhibendum, quod choleram rufam deponat. Vomitus etiam post escam prouocandus est, unde maxime multos curatos constat. Nascitur hæc causa ex putridis choleribus rufis.

De signis tertianæ non ueræ. Cap. V.

Tertianæ nothæ signa hæc sunt: Autumni tempore hæc causa tangit ambarum partium hypochondria, id est, iecinora inflata sunt cum dolore. Quibus cum in accessione dierum creuerit, uultu sub tumidiori efficiuntur, nulla accidente siti. Vrinam habent subalbidam, uentrem sine solutionis obsequio, uomunt etiam assidue phlegma choleribus mistum. Quorum signa præcipue intuenda sunt. Qui cum die inter diem febrem patiuntur, tamen non horis suis quotidie commouentur, sed uariando aut horis descendit, aut ascendit. Hi sicut ueri tertianarij non sudant: ueri enim tertianarij sudore agitãtur. Nascitur quam plurimum hæc causa in infantibus, & declinantibus ætate. Hæc enim causa si autumni tempore quenquam tenuerit, & non ei medicinæ auxilium succurrerit, in macronoxiã uertitur, ut omni hyemis tẽpore ex hac ægritudine carere non possit, exinde in accidente moritur tempore.

Cura.

Tertianarij nothi in initio, uel usque ad declinationem à lauacro sunt abstinendi, quibus etiam si signa bona futuræ digestionis cognoueris, lauacrum tamen raro offeres. Hi etiam dum in causa sunt non quotidie reficiendi sunt, sed reficiantur anethica die escis calidis, & pepticis, id est, digestibilibus. Vtere succo ptisanæ cum pipere, & melle cum aceto paruo. Quorum uiscera calefacienda sunt ex oleo, in quo anethum & absinthium decoctum est. Quibus clysmata nimis fortiora adhibenda sunt, sicut frequenter scripta sunt. Qui si iuuenes fuerint, aut sanguine abũdauerint phlebotomãdi sunt, ita ut magis uena eorum euentet, quam plurimum sanguinem educat. Quibus si phlebotomus minime profuerit, clysma eis adhibebis tale: hydroleon, & mellis modicum, & aphronitri, scrup. 5. Vrinam eis conuenit prouocare, ex petroselini, & feniculi semine, & anethi semine elixis, quorum aquam bibendam dabis. His etiam cathartica danda sunt, quę choleram rufam & phlegma deponant, & uomitus prouocandus est sic: Olei partem unam, aquæ tepidæ partes duas, salis coclear 1. in simul misce, & dabis ad bibendum quãtum satietatis fuerit, & mittis pennam in ore, ut reiicere possint. Quod si hoc adiutorium uomitum non prouocauerit, dabis calcucecaumeni unc. 2. tritas cum lacte caprino calefacto calicem 1. ut post deambulationem ex se reiiciant. Præterea cum febrire cœperint, & sitierint, dabis eis frigidam bibere. Qui quotidie recedentibus febribus balneo utantur dulcis aquæ, sed maxime in solio plus fricentur quam in aere. Vtantur etiam ptisana, & cum causa ex parte refrigerauerit, vt nõ tam grauiter ex eadem causa grauentur, aquam calidam in qua absinthium decoctum est ieiuni bibant, quibus dare debes catones, id est, atriplices bletas, aut maluas, uel lactucas, aut cucurbitas, oua apala frigida, & poma diuersa, celsa, & cætera his similia. Vinum album, & leue, nec mireris quod typum diximus frigidis esse curandum. Celerato enim malo accenso, frigore perungentur. Hi enim ex coleribus rufis hanc causam patiuntur.

De signis tertianæ ueræ, & nothæ. Cap. VI.

Tertianariæ duæ, uera scilicet, & notha, si sese cõiunxerint, his signis cognoscuntur. Quia uera diebus suis tangit non immutatis horis:

ris:notha uero suis uariatis: Verbi gratia, si una die tanguntur hora nona, & altera die hora 6. tertia die sicut prima die tãgũtur hora 9. Quarta iterũ die quinta, aut hora 7. tanguntur. Sic ergo fit ut intermissa die, nona iterum tangantur hora, sicut tertianarij ueri, & si 5. die hora 6. nõ tacti fuerint, intelligis hæc signa non ad ueram tertianam pertinere. Vnde intelligere conuenit ex uarietate signorũ feb. duas tertianas esse coniunctas. Si uero quotidiana tertianæ se coniunxerit, sic intelligitur, ut tangantur sicut quotidianarij, ut diem intermissum non habeant.

Cura.

Cum duæ tertianæ commistæ fuerint, ita curandæ sunt, ut in diebus suis secundum disciplinam feb. unicuique sua adhibeas adiutoria, ut die tertianarii ueri suũ adiutorium adhibeas, & die tertianarii nothi, suas offeras curationes, quia quẽadmodum per singulos dies diuersarũ signa uariando mõstrantur, ita etiam & curatio non una adhibenda, sed utrarumque causarum diebus suis conueniunt adiutoria.

De signis ueræ quartanæ. Cap. VII.

Tertartei nigris coloribus abundant, unde hæc causa contingit, maxime eos tenet qui mediam habuerint ætatem. Nam senes & pueros si tenuerit, non diutius laborant. Quæ si uera & integra quartana sit, his signis cognoscitur. Primo de quo tentantur, nimium tremorem, & febres acriores patiũtur. Sitis nulla, pulsus ingẽs, fortis, spissus, qui cum decem periodos expleuerint, declinationem eiusdem frigoris patiuntur, & febres augmentantur. Ventrem constrictum habent. Quorum urinam suscipere conuenit, & cum resederit, inspicienda est, cuius colorem subnigrum inuenies. Tumidum etiam splenen habent, uultum & oculos subtumidiores, hi etiam recedentibus febribus sudant.

Cura.

Siue in initio, siue in quolibet tẽpore, si nulla grauabuntur lassitudine, phlebotomãdi sunt, quorum sanguis tandiu currat, donec niger color in rubeum conuertatur. Quibus post tertiũ diem clysteriũ austere adhibere per triduũ debebis, & escæ calidæ, & calidam uirtutem habẽtes, uel quæ uentrem deducant, offerenda sunt, ut est lapathium decoctũ in patina, siue malua, uel bleta, quibus ut uirtutẽ calidã facias, piper adhibebis, conditum etiam piperatum offeres, à porcina, & bubulina abstineant, uino albo & leui utantur. Pisces aspratiles, & salsamenta comedant, & sinapi, & cætera talia. Quibus ieiunis piper cum calida dabis, abstinendi sunt à balneis. Quibus manus defricari debent manibus puris, quorum splen oleo calido primũ fomentandus est, in quo decoctæ sint capparis radices, & absinthium, & anethum, cataplasma etiam spleni tale facis, quod Recip. aristologiæ rotundæ & corium radicis hederæ, sinapis ana unc. 1. caricas, 20. conficitur sic: Caricæ die & nocte in oxymelle infundantur, & sic extra terantur, & cum puluere admisceantur, dehinc in eodem oxymelle omnia mittantur, & usque ad sufficientiam decoquantur, & ita cataplasma impones, ut duritia splenis soluatur. Quod si minime profuerit cathartica adhibenda sunt, quæ nigram choleram deponant. Hoc frequentius facias, & post cathartica diatriton pipereon, & philonium uel adrianum, frequenter ieiunis dare debebis. Qui etiam calidam aquam si in usu habẽt, bibere si uoluerint, bibant. Epithimum, & cyminum, & hyssopum creticum in coctura addes calidæ, & sic bibant, & post escas uomicam prouocabis, & radices in oxymelle infusas per triduum ad satietatem comedant. Et post comestionem, oxymel ipsum cum aqua calida bibant, ita ut potu satientur, & sic uomicam prouocabis, quibus helleborum album sic dabis: Tolle raphanum, & perunges ex helleboro, ita ut helleborum intra radices coniunctũ una die maneat & eo sublato ad satietatem dabis radices, ut manducent, & uomitum prouocabis, quibus etiam oxyporium adhibebis, & maxime calida frequenter danda sunt.

De quartana non uera. Cap. VIII.

Quartana notha maxime pueros & senes retinet. Nam vrinam habent albam, & post febribus & frigore perurgentur quarumq; horæ suum ordinem non seruant, & per singula lustra horas deducunt & adducunt. Sitis eos tenet. Hæc causa nascitur ex phlegmate, & choleribus nigri.

Cura.

Si fortes fuerint, in manu sinistra de uena splenis phlebotomandi sunt, quibus etiam apophlegmatismata adhibenda sunt sic: Mitte staphisagriam tusam in dulcoribus calicibus duobus, & aceti uno, ubi fundis etiam hyssopum, & thymum, per triduum coquens, & dabis ut gargarizent in sole, aut in balneo, ad heminæ dimidium modum, quia satis iuuantur. Catharticum etiam dabis, quod phlegma deponat. Reci. pulegij, piperis, drach. 4. cymini drach. 3. cocognidij, lacteridos, ana. drach. binas euphorbij drach. 1. mulsam quod sufficit, & cætera quæ phlegma deponant. Vomica etiam ieiunis, & post cibum est prouocanda. Ieiunis etiam semen apij, & piper cum calida aqua bibere dabis. Quorum splen si in tumore fuerit, curabitur sicut supradiximus. Quibus etiam antid. dipolisten dabis. Si uero hæc adiutoria

minus profuerint, theriacam eis dabis in ipso impetu. Philonium similiter dabis & adrianū, ut supra. Quibus succum ptisanæ quotidie dabis, & piper admistum. Ventrem etiam per singulos dies per clysterem deduces. Et si hæc omnia minus ualuerint, helleborum album per triduum in aqua infundes, & cum eadem aqua philonij, drach. 2. dabis.

De quartana duplici. *Cap. IX.*

QVartanarij duplices cum in quartana simplici sanos duos medios habent dies: primo etiam & nouissimo febriunt in duplici quartana biduo ab initio febriunt, in medio habent unum diem sanum, & biduo iterum febriunt. Sic duæ quartanæ coniunctæ veræ, per typos ipsos & horas suas agnoscis. Si ueræ non sunt, in horarum accessione uariantur. Quod si una cardinalis non veræ misceatur, una die & una hora non agnoscitur, sed in alia varia commotione, hæc duarum quartanarum sunt diuersa indicia. Si quartanæ ueræ notha se coniunxerit, aspicies secundum disciplinam suprascriptam, ut scias quæ dies sit quartanæ ueræ, & nō ueræ, ut horis accessionum suarum, uel dierū, sua adiutoria adhibeas, ut si in die horas suas seruauerint, catharticum des, uel adiutoria ueræ quartanæ. Si non seruauerint ordinem adiutoria quartanæ nothæ adhibebis, vt eodem die talem des medicinam, prout est causa, aliud in crastinum, quia queadmodū quartanæ subiunguntur. Ita etiam adhibēda est duplex curatio, ut in die uniuscuiusq; febris ei adiutoria offeras.

De planetis. *Cap. X.*

PLanetarum febres quotidiano typo similes sunt. Nam frequenter medici in his falluntur. Quanquam signa planetarum interdum diligenter ostenderim, tamen rem nimium necessariam credidi adijciendam. Scire te conuenit planetas esse febres, quæ nullius febris, uel typi habuerint indicia. Vnde si super signis, nullam periodicam febrem comprehenderis esse, recognoueris esse planetas. Nam quæcunque febres variando se, suum genus aut speciem non ostendunt, profecto febres erraticas, quas græci planetas appellant, se esse demostrant, & qui pro certo eas intelligere non possunt, existimant amphemerinas esse, id est, quotidianarias. Nam planetæ febres quotidie bis tangunt, ut putentur duæ quotidianæ esse coniunctæ. Sed inter quotidianas coniunctas & planetas, hæc habetur distantia, quia quotidianarij necessario typum patiuntur, planetæ sine typo sunt. Sed maxime hæc signa habent, quæ aliquos bis, & ter, & quater, in die tangunt, & non diu ipsæ febres retinent ægrotantem, ut possint habere inter se interuallum sanitatis, aliquoties habent & diem anethicum, id est, sanum. Dum enim tangunt & bis, & ter, & subito semel in die tangunt, & in tempore redeunt, ut bis, & ter tangant. Sunt etiam quibus typus leuis accidit, sed non semper, nec omnibus accessionibus, sed ne typo ipso accedente medicus fallatur. Ex tanta uarietate accessionum intelligis planetas esse febres, quas latine erraticas diximus. Quæ febres diuersis humoribus infestantur, quia quemadmodum ista febris uaria & instabilis est, ita etiam corpus eius de omnibus uarijs humoribus infestatur. Vnde necesse est ex ægritudine hac ut quartanarius efficiatur, nisi ei auxilio medicinæ fuerit succursum. Dum enim cholera nigra & rufa, & phlegma inter se contendunt, & exuberant, tunc planetæ febres nascuntur. Sed dum humores hominum in corpore exuberant, qui uicerit, obtinet causam. Sed quia paulo cholera nigra obtusior & fortior est cæteris humoribus, quoniam eandem choleram cæteros humores obtinere necesse est, quartanarium cum uicerit facit. Ergo ne ad huiusmodi tam sæuæ quartanæ ueniant causam, auxilio medicinæ congrue succurre.

Cura.

Præcipuum & magnum auxilium est catharticum dare, diuersam choleram & phlegma deponens, quod etiam tu medice qui naturam pigmentorum nosti, colligere poteris, ut intelligas quæ pigmenta phlegmaticos, & quæ diuersos cholericos soluant, ut ex diuersis pigmētis unum catharticum facias, ita ut temperatum sit. Quamuis cathartica tamen stomachica danda sunt. Quibus utiliter detur succus ptisanæ, cui admiscebis diagridium modicum & piperis grana 20. & epithemi, quod sufficit. Quod si epithemum non fuerit agaricum mittes, melius si addas semen balsami, sed ex omnibus modice mittis, ne aut plus faciens homines turbes. Quibus dabis piperis grana 20. uel si ętas minor fuerit, paulominus ipsum catharticum, pro ut uires ætatis prospexeris, dabis. Omnia enim medici est præuidere & tēperare utiliter conuenit, etiam epithemata adhibeantur stomacho ante horam accessionis, quæ calido uigore utantur. Sed in omnibus nihil præponendum est cathartico, quod humores qui febres nutriunt deponat, & cum detracti fuerint, necesse est ut etiam febres amputentur. Isti mane comedant, & ab omnibus quæ melancholicum nutriunt humorem, cibis abstineant.

GARIOPONTI MEDICI VETVSTISSIMI

De ſymptomatibus febrium, LIBER.

PROLOGVS.

NVnc diligentius, & ualde conſideremus, quantum poſſumus perpenſemus, quale, & quantum ipſa febris iuxta ſuam ſpeciem, uel quale iuxta ſuum genus ſymptoma afferat ægrotāti periculum. Nō enim mediocriter laborat, neque periclitatur, qui ex febribus & ſimptomate, id eſt, dolore aliquo, & vigilijs conſumitur, cum una res ex his per ſe tantum ſi ſit aſsidua, ſufficiat extinguere hominem. Vnde præuiſa & intellecta utriuſque virtute, hoc eſt, quales ſint febres, & qualia ſymptomata earum, & ſi qua vehementiora, & peiora ſunt, ad ea magis attendas, ut cum omni diligentia cures, ſicut doctus artifex, ne ſis omnino piger, aut negligens, atque non curans. Vtputa ſi ſit febriens quidam plectoricus, quod eſt abundans corpus malorum humorum craſsitudine, & ex eorum indigeſtione compungatur, vel commordeatur, & ipſum os ventris quod dicitur ſtomachus, ex congeſtione indigeſtorum, uel pinguiū humorum comprimatur, & ſuffocetur, uel concludatur, ita ut nullam habeat exhalationem: Et ſi etiam plectoricus aliquos corruptos vomat humores, aut per humoris abundantiam laborans natura clauſis horum meatibus non inuenit iter apertum, & liberum egeſtionis, & periclitetur anguſtiis, quid in hoc facere conueniat nos videamus, vtrum ad cauſam & ad impetum febris attendamus, aut tantum purgabimus nimietatē, vt diximus plectoris. Quod ſi fecerimus, non ſine grandi malo faciemus, aut ante magis os uentris plenum, & laborans humoribus purgabimus, etiam cum id factum bene prius uiderimus, tunc melius totius corporis purgationē faciemus. Mihi uero ſic fieri utile eſſe uidetur, ut antid. id quod grauius eſt de pluribus obtineamus, & ſic poſtea id quod leuius eſt, facilius curabimus. Nam ſcimus multos medicorum ignaros, non ad hoc reſpicientes, & incongrua facientes, plurimos hominū extinxiſſe, multosq́; grauiſsimo periculo ſubiciſſe, aut certe in macronoxiam miſiſſe. Quia antequam laborantem, & plenum ſtomachum corruptis humoribus, & craſsis purgarent, & corroborarent, auſi ſunt, contra rationem totius corporis facere purgationem. Sed ſi cum fluxu uentris febriat, qui plectoricus eſt, non eſt alia aliqua adhibenda purgatio extrinſecus, etiam ſi non illa purgatio tanta ſit, quæ ſit ſponte per fluxum uentris, quantum cauſa poſtulat, tamen ſufficiat, quia fluxus naturalis eſt, frequenter enim ipſa ſibi phyſis medetur, quæ eſt domina corporis. Nam ſæpe multi non intelligendo exiſtimant debere eos qui talia patiuntur, pluribus & maioribus purgationibus indigere, & auſi ſunt, hi aut ſanguinem detrahere, aut uentrem ſponte fluentem, dato medicamine amplius prouocare, grauiſsimisq́ue eos periculis magis lædendo affecerunt. Sed ſi quis etiam plectoricus corruptis humoribus contorqueatur, & hunc purgari medicinali ratione neceſſe ſit, nec tunc tantum demere uentris ſemel, aut ſanguinis conuenit, quantum ipſa cauſa, uel plenitudo plectoris poſtulat, ſed ſint aliquid ex ſymptomate relinquentes, ſudorem frequenter irreprehenſibilem commouente, aut uigilias inferente, & uirtutem ægrotantis commouente. Ita ergo conſiderandum, & maxime cauendum eſt, ſi uigilijs continuis, uel etiam aliquibus laboribus æger afficiatur, alio quolibet ſimptomate non uehementer, & multa purgatione, uel ſanguinis detractiones facere conuenit, non enim adhoc ſufficit æger. Arbitrandum etiam hic & quaſi ſymptoma aliquod accipiendum ad curationem ægritudinis, ſi ſit aer uehemens, ſiccus & calidus, ſicut præſenti anno factum uidimus, incipiente ortu canis, uel arcturi, atque ſyrij ſtellæ, quod tempus incipit à 15. calend. Auguſti, & extenditur uſque in nonas Septembris, & uſque eſt numerus dierum 50. Vnde qui hoc tempore ſanguinem detraxerint, finem uitæ fecerint, eo quod medici ipſorum cauſas tantum attendentes, temporis rationem ignorantes, ſymptoma cauſarum non viderunt. Ita ergo ſymptoma ſit ægritudinis, ſicut frigidum ſatis tempus ſit & humidum. Ergo ſimili ratione nec tunc utile eſt detractionē ſanguinis fieri, nec uentris quia non minima fient ex hoc pericula. Perierunt nanque illi in ſicco, & uehementer ignito, ut diximus temporis aere, ablato irrationabiliter corporis quo ſuſtinebantur humore, ſiccati nimium & arefacti ſubitis anguſtijs animam exhalarunt. Similiter & illi qui nimis frigido aere temporis, amiſerunt per aliquā purgationem, uel detractionem ſanguinis naturalem corporis calorem, ſubito ex nimio frigore conſtricti mortui ſunt. Quia pari ratione nimium frigus, ut nimius calor occidit. Ita ſiccitas multa, & multus humor necat. Quippe ſi in frigore nimio auferas ſanguinem, aut in tempore calido exicces ſatis, nonne contraria, & in conſiderata ratione occides? Ita ergo & locorum poſitio, & regionum ſitus, & aer conſiderandus eſt à nobis, quia neque in nimum calidis, aut nimium frigidis locis,

locis uel regionibus, auferẽdus eſt ſanguis, aut uẽter purgandus, ſed temperãdus ex hac ratione, ad utilitatem curationis ægroti. Nam ſi ſit calidus locus, calidaque regio, calidum tempus, abſtineamus à retrahendis humoribus, id eſt, per uenas, & per uentrem. Similiter & in frigido loco, & regione frigida, tempore frigido, quodminime facies. Conſideranda ergo eſt & phyſis, id eſt, natura ægrotantis. Nam multi neq; nimiam ſufferunt exhauſtionem, neque ieiunium ferunt, id eſt, nec abſtinere poſſuntà cibo longum, quia ſunt aliqui, qui mox amittunt uirtutem corporis exhauſti per uenã, id eſt, per uentrem, & aliqui ex ieiunio ſtomachum in uitium mittunt, & faſtidium incipiunt pati ciborum, & ſi quid coacti & compulſi acceperint, digerere non poſſunt, ſed aut mox uomunt idipſum, aut non digerendo grauantur in peius, hoc incipit eſſe iam ſymptoma. Ergo in hac parte cognitionis phyſis ipſa, id eſt, natura corporis eius qui ægrotat, ponenda (ut dixi) & conſideranda eſt. Quotquot enim calidi & ſicci natura corporis ſunt, hi omnes ſi uehementer, & nimium purgentur, facile & nõ mediocriter læduntur. Quia & conſuetudo non parua res eſt, decet ut conſideretur, & in hoc, id eſt, in exhauriendo, & in alijs omnibus, & in cæteris rebus. Secunda enim natura eſt conſuetudo. Nam illi qui plurimo utuntur cibo, & purgari ſoliti ſunt, illos ne metuas, etiam uehementi purgatione uentris, & detractione ſanguinis exhaurire, maxime ſi alia teſtentur, his purgationem fieri manifeſte debere. Iſtos uero mediocriter exhaurias, qui antea leuius purgati ſunt, nec dum uehementer pertulerunt purgationem uentris, uel detractionem ſanguinis. Alios uero horum aut facile exhauriendos cenſeo, niſi prius diligenter omnia perſpexeris & id fieri expoſcere cauſam, atque poſtulare cognoueris. Ad hoc ergo ualetudinem corporis, uel qualitatem conſiderabis quia alij ſpiſſo, & conſtricto ſunt corpore, ac ualido, & non facile ſentiunt moleſtiam. Vnde hos tales corpore non uerearis ſemel, & uehementer purgare, ſi erit neceſsitas, aut detrahere ſanguinem, quantum cauſa poſtulauerit, & ſi nihil aliud de diuerſo ſit, ut ſolet, quod prohibeat. Illos uero qui fluido & molli corpore ſunt, & imbecilli quidem, & facile uincuntur ab omni re, nec ferunt moleſtias, hos minime exhauriendos cenſeo, etiam ſi id fieri manifeſta cauſa poſtulauerit, non ſolum detractionem ſanguinis, ſed & alijs etiam quibuſcunque purgatoriis, uel medicaminibus mediocriter, & non ſemel, ut diximus, & uehementer in his utendum cenſeo, quia mox uicti maleſiunt, atque deficiunt. Vnde partim paulatim melius utimur, & ſine metu atque periculo. Simul conſiderandum eadem ratione, & in iilis eſt, qui aut nimia mole corporis groſsi, uel pingues ſunt, aut nimia exilitate pertenues, & macilenti ſatis ſunt. Quia in his detractio ſanguinis de uena nimia, & purgatio uentris uehemens, nec facilis eſt, nec ſine periculo fit. Eſt enim in his quaſi ſymptoma, prohibet id fieri habitudo corporis, & ætas ipſa. Nec enim pueri, nec ſenes poſtulãt hoc ſibi fieri, nec gaudent, ſi facta fuerit, ſed triſtes & periclitantes erunt. Sed ut diximus uniuerſos iuxta rationem cauſarum conſiderantes, diligenter exhauriemus, non ſemel, nec uehementer, ſed partim & molliter abſtinendo à cibo, mediocriter ieiunis utimur, in tempore ſuo cibum dantes, & potum. Curandus eſt ſtomachus cum fricationibus rationabilibus, & clyſtere non uehementi & molli, & congruo, atq; temperato. Omnibus medicinaliter utimur embrocis, & fomentationibus, & lixóperitis, & cerotis, & cataplaſmate ſalubri, calidis fomentis, etiam cucurbitis, lenibus, uel cum foco, uel ſcalpello, ut ratio cauſæ poſtulauerit, nec non & lauacro utimur tempore competenti, nihil omnino incongrue facientes, ne lædamus potius, quam iuuemus. Phlebotomo uero utimur, ſi grandis & matura fuerit cauſa ex uitio ſanguinis, & ætas, & tempus permiſerint, & uirtus ægrotantis. Clyſtere uero utimur ſi uenter nõ obſequitur, & decocta febribus uentris egeſtio, in his ſquibala cõſtricta augmentant ægritudinem. Fomentationibus & embrocis ea loca curabimus, quæ patiuntur, aut gargariſmate ſimplici, uel electuarijs tunc utimur, cum tuſſis, aut ſingultatio ægrotantes infeſtauerit, & ſi phlegma collectum in ſtomacho ſenſerimus, ſuccum ptiſanæ addito oxymelle dabimus, aut apium bene coctum, ſi urina difficilis erit, cataplaſmis utimur, ad incidendas febres, id eſt, lini ſemine, ex aqua in oleo roſeo tantum decocto, aut ſi ſenſerimus medias partes ſtomachi indignatas, & in feruore poſitas, addimus fœnugræci pollines, & hordei, & tritici, & oleum dulce, his addimus etiam & mellis quod ſufficit, & ſic utimur etiam cucurbitis ſordidis, & paragoricis. Hornm omnia tempora abſeruanda ſunt, ut quando declinent, & quando commoueantur cauſæ, ſciri poſsint, quia talia horum in declinatione fieri cõueniunt. Cibis maxime leuibus, id eſt, ſuccis ptiſanæ utimur, cũ febris accenditur. Depoſita enim & tranſacta febre, paulatim addimus cibos bonos, & digeſtorios ad recuperandam ſenſim uirtutẽ ęgroti, & ad confirmandam ſanitatem.

De dolore capitis. *Cap. I.*

SI quis doleat capite ſicut ſolet, & ſit abſtinens à cibis, & cordis pulſum patitur, impera ut uo-

ut uomat. Qui uomet choleram, aut phlegma, aut utrunque nullo autem euidente ſigno, circa uentrem cauſæ alicuius exiſtente, vnde poſsit per anathymaſin dolor capitis commoueri, prę ſcire tunc demum, & conſiderare diligenter debemus, ne forte nimietas exuberationis alicuius humoris, enfraxin meatus alicuius, aut feruorem fecerit locorum eorum qui ſunt in capite. Id autem ſic poteris cognoſcere, ſi interroges, an totum caput doleat, atque tendatur dolore, an nimia aliqua capitis parte uehemēs inſederit dolor. Deinde interrogabis, utrum ipſe dolor cum grauitate ſit, id eſt, quaſi pondus aliquod grauet caput, aut tendat, aut conſtringat, aut pulſet. Nam ſi cum pondere capitis dolor erit, ſignificat abundantiam humorum. Si uero cum confectione, uel compunctione humorum feruentium, ſignificat acerrimam exhalationem, uel uaporationem. Si autem cum pulſu, & quaſi cum percuſsione, calorem & feruorem ſignificat. Si cum tenſione, id eſt, quaſi tendatur doloribus caput ſine pondere, & pulſu, indigeſtiuæ uentoſitatis copioſitatem ſignificat, & tumentis ſpiritus abundantiam. Si uero tenſio ipſa capitis cum pulſu erit, feruorem atque indignationem ſignificat, & membranarum quibus cerebra inuoluuntur. Si autē cum pondere tenſio erit capitis, abundantiam ſignificat humorum infra ipſos ſinus membrorum congeſtam, atque conſtrictam. Cum ergo omnia iſta definita ratione manifeſte cognoueris, inquire, & conſidera rurſus cauſam, id eſt, originē quæ id facit. Ipſa enim cauſa uniuſcuiuſque paſsionis, curationem ſui oſtendit, id eſt, ſi abundātia & nimietas exhalationis, vel uaporationis feruentium humorum erit, prȩuide & cognoſce, ne per nimietatem febrium ebullierint humores, vel biles, qui à ſtomacho effuſi, uelocius caput cerebrumque petierint, aut propter infirmitatem partis capitis, aut propter nimietatem & abundantiam humorum in toto corpore, qui totum corpus pondere ſuo grauant, & hanc quidem non difficile curabis purgatorio, & euacuatione totius corporis. Illam uero cauſam quæ per imbecillitatē in parte capitis fit, curabis non tantum in ea parte, ſed etiam per antipaſin congrue facies, ſi acri utaris clyſtere, & ligaturis conſtringas pedes, & blandis confricabis manibus, & neceſſe erit aliquid detrahas ſanguinis ex alia cōtraria parte. Ipſam uero partem ſic curabis: In eodē tempore quo antipaſis fit, embroca capitis utaris, quæ poſsit abigere & repellere cauſam à parte capitis, deinde alijs adiutorijs, quæ poſsint purgare & euacuare, ſic etiam poſtremo quæ poſſint confirmare & corroborare. Repellit & abigit oleum uiride recens, & nouum, nec non & oleum roſeum idem facit, & per ſeipſum, & cū aceto miſtum, & quæcunque ſunt ſibi uirtute ſimilia, id eſt, oleum in quo papauer fuit infuſum, & frondes, uel ſummitates oliuæ tenerrimæ & per quàm molles, & hederæ grana, mentha, & ſiſimbrium tenerum & uiride. Vtēdum eſt uero his tepefactis, ſi aquoſus, uel frigidus humor in capite abundans ſentitur. Si uero calidus & cholericus, frigidis embrocabimus caput. Euacuat uero & purgat atque detrahit humores, calens oleum, ipſum per ſe tantum, id eſt, purum & magis id facit ſi ſit uetus, aut ſi anethum in eodem oleo bulliat, aut radices cucumeris agreſtis. Nam iſto tali oleo fomentando curabis mediocriter, & non ualde ſpiſſos & acres humores. Cum ergo craſsiores & ſatis ſpiſſos humores uolueris purgare, des quoque infuſum ſerpillum, deſuper oleum vel pulegiū, aut neptam, uel mentham, aut ſiſimbrium, quia hæc talia & uehementer purgant, & uirtutem tribuunt, & laxata reficiunt mēbra. Vnde oportet uti his continuatim uſq; ad ſanitatem completam, & ſi neceſſe erit caput purgari, per palatum & nares id faciemus, & ſternutationem prouocabimus, & in balneis aere ſiccis caput ſabanis diutiſsime perfricabimus non utentes oleo, niſi ſale, & nitro, & ſinapi. Hæc ergo cura dicta eſt capitis ægrotantis. Nam quia ex nimia febre dolor capitis fieri ſolet, frigidis effectu, atq; uirtute embrocabimus, id eſt, hydroleon, uel oxyrhodino, hoc eſt aceto & oleo roſeo, uel ex papauere confecto oleo.

De ſignis doloris capitis. Cap. II.

PEr quantitatem febrium capitis dolores eſſe diximus, maxime in qua parte incubuerit febris. Venas ergo eius in quo aſcenſio eius febris eſt, extendit cum dolore capitis, unde Græci ſymptoma dicunt. Quoniam & augmente febre, augetur dolor capitis, & laxante, laxatur. Quanquam eam paſsionem ab ipſis audiamus, qui eam patiuntur, tamen manifeſta hæc eius paſsionis ſunt ſigna quod in initio eius ſæpe grandis grauedo eſt. Et cum paſsio grauis eſſe cœperit, manifeſtum eſt tunc magis caput commoueri à febre, & dolorem reddere. At ubi augmentum eius uires acceperit fit manifeſtus dolor, atque grandis maxime temporū. Deinde totius capitis ſequitur dolor, tamen oſtenditur quædam agnitio in facie, quam Grę ci pyroſin proſopum nominant, quia nonnunquam oculi eorum rubeſcunt, & genæ. Palpebræ uero tardius mouentur. Tacent plerunque & tumeſcunt uenæ, piget eos loqui. Oculi quoque eorum non clare cernunt, uix audiunt, nauſeant, albumen quoq; oculorum foris uerſum oſtendunt, vel intumeſcunt vbi dolor cœperit minui. Nonnunquam ſubito & ſine ratione, definit

definit dolor capitis,ex quare ſuſpectio eſſe debet, ne fiant illa quæ Græci paracopen dicunt, aut obliuio mentis, id eſt, lethargia, uel cataphora, quæ alienationis ſigna ſunt mentis, id eſt, phrenesis.

Cura.

Oportet his hæc adiutoria adhiberi, id eſt, mollibus manibus, atque calidis caput continere, atque frontem, nec ſint valde conſtrictæ manus, ut eadem res hanc paſsionem poſsit augere, vetandusque erit valde aer luminoſus. Locus enim lucidus ſi erit oculorum acies percutiens irritat dolorem capitis, cui cum in ſtatu erit, oleum calidum adhiberi iubemus, nec ſatis calidum, nec ſatis frigidum, quia intemperantia lædit. Quod ſi ſe addiderit dolor, oleo camomillino caput perungatur, aut mulſam gargarizent. Quod ſi perdurauerit dolor, foueatur caput ex elixatura ſeminis lini, aut maluæ. Si uero increuerit dolor maximus, acacia, aut creta ex aceto, aut cum aqua trita, frontem, & tempora perunges, aut apponito uermes terrenos cum pipere. Quod ſi febres interiores erunt, & magnus increuerit dolor, ſanguinem de uena emittere debes, aut cataplaſmabis, aut accipiant elixaturam anethi, aut abſinthii pontici. Quod ſi adhuc perdurauerit dolor, preſſius erit caput tondendum, & cataplaſma adhibendum capiti, ex lini ſemine, & hordei pollinε, & fœnugræco. Si uero omnia contempſerit, cucurbita erit adhibenda, cum hypolaupadio, non ſatis ignita in medio capite, ſcarificatione moderata adhibita, id eſt, ut non minus aut amplius incidatur. Poſt hæc cerotario uti debent. Quod ſi hæc omnia obſeruaueris, ad pleniſsimam eum ſanitatem perduces. Sane ſi febres non ſunt, chirurgia eſt adhibenda. Quod ſi inter eſt nauſea, oxymel accipiant, & uentrem prouocent.

De parotidis in febribus. Cap. III.

IN febribus parotidæ naſcuntur, propter earum magnitudinem febrium, vel quia in ipſo impetu frigidam aquam vel bibant vinum plurimum, aut ex perfricatione, vel ſi immoderate ſe abluant, uel ſi plurimum loquantur, uel ſi dura aſsidue manducent, aut frangant, aut multũ diſputent, ex his enim omnibus cauſis phlegmon fit. In febre plurimæ gignuntur parotidæ circa auriculas, unde & parotidæ ſunt dictæ.

Cura.

Plures vero harum modos diuerſos dicunt, & uarias adhibent curas. Nos autem communes quoque impetus communi curatione curabimus. Nam quamdiu in impetu eſt cauſa, tegimus lana munda & molli. Dehinc cum cœperit impetus febrium diminui, fouemus oleo dulci & calido aures, & ex eo oleo ibi aliquid infundimus, nec faſciamus lana foramina aurum. Extendit enim dolores aurium conſtipatio, & tandiu fouemus oleo ipſo, donec mitigentur. Quod ſi non mitigaueris, cataplaſma adhibendum erit, id eſt, mulſa, vel hydroleon, ſiue decoctio fœnugræci, uel lini ſeminis, aut maluæ comiſtione. Mittimus & oleum calidũ, & pollines hordei, & ex eo cataplaſmamus, ita tamen ut oleum & mel miſceas. Tunc ſi diutius dolor permanebit, opponamus ei pannos lineos tinctos in calida & oleo. Quod ſi impetus & dolor permanebit, piriaſis erit illis adhibenda, id eſt, ſpongia in aqua calida, intincta, & expreſſa. Deinde cucurbitas adhibemus, ut nõ ſatis conſtringant. Vbi non declinauerit duritia, cataplaſmabis ex farina hordei & mulſa. Vbi autem minuitur duritia, creta argentaria, aut ſucco de immaturis prunellis, id eſt, acacia ex aceto conſperſa de penna linimus. Vbi duritiam inuenimus, cerotum eſt adhibendum ex oleo dulci limpido cum achanti radice, vel adipe porcino recente. Poſt hæc apponendum erit malagma diaquilon, uel diaſanſucũ. Quod ſi duritia permanſerit, diſſoluere debemus humorem ut remolleſcat, & corrumpatur, apponentes triduo naſturtij ſemen tritum & hordei in mulſa coctum, quouſque duritia illa ut ſuperius diximus, ad maturitatem humoris ueniat. Et tunc chirurgia erit adhibenda in rotundo, & locum inciſum curamus ſicut in omnibus uulneribus exigit. In omnibus autem temporibus curare debemus, ut cibos omnes molles, & ſorbiles accipiant, & alicam ex mulſa gargarizent.

De linguæ aſperitate. Cap. IIII.

PRopoſitum eſt dicere de ſicca, & aſpera lingua & uſta in febribus. Differunt equidem febres à ſe, quia alia magna eſt, & alia leuis. Nã quando leuis eſt ſiccaturque lingua, ſed quando augetur, aſperatur. Quando cœperit in ſtatum creſcere, inflammatur, atque uritur lingua, quam cauſon Græci dicunt.

Cura.

Ergo hæc prima cauſa collutione oris in tempore adhibita, ſoluitur, & ſi ſiccitas, aut aſperitas permanet, ſignum eſt hoc quod ex intimo linguæ incendium ſeu ſiccitas, uel aſperitas uenit, id eſt, ex interioribus membris quæ linguæ ſunt connexa unde impetus naſcitur, & cũ ipſa ſunt in impetu, neceſſe eſt quoq; quod nexum eſt ſigna impetus gerere: ex hac enim cauſa quam uidemus, illam quam non uidemus ratione perſpicimus.

Cura.

Linguæ autem aſperitatem ita humectari oportet:

oportet: Dabis aquam continere in ore, uel lini semen, aut psilium in linteolo ligatum decoquitur, & cum eodem linteo ut est ligatum linguam fricabis, & sic semper infundes aquam mundam, & lauas, spongiaque detergis, seu ex oleo roseo cum melle misto infundis, uel portulacæ succum dabis in ore tenendum, & libanotidos in mulsa decoctum, necnon & damascena, maximeque ossa eorum, cum lactucæ uel caulis succo.

De perielcosi. *Cap. V.*

PErielcosin passionem latine possumus dicere nimiam sitim, cum ardore febris. In initio hanc passionem his signis comprehendimus: Primum quod phlegma pectoris eorum uritur, talique anhelitu redundat, hi quoq; uehementer sitiunt. Accidit hæc passio strictis febribus, uel illis qui epiploce laborant, quibus maxime respicere ddbemus, si cũ strictura cœperit augmentum habere, tunc debemus in oleo calido, uel decoctione fœnugræci, non tamen spissa, uel multum aquata, uel decoctione maluæ intingere pannos laneos molles, uel lineos, aut spongias molles,& eas opponere præcordijs & thoraci,& si possibile erit etiam per dorsum eas immutare assidue & dare operam oportet ne frigescant.

Cura.

Tunc conspicis quod contrarium habet corpus, deinde adhibebis hæc laxamenta superficiei corporis, id est, plagellas in calida, & oleo intinctas, in qua calida immittis rosam siccam, aut lini semen. Et iterum post hæc aqua calida labia, uel os, & linguam ægri lauato, adhibebis cucurbitas uacuas, & loco iaceat æger lucido, & pensili lectulo. Cataplasma erit adhibendum: quod Reci. palmulas pingues, & oleum, & aliquid mellis, atque aquæ, & pollines hordei, lini seminis, fœnugræci, altheæ radicis, aut folia, & cõficitur sic. Palmulæ bene tritæ, oleo, melle & aqua ferueant, & sic althea optime trita, & pollines omnes commisceantur, & ita calida per triduum stomacho imponatur. Post hoc cucurbitæ tractus adhibeatur, nausea prouocetur, & uenter subducatur. Vbi laxatio fuerit ardoris, obseruari debet à stipticis uel frigidis, quod si impetus maior fuerit ardoris, frigidam accipiant, &, sic bibant pro siti, accipiant rhodomel, aut omphacomel, aut elixaturam apij uiridis, aut rosæ siccæ, cibum accipiant tenerum, & paruum.

De fastidio cibi & potus. *Cap. VI.*

FAstidium est cibi ac potus recusatio, aliquando uehementius in toto recusant, aliquando non ex toto accipere summopere recusant ægri, aliquoties molestam, & contrariam solent desiderare causam. Quando hæc patiuntur, stomachi est præcipue uitium. Aliquando cum fluxu, aliquando cum strictura, & non tã in febribus, sed sine febribus hæc accidit passio. Ergo si constrictura laborant, stomachus laxari debet, si per fluxum constringi, & dari quod demonstramus, atque monemus his quædam odoramenta quæ odorem ferant, & si passio permittat, id est, si faciat declinationem, gestare debemus illos cum equis, & plaustris, & uarios cibos & separatos in declinatione dare, & leue quod dabimus uarium sit. Inuitant enim uarietates animum infirmi, & repente quædam oblata excitant, & in extremo odoratos damus cibos, ut gustent de plurimis paululum. Tunc enim si hæc fecerimus, lætabitur infirmus. Deinde introducatur sermo qui irritet ad cibum inducendum. Quod si non acceperint cibum, clyster inijciatur, & cataplasmate uti debent de pane sicco, & palmulis,& malis cytonijs. Quod si omnem cibum auertat æger, & contrarijs sibi delectetur, sermone atque ratione utendum erit, sed primo quæ sunt recta contra uoluntatem ei debemus. Quod si omnia contempserint, & contraria uoluerint, accipiant. Si uult constrictoria, ut fluxa utenda sunt, tamen qualia accipere valet, eoque modo deficientem sustinebimus, usque in declinationem quasi propter remissionem.

De singultu. *Cap. VI.*

DE ualido singultu sermo est: accidit aliquando febricantibus, nonnunquam & sanis plerunque euenit, & acute febricantibus. Huius rei signum est stomachi concussio, seu uibratio cum quodam sonitu proprio atque huius rei solitario, & ueluti asperitate quadam resonante, & in tantum ut singultus cogat plerosque uomere quæ accipiunt, nec simpliciter uomere, sed cum quadam præfocatione: aliquando ualidior est. Nam tunc & uniuersa quę accepta sunt reijcere cogit.

Cura.

Adiutoria diuersa ad hanc ualetudinem adhibemus quæ superius in stomachi impetu diximus. Quod si frigus est in stomacho calefactoriam curam adhibemus, dicente etiam Hippocrate: Singultus aliquoties fit aut ex repletione, aut ex inanitione. Inanitio repletionẽ, & iterum repletio inanitionẽ soluit. Si per longum tempus fuerit, uomitum prouocamus ex raphano,& potum damus acetum squilliticum, aut castoreum ex mulsa, aut calidam, ubi coxeris cyminum, aut oxymel cum calida. Iuuat eos cursus & uectatio, & stomachus curetur, uel

oxyporia

oxyporia accipiant plus thermantica, uel epithema. Cibos utiles & leues ex calida aqua accipiant, interuallo facto non plus, sed parum, & catamodicum glutiant, ne singultũ prouocent.

De sicca & aspera lingua. *Cap. VIII.*

DE sicca & aspera lingua sermo est, quam uisu comprehendimus & tactu. Videmus autẽ illam siccam quam tangentes sentimus asperã esse, & quasi papulas quasdam in ea cernimus: atque sentimus. At si encausim passa sit, est ruborata, uel subcinericij coloris, siue liuidi, aut nigri, uel rhadagias habere cernitur, sicca autem quasi pelliculæ pergamenorum similis. In se habet uulnuscula, nunc ampliora, nunc minora. Vnde & uocem æger tardam uel obscuram reddit, quia os siccum, atque linguam ostẽdit. Oportet autem eos collutione oris uti, aut apponentes in mento, aut ante mentum, quod græce antereon uocatur, lanas molles intinctas in oleo calido dulci. Linguam uero fricamus cum spongia molli, & munda, & aqua calida intincta. Post hæc colluendum est os ex aqua calida, aut ipsum antereon, diamoron medicamento tangito, aut ex rosa sicca cum croco ex æquo trita, & cum melle mista de penna linito. Cataplasma ex pane & aqua calida, & polline fœnugræci, aquatam aut mulsam dari conuenit, & aliquando melle cum penniculo fricabis, & lini semine integro in linteolo ligato, & in calida tincto, aut foliis mentæ uiridis linguam fricabis & os. Quod si asperitas magna fuerit, & os & palatum usta fuerint, gargarizent elixatuturam rosæ siccę, ad tertiam decoctæ in aqua.

De diaphoretica. *Cap. IX.*

DIaphoreticos multi cardiacos appellant, quos ita cognosces. Vt cœperint nimiis & acerrimis exagitari febribus, sudorem patiuntur incongruum, & non creticum, ex quo uehementi periculo urgentur, qui sudor tanquam symptoma appellatur. Nascitur hæc causa ex sinocho, aut ex causon, aut ex sinoche.

Cura.

Cuius signa certissima cum videris, & nimiũ sudantem, & sine intermissione repereris, hũc curare debebis sic: Phlebotomabis eum mense Martio maxime, & facies tenere myrtos sub asellis, ne forte cum phlebotomas sudor incurrat. Si uero neglexeris, apoplexia, paralysis, epilepsis, synanche, eueniunt. Constitues eos in pauimento, aut in tasascello, aut in tegestri, quos aqua frigida roras, & ponis pueros & puellas, ut cum muscarijs flabellent, melius si ex canna uiridi sint, quæ assidue in recente intincta præstare possint corpori æstuanti uentum frigidum & ex guttis humidum rorem. Hæc sine intermissione fieri iube. Quibus etiam dandũ est diacodion mane coclear 1. sero 1. His etiã similiter utile est rhodomel adhiberi, quamuis hæc duo adiutoria nõ solum diaphoretico prosunt, uerum etiam causis unde diaphoresis descendit, id est, sinocho, & causon, & sinoche. Adhuc etiam myrthus super patientem debet spargi, & cataplasmata lixoperiton adhibenda sunt, maxime quæ fiunt ex portulaca trita, & acinis acidis. Quod si acini iam maturi sunt, aut nondum nati, etiam ex portulaca sola cataplasma fieri potest. Quod quidem siue habeas acinos, siue non, trita portulaca, & inducta in plagella sic frigida imponenda sunt, ut sudor ille noxius reprimi possit, quamuis hoc cataplasma etiam omnibus causis istis faciat, id est, sinocho, sinochæ, & causon. Item ut supra cataplasma lixoperitum, quod facis sic: mittis semen lini in recentem, & cum mollierit teris, & adde rasuram cucurbitæ uiridis, & sic frigido stomacho imponis. Omnia enim lixoperita in stomacho ponenda sunt, sed hoc lixoperitum facit & ad causon, & sinochen, & diaphoresin. Sed in hac causa quam maxime obseruandum est, ut & locus, & flamina stiptica procurentur, id est, ut recens sparsa non desit, & frondibus hedræ, myrtæ, & granatæ, uel pampini, ac buxi cubiculum ornetur. Medicamen ad cardiacos: Foliorum hederæ terraneæ cum ramulis suis, quantum duobus digitis cingi potest teratur, & in uini albi phiala, id est, ita ut sub diuo moretur nocte una, infundatur & sero, in primo mane exprimis, & sic bibatur. Item ipsum uas foris sit tota nocte. Hoc fac diebus nouem, & sanabis hominem, & abstineat se æger ne cor comedat undecunque aut carnem quę cum corde cocta est. Item cõtra sudorem remedium optimum. Si ante solis ortum herbam quam appellant semperuiuam legas, & ante solem teras, atque eum qui patitur ex eodem succo perungas, utiliter prodesse dicitur. Etiam remedium est si in collo eius qui patitur uiridem uuam, & album corallum, ita ut tota nocte in recente maneat ante solis ortum suspendas lino, scilicet inserta, sed melius est celari. Et uita, ne hoc remedium facere die solis incipias. Cui etiam puluis recipiens umbilici maris, corallij, anacardi, cymini, piperis longi, ossis eboris, spinæ histricis, panis fermentati, gladioli, ossis de corde cerui, opij nuconis. ana 1. cũ calida aqua dandus, tamen spina, ossa, & panis combusta sint, & iaceant in silentio & secreto.

De sudoris distantia. *Cap. X.*

QVomodo discernis cretice sudantem ab eo qui

qui à diaphoresi soluitur, & creticus sudor est: Hic pari numero factus & calidus. Diaphoreticus uero est in pari numero & frigidus, & tenax. Non facilem, sed satis necessariā quæstionem proponis. Nam plurimi medici ignari, salutari sudori imminenti, ægrotantibus restitere, & alii diaphoreticos conlaxantes causa mortis extiterunt. Vnde eorum differentias necessario suggeris ordinandas, quæ uaria ratione colliguntur. Primo ex præteritis diebus, dehinc ex generibus passionum, & magnitudine temporum, & sudoris ipsius ordine, qualitate, & quantitate. Significatio firmatur ex præteritis diebus, in qua consideramus, utrum signa sudoris diaphoretici, aut salutaris præcesserunt.

De iudicio eiusdem. Cap. XI.

EX genere passionum qualitates significationum attendimus. Si enim solutio inest, sudor etiam utilis diaphoreticus esse monstratur. Si uero strictura inest, attendenda est infirmitatis magnitudo. Parua enim passio diaphoresin facere non potest. Si enim magna fuerit, attendendum est tempus sudoris. In statu autem totius passionis, atque temporali accessione, limpidam amissionem creticus maior sudor ostendit. In initio autem, uel augmento pernitiosus, æqualis bonus, inæqualis autem malus sudor iudicatur. Ex quantitate signa accepimus moderationem considerantes. Modicus autem sudor bonus, immodicus malus accipitur. Denique non recte sudantes & sine moderatione, diaphoresin incurrunt. Ex qualitate significationem accipimus, cum tactu indicium adhibemus. Salutaris autem sudor calidus & tenuis, & nō male olens probatur. Perniciosus autem frigidus atque acidus, aquatis carnibus similis inuenitur. Deinceps ex præteritis atq; concurrentibus signis affirmanda significatio est. Non recte sudantibus magis paruus atque creber, imbecillis & inanis pulsus inuenitur. Thorax etiam grauatur cum respiratione frequenti, ac iactantia animi uocis tenuitate atteſtante pallore. Recte autem sudantibus pulsus rectus, respiratio facilis, atq; leuior efficitur. In somno enim prona deiectio, & omnium aduersariorum diminutio, cum animi atque corporis releuatione, & recto & salutari ordine. Quomodo discernis à cardiaco eum qui ex stomachi passione sudauerit? Ex stomachi passione sudens cum dolore quadam parte corporis uexari uidetur, hoc est, sub pectore, aut inter spatulas, atteſtante aliquando singultu. Aliquando post acceptum cibum tensura corporis cum saliuarum fluore, & nausea, & uomitu.

De sudoris præcognitione. Cap. XII.

SVdoris præcognitio apud scientes non est in negligentia. Nam & salutaris sudor est, & mortiferus. Salutaris est creticus, cui credo nomen ex iudicio impositum, eo quod quasi iudicet hominē ex sententia sua, aut puniat, aut liberet. Hic calidus est, cui color rubeus est, & cursus est fortis, & ingēs pulsus uenarum, & quanto plus his sudoris affluxerit, tanto æger fortior fit. Aliter quippe exterminat, & subito fit frigus cum pallore ægri, aut defectione uenarum, aut penitus absq; sensu, aut tremore potius quā solutione febris. Sed creticū facile est calefactionibus prouocare, cardiaco obsistere arduū est. Tamē huic frigidis rebus obsistere placet ut nudus iaceat æger. Si ita surget, aduentetur hinc atq; inde sabanis, atq; flabellis uentum inferentibus. Interdum ex spongijs in aqua frigidissima tinctis & expressis corpus eius refrigerandū est, & si nix affuerit, hac utendū est magis quàm frigida humiditate. Cuius manus stringendæ sunt fasciolis lineis, in eo loco ubi uenarum pulsus tentare consueuimus, & si adsit sitis, frigida danda, & non nimia nec cum impetu hanc accipiat. Hæc res accidit plerunque illis qui cum strictura febricitant, scilicet ut habeant sicca stercora per nimium febris ardorem.

Cura.

Hos oportet per clysterem foras deducere, sicut in secundo Metamaticō ostēdimus. Subiecta erit rubrica de ijs qui in acutis febribus in impetu habent dolorē in præcordijs, in splene, & iecore. Singula hæc medicamina siue omnia in passionibus suis demonstrata sunt, quemadmodum & quibus signis comprehendātur quæ nos oēs scimus. Inueterantibus passionibus ea debebis adhibere quæ sunt dicta, & quæ ad curā eorū pertinent, omnia sunt adiuncta, quāquā & ij cōmuniter ut cætera curantur. Propter quod in quibusdā febribus debemus, & si nō grandis causa sit, lanis mollibus ac mūdis fomētare oleo calido ac dulci. Si amplius fortis sit causa, cataplasmatibus, & cucurbitis, & pyriasis, i. spongia debet intingi in liquore iā sæpe dicto. Postea cerotario erit utendū, s. ubi declinare cœpit passio. In impetu autem clysterizabis in myrta, & in cantabris, & bletæ radicis decoctione mel, & sal, oleo mixtum, uel nitrum, aut affronitrum, ex mulsa & oleo, aut careno, salem & oleum ut tepuerit, & oua dura mixta inijce.

De impetu uesicæ. Cap. XIII.

SOlet uesica in acutis febribus in impetū ac dolores uenire. Sed quando assidue meiant, & paulatim intumescit membranum hoc facit dolore, & parere illa quæ comphebeon Græci

dicunt facit,quæ omnia foluentur, ubi accefsio minuerit. Dehinc plurimum meiant. Quod fi moleftius ea pafsio accubuerit quo ufq; febris laxationem dimifsionesque perficiat permanere folent ea figna.

Cura.

Ad curam eius rei qualia nota funt adhibere debes fouereque ex oleo dulci cum calida mixto. Omnia illa quæ fupra & fub umbilico funt loca,& cataplafmata, & cucurbitas adhibere debes,leues & encathifmata calida, & hydroleon, nec non fœnugræci decoctionem, vel maluæ,& per clyfterem inijcere debes, laxatis enim his partibus refumitur uefica. Quod fi aliquis mor fus erit in veretro pirioticum clyftere, id eft, oleum calidum erit inijcendum. Lenit enim atque moderatur pafsionem hãc,& augere debes omnia quæ huic pafsioni funt utilia, etiam apo zimas accipiant, & caufas neceffarias: quia omne quod bibitur in ueficam confluit, & grauatur id membrum. Vefica quoq; fatigat ęgrum multum mingendo non minus uentris folutio. Vnde adhibemus ftiptica fub umbilico atque efebeon & clunibus, ut funt fpongiæ ex aqua frigida,uel pufca,atque epithema frigida, & cucurbita ftaltica.

De uigilijs. Cap. XIIII.

Vigiliæ aliquando propter aliquam caufam fiunt,uel propter quafdam animi cogitationes, vel propter alicuius loci dolorem, raro quidem propter fluxum uentris & propter ftricturam. Eadem dignofcimus fi ex ftrictura fit aut ex fluxu, noftra interrogatione, quo fæpe interueniente nunquam ægrum dormire uidemus. Præcedit autem hebetatio mentis atque apprefsio quam græci paracopen dicunt: hanc vigiliam affert afsiduitas animi, quam græci catatoram dicunt. Nam debilitationem virium & corporis anguftiam patiuntur. Hippocras quoque ait oculos & nares eorum in acutum procedere. Cui fummas nares frigidas tangimus & cutem, & fummas manus & plantas & oculos quoque tenfos habent, fed fic intente & non palpebrantes quod græci quoque anthoman appellant. Dolent quoq; eidem oculi atque non habiliter mouentur. Nonnunquam etiam in venulis eorundem oculorum rubor apparet. Pulfus quoque infirmus eft eis, mox laxior fit, aut fi intereeft aliquis dolor, exinde vigiliæ fiunt. Debemus vbi funt ftricturæ mollire, & vbi funt laxationes conftringere, ficut in capitis dolore monftrauimus & oleo dulci, aut anethino caput foueatur & cataplafmetur, & pone cucurbitam vacuam in loco qui ilion dicitur & lecto penfili geftetur, & fpongiam cum aqua calida intincta expreffam oculis fapone & odorem pigmentorum naribus ut eft myrrha & opium ftorace ex æquo in unũ trita cum careno modico aut melle & punctione præftentur humidia, ut caput fenfum recipiat, & fomnus fequi pofsit.

De tremore in acutis febribus. Cap. XV.

Fit tremor in acutis febribus tam grauis ut plerunque mentes hebetentur. Eft autem pafsio neruorum quam fimforaneuron græci dicunt. Deprehenditur ea pafsio in ftrictura vel in fluxu hæmorroidæ uel fanguinis uomitu. Quando hoc fit oportet nos mitigare fluxum conftringentibus adiutorijs, fecundum quod fæpe demonftrauimus. Sed cum in omnibus talibus remifsio fecuta fuerit, utile eft ægrum in oleo dimittere, aut ftomachum curare & acopo uti diafanfuco aut diaquilon in oleo foluto totum corpus perungere, & bibant elixaturam abfynthij pontici.

De malefactionibus. Cap. XVI.

Nvnc conuenit dicere fuper his qui in ægritudinibus & per fymptomata aliquod frequentibus auguftijs, id eft, afsidua malfactione laborant atque periclitantur. harum enim malfactionum diuerfa origo eft, quia nec vna caufa eft vnde nafcuntur. Diligentius ergo fingularum inueniamus originem, vel caufam unde fiunt & tunc demum indubitanter, harum uniuf cuiufque præuidebimus curam. Alij nanque anguftiantur, vel malfiunt per abundantiam cholerum. Alij per diarriam, id eft, fluxum nimium. Alij per dyfenteriam, uel lienteriam. Alij per nimium fanguinis fluxum, fiue per nares, fiue per uulnera aliqua, fiue per fellã, ut ille qui hemorrhoidas patiẽ, & mulieres per nimia mẽftrua, aut per aborfum, aut per dolorẽ matricũ intolerabilẽ malfiũt frequẽter & deficiunt, cũ aut cõtorquẽtur, aut de locis fuis excutiũtur, facit frequẽter & indigeftio ciborũ nimiã, & nõ mediocrẽ malfactionẽ. Maxime cũ per hanc corruptis humoribus fluxus uẽtris fit, & bulifmus, quid aliud nifi malfactio eft? Præuenit enim frequẽter malfactio futuram apoplexiam ex fanguinis ictu, & malã epilepfiam: fit etiam in cõmotionibus febriũ cum fumma corporis frigefcunt, id eft, manus & pedes, & cum ex caufa iecoris in feruore pofiti vel ftomachi febriunt quidẽ, & in his caufis anguftiæ fiunt, & cum crudi & intemperati humores in aliqua infolita fibi uifcerũ parte infederint, vel meatus naturales cõclufeꝛint malfactiones nõ fine periculo ægrotantis faciunt. Frequenter & multi æftuanti animo, fiue gadio, fiue mœrore, fiue nimia cogitatione laffati anguftiantur, & defi-

& deficiunt ita ut humor quidam sudoris in his non solum in uultu, sed etiam in omni corpore uideatur. Malfiunt etiam illi quibus inualida, & debili uirtute apostemate rupto siue à se siue ab artifice extrinsecus sanies purulenta decurrit, & aut in thorace, aut in stomacho, aut in uẽtre coagulatur. Necesse est ut illi malfiant, quorum nos ipsi secando apostema aperimus, & totum semel quod intus est euacuamus cum partim id euacuari melius sit. Eadem ratione & illi malfiunt, quos uehementi data purgatione, uel clystere adhibito, & ualide semel euacuauimus, cũ nec hydropici ipsi qui quamuis superfluo humore abundent ubertim, ex toto tamen si subito semel purgentur, nõ sine periculo malfiunt. Quid uero de illis dicemus, qui dolore nimio tacti malfiunt? aut compunctionibus quibusdam aut stropho, aut ileon, aut qui coli subito & graui dolore conficiuntur? Nec minus illi qui confixi uel uulnerati in neruo aut in capite musculi malfiunt. Et in articulis grauia uulnera, id est, chironia uel cancrene, vel etiam carcinomata, faciunt frequenter malfactiones. Sicut nimia frigora faciunt, & intolerabiles æstus vel calores, & vitalis uirtutis dissolutio, uel lassitudo, ex defectione & angustia malfactiones faciunt. Ergo sunt propriæ curæ malfactionum causæ uniuscuiusque earum.

De eadem & cura. Cap. XVII.

PEr singulas causas ut dicatur curatio nunc in hoc libro satis est longum, quanquam breuissime tibi (ut ipse petisti) disposuerimus dicere, si tamen breuitas ipsa efficiat, atque præstabit tibi, ut scias ex paucis, quæ diximus, plura mederi. Nam siue ex choleribus nimijs, siue ex diarria, siue ex hemorrhodia, siue ex alijs ut diximus causis deficit, atq; malfit aliquis, conuenit mox ut aqua frigida in facie roretur, manus & nares constringe, os etiam dentesq;, aperi, ut tussiant, & impera ut exercent, aut aures trahe, aut capillos, & iuxta pectus stomachũq; fricari manu, uomicamque prouocari digito in ore misso, vel tinctis pennis in hydroleon, & articulos uinciri, id est, summitates manuum uel pedum colligari. Oportet autem ligaturas in extremis manibus & pedibus esse, sed plures quidem vehementiores in manibus tunc cum fluxus sanguinis uel ventris ex inferioribus partibus, & angustias nimie manando perfecerit. In pedibus vero tunc, cum ex superioribus partibus fluxus uexauerit, vsq; ad angustias & necẽ ut solet narium sanguinis incessabilis fluxus molestare, aut stomachi delaxatio uomicæ facere nimietatem. Ergo siue ægro, siue sano aliquid tale contigerit, & angustiarum vel malfactionum molestias fecerit, considerandum erit ut per antiparistasin restringamus sanguinẽ qui manat, id est, contrario medicamine, vt inferiora colligando, vel constringendo superiora leuentur. Sic etiam menstrua fœminarum sedemus, ita ut superiora constringendo, uel colligando leuentur, inferiora cessare faciamus. intuendum est etiam in his talibus & dicendum causis, qualiter debeat, uel quo schemate iacere qui patitur, ut si de inferioribus laborauerit fluendo partibus, pronus & decliuus capite iaceat, nec tamen nimie, sed temperate. Item de superioribus si fluxus fuerit erectior à capite lectulus eleuetur. Sic etiam mulieribus ex nimio sanguinis fluxu medeberis, ut abstineas riuulos matricis insolito more fluentes, si iuxta mammas earum calidas figas cucurbitas, ita ut & iecori atque spleni infigas & superponis cucurbitas. Cum ex utraque nare nimius & inabstinẽs manauerit sanguis, aut si de vna fertur nare considerabis. Si de dextra erit, iecori superponis, si de sinistra, spleni. Necnon etiam medicaminibus quæ sunt ad fluxum sanguinis restringendum, & ad menstrua uteris, uel in naribus, uel in potione adhibendis, necnon & ad uomicam, & ad choleram sedandam, & ad fluxum uentris, & ad mẽstrua multa quę in pharmateuticis scripta sunt, & per ora danda utilia intrinsecus, & extrinsecus diuerso modo adhibenda, scilicet uentri, matrici, stomacho thoraci, capiti ac fronti. Balneo non utendum est illis qui fluxu sanguinis laborant, atque deficiunt, alijs uero non incongruum est, præter illos qui nimio laborantes malfiunt, atque eclipsantur. Nocet enim & ipsis usus balnei. Oportet enim hos non calidis relaxare, sed frigidis constringi uel escis uel potionibus, uel unguentis stipticis, & frigidis, quia his calida contraria sunt, nec ligandos his, uel constringendos scito pedes, nec uomicam prouocandam omnino, nec aliter commouendos. Vinum etiam frigidum pane infuso dandum est, & flatus frigidi uentorum sunt adhibendi, & aer & cubiculum stipticum vbi iaceant ex artis scientia faciendum, id est, frondibus teneris pauimentum sternamus, uidelicet myrtæ, salicis, & pampini, & mali granati, atque rosæ, & alijs huiusmodi uirtutis stipticæ. Sed illis ista incongrua sunt, qui humoribus ore uentris repleto, sudore uel ægritudine laborant. Quibus balnei usus utilis est, & uentris purgatio, & uini usus. Vinum sit tenue calidum, & natura calidum ut est siculum. Tale enim dare conuenit, sicut illis qui sanguinis fluxu, atque euacuatione laborant, quod non sit spissum nigrum, uel ruboratum, atque austerum. Sic itaque hoc modo curabimus istos, qui per nimium fluxum atque euacuationem laborando malfiunt, uel angustiis laxantur frequentibus. At uero illos quibus ex aliquo

nimio humore concreta abundantia, quaſi enfraxin, id eſt, obiecta nimietatis mole occluſionem meatibus facit, ita ut uitalis ſpiritus ſolitis naturalibus impediatur curſibus, & ob id malfactiones atque anguſtias patiantur, & non ſimiliter, ſed longe aliter curabimus. Nam his extremas manuum pedumq́; partes diutiſsime manibus perfricabimus blandis & conſtringimus, atque colligamus, atque calefaciamus: & ſi febris erit, abſtinemus à cibo, & uino, & balneo. Sufficiat nanque his mellicratum tantum decocto thymo, uel origano, uel hyſſopo. Vtile eſt etiam oxymel his dari cum pulegio, & iri illyrica factum. Similiter medicaminibus his & illas ſcito curandas, quæ & matrice laborantes malſiunt, præter oxymel, & non magis in his manus quam crura cōſtringenda ſunt, ſicut illis qui profluxu matricis nimio uexantur, & iſtis ſimiliter cucurbitas circa mamillas ponimus. Ita etiam his quibus matrix excuſſa à naturali loco & conuerſa, & reſupinata ſurſum vel tranſuerſa deorſum renibus, aut lateribus, aut inguinibus incumbens iacet, cucurbitas ex diuerſo apponimus, id eſt, ut per antipaſin in ſuo matricem eandem deducamus loco. Nec non naribus odores fœtidos apponimus, matrici uero ſuffumigationes delectabiles, & perpulchre olentes offerimus, atque ſuffumigamus, necnō etiam medicamina, uel peſſos calidæ uirtutis, quibus relaxari atque placari poſsint adhibemus. Si uero infirmis aut nō bene ſanis ſtomachi uitio laſsitudo frequens fecerint malfactiones atque anguſtias, utamur epithemate quo poſsit confirmari, & corroborari ſtomachus, id eſt, dominus corporis, quale eſt quod recip. crocum, aloen, maſtichen, atque his ſimilia. Et embrocabimus oleo nardino infuſo modico uino decoctionis abſinthij pontici, uel oleo maſtichino, aut melino, id eſt, de malis cytonijs. Et ſi calorem ſentiunt quaſi ardentis ſtomachi, miſcemus ijs aliqua frigidæ uirtutis de ſuccis cucurbitæ, vel lactucæ, uel portulacæ, atque ſtrigni, necnon vuæ viridis, uel immaturæ ſuccum, qui nō ſolum hic frigidus eſt ſuccus, ſed etiam ſtipticus. Aqua etiam frigida iis qui ſtomachi nimio ardore & ariditate fatigantur, uel deficiunt malſientes, opportune uel in tēpore ſuo data ualde prodeſt. Aliter uero data ægrotis, maxime & grauiter nocet. Et oportet magis ægro ſtomacho uinum & calidam aquam dari, ſi nihil aliud prohibeat quod ſit contrariū. Prodeſt maxime ijs talibus ſtomachi vexationibus, etiam perfricatio manuum & pedum. Et cum ex his iuuamentis ad melius profecerint, & ſenſerint beneficium, illos ilico qui calore ſtomachi, & ariditate uexantur, utiliter ducis ad balneum & laues. Et illos qui ex frigore nimio & rigore ſtomachi laborant, potionibus eos curabis, id eſt, antidoto quod dicitur diatrion pipereon, & ipſo etiam ſolo pipere, & abſinthium ponticū in aqua coctum dabis. Illis uero qui cōgeſtione malorū humorum os uentris repletū habent, & ob id laborantes malſiunt, & quaſi ſubmordentur, dabis aquam calidam multum bibere, & hydroleon calens copioſum, & facies eos uomere digitis uel pennis ori gutturiq́; iniectis. Si uero non poteſt uomere ut ſolet uomere, oleum optimum dulce calidū dabis bibere, quia non ſolum facit uomicam, ſed etiam uentrem ſoluit, & prouocat, aut certe ſi id non euenerit, clyſtere ſuper his uteris, & ita ſiue poſt uomitum, ſiue poſt uentris depoſitionem abſinthium ponticū in mulſa decoctum dabis. Deinde etiam uinum ex aqua calida, & epithema aforis adhibe, quod confortare & corroborare ſolet laxatos, & non in principio eſt hoc utendum, ſed poſtquam os uētris uideris ab humoribus quibus uexabatur, purgatum. Non enim expedit medicaminibus conſtringi, cum adhuc humores intrinſecus, & nondum de ore uentris educti atque purgati, ſed ſufficit confricari tantum, & relaxari, ut ſupradictum eſt. Si uero in ipſo uentre cōgeſtum phlegma mole abundantiæ ſuę fatigationes & malfactiones fecerit, uteris fomentationem olei multi coctio cum eodē abſinthio. Deinde dabis mulſam decoctionis, uel hyſſopi, uel iris, & oxymel piperatum, necnon & antidotū, diatritonpipereon. Alia queq; talia dabis quæ poſſunt phlegma incidere & deponere. Dięta eorum ſit calida & ſicca. Si uero ex nimio frigore malfactiones, uel anguſtiæ fiunt ſimiliter, ut buliſmos curabis, omnino calefaciens eos intrinſecus & extrinſecus eſcis calidis piperatis, & potionibus uini conditi, quos cum aqua calidiſsima perfricabis toto corpore contra focum, maxime manus eorum & pedes. Si autē nimio æſtu, uel calore fatigati malſiūt, frigidis eos rebus refrigerabis, & corroborabis. Euenit maxime illis qui in aere anguſto & offocato, uel in balneo diu, & pluſquam oportet morantur. Reficies ergo eos reſumens mox in præſenti aquam frigidam in faciem rorando, & flabello uentum facias frigidum, & abiges circumſtantes, ut liberi aeris foueantur aſpectu. Manu etiam palpando pectus ſtomachumq́ue perfricabis, & exclamabis interdum auribus, & cum redierint ad ſe, micam panis ex uino dabis frigido & congruis eos reficito eſcis. Illos uero qui feruore alicuius humoris uel dolore, uel calore nimio febris malſiunt, & anguſtiātur, quibus manus ſummæ pedesq́; frigeſcunt ut glacies, oportet fricari manibus calidis, & colligando manus, & crura, facias uigilare, & ab omni cibo & potu abſtinebis, & quęcūq; his faciēda putaueris, feſtina ut ante paroxiſmos, i. cōmotiones febris omnia facias. Illos etiā qui ex nimia

ſiccitate uel ariditate deficiũt, mox in principio paroxiſmi prouidendum, & maxime cognoſcendum eſt, ut ante duas horas, uel tres quam incipiat paroxiſmus, cibo refici, uel potu, & ſtringi uel teneri pedes eorũ & manus iubeas. Quod cum factum fuerit non deficiunt, aut pereunt. Oportet ergo eſcam etiam quam ſuſcipiunt, facilem, leuem & digeſtoriam eſſe, ne grauato ſtomacho grauius uexentur. Si uero ex malfactione febrienti periculum ſenſeris futurum, ſcilicet pronum ad mortem magis quã ad uitam, tunc & uinum dabis, & maxime admixtam uino alicam coctam, uel granatam offeres. Item proderit etiam panis cum uino datus, ubi periculum graue non eſt, non oportet ægro uinum dari, ſed ſufficit malisgranatis, uel piris, uel malis refici, & confirmari eos uel aliquibus pomis ſtipticis cum alio cibo admiſtis offerre ſibi uirtutẽ, & his adhibitis & ſumptis fortiter tulerit impetum paroxiſmi, & non fuerit ualde fatigatus, ſufficiet eos tantummodo cibo refici, non utendo pomis. Hoc ergo age utiliter, cum cognoueris antea quæ futura ſunt, ut modeſte cures. Illis uero qui ſubito in hoc inciderint periculum, uinum dari, & panem calidum, & granata pariter utile eſt: ſed per parum modicumq; dandum. Nam ſi plus dederis quam poſsint, eis non mediocriter officit. Qui uero enfraxin patiuntur, id eſt, conclufionem pori alicuius uel membri neceſſarij ac uitalis & ob id malfiunt, atque anguſtiantes deficiunt, oxymel his dandum & ſcito, & potiones tales, hyſſopum, origanum, & pulegium in mulſa coctum, & cibos qui poſsint incidere & relaxare humores, & purgare atque aperire occultos & uitales meatus. Prodeſt his fricatio atque colligatio ſummitatum manum. Vtile eſt etiam his uti diureticis potionibus, hoc eſt, urinam prouocantibus, id eſt, anetho, feniculo, apio, petroſelino, dauco, ameos, ſpica nardi, & reliquis ſimilibus. Ex quibus ſi uiderimus euidenter iuuatos, & melioratos, uino poſtea reficiemus albo tenui perdigeſto & ueteri. Quos quidem ex pulſu poteris manifeſte cognoſcere quia inæqualis & inordinatus maxime inuenitur in iſtis pulſus ſicut in plectoricis ut in ante laſſatis diximus, niſi quod in iſtis frequenter etiam dialipon inuenitur pulſus qui mortem ſignificat, quod quidẽ in ratione pulſuum amplius diximus, pulſus diſcernere poſſimus.

Item de malfactionibus.

NVnc uero tranſimus dicere & de alijs malfactionibus quæ eueniunt, aut de euacuatione ſubita apoſtematis, id eſt, ſi quando ſe ruperit apoſtema, aut ſecantibus nobis euenerit, uelut paracenteſyn hydropicis, uel ſi de cathartico totum ſemel euacuatum fuerit ſubito malfiunt & deficiunt quaſi morientes, & ideo non debemus in his talibus uehementer facere euacuationem ſed de ſemel euacuare, ſed partim & temperate. Proinde cum id congerit ilico odoribus bonis & delectabilibus releuabimus. Nec poſt multum de hinc temporis ſuccis bonis, & eſcis reficiemus. Si uero ex mœrore nimio, aut gaudio, aut metu, aut iracundia, aut ex aliqua his ſimili ratione malfiunt odoribus primo adhibitis: De hinc narium occluſionem reconfirmabimus, mox etiam ut uomant imperabimus. Similiter etiam illis naribus ad præſens dumtaxat apponimus odores qui uulnere aliquo, aut dolore fatigati nimio ſubito malfiunt, uel neruorum, uel muſculorum compunctione. Nam neruus ſi incidatur totus non dolet ſi pungitur grauiſsimos dolores facit. Poſtea eos congrua curatione, & diligenti curabimus, non aqua ſed oleo fomentantes, nam mox putriet neruus ſi aqua tangatur. Coli autem & ilij, uel huiuſmodi cauſæ ob grauiſsimum dolorem frequenter malfactiones atque anguſtiæ contingunt moleſtiſsimæ. Quas ſedabimus fricando continuo loca quæ dolent, & pedum manuumq; ſummitates blando more diutiſsime perfricantes.

FINIS.

CONSTANTINI APHRICANI DE FEBRIBVS LIBER.

De ephemeris febribus. *Cap. I.*

EPHEMERA febris ex calore nascitur simplici, & spiritus sine materia, vel putredine calefit. Vnde fit, ut nō duret nisi die vna. Spiritus hi sunt: Vitalis spiritus, qui fundamētum est uitæ, & materia caloris naturalis: Animalis, qui fundamentum est sensus & voluntarij motus: Naturalis item spiritus, qui fundamentū est quatuor naturaliū virtutū, quæ sunt appetitiua, cōtentiua, digestiua, & expulsiua. Hæc febris duobus diuiditur modis. Vel enim ipsa est morbus, uel accidens morbi tale quale ex alio morbo consequetur. Si ipsa est morbus, fit ex causis tribus: Vna est qua corpus patitur extrinsecus, sicut calor estiui solis, & uenenum, & frigus nimium, & balnea aquarum, exteriora corpora suis uiribus desiccantium, & oppilantium, sicut uitrea aqua, uel aluminosa, uel sulphurea. Secunda, est motus corporis, sicut & labor & exercitia, ambulatio nimia, & similia. Vel motus animæ sicut ira, cogitationes, tristitia, angustia, & similia. Tertia est consuetudo ciborum & potuum calidorum sanguinem calefacientium. Ephemera febris quæ accidens est interioris morbi, est febris apostema sequens inguinis & ascellarum & colli, & similium. Sanguis enim collectus in apostemate nisi cito dissoluatur, necesse est, calefiat, & putrescat, & vitalem spiritum calefaciat. Deinde cor calescit propter coniunctionem arteriarum, & cordis, unde generatur ephemera febris. Hæ sunt causæ ephemeræ febris. Oportet vniuscuiusque causam dicamus, & significationes, & planissimas curationes. Intelligitur ergo febris ephemera, quæ est ex calore solis, quia capita corporibus sunt calidiora, & nimium dolentia, & facies est rubicundissima. Aliquando patiuntur calidum rheuma, & incendunt nares. Febris propter uenenum, corpora magis quàm capita calefacit, exteriora desiccat, & incendit, quia calor ueneni desiccat humiditatem corporis. Febris ex nimia frigiditate mutat colorem, & aufert pulchritudinem. Mutatur enim in liuiditatem & obscuritatem, & sic extrinsecus corpus refrigescit, & desiccatur: Et in capite cum frigiditate grauitas sentitur. Febris ex stipticæ & desiccatiuæ aquæ balneis, cutem duriorem, & sicciorem reddit, quā quæ ex frigiditate fuerit. Quæ cutis si manibus tangatur, apparet quasi infusa aliquandiu in galla, & maligranati corticibus. Cum autem manus in corporis locis immoretur aliquibus, expositione calefit sentiturque fumus à corpore exiens acutus. Febris ex cibis & potibus calidis, incendit sanguinem calore sui, & spiritum naturalem, qui epar inhabitat, & ita calor cordis impeditur, & à corde per totum reliquum corpus diuiditur. Vnde urina & sanguis rubicundior est quàm in alijs ephemeris, quia urina & sanguis colamentum sunt cæterorum humorum, & quia calor est in sanguine, in statu sentiunt calorem in hæpate. Febris ex labore corporis, corpus fatigatum, debile, & siccum facit, in articulis nimiam debilitatē, & continuum dolorem. Sudor in statu minor est quàm in cæteris ephemeris febribus. Hæc enim febris cum declinauerit, dissoluit humiditatem de superficie corporis, sicut in exeuntibus à balneis. Alij sudant sudore laudabili, & si non sudauerint, fumus de interiori corpore, ascendit. Febris ex ira, intelligitur ex facie rubicunda, & egressione oculorum, & velocitate motus eorum, ac desiccatione palpebrarum, & fortitudine, & magnitudine pulsiuum. Aliquando color citrinatur, & tremorem patiuntur: Quod fit, cum ira tremori permixta sit. Febris ex tristitia & angustia, oculos concauat, & inquietat, colorem aufert, corpus debilitat, pulsum subtiliat, urina fit acuta. Hæ significationes angustiosæ & tristes sunt, in omnibus angustijs qualescunque sint. Cum ergo medicus intellexerit, unde ephemera fit febris, ad curandum erit facilis. Et si ex calore sit solis, uel ex uenenis, balneandus erit in declinatione febris,

febris, neque tamen balneo debet immorari. Aqua tepida, & dulcis sit. Postquam balneum exierit, lecto flores frigidi, sunt apponendi, sicut uiolæ, rosæ, salices, psyllium, myrtus, & similia. Humectandæ sæpe sunt nares eorum cum oleo uiolato, tempora ungenda oleo rosato, & aceto. Fumiganda capita post febris declinationem cum tepida aqua, vbi uiola & chamomilla sint coctæ. Si inquam rheuma non habeat, neque caput doleat. Si humores sint in capite, nimium caueantur hæc, & tantum nares fumo huiusmodi apponantur. Demus succum maligranati, cum saccharo, & sirupum album, rosaceum, & uiolaceum. Nutriamus cum mica panis lota cum saccaharo, & cucurbita, portulaca, cucumere lactucis, malisgranatis. Post ablationem febris, perdicibus, starnis, pullis, & similibus. Si ex frigiditate nimia sit, apponatur post declinationem febris aqua ubi cocta sint chamomila, sampsucus, anethum, basilicum, capite inclinato super horum fumum. Post balneemus in aqua tepida, & dulci. Moretur plus in aere balnei quàm in solio, quia calor huius aeris sudare facit, humectationem dissoluit, poros aperit. Si catarrhum habuerit, caueat fortiter balneari, nisi postquã catarrhum ad dissolutionem maturauerit. Odoret odorifera, samsucum, sambucum, & similia. Calidis operiatur uestimentis. In usu habeat carbonum focum sine fumo, ut prohibeant frigiditatem aeris. Vngamus corpus cum temperatis unguentis, sicut chamomeleo, anethileo, ireleo, & similibus. Si febris ex stipticis sit aquis, & desiccatiuis corporis, oportet balneũ prohiberi, nisi post declinationem febris. Cura ponamus in aqua ubi cocta sint chamomila, anethum, samsucus, & similia: fumum horum odoret. Post balneum faciamus, ubi eum suauiter fricemus, & cum aqua dulci & tepida fumigemus. Hoc enim cutem emollit, & poros aperit. Caueant vnguenta in balneis, quia poros claudunt corporis, & fumum includunt in interiora, temperata hanc adiuuant exercitia, corpus dissoluentia, & poros aperientia. Vitentur cutem refrigerantia. Nutriamus cum diæta facile digestiua. Si hæc ex calidis sit cibariis & potibus, oxysaccharum demus cum succo maligranati, sirupum album, & rosaceum donemus. Post declinationem febris, demus trochiscos de spodio, uel de camphora cum sirupo rosaceo, uel uiolaceo. Cataplasma superponamus epati, de portulaca, lentigine, atque psyllio, corticibus cucurbitæ, farina hordei, oleo rosaceo, camphora, & similibus. Nutriamus portulaca, endiuia, crysolocanna, cucurbita. Misceat aquã si sitierit cũ sirupo de psyllio, uel malogranato. Si de labore sit corporis, oportet studeam eius quieti, & suauitati. Fricemus cum suauiter cum oleo uiolaceo, siue rosaceo. Balneetur in temperato balneo, & cum exierit ungamus cum oleo rosaceo, & uiolaceo. Nutriamus cum humidis cibarijs, sicut pullis, edulis, & similibus. Si febris ex animato sit motu, contrariis ei repugnetur, ut anima mitigetur, & delectetur sermonibus, & actionibus, & diuersis musicorum generibus, & uidendis rebus diuersis & odoriferis, & pulchris formis, uel formosis puellis. Studeamus in humectatione corporis cum temperatis balneis. Vngamus postquam balneum exierit cum oleo rosato, & uiolato, neque moretur in balneo, neque appropinquet coitui. Nutriamus cum ptisana, chrysolocanna, cucurbita, portulaca, blitis. Febri discedente, demus pullos, perdices, starnos, phasianos, vinum temperatum. Odorent sandalos, camphoram, rosam uiolam. Vniuersaliter caueat desiccatiua. Vtatur humectatiuis, secundum ætatem, & consuetudinem sui, & tempora anni, & regionem, & similia. Si febris ista sit ex apostemate inguinis, uel cuiuslibet alterius loci, studeamus in medicandis apostematibus, quæ causa febrium esse videntur.

De causone. Cap. II.

CAuson est febris, cuius signa sunt hæc, sitis nimia, & continua, calor incensiuus, & molestissimus, naturæ repugnatiuus, & ab initio corruptiuus, propter acumen materiæ unde generatur. Materia enim eius acuta est, ignea & cholerica, in concauitate uenarum quæ cordi uicinæ sunt, adunata maxime in venis oris stomachi, & concauitatis epatis, & pulmonis. Accidentia hanc febrem comitantia sunt hæc, calor nimius, sitis continua. Causa fortitudinis caloris in hac febri est cholera rubea intra uenas. Duricies & cõtinuitas ex plurima sunt cholera, in ueniscordi uicinis collecta. Quę huius febris generatiua cum sit uenarum oris stomachi, & concauitatis hepatis propria, necesse est ut sitis confortetur & continuetur. Hæc febris duobus diuiditur modis: Vnus est purus & molestissimus, alius non purus, & minus molestus. Purus & molestissimus, de cholera rubea incẽsiua, pura & acuta nascitur, & plurimum in iuuenibus, quorum complexio naturaliter calida & sicca est, & maxime in æstiuo tẽpore, Aestiuũ enim tempus hanc confortat naturaliter, & augmentat. Alter modus non purus, neque adeò molestus, est ex cholera rubea citrina, cũ humiditate mixta, & fumo nascitur. Quæ moderata sunt utraque. Cum hanc febrem molestissimam timor comitetur, oportet ab initio non negligatur. Sed studeat medicus ut quatuor eius tempora perfecte intelligat, & ĩ imo quoque operetur, secundum quod oporteat.

Si uiderit

Si uiderit in initio morbi, quia natura indiget ut purgetur & remoueatur materia morbi, purget morbum & remoueat cum oxyfœnicia, prunis, iuiubis, caſsiafiſtula, manna, uiola, & ſimilibus. Et ſi quid habeat contrarij, ſicut defectionem uirtutis & cruditatem, uel uiſcoſitatem materiæ, caueat quanto plus ualeat, ne in augmento morbi faciat, quia natura diſtrahitur & impedietur à regimento morbi. Sed oportet & notitiam, motus initium, eum non effugere, ut adiuuet naturam in regimento ſuæ uirtutis, cum diæta ad digerendum facili, & in ſubſtantia laudabili, ſicut ptiſana perfecta, panis mica cum aqua frigida bis uel ter lota. Galenus itē in libro criſeos innuit quomodo in acuta ægritudine infirmus debeat nutriri: In nutriendo, inquit, infirmo, intentio noſtra triplex eſt in acuta ægritudine. Vel enim conſideranda eſt quantitas uirtutis infirmi, uel tempus infirmitatis, uel qualitas morbi. Quantitas uirtutis neceſſaria eſt, ſi bene cuſtodiatur: Virtus enim repugnatiua eſt morbi. Vnde aliquādo plurimus datur cibus, cum defectio uirtutis ambigitur, neque tempus morbi conſideratur. Quantitas temporis ſciatur, & ut ſecundum uicinitatem ſtatus cibum ordinemus. Verbi gratia: Si ſit uiciniſsimus, diæta ſubtiliſsima, & aliquando nulla dabitur: ſi remotus fuerit craſsior, & paulatim ſecundum ordinem uſque in ſtatum ſubtiliabitur. Qualitas morbi eſt ſcienda, quia omnis febricitans liquida indiget diæta. Qui febrē habet corporis conſumptiuam, quærit habere quantitatem ciborum plurimam, & aliquando in tempore acceſsionis. Quod ſi febris nullam quietem habebit, & infirmum nutrire neceſſe ſit, eligenda eſt hora in qua ſanus comedere ſolebat, & cōueniens diei tempus frigidum, utpote aurora in qua natura eſt exercitata, aer ſubtilis, & clarus, & febris mitigata, quia frigida aurora calori febris repugnat. Hi ſunt ſermones Galeni in ordinanda diæta infirmi cum acuta ægritudo adſit (ij apponuntur cauſa eius autoritatis) quia autem cauſos ab initio uſque ad finem eſt periculoſa & moleſta, oportet adſuefieri huic diætæ ſubtili, ptiſanæ, micæ panis aqua lotæ ter uel quater cum ſaccharo. Si febriens ſitiat, aqua detur de ſaccharo, mulſa, ſuggat malagranata, vuas hyemales, molliciem cucumeris, uel citroli, ſirupum uiolatum, uel roſatum, & ſimilia. In ueſpere demus, drach. 2. pſylii in aqua frigida loti, & drach. 1. ſeminis portulacæ. Si autem cibum oportet dari, mica panis lota danda erit in ueſpere cum maligranatis, & hoc ſit cum mitigatur febris. Cuſtodiatur autem quanto plus poterimus, ne detur cibus cum febris augmentetur, niſi neceſsitate maxima cogamur. Si digeſtiones ſint ſtipticæ, molliantur cum ſucco cucurbitæ, manna, uiola, caſsiafiſtula, ſirupo uiolaceo, & ſimilibus. Quod ſi non valeat, ſubpoſitura fiat de uiola, nitro, ſcammonio, licio, & ſimilibus. Et ſi hoc non ualeat, clyſtere faciamus de ſucco bliti, furfure, herba circundantem arborem, ſicut hedera, uiola, malua, & ſimilibus. Et in augmento febris ſtudeamus, inanitione ſtomachi quantum poterimus, niſi aliquid impediat, ſicut ſuſpicio defectionis uirtutis in repugnatione morbi. Tunc enim aliquātulum recreandi erunt, cum diæta ſubtili, ſicut ptiſana, & mica panis lota, & demus parum quantum ſufficiat uirtuti ſuſtentandæ, & non plus. Si dolor capitis ſuperueniat, oleum roſatum cum aceto dandum, & ſuccus portulacæ. Vngatur his frons & tempora. Sternutationes faciamus cum oleo uiolaceo. Calcaneus & crura infundantur aqua tepida, & dulci. Poſt vngantur plantæ pedum cū oleo uiolaceo. Ligentur crura mollibus pannis. Cataplaſmetur frons, & tempera de ſandalis, & roſa, hordei farina, cum aqua roſata, temperata, uel ſucco cucurbitæ, uel portulacæ. Vigilijs infirmo ingruentibus, iungendum eſt huic cataplaſmati ſeminis lactucæ, & papaueris, quam temperanda ſunt cum ſucco lactucæ. Si ſiccitas ſit in ore, & aſperitas in lingua, lauentur utraque cum pſyllio, & ſemine citonij, & oleo violato. Si autem cor tremat, pſyllium demus cum ſucco cucumeris, & ſirupo de iuiubis, uel ſirupo de vuis agreſtibus, uel acetoſo de pomis citrinis. Cataplaſmetur de ſandalis, farina hordei, & ſucco cucurbitæ, uel aqua roſata, temperatis. Quod ſuperponendum eſt ſtomacho exinanito. Nutriendus eſt cucurbita, portulaca, lentibus mundatis. Hæc omnia coquantur cum aceto vuarum agreſtium, & amygdaleo, & ſimilibus. Apponantur ei frondes myrti, ſalicum, & ſimilium. Hanc febrem patientes, plurimum incidunt in phreneſim: Quibus medicandum ſicut in prima particula diximus. Similiter tuſsim ſiccam, patiuntur ictericiam. Quæ ſunt medicanda ſicut diximus per ſingula ſua loca.

De tertiana febre. Cap. III.

Tertiana febris quam τριταῖον dicunt Græci, naſcitur ex chymis cholericis immutatis & putrefactis. Sed tamen ſi putredo ſit extra venas vel arterias, generatur tertiana interpolata cū rigore & tremore. Quod ſi putredo intra uenas ſit uel arterias, concreatur uel tertiana continua, uel cauſos. Reprehendimus tamen à quibuſdam nobis obiicientibus. Vnde, inquiunt, tertiana uel cauſos conueniunt, uel diſſonant? Quibus reſpondebitur. Conueniunt, quia materia vna, id eſt, cholerici humores ſunt, & intra uenas ac arterias concreſcunt & continue ſunt.

ſunt. Differunt ſecundum locum, vbi humores non conueniunt. Incenſiones enim cauſonis in uenis cordi ſunt vicini, maxime uenis oris ſtomachi, & hepatis, & pulmonis, ſpecialius quàm in aliis locis corporis. Incenſiones tertianæ continuæ in omnibus venis totius corporis æquales ſunt. Intelliguntur autem tertianæ continuæ tribus modis uel de re naturali, uel de re non naturali, uel de re cõtra naturam. Verbi gratia, quia plurimum in æſtate naſcuntur, maxime ſi aer ſit calidior, & ſiccior, & complexiones regionis ſimiles ſint, & exercitia infirmorũ dum ſani fuerint, in nimio labore, ſiue fatigatione. Vel de re naturali, quę plurimũ innaſcuntur quibus cõplexiones calidiſsimæ, & ſicciſsimæ dominantur, maxime ſi corpore ſint macilentiores, pori rari, ætate annorum 22. vſque ad 36. Vel de re extra naturam, id eſt, de cidentibus infirmo, & ſignificationibus medico. Quia autem hæc febris de humoribus naſcitur cholericis acutis, neceſſe eſt ſemper ſequatur rigor nimius quaſi punctura ſpinæ uel acus. Acuta enim illa materia ſenſibilibus mẽbris eſt uicina. Quæ cum ęſtuat & membra pungat ſenſibilia, acumine ſua puncturam, & tremorem generat, cum nõ in uſu habeatur, quod fit, cum hæc materia extra pulſum & arterias fit. Proprium autem huic febri cholericus uomitus, digeſtio tincta, maxime in tertia periode, uel in quarta. Vrina eorum rufa, uel ignea, ſubtilis. Sæpe quoque febrem acutam habent, & in hepate puncturam, propter choleræ & ſanguinis mixturam. Quod ſi ſit uera, duodecim tenet horis, & dimittit horas 36. & in periodo finitur 7. id eſt, diebus 14. quod ſi 12. exceſſerit horas, neque die finitur 14. intelligitur non eſſe uera. Hæc ergo cum non ſit uera, & cum alia ſit mixta, tranſit prædictum terminum, & diutius durat. Aliquando in autumno incipiẽs, & in uere finiens. Quia in febribus moleſtius eſt genus putredinis. Vnde oportet cauere ne res dentur calidæ, ne forte cholera rubea cum acumine ſuo cerebrum aſcendat, & apoſtema faciat, & inde infirmus phrenefin incurrat. Quę febris timidior eſt & moleſtior, quia cholera rubea ex mobilitate ſua, & uelocitate cum ſuo acumine non patitur peccare infirmum, nec errare medicum. Vnde oportet medicum morbi præuidere initium, ut ſi uirtus infirmi ſit idonea, humores furioſi, & mobiles, pharmacia detur de prunis, oxyfœnicia, uiola, myrobalanis citrinis, caſsiafiſtula, manna & ſimilibus. Demus hæc ſecundum uirtutem & ætatem. Detur & ſuccus maligranati, & quædam cathartica in libro noſtro iam præſcripta, quæ choleræ rubeæ ſunt purgatiua. Cauendum tamen ne in die acceſsionis dentur, ne forte natura impediatur, in morbi repugnationibus. Detur ergo in die acceſsionis ſuccus maligranati cum ſirupo uiolato, & pſyllium cum ſirupo roſaceo. Vitetur ergo cibus in acceſsionis temporibus, nec etiam detur aliquid tribus horis præcedentibus, ſed ſuſtentetur cum ſirupo roſato, uel uiolato, uſq; poſt abſceſsionem febris. Deinde detur in ueſpere ptiſana, & panis cum ſaccharo lotus. Si ſint ſtiptica, neque cathartica ab initio eis, ſicut diximus, poſsint dari. Cum quædam nos impediant, utpote corruptio aeris, uel defectio uirtutis, demus in diẽbus dimiſsionis oxyfœniciã, mannã, caſsiamfiſtulam, ſirupum uiolatum. Si autem digeſtio non humectetur, ſubpoſitura conficiatur, cum uiola, ſcammonio, nitro, licio. Similiter & clyſtere faciamus de prunis, iuiubis, uiolis, furfure, hordeo mundato. Cuſtodiamus diem 7. quaſi diẽ acceſsionis, ut inueniat dies 7. eorum corpora mundificata, & præparata ad obediendum naturæ, in morbi repugnatione, neque impediatur cibo, uel medicamine aliquo. Si autem infirmus in augmentatione febris murmuret de ſiti, & ſiccationibus labrorum, uel palati, demus pſyllium in aqua cucumeris, cum oleo uiolaceo. Similiter ſuccum maligranati. Miſceatur aqua bibenda cum ſirupo uiolato, roſato, iuleb, & ſimilibus. Ceſſante aũt incenſione, & febris mitigato acumine, ſi murmuret de punctura ſtomachi, dãda eſt mica panis, bis, ter lota cũ ſaccharo. Nutriendus eſt autem chryſolocanna, portulaca, malua, cucurbita, & ſimilibus. Quæ omnia coquantur cum amygdaleo. Iſta tamen facienda, cum febris ceſſare incipiat. Si caput doleat, ſuper frontem & tempora ponamus oleum roſatum cum aceto. Nares humectandæ cum oleo uiolato. Si uero capite deſiccato phrenefin inciderit, ſternutatio fiat cum oleo uiolato uel roſato, & lacte mulieris puellam nutrientis. Capiti raſo infundamus lac, & aquam tepidam, uel papauer, & lactuca ſint cocta, uiolæ, & ſimilia. Pedes & crura ponamus in aquã tepida dulci. Deinde cum oleo uiolato calcaneus, & plantæ pedum ungantur. Si uero ſeptimo die uomitus, uel digeſtio ſuperuenerit, ſponte ex actione naturæ, non erunt ſtringenda, ſed dimittenda quandiu uirtus id pati ualeat. Danda calorem ſtomachi mitigantia, & ſitim extinguentia, ſicut ſirupus maligranati, uel roſatus, uel oxyſaccharum. Ponendum in aqua bibenda ſpodium, ſandali, ſemen portulacæ, & ſimilia. Si enim egeſtio augmentetur, & de defectione uirtutis dubitemus, ad extinguendam feſtinemus cum ſapa myrtina, uel citonia, trochiſcis de ſpodio, & ſicut diximus in diarrhæa, uel dyſenteria. Similiter ſi ictericiam inciderit, medicabimur ſicut in ſuo capitulo diximus. Iungat autem ſiue muniat medicus, ſecundum quod ex neceſsitate cogetur.

Quia sanguis omnibus naturaliter temperatior est elementis, & saporosior, atque uicinior humanæ complexioni, inde & naturæ familiarior existit, quem fecit materiam nutrimenti totius corporis. Sed tamen si quantitatiue augmentetur, & qualitatiue mutetur, dimittitur à natura, neque regitur, negans ad se attinere eum, sicut pater inobedientem sibi filium. Remanet ergo crudus, & indigestus, exiensque temperamentum, necesse esse putrefiat, generatur febris quæ synochus uocatur, & est continua, quia sanguis naturaliter intra uenas est & arterias, quæ semper sunt uiæ ad omnia membra corporis. Galenus in libro de febribus, diuidit febrem putredinum dupliciter. Altera enim est cum putredo intra uenas est, & arterias: altera uero cum extra. Dixit ergo de priore, quia continua fit ex necessitate. Quæ uero extra arterias & uenas erit, interpolata. Nascitur item de puro sanguine febris acuta, cum intra uasa non tamen putrefactus calefiat. Hinc febris est proprium inflari, quia sicut diximus de puro sanguine nascitur, cuius in corde & pulmone, plurima est uirtus. Vnde calor inflatiuus ab antiquis ista febris uocatur, quia causa eius inflationis, calor est pectoris, siue pulmonis. Differunt autem nascens de sanguinis putredine, & quæ nascitur de eiusdem ebullitione, quia prioris fœtet urina, pulsus est diuersus, quia constringi se uult magis, & sæpius quàm dilatari, propter festinantiam naturæ in expellenda fumosa putredine. Alia huiusmodi nulla habet accidentia. Quam signa præueniunt, eam futura prænuntiantia, antequam appareat, fatigatio, grauitas membrorum, plenitudo eorũ, rubor coloris, calor superficiei corporis. Hæc autem signa sequuntur eam, dolor capitis, incensio sui, & grauitas, tumor temporum, egressio oculorum, paruitas sitis, stupor assiduus, imaginatio rufa ante oculos, pulsus fortis, & uelox, urina rubicunda sicut uermiliosa. Plurimum hanc sequuntur uariolæ. Quod cum sit ante statum morbi oportet de uirtute infirmi perquiri, & ætate atque complexione, tempore & aere, & consuetudine. Quæ si conueniant, & uirtus maxima plebotomandus est infirmus, & de sanguine quantum sufficiat auferatur. Si autem morbi initium propter nimium sit cibum quem comederit infirmus, & adhuc in uentre sit coadunatus, oportet ut in secunda die, uel in altera suspendatur phlebotomia, quatenus in digerendo cibo confortetur natura, & à uentre excludat. Quod si non fiat naturaliter, faciamus nos artificialiter. Si autem nulla horum conueniant signa, nisi uirtus sola, scarificemus, & non phlebotomemus. Omnibus uero alijs congruentibus, sola tamen uirtute dissonante, neque phlebotomari, neque scarificari, est necesse, quia uirtus sola semper morbo repugnat. Vnde semper est inuestiganda, & obseruanda, & confortanda quoque, & pro posse nostro adiuuanda. Si autem obuietur phlebotomiæ quibusdam ex causis, quas debemus dicere, caueatur maxime in statu, uel augmentatione, & si uirtus uideatur cõgruere. In his enim duobus tẽporibus uirtuti non cõfidimus, adeò laborat in morbi repugnationibus. Oportet ergo extingui calorem, & acumen sanguinis, cum psyllio, succo maligranati, sirupo, uiolis, sirupo de prunis. Quod si digestio obuiat, erit humectanda cum oxysenicia, cassiafistula, manna, uiola, & similibus. Si habent in pectore antiquam tussim, uel febri superueniente passionem nouellam, demus iuiubas, uiolas, semen portulacæ, & similia. Nutriatur cibis leuibus digestione in substantia laudabili, sicut ptisana, siue panis mica. Si autem sanguis non sit cholericus, uel nimis acutus, uenter ab initio humectetur, sicut antea iam diximus. Si hoc non profit, subpositura fiat, & clysterizemus. Capiti dolore superueniente, oleum apponatur rosatum cum aceto. Nares humectentur cum oleo uiolato, pedes & crura aquæ imponantur tepidæ, ubi chamomilla, uiola, & similia sint cocta. ligentur etiam crura mollibus pannis. Dolore non cessante, & catharro, uel tussi carente pectore, lac mulieris, uel asininum, capiti infundamus. Lauetur que cum aqua, ubi hordeum, uiolæ, & chamomila sint cocta. Sternutatio fiat cum oleo uiolato. Angustia uero uel incensione superuenientibus, psyllium demus, & succum maligranati, & sirupum rosatum, & similia. Si mente stupeat, & oculos aperire non ualeat, cessandum est à supradicta capitis medicina, & pedes prædictæ aquæ infundi sufficiat. Nutriendus est malisgranatis, & pane loto. Si autem cardiacam passionem inciderit, cataplasma stomacho debet superponi, de sandalis, farina hordei, rosa, camphora, & aqua rosata. Sanguine de naribus effluente, superponantur temporibus, & fronti cataplasmata in cardiaca dicta. Si autem necesse sit in fine huius febris, extinguere quod remaneat incensionis, demus hoc electuarium quod probauimus: Recipe spodij, sandali citrini, seminis portulacæ, succi liquiritiæ, ana drach.3. seminis melonis, cucumeris, cucurbitæ, mundati, ana drach. 2. dragaganti, gummi arabici, amyli, ana drac. 1. camphoræ, cubebæ, ana scrup.1. condisi, drach.6. fac pulnerem, & tempera cum oleo rosato, dans drach.3. multum enim ualet.

De febre quartana. Cap. V.

Febris quartana de putrida nafcitur cholera nigra, quæ fi fit intra uafa, generatur cum rigore quartana, quæ uocatur continua. Si extra uafa, generatur interpollata. Vera tamen quartana uigintiquatuor tenet horis, intermittens quadraginta octo. Quæ fignis tribus, ficut & tertiana intelligitur, id eft, re naturali, & non naturali, atque extra naturam. De re naturali, quia plurimum patiuntur hanc qui complexionem habent frigidam, & ficcam, ætate fenes, maxime frigidi & macri, & ficci, fubtiles uenas habentes, & cauas. De re non naturali, ficut temporibus anni, fi fit autumnus, & aer frigidus, & ficcus tunc fuerit, & regiones fimiliter. De re extra naturam, ut in initio accefsionis cũ materia incipiat putrefieri, nimius erit rigor, laboriofus corpori, frangitiuus offuum. Cholera enim nigra quæ huius febris eft materia, propter fuã frigiditatem & crafsitudinem per fen fibilia membra effluens, grauat, fatigat ea, & frangit. Color febrientis liuidus eft, cutis ficca, huic febri duricies & dolor fplenis propria funt. Vrina in prima febri alba & aquofa, in declinatione & ceffatione, materiæ digeftione fit nigra: Quæ de pura nafcitur cholera nigra frigida eft, & ficca: Et item cholera nigra quæ de incenfionibus eft aliorum humorum, ficut fanguinis, choleræ rubeæ & phlegmatis. Oportet fuis proprietatibus unamquanque difcerni, ut medicamina fua ordinentur fingulis. Dico ergo: Si fignificationes dictæ de pura cholera nigra dantur intelligere, regatur infirmus cum cibis digeftibilibus, & diureticis, ficut fucco fcariolæ, marathri, apii. Quæ omnia coquantur & colentur, cum oxymelle aromatico, & melle rofato. Apozema detur de radicibus, cum firupo, de abfinthio. Purgeturq̃ue materia cum uomitu paulatim. Incitetur fudor cum chamomeleo, anethileo, calamenthaleo. Non purgetur corpus in principio febris cum uirtuofis: in declinatione febris, & apparentibus fignis coctionis, choleram nigram oportet purgari cum pharmacia, & clyfteri huic humori proprijs. Deinde demus trochifcos de eupatorio, de rheubarbaro, uel de anifo, ficut in quinta diximus particula cum firupo de fquinanto, uel de calamentho, uel cum apozemate de radicibus. Aliquando autem in fine febris huius demus theriacam maiorem, & diacyminum. Caueamus tamen medicinam hanc in æftate, calida regione, & iuuenili ætate. In hyeme ergo danda, & regione frigida, ætate uetula, atque complexione frigida. Vitanda funt & refrigeratiua, quia crudificatur materia, & prohibetur digerenda, unde diuturni morbi fit caufa. Quã quartanam fi tertiana antecedat, & infirmus iuuenis exiftat, macer, & cholericæ complexionis, cui urina rufa fit, uel ignea, fitis nimia, & uigiliæ, tempore anni æftate, natura aeris calida, & ficca, intelligitur hæc febris effe de incenfione choleræ rubeæ. Vnde in primis medicabitur cum refrigerantibus, ficut fucco maligranati, & oxyfaccharo. Si fit ftipticus, cum prunis, manna, uiolis, humectetur, & fimilibus. Quæ fi non fufficiant, clyftere eft faciendum. Si autem materia digeri incipiat, demus catharticum choleræ rubeę incenfæ purgatiuum fine labore, ficut pruna, oxyfenicia, manna, & fimilia. Demus malagranata, uuas, portulacam, blitim, chryfolocannam. Balneetur aqua tepida febri ceffante, & aqua ubi cocta fint chamomila, & melilota, uiola, & fimilia. Toti corpori poft balneum epithima faciamus, cum uino uiolæ, & oleo. Si hanc febrem morbus fanguinolentus præcefferit, & complexio infirmi fimilis fit, uenæ quoque plenæ fint, urina rufa, craffa, fapor more dulcis, fomnus multus, tempus uernale, intelligendum eft febrem de incenfione fanguinis effe. Danda ergo digeftibilia, & materiæ fuæ calefactione excoquentia, ficut oxyfaccharum, ptifana de hordeo cum faccharo, mel uiolatum, fuccus fcariolæ. Infirmi pedes & crura, ponantur in aqua calida, ubi chamomila, uiola, fint cocta. Si moueatur uomitus in principio accefsionis, cum rigor inceperit, demus malagranata. Mifceatur aqua bibenda cum oxyfaccharo. Materia digefta & excocta, phlebotomemus de bafilica, uel de media, ut fanguis craffus & incenfus exeat: Similiter & pharmacia eft danda, fanguinis fubtiliatiua, & fuæ incenfionis extinctiua. Si autem hæ febris 20. dies tranfierit, abftinendum eft infirmo de cibis omni die accefsionis, in alio uero die parum comedat. Si hanc febrim morbi phlegmatici præcefferunt, & infirmus fenior fuerit, cum complexio frigida, & humida fit, tempus hyemis, pulfus tardus, urina cruda, craffa, uel alba, fitis parua, intelligitur effe febris de incenfione phlegmatis. Dandus eft in initio fuccus fcariolæ, marathri, apij, quæ omnia coquantur, & colentur. Detur autem lib. s. cũ 10. drac. mellis rofati uel uiolati. Si autem fint ftiptici, moueantur cum pharmacia, fiue clyfteribus phlegmatis diffolutiuis. Incitetur fudor cum calido epithimate & diuretico. Abftineant à cibis in die accefsionis, nifi cum uirtus defecerit, neque pati pofsit. Deinde parum comedant, uinum bibant fubtile, & clarum, & in calore temperatum. De uolatilibus comedat, quæ carnes habeant teneras, & ad digerendum facillimas. Manducent lotum cicer cum blito. Caueant omnia refrigeratiua. Poft cibum accipiant diacyminum, diatrionpipereon, dianifum. Vtilis autem uomitus cum radicibus, & frondi-

frondibus, & anetho atque oxymelle, & aqua calida. Sæpe accipiant theriacam magnam, & diacoſtum, diarheumbarum, diaſulphur, & ſimilia. Febri ceſſante iam per tres hebdomadas, nutriantur cum pullis phaſianis, & perdicibus. Poſt dies autem quadraginta annualem comedant agnum. Sumantque medicinam ſemper diureticam & principalium membrorum confortatiuam.

De quotidiana febri. *Cap. VI.*

FEbris uero quæ quotidiana uocatur, de putredine humorum phlegmaticorum naſcitur. Antiqui uero concordant omnem materiam phlegmaticam, cholericam, ſiue melãcholicã, putreſcentem ebullire, & inde calorem & febrem concreare. Idem facit & phlegma. Si enim putreſcat, & ſit intra uaſa amphemerinã continuam generat, ſine rigore. Si ſit extra uaſa, ſit amphemerina interpolata, 24. tenens horas, & 6. dimittens. Quæ tribus ex ſignis intelligitur, ſicut & cætera, id eſt, re naturali & non naturali, & de re quæ eſt extra naturam. Re naturali, quia plurimum naſcitur complexionem frigidam & humidam habentibus, & ætate ſenioribus, uel pueris ex copia phlegmatis. Senioribus naturaliter; pueris uero, accidentaliter: De re non naturali, quia plurimum in hyeme fit, & in uere, & in regione naturaliter frigidis & humidis, maxime ſi in ſua ſanitate quieuerint, uel ſuauiter uixerint. De re extra naturam, quia hanc febrem ſemper frigor nimius ſequetur, ut totum corpus congeletur, maxime extremitates. Putreſcente aut phlegmate, calor paulatim ſentitur aſcendere, & febrem lentam facere, ſed tamen diuturnam. Hæc febris ſemper famulatur dolori ſtomachi, quia phlegma plurimum in ſtomacho regnat, maxime in ore eius. Vnde & phlegmatici humores euomuntur, & infirmus ſubtiliatur, facies tumet, color plumbinus, uel liuidus eſt, os humidum habet, non ſitit. Vnde oportet medicum inueſtigare naturam phlegmatis, unde ſit iſta febris. Quoddam enim phlegma ueraciter frigidum, & humidum eſt, quæ ſpecies naturalis eſt, naſcens de colamentho ſanguinis. Quoddam frigidum & groſſum eſt, ſed humidum minus, ſicut acetoſum phlegma naſcens ex magnitudine frigoris, in colamentho ſanguinis. Vnde ſi quis uideat ægrotantem, ſitim patientem, & ſiccum os habentem, de ſalſo phlegmate intelligitur eſſe. Danda ergo ſunt oxyſacchatum cum aqua calida. In hora acceſsionis pedes & crura eorum ponamus in aqua calida, ubi chamomilla, anethum, uiola ſint cocta, fricemus pedum plantas cum ſale, & oleo uiolaceo. Si uomitus ueniat ſpontaneus, in initio morbi, leuitatem & ſubtilitatem materiæ portendit. Quod ſi non ueniat, non artificialiter fiat, quia morari uomitum in principio morbi, craſsitiem materiæ, & coagulationẽ denunciat, & ad digerendum tarditatem. Danda oxyſaccharum cum aqua calida, quia multum ualet in febri iſta, quia diſſoluit materiam, & ſubtiliat. Poſt danda ptiſana cum oxyſaccharo, ut digeſtibilis uenter fiat: uel artificialiter cum pharmacia, uel clyſteri. Si de inflatione, & gurgulatione inteſtinorum murmuret infirmus, & de ſtomachi abominationibus, materiam diſſolutam, & ſubtiliatam ad exeundum intelligamus. Vnde natura cum leui cathartico ſiue pilulis eſt adiuuanda, in expellenda illa materia. In ſtomachi abominationibus uomitus cum leuibus eſt incitandus. Si autem in uirtute deficiat infirmus, ut catharticum non poſsit ſuſcipere, laborandum eſt leuiter in ſubtilianda materia. Et iſta facienda ſunt ſecundum materiæ naturam, & membri, ubi illa regnat materia. Vt ſi ſit materia phlegmatica ſalſa, & circa hepar, tunc detur medicina mundificatiua, epati propria, quæ cum urina ſuperfluitatem eius expellat: ſicut trochiſci de ſpodio, de camphora, de ſandalis, cum oxyſaccharo. Si phlegma ſit acetoſum, dentur trochiſci de roſa, de berberi, de aniſo, cum ſcariolæ, marathri, & apij ſucco, & cum oxymelle. Sic medicandus eſt, per unã ſeptimanam. Si autem febris diuturnior ſiat, dandum eſt apozema de radicibus, & ſirupus de ſquinanto, ſirupus de abſinthio. Si materia ſit in ſtomacho de phlegmate acetoſo, detur in morbi initio mellicratum aromaticum, uel oxymel cum aqua calida. Nutriatur cũ ptiſana, cũ corticibus marathri, & apij cocta & cũ oxymelle. In hora acceſsionis cum iam rigere inceperit, incitetur uomitus, cum oxymelle & aqua calida, ubi anethum, & radices ſint coctæ. Pedes imponendi ſunt aquæ calidæ, ubi cocti ſint chamomila, anethũ, melilotus, ſamſucus, abrotonum, & ſimilia. Demus mel roſatum cum aqua calida, & materia iam digeſtione immutata, demus apozema de aloem, uel de hierapicra, uel de abſinthio, ſiue de pilulis aureis. Quæ ſi uirtus infirmi pati nequeat, dentur trochiſci de eupatorio, de abſinthio, de rheubarbaro, cum apozemate de radicibus, & oxymelle. Incitetur uomitus in initio acceſsionis, neque comedat, niſi febris moleſtatio quieſcat, ne ſubtilibus diætetur, ne uirtus infirmi deficiendo moleſtetur. Apparente autem ſigno decoctionis in urina, calefaciamus, & fumigemus ſtomachum cum rebus calidis ſicut nardileo, maſticheleo, anethileo, abſintheleo, & ſimilibus. Fumigemus cum aqua calida, ubi cocta ſint chamomila, ſpica, maſtiche, abſinthium, & ſimilia. Cataplaſmata ponenda ſunt ſuper ſtomachum

chum calida moderate,& odorifera. Aquã bibendam miſceamus odorifero uino, & mellicrato aromatico. Demus ſtomachum confortatiua ſiue cibum ſeu potiunculam. Hæc enim febris propria eſt oris ſtomachi.

De ſynocha febris. Cap. VII.

SYnocha febris ex multitudine ſanguinis oritur, cum ſanguis quantitatem,& qualitatẽ ſuæ naturæ ſuperegrediens, ab ea quaſi derelictus, putrefit, ex cuius putredine febris ſynocha naſcitur,i.continua.Hoc autẽ duobus modis eſt, alia ex putredine ſanguinis naſcitur, alia uero de nõ putrefacto ſanguine oritur.Quãdo ex nõ putrefacto ſanguine,hæc ſigna habet, urina rubea eſt & nõ putrida,nullã habens hypoſtaſim, nec fœtorem,clara. Vultus ægri inflatus, uenæ plenæ, oculi quaſi ſanguinei,pulſus plenus, ſapor oris dulcis,homo piloſus,craſſus,niger,rubeus tempore ueris, diæta calida,& humida. Si uero de putredine fiat,urina eius turbida, ſpumoſa,rubicundiſsima,pulſus plenus,ſapor oris dulcis, pulſus maior in conſtrictione, quàm in dilatatione,& oculi tumidi, nullam habent requiem,anguſtia, ſitis non magna cutis quaſi humida,grauitas totius corporis.Hoc & omni die melioratur,aliquando autem peioratur quotidie,aliquãdo eodẽ morbo uſq; in finẽ manet. In primis ſanguis detrahatur de vena mediana, aut hepatica,dextri brachii, ſecundũ uirtutem, ſi tẽpus, & ætas, & uirtus permiſerint. Deinde ſuper latus dextrũ impone epithima, de ſucco ſolatri,farina hordei prius aſſati,& puluere roſæ,aut ſandali rub.& albi,cãphoræ, & aqua roſata.Mane & ſero fomentabis pedes & crura in aqua calida,in qua cocta ſunt uiolæ,roſæ,lactucæ,maluæ,papauer,& hordeũ,poſt fomentum, ungantur plantę,pedum,ex oleo roſaceo.Si nõ dormiunt, pannus infundatur in oleo roſaceo, & aceto,& capiti, & tẽporibus imponatur. Vel hoc:Rec.pſyllij,unc.2.opij,drach.2.trito opio, adhipe pſyllium,& moueatur cum piſtillo,deinde mitte tantundẽ aceti, quod tribus digitis ſuperemineat,& moue donec coaguletur.Iterũ ſecundo moueatur cũ aceto ut coaguletur,adiuncto pauco oleo roſato, uel uiolato, cũ pãno aqua infuſo, & cataplaſmate ei inducto, fronti imponatur.Hoc ſæpius fac. Si ſitis aderit,detur aqua cucurbitæ,cum pſyllio, uel mane accipiat de elacterio prunorum,cum ſyrupo acetoſo, & aqua frigida, aut ex oxyfœnitijs, aut ſucco ſolatri, aut ptiſana. Cibus eorum ſit mica panis lota,in aqua frigida,ter uel quater de cõdita cũ ſacharo pruna, mala ſiriaca, uuæ mediæ maturæ, malagranata, piſces aſpratiles in aceto cocti. Hoc tantum in aurora & extremitate diei comedatur. Si uenter eſt conſtrictus, ſoluatur, cum electuario, & ſcammonea.

De ſynochis. Cap. VIII.

SYnochi ex ſanguine,& cholera naſcuntur,ergo phlebotomari debẽt, prima uel ſecunda die aut multũ in tertia.Si maſculus,de dextro brachio:Si fœmina,de ſiniſtra,& ſi uenter eſt conſtrictus,clyſterizabis ita: Cãtabræ,& maluæ cũ oleo,& aqua coquant,& colatis per linteũ utantur. Si deſiderauerint balneare, ꝑmittantur & utantur fomento ſuperiori.Cibentur ſucco ptiſanæ,& molli farræ,malis matianis,uel ſiriacis, & pane in aqua.Potionẽ roſatã quã in tertiana ſcribemus,ſub lingua teneatur,& ſuccũ eius liquefactũ trãſglutiatur. Vngamus frontẽ oleo roſato,epithima ꝑcordijs imponamus: Rec.olibani,maſtichis,ana.unc.1.croci hortulani,unc. s. uitella ouorum aſſatorum, prout uideatur. cum oleo roſaceo, & modico aceto, confice & utere. Item oleum roſatum cum ſucco portulacæ, aut cucurbitæ, aut berberis, præcordiis inungimus.Detur ſuccus oryzæ, uel alicæ. A uino omnino abſtineant, mulſa tamen mellis attici detur.

De cauſone. Cap. IX.

CAuſon eſt acutiſsima febris ex cholera rubea,quæ non differt à tertiana acuta, quæ intra uaſa eſt, niſi quia acutior eſt, & breuior. Sitis continua,lingua ſicca,in quibuſdam nigra,urina ignea, pulſus uelociſsimus, uigiliæ, & ſyncopis. Purgentur cum cathartico,& non cum phlegmatico, cum tamarindis, prunis, & caſſiafiſtula. Sed quia calor in cauſone acutior eſt, eo quod fit in ſynocha, laudo hoc dari debere: Recip. tamarindi, unc.drach. mittantur in aqua melonis paleſtini die ac nocte, deinde manibus fricati colentur, & bibantur. Si deeſt aqua illa, mittatur, in aqua prunorum rubeorum nigrorum, uel in aqua ſolatri. Si ſitim habuerint, bibant pſyllium, ter lotum in aqua, utantur ſucco maligranati, & cucumero paleſtino. Si patiantur ardorem & cardianam, da cum ſupradictis ſuccis, uel aqua, trochiſcum de camphora, uel de ſandalis. Apponantur in ſtomacho cataplaſmata de ſandalis rubeis, roſis, farina hordei, & aqua roſata, uel ſuccus ſemperuiuæ, & portulacæ, olei roſacei, ſolatri, ana unc.1. aceti, unc.s. farinæ hordei, unc.2. roſæ, unc.s.ſandali,drach.3. Aliud: Cum aqua roſata detur pſyllium, ſi ſitim habent maximam, & intolerabilem, detur aqua cucurbitæ cum ſucco pſyllij, uel cum ſyrupo uiolato, uel roſaceo, uel cum pſyllio,uel ſine eo. Si habent tremorem in corde,

accipiant aquã tamarindi, cum psyllio cocto cum saccharo. Si tussim non habent, uel solutionem, da eis quod utilius est. Recip. pruna sicca, mittantur die ac nocte, in aqua calida, & fricentur manibus. Si uenter sit solutus naturaliter, uel artificialiter, & febris non minuatur, mortalis est.

De tertiana febre. Cap. X.

TErtiana feb. alia continua, alia nõ cõtinua. Continua in hoc differt à causone, quia calor eius unoquoq; die tertio, in eadẽ hora qua incepit, accepit, & in 12. finitur, & calor eius quãuis uideatur descẽdisse, tñ manet, licet non fortis existẽs, usq; in diẽ tertium. In tertio uero die ad eandẽ horã incipit ascẽdere, & manet in feruore usq; ad 12. horã. Hæc curatur sicut causon. Si uero nõ sit cõtinua, cum uomitu curatur facili: Rec. seminis atriplicis, unc. 1. & s. Tritum in raro panno missum, & in aqua calida mollificatur, fricetur in cipho. Lac uero quod egredit, sumatur cũ syrupo acetoso, uel semẽ infundatur in aqua, in qua coctę sint radices cucumeris agrestis, uel cũ oxymelle, uel si tẽpus est cõtrariũ, purgetur cũ aqua in qua nocte & die positę sunt unc. 2. mirobalani citrini, & unc. 2. tamarindi, si difficilis sit, unc. 1. & s. uel secũdũ quod uides. Si autẽ febris permaneat, da rubeam. Si priores purgationes secũdũ uomitũ facere nõ potueris, purgatur cũ laxatiuo, prunorũ cum scãmonio aut mirobalani citrini succo, & tamarindi. Cibẽtur quotidie pane, & aqua, aut mica panis lota in aqua & saccharo. Accipiant fructus quos diximus in synocha, & diætã supradictã scariolã cũ aceto. Cibus aũt dẽt tribus aut quatuor horis, ante accesionẽ. Omni die ante aurorã, dabis elect. de prunis, cũ sirupo acetoso, aut cũ succo solatri. Rubrica tertianæ probata: Rec. opij, unc. 4. croci, anisi, cardamomi, storacis, hyoscyami, baccarum lauri, añ. unc. 1. Cõfice aũt cũ melle, da 2. uel 3. horis, ante accesionẽ, in modũ fabæ cum farina, q̃ acceptũ in intima, mox febrientẽ liberat. Si autem propter hoc nõ liberat, & tertiana notha fuerit, & uomitu eguerit, misce mel, & acetũ, quibus admisceatur semẽ atriplicis, drach. 3. potuiquę dentur. Si constructi fuerint, puluerem uiolæ, drach. 4. bibãt, interpolata die, cũ frigida aqua, & utãtur hoc epithimate: Rec. farinæ hordei, drach. 2. & siccæ rosæ, unc. 1. sandali al. unc. 5. spodij, drach. 2. cãphoræ, scrup. 1. tẽperẽtur cũ succo solatri, & quasi unguento utãtur & desuper cum pãno ponatur. Bibant aũt quotidie succum maligranati, & mane, & post 7. dies, si urina fuerit russa, & turbida, & nihil superiora profuerint, balneo utẽtur, & fomẽtẽtur ex aqua & oleo & post fomentũ phlebotometur media uena dextri brachij. Tertiana si duplex fuerit, utãtur hydrocipion cum balsamo & rubea & musa, ut potione una. Diæta utantur ut suprà. Prodest & tertianæ triasandali, & rosata simplex, quæ recipit rosæ, unc. 4. seminis melonis, liquiritiæ, dragagãti, succi liquiritiæ, añ. unc. 2. seminis citroli, unc. 1. croci. unc. 5. mel. rof. & aquã rosatã. Cibos dabis succum oryzæ, aut alicæ, ius gallæ, pisces saxatiles, poma frigidissima. De oleribus, lactucas cum aceto, portulacas, solatrum. Omnes cibus frigidos, parum salitos dabis, post aquam frigidã & mulsam de rhodomelle, & si solutus fuerit, citonium mel cõfectum ita: Rec. succi mali citonij, partem 1. melius, partes 2. coque lento igne ad spissitudinẽ mellis, & exinde mulsam dabis. Epithima ad idem: Rec. mastichis, fœnugræcum, thus, lini semen, farinã hordei, croci æquali põdere, trita, ita distemperentur, cũ uitello ouorum, & oleo rosato, q̃d hoc modo cõficitur: Oleum & rosas cum humore suo, in uas uitreũ simul mitte, & in puteum, aut in aquã uiuã pone per dies 20. postea sustollens inde, pone ad solẽ, diebus 9. & sic in umbra repone, hoc oleum frigidissimum est. Si igneã febrẽ hoc oleo unxeris amputare solet. Si aũt tertiana in autumno uenerit, purgabitur cum diatessaron, distẽperato cum uino calido & cũ rubea atq; mulsa. Cibi dandi sunt temperati, ut far & similia, & granum bonum bene coctum, atriplices, spinachia, pisces squamosi.

De quotidiana febre Cap. XI.

QVotidiana ex phlegmate nascitur, & hæc intra uasa, & extra uasa. Quãdo est intra uasa facit calorẽ cõtinuum, sine frigore. Quæ autem extra, calorẽ facit cũ frigore. Quãdo uero oritur ex phlegmate salso, calor ex eo erit maior, frigus paruum, sitis magna, & cito curatur. Quando autem fit ex acetoso, e contra contingit. Quando autem ex dulci phlegmate, somnus ex ea erit longus, stupor, sitis parua, urina grossa, media inter citrinum & rubicundum colorem, uultus humidus, uenæ grossæ, pigritia, sapor dulcis, & fastidium. Si igitur curanda, detur aliquid maxime pro materię ratione. Si acetosa contingat materia, diacostum, uel diatriton pipereon, cum sirupo acetoso, cum aqua diuretica facto, & cum eadem bibito, & hoc 4. uel. 5. diebus. Deinde dabis uomitũ, si facilis sit ad mouẽdũ, & tempus, & uirtus cõueniat, q̃ his moueatur: Rec. thapsię, partẽ. 1. croci. partẽ s. cinnamomi, unc. 3. da cum oxymelle, scrup. 2. Si deest thapsia, da electuariũ cũ oxymelle, põdus, scrup. 2. uel secundũ uirtutẽ, uel da picrã cũ scãmonio. Si nec sic, definit

desinit febris, da ei mulsam. Si uero fuerit ex phlegmate salso, da eis picrã mixtã cũ triphera, uel cũ diadamasceno, & scãmonio, aut cũ picra & scãmonio, & sero caprino. In siti tollẽda da ei mulsam, mel rosatũ, aut sirupũ cũ calida. Quotidie mane sumant sirupũ acetosũ, aut oxymel cũ succo scariolæ aut solatri, aut cũ succo fœniculi, coctis, & despumatis ante tres horas accessiõis, vel sumat de rubea in modũ fabæ, cũ frigida. Dięta sint pisces saxatiles, marini, rubellæ, & squamosi cocti cũ aceto, cymino, cinnamomo, & pauco adipe: poma, pruna nigra & rubea, granata, pira, poma matura, vuæ duracinæ, cucurbita cocta cũ cymino, & spica. Nõ comedãt nisi 6. horas ante accessionẽ. Si aũt de phlegmate acetoso, uel sanguineo quotidiana fuerit, magnũ habebit frigus æger, cũ pauca febre, dolorẽ in stomacho & uomitũ. Hanc itaq; curabis ita: Purgetur cũ picra, uel theodoriton. Sumant quotidie mane aut diacalamenthũ, aut theriacã magnã, aut nostrã, aut mithridatum, aut rubeã, aut adrianũ cũ oxymelle scillitico, cũ succo fœniculi, & apij, coctis, & despumatis, & colatis, aut oxymelle scillitico cũ aqua in qua cocta sũt radices fęniculi, apij, petroselini, scariolæ, & semina eorũ. Cibi eorũ sint scariolæ, borrago, fœniculũ, lactuca, cũ eruca, pastinaca, porri cocti, ius ciceris, uinũ rubeũ, aut citrinũ, aut aureum, hordeum, far, pisces marini, petrosi, rubellæ, & squamosi, cocti cũ uino, & aqua, anetho, apio, cymino. In tẽpore accessionis pedes mittantur in aqua calida, in qua cocta sunt pulegium laurus, & nepita, plantę pedũ fricentur cũ oleo, & sale, & aqua calida. In balneo sumãt rubricã cũ oxymelle scillitico, & succis pscriptis, aut aqua prædicta, aut theriacã in modũ auellanæ. Si magnũ fit frigus, ungãtur renes eorũ iuxta ignẽ cũ oleo in quo coquatur semen sinapis, piper, ruta, & radix cucumeris agrestis, hoc fiat aliquãtulũ ante tẽpus rigoris. Vel aliud, pyrethrũ tritũ cũ fortissimo uino, coque ad tertiã partẽ, & post tãtundẽ olei adde. Si sine frigore sit, detur picra sæpius. Si cũ typo fuerit quotidiana, detur potio rubea mixta cũ hydrotopion ante 1. horã uel 2. accessionis, postea bibãt aquã frigidã. Si uero frigus magnũ fuerit, uinum uel aquã da calidã. Si hæc nõ psunt, accipiant mulsam. Si stomachus plenus humoribus fuerit, ut uomant, detur oxymel, quod ita fit: Rec. aceti phialas 2. mellis unã, seminis radicis, rafani triti, seminis atriplicis, ana unc. s. coquãtur ad mediũ & bibant ante accessionẽ, & ieiunẽt hora una postea. Si uero sic nõ uomuerint, accipiãt aquã calidã. Cibus detur ius gallinę aut far cũ oleo: hæduli dẽtur, phasiani, turdi, perdices, ficedulæ, aspratiles pisces assi, aut elixi, mala citonia, vuæ, mala granata, vinũ leue & albũ. Si in æstate acuta fuerit quotidiana, & habuerint vrinã turbidã ex sanguine p cedentẽ, primo uel tertio die, uel usq; ad 7. mane phlebotoment. Cibus datur ptisanæ succus, q cõficitur sic ex hordeo purgato: Hordeũ purgatũ missum in aqua nocte una tundatur, & ad mensurã unius phialæ, mittat in aquæ phialas 16. & coquant cũ lento igne ad tertiã partẽ, & p linteũ colentur. Vtantur molli farre, malis syriacis, aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua. Si quotidiana admisceat tertianæ, detur rubea & hydrotopion in potione unã, & utãtur. Si nõ pfuerit, theriaca magna detur. Si quotidiana in tẽpore ueris fuerit, curabitur potione rubeæ. In cibo accipiãt gallinas, & omnia uolatilia, uinũ albũ, & leue, far, cicer, betas, fœniculũ coctũ, pisces aspratiles. In ęstate eadẽ in oĩbus, obseruet curatio. In autumno si sine typo fuerit, similiter curabitur. Si aũt cũ typo, uomitus puocetur ut supradictũ est, aut cũ aqua calida & oleo, aut cũ oxymelle simplici, ut mel, & acetũ. Et si fuerit cõstrictus, oxymel catharticũ dabis, quod fit ita: Mel & acetũ, & elacterij, unc. 1. hoc det secundũ uires ægri. Cibis ut suprà utantur. Si aũt solutus fuerit, damus cibos stipticos, & potũ similiter, ut uinũ græcũ coctũ. Si uero suo tẽpore uenerit, aut cũ typo, aut sine typo, primo catharticũ dabis, pp̃ter phlegma deponendũ, & oẽs potiones calidas, s. diacalamẽthũ, picrã, adrianũ, musam, athanasiã, hydrotopion, & calida. Cibos autẽ supradictos pãnos uero impone extra, oxyra croceũ mixtũ cũ ceronio. Cataplasma uero quod recipit hæc: Micas panis, fel terræ, æquali põdere, cõfice cũ ouo molli cocto asso, & oleo cyprino aut laurino, & pãno inductum super uiscera impone, pbatum est. Experimentum ad quotidianas: Recipe zingiberis, unc. 2. cinnamomi, unc. 1. laureolæ, unc. 3. mellis quantũ satis est.

De quartana & cura eius. Cap. XII.

Quartana fit ex melancholia, aut cũ frigore, aut sine frigore. Hanc calidus & acutus pcedit morbus, atq; cholericus, ut causon, uel tertiana. Aut sanguineus, ut synocha: aut phlegmaticus, ut quotidiana. Similiter & potest cõtingere in quotidiana, & tertiana. Vnde si hãc febrẽ cholericus morbus pcesserit, diætã & frigidã curã dabis, cũ aqua calida mixtã. Si autẽ sanguinolẽtus, curet cum eis q conueniunt synocho, mixtis cũ eis medicinis quæ conueniunt quartanæ. Causa uero quã tertiana uel causon præcesserit, ita curabis, purgentur cum picra, aut cũ mirobalanis citrinis, uel sero, cum mirobalanis, & fumulo. Vtantur sirupo acetoso cum mirobalanis, uel cũ succo apij, & fœniculi, aut cum aqua quam scripsimus in quotidiana. Si aũt quartanã nullus morbus præcesserit, in principio tribus diebus iunctis dabis theriacã magna in modũ auellanæ cũ oxymelle scillitico, & aqua quã scripsimus

mus in quotidiana: Aut cũ ſucco fœniculi, & apij, coctis & colatis, poſtea dabis laxatiuũ picram, aut theodoron, aut hieralogodion, aut drach. 3. epithymicũ ſero & ſcãmonio, drach. s. aut uomitũ ſuperius ſcriptũ, aut uinũ in quo prius infuſum eſt elleborũ albũ, drach. 1. & s. Purgato corpore, fac tinã aqua plenã, in qua ſunt cocta anethũ, nepita, pulegiũ, laurus, & abſinthiũ. Intretur in ea ſequenti die quartanę, & intus bibant theriacam magnã cũ oxymelle ſcillitico, & ſuccis ſupra ſcriptis, aut aqua præfata. Si non habes theriacã magnam, da noſtrã, aut diateſſaron, aut adrianũ, aut electuariũ diatrion pipereon, aut diapyrethrũ. In die acceſsionis nil manducẽt, ſed duabus horis ante tempus acceſsionis intrẽt balneũ, & in eo accipiant theriacam magnã ut dixi, aut rubeam cũ uino odorifero. Exiens autẽ ungat renes cũ oleo in quotidiana ſcripto. Si uult manducare in nocte, uel tranſactis 6. horis, poſt acceſsionẽ manducẽt. Si cũ typo fuerit quartana, & in æſtate, ante acceſsionem, dabis potionẽ muſam. Si fuerit in hyeme, utantur emplaſtro paulino, & potione diaſyluio, & unguento dialthęa. De cibis utantur rapis coctis, porris, farre, cicere, carne porcina, agnina, gallina, & pedibus porcinis, malis citonijs, & uino mediocri. In duplici quartana, da adrianũ temperatũ cũ balſamo, diæta uero ut ſuprà. Si quartana uenerit in tempore ueris, curabitur cũ potione ſancti Pauli potione, & cũ muſa ænea. Vngatur dorſum ex ſinapi ante acceſsionẽ. Cibos damus duros & ſtipticos, aut ut lepores, phaſianos, perdices, anates, anſeres, cicer bene coctũ, granũ, fabas bene fractas, fœniculũ, capita raparũ, rutas agreſtes coctas, porrũ, uinum rubeũ, & forte nimis. In æſtate uero curabitur cũ potione rubea mixta cũ theriaca mundiſsima, & cũ vino bene temperato. Fumigiũ faciamus ex ſpolijs ſerpẽtis, & pelle uituli marini. Vngamus autẽ totum corpus de unguento marciaton viridi ante horam acceſsionis ad ignem donec ſudet, & præterita hora acceſsionis, cibos damus ut ſuprà. In autumno curabitur cum potione muſæ mixta cum hydrotopion, cũ uino forti tepido, & ante horam acceſſionis dabis aquam calidã cõditam cũ pipere, cymino, ruta, & vino forti, & melle. In hyeme curabitur cũ potione muſarũ, adriano, diacalamẽtho, & trochiſcis, q ad quartanariũ dicũtur eſſe probati, quos in fine huius libri ponemus: petroleũ etiã bibere dabis, & ungamus dorsũ, & ſtomachũ eorũ, cũ unguento dialthæa. Quotidie calidã bibere dabis, & cibos prædictos.

De hæmitritæis febribus. Cap. XIII.

HAemitritæus fit ex media tertiana, & mediã ephemerina, & ideo grande frigus. Acredinẽ enim choleræ retinet phlegma. Pigritia autẽ phlegmatis retinet & excitat cholerã, & ideo ſi cõmiſceantur multas acceſsiones faciunt, & dicitur fractus hemitritæus. Nam ſi eſſet integer hæmitritęus, tunc cholera & phlegma ſunt æqualia. Vno die fit una acceſsio, alia altero. Hi hiera purgentur. Quod ſi negligatur, hydropici fient: At ſi cholera incenditur in ſynocham conuertetur, uel lethargiam. Amplius, Hæmitritęus fit ſecundũ quoſdam ex materia cholerica extra uaſa, & phlegmate intra uaſa, utriſq; unius quantitatis exiſtentibus, ideòque hæc febris curari debet cũ medicinis inter calida & frigida exiſtentibus. Vnde ſi materiæ eorũ ſunt eiuſdẽ quantitatis curetur cũ rebus attenuãtibus & diſſoluentibus, nec frigorem nec calorem facientibus, ſicut cum lupulo, ſucco marathrij, apij, mãna, uiolis, ſaccharo, ptiſana, oxymelle. Quod ſi cholera ſit maior, ſit febris facilioris & leuioris curationis, & cũ mundificatiuis curetur, & modice refrigeratiuis, ſicut endiuia, & rodoſaccharo, uiola, ſaccharo, manna, prunis, ptiſana, & cũ oxyſaccharo. Si autem phlegma dominet, hęmitritæus erit moleſtior, curetur cũ medicinis diſſoluentibus, & aliquantulũ calefactiuis, ſicut melicrato cũ calida, ſirupo abſinthii, ptiſana, in qua cocta ſit radix apij, marathri, anethi, calamẽthi. Oxymel quoq; prodeſt, & trochiſci de roſis, uel de berberis cũ ſucco marathri & oxymelle. Mel roſatũ cũ maſtiche, aniſo, marathro, & aqua calida. Cũq; materia cœperit attenuari, & moueri, & ſignũ decoctionis in urina appatuit, da ſuauẽ pharmaciã. Vomitũ prouocabis poſt cibũ, dabisq; diureticã, ſicut trochiſcos de abſinthio, uel de lacca cũ ſucco marathri, endiuiæ, & apii, ana drac. 2. cum tepida. Pilulæ ad hoc ualentes: Rec. hierępicræ, calamenthi, ana drac. 5. aniſi, marathri, apij, ana dra. 2. tẽpera cũ ſucco apii, cũ tepida da. Aliud: Rec. hieræpicrę, calamenthi, ana drach. 5. aniſi, marathri, apij, ana drach. 3. ſucci eupatorij, ana drach. 4. fac trochiſcos cum ſucco fumuli, da drach. 2. cum calida.

De hecticafebre. Cap. XIIII.

HEctica ſi ſit ſimplex, & corpus eſt humidũ, immundũ humoribus, maxime putredini ꝑparatis bene curatur ſi cauſa p cõtrariũ expellat, ſicut triſtitia cũ lætitia, ira cũ patiẽtia. Similiter & ea eſt in corporibus mũdis, cũ cõtrarijs curetur. Sed in priori poſteaquam cauſa ſit expulſa, per cõtrariũ pellatur materia putredini præparata, cũ medicinalibus herbis & mundificantibus, abſq; calore, & ſiccitate ſicut cũ ſucco lupuli, & rhodoſaccharo, uel uiolaſacchara, mirobalano, mãna, caſsiafiſtula, uiolis & ſimilibus mixtis.

mixtis. Purgata materia ordinetur aer,locus,indumenta,cibus,& potus,odor & cataplasmata. Aer frigidus cōstituendus est. Locus septētrionalis. Indumēta frigida,sicut lana uetusta infusa rosis,sandalis,& aqua rosata. Cibi frigidi calorē extraneū extinguētes,& cōfortantes naturalē,sicut ptisanā, panis ter lotus in aqua frigida,uel infusus in uino albissimo,& bene cōmixto. Lactucæ cū oleribus dentur,portulaca, cucurbita,betę,&atriplices cōditę cū amygdaleo. De fructibus ista, utraq; malagranata,melones palestini,cucumeres,mala maciana,mala citonia,pira,uuę passę,hyemales,& similia. Sirupus granatorū uel albus. In aqua cocta quā bibituri sunt,mittant,spodiū,& bolus, uel semen portulacæ. In pauimento sternant frondes, & flores frigidi,ut salices, myrtus, uiolæ,& rosæ. Dabis trochiscos de spodio,& bolo cū prædictis sirupis,& aliquando psylliū. Si egestio humida sit, dabis quę caueant solutionē. Si hyems fuerit nō mutētur,nisi forte nimis sit frigida: Pannis igit̄ operiant̄. Si uero sit æstas,infrigidetur aer & humectetur. Domus sit spatiosa,& septētrionales portæ, in pauimento sternant̄ frondes & flores salicū semperuiua,rhānus,iuncus,rami uitiū,& similia,& aqua paulatim sup ea fundatur. Non aūt habentibus humores putredini pparatos,ungatur cutis cum succo lactucæ,portulacę,succo uuæ acerbæ,uel solatri, cū oleo rosato nō tamē sup pectus ponantur. Quod si mixta sit cū putrida,aut cum morbo in nobili mēbro existēte, ut in diaphragmate,&pulmone,cū diuturna tussi, siti,hępatisq; dolore & similibus,malū signum. Caueas aquā frigidā & unctiones, nisi apostema habeat,ppter quod est febris calidissima. Si apostema uero nō sit calidissimū, caueas aquā frigidā, quæ omni hecticæ nocet. Virtus reparetur cum cibis & potibus,facile digestibilibus, & ueIociter nutrientibus,& multum. Vnde Hippoc. Facilius est repleri potu q̄ cibo. Nō tamen purum accipiat neq; tenue uinū, neq; sumatur multum, & subito, ne cito exeat, neq; nimis sit grossum. Cibus sit mediocris,facileq; nutricās, aliquātulæ grossitiei participās,ut pmanens in mēbris nutriat,& cōfortet, ut uinū aliquantulū grossum,lac,ptisana,& similia. Cumq; hectica febris & cessauit,& nō indigent alio, nisi ut corpus augmentetur,sumatur mane lac caprinum, ita: Lac statim emulsum cū tantundē aquæ calidæ mixtū ad suauē ignē coquatur,quousq; tota aqua consumatur. Deinde potui detur calidū, adeò ut ab uberibus mulctum fuerit. Quo bibito,expectent quousq; digeratur: deinde sumāt, starnos.perdices,pullos gallinaceos,& similia, cum iuretū coquantur. Vinum album & ponticum mediocriter mixtum dabis. Quod si nō potuerint solum lac bibere, misceatur cū hordeo simila triticea, & similibus, secundum ꝙ uides inde digestiuā esse rubustā. Hi uero quibus humores fuerint immundi,ab his se abstineant, & sumant solum ptisanā, panē lotum, maxime si egestio eorum sit cholerica. Nā febre pmanente,nō cōcedātur perdices,starni,lac, & uinū pōticum. Cum autē febris discesserit, lauentur in balneo tepidæ aquæ tēperatum aerē habente,& calor aquæ sit quasi calor lactis cū ab uberibus egreditur. Balneum uero mansioni eius sit uicinum,in lectumq; ducantur ne deficiant. In fonte diu moraturi sint,eo quod aqua fontis humectat eos,& uirtutē confortat. Fons autē sit speciosus,&uicinus ostio balnei,ut nō laborent ad eū eundo, ne parua eorū humiditas desiccetur. Aqua temperate sit calida,quia si calidior sit q̄ oportet, coadunat cutē & eā indurat. Si frigidior sit q̄ oportet, debili tribuet frigiditatē, & calorē naturalem extinguet, & cutem oppilat, cum & in his pori aperiri,& cutis debeat mollificari. At nil magis aperit poros,q̄ aqua tēperate calida. Nā mēbra delectationē hn̄t in ea,natura excitatur, seu per omnia mēbra diffundēs, eo quod cōgaudet consimili,i.calori aquæ. Ecōuerso agitur in contrariis, q.a cum odio habeat nociua, fugit ad interiora corporis. Vnde cutis sanguinem & naturalē calorem amittens,patit̄ in cute rigorem, & oppilationem,& duritiam. Pręterea in balneo moretur,donec cutis rubea, & aliquantulum tumida cœperit fieri. Tunc extrahatur à balneo, postquā tumor discedat, ne ultra manentes desiccentur. Vt igitur caro augeatur, maneatur in balneo donec cutis & tumescere & rubicunda cœperit fieri. Si autē aliquis uult attenuari,post pdictum tumorē,adeò moretur in balneo donec tumor pdictus prsus discedat, quia tēpus istud est strictum, caue ne modus prætermittatur, maximè si caro fiat augenda. Verus igitur terminus erit tumor. Si aliquis magis morabitur,ad deterius ibit. Exeūtes balneū,ungantur cū frigidis unguētis, uel oleis frigidis & humidis. Balneent̄ igitur mane priusquā accipiant escas,uel lac,uel ptisanā. Secundo die uespere, postquā hæc sunt digesta. Lac uero priusquā in fontē ingrediatur,sup ęgrum emulgeatur. In aqua fontis mittantur lactucæ,uiolę, & similia. Post balneū,sumant lac asininum,calidum ut emulctum fuerit. Cumq; lac fuerit digestum,iterum balneum ingrediantur. Tertio etiam si usus eo fuerit, ingrediatur balneum. Caueatur tamen hoc si febris adsit. Mora tamē unius balnei ab alio, sit quinq; horis. Postea cœnetur perdices,pullos gallinaceos, & alias gallinas. Caueant tamen hæc si febrem habeant. Caue quoq; ne eos grauet cibus. At quia lac solutionem facit, calidus lapis bis uel ter extinguatur in eo,& ita detur. Confortata autem uirtute,da cancros cum simila uel hordeo coctos.

F I N I S.

BER. GORDONII
DE FEBRIBVS
LIBER.

Quid ſit febris. Cap. I.

FEBRIS eſt calor innaturalis mutatus in igneum. Calor eſt ibi loco generis, quia omnes febres conueniunt in calore: Innaturalis dicitur ad differentiam naturalis, qui eſt cõſeruatiuus: Febrilis auté eſt corruptiuus mutatus in igneum. Iſtud eſt loco alterius differentiæ conſtitutiuæ: quoniam quælibet mutatio cum intenſione caloris, non facit feb. ſicut patet in calore generato propter irã, aut exercitium. Sed quando mutatio eſt magna, tunc læduntur operationes ſenſibiliter, & pro tanto dicebatur mutatus in igneum. Bene igitur dicebat Gal. febris eſt calor innaturalis mutatus in igneum. Nunc autem cùm feb. ſit propria paſsio cordis, corde ſuperaccenſo & inflammato, ſpiritus, qui à corde procedunt unà cum ſanguine, tranſeunt ad totum corpus, & calefaciunt ipſum uniuerſaliter ſuperius & inferius, exterius & interius, niſi accidentaliter impediantur, ut in lipparia, & ſimilibus. Et quia feb. omnibus morbis moleſtior eſt, ſicut ſcribitur à Gal. ſuo 8. de ingenio ſani. ideo à febre dignum duximus inchoare. Nunc autem triplex eſt feb. in genere: Ephimera, cuius ſubiectum ſunt ſpiritus: & putrida, cuius ſubiectum ſunt humores: & Hectica, cuius ſubiectum ſunt membra ſolida. Febrium autem ſicut aliorum morborum 4. ſunt tempora, ſcilicet principiũ, augmentum, ſtatus, & declinatio. Qui autem differentias conſtitutionis generum, & ſpecierum feb. ſcire uoluerit, & cognitionem temporum morborum, prout diſtinguuntur ex parte digeſtionis & paroxyſmorum, uadat ad librum noſtrum de prognoſticis. Ibi enim cum auxilio diuino fideliter aggregauimus dicta Hippocratis, & Galeni, & Auicen. & aliorum. Nũc autem intentio noſtra eſt à febre ephimera inchoare.

De febre ephimera. Cap. II.

EPhimera eſt feb. ex diſtemperantia ſpirituũ procedens, ultra diem tertiam ſecundum ſui naturam non ſe extendens. Circa iſtam materiã quinque ſunt intelligenda. Primum erit de cauſis ephimeræ: Secundum de ſignis: Tertium de prognoſticis: Quartum de curatione: Quintum de dictorum clarificatione.

Licet enim ſecundum Auicen. cauſæ ephimeræ ſint multæ, ſicut eſt fluxus ſuperfluus, coitus, ira, crapula, fames, uigiliæ, ſyncopis, & multa alia conſimilia, omnes tamen ad quatuor cauſas reduci poſſunt. Prima igitur cauſa ephimeræ ſumitur à cauſis extrinſecis actu, uel potentia, calefacientibus, uel poros claudentibus, ſicut eſt caliditas ſolis, aut ignis, aut balneum, aut ſtapha cum rebus calidis, aut balneum ſulphureum, aut aqua frigi. & breuiter omne illud quod claudit poros & retinet uapores. Nunc autem intelligendum eſt, quòd ſecundum diuerſitatem uaporum & corporum, diuerſæ febres generantur: quoniam ſi corpus eſt plethoricum, calidum & ſiccum, & uapores cali. & ſic. retinentur propter pororum clauſionem, & ſimilium, tunc de facili ephimera generatur. Si autem corpus ſit cal. & humi. & uapores cal. & humi. retinentur, tunc de facili febris putrida generatur. Secunda cauſa ephimeræ ſunt cibi, potus & medicina cali. ſicut eſt uinum purum, forte, antiquum, allia, cæpæ, piper, euphorbium & ſimilia, potisſimè in non conſuetis. Tertia cauſa eſt motus animalis & corporalis, ſicut eſt exercitium & ſimilia. Quarta cauſa eſt apoſtema inguinum, aſſellarum & ſimilium, & ſi ſint aliæ cauſæ, ad iſtas poſſunt reduci.

Signorum ephimeræ quædam ſunt generalia, quædam ſpecialia. Generalia ſunt iſta: ephimera enim non uenit à cauſis antecedentibus, ſed à primitiuis, & ut plurimum non uenit cum rigore: pulſus & urina modicum diſtant à naturali: calor in tactu non eſt pungitiuus, nec mordicatiuus, nec multum lædens tactum, ſed eſt ſicut calor naturalis, uel irati, aut illius, qui multum laborauit, & ut plurimum terminatur cum ſudore humoroſo naturali. Et dicit Aui. quod ſi ponatur in balneo, & non euenit aliqua horripilatio, tunc eſt ſignum ephimeræ. Signa autem ſpecialia ſunt iſta. Si autem ueniat propter

pter solem & similia, tunc est caput calidum, oculi calidi tanguntur, facie & cutis, pulsus accedit ad uelocitatem. Si autem proueniat propter frigiditatem, mutatur pulchritudo coloris faciei, & transit in liuorem. Si autem ex stypticis & oppilantibus prouenerit, cutis sicca inuenitur, calor occultus, & si diu teneatur, sentitur calor acutus. Si autem uenerit ex cibis & potibus calidis, sentitur caliditas in regione hepatis, & urina est tincta. Si autem uenerit ex labore, fatigatione, debilitas est in toto corpore & dolor in iuncturis. Si ex ira, oculi sunt eminentes & facies rubicunda. Si ex tristitia, oculi sunt concaui. Si ex uenenis, interiora inueniuntur calida, intensa & desiccata. Si ista signa specialia nõ sufficiant, recurramus ad indicia patientis. De causis primitiuis non est multum curandum, quoniam ingenia curandi morbos non habentur ex causis primitiuis, sed ex morbi essentia, membri natura & similibus, sicut testatur princeps medicorum Gal. 3. de ingenio cap. 3. licet aliqui magnam credant philosophiam inuenisse, si per signa corporis possunt in causas primitiuas deuenire: tamen ad curationem non faciunt, bene faciunt ad notitiam. Vt uerbi gratia, ponamus nos, quòd cutis patientis ephimeram, est dura & aspera, frigida & oppilata: morbo igitur cognito oportet me calefacere, subtiliare, ex quacunque causa fuerit, siue propter sumach, aut gallas, aut alumen, aut balneum aquæ frigidæ, aut niuem & similia. Postquam igitur morbum cognosco, curare possum quæcunque fuerit causa primitiua. Non igitur ualent ad curandum, licet ualeant ad cognoscendum: quoniam postquam scio, quòd aliquis balneatus est in aquis stypticis, tunc scio quòd pori sunt iam condensati &c.

Febris autem ephimera, secundum Auic. est facilis curationis & difficilis cognitionis. cognoscens igitur poterit prædicere, hæc feb. erit bonæ terminationis & uelocis: quoniam ephimera de natura sua non durat, nisi per unam diem naturalem, & pro tanto denominatur ab ephimeron Græcè quod est piscis Latinè: ille enim piscis illa eadem die, qua oritur, eadem moritur. Ita est de ista feb. de natura enim sui non durat, nisi per 24. horas, tunc terminatur cum sudore uaporoso non plurimo. Sed propter malitiam regiminis & naturam corporis, aliquando extendit se usque ad quatuor dies inclusiuè, ultra autem non est ephimera. ideo si post statum non quieuerit, pul. sit diuersus & urina indigesta, signum est transitus in putridã: potissimè cum fœtore eorum quæ egrediuntur à corpore. Si autem corpus est siccum & aridũ in tactu, timendum est de hectica. Non autẽ fe. ephimera negligatur, quia propagines malas gignit.

Patientes ephimeram quo ad curationem, in multis conueniunt. In primis quòd detur cibus facilis digestionis, sicut est hordeatũ, pulli parui, uinum album, cũ multa aqua, & quòd non utatur aliquo cibo donec in declinatione feb. Attamen aduertendum est secundum Gal. 8. de inge. quòd in extenuatis, aliter est operandum. Si enim inueniatur cholericus extenuatus, qui laborauit, & fuit in sole calido, & similibus, & incurrat fe. nullo modo est triduanum ieiunium imponendũ, sed statim cibus est exhibendus, aliter caderet in hecticam aut in mortem. Virtute igitur constante, non cibetur nisi in declinatione. Conueniunt balnea, quoniam in declinatione feb. possunt omnes balneari, nisi quòd cauendi sunt qui ad feb. putridas sunt parati, sicut oppilati, repleti, crapulati & patientes catarrhũ, nisi esset catarrhus adustiuus, sicut dicit Auic. quia in tali catarrho posset fieri balneum in declinatione. Cura tamen specialis potest esse, quia aliter in calidis, aliter in frigidis, aliter in oppilatis, aliter in non crapulatis, & ita de alijs. Si igitur aliquis incurrat ephimeram propter causas calidas, utatur frigidis potissimè in capite, si uenerit propter solem, iram & similia. Si fuerit catarrhus, Recip. rosarum ru. electarum lib. s. omnium sand. ana unc. s. chamomillæ unc. 2. aquæ fontis lib. aquæ ros. unc. 3. aceti unc. 1. bulliant leui inundatione, & recipiat fumum. Si autem fuerit dolor capitis, calor & instantia uigiliarum, tunc Recip. se. papaueris al. drach. 3. olei ros. unc. 2. aceti, aquæ ros. ana unc. 1. succi lactucæ, portul. ana unc. s. misceantur lento igni sicut decet, & panni intincti fronti & temporibus applicentur. aer domus infrigidetur cum multa aqua, salicibus, aceto, nenuphare & similibus. locus autem sit subterraneus, non rheumaticus, & portæ sint ex parte septentrionis. In declinatione autem feb. balneetur in aqua dul. ubi sint rosæ, chamomilla, nenuphar & melilotum, deinde cibetur cum hordeato, aut auenato, aut amydo, aut paruo pullo & similibus: utatur uino debilissimo cum multa aqua: & totum infrigidatum in medio profundi putei aquæ hausibilis, deinde dormiat & quiescat. Si autem fuerit propter frigiditatem & pororum clausionẽ, ponatur in domo temperatè calida, temperato modo cooperiatur, suauiter fricetur & in declinatione. Si est cum oppilatione, fricetur & sudet in aere calido, postea ponatur in aqua ubi sit chamomilla, melilotum: deinde cibetur ex auiculis minutis, aut pullis, & uino, nisi esset timendum de forti oppilatione cum plenitudine corporis. Et intelligendum est, quoniam ubi est fortis oppilatio & plenitudo, & timemus de feb. putrida, tunc est facienda phlebotomia. Regulariter autem in aliqua ephimera non competit

petit euacuatio, niſi in crapula, aut fortiter opilato, aut repleto. Si fuerit ephimera propter cibos cal. ponantur frigida ſupra regionem hepatis, ſi cum rheumate, ſuffumigetur caput cũ thure in plus, & roſis in minus. Si ex ira, iniungatur manſuetudo. Si ex triſtitia, lætitia & ſimilia indicantur. Si ex fame, detur cibus temperatus, ſicut oportet. Si ex ſyncope, confortentur membra principalia, & infrà de aliis per cõtrarium reducantur. Sed quia ephimera cum oppilatione frequẽter ducit ad putridam, ideo phlebotomentur, deinde fricetur, poſtea ſtuphetur & fricetur cum farina hordei, cicerum, fabarum & nitri. Et ſi accideret quòd pateretur aliquam horripilationem in balnea, non ſtet ibi ictu oculi, ſicut dicit Auicen. Si autem aliquis fuerit crapulatus, & poſtea exercitet ſe fortiter, aut ſtet in ſole calido, ſi uenæ ſint ſtrictæ & eructuatio fumoſa, timendum eſt de febre putrida, ſed rarò accidit in eructuatione acetoſa: tamen ſi cibus eſt in ſtomacho, fiat uomitus: poſtea ſi uenter non eſt laxus, fiant ſuppoſitoria aut clyſteria: deinde in declinatione balneetur, poſtea cibus detur: quoniam in ephimera, longa abſtinentia competit ei ex crapula nauſeatiua. Materia digeſta, poteſt fieri phlebotomia: febre autem abſente. confortetur digeſtio ſtomachi cum diatrionpipereon: dentur ſibi pulli & piſces petroſi. crapulato autem & nauſeato, melior eſt medicina, ſi ſuperueniat fluxus uentris ſpontaneus. Si autem fuerit propter apoſtema emunctoriorum membrorum principalium, aut furunculos, aut ſcabiem & ſimilia, præcipiatur abſtinentia, phlebotomia, pharmacia, & curentur illa, ſicut debent curari. Curatio autem ponetur in ſuis locis. Et quia rariſsimè uocatur medicus propter ephimeram, ideo de curatione eius amplius non curo.

Ad clarificationem eorum quæ dicta ſunt & dicenda ſunt, oportet multa breuiter intelligere, ideo intelligendum ſecundum intentionem Gale. lib. de differentiis feb. In corpore enim humano non ſunt, niſi tria membra, ſcilicet ſolida, humores, & ſpiritus, & ſecundũ hoc ſufficientia feb. ſumitur. Quoniam ſi membra ſolida ſupercalefiant primò & ſubiectiuè, ſic eſt hectica, & aſsimilatur calori patiẽtis in balneo ſecundum Auicen. Si autem humores primò & ſubiectiuè ſupercalefiant, ſic erit putrida: & aſsimilatur aquæ balnei. Si autẽ ſpiritus principaliter & ſubiectiuè ſupercalefiant, ſic erit ephimera. & quia non ſunt niſi tria, ideo non ſunt niſi tres feb. Ad hoc ſequitur quòd nulla fe. poteſt poſt ſe dimittere ephimeram, licet fiat ecõuerſo, pro tanto, cùm in qualibet quodlibet calefiat, tamen non ſubiectiuè, ideo una non eſt alia. Si igitur ceſſet quod eſt in ſolidiori, ceſſabit quod eſt in ſubtiliori. Si ceſſet ſupercalefactio membrorum & humorum, citò ceſſabit & ſpirituum: ideo nulla febr. dimittit poſt ſe ephimeram. econtrario autem bene poteſt fieri: licet enim ceſſet calefactio ſpiritus ſubiectiuè, non tamen propter hoc aliorum. Relinquitur igitur, quòd omnes feb. poſſunt ſequi ephimeram, ephimera autem nullam. Secundo intelligendum, quòd licet febr. dicatur calor innaturalis, non propter hoc erit cauſa & effectus, cùm cauſetur ab innaturali: quoniam calor qui eſt in minera, eſt cauſa, & calor qui eſt in actu inflammatus in corde, eſt effectus, & per illum diffinitur. Tertio notandum, quòd calor naturalis & innaturalis in feb. poſſunt idem, ſuſtinentibus hanc uiam per hunc modum: quoniam ſunt idem in ſpecie: utrobique enim eſt calor, & idem numero, quia in eodem ſubiecto, ſicut in calore fluente, quia à corde procedit ſuperaccẽſo: quoniam nihil aliud eſt feb. quàm calor innaturalis mutatus in igneum. Erunt igitur idem in numero, quia in eodem ſubiecto: nec ſunt contraria in eodem, quia confracta ſunt uel quaſi, & ibi bene poſſunt eſſe, ſicut ſunt in quolibet miſto, & pro tanto talia contraria confracta ſimul exiſtentia generant nouam ſpeciem, ſicut eſt febris. Alij aũt dicunt, quod differunt in ſe, & in radice quia vnus uiuificat & alter mortificat, & ita poſſunt ſtare: quia inquantum trahit ad diſpoſitionem naturalem, uiuificat & dirigit materiam cibi & morbi: inquantum autem attrahit ad diſpoſitionem innaturalem, corrumpit & mortificat. Et eſt quarto notandum, quoniam ſuppoſito quòd calor & ſpiritus differunt, quoniam fortè non differunt, ſed ponamus uerbi gratia, quòd differant, non propter hoc alia feb. erit in calore naturali, & alia in ſpiritu, quoniam quomodocunque ſit, utrunq; tamen eſt delatiuum uirtutis, & ita non erunt quatuor febr. cum ſint ſimul, & ſimul inflãmentur, & ſimul ſint delatores. Quarto intelligẽdum eſt, quòd ſequitur frequentius ephimera apoſtema inguinũ, axillarum & ſimilium, quàm ſequatur aliâ apoſtemata magna, pro tanto, quia ſunt emunctoria membri nobilis, ideo de facili inflammatur ſpiritus, & cũ hoc cauſata eſt ephimera, quia illa materia nõ eſt ſic putrefacta. Alia aũt apoſtemata ut ſunt forũculi, ſcabies, & ſimilia generãtur magis de materia corrupta & putrefacta, potiſsimè qñ eſt in interioribus, ideo talia ſequetur putrida febr. Et ꝓ tãto dicẽbat Hippo. in bubonibus, omnes feb. malæ præterquam ephimera, quia materia cum qua eſt ephimera videtur magis peccare ratione ſuæ quantitatis, quam ratione ſuæ malæ qualitatis. Quinto aduertendum, quomodo ad nauſeam, triſtitiam, ſomnum, ſyncopim, & alia multa conſimilia

milia

milia sequātur feb. cum habeant infrigidare. Dico quod est per accidens: nausea potissimè fit in cholerico, ubi fumi cal. & sicci, acuti resoluuntur, qui supercalefiunt, in alijs autem propter spirituum conculcationem, pororum clausionem, & similia. Sexto notandum, quòd ut plurimum ephimera non est cum rigore, pro tanto, quia materia non est horribilis, putrida, insueta. Septimo intelligendum est, quod cum dicitur, quòd in ephemera ex calore ponantur flores frigidi in lecto. Intelligo quantum est de presenti circa lectum ad alterandum aerem, non quòd tangant carnem nudam, quia tunc esset timendum de clausione pororum, & ita de putrida. Octauo notandum, quòd in curatione ephimeræ non competit coitus, quia timendum esset de spirituum inflammatione. In ista autem materia nolo aliter ratiocinari, timens prolixitatem.

De causone. Cap. III.

CAuson est feb. continua de cholera intra uasa existente in membro nobili, aut loco proximo cordi.

Febris causonica causatur, aut de cholera rub. pura, aut de phlegmate salso, ita quòd cholera aliquando peccat plus ratione quantitatis, aliquando ratione suæ qualitatis, aliquando ratione utriusque. Inflammatur igitur fortiter, cùm chol. rub. sit inflammabilis: & plus, quia est in stomacho, aut hepate, aut locis proximis cordi: & in hoc differt à tertiana continua, quia tertiana continua est de materia putrefacta in uenis remotis à corde, sed causon in proximis. Ideo causon, incendium interpretatur, & ratò uenit senibus: si ueniat, est signum perditionis. Iuuenibus autem uenit ut plurimùm: & si conueniant alia particularia, tanto fortius. Fit etiam de phlegmate salso secundum Auicen. putrefacto, & inflammato in eisdem locis.

Summum incendium & inflammatio in toto corpore cum inquietudine, malitia tolerandi & multis pernecabilibus accidentibus, sicut est phrenesis, instantia uigiliarum, aliquando somnus profundus, nigredo & ariditas linguæ, syncopis, icteritia, tremor, fluxus uentris, & aliquando retentio egestionum, pulsus paruus & uelocissimus, urina rub. & subtilis. Tamen uidetur muitipliciter diuersificari: quoniam aliquando est à principio cruda, propter multitudinem oppilationis: aliquando tincta, propter resolutionem choleræ: aliquando liuens & turbata, propter multitudinem putrefactionis. Et si sit causon de chole. citrina, aut phlegmate salso, omnia erunt remissiora: & afflictio, & alia particularia proportionātur phlegmati, & quia affligit 18. horis, & aliquo modo uidetur interpolare 6. quia tempus est hyemale, & diæta sibi conueniens præcessit, & talia consimilia.

Hæc enim ægritudo est breuis terminationis ualde, cum terribilibus accidentibus, & si omnia bona signa appareant à principio morbi, liberabitur in die quarta aut infra: si mala, morietur in quarta, aut infra. Aliquando autem extendit se usque ad 7. Ista autem ægritudo nō potest prolongari, quia natura secundum Gal. non patitur morbi prolixitatem & molestationem accidentium. Signa autem bona & mala non oportet hic apponere: alibi enim à nobis posita sunt. Hippoc. tamen uoluit prognosticare. Quibuscunque in causone tremores fiunt, alienatio soluit.

In curatione autem oportet considerare causam morbi, morbum, tempora morbi, & naturam accidentium. Quia igitur causa huius morbi est putrefactio cum forti oppilatione, in primis remoueatur oppilatio, fricando pectus, uentrem, latera, & partem quæ magis dolet cū aceto albo, oleo de chamomilla, & aqua rosa, & hoc cum suauibus fricationibus & longis. Sed contra morbum, oportet infrigidare, flammam caloris extinguere, & nimiam subtilitatē materiæ ad quandam mediocritatem reducere: & hoc est contra maleficiatos & fascinatos, qui non opinantur ingrossantia subtilibus competere. Recip. lentiginis, aquæ fontis, portul. ungulæ caballinæ, ana unc. 3. rosarum rubearum electarum, sandali muscatelini, spodij, florum nenupha. ana vnc. 1. aquæ ros. lib. s. aquæ fontis lib. 1. & s. uini malorū granatorum unc. 2. panis zuccari lib. 1. fiat syrupus clarificatus, & condiatur lento igne, sicut decet. Digesta materia, purgetur cum cassiafistula, aut thamarind. aut myrobal. citrini, & similibus. Si esset de phlegmate salso, addatur apium, bruscus, asparagus, & similia: & in laxatione addantur myrobalani chebuli. Ordinetur cura secundum tempora morbi. Si enim ægritudo terminetur in quarta aut infra, nullus cibus penitus detur, si uirtus tolerare queat. Si uero ægritudo terminetur ante quartam, aut ultra, & uirtus non possit tolerare, detur sibi cibus iuxta cōuenientiam particularium. Materialia autem sunt ista, succus malorum gran. syrupus iulep, ptisana hordei colata, aut non colata, lac amygdal. brodium cicerum, lactuc. portulac. panis lotus in aqua, brodium paruæ pullæ cum multitudine lactucarum, hordeatum, auenatum, amygda. Accipere autem hoc uel illud, industriæ medici relinquitur, quoniam aliqui sunt fortes plus uel minus iuxta naturam ætatis, complexionis, temporis, regionis, consuetudinis, & officij quod exercent. Ex his enim & alijs, ingenium diætandi & regendi eligatur à medico sapienti,

& forma

& forma totius regiminis, secundum doctrinam Galen. in regimento supra illam partem Quo sumpto, si dolor loco ingruerit, &c. & non solum cibus ordinatur secundum tempora morbi, sed & medicinæ. Quoniam ista ægritudo est periculosa, & cum terribilibus accidentibus, timemus malitiam symptomatum in statu, ideo bonum est, ut in principio euacuetur. Recip. florum bora. florum uio. ana unc. j. prunorum 30. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur casiæ fist. mund. tamarind. ana unc. j. detur aliquantulum ante auroram. In statu autē & aliquantulū ante statum, nihil ferè fiat, nec cibus, nec potus, nec medicinæ, nec aliquid aliud. In fine autem status, si uideremus quòd natura esset sopita in expellēdo, bonum esset ipsum excitare, hoc diuersimodè, & secundum quod natura ad diuersa mouetur emunctoria. Si autē moueretur materia ad superiora, tunc excitamus naturam cum setis porcinis infra nares subito intromissis. Si autem ad stomachum, cum uomitu. Si ad intestina, cum suppositorio uel clysteriis. Si ad uias urinales, cum diureticis & fricationibus circa illas partes. Si ad totum corpus, cum temperatè calidis: phlebotomia autem nunquam fiat, & si debeat fieri, hoc est de rarò contingentibus ualde, ratione oppilationis aut aliquorum aliorum particularium.

Viso igitur de causa, morbo & temporibus, uideamus de accidentibus: & primo de phrenesi: quoniam phrenesis secundum Gale. est necabilis in omni genere suo. In principio igitur ponantur stupæ canabinæ à maiori commissura capitis usque ad oculos, & aures intinctæ in succo lactucæ, morelleæ aqua ros. & aceto, & sint actu tepida, & postquam 14. horæ transiuerint, ponatur catulus, fissus, calidus, uiuus per spinam dorsi, aut pulmo arietis: & si non habeatur tanta copia, calefiat in aqua, & extrahatur pulmo subito ab ariete uiuo per dorsum, & capiti applicetur. Si autem febris cessauerit, & alienatio remaserit propter incinerationem materiæ, fomentetur frequenter caput ex alto cum aqua decoctionis chamomillæ, meliloti, hordei, uiol. & similium. Et si adsit stupor propter multitudinem uaporum ascendentium ad caput, fricentur fortiter extrema, & fiant ligaturæ dolorosæ in extremitatibus. Si autem adsunt uigiliæ, accipiatur farina papaueris albi, & distemperetur cum albumine ouorum, & aqua ros. panni intincti temporibus applicentur, aut emplastrentur cum rubea trochiscata circa frontem & tempora. Contra sitim & ariditatem linguæ, fiant sacculi de psyllio aut sem. cytoniorum, ponantur in aqua frigida, & teneantur super linguam, aut folia portulæ. infrigidata in aqua, aut frustum latum te nue pomi in aqua refrigeratum, & positum sit per linguam. Frequens ablutio aquæ frigidæ cum modico aceti ualet. Confert etiam mundare linguam, & os cum cannula aut manutergiis, & abluatur cum multa aqua, pauco aceti & melle. Confert etiam multum & siti & febri aerem frigidum attrahere. Infrigidetur igitur & humectetur cum multa aqua & aceto aspersis, & foliis uitis albæ, canarum, salicis nenuphalis, & similium. Et ordinetur amphora cadens ex alto, quæ continuè aquam per se haurit, sicut scitis, cum calamo sic formato, pars autem longior ponatur in aqua, & per aliam fiat fortis tractus, pòst non cessabit, & casus aquæ super peluim reddat patienti decoratissimam melodiam. Si autem ictericia uenerit ante 7. diem commendetis ipsum Christo: & si post, curetur sicut inferius dicetur, & abluatur facies cum aceto albo tepido, & uinum malorum granatorum tepidum oculis instilletur. Si autem uenerit syncopis, irroretur cum aqua ros. odoret camphoram, san. & aquam ros. & ista etiam ponantur supra pectus: detur sibi panis intinctus in uino cum aqua ros. multa, aut succo cytoniorum, aut acetositate citri, aut lardetur & assetur gallina, & aspergatur aqua ros. ubi fuerint ambra & gariofil. odoret eam modicum post modicum, solum transeundo, cauendo ne ex his supercalefieri possit. Odoret & sand. muscatelinos, & fricentur extrema, & multa consimilia fiant. Si autem uenter nimis fuerit laxus, detur syrupus myrtinus, aut syrupus de cytonijs. Si constipatus, fiat clystere aut suppositorium, aut detur sibi syrupus uiola. & similia.

Mirabile uidetur, quomodo in causone ubi est ultimata inflammatio, potest esse materia cruda. Dico ꝙ potest esse aliquo istorum modorum, aut quia chol. est citrina, aut phlegma salsum, aut quia ratione crapulæ nouellæ, potest esse materia cruda circa primas uenas, ita quòd ista materia non est subiectum feb. sed chol. ru. pura est putrefacta in locis proximis cordi, & cruditas est circa hepar de phlegmate salso, & chol. citrina. Dico ꝙ potest esse magna putrefactio, & ita fortis calor, aut quia oppilatio magna, aut quia in uenis pulmonis, stomachi, hepatis, aut in locis uicinis cordi, & ita inflammatio magna, cruditas autem est ex parte materiæ. Secundo posset aliquis dubitare de vuis hyemalibus, quomodo possunt competere, cum sit ibi dulcedo, & sint duræ digestionis. Dico ꝙ possunt competere, aut ratione sitis cū pertineant frigiditati, aut ratione fortis appetitus, iuxta illud, Parum deterior cibus, &c. Tertio posset fieri dubitatio, si cholera posset inflammari ad feb. sine putredine, sicut san. in synoc. Dico ꝙ opiniones sunt, melior tamen sententia uidetur ꝙ non, quoniam multum distat

cholera

cholera à temperamento. Quarto intelligendum, quòd causon est ægritudo magna & periculosa in senibus, quia fortis est ignis, qui in aqua non extinguitur, secundo in iuuenibus minus quàm in senibus, & plus quàm in pueris, secundum Auic. quoniam licet sit in iuuenibus cum conuenientia particularium, & inquantũ est ex conuenientia causæ, & particularium antecedentium, tamen quantum est de particularibus subsequentibus & communicantibus, dissoluitur corpus, uirtus, & ibi ægritudo multum periculosa. In pueris autem est humiditas multa, quæ resistit calori uehementer dissoluenti, quod quidem non est in iuuenibus. Quinto notandum est, quòd bolismus potest esse in causone, quantum est ex stomachi debilitate, & corporis dissolutione. Sexto aduertendum, quòd aqua frigida mirabilisimè potest competere in causone, cum istis particularibus, quòd uirtus sit fortis, & materia digesta, & morbus sit in declinatione, & quòd non sit oppilatus, nec sit cruditas materiæ, nec sit apostematus & quòd uehementisimè sitiat, & quòd aqua frigida sit dulcis, & consueuerit, & quòd in una uice potet tantum, quantum poterit attrahere una uice sine attractione anhelitus. Et hæc sunt quæ leguntur à Gale. in regimento supra illam partem. His autem qui pleuretici sunt, &c. Septimo intelligendum, quòd phlebotomia consilio meo non debet fieri, ut uidetur: quoniam frænum auferretur chole. & igniretur, materia inflammaretur, & redderetur magis cursibilis, nisi fortè corpus esset plethoricum, oppilatio fortis, & similia. Etiam retineamus consilium Auicen. qui dicit capitulo de phlebotomia, quòd tardetur quantum est pòsibile.

De tertiana. Cap. IIII.

Tertiana est febris putrida de incensione chol. generata. Intelligendum est, quòd duplex est cholera: quædam est chol. rub. pura; quædam non pura propter phlegmatis admistionem, & appellatur chol. notha. Primo chol. aut putrescit intra uenas & arterias, & generat continuam; aut extra, & generat interpolatam. Tertiana igitur continua generatur de chol. putrefacta in uenis & arteriis totius corporis: & in hoc differt à causone: quoniam causon, ut dictum est, causatur ex chole. putrefacta in uenis pulmonis, aut stomachi, aut hepatis, aut in locis proximis cordi: & omnia sunt intensiora in causone, quàm in tertiana continua: & ideo curatio feb. eadem utrobique. Tertiana autẽ interpolata causatur de chole. putrefacta extra: & ideo habet periodos, & interpolationes. Putrefit autem materia quando conculcatur, & caret euentatione, & destituitur, & fu- percalefit cor: aut quia fumus putridus petit cor, aut quia calefacit pars partem, donec ueniat à minima usq; ad cor, aut utroque modo. Calefacto autem corde, sic unà cum toto corpore generatur febris tertiana, igitur continua sub causone reponatur: quoniam hic magis in tendimus agere de interpolata.

Signa tertianæ sumuntur ex naturalibus: ut quia iuuenis, cholericus: & ita de aliis. & sumuntur à non naturalibus: ut quia æstas, & cucurrit, & comedit cal. & ita de aliis. & sumuntur à rebus præter naturam: ut quia incipit cũ rigore, sicut cum acubus pungeretur: & est differentia constitutiua: & à principio rigoris pulsus est occultus, & postea uelox, & semper ęqualis: & urina citrina & tenuis: & terminatur cũ sudore plurimo. Signa autem tertianæ nothæ sunt alia & alia, iuxta phlegmatis admixtionẽ & conuenientiam particularium.

Tertiana uera terminatur in 7. periodis, aut infra: & ita terminatur in 14. die, aut infra: & affligit 12. horis, aut infra: & interpolata 36. Prima autem periodus est debilis: & secunda fortior: tertia fortisima: & quarta est in ultimo: ibi enim est status, & nequisima accidentia. quinta autem incipit debilitari: sexta autem plus: septima autem modica, aut nulla. In princip. paroxysmi uenit uomitus, & in fine sudor. Et quia ista ægritudo uenit cum terribilibus accidentibus, & non patitur ignorantiam, nec stultiam infirmi, ideo ut melius futuris periculis obuietur, & honestas medici conseruetur, bonum est semper futura pericula prædicere. Ponamus igitur quòd post tertium paroxysmum sit uocatus, & uidetur sibi quòd phlebotomia debeat fieri, & syrupus administrari, & fiat totum quod debeat fieri secundum uiam rationis: sed tamen nihil prognosticauit: tunc ueniet quartus paroxysmus fortisimus. uerè tunc asistentes dicent quòd phlebotomia interficit, aut postquam sumpsit syrupum semper deterioratus est, & ita factus erit ignominiosus. Sed si pericula in quolibet morbo prædixerit, semper medicus commendabitur, & mihi sibi imputabitur. Sit ergo regula generalis, ꝙ nunquam operetur in aliquo morbo, nisi prius prognosticauerit: non est igitur prognosticatio negligenda.

In curatione igitur oportet considerare morbum & causam morbi, & naturam medicaminum, & naturam ciborum. Intentio igitur non est una, sed multiplex: quoniam in curando oportet considerare causam, & materiam morbi & dyscrasiam. Non est igitur intentio simplex, sed composita: ratione igitur putrefactionis oportet subtiliare & aperire: ratione autem materiæ competunt mediocriter ingrossantia: ratione autem dyscrasiæ frigida & humida. Sed quia

quia accidētia sunt multiplicia, sicut est inquietudo & uigiliæ, & malitia tolerandi ægritudinem, ideo talibus competunt quodammodo stupefacientia: ideo uno solo ista compleri nō possunt: igitur in syrupo oportet multa apponere propter multitudinem eorum quæ dicta sunt. Et in tertiana, Recip. endi. scariol. lactucarum nouel. & summitatum papaueris. añ. unc. ij. quatuor seminum frgidorum maiorū, & minorum mundatorum, & non mundato. ana. unc. I. rosarum ru. florum nenufaris, florū uiol. ana. unc. I. & s. omnium sandalorum. ana drac. 2. aceti al. unc. 3. panis zuccari lib. I. fiant syrupi clarificati quartariæ 5. Digesta materia purgetur sic. Recip. florum borag. florum vio. ana. unc. I. prunorum 20. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur cassiæfist. mundæ, thamarind. ana. unc. I. & detur in aurora. Ratione autem accidentium, quantum est de uigiliis, incipiamus à leuioribus, Recip. olei rosa. olei nenufa. aquæ rosa. aceti al. albuminis ouorū. ana. unc. I. lactis mulieris quātū omnia, & panni madefacti fronti, & temporibus applicentur. Si autem ista non ualeant, paulatim ascendendum est ad fortiora: quare possumus addere papauer. cum sua enim narcoticitate domesticus est, ut dicit Auic. Deinde ascendamus ad succum lactucæ, solatri, mandragoræ, iusquiami, & similium: & similiter addamus opinm cum croco, & requiem, & rubeam trochiscatam. Requies est species confectionis. Et si fuerint uigiliæ cum capitis grauitate, oportet odorare camphoram, acetum, aquam rosa. sanda. chamomillam, melilotum, & similia materiam humidam desiccantia. Si autem fuerit ibi stupor, fiant fricationes extremitatum dolorosæ. Et si fuerit uomitus, inquietudo & clamor, & reuolutio, & malitia tolerandi, suffumigetur cum narcoticis. Sed gratia putrefactionis, & oppilationis fricetur uēter cum uino al. & oleo de chamomilla & aqua rosf. De reliquis autem accidentibus fiat sicut dictum est in causone. Electuaria autem possunt esse suc. rof. uiol. dia dragantum frigidum, tria sandal. diapapauer, & similia. Si autem fuerit tertiana non uera, ad datur prædictis apium, bruscus, asparagus & similia, iuxta conuenientiam particularium. Et si esset mulier, aut phlegmaticus, aut tempus hyemale, aut oppilatio multa, quòd addatur radix fœnic. petro. lactuc. spica nar. scolopendria, lupulus, & similia. Et in euacuatione possumus addere myrobal. rhabarb. diagrid. & similia iuxta conuenientiā particulariū, quę non curo pertractare gratia breuitatis. Si autem loquamur de curatione gratia temporum morbi, tunc intelligendū est, quantū est de natura medicaminū, ꝙ a principio dentur aliqua leuia laxatiua, sicut est cassiafist. & thamarindi, cū decoctione prunorū, & uiol. & post tertiā accessionem potest fieri phlebotomia, si aliqua particularia cōueniunt, ut fortitudo uirtutis, & plenitudo corporis. In statu autē nihil fiat, nec cibale, nec medicinale, nisi aliqd aliud obuiaret, ut fortitudo symptomatis, & multitudo resolutionis, & similium. De cibis autem demus plus uel minus, sed per cōparationē ad paroxysmos ante accessionē per tres horas nullus detur cibus, nec in accessione, donec uenerit ad manifestam declinationē, nisi corporis liquefactio impediret. Et prohibeatur somnus in principio accessionis & potus, nisi molestatio accidentium impediret. Cibus autem qui eis cōpetit est, ut dictum est in causone, s. hordeatum, auenatum, amyd. spinachia, mica panis ter lota, lactuca, portul. melones, cucumeres, cucurbitæ, pruna, mora, pyra cocta, poma cocta, brodium cicerū, brodium pulli, lac amygd. pulli parui, pisces petrosi, & similia. Intelligendum tamen, ꝙ cum olera & fructus habeant humiditates aquosas putrefactibiles, utile esset abstinere: sed quia rarò inuenitur aliquis ita obediens, ideo oportet multa concedere, & cum diuersis operari secundum diuersitatem particularium. Accedamus igitur ad ea quæ artis sunt, quantum erit nobis posibile: quia formæ regiminis ex concursu particularium consurgunt.

Si dubitaret aliquis in qua febrium putrefactio esset maior. Dico ꝙ si nos loquamur de maioritate putrefactionis, quò ad intentionem & acumen, & furiā accidentiū, tunc dico ꝙ maior est in cholerica. Sed si loquamur de maioritate quò ad continuationē, & nullam interpolationem, sic maior est in feb. sanguinea. Sed si nos loquamur de maioritate quò ad continuationem, & difficilem eradicationem, sic maior est in phlegmatica & melancholica.

Secundo posset aliquis dubitare si competit uomitus in tertiana. Dico, ꝙ in tertiana & in omni febre interpolata in principio paroxysmi competit uomitus: quoniam sensibiliter alleuiatur totus paroxysmus, & potisimè si fuerit spontaneus, uel ex modo facili procuratus, & aliquid purgatur de materia antecedente, & natura postea melius potest supra cōiunctam. Et ista uidetur intentio Auic. cap. de quartana. Et hoc uidetur sapere Hipp. ubi quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur: quia ad rigorē cōsueuit sequi sudor, uomitus, egestio, & similia, & ita mundificatur corpus, & ita febris cessat. Et uidemus sensibiliter, ꝙ cum aliquis patitur interpolatam, & in paroxysmo nulla est euacuatio, tunc in tēpore interpolationis est totus grauis & ponderosus, & cum modica alleuiatione. Si autem in paroxysmo fuerit mundificatus, in die interpolationis uidetur sibi ꝙ sit curatus omnino. Vtile est ergo in principio rigoris mo-

ris moderatè modicum uomitum prouocare, sicut est multum utile in fine paroxysmi tolerare sudorem.

Tertio posset dubitari si oxysaccara, & syrupus aceto. competant in tertiana, postquam ita subtiliant, & materia est subtil. Intelligendum, quòd ista materia fuit declarata à nobis per intentionem supra illum aphoris. Quibuscunque in causone &c. Breuiter tamen dico rationes prætermittendo, quòd in materia subtili non competunt subtiliantia quò ad sui digestionem, secundum quod determinat Auicen. cap. de curatione febrium putridarum in generali: imò competunt ingrossantia. Et dicit Auicen. quòd ille qui dicit contrarium, non est audiendus. Hoc idem dicit Gal. 12. de ingenio. In tertiana igitur, quãtum est de reductione materiæ & dyscrasiæ, non cõpetũt frigida & sicca, sed magis frigida & hum. Sed ratione oppilationis, & putrefactionis pos sunt competere oxysaccara, & syrup. acetosus: & quia etiam cum istis ponuntur rosæ & spodium, & multa consimilia, sicut dictum est cap. de causone: & ideo consuetudo mea est ꝙ in talibus ego addam syrupum uiol. Gratia igitur ętatis & sexus, aut temporis, aut complexionis, aut duritiei uiscerum & oppilationum & similium, autores concedunt oxysaccaram, & syrupum acetosum. Sed quantum ex parte materiæ, & dyscrasiæ simpliciter non uidetur competere: opiniones tamen sunt de ista materia, & ideo conscientiæ operantis relinquo.

Quarto posset aliquis dubitare de chylo, si putrefiat ad feb. cum autores non faciant mentionem de febr. putridis, nisi humoralibus. Dico quantum est de præsenti, quòd chylus & humiditates tertiæ possunt putrefieri, cùm putrefactio sit in humidis & liquidis, cùm dissolutione caruerunt, & transeunt in naturam alicuius humoris inanimalis per uiam cuiusdam ebullitionis, & supercalefactionis & adustionis, & ita febres putridæ semper sunt humores.

Quinto posset fieri dubitatio, si uno humore corrupto alij corrumpantur, propterea ꝙ sunt simul & simul generantur, quare simul corrumpuntur. Dico quòd non est necessarium: quoniam humi. sunt distincti per proprias formas, & per proprios situs, & per proprios motus, & ita quilibet habet suum regimen, & proprietatem, & proprium temperamentum: & ita potest amitti temperamentum unius, & non propter hoc amittetur alterius: quare non est necessarium, quòd uno corrupto alij corrumpantur.

Sexto intelligendum, ꝙ si iuxta prædicta aliquis dubitaret, ꝙ melancholia corrupta, & omnes alij corrumpantur, cũm resistat utraq; qualitate: & ita cùm sit fortis uictoria ex parte melancholiæ, & tamen corrumpitur, igitur & omnes. Dico ꝙ solutum est, quoniam uicto hoc temperamento, licet fortissimè repugnet, non tamen propter hoc temperamenta alia: quoniam particularia quæ concurrunt cum isto, non est necessarium quòd concurrant cum alijs: quare &c.

Septimò possumus notare, ꝙ humor cũ corrumpitur, & putrefit in carne, & in stomacho, & in hepate, & pulmone, & breuiter in quacunq; concauitate fuerit præternaturam, si ibidem careat euentatione, & destituatur à regimine, ibidẽ corrũpitur, & ibi erit minera. Et iuxta hoc intelligendũ ꝙ chol. prasina, & ęruginosa sunt tantæ pernecabilitatis, ꝙ putrefieri nõ possunt. Ante enim ueniret mors. Et iuxta hoc intelligendũ, ꝙ tertiana uera de chol. rub. naturali generata, magis in regionibus frigidis generatur. Sed tertiana notha de chol. nõ naturali causata, magis in regionibus cal. generatur, quia ab agẽte præter naturam causata est. Et iuxta hoc intelligendum, ꝙ in tertiana phlebotomia bene potest cõpetere post tertium uel quartum paroxysmum, aliter nunquam, quia sic redderetur transcursibilis, & fieret de simplici duplex, & de duplici continua, sicut uidemus frequenter. Et licet non euacuet materiam coniunctam, antecedentem tamen euacuat.

De febre sanguinea. Cap. V.

Synochus est feb. continua de sanguine putrefacto, intra uasa. Synocha est feb. continua, quæ ephimeræ proportionatur, de sanguine peccante ratione suæ quantitatis.

Intelligendum quòd cùm aliquis consuetus est exercitari, & subito dimittit exercitium, et utitur multis cibis, et potissimè sanguinem generantibus, aut sanguinem aquosum, sicut est sanguis generatus ex fructibus: & tunc ex his & alijs sibi conformibus, multiplicatur sanguis: & si peccet ratione suæ quantitatis, generat febrem continuam ephimeræ proportionatam ex sanguine non putrefacto: in qua si fiet phlebotomia, non cadet in putridam, sicut scribit Galen. 9. de ingenio. Si autem abundet sang. & peccet ratione suæ quantitatis, & esset malæ qualitatis, generat continuam de sanguine putrefacto, qui synochus appellatur. Et habet tres species, augmasticam, quæ semper procedit ascendendo & augmentando, quia maior est dissolutio quàm resol. & est deterior inter omnes. Secũda species est epigmastica, quę sem p procedit diminuẽdo & est alijs salubrior, quia maior est resolutio

Nn &con-

& consumptio quàm dissolutio. Tertia autem species uocatur homotonon, ubi omnia sunt equalia: semper enim est in statu: æqualis enim est dissolutio resolutioni. Et istæ tres species sunt in qualibet feb. sicut declarauimus supra librum Gal. de differentijs fe. Sanguinem autem opinatus est Gale. 11. de crisi, quòd non potest facere fe. solam simplicem singularem: semper enim est composita: quoniam quando putrefit, & altera eius pars conuertitur in chol. & altera in melancholiam, ideo feb. solas simplices singulares non ponit nisi tres feb. quæ proportionatur chol. & feb. quæ proportionatur phlegmati, & fe. quæ proportionatur melancholiæ.

Signorum quædã sunt antecedentia, & quædam subsequentia, & quædam concomitantia. Signa autem antecedentia sunt grauitas capitis, inflatio spatularũ, repletio uenarum, rubedo faciei, flagellatio totius corporis, & similia. Concomitantia sunt dolor frontis, apparitio lampadum ardentium, paraphrenesis, turbatio mentis, tenebrositas oculorum, plenitudo pulsus & undositas, & diuersitas, dulcedo oris, urina rub. & spissa & fœtida & liuens. Subsequentia sunt tumor faciei, mollities totius corporis, & aliquando superueniunt morbilli & uariolæ, & carbunculi: & sunt mala signa ualde, quæ consueuerunt in temporibus pestilentialibus euenire. Ista autem declarant sanguinem putrefactum. Ista autem omnia remissa sunt in sanguine non putrefacto, quoniam ephimeræ proportionatur.

Si autem appareant pustulæ liuidæ nigræ, mortem significant: similiter si in uentre audiatur sonus, sicut tonitruum, sicut dicit Auic. Lachrymæ si appareant propter malitiam morbi, difficultas anhelitus, & præfocatio, & apostemata in uiis anhelitus, & si post somnum sentiat se grauatum, ista omnia sunt mortem significantia. Apparitio autem uelox uel tardæ digestionis uel indigestionis significat crisim breuem uel longam, salutem uel mortem relata ad uirtutem: quia in omni morbo sunt diligentissimè consideranda, quia secundum ea scies ea prognosticare & dictare.

Tota fere curatio istius morbi consistit in phlebotomia. Intentio igitur fuit Gal. 9. de ingenio, quòd fiat phlebotomia usque ad syncopin: & redarguit homines qui fortè dolosi sunt in hoc: & uidetur mihi, quòd tutius est facere phlebotomiam multis uicibus, donec deficiat materia, non patiens. Magis enim diligo quòd ægritudo aliquantulum prolongetur, quàm si mors mihi imputetur: quia signa fortitudinis uirtutis, aliquando fallunt. Virtute igitur forti cum conuenientia aliorum particularium, fiat phlebotomia mane, & sero, & multis uicibus: imò si fuerit neglecta, non solum in 7. die uel in quacunque hora uenerit, secundũ Gale. 9. de ingenio. Si particularia non conueniant, fiant uentosæ inter spatulas. Si autem crapula, fiant fricationes uersus extrema, & fortis abstinentia, & fiant suppositoria & clysteria: quia talia multum competunt in hoc casu: & cùm crapula erit digesta, fiat phlebotomia. Vtatur ergo isto syrupo. Reci. endi. scariol. cichoreæ. añ. unc. 2. quatuor seminum frigidorũ. ana unc. 1. florum nenuf. florum uiol. ana unc. 2. uini malorum granat. unc. 3. panis zucca. libr. 1. fiat syrupus. Et si patitur insomnietatem, ponantur in syrupo se. pauperis al. & si tussim, tollatur uinum malorum granatorum, & addãtur uuæ passæ mũdæ ab arill. iuiubæ, sebesten. Et si pateretur cardiacam passionem, addantur rosæ, sandali, spodium, coriandrum. Et si constipationem, addantur pruna cum cassiafist. & ita multa & diuersa debent apponi secundum diuersitatem compositionis accidentium. In uigiliis igitur fiat sicut superius, & in stupore sicut dictum est. Et in siti nimia fiant sacculi parui de psyllio, uel pilulæ tales, Recip. succi uuę acerbæ, succi acetosæ, lactuc. uini malorum gra. aceti albi. ana. 1. & condiantur lento igni cum pane de zucc. & fiant pilulæ, & teneantur sub lingua & supra linguam. Laxetur uenter cum cassiafistu. mãna, thamarind. prunis, uel cum oxy. laxatiuo, diaprunis, trifera saracenica. Paretur aer, locus & domus, sicut dictum est superius. Cibus autem multus uel paruus, secundũ longitudinem uel breuitatem morbi: sit igitur hordeatum, mica panis ter lota, lac amygd. cũ mica panis, mala granata. Et potest administrari oxysaccara, syrupus acetosus, iulep, syrupus uiol. syrupus nenufar, & hydromel, sicut aliqui uoluerunt: & si sic, sit hydromel aquaticũ. Sed in his temporibus inueniuntur uiri & mulieres ita delicati, ꝙ nihil horum sumerent: & tunc sicut in naufragio oportet te cõcedere pulli parui brodiũ coctũ in multa aqua cũ fasciculo lactucæ aut seminibus frigidis. Et si eadẽ ratione cõcedatur uinũ, accipiantur duæ amphoræ paruæ, repleatur una uino, & alia aqua, & coniungantur in suis orificijs, & aqua tingatur: & cum erit aliquantulũ tincta, detur patienti, & appellabitur uinũ succaratũ: uel frangatur cũ multa aqua bullienti: uel detur talis potus. Reci. aquæ fontis lib. 5. aceti albi lib. s. panis zuccari puluerizati unc. 3. misceantur fortiter, & videbit uinũ albũ gallicum. s. & quasi uiride: attamen quantitas aceti, & etiã totius mistionis, ꝙ nõ sit multũ acetosum, nec parum, experimento probetur.

Si aliquis dubitaret, quod ingenium curãdi sit fortius, uel sumptum à morbo, uel sumptũ à uirtute. Dico, ꝙ ingenium à morbo aliquando est fortius, & aliquando à uirtute, secundum diuersas intẽtiones. Vnde intelligendum, quoniã

ingenia

ingenia curādi sunt multa: quædam enim sunt ad digerendum,& quædam ad conseruandum, quædam ad euacuandum, & quædam ad dandum similia, & quædam contraria: tunc ponamus quòd gratia ætatis & uirtutis & consuetudinis similia debeant dari in feb.sed sola feb. præcipit dari contraria. Dico quòd in hoc casu ingenium sumptum ex morbo est fortius: quoniam non obstantibus omnibus alijs particularibus contraria debentur. Et propter hoc dicebat Gal. octauo de ingenio,quòd con sideratio sumpta ex morbo omnes alias conditiones destruit & annullat. Si autem nos loquamur de ingenio sumpto ex parte euacuationis, ita quòd morbus præcipiat euacuationem, & uirtus præcipiat contrarium, in hoc casu magis est credendum uirtuti quàm morbo. Et secundum hoc dicebat Gale. in regimine, ꝙ sublimior omnium considerationum sumpta est à uirtute. verbi gratia, febris enim sanguinea semper est cum sanguinis multitudine, & ideo quantum de natura morbi, competit phlebotomia: sed si uirtus est debilis, & non posset sustinere: in hoc casu magis est credendum uirtuti quàm morbo. tabulam enim ingeniorum ordinauimus, quam oportet cum studio pertransire. Secundo posset aliquis dubitare si sanguis putrefiat, & si solus. Dico ꝙ putrefit, cum habeat duas causas, scilicet humiditatem, quæ est mater putrefactionis, & caliditatem, quæ est causa. Ad secundum dico, quòd solus sang. putrefit in sui principio & fine: sed postea ratione sui temperamenti additur compositio propter alteram partem conuersam in choleram. aliàs fecimus longissimos sermones de hoc. quare & cætera. Tertio posset aliquis dubitare,si febris interpolata possit ex sanguine causari. Dico, quòd opiniones sunt de hoc, inuenio tamen Gale.ponentem 9. de ingenio, febrem interpolatam de sanguine, & Viaticus ponit hoc idem, & satis est rationabile: quia posibile est quòd sanguis putrefiat in tanta distantia à corde, quòd calefactio non potuit continue uenire ad cor: & ita non erit continua, & non erit etiam ita in remota parte, quin posit aliquando uenire, & ita erit interpolata. Quarto posset aliquis dubitare uel dicere, quomodo distinguuntur tempora morbi propter diuersitatem specierum? Dico quòd licet non distinguantur quo ad accidentia, distinguuntur tamen quo ad digestionem uel indigestionem. Quinto notandum, quòd si phlebotomia fuerit neglecta in principio, fiat pòst uirtute stante, non obstante opinione Serapio. quia Gal. uult hoc.

De quartana. *Cap. VI.*

QVartana est febris putrida de materia melancholica generata.

Causa quartanæ est illud quod multiplicat materiam melancholicam, & putrefacit illam, sicut dicit Auicen. Intelligendum quòd quædam est quartana continua, quædam interpolata, & quædam est uera, & quædam non. Vera autem quartana generatur de melancholia naturali cum conuenientia aliorum particulariū, quòd sit melancholicus, & tempus autumnale, & quòd comederit cibaria multiplicantia melancholiam, & similia. Notha autem est de melancholia causata per uiam adustionis,& ita potest aduri melancholia naturalis & phlegma & chol. & san. propter nimios labores & comestionem ciborum nimis calidorum, & propter ægritudines intensiuas, & similia.

Incipit enim cum frigiditate congelante & horripilatione, ossium confractione, & est pulsus occultus & paruus, & postea efficitur uelox, & terminatur cum sudore plurimo: quia materia est sicca, & ita nec fumosum nec semiadustum remanet post paroxysmum, sed completè eradicatur secundum Gal. in de differentijs feb. Vrina est remissa & tenuis in principio, sed postea post paroxysmum multum coloratur: & faciunt ad hoc, quia uenæ sunt strictæ,& habitudo extenuata, & tempus autumnale, & alia similia quæ præcesserunt: & durat accessio 24. horis, & interpolat.68. Signa autem nothæ remissa sunt, & uariantur secundum uarietatem humorum: quoniam si quartana sit de sanguine adusto, uergit pulsus ad plenitudinē & nodositatem, & tempus est uernale, & præcesserunt ægritudines sanguineæ, & similia. Similiter in cholerica sunt signa quæ pertinent choleræ: quoniam præcessit ægritudo cholerica, & pulsus est uelox,& urina colorata & tenuis, & est tempus æstiuum, & comedit res calidas, & laborauit in sole, & similia. Quartana autem de phlegmate habet urinā remissam, & spissam, & mollitiem in pulsu, & longitudinem paroxysmi, & paruitatem sudoris: & secundum diuersitatem choleræ, & phlegmatis diuersificantur signa: & ita de melancholica. Considerentur igitur signa iuxta diuersitatem humorum & specierum.

Quartana de sanguine est salubrior & breuior aliarum, deinde ex chol. deinde ex phlegmate, deinde ex melancholia. Quartana autem durat regulariter per unum annum: quoniam sicut acutæ sequuntur motum lunæ, ita chronicæ motum solis. Aliquando autem durat per 12. annos sicut dicit Auic. Omnes autem quartanæ utplurimum sunt salubres. Et quartanarius habet multas dignitates, quia rarò incurrit maniam, melancholiam, lepram, & spasmum de repletione: quia purgatur & mundificatur tota materia in quolibet paroxysmo.

Quartana autem de materia melācholica cum duritie splenis aut hepatis à proprietate membrorum est pessima, & ducit ad hydropisim. Erit igitur ægritudo longa, dato quòd bono regimine utatur: & si malo utatur regimine, erit longissima aut mortalis.

In curatione huius morbi oportet multa cōsiderare. Primò, quòd non dentur nimis calida, quoniam adurunt sanguinem: & ita errant qui dant prassium & piper, nisi essent aliter repressa. Secundò, quòd non dentur nimis frigida, quia materiam congelant, & ita errant qui dant succum lactucæ, & narcotica. Tertio, quòd non dentur nimis sicca, quia materia est nimis sicca de se, & ita magis induratur, & ita errant qui dant assa & frixa & acetosa & styptica, & omnia ista intelliguntur, nisi cum aliis fuerint bene proportionata. Quarto, quòd à principio non nimis euacuetur: nam materia non potest esse digesta, quia in digestione quartanæ frequenter sumus decepti: quia homines qui utuntur modico cibo & potu, & bene dormiunt, habent in principio quartanæ urinam satis bene coloratam, & hypostasim: & uidetur quòd sit ex materia morbi, & non est, sed cibi. Cognoscimus igitur digestionem materiæ morbi ex mitigatione paroxysmorum, & alleuiatione eorundem. Quinto oportet considerare, quòd cibus non detur nimis subtilis, nec nimis in magna quantitate: quoniam status multum remotus est à principio: & ideo uidentur errare, qui auferunt omnes carnes & unum usque ad 20. uel quadraginta dies: quoniam uirtus nimis debilitatur, & non potest resistere morbo. Sexto oportet aduertere, quòd nullum incrudans uel ingrossans materiam debet exhiberi, sicut sunt olera cruda, & fructus & carnes grossæ, & ea quæ sunt duræ digestionis, aut nimia quantitate assumpta, & similia. Septimo diligenter aduertendum, quòd in die accessionis cibetur, & parum ante paroxysmum per tres horas ad minus uel quinque, & postea cibetur in fine paroxysmi cum eradicatus fuerit. In toto autem paroxysmo nihil cibale detur. Octauo demus considerare, quòd ante paroxysmum, & in principio paroxysmi prouocetur uomitus facilis, & in fine sudor. Nono intelligendum, quòd fortia digestiua nec fortia euacuatiua non debent à principio administrari: sed gradatim à debilibus ad fortiora ascendere. In primis digeratur materia cum oxymelle simplici, & postea purgetur cum euacuatione sibi proportionabili: & postea digeratur cum oxymelle diuretico, & postea euacuetur cum fortiori: deinde digeratur cum oxymelle squil. & euacuationes fiant cum fortissimo. In præmissis euacuetur cum diasene, diaboragi, & postea addatur cum his aliqua portio hieræ Ruffini, & postea cum hiera Ruffini tantum. Decimo attendendum, quòd non dentur opiata nisi corpore mundificato, & in declinatione. Vndecimo aduertendum, quòd diurities & oppilationes, & apostema splenis & hepatis cum diligentia transeamus: quia magna pars curationis existit. Visis igitur de uniuersalibus, & ad unguem obseruatis, ad particularia ueniamus. Feb. igitur quartana una sola simplex singularis cum conuenientia suorum particularium per hunc modum pertractetur. Digeratur igitur materia sic. Recip. radicum fœni. petrose. brusci, asparagi, graminis, apij, mediani corticis ebuli & sambuci, fraxini, genestæ. ana unc.1. conterantur fortiter, & temperentur per diem & noctem in aceto fortissimo: tunc Recip. germandree, utriusque stœchados, utriusq; calamenthi, eupatorij. ana drach. 10. foliorum absinthij drach. 3. endiuiæ, schario. cichoreæ, scolopen. ana unc. 2. quatuor seminum frigidorum, lactucæ capparis, spicæ nar. spicæ celticæ. ana unc. 1. mell. ros. lib. 1. & s. zucca. lib. s. fiant syrup. lib. 2. largæ. sumantur igitur cum decoctione horum, & fumus terræ manè & serò tria parua cochlearia, & nouem de decoctione. Iste autem syrupus summè remouet oppilationes splenis & hepatis, & ideo ualet in multis. Euacuatur igitur materia per hunc modum. Recip. florum boragi. uiol. foliorum senæ, epithymi, liquiritiæ mundæ, uuarum passarum mundatarum ab arill. ana unc. 1. fiat decoctio cum sero caprino, et in decoctione temperentur cortices myroba. indorum, bel liricorum, et emblicorum, ana unc. s. fricentur lento igne, et colentur, et dentur in aurora ante accessionem per unam diem uel quasi. Et cùm multis uicibus, et paulatinè, et in parua quantitate digestiuum erit exhibitum, possumus cum fortioribus euacuare. Recip. igitur diasenæ, diaborag. hieræ Ruffini. ana drach. 3. lapidis armenici nouies abluti drac. 1. misceantur et fiat pilulæ, et exhibeantur eunti dormitum stomacho uacuo in secunda uice post accessionem. Postquam autem uidemus ægritudinem declinare, stuphetur, et in stupha ponamus ea quæ ponuntur in syrupo cum multa aqua præter zucca. et mel, sed in maiori quantitate, et exeunti qualibet uice offeramus aureę alexandrinæ, theriacæ. ana drach. 1. misceantur. Sed quia multum conqueritur de frigore et horripilatione, ideo in principio ponamus pedes et manus in aqua calida, uel applicentur lateres calidi, uel fiant fortes fricationes, calefiant extrema cum pannis calidis: uel ponantur ista ut in collo pedum et manuum. Reci. fuliginis, salis communis, urticarum, et terantur fortiter, et distemperentur cū

aceto:

aceto: & quando corpus incipit calefieri, quòd iſtud remoueatur, uel quòd ponatur in balneo aquæ cali. ita quòd non ſit nimis calida, nec ſtet ibi tantum quòd ſudet: uel inungatur ſpina dorſi, & extrema cum aragon & marciaton. Vel quòd accipiat myrrham puluerizatam cum uino cal. uel theriacam cum ſucco mēthæ. Succus calamēti ſumptus ante acceſsionem curat quartanā. Quies igitur & omnia humectantia competunt in omni quartana, ſed calfacientia & infrigidantia diuerſificantur ſecundū diuerſitatem ſpecierū. Ad quartanam igitur ſanguineam accedamus. In quartana de ſanguine fiat phlebotomia de baſilica, & digeratur materia cū ſyrupo de borag. & de fumoterræ, & mūdificetur cum decoctione borag. & polypodij, & ani. & caſsiæfi. & thamarin. hæc enim ſpecies facillimæ curationis eſt. Quartana de chol. curetur ſic. Rec. oxyſa. ſyrupi uiol. ſyrup. de fumo terræ, ana lib. 1. miſceantur, & purgetur ſic. Reci. florum borag. florum uiol. liquir. mundę, epithymi, ana unc. 1. fiat decoctio cum ſero caprino, & in decoctione temperentur cortices myrob. citri. indorū bene gummoſorum, ana unc. 1. fricentur lento igne, & coletur & detur in aurora. Si autē fuerit de phlegmate, digeratur ſic. Reci. oxyſac. cōpoſitæ, oxymel. diure. de fumo terræ ana. lib. 1. miſceantur. purgetur ſic. Reci. florum borag. florum uiol. polypodij, turbith, aniſi, liquir. mundæ, vuarum paſſarum mundarum ab aril. abſinthij, agarici. laccæ, eupatorij, ana unc. s. fiat decoctio in ſero caprino, & in decoctione temperentur cortices myroba. chebu. indorum. ana unc. 1. fricentur lento igni, & coletur, & detur in aurora. Pilulæ quæ ualent in omni quartana. Reci. corticum omniū myrob. bene gummoſorum, agarici turbith, hieræ Ruffini. ana unc. 1. ſucci menthę, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij. ana unc. s. laccæ, amyli, ſpicæ nard. marathri. ana drac. 2. cōficiantur cum oxymell. ſquil. & fiant pilulæ, & poſſunt exhiberi drac. 3. & plus & minus ſecundum conuenientiam particularium. Vtatur pullis paruis, & auibus campeſtribus, & piſcibus ſquamoſis, & ouis ſorbilibus, & extremitatibus porcorum, & arietum, & hœdulorum, & utatur hordeato & auenato, & breuiter omnibus illis quæ ſunt facilis digeſtionis, & quæ non crudificant materiam, nec ingroſſant nec conſtipant, ſed magis ſubtiliāt, & laxant, & aperiunt. Diuerſificantur iſta ſecundum tempora morbi in quantitate & qualitate & ordine. Competunt igitur boragines, fœniculus, petroſel. brodium cicerum, pruna matura, ſpinachia, betæ, crocus, & ſimilia. Et Auicen. mirabiliter commendat uomitum & ante cibum & poſt.

Intelligendum quòd forti ægritudini fortis competit medicina: & ſecundum hoc in quartana medicamina fortia uidentur competere: & ideo intelligendum ꝙ quoddam eſt medicamen forte ratione ſuæ quantitatis, ſed non ratione ſuæ qualitatis, ſicut oxymel ſquil. & hiera Ruffini. Vnde in quartana nō competit in principio medicamen forte ratione quantitatis & qualitatis, quia reſolueretur quod eſt ſubtile, & remaneret quod eſt groſſum. Sed bene poteſt ex altera parte tantum, ut ſi eſt debilis qualitatis, ꝙ detur in bona quantitate: & ſi eſt fortis qualitatis, ꝙ detur in parua quātitate, & hoc in principio, & in fine utroq; modo. Secundo poſſet aliquis dubitare, ſi melācholia poſsit putrefieri, cum repugnet putrefactioni utraq; ſui qualitate. Dico, ꝙ licet melancholia ſit frigida, & ſicca in uirtute, actualiter tamen eſt liquida & fluida: & cum hoc cum coarctatur ſupercale fit, & humectatur propter uapores retentos: & ita quando putrefit multum moratur, & ideo fluxerūt 48. horę antequàm duę qualitates ſint iunctæ, cùm materia eſt extra uaſa. Tertio poſſumus dubitare, ſi phlegma aduritur, cum repugnet aduſtioni utraque ſui qualitate. Dico, ꝙ aduritur: quoniam frigiditas & humiditas non eſt abſoluta, & ideo poteſt calefieri & aduri: uel aduritur propter admiſtionem partiū calidarū aduſtarum, ſicut eſt cholera, &c. Quarto poſſet aliquis dubitare de afflictione & interpolatione breuiori ſeu longiori iſtarum fab. Dico breuiter, ꝙ afflictio eſt longior uel breuior ſecundū quod materia eſt aptior reſolutioni uel non reſolutioni, & interpolatio eſt longior uel breuior, ſecundum ꝙ materia reſiſtit putrefactioni parum uel multum. Melancholia igitur longo tempore affligit, quia materia eſt groſſa, & non eſt apta reſolutioni, & multum interpolat: quia utraque qualitate reſiſtit putrefactioni. Phlegma autem multum affligit: quia materia eſt uiſcoſa, & non de facili reſoluitur, & parum interpolat, quia humor eſt paratus ualde putrefactioni ratione humiditatis: & ideo aut non interpolat, aut eſt in falſa quiete. Cholera autem parum affligit, quia citiſsimè reſoluitur, & interpolatio ſua eſt inter quartanam & quotidianam, cum tardè putrefiat ratione ſiccitatis. Quintò intelligendum, quòd balnea competunt in quartana in fine, quantum eſt in ratione morbi, ſed in principio gratia accidentium.

De febre phlegmatica. Cap. VII.

Quotidiana eſt feb. de phlegmate putrefacto. Si autem putrefiat materia intra uaſa, generat continuam: ſed extra, interpolatam. Et ſi fuerit ex phlegmatibus frigidis, incipit cum frigiditate cōgelante, potiſsimēſi eſt phlegma uitreum. Et ſi ex calore, tunc eſt magna ſitis,

& tunc est ex phlegmate salso. In phlegmate autem naturali est modicũ frigus, & modica sitis.

Causa huius feb. est otium & repletio nauseatiua, & ideo libẽter uenit in hyeme, & in sene, & in puero, & humidis, & phlegmaticis, & piscatoribus, & mulieribus, & habentibus eructuationes acetosas, & habentibus catarrhum descendentem ad stomachum, & breuiter omnia illa quæ generant chimum phlegmaticum: & sicut aliæ febres generantur generaliter ex multitudine suarum specierum, ita & hæc.

Incipit enim quotidiana uera cum modica frigiditate extremitatum, & cum pulsu paruo & occulto: & cum uenit ad statum, calor non est intensus, sed lentus & occultus, & pulsus est semper diuersus: & terminatur cum modico sudore, & urina in principio est remissa.

Febris enim phlegmatica de difficili eradicatur propter multitudinem materiæ, grossitiẽ & uiscositatẽ, & sicut cholerica rarò inuenitur continua, ita phlegmatica interpolata. Clausio pororum est fortis, & humiditas multa, quare putrefactio utplurimùm continua. Si autem in principio paroxysmi uideamus uomitum sponstaneum, & in fine sudorem plurimum, bonum signum est: quia ægritudinem breuem & salubrem significant: quoniam ex hoc significatur, quòd materia non est multum grossa, nec uiscosa, & pori non sunt nimis densi: ista enim febris libentissimè uenit cum oscitationibus multis, & aliquibus alienationibus, & cum quodam stupore, & parua siti, & tumore faciei & liuore, & de facili caderent in subeth, & sunt cum dolore stomachi continuo. Medicus igitur ut de eo fiducia habeatur, dicat aliquando aliquid de prædictis præteritis, aliquando de præsentibus, aliquando de futuris.

Curatio igitur erit secundum diuersitatem specierum: sed cognito simplici, satis de facili cognoscitur cõpositum: & curato morbo uero, satis de facili curatur morbus nothus: & ideo ad ueram quotidianam principaliter intendamus. In quotidiana igitur de phlegmate uitreo multum ualet ptisana cum modico piperis: & quia materia est multum frigida, ideo alia exhibeantur iuxta proportionem materiæ. In quotidiana autem de phlegmate salso mirabiliter ualet aqua dulcis potata quãtuncunq; calidior poterit, sicut dicemus capitulo de siti, propter phlegma salsum. nunquam potui inuenire remedium in phlegmate sal. cum diligenter & frequenter laborauerim, nisi in potu aquæ dulcis calidissimæ. Fiant igitur alia secundum qualitatis proportionem, quia non esset decorum omnia particularia ruminare. Si autem quotidiana fuerit de phlegmate naturali, tunc oportet aduertere. In primis igitur hic, & in quolibet morbo intendamus ad causam: quoniam si causam ignorares, quomodo curares? Secundo ad morbum. propter hoc Gal. 5. de ingenio, Semper ante mentis aciem, ægritudinis cognitionem habeas. Tertio oportet aduertere ad accidentia, propter molestationem quam inducunt. Tollamus igitur in primis causam quotidianæ, & omnium febrium putridarum, cum deoppilantibus, & poros subtiliantibus, & intus & extra. Fiant igitur fricationes circa uentrem, & latera, aliquando suauiter, aliquando fortiter, aliquando cum manibus, aliquando cum pãnis asperis, secundum diuersitatem particularium. Recip. aquæ dulcis lib. 1. uini albi unc. 3. aceti albi unc. 2. radicum apij unc. 1. olei de chamomilla unc. 1. & s. bulliant simul exinde uenter fricetur, & latera & dorsum, quonia est mirabile in deoppilando, & fiat frequenter, & multis uicibus, & sit semper calidum. Secundo ueniamus ad morbum: digeratur in primis materia cum hyssopo bullito in syrupo acetoso, & purgetur cum ista decoctione. Recip. florum borag. polypodij, turbith, agarici, anisi, marathri, ameos, vuarum passarum mundatarum ab arill. liquir. mundæ. ana unc. s. fiat decoctio, & in decoctione temperentur cortices myrobal. chebul. unc. 1. fricentur, & colentur, & detur in aurora. Secundo digeratur materia cũ oxysaccara composita, & cum oxymel. diuret. & purgetur cum hierapi. Tertio digeratur sic. Recip. radicum fœn. petrosi. apij, brusci, asparagi, ana unc. 1. hyssopi, unc. 2. capil. uene. lib. s. foliorum menthæ, foliorum absinthij, an. unc. 3. endi. scario. cichoreæ, scolopen. lactucarum nouellarum. ana unc. 2. quatuor semi. frigidorum minorum, se. uiol. se. brusci, se. asparagi, se. endi. se. scari. ana unc. 1. laccæ, spicæ nar. squinãti. ana unc. ij. mell. ro. & panis succ. ana lib. 1. fiat syrupus. Materia digesta purgetur cum istis pilulis: sunt enim tanti ualoris, quòd nulla febris chronica audet stare ante cõspectum earũ. Recip. turbith, unc. 1. agarici, aloes, rheubarb. corticum myroba. citri. chebulorum bene gum mosorum. ana unc. s. foliorum menthæ, foliorum absinthij, & eupatorij. ana drach. 2. zingibe. laccæ, anisi, masticbes, piperis, spicæ nardi. vuarum passa. mundatarum ab arillis, liquir. mundæ, ana drac. 1. conficiantur cum oxymel. squill. & fiant pilulæ. Ex istis autem potest uti à drac. 1. usque ad 2. & possunt acui cum esula, aut diagrid. aut vtroque, & dentur post unum mensem suæ cõfectionis. Dosis autem suę exhibitionis addatur, aut diminuatur, iuxta conuenientiam particulariũ. Purgatione facta in declinatione morbi possunt stuphari, & in stupha ponantur ea quæ in syrupo, sed in maiori quantitate præter saccharum, & mel cũ multa aqua, & exeunti detur sibi qualibet uice theriacæ probatæ drac. 1. & in ultimis potest balneari. Quando au-

do autem in quotidiana uidemus urinam mul, tam coloratam & spissam, si fiat phlebotomia cum uirtute forti, non erit malum.

Viso de causa & morbo,uideamus de accidẽtibus. In principio igitur paroxysmi ponantur extrema in aqua calida, ubi sint chamomilla,& melilotum, & prouocetur uomitus facilis cum decoctione raphani in aqua, aut hydromell. aut syrupo acetoso, aut oxymell. diure. aut detur sibi unc. s.succi mediani corticis sambuci. In fine autem paroxysmi prouocetur sudor: ponatur igitur uesica ænea, plena aqua calida, iuxta plantas pedum, & aer domus sit tempera tus. Si autem uomitus erat nimius, conforte-tur stomachus cum mẽtha & similibus. Si autẽ patiatur stuporem,odoret styracem calamitã, & fiant fortes fricationes in extremitatibus.

Et quia stomachi dolor est continuus, emplastretur cum mentha & absinthio,& pane assо, & aqua rosſ. & rosis omnibus simul tritis. Si autem fuerit constipatus, fiat suppositorium aut clystere, & in clysteri præter communia ponatur succus betæ & hieræpic. Viso de his, uideamus de diæta: & quia parum interpolata, non possumus bene perfectè cibum ordinare. Nullus igitur detur cibus ante accesionẽ per quatuor horas, & cibetur in maiori tranquillitate feb. Cibus igitur qui competit, est brodium cicerum, mica panis ter lota,& postea detur cũ brodio cicerũ,detur hordeatum, auenatum, lac amygdal. pullæ paruæ cum lactucis, & petro. coctæ, & similia, & paulatim & gradatim post uniuersalem declinationem ascendat ad fortiora, ita quòd paulatinè ueniat ad consueta, sicut in omni morbo debet fieri.

Intelligendum,quòd uomitus facilis in principio quotidianæ potest significare digestionẽ, & est ad bonum, non inquã digestionem completam,sed occultam,& pro tanto dicitur significare digestionem,quoniam magnam indigestionem non significat. Nam materia non est multum grossa, nec uiscosa, nec frigida, nec meatus constricti. sed materia uidetur satis parata digestioni: aliter enim non ueniret in principio paroxysmi cum uomitu facili & spontaneo, & in fine esset sudor &c. Hoc ualde bonũ est, quoniam totus paroxysmus alleuiatur, cùm materia antecedens minoratur. Et potest esse, suo modo loquendi, quædam crisis particularis, & est materia digesta suo modo, intantum quòd obediens est uirtuti expulsiuæ: procuretur igitur uomitus cum facilitate in omni feb. interpolata in principio paroxysmi.

Secundo aduertendum, quoniam licet in febre phlegmatica debeat esse sudor multus, post quam materia est humida: nihilominus modicus sudor est in fine paroxysmi, imò est differentia cõstitutiua secundum intentionem Gal. in de differentijs febrium. Et ratio huius est? quoniam phlegma naturale est frigidum, grossum & uiscosum, ideo materia non est apta ut conuertatur in sudorem. Si ergo aliquando conuertatur,signum est remissionis eorum quę dicta sunt,& ideo bonum. Tertio considerandum, quare urina à principio est tenuis, licet materia sit humida & multa,ẽst pro tanto,quia est materia indigesta, & meatus sunt oppilati, & materia est grossa, & non est habilis ad expulsionem:sed cum incipit digeri,& natura incipit prævalere,inspissatur, & ideo significatur principium digestionis,licet occultum. Quarto intelligendum quòd in quotidiana de phlegmate salso aut dulci,est sitis, in alijs autem non est. Vbi notandum, quantum est de præsenti, quòd in omni quotidiana cõpetit uinum, cùm materia sit grossa & uiscosa,quęcunque fuerit, licet secundum plus & minus grosior: tamen oportet quòd uinum sit debile, & cum multitudine aquæ,& quod detur post cibum, siue in mensa loco potus, cum habeat digerere, confortare,subtiliare,& non potest feb.intendere, quia feb. de se non est multum intensa, & cum hoc uinum est debile, & cum multa quantitate aquæ:& licet digerat, non tamen debet ante cibum administrari: quia cùm sit penetratiuum, timendum est de læsione neruorum,& mentis. Sexto aduertendum,quòd licet materia sit grossa, & ita parata euacuationi inferiorum,tamen quia particula patiens est stomachus, & utplurimũ materia in stomacho continetur,& quod est in stomacho, faciliter per uomitũ euacuatur: igitur in principio paroxysmi laudabilior est uomitus, quàm secessus. Septimo declarandum est, quòd balneum aquæ dulcis competit in declinatione uera totius morbi ad mundificandum, in alijs tẽporibus nõ: quoniam nimis humectaret, & materia est humida,& cum hoc est uiscosa, & non dissolueretur per balneum. Et iuxta hoc uidendum quoniam aqua bullita in uia potus est melior: quoniam in ebullitione rarificantur partes aquæ, & ita partes terrestres cadunt ad fundum,& postea colatur,& est ita melior in omni feb.quęcunque fuerit aqua. Octauo declarandum, quòd panis fermentatus, & cum moderata quantitate salis, melior est secundum Gale. in de cibis, quia frumentũ est multum uiscosum. Si igitur talis panis est melior quàm quicunque alter panis: & talis panis erit melior,si moliatur in aqua,quæ quidem aqua debet exhiberi ut potus: nec sal retinet naturam salis: ideo enim intrauit compositionem sicut aqua,& iuuabit aquam ad penetrandum,nec habet acumen de quo sit curandum.

Nono intelligendum, quòd humores mouentur in diuersis horis, & ratione radicis superioris,& inferioris: sanguis enim mouetur de ma-

ne ſequens motum ſolis ratione conformitatis, & ipſe eſt in oriente, ratione autem radicis inferioris: quoniam natura generauit de nocte ratione ſomni ſanguinem multum: natura igitur ſagax mouet eum in iſta hora poſt ſui generationem, ut à fumoſitatibus nõ immundetur. Cholera autem mouetur in tertiis ſequens quadram calidam, & ſicca ratione conformitatis, & ratione inferiorum, ut ſanguinem non inficiat. Melancholia mouetur pòſt in nonis ſequens quadram frigidam & ſiccam, & ratione inferiorum, ut ſanguis ratione motus euenetur, & purgetur à ſuperfluitatibus melancholiæ. Phlegma autem in ueſperis, ſequens quadram frigidam & humidam, & ratione inferiorum, natura ſagax, cuius ſagacitati non eſt finis ſecundum Gale. in de criticis, ut purgentur ſeperfluitates ſuæ, & ſanguis remaneat mũdus & purus, & ita de ſequentibus intelligendum erit. Decimo intelligendum, quòd humores groſsi magis mouentur de nocte propter calorem fortiorem, & quia fortiori motore indigent, ideo tunc mouentur: ſubtiles autem de die, ratione conformitatis, &c.

De febribus compoſitis ut de ſeptena, &c. Cap. VIII.

Poſtquã actum eſt de febribus ſimplicibus, hic agitur de compoſitis: & inueniuntur quinque ſpecies febrium compoſitarum, quantum eſt de præſenti: quarum prima appellatur ſeptena, ſextena, & ita de aliis: ſecunda uocatur erratica: tertia uocatur epiala: quarta cauſonides: quinta hemitritæus. Breuiter & in ſumma intelligendum eſt, quòd phlegma & melancholia componũtur ad inuicem, & faciunt feb. compoſitam. Hæc autem compoſitio fit aliquando ex phlegmate uitreo, alquando ex acetoſo, & ita de aliis. Et ſecundum diuerſitatem compoſitionum, aliquando interpolat plus, aliquando minus: affligunt igitur aliquando de ſexto in ſextum, aliquando de ſeptimo in ſeptimum, aliquando de nono in nonum. Aliquado mouetur materia de menſe in menſem, aliquando de anno in annum: & quia curantur ſicut ſuæ relatiuæ, ideo non plus dico. Erratica autem feb. cauſatur ex multis humoribus in diuerſis locis putrefactis & aduſtis: & quando ſimul conueniunt, generatur feb. quartana, ſecundum Hippo. potiſsimè uerſus autumnum: in ſe autem non errant, ſed quælibet ſequitur motum ſuæ materiæ. Nobis autem uidetur, propter diuerſitatem ſuorum paroxyſmorum, ad modum planetarum. Curantur autem compoſitæ ſecundum naturam ſuorum ſimplicium. Febris autem epiala cauſatur ex phlegmate uitreo, cuius una pars putrefit intra uaſa, & calefacit interiora: alia autem pars, quæ non eſt putrefacta, diſſoluitur & infrigidat exteriora. Ecõuerſo eſt in lipparia, unde uerſus,

Semper in epiala caleſcunt interiora,
Exteriora frigent, lipparia uertitur illi.

Aliqui tamen uolunt quòd aliquando hæc compoſitio fit ex cholera, curatur autem ſicut ſuæ ſimplices. Cauſonides autem eſt febris compoſita ex ſangine & cholera putrefactis intra uaſa: & ſi miſtio ſit æqualis, appellatur cauſon ſynochus: & ſi cholera in plus, cauſon ſynochides: & ſi ſanguis in plus, ſynochus cauſonides: & curatur ſicut ſuæ relatiuæ.

Hemitritæus eſt feb. cõpoſita ex continua, & interpolata: & compoſitiones poſſunt eſſe multæ ualde: omnes tamen poſſunt reduci ad tres ſpecies tanquam ad magis notas. Cauſatur igitur prima ſpecies hemitritæorum ex quotidiana continua, & tertiana interpolata. Et ſecunda ſpecies ex tertiana continua, & quotidiana interpolata. Tertia autem ſpecies cauſatur ex quartana continua, & tertiana interpolata, unde uerſus.

Maior hemitritæus in uenis phlegma recondit,
Exterius coleram medius conuertitur illi,
Peſsimus humorũ ineſt in uenis, fel coquit extra.

Et quia omnes iſtæ ſpecies rarò accidunt, cũ accidunt, curantur curatione ſimplicium, ideo nolo plus materiam dilatare.

De hectica febre. Cap. IX.

HEctica febris continua, & uniformis, ſine humoris uitio, cuius ſubiectum eſt cor, & membra ſolida. Intelligendum eſt, quòd duplex eſt hectica: quædam eſt cum feb. & quædam ſine feb. & appellatur hectica ſenectutis, ita quòd ſiccitas eſt multũm intẽſa, & caliditas eſt æqualis, uel quaſi æqualis, & frigiditas, ita quòd iſta duo non multũm excedunt. Aliquando autem frigiditas, & ſiccitas multũm excedunt, ſicut in ſenibus, ita etiam quòd aliquando accidit talis hectica ſenectutis in iuuenibus aut pueris. Hectica autem cum feb. habet tres ſpecies. Prima eſt, cum conſumitur humiditas cordis, & membrorum roralis, & eſt ſimilis oleo in lampade. Secunda eſt, cum conſumitur cambium, & eſt ſimile de oleo in ellychnio. Tertia ſpecies eſt, cum conſumitur glutinum, & eſt ſimile de humiditate ſubſtantiali ipſi ellychnio.

Cauſæ autem febris hecticæ ſunt omnia illa quæ calefaciunt & deſiccant, & inflãmant cor, & membra ſolida: & ideo prouenit aliquando febris hectica ex febribus præcedentibus, ſicut ephimera, & cauſone, & ſimilibus, & potiſsimè quando præcipitur eis abſtinentia in non ſuo loco, & quando aufertur potus aquæ frigidæ, ubi deberet dari: tales enim de facili conſumuntur,

tur, potissimè calidi, & sicci,& extenuati, quia pingues & carnosi non de facili ueniunt ad talem consumptionem. Venit & hectica sine feb. præcedente, sicut ex nimia tristitia, & angustia & ira, & labore, & fatigatione cordis & animę & ex carcere, & ex omnibus illis breuiter quæ corpus extenuant. Et uenit etiam propter uitia hepatis, & cordis, & pulmonis, & pectoris sicut in phthisi & empyemate.

Signum enim feb. hecticæ est quando maior calor est in arteria, quàm locis uicinis: quando igitur feb. est æqualis & uniformis, & nulla cadit in eo diuersitas, quãtum est de ratione sui, nec in prima die, nec secunda, nec tertia, & cutis uergit ad quãdam ariditatẽ, tũc est signũ ꝙ iam est in prima specie. Prima autẽ species secundũ Auic. est difficilis cognitionis, & facilis curationis. Et ratio dictorũ est, qm̃ prima species est, uel põt esse sine siccitate, sicut declarat Gal. in de differẽtiis feb. In secũda specie hecticæ apparet siccitas notabilis, & cũ hoc quacunque hora cibatur, magis inflammatur, & pulsus uelocitatur, sicut apparet in calce uiua cum aspergitur aqua. In tertia autem specie sunt oculi concaui, & cutis tensa, & uenter adhæret dorso, & pulsus est debilis, uacuus, & durus ad modum chordæ tensæ, & urina est sicut oleum, & si cadat super lapidem, raucè sonat. Signum autem hecticæ senectutis, est pulsus paruus & tardus, & urina tenuis & remissa.

Prima enim species de facili curatur: tertia autem nullo modo nisi Deus bene uellet: quoniam sicut in ellychnio est propria, & substantialis humiditas consumpta, quantũcunq; olei apponatur, nũquã postea rectificabitur: ita nec in hac tertia specie, qm̃ substantiales humiditates corporis & mẽbrorũ cõsumptæ sunt, uel uicinæ cõsumptis. Media autem medio modo se habet, ita ꝙ si curatur, cũ magna difficultate curat. Quando autẽ ungues curuantur, tunc est in statu: quando autem capilli cadunt, iam uicinantur morti: & si uenerit fluxus uentris, iam est proximus: hoc enim apertissimè deiicit uirtutem eorum: quando autem tibiæ incipiunt inflari, iam ulterius uiuere non potest, imò ut plurimum infra tres dies moritur. Et patientes hecticam non bene discernunt de calore, quia mala complexio diuersa facta est æqualis, & non sentitur. Et quando feb. hectica componitur cum putrida, est difficilis curationis.

Si hectica uenerit ex calefactiõe hepatis uel ex apostematibus & similibus, curentur illa prius. In hectica igitur conpetunt frigida & humida, non solum frigida aut nimis frigida, quia desiccant, sicut dicit Auicen. nec humida cum calidis, quia nimis calefacerent. & exemplificat Auic. in uino, frigida & humi. simul competunt, sicut est ptisana saccarata. Et competit etiam lac unde extractum est butyrum. Lac igitur conuenit phthisicis secundum Gale. 10. de ingenio, dum tamen febris putrida non sit admista. unde lac quod magis competit, est lac mulieris, postea asinæ, deinde caprarum, postea uaccarum. Lac autem quantum possibile, sumatur ab ubere: & si non est possibile, habeatur uas plenum aqua calida, & aliud uas uacuũ ablutum cum aqua cali. desuper apponatur, & ibidẽ colligatur, & uelociter hauriatur: q̃a lac citissimẽ corrũpit, sicut & semẽ. Et si timemus corruptionem lactis in stomacho, bulliat una inundatione, & ponatur in eo modicũ aquæ, & modicũ salis & mellis, & calculi fluuiales candẽtes, aut frustũ chalybis. Et ideo ꝓpter uelocẽ eius corruptionem cũ magna cautela sumatur. Balnea etiam cõpetunt: ponatur igitur in tina bis in die, cibo digesto in stomacho, & aqua nõ sit multum cal. sed parum plusquam tepida: & non sudet ibi, nec diu stet, nec inungatur donec in exitu, & subito aqua frigida uel quasi frigida aspergatur: quoniam balneum aquæ calidæ, nisi sequatur frigida, nihil ualet, secundum Gal. nec aqua frigida competit, nisi calida præcesserit. Et qui ista duo, scilicet lac & balnea, diligenter fecerit, inueniet magnum iuuamentum, et animalia bonis pascuis debent nutriri uergentibus ad siccitatem, sicut diximus capitulo de phthisi. Cancri fluuiales multum competunt, sed extrema debent abijci, et residuum fortiter lauari cum lixiuio facto de cineribus uitium, donec grauitas odoris recesserit, et postea sumantur. Hordeatum, auenatum et amydum competunt, si coquantur cum lacte uaccino, butyro remoto. Mica panis tritici abluta in multa aqua frigida, dulci, et postea mista cum lacte, multum ualet. Pisces squamosi de aquis mundis ualent. Et oua sorbilia, et brodiũ carnium cõpetunt, et etiam carnes uolatiliũ omnium usualium, non tamẽ degentium in aquis, et coquantur in multa aqua cũ hordeo et coriandro recenti et lactu. aut cũ fructibus frigidis, sicut sunt melones, et consimiles. Vinũ clarum subtile cũ multa aqua cõpetit eis. Inungatur pectus cũ isto unguento. Reci. medullæ cerui, et uituli, et butyri sine sale, axungiæ gallinaceæ, axungiæ porcinæ recentis, dragaganti, gummi arabici infusorũ, olei nenuph. olei uiol. olei de cucurbitis, olei de salicibus. ana drac. 1. ceræ quantum suff. & fiat unguentum. Item utatur isto electuario. Reci. puluerẽ receptarũ istorũ electuariorũ, s. diapapaueris, diadra. frigidi, diapeni. sine cinamomo, electuarij resumptiui. añ. unc. 2. carniũ testudinũ bene præparatarũ lib. s. pulueris receptæ triasand. conserue ros. et uiol. añ. unc. 1. panis zucc. quãtũ sufficit, fiat electuarium. Item utatur isto syrupo. Recip. 4. se. frig. munda. & non munda. maiorum & minorum,

norum, se. papaueris al. pinearum, pistacearum, amygda. dul. iuiubæ, sebest. caricarum, uuarum pas. munda. ab arill. liquiri. mundæ succi eius, hordei mundi. ana. unc. 1. florum nenuf. florum uiol. ana. lib. s. panis zuccaquantum sufficit, & condiatur cum aqua fontis, & iuxta ignem lentissimum. Et si feb. putrida esset admista, possunt cum istis addiendi. scari. lactu. cichoreæ, & similia. Et quòd purgaretur parum cum casiafis. & similibus. In hectica autem senectutis competit lac, & mel, & brodium carnium: mel autem in hectica, cũ feb. est, multùm nociuum. Si autem esset in hectica feb. fluxus uentris, detur lac coctum cum lapidibus fluuialibus candentibus iniectis, aut milio torrefacto, aut lentes excoriatæ & elixatæ, aut se. citoniorum, aut sumach, aut myrtili. De clarificatione huius materiæ excuso me, quia aliquid diximus in lib. de differentiis feb. Gal. & supra 10. de ingenio.

De febribus pestilentialibus. Cap. X.

Febres pestilentiales sunt illæ quæ adueniũt in temporibus corruptis & sterilibus: cum corrumpuntur segetes, & aer, & aqua.

Intelligendum est, quòd quædam ægritudines, quæ appellantur uariæ & diuersæ, quæ proueniunt ex inepta administratione sex rerum non naturalium: & istæ sunt communes omnibus, & sunt quædam ægritudines regionales, sicut phthisis, & empyema in montibus, & fluxus uentris & hydropisis in uallibus. Et in quibusdam regionibus sunt quædam arbores, quarum fructus si comedantur, generant à proprietate bocium gulæ, & in quibusdam à proprietate aquarum generatur oppilatio splenis & hepatis, & ita fœdus color. Et sunt quædam ægritudines quæ appellantur epidimiales seu pestilentiales: & sunt illlæ quæ generantur in temporibus corruptis: & omnes tales ægritudines sunt pessimæ, & malæ terminationis, propter læsionem membrorum principalium in radice. Corrumpuntur autem ipsæ causatiuè siue effectiuè a superioribus, aut ab inferioribus: quoniam licet aer & aqua & corpora simplicia non corumpantur in naturis suis inquantum huiusmodi, corrumpuntur tamen ratione uaporum corruptorum, admistorum: & istis corruptis, corrumpuntur animalia, & segetes, & fructus, & item de aliis: & ita corrumpunt corpora humana, quia aer corruptus uadit ad cor, & ambit totum corpus, nutritur ex cibis & potibus corruptis. Resoluuntur igitur uapores ex uirtute stellarum, & portantur à uentis ad magnam distantiam, cum strages magna fuerit in aliqua parte mundi, & secundum diuersitatem corporum, diuersæ febres generantur, in aliquibus sanguineæ, in aliquibus cholericæ, & ita de aliis, secundum diuersitatem dispositionum: & aliqui etiam non læduntur, & aliqui euadunt, & aliqui moriuntur, cum agat agens secundum dispositionem materiæ.

Signorum quædam sunt communia, quædã febribus propria. Signa autem pestilentiæ futuræ, cum apparet stella comata, candela rotunda & assumpta: & cum modo est calor, modo frigus, & iterum modo calor, modo frigus, siue in eodem die siue in multis. Et cum aer est caliginosus, spissus, & uidetur quòd debeat pluere, & non pluit: & cum æstas est cali. & hum. & cum aues dimittunt nidos & oua: & cum reptilia multa apparent supra terram: ista quippe sunt signa epidimiæ futuræ. Propria autem signa in febribus, scilicet quòd feb. sit pestilentialis, est quòd calor est lentus extra & intus fortis, cum siti & ariditate linguæ, & cum malitia tolerandi ægritudinẽ, & difficilis anhelitus, & dolor præcordiorum, & fœtor omniũ eorum quæ egrediunt à corpore, sicut est anhelitus, sudor, egestio & urina.

Omnes sunt malæ terminationis, & cum terribilibus accidentibus, & fraudulentis, ad quas consueuerunt sequi uariolæ & morbilli, & ægritudines uenenosæ, & ut plurimũ deludunt medicos: quoniam urinæ uidentur laudabiles & hypostaseatæ, & non ex materia morbi, sed cibi: quia natura non audet morbum inuadere propter malitiam morbi eius: & cum expectatur crisis ad bonum, tunc uenit mors. Aduertamus igitur, diligenter, quòd acutorum morborum non omnino certæ pronuntiationes fiunt neque uitæ neque mortis.

Præseruari possumus à pestilẽtia, si tempus est frigidum, odorando muscum, & lignum aloes, & gariofi. & styracem, calamitam, & ambram, & similia aromatica, seu comedendo, seu odorando. Et si tempus est calidum, quòd fiat cum aromaticis frigidis, sicut sandali & rosæ, & camphora, & acetositas citri. Curatio autem potest talis esse in feb. quia rectificatur aer iuxta temporum naturas, infrigidando in æstate cum foliis salicis, & cannarum, & uitis albæ, cucurbitarum, & cum multitudine aquæ frigidæ, & aceti, & aquæ ros. & simlibus. Odoret igitur camphoram, rosas, sandalos, & nenuphar. omnia acetosa competunt, sicut est lac acetosum, & herba acetosa, & mala grana. & succus uuæ acerbæ, & acetositas citri. & limonum, & citrangu. & acetum: Et uitetur uniuersaliter repletio cibi & potus. & in tempore pestilentiali coitus uniuersaliter debet uitari. Si autem ægritudo fuerit sanguinea, fiat phlebotomia cum conuenientia aliorum particularium. Et si cholerica, digeratur materia, & euacuetur sicut decet, et ita de alijs. Potest igitur fieri talis

syru.

syru. Recip. ſucci borag. ſucci bugloſſæ, ſucci ſcario.ana lib.s.roſ.florum nenuph. ana unc.1. ſandal.muſcatell.drach.2.campho. drac.2.aceti al. unc.4. conficiantur omnia cum aqua roſ. optima, panis zucca.lib.1. fiant ſyru. quartaria quinque & clarificentur. Item utatur iſto electuario. Recip. zucc.roſ.triaſand.diadrag.frig. ana unc.4.pannorum auri puri.20. margaritarum hyacinthorum, oſsis de corde cerui. ana drach.1.miſceantur. Si autem infrigidarentur extrema, fiant fricationes fortes in extremitatibus, incipiendo ab interioribus, & trahendo uerſus exteriora: & ſi eſſet debilitas appetitus, confortetur cum aromaticis & acetoſis. Clarificatio habet locũ in primo regiminis acutorũ.

De ſudore. *Cap. XI.*

SVdor eſt uapor humidus ab interioribus corporis reſolutus, & iuxta corporis ſuperficiem condenſatus.

Cauſa ſudoris, eſt omne illud, quod materiam reſoluit in uaporem: & pro tanto intelligendum, quòd duplex eſt uapor: quidam ſiccus, & iſte eſt materia capillorum, ſicut dicetur inferius: & eſt alter humidus, & eſt materia ſudoris. Et ideo ſudor prouenit aliquando ab exterioribus, ſicut eſt calor Solis aut ignis, aut ex uento meridionali, aut labore nimio, ſiue animali, ſiue corporali, aut propter nimias coopertura, aut propter balnea, aut ſimilia. Aliquando prouenit ab interioribus, ratione caloris diſſoluentis. Et ex hoc elicitur, quòd quidam eſt ſudor naturalis, & eſt ille qui fit ex bonitate uirtutis regitiuæ, qui eſt ſemper cum alleuiatione, & bona tolerantia. Et eſt ſudor innaturalis, qui fit à re non naturali cum aggrauatione, & mala tolerantia.

Signorum quædam ſumuntur à parte quantitatis, & quædam à parte ſuæ qualitatis: à parte quantitatis quidam eſt multus, & quidam paruus: multus ſudor fit uel à parte efficientis reſoluentis fortiter: uel quia materia multa, aquoſa, ſubtilis, calida, uaporoſa, humida: uel quia pori rari: uel quia contentiua debilis, & expulſiua fortis. Paruus ſudor prouenit, aut quia reſoluens eſt debile, aut materia pauca, & pori denſi, & contentiua fortis, & expulſiua debilis. Et ita ueniemus in naturam ſudoris ex parte ſuæ quantitatis. Et ita ueniemus etiam in cognitionẽ ex parte ſuæ qualitatis, & hoc multipliciter. A parte coloris, primo, quia ſi panni intincti in ſudore uergant ad rubedinem, ſignum ſanguinis eſt: ſi ad citrinitatem, ſignum eſt choleræ: ſi ad albedinem, ſignum eſt phlegmatis: ſi ad nigredinem uel liuorem, ſignum eſt melancholiæ. Et ſumitur ſignum ex odore, quia grauis & fœtidus ſignificãt corruptionem. Et ſumitur ex ſapore, quia aliquando cadit una gutta mollis, & propterea ſentit dulcedinem, & ita ſupra ſanguinem: & aliquando ſentit amaritudinem, & ita ſupra choleram: & aliquando ſalſedinem, & ita ſupra phlegma ſalſum, & ita de aliis.

Omnis ſudor qui uenit poſt ſignum digeſtionis in die critica, & fit in toto corpore, & cum alleuiatione, bonus; & ſi quæcunque iſtarum conditionum deficiat, ſemper malus, & ideo in principio morbi ſemper malus, quia materia non eſt digeſta: uenit igitur ui ſymptomatis, non ui naturæ, iuxta illud, Nulla ſecundum naturam in principio bona eſt euacuatio. Debet igitur apparere poſt ſigna completæ digeſtionis, & hoc eſt in fine ſtatus. Et ideo in aliquo tempore morbi non eſt ſalubris, niſi in fine ſtatus: quia in declinatione uirtutem deijcit: quoniam criſis non fit in declinatione, ſed in nequiore horarum, ſi fuerit criſis uera cum omnibus ſuis conditionibus, quòd ſit ſcilicet certa, ſalua, completa & indicata. Secunda conditio etiam eſt neceſſaria, quòd ſit in die critica: quoniam in omni bona criſi ſecundum Gale. concurrit radix ſuperior, & ideo oportet quòd ſit in die critica, ubi natura expectau it beneficium orbis, quoniam criſis fit ſemper in fine quadræ aut ſemiquadræ: & ſi iſta non ſint quo ad lunam, ſunt tamen quantum ad ſignum Zodiaci. Tertia conditio eſt neceſſaria, quòd ſit in toto corpore, quia ex hoc fortitudo uirtutis ſignificatur potens expellere ad omnes diametros: & ideo ſi in una parte tãtum fuerit, debilitas uirtutis ſignificatur, ſiue fuerit calidus, ſiue frigidus, ſiue interciſus, ſiue continuus. Et ideo ſudor calidus in capite tantum in febrib. continuis malum, & frigidus mortem ſignificat, ſi feb. ſit acuta: ſi lenta, prolixitatem ægritudinis ſignificat. Sudor autem conſurgit plus ex loco ubi eſt minera, iuxta illud, Vbi ſudor, ibi eſt ægritudo. ſudor qui modo uenit, & modo non, eſt malus: ſudor cum debilitate pulſus, eſt malus. Quarta etiam conditio eſt neceſſaria, ſcilicet quòd ſit cum alleuiatione: quoniam dato quòd omnia particularia conueniant, & patiens non poterit tolerare, ſudor eſſet malus: & ideo ſudor uniuerſaliter cum debilitate uirtutis eſt malus. Breuiter igitur de ſudore per hunc modum poterimus prognoſticare.

Aut enim intendimus ſudorem prouocare aut auferre: ſi auferre, tunc intelligendum, ꝙ nulla euacuatio naturalis, ſiue innaturalis debet auferri uſque uerſus tertiam diem, ſi uirtus poſsit tolerare: timendum enim eſſet, quòd iret ad cor & membra nobilia: paulatinè igitur abſcindatur: remoueantur igitur panni, & euentetur cum flabellis, & citò deſinet: aut aſpergatur aqua frigida in facie, aut aceto & aqua roſ.

ros. aut inungatur pectus cum oleis frigidis:sicut oleum rosa. & salicis, & nenufaris, & similium:aut emplastretur cum sandalis & camphora, & similibus. Et uidetur mihi, quòd facile sit auferre sudorem solum cum flabellis, nisi fortè esset syncopalis, & tunc oportet fugere. Si autem uolumus prouocare, aut est feb. aut nón: si non est feb. inungatur cum arogon, marciaton, agrippa, & dialthæa, & fiat stupha, & cooperimenta, & ignis, & similia. Si cum feb. accipe chamomillam, & melilotum, & semina frigida, & ponantur in sacculo, deinde in aqua cal. & exprimantur, & lateribus applicentur: aut fiat suffumigatio cum his: aut uesica ænea plena aqua calida, in extremis apponatur, & similia.

Intelligendum est, quòd postquam de feb. sub quodam cópendio terminatum est, & feb. plurimum terminatur per sudorem, ideo vt nos sciremus quis sudor utilis, capitulum de sudore fuit hic appositum. Et ideo intelligendum autoritate Dioclis, sicut narrat Gal. supra illum aphorism. Ventres hyeme & uere. Quia omnis sudor est præter naturam, aut ex parte efficientis, aut ex parte materiæ, aut alicuius particularis. Si enim uirtus esset fortis, & materia obediens, & pori, & aer, & alia particularia in debita proportione, aut euaporaret materiam insensibiliter: quòd igitur apparet sudor aliquis, repugnat resolutioni insensibiliter: & ideo omnis sudor aliquo modo præter naturam uidetur: nihilominus eum comparãdo ad morbum, quia uirtus præualet, & purgatur materia morbi, & alleuiatur passio, ideo dicitur naturalis, & bonus. Alter est innaturalis & symptomaticus, & ideo malus, sicut præcedens bonus. Secundo intelligendum, ꝙ sudor materialiter ex secunda prouenit digestione, effectiuè autem ex tertia, quoniam uapores contenti in porositatibus membrorum expelluntur, & ita sudor potest esse superfluitas secundæ & tertiæ digestionis, iuxta diuersos modos loquendi & intelligendi. Tertio intelligendum, quòd si sudor ueniat ex causis intrinsecis, communiter & utplurimum magis uenit in nocte, & magis in hyeme, & magis dormiendo. Si autem ex causis extrinsecis, magis ueniet in uigilijs, & in æstate, & in die. De pinguibus & macilentis est intelligendum ꝙ pingues magis sudant, nisi humorum grossities, & pororum densitas impediat, & etiam magis uenit in anteriori parte corporis, quàm posteriori, cum pars illa sit calidior & rarior, & magis in motu, quàm in quiete. Quarto notandam, quòd si medicus uideat uersus finem status naturam negligentem & sopitam, & nõ potentem expellere per sudorem, quod tunc est sudor prouocandus cum temperamento: excitanda igitur est natura, cum medicus sit minister eius. Quinto notandum, ꝙ in continuis sudor est maior, quàm in interpolatis, considerando unicum sudorem tantum: sed si consideremus sudorem omnium periodorum, maior est in interpolatis: quia hic pluries, alibi autem nõ. Sexto aduertendum, quòd si uolumus prouocare sudorem, abstergamus sudorem. & ita præcipiebat Gale. quoniam quando sudor moratur, & non abstergitur, oppilat poros & claudit, & ita temperata abstersio sudoris sine euentatione prouocat sudorẽ. Sanies autem semper debet abstergi, quia membra corrumperet.

De uariolis, seu pustulis, quæ dicuntur Græcè exanthemata. Cap. XII.

Variolæ & morbilli sunt quasi quædam apostemata seu pustulæ paruæ ferè supra totã carnem apparentia, de genere infectionum, & corruptionis sanguinis & humorum: ita quòd uariola generatur magis de sanguine, & morbillus magis de cholera.

Ista passio generatur ex sanguine menstruo retento in porositatibus membrorum fœtus: & natura fortificata expellit, & mundificat corpus in infantia, aut pueritia, aut adolescentia: rarò autem in iuuentute, rarissimè autem in senectute, & iste modus euacuandi est communis omnibus. Accidentaliter autẽ uenit ex aliis causis, ut si aliquis esset generatus in tempore menstruorum, & iste modus est ualde malus: quia tales sic generati, rarò effugiunt lepram aut aliquam terribilem ægritudinem. Generatur etiã ista passio ex malo regimine, & potissimè cum utuntur cibis de facili, & cito corruptibilibus, sicut est lac, & pisces in eadem mensa, & potissimè cal. & hum. negligentibus phlebotomiam. Quarto generatur ista passio in temporibus corruptis, & pestilentialibus. Quinto consueuit sequi malas crises febr. sanguineæ. Quinque igitur possunt esse causæ, & quatuor sunt eius species: quoniam quædam sunt de sanguine, quædam de cholera, & quædam de melancholia, quædam de phleginate.

Signorum quædam sunt quæ prædicant variolas futuras, sicut est pruritus narium, apparitio lampadum, timor in somno, rubedo in facie, punctio ueniens in toto corpore: & cum incipiunt apparere, sunt sicut capita acuum, aut sicut granum milij, aut sicut caput formicę: deinde incipiunt multiplicari & magnificari, deinde faciunt crustam et saniem, deinde desiccantur et cadunt. Et si fuerint ex sanguine, uergent ad rubedinem: & si ex chol. ad citrinitatẽ: & ex phlegmate, ad albedinem: & si ex melancholia, ad quandam fuscedinẽ & terrestreitatẽ.

Si fuerint paucæ, & cito apparentes, & quod cito maturarentur, signum est bonę crisis: quia quasi

quasi per modum crisis eueniunt. Si autem uergant ad colorem uiol. aut liuidum, aut viridē, aut nigrum, omnes pessimæ & mortales. Si autem appareat sanies fœtulenta, mortale. Si modo appareant, & modo occultentur, pessimum est. Si autem fuerit difficultas anhelitus, pessimum: si autem fuerit cum debilitate anhelitus, & alleuiatione feb. bonum est. Si autem in uariolis febr. fuerit fortis, & angustia magna, & si tis uehemens, & uirtus debilis, & anhelitus constrictus, signū est mortis proximæ: utplurimum enim moriuntur suffocati. Si superuenerit syncopis, pessimum est. Et si urina fuerit nigra aut uiridis, ista sunt pessima & mortalia: fluxus enim uentris in uariolis est malus.

In primis si corpus est plethoricū, aut si sanguis dominatur, aut uirtus est fortis. fiat phlebotomia de mediana, postea de summitate nasi. Cauendum est in hoc morbo, quòd non ponantur repercussiua, quia materia repercuteretur ad membra nobilia, nisi in oculis, propter nobilitatem eorum. Secundo uerò aduertendum, quòd cum oleis non inungantur. Tertio, quia frigida ab extra non applicentur: nec aer si ita frigidus, quòd pori possint claudi: nec detur aqua frigida: & caueantur ea quæ infrigidata sunt in niue, aut in puteo. Omnia acetosa uidentur competere secundum Auic. & pro tanto competit succus acetosæ, succus mali granati, & succus uuæ acerbæ, & succus citrangulorum, & succus omnium fructuum acetosorum, & competit coriandrum, & nenufar, & camphora, & sandali, & similia. Cibus eorum sit hordeatum, auenatum, amydum, uua passa munda, caricæ, iuiubæ, sebesten, lentes coctæ in duabus aquis, & postea coquantur in alia aqua. Si igitur fuerit materia sanguinea, digeratur materia cum oxysaccara in plus, & syrupo uio. in minus, & syrupo de fumo terrę. Et si cholerica, cū syru. uiol. in plus, & oxysaccara in minus, & syrupo de fumo ter. Et si materia fuerit phlegmatica, cum oxysaccara composita, & syru. de fumo terræ. Et si materia fuerit melancholica, cū oxymell. diure. & syrupo de borag. & fumo ter. Et aduertendum in laxatiuis & mundificatiuis, quòd sint multum debilia, si exhibeantur: quia ista ægritudo libenter concordat cum fluxu uētris, & hoc est quòd multum abhorremus: deinde inuoluatur totum corpus in panno rub. Deinde fiant ista, ut trahatur materia ad exteriora. Recip. apij, fœnic. ana fasciculum 1. decoquantur in aqua cum lenticulis multis: & cum tepidum fuerit, linteamen intingatur in illa aqua, & exprimatur, & patientes inuoluatur. Cum verò maturantur, perforētur cum acu de auro, deinde totum corpus isto puluere aspergatur. Reci. farinæ fabarum, cicerum, lentium, lupinorum, orobi, lithargyri, cerusæ, aloe, fiat pul. iste enim puluis desiccat & cicatrizat, & carnē regenerat, & si fieret culcitra ex istis pulueribus, bonum esset. Ad custodiā oculorum, Recip. coriand. sumach, aquæ rosa. albuminis ouorum, fiat collyrium, & frequenter oculis instilletur. Ad custodiam narium inungatur cum agresta, & aceto, & aqua rosa. Ad custodiā gutturis, gargarizetur frequenter uinum tororum cum aqua hordei cal. Ad custodiam pulmonis utatur diapapa. Ad custodiam intestinorum, utatur trochiscis factis de sumach, & corian. & spodio conditis cum succo acetosæ. Ad remouendum mala uestigia, quæ in facie post uariolas remanserunt. Recip. lithargyri, cerusæ lotæ, cathimiæ lotæ, pulueris cannarum adustarū, pulueris cōchularū marinarum, & cū oleo de lilio, & cera quantū sufficit, fiat unguentum.

Si dubitaret aliquis de caricis, quomodo cōpetunt, postquā uergunt ad ca. & humi. Dico medicamen bonum cōsueuit fieri de caricis, & de dragagātho infuso, lacca & sem. fœni. & croco, & lentibus excoriatis, istis simul coctis & tritis, & simul pistatis & cōfectis. Istud enim medicamen ualet in principio, & cōfortat uirtutē & facit ad expulsionem: ibi enim sunt caricæ & dragaganthū propter pectus alleuiandū, ad prę cauendum strictūram pectoris, quæ libenter uenit in ista passione, & ibi ponatur sem. fœni. ad aperiendum & ad subtiliandum, & lacca ad remouendū oppilationē hepatis, & crocus ad cōfortandum cor. Et propter hoc uetulæ ex quodam instinctu naturę quotidie dant in tali casu aquam, ubi est crocus, & lentes, ad confortandum intestina. Patet igitur quòd talis mistio est utilis. Valēt igitur caricæ propter uias anhelitus conseruandas, & ad multa alia. Secundo posset aliquis dubitare, quare non competit fluxus uentris, postquàm per illas partes fit fluxus criticus, & cum hoc illa membra sunt apta ad recipiendum superfluitates. Dico quòd fluxus uentris non competit in uariolis, postquam manifestè aparent, & potissimè si fiat à natura: cuius ratio est, quoniam postquam natura incipit hanc materiam uenenosam expellere ad exteriora, si postea reuerteretur ad interiora, timendum esset quòd hoc esset ui symptomatis, & ita esset timendum, quòd iret hæc materia uenenosa ad aliquod membrum nobile. Præterea ex alio ista materia est acuta & pungitiua & esset timendum de excoriatione intestinorum: igitur fluxus uentris prohibeatur quantū erit possibile.

Tertio intelligendū, quòd uariolæ fiunt magis cū sang. purus ebullitionē: & si sang. cholericus ebulliat, uocant magis morbilli, & sunt minoris quātitatis & minoris acuminis: & si sang. cum phlegmate, erunt uariolæ phlegmaticæ, & ita de melancholia.

Quarto intelligendum, quòd ex parte purioris sanguinis nutritur fœtus, & quædã pars impura, & immũda remanet in porositatibus mẽbrorum, & hæc est materia uariolæ.

Quinto notandũ, ꝙ ad hoc, ut uariolæ generẽtur, oportet duo cõcurrere, scilicet ebullitionẽ, & fortitudinem caloris impellentis: & propter hoc non generantur in matrice, q̃a membrũ frigidũ est nisi esset per accidens, & sequeretur morbos sanguineos, nec in fœtu existente in utero, nec statim post uterum, sed pòst cũ calor incipit uigorari, & confortari.

Sexto aduertendum, quòd uariola & morbillus possunt generari in membris interioribus, sicut in pulmone, & intestinis, & similibus, sicut dicit Auicen. & est ualde malũ, quia debilitas uirtutis expulsiuæ significatur.

Septimo considerandũ quòd ista passio magis generatur in uere, & quia san. magis abundat, & quia uirtus fortior est. Secundo in autũno ratione corruptionis: in æstate autem minus, quia materia exhalat: & in hyeme lõgè minus, quia pori sunt clausi.

Octauo intelligendũ, quòd in uariolis postquam manifestè apparent, & expansæ sunt per totum, non competit phlebotomia: quia tunc attraheretur materia ab exterioribus ad interiora. Sed quando materia adhuc est in interioribus, tunc bene competit, & hoc est in principio: & ista uidetur fuisse intentio Auicennæ.

PETRI DE ABANO QVAESTIONES DE FEBRIBVS

Quæstio I.

QVOD FEBRIS non sit calor ostenditur: quia aut erit corpus, vel accidẽs quod est qualitas, nõ corpus: quoniã tunc duo corpora essent in eodem vbi: quod negatum est 4. physi. & 2. de anima: ut calor naturalis & extraneus, qua enim ratione unus est corpus, & reliquus: cum sint contrarii? Non essent etiam agentia adinuicem & patientia situ distincta & subiecto.

Cuius oppositum primo de gen. & cor. Diffinitum quoq; & diffinitionis genus non essent ex eadem prædicamentali coordinatione: ut firmatum 4. topicorũ: cum febris sit qualitas: puta dispositio uel habitus: neq; qualitas, qua febrium substãtia est in generatione caloris, qui præter naturam: primo febrium: & 8. theo. substantia vero qualitas non existit, qualitas enim nõ procedit vel mouetur, cum nihil moueatur: nisi corpus. 6. physi. In febris autem ratione dicitur ꝙ sit procedens à corde per totum corpus in arterias. Amp̃. febris est dispositio uel habitus ut dictũ, & calor, passio, & passibilis qualitas: sed ceu diffinitũ & genus diffinitionis debent esse eiusdẽ prædicamenti: ita & speciei, ut unumquodq; per id quod sibi proprius & essentialiter inest notificetur. Rursus libro cõmenti pulsuum 4. Febris est superabundantia caloris secundum totum animal, & aphoris. prima. Est uersio caloris innati ad ignitum. In secundo autem regiminis acu. Est mutatio uel declinatio caliditatis innatæ ad caliditatẽ igneã. Talia uero genera relationem videntur & actionem uel passionẽ importare, nõ aũt qualitatẽ, vt febris. Adhuc prima quarti de febribus sunt q̃dã frigidæ. Palin. Febris aut est calor naturalis, aut extra naturalẽ. Nõ naturalis, plures enim scribũt eã fore calorẽ innaturalẽ vel extraneum. Non læderet .n. actiones & passiones neq; innaturalis: q̃a cũ calori occurrat naturali duo cõtraria starent simul, quod non fit: cũ unũ sit alterum natum interimere. Iacerent etiã actus naturæ corrupti omnino quod non fit manente uita. Eti. arguunt: sicut se habet bona cõplexio ad sanitatẽ, ita & mala ad ægritudinẽ, cũ sit illi contraria, sed bona cõplexio non est sanitas, uerũ ipsius causa: igitur nec mala ægritudo. Itaq; febris calor nõ erit naturalis, ne extraneus, cũ hic rationẽ cõtineat morbi. Ex q̃bus cõcluditur febrẽ calorẽ nõ esse, neq; naturalẽ, neq; etiã extraneũ. Cuius oppositũ dicunt oẽs febrẽ notificantes, ponentes illã fore calorẽ innaturalẽ uel extraneum. Adhuc illud quod calefacit, & eo pereũt actiones, est calidũ & extra naturale, huiusmodi vero est feb. ut sensus certificat. Amp̃.

quæ agunt & patiuntur inuicem communicare debent in materia,talia vero sunt caliditas naturalis & innaturalis, cum vnum alterum corrumpat, conuenient itaque in materia:quæ autem sic communicant,conueniunt saltem in genere, cum genus proportionetur materiæ differentia uero formæ;quare febris calor erit extra naturalem.

Propter primũ uero huius sciendũ; ꝙ febris plures habet notificationes,est enim totius corporis excedẽs caliditas proble.prima. Febrium quoq; primo. Calor est præter naturã a corde in totum trãsiens corpus. Secundo uero de causa.Est calor quis immoderatus animalis; & erectio caloris in tantam immoderationẽ ut contristet hoĩem,& operationibus noceat.8.quoque theoricæ. Febris est morbus ex mala cõplexione calida omni cõmunis corpori. Et ibidẽ. Est calor extra naturalẽ a corde procedens; & per arterias missus ad omnes corporis partes, eiusq́; nocens actionibus. Isaac q.dem febrium primo. Est calor præter naturã cor in initio petens per mediocritatem arteriarum, deinde se subito diuidens cum naturali per totũ corpus, naturali nocet actioni. Ioannitius. Est calor innaturalis cursum supergrediens naturæ, procedens a corde in arterias, suoq́; lædens effectu. Quarti quoq; canonis initio. Est calor extraneus accensus in corde & procedens ab eo mediantibus spiritu & sanguine per arterias & uenas in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione quæ nocet operationibus naturalibus. Colliget autem 3. Est calor compositus ex calore naturali & calore extraneo putredinali misso ad totum corpus,& lædit oẽs actiones & passiones. Et istæ q.dẽ notificationes fere idem dicunt, sunt tñ earum aliis cõpletiores q̃dam. Causæ autem febris sicut & aliorũ quatuor existunt, materialis, formalis,efficiens, & finalis. Materialis uel subiectiua duplex. prima q.dẽ vt cor; vnde Simplicius. 1.cœ.& mun. Cor semꝑ à febre patiens primo corpori distribuit reliquo. Secunda sunt tria subiecta in q.bus fundat febris calor,vt spũs & uapor fumosus in q.bus fundãt ephimera. Et humor suꝑcalefactus, aut putrefactus, in quo feb. cõsistit humoris ac mẽbrum quidem fe.ethicæ ac habitudinalis est subiectũ. Forma autẽ ipsius & essentia est calor extraneus seu feruor à quo denotat; ceu pyretos feb. Græce deriuat à pyr quod est ignis. Vnde Gal. ad Glauconem & Aurelius. Febricula à feruore quasi feruicula. Efficiens vero duplex; uniuersalis & particularis. Vniuersalis q.dẽ est triplex, primitiua, antecedens,& cõiuncta. Particularis est multiplex, sicut in libris traditur febrium. Finis vero illius naturæ actibus nocere, ac perimere. Secundum has quoq; causas diuisionẽ recipit ipsa, q̃m alia vt apparuit est in spiritu; quædam in humoribus, nonnulla vero in membris. Forma eius ut calor ꝑter naturam diuersificat secundum magis & minus. unde primo febriũ. Differentiæ caloris sunt quæ ad magis & minus. Nam q̃dã est mordax manu; q̃dã mitis;alia media;& reliqua primo epidimiarũ, & febrium principio. Sed an magis & minus febris diuersificet spẽm,aut minime; ꝑsentis non existit inquisitionis. Adhuc quædã fit ex causis primitiuis, vt ephimera vera, q̃m ephimera ex oppilatione nõ vera existẽs, accidit à causa antecedenti. 4.prima. & primo febrium. Ethica quoq; pluries fit à causa coniuncta complexionis malitiã imprimẽte, prout plurimum sequitur febres putridas. differentia. 93. Interdum tñ euenit à primitiua. Humoralis vero semper à coniuncta, febrium primo. Distinguũtur ẽt secundum finem:cum quædam sint salubres vt tertiana, quædam mortiferæ, vt emitritea, nonullæ medium obtinẽtes. Realior aũt ipsius diuisio est per formã eius secundum ꝙ ipsa diuersificatur secundum tria nota subiecta. Separant deniq; ephimeræ, quia quædã sunt veræ, ut quarum terminus & finis est in prima die dicta ad similitudinẽ enthomi unius diei uiuentis tempore, historiarũ. 5. effimeron nominati. & Isaac febrium. 2. & ipsæ sunt multiplices, ut earũ causæ. Nam q̃dam sunt animales; ut timor ira &c. aut corporales motiuæ, ut labor, euacuatio, & fames cum reliquis, aut deforis occurrẽtes, ceu adustio, frigus, constipatio, cutis & reliqua. Quædã non veræ sicut quæ ex oppilatione consurgunt ex satietate nauseatiua & apostematibus, quæ res cõcurrunt non motiuis. Et tales ultra primum ꝓtenduntur diẽ, ut interdum pertranseundo in quartum & quintum condescendant; & ut uoluerunt aliqui usq; ad septimũ. 8. de inge. & ꝑcipue. 4. prima. Febrium vero humoralium q̃dam est ex eorum suꝑ inflãmatione absq; putrefactione, vt synocha dicta inflãmatiua existens uere media inter ephemerã & putridã; ceu ephemera ex oppilatione medium obtinet inter diligentem ephemerã & synochã. Altera ex putrefactione humorũ duplex; simplex videlicet & cõposita. Simplex q̃ ex uno cõsurgit humore; & ipsa quadruplex sicut & quatuor sunt humores tertiana ex cholera quæ triplex existit; certa tertiana, cõtinua, & causon. Synochus de sanguinis putrefactione; quotidiana de phlegmate, & quartana de melancholia. Vel cõposita; cuius cõpositio vel est generũ remotorum, ut ephemera cũ ethica; & putrida cũ illis; aut a ꝓpinquo ut q̃n duo aut plures cõiungunt putrescẽtes humores, ut cholera & phlegma; & tunc causatur tertiana nota; seu duæ tertianæ. Aut emitriteus, & hæc sæpius euenit cõpositio, aut cholera cũ melancholia, uel phlegma cum illa, uel oẽs simul. Febris aũt sanguinis

cum alijs non ponitur componi saltem manifeste. differētia 90. Alterutra vero harum fit aut intra venas, aut extra venas. Quæ autem intra venas continua existit: cum meatus sit apertus quo fuligo putrida in cor demandatur: neque posit ex obstructione ac soliditate uasorum, ut uenarum, & arteriarum proprie transpirare ad quæ foras. Et in qua materia fuerit multa, ut in synocho, & synocha non apparet sensibilis additio neque diminutio: aut si fuerit in locis cordi vicinis & in vijs illius, sicut in causone. Si autem humor putruerit extra vasa: ceu venas. & hoc trinus: quia sanguis extra illa, vel ventriculos cordis: cum torculari seu lacuna sanguinis non reperitur. Febrem causat interpositam, cuius motus & quies existunt secundum euentationē humoris & superioribus corporum & quantitatem ipsius & qualitatem: nā phlegma quotidie mouetur: cholera de tertio in tertium: melancholia vero per quartum. In his quidem cessans paroxismus reincipit propter reliquias caliditatis derelictas post resolutionem causæ coniunctæ: quæ paroxismum induxit, & propter causam antecedentem adhuc remanentem quę ponitur sub coniuncta. apho. 4. febrium. 2. & 4. prima. Concitatque ad hoc non parum humoris euentatio prætacta. Modus autem generationis febris & proprie putridę est: quia contingit obstructio ex causa exteriori, seu interiori cutis ad quam sequitur oppilatio: & maxime quando fuerit multitudo viscositatis, & grossities materiæ: ad quam quidē succedit prohibita transpiratio: & ad hanc putredinis minera & ad ipsam fuligo putrida cor petens: quæ à corde ad singulas partes delata febrem inducit. Ethicæ autem digestio differentia notabitur. 93. Est & diuisio alia febrium accidentalis quasi & ambigua: quoniam quædam sunt ægritudines: ut quæ ex suis per se contingunt causis. aliæ sunt accidentes: ceu ex apostematibus consurgentibus in generum quocunque febrium. quid autem sit calor. quomodo distinguatur: qualiter etiam se habeat ad spiritum ostensum differentia. 49. Deinceps sciendum ꝙ calor qualitatiuus triplex existit: quidam enim est naturalis omnino vt qui inculpate sanorum. alius præter naturam omnifariā fere: ceu membrorum corruptorum quę in via mortis existunt, sicut in herpestiomenosis, & cācrosis: ac cadaueribus: quidam vero horum medius uelut declarabitur qui febrientium.

Propter secundum uero sciendum: ꝙ quidam dixerūt febrem materialiter esse calorem ut febris est calor id est, in calore consistit. Et hoc ne cogantur dicere duo corpora esse in eodem loco: calorē. s. naturalē & extraneum: cū Gal. apho. prima ponat ut asserunt calorē fore corpus: & maxime q̄a Hipp. uidetur nil aliud ꝑ calorē innatū q̄ spiritū intelligere qui est corpus. simpliciū pharmacorū. 5. Et ne agēs etiam & patiens loco remaneant indistincta & subiecto: quod q̄dem est falsum & contra sententiā ut apparebit Gal. sequitur etiā dicere quòd omnis febris est in spiritu, & ita ephimera: si spiritus est idē quod calor: sic & febris est calor. i. in calore: sed qūo spiritus sit calor ostēsum differentia. 59. vbi dictum ꝙ extraneum & impropriū valde est dicere ꝙ calor sit corpus cū purā qualitatē dicat & abstractam: licet forte minus caliditate. Ponentes tamen utrunq; calorē esse corpus, dicūt ꝙ in radice vel subiecto differūt: in processu autem vnitantur: sicut flāma duarū candelarū: quarū una sit de cera constructa, & altera de seuo: radice differunt & materia: vnitantur tñ demū flāmæ: ita ut ex duobus corporibus fiat vnū neutro manēte singulari. Hæc tñ nō est realis cōpositio & unitatio cum uno corrupto ut accidentali, remaneat alter, ceu naturalis: neq; etiā sic differunt calor extraneus in radice, & naturalis: durante uita ut cera & seuū, cū calor naturalis mineram etiā caloris efficiat extranei: cū nondū sit hic innaturalis omnino: tunc enim mors adesset. Dicunt etiā quidā in eorū subsidio ꝙ nō oportet in omnibus actionibus agens & patiens situ fore & loco distincta, sicut in permistis, quorū unum agit in quālibet partē alterius & patitur. Cōsimiliter in calore naturali & humido radicali: & in his duobus caloribus corporeis: sed in illis quorū unū agentium extra aliud existit in quod agit. At fortasis illud nō ualet cū sermo Ari. sit vniuersalis sufficienter paris scientię naturalis. vnde & vniuersalior esse debet. Itidem, agit Ari. ibidē de actiuis & pasiuis sibi adinuicē permistis ut apparet in augmēto & mistione. Propter quod dicendū ꝙ series Ari. est vniuersalis: licet in q̄busdam magis appareat hmōi distinctio actiui & pasiui, ut actus domificationis ostendit, vel generātis. In q̄busdā uero licet id adsit: latet tñ sicut in principiis generationis cū fuerint ꝑmista. Virtus enim ꝑ quā generatio perficit ut informatiua velut agens cū principaliori calido magis posidet illarum mediū: quæ aūt circunstāt locū obtinent materiæ & patiētis magis ita & q̄ñ hi calores confrangūtur: naturalis tñ possidet cor amplius, & ꝓprie illius digniorē partē, vt dextrā. differentia. 47. Innaturalis autē ab hoc calido ꝓpulsatur ad extra, ut ad superficialia magis ꝓtendatur corporis. Et ideo alii dixerunt ꝙ febris est calor causaliter: a calore nāq; causat febris: quod persuadent: q̄a si sanitas est calor naturalis, & ægritudo innaturalis: tūc nō vident essentialiter differre: sed accidēte solū: ut fortes albus & fortes niger: vnde sanitas & ægritudo erit idē. Dicendū ꝙ hi sicut ꝑdicti in Gal. vt declarabitur peccant. Adhuc diffinitio

febris

febris seu etiã notificatio esset imperfecta omnino,cũ in ea non poneretur genus: dicendo febris est calor.i.à calore causata siue ẽt in calore fundata: ut dixerunt priores. Amplius q̃d erit febris aliud q̃ calor,cũ sit mala cõplexio calida p totũ animalis corpus diffusa. Ad quod uero deducunt dicendũ: ꝙ calor naturalis q̃ stat cũ sanitate, & calor extraneus q̃ est febris vnitant in calore ceu spẽs in genere: vt.n. hõ & asinus sunt idẽ in animali,sic & calor naturalis, & extraneus in calore. Contrahunt aũt in speciẽ per differentias calori essentiales, & nõ accidentiales: sicut hi dicunt ut p naturale & innaturale, ceu animal descẽdit in hominẽ per rationale,& in brutum per irrationale: quod & actus indicant essentialiter differentes ut digerere, uiuificare: sensibiliter lædere ac corrumpere: neque est simile quod inducitur de Sorte albo & nigro: quia Sortes est substantia:album autem & nigrum accidentia: calor autem & naturalis, & extraneus accidens.

Propter tertium uero sciendum primitus ꝙ feb. est calor extraneus.2.qualis. Propter primum huius sciendũ, ꝙ calor extranaturalis est ceu essẽtialis forma febris. Hic tñ calor duplex est. Vnus quidem est passio & passibilis qualitas, prout talis calor infert passionẽ in talẽ sensum,& huiusmodi non est febris: cum ea sit dispositio uel habitus. Est & alius calor qui est impressio in aliquid trium subiectorũ inducta, & hic calor est dispositio uel habitus, ut mala complexio,quæ est febris cum fuerit extraneus procedens &c. quod Ari.indicat locans calorẽ & frigus in prima specie qualitatis: & sanitatẽ & ægritudinem.unde febrium primo.Substantia febrium & essentia in genere est caloris qui præter naturam.& primo reg.acu.Non est natura febris ex substantia alia nisi ex substantia ignis.pyr enim dicitur ignis:inde pyretos:vnde latinis græcis non minus febrem à feruore (ut tactum) qui est ignis proprietas deriuauit: quare Haly. cum febrem diffiniret ait. Hæc quidem diffinitio ex ipsa febris sumitur substantia scilicet ex calore extranaturali non ex ipsum sequentibus accidentibus: quod ostenditur : quia id est, forma alicuius quod in ipsius ratione ponitur, cũ diffinitio detur per essentialia. hic autẽ calor existit præter naturam uel extraneus. Adhuc cum forma det esse cæteris causis magis: potius per eã habet ratio perfici, quam per alias: cũ sicut res habeat esse, ita & cognitionẽ,perficit autem per calorem extraneũ conditionatum vt quod à corde & reliqua. Palin. Actio in cognitionẽ perducit essentiæ, uelut signum & effectus in significatum & causam.Actio uero febris est excedẽter uel pręter naturã calefacere: ita vt & actus omnes lædantur & passiones: propter quod febris essentialiter erit calor & præter naturã. Propter secundum huiusmodi sciẽdum, quod huiusmodi calor extraneus qui est feb. est qualitas quædã superexcedẽs horribilis calori impressa naturali,mutans ipsum à dispositione sua naturali & suaui in oppositã: non autem est corpus: vnde Isaac. Calore extraneo ad cor accedente, naturalis egreditur à temperamento. Cum autem per totius corporis partes diuidatur vt eis vitã tribuat: quia à suo egressus est: temperamẽto, necesse sit vt mẽbra eum recipiant in ea qua est qualitate quæ re calefacit, & vrit ipsa, & generat fe. toti actioni naturali subito nocẽtem. In quam vtiq; sententiã concidit Auer. ita. Febris est calor naturalis mistus cum aliqua qualitate calores putredinalis: sic itaq; calor extraneus calorem afficit naturalem. Hic autẽ differentia. 29. spiritũ qualificat, quem si vehementer affecerit & ad cor puenerit, hinc abscedẽs feb. generatur ephemera,si autẽ hæc tria humorem alterẽt & corrumpant, febris inducitur putrida: si vero membra ethica. quòd autem sit calor huiusmodi qualitas ostẽdunt feb.notificantes per esse malã complexionem calidam & sic. Nosce quoq; quòd huiusmodi calor: licet dicatur esse extraneus seu præter naturã: non tamen omnifariã vt calor qui est in corporibus mortuorũ secũdum Auer. reperitur,sed magis naturalis, affectus tamẽ vt dictũ qualitate putredinali: vnde cũ sit medius inter calorem naturalem & pręter naturã:sicut semiputredo est media inter saniem & pus, quæ ad bonũ simpliciter est in suo genere, & putredinem ad malũ omnino febriũ primo. Media nanq; cum componantur ex extremis eorum sapiunt naturam: ita vt ad alterum comparata videantur altera. physi. 5. naturã utriusq; obtinent extremorũ, ꝓpter quod nõ parũ nominibus denotãtur extremorũ.apho.euidẽs.4.Et ideo Auer. mediũ hoc referens in alterũ extremorũ quod minus versũ fe. dixit calorem naturalem qualificatũ putredinali qualitate. Et apho. prima. Febris est versio caloris innati ad ignitũ. Alii vero respiciẽtes fe.vt declinat versus deterius extremorũ, dixerũt eam esse calorem extraneum, vel extra naturalem, seu præter naturam. Est igitur febris quidam calor compositus ex calore naturali & extraneo putredinali petens cor & ab eo mediantibus spiritu & humidis per vasa in totius corporis actuum læsiones delatus.

Propter quartum vero ad primũ dicendũ ꝙ fe.vt ostensum,nõ est calor qui est corpus cũ calor sit qualitas:non autẽ corpus nisi improprie ualde pro corpore sumatur calido. Supposito etiam ꝙ sit corpus ostensum qũo duo corpora erunt in eodem ubi & qũo nõ. Qũo etiã agẽtia & patiẽtia sint distincta loco & subiecto.Calor itaq; erit accidens ut qualitas, & sic diffinitum

& genus eius erunt ex eadem ęgloga p̄dicamẽ tali:ꝙ ſi Gal. cum Haly. dicat febrium ſubſtantiam eſſe in genere caloris qui eſt præter naturam, accipit ſubſtantiam pro eſſentia, ceu quando dicit. Complexio eſt ſubſtantia, & ægritudo eſt ſubſtantia, differentia. 17. In accidentibus enim reperitur eſſentia per additamentum, ſaltem. 7. metaph. & non ſubſtantia. Et deinceps dicendum quòd licet fe. non moueatur, neque procedat per ſe: mouetur tamen per accidens ut mediante ſpiritu & ſanguine: qui ſunt corpora ſicut in perfectiore tangitur ratione febris: quod innuit Halyab. quando dixit. a corde miſſus. Et, a. procedens a corde mediantibus ſpiritu & ſanguine. Ad aliud quid dicendum apparuit, nam feb. eſt calor, prout hic eſt effectus caloris, qui paſsio exiſtit, & paſsibilis qualitas. Ad alia dicendum, ꝙ illæ non ſunt proprię rationes febris, ſed notificationes communes quædam. Aut ſuperabundantia, uerſio, mutatio & declinatio ratione caloris earum determinati ad qualitatem reduci poſſunt. Vel ſuperabundantia licet ratione reſpectus quem importat ſit ad aliquid, tamen ex parte illius cuius eſt reſpectus ut caloris in qualitate locatur, & ſic motio & declinatio poſſunt aliqualiter qualitatem importare. Ad aliud dicendum, ꝙ nullæ febres ſunt frigidæ per ſe: prout actu exiſtunt, ſed ratione typorum: non tamen de ratione febrium nunc ſaltem exiſtentium ob regiminis laſciuiam ut apparet de accidenti. 5. Ratio etiam ipſius perficitur ex refractione caloris à corde in reliquum corpus apho. 7. vnde de febribus. Sunt frigidæ habentes rigorem aut horripilationem vt ſubiungitur. Aut propter materiam phlegmaticam ſparſam ſuper membra ſenſibilia: ſicut euenit in empiala in qua calent extrinſeca & frigeſcunt intrinſeca, uel contra ut accidit in lippiria & in febribus apoſtematum pernitioſorum intrinſecorũ in quibus propter calidum attrahens ut uentoſa quæ intus ardent: & exteriora rigeſcunt: vnde quando ſitim cum hoc habuerit: apho. 4. pronuntiatur mortale. Contingit etiã interdum propter debilitatem caloris naturæ non potentis ſe per totum expandere. Ad aliud quid dicendum pro parte apparuit. Declaratum eſt enim quomodo diuerſo reſpectu feb. poteſt dici calor naturalis, non tamen ſimpliciter & qualiter innaturalis ſeu extraneus, neque inconueniens hoc apud aliquos aliquando duo contraria ſimul exiſtere imo in quibuſdam oportet, ceu ſanitas & ægritudo, cum ipſa abſque ſanitate eſſe non poſsit: differentia tactum. 72. qualia uidentur eſſe calor naturalis & innaturalis. Aut contrariorum licet tandem unum expellat reliquum & corrumpat, ſimul tamen permanent durante inter ipſa pugna, ut & miſtio denotat elementorum ut tandem calor naturalis uincat calorem extraneum quando ſanitas introducitur: aut contra quando mors occurrit: neque etiam tantum febrilis calor corruptiuus eſt, ut ſemper omnes deſtruat actus. Ad aliud dicendum ꝙ eſt quorundam fallimentum quo probare putant complexionem malam morbum non ſore, dicendum, ꝙ bona complexio eſt ſanitas nõ quidem ſimpliciter & omnino, quia illa conſurgit ex temperata complexione cõſimilium, & eleganti compoſitione inſtrumentalium, & natura utrorumque ſimul perfecta communi. Sed bona complexio bene eſt ſanitas conſimilium, & compoſitio iuſta officialium: & ita mala complexio uel feb. eſt morbus & calor extraneus. Hæc autem diſſolutio fundatur ſuper illud quod oſtenſum differentia. 65. ꝙ ſanitas ſpecies exiſtit ſpecialiſsima: ægritudo uero ſubalterna.

Quæſtio LI.

QVod humores non poſsint periodice confluere oſtenditur: quia aut erit ab aliquo ipſorum intrinſeco, uel extrinſeco: ſed neutro poteſt eſſe: nõ quidem primum: cum ſanguis principalior exiſtens humorum non confluat periodice: ſed moueatur aſsidue putrefactus, uel inflammatus, cum tamen uideatur præ alijs cõfluere, multiplicior enim cæteris, & profundior: quod ad confluxionem cooperatur. Geoſar introductorij. 3. Neque ſecundo, quia aut ſunt elementa a quibus: non cum motum habeant rectum: hic autem confluxionis eſt reflexus: uel a corporibus ſupercœleſtibus: ſed neque ab his, cum fluxio humorum ipſis non ualeat coaptari: quoniam octaua ſphera ſecundũ Ptolomæum complet curſum ſuum in 30. annis. Iuppiter in 12. Mars in duobus. Sol Venus & Mercurius vno: & Luna in 27. diebus & 8. horis fere. Periodus autem humorum ut plurimum eſt trium dierum. Adhuc aut à natura ſuperiori, aut inferiori, non quidem hac, quia natura inferior à ſuperiori gubernatur, omnis autem illius motus gubernatur inde. unde 2. creticorum. Omne bonum pulchrum, & omne quod ordini uni adhæret & uiæ, & oſtenditur in eo ueſtigium ſapientiæ nõ eſt niſi deſurſum. Neque etiam à ſuperiori: quoniam agentia & patientia oportet in materia communicare, primo de generatione. Sed natura inferior nõ coincidit cum ſuperiori in materia: cum cœli etiam ſecundum Cõmentatorem materia alia ſit ab ea quæ iſtorum materia. Amplius, illud non confluit periodice quod eſt ut materia, & ineſſe continetur per formam, cum det eſſe, & manere ſiſtat, quæ compoſiti. huiuſmodi uero ſunt humores ad animam corporis informatiuam

tiuam omnis. Eti. Si confluerent, cum sit motus quidam, & motus omnis à calido & spiritu, calidumque & uentositas requirantur: operatur enim secundum Albumasar ad confluxum, tunc cholera & melancholia magis fluerent phlegmate: cũ melãcholia sit uentosa. 30. proble. & cholera calida, cuius oppositum experimur. Palin. Melancholia nõ confluit cum sigilletur à terra: quæ immobilis extat de animaliũ motu, neque cholera, cum sit calida & sicca opposita naturæ aquæ, aqua confluxus seu accessio & recessio inuenitur. Humores igitur non poterunt confluere periodice.

Cuius oppositum experitur sensus. Adhuc illud dicitur confluere periodice, quod certis horis mouetur de circunferẽtia ad centrum, vel contra. Sed huiusmodi sunt hum. cum sint humidi currentes. Impelluntur enim a frigore intrinsecus sequentesq; caloris motum expanduntur extrinsecus illius expansione: quod & modus euentus interpolate denotat: processus nanque fit primum à minera putredinis ad cor, & inde ad reliquas corporis partes. Quare humores valent confluere periodice.

Propter primum quidem sciendum ꝙ quid sit humor & quomodo distinguatur monstratum differentia 29. Confluxus autem est motus, quo natura cum calore & humoribus retrahitur à circunferentijs in centrum, & demũ ab hoc in illas expanditur: qui sufficienter assimilatur accessioni & recessioni a luna causatæ in aquam. Ipsa nanque expanditur à medio in quæ extra. Et accidit quando luna pergraditur à puncto orientis in cœli medium, & deinde restringitur ad intra: donec ad angulum perueniat occidentis. Et ab hinc redit in expansione vt antea, quousque ad angulum perueniat terræ à quo vt prius in se reducitur, unde in centiloquio. Humiditates corporum accedunt in prima quadra, in secunda recedunt, & in aliis proportionabiliter duabus vt declarabitur differentia. 168. Ad quem quidem accessum & recessum iuxta Geofar introductorij. 3. tria oportet concurrere: aquam. videlicet. & locum profundum: longum & latum: asperum, durum, montibus altis consitum & ventosũm. Aqua quoque cuius quantitas sit multa non fluminibus nouiter effusa: sed longo tempore prolixo aggregata, hæc enim densata ac salsa efficitur uel amara uaporesque & uenti nascuntur hinc densi. Cuius uero locus & aqua sunt oppositi, influxum & refluxum suscipiunt minime. Sunt autem & aquarum quædam quę mouentur à generante. Cum enim fuerint extra proprium locum ipsum earum expetunt grauitate ceu quæ fluminum. Et Lunam oportet tertio interuenire, cuius dominium est super humida vt humiditates cerebrum, nucham, pinguedines & medullas, criticorum & introductorij tertio. Ipsa nanque ascribitur aquæ, ceu sol igni: differentia. 16. vnde secundum ipsius motus diuersitatem permutationem suscipit huiusmodi aqua maxime. potiores enim aquarum ita mouentur attractæ à luna: sicut plura naturalium se concitant & attrahunt. Magnes enim ferrum euellit ad se. Alnapth uero album bitumen quoddam iudaicum ignem ex distantia quàm multa: ita vt praui eo sacerdotes decipiant plebem, & lapis quis acetum absque contactu, & alius olíualis oleum ac Karabe paleas. Dictum est autem sufficienter ꝙ termini à quo & ad quem dicuntur hic & in confluxu aquæ differre, nam humores quãdo incipiunt moueri, magis à circũferentiis tendunt ad centrum, & hinc ad easdem: aqua autem est contra. Est autem periodus in quod incipit circuitus terminatus: cuius hic sunt duæ partes scilicet paroxismus & declinatio, unde apho. prima paroxismũ oportet intelligere totius periodi particulam deteriorem, quæ à prima immissione vsque ad statum, sicut reliquam quæ declinationis, meliorem. Et eius quidam est fixus eadem hora incepttus & terminatus. alius præaccipiens: & reliquus postponens, qui & proprie fit in febribus in quibus exacerbatio reperitur ac quies manifeste. Improprie uero in his quæ additionem & minorationem suscipiunt paroxysmi. Improprijssime autem in horum oppositis ut in febre sanguinis aut causonibus certis, nisi quis uelit totam ægritudinem vnum appellare periodum, cum à sanitate incipiatur & ad ipsam tandem terminetur. Et ideo febrium quædam ponuntur continuæ, alteræ uero periodicæ. hic autem periodus non fit uel haud percipitur in corporibus sanis.

Propter secundum quidem sciendum ꝙ id quæsitum extat difficile. vnde. 3. criticorum, quare in morbis acutis per tertium ueniunt paroxismi ut ad multum, in prolixis vero aut dierum unoquoque, uel per tertium inuenire non est facile. Insuper nullum reperiẽs de hoc quæsito modernum scriptorem ad antiquiores me conuertens eos inuenio vtcunque dissonos, & causam in eo tangentes magis ex materiæ dispositionibus, quàm ex forma agente, & à fine, cum omnes recte causam hanc oporteat intueri. Necessitas enim ex alijs causis, & nõ ex materia alicuius est sumenda, ceu. 2. physicorum. & primo de gen. animalium detestatur Empedocles. Quidam nanque causam assignant ex parte substantiæ humorum quantitatis, & qualitatis, alij ex parte loci, non nulli ex calore naturali, alij uero extraneo. unde colliget. 4. Causa propter quam circuitus febres habent est, quia humor qui putrefieri debet non putrefit simul & semel: quia in eo putrefactionis præ-

paratio

paratio non est cōpleta: sed paulatine in putrefactione proceditur. Et hæc sequitur modū ordinationis quia hæc: operatio secundū aliquē modum est naturalis: quoniam natura in hoc regimen habet, eo quòd est putrefactio cū digestione. Et ideo uarietas ordinis in circuitibus signum est prauum, & non est hæc operatio attribuenda calori putredinali substātialiter: sed naturali, quia in materia nō naturali operatur sicut in multis vijs naturæ reperitur. Et radices Gale. quibus conatur attribuere ordinē circuituum substantialiter calori putredinali hic infringuntur. Et propterea nostra sententia est in hoc penitus, quòd natura istos circuitus cum calore operatur intrinseco, quamuis superuenerit huic calori aliquid extra naturam in quātitate aut qualitate, eo ꝙ est agens in materia non naturali vt in humore ægritudinem faciente. Et isti circuituum ordines diuersificantur secundum naturam humoris, & quantitatem. Et hic quidem sermo cum eo quòd est communis non causæ periodicæ coaptatus fortasis patitur calumniam in non paucis. Primitus quidē eo quòd calor naturalis non est causa periodi, cum sit mouens motum conseruans & non incitans. Adhuc natura non mouetur nisi percepto læsiuo, & cum cholera sit magis effrenis & naturæ odiosa. Choleraque nigra secundum Alexandrum inimica, hæ deberent amplius phlegmate confluere. Rursus. non semper in putrefactione fit digestio, imo non parum amplior suffocatio uel immensior corruptio. Palin. Varietas ordinis circuituum approbatur cū eius detestetur oppositum, unde apho.4. Quibuscunque paroxismi fiunt quacunque dimiserit febris, in crastinum eadem assumpserit hora descripta, nisi uelit uarietatem ordinis circuituum ex debilitate naturæ: iuxta illud eiusdem quartæ si rigor inciderit febre nō deficiente, iam debili existente virtute, mortale. Sed quanquam id uerum eius hoc non patitur positio. Dictum autem Gal. quod is accipit ex secundo febrium aliis eius bene dictis omissis, amplius ualet suo: cum calor putredinalis remanens habitu in minera putredinis ex præcedenti paroxismo quietata cibo non certissime occurrente superato cum modica euentatione forinseca: mox quidem quod habitu fit actu: ceu calor sopitus in calce consurgit quādo fuerit aqua conspersus: quod autem de hoc magnorum sermones quamquam in medicina sufficiant non tamen causam simpliciter & diuisim euacuant hæsitatum: & in sequenti manifestabitur propositorum. vnde fit opus alia ipsis coniungere vt causa simplicius & præcisius habeatur.

Propter tertium quidē primitus præmittantur quædam necessaria. Et deinceps quāobrem se. efficitur qdā continua & alia interpolata cū diuersitate tēporis exacerbationis & quietis. Et tertio præcisus ut possibile ostendatur cur hic humorū continue: ille quotidie aut aliter certo tēpore moueatur. Propter huius primū sciendum, ꝙ cū omnis effectus causetur ex actione agentis in materiam: confluxus equidē ita suscitabit in humores: qui enim tangit materiā omisso agente, uel agens illa derelicta, insufficiens extat, cum materia seipsam nō educat in actum: neq; per se agens in semet agat: cū actio in materiā concidat extrinsecam: ceu negotiās de corpore anima neglecta uel contra: ut quosdam mordet. Ari. de anima primo. Materia vero in qua fundat periodicus cōfluxus sunt humores talibus vel alijs proprietatibus insigniti. Agens autē est corpus cœleste natura mediante elementari. vnde de animalium gen.4. Sicut mare & omnem videmus humidorum naturam stantem, & permutatam secundum ventorum motum & stationem: etiam aerem secundū spiritus solis & lunæ periodum: ita & quæ ex his constituta consequi necessarium: nam secundū rationem necessarium est cōsequi periodos minus principalium eorum quæ principaliora. Vita nanq; est spiritus quidam, & generatio, & diminutio. Cum igitur humo. sint minus principales sole & luna: eorum periodus & confluxus sequet solis & lunæ & uniuersaliter astrorum periodos: ceu principaliores: velut mare & omne humidum ac aerem ex his naturā stantem recipit ac permutatam. Hic nanq; motus siue mundus cōtinuus est superioribus lationibus ex necessitate vt omnis ipsius virtus gubernetur inde meteo. primo: unde Masahalach. Simile est opus planetarū in hoc mūdo magneti & ferro: & 9. Iudices. omnis humanæ geniture cōditio ex planetis, eorumq; signis tanquā ferrum ex lapide magnete dependet. Amplius nosce periodos certos interpolatarū hos esse: nā phlegmatica certa. 18. quidem affligit horis: & 6. tepescit. tertiana quoque 12. & 36. quiescit: quartana uero 24. paroxismat: & 48. interpolat. Indeficientes vero aliquādo extensiori prædicto affligunt tempore, interdumq; minori: quod & quietis consequuntur. Quorum quidē indeterminationis triplex est causa: puta humor qui aliquando est maior aut minor, uiscosior uel incisior: grossior aut subtilior, calidior aut frigidior. Ac uirtus quæ fortis extat interdum, & aliquādo infirma. tertia vero corporis constructio: nam aliquando rara: porosa: leuiter commeabilis: & non rara huic opposita, in quibus quidem repertum est medium contemperatum. Si ergo tria inuicem conueniant prima, initium postponetur periodi, & breuis ens cum accidentibus molestis minime ipsius quietabitur paroxismus. In reliquis uero tribus

oppositis

oppositis secus eueniet, uelut mediocriter in mediis. secūdo febrium & 8.therapeuticæ. Rursus quoque aduertendum quòd hu. gubernantur forma propria, ceu anima omnis quando in naturali fuerit corpus dispositione omni. Interdum uero magis ostenditur virtus superna, ut quando fuerit discrasiatum non gubernatum: nanque tunc perfecte ab anima motu agitatur corporum superiorum ac elementorum: quod indicant corpora optima: in quibus nulla vel modica ab huiusmodi causatur impresio. In lapsis autem non omnifariam manifesta: sed in ægrotantibus apparens omnino: ceu in anima secundum Geofar. quædam nihil aut minime confluunt: alia inapparenter: & tertia manifeste vsquequaque: nec tamen contrarium idest, repugnans ei quod dictum est humiditates accedere in quadra prima & reliqua: hoc nanque euenit secundum ꝙ extat posibile uelut subiectum fuerit coapcatum: tunc nanque agentis in ipsum concidit actus. Propter huiusmodi secundum sciendum, ꝙ humores possunt ad duo comparari. Aut ad eorum intrinseca vel forinseca. Siquidem primo quadrupliciter euenit secundum quatuor in eis ad præsens reperta vt substantiam: quantitatem: qualitatem & locum. Ex his nanque secundum Haly. 8. theo. & Isaac febrium. 5. consurgunt congregationis humoris ad putredinem uelocitas vel tarditas: facilitas putrefactionis aut difficultas, & ipsius euacuationis acceleratio aut mora. Si enim humor fuerit substantiæ mediocris, multæ quantitatis, calidus & humidus: & intra vasa vt necesse sit locatus, non periodice confluet, sed continue magis, uelut san. omnia enim incident vna prima: propter nanque ipsius substantiam fluxibilem, multam calidam & humidam putrefactioni paratam: & maxime propter locum intraneum adeo continue & uniformiter affliget: vt additio non perpendatur in ipso neque minoratio. Quod vniuersaliter omnis agit materia quādo in cordis intimis fuerit situata: ceu causon ostendit phlegmaticus etiam. Fuligo nanque putrida cor directe petit & asidue non valens propter parietum obstaculum transpirare. Et propterea non vt in periodicis febrium sudor expectatur in talibus: cum id quod inflammatum extat ac putrefactum in una partium antequā resideat: quod continuum similiter afficiat: hæ quidem febres breues existent: & in 7. vt multum diebus terminatæ dupliciter: uno quidem modo propter eius materiā coctioni obedientem de leui: alio uero propter eius subtilitatē & acumen. Causam quoque istius satis insuetam Auer. huic superaddidit: vt quia id quod à membris dissoluitur sensibilibus nō sentitur Quando autem materia fuerit extra uasa, non continuatur motus: sed anesis per oppositum eius quod dictum est euenit: quo quidem iterum superuenit interruptio. Quando enim caliditas finit materiam ad putredinem motam: cum non sit contenta in uasis, cogens expirare quod eius subtile, remanet incineratum & terreum, quod uehiculum non extat caliditatis & febris: ceu apparet in stercorum quando incēduntur cumulis. Quando autem itidem antecedens causa ex cibo non certisime superato ad mineram concurrit putredinis & reliquias caliditatis inuenerit ex putrefactione præeūte, inflammatur uice alia: ceu calx conspersa aqua, quod perdurat quousque causa antecedens ad mineram poterit moueri putredinis in ea caliditatis precedentis vestigia inueniens sufficientia paroxismi. Gal. & 4. prima. Quia uero phlegma post sanguinem est adauctum: & quia humidum parumque frigidum secundum. A. corporis comparatione uiscosum, & locum obtinens extrinsecum à sanguine putrefactionali: alijs reddetur aptius, propter nanque quantitatem & humiditatem. Est enim secundum Alexandrum quotidiana diues materia grossa & uiscosa, uelocius ad putredinem aggregatur, & putrescit his facilius, propter uero viscositatem eius manet peramplius putrefactio. Nō enim potest ut plures aliorum resolui: sed propter frigiditatem aliqualem & locum forinsecum desistit putrescere, non per multum ita ut tempus putrefactionis eiusdem sit peramplius quietis hora. Melancholia quoque, quia grossa, pauca frig. & sic. cæteris tardius putrefactioni subiicitur. tamen quia est corpus humidum liquidum seu currens: humor enim & quod tale putrefactioni est aptum, & proprie quando calorem suscepit extraneum. Quando autem mota fuerit diutius eius perdurat exacerbatio propter impesionerm in subiecto factam terrestriori: ceu quæ in lapide ostendit facta ut tē pore ampliori interpolet quàm paroxysmus extat. Cholera uero subtilis medium inter hos obtinet humores, nec ita ad putrefactionem ut phlegma est apta, neque ut melācholia indispo sita, minoris enim quantitatis existens, quàm phlegma & amplioris quàm melācholia ut ostē sum differentia. 32. Et quia calida est & subtilis plus recipit pasionem 4. prima & febrium. 2. celerius aggregatur ad putrefactionē quàm melancolia. Sed quoniam sicca amara putrefactioni resistit: & quia subtilis celeriter dissoluitur vt eius paroxismus non permaneat diu. Est nanque in subiectum subtile facta impresio, quod cito suscipit citoque susceptum perdit, ut aer denotat autumni: ita ut tempore minori affligat quartana, minorique pauset. Præter autem hæc quæ humoris, oportet attendere robur uirtutis, ac eius oppositum cum habitu

corporis

corporis raro uel denſo, & diſpoſitionem etiã particulæ mittentis & recipientis febrium apparens.2. Ex his itaque colligatur diuerſitas paroxiſmi & quietis interpolatarum ex his quæ intranea ſunt humorum oſtenſa. Sed circa prædicta euenit dubitare; quia cõceſſum eſt multitudinem ad putrefactionẽ diſponere, & quod mouetur amplius putreſcere. Quorum contraria quartus continet meteorum; ita multũ quidem minus putreſcit pauco. Similiter quod mouetur & fluit, minus putreſcit quàm nõ motũ. Dicendum ꝙ uera ſunt hæc, ſiquidem multum & motum tranſpirationem ſuſcipiant; quia in his uirtus conſeruatiua exiſtit intenſior, nõ putreſcunt. Si uero euentatione careant ſecus cõtingit, ſimiliter & uerum ſit cum multũ & paucum & motum & quietum æqualiter fuerint apta uel indiſpoſita putreſcere; ut ſang. denotant & melancholia. Si autem humores referantur ad extrinſeca, dupliciter euenit ſicut & ea duo exiſtunt. Aut enim ſe habent per modum agentium principalium. Et ita cœlorum corpora. uel inſtrumentorum. & tunc elementa quibus dupliciter appropriantur, aut ratione ſubſtantiæ, uel accidentis. Et id uel qualitatis uel quantitatis, uel etiam motus. Siquidem ratione qualitatis dicendum ꝙ cum ſang. ueri attribuatur, cui caliditas inſunt & humiditas, ſintque qualitates hæ motus & confluxus cauſatiuæ maxime expandendo ſe aſsidue a centro ad circunferentias. Calor enim mouet humiditatem, & ipſa tanquam celerius paſsibile dilatatur ſecum, & ad exteriora expanditur, ita ut motus hic abſque periodo continuetur in finem. Et quia frigiditas eſt in phlegmate humiditati coniuncta motum eius impedit expanſiuum prætactum, uerum quia non multa & caloris ſuſceptiua accidentis; ut ex oppilatione quam cauſa; licet motus eius ſit ad intra, febrẽ interpolatam cauſat. At quia in cholera caliditas cõiuncta ſiccitati mouere habet ad extra. Siccitas uero contra, motus impeditur calidi, ut interpolatio maior quàm in phlegmate interueniat. Sed quia in melancholia frigiditas eſt ſiccitati admiſta, cum utræque conſtringant & reducant ad intrinſeca confluxus tardatur ipſius, ut quies ſit maior exacerbatione quæ etiã protenditur amplius quàm expetant qualitates propter ſubſtantiam terreſtrem in qua facta extat impreſsio: ſicut in cholera eſt minor quã exquirat propter ſubſtantiam huic oppoſitam. Ita nanq; huiuſmodi qualitates uidentur operari in uniuerſo. Si autem intendatur in motus elementorum, inueniuntur humores utcunque ſibi correſpondentes: nam ignis ſecundum eius partem ſuperiorem motu orbis agitatur: & non totus ut oſtendit cinis permanens ſacrificiorum repertus in anno ſequenti. 26. proble. ita & cholera ſibi contributa minori tempore mouetur: quieſcitque ampliori. Et quia aer in continuo extat motu & turbatione ut denotãt athomi in ipſo comprehenſi: ſan. ei appropriatus: ſimiliter agitabitur poſtquam moueri inceperit donec ceſſet omniquaque continue. Sed quoniã aqua minus illo mouetur: motũ enim habet refluxũ acceſsionis & receſsionis in quo quies intercidit phyſicorum.8. Phlegma quidem illi aſcriptum diutius mouebitur per parum quietatum: at quia melancholia proportionatur terræ: quæ minime mouetur ſecundũ totum: uerum ſecundum partes magis. vnde Comment. phyſicorum primo. Dubitatur de partibus quæ ſunt apud centrum terræ utrum poſsit moueri, an nõ, præ aliis cum difficultate mouebitur diutius quietata, motus tamen eius longæuus perdurat. Ratione quidem attributionis in ſubſtantia perſuadetur: quia quanto humor fuerit ſubtilior, tanto erit mobilior: ceu cholera exceptiua impreſsionis non retentiua: & quãto groſsior, tanto motui ineptior: ut melancholia deſignat: ſicut in elemẽtis euenit præter ignem: qui eius ſubſtantiæ ſubtilitate non omnifariam motus perſequitur orbis. Ex parte quidem quantitatis in humoribus inſtantiam non recipit. Quanto nanque augmentatiores, tanto mobiliores & contra, in elementis uero propter id quod dictum eſt in igne. Si uero humores reducãtur ſimpliciter in cœleſtia vel in lunam cum elementari materia ſibi contributa, aut in planetas, ut dicat tunc ineſt alicui ꝙ melancholia proportionetur. Saturno ratione frigiditatis & ſiccitatis motusq; tardi. Ipſe nanque ut teſtantur aſtrologi tarde mouetur ſecundum motum longitudinis qui in oriens connaturalior eſt ſibi. ſimiliter ſecundum motum retrogradationis qui ſibi innaturalior eſt, uidetur nanque diu ſubire. Sic & melancholia longum habet interuallum, ac etiam paroxiſmum. Cholera uero datur Marti calido & ſicco minus Saturno tardo in quo etiam motus longitudinis connaturalis illi eſt longior, retrogradationis autem breuior, quam etiam in melancholia, quietis reſpectu. Phlegma uero lunæ aſcribitur mutabiliori frigidæ & humidæ, cuius motus eſt præceps, laborioſus, modicæ quieti; ut declarabitur coniunctus. Ideoque ipſum diutius mouetur per parum quietatum. Sã quis quoque Ioui principaliter aſcribitur calido & humido, ac cæteris planetis, cũ ipſe fons uitæ alimenti, & totius exiſtat naturæ, & quia eius motus eſt continuus. Sol enim nunquam retrocedit, neque alij una, ideo motus extat ipſius continuus. Propter huiuſmodi quoque tertium & partem digeſtionis alteram præcuntis immediate ſciendnm, ꝙ hu. quanquam natura complexionali filii pronuntientur ab Halyab. &

lyab. & Isaac elementorum, eorum enim qualitates his ascribuntur:ut cholera calida, & sicca igni proportionata &c. substantia tamen ipsorũ coaptantur aquæ amplius: quod ostendit corporis resolutio. Nã humiditates subtiliant & fiunt vapores primo theo. vapor autẽ est humiditas aquea minutatim decisa, simplicium primo.& febriũ Isaac quinto humores conuertuntur ad aquam. Cum igitur phlegma sit aqua proprie ac luna ei ascribatur & proportionabiliter ipsum ceu aqua confluxum habebit. Et q͂a in hac concidit quies, accessus enim & recessus (ut prætactum) motus est reflexus in quo quies interuenit media:sine nanq; ea duo motus recti nequeunt copulari: similiter euenit in phlegmate, quia motus eius est plurimus ceu.18.horarum:quies autem modica vt.6. Quod dearticulatur: sicut enim in luna propter paruitatẽ epicicli, & motus lunæ in illo velocitatem: nõ percipitur statio, directio, neq; retrogradatio: sed uelocitas tantum quãdo fuerit in parte inferiori epicicli,& tarditas quando in superiori: sic etiam in phlegmate modica sentitur pausa & falsa:unde.4.prima.Phlegmatica non eradicatur quin ibi sint reliquiæ occultæ. quare febrium secundo.Non expurgatur finaliter in paroxismi declinatione. Sunt autem.& 6. huiusmodi quietis horæ: quia inundationes aquæ & vniuersaliter humidorum, ut ostendetur differentia.168. tãto completur spatio, in sex enim horarum spatio quartam peragunt cœli vnam. Et quia phlegma non poterat motum lunæ ac aquæ consequi omnino in una lunæ cœli gyratione, quæ tempore minori perficitur.24. horarum æquinoctialium deficit ab illius motu in sex horis fere. Celerius enim ipsa sole orbem percurrit proprio motu. Et ideo velocius ad punctum peruenit præfixum. Et quia melancolia minime compar est aquæ & lunæ: ideo motũ earum imitatur quam parũ. Cum enim sit ad motum & ad impressionem suscipiendã indispositа: propter substantiam grossam, & qualitates motui obuias, nõ solum vnam oportet lunæ cœli circulationem præcedere vt agitetur: sed & duas, vt tandem dispositione lunæ diu affecta in tertia eius moueatur circuitione in qua concitatur omnino propter virtutẽ ipsius in subiecto terrestriori impressam. Eius autem Isaac quietem soli ascribit qui in 24. horarum spatio ad eundem reuertitur punctum. Et quia cholera medium inter hos obtinet humores: ipsa mediocriter mouebitur & quietabitur: quoniam post phlegma plus participat aquę substantia & lunæ: vigore tamen propinquior est melancholiæ quam phlegmati. Non solum sex horis quietatur vt id neque 48. vt melancholia: sed medium geometricum obtinet appropinquando melancholiæ motui amplius quia 36. Non enim potuit vna circulatio ne moueri vt phlegma: neque duas postulauit ceu melancholia: sed sibi vna satis affuit cum dimidia. Neq; tanto mouetur tẽpore vt phlegma cum minus concitari sit apta tanquam mouentium minus participans proprietate neque vt melancholia: sed medium obtinuit sicut.12. horas. Ipsa nanq; subtilis impressionem susceptiua celerius derelinquit. Nosce siquidem ꝙ neque in talibus terminos expedit omnino præcisos inuestigare: vnde de his febrium secundo. Diligentissima subtilitas videtur importuna: cum etiam aqua non præcisus omnifariam concitetur à luna. Motus enim & coniunctiones peramplius tempus effectum inducunt & maxime superiorũ orbium & planetarum. Causæ nanq; plurimum non semper tempore coniunguntur effectui. Quædam nanque plurimũ distat ab eo vt generans à genito. Alia vero cõcomitatur instantanee. vt illuminatio illuminans: nonnulla quidẽ medium obtinens vt causa sufficiens calefaciens aliqua. Ad cuius separationem aliquãdiu permanet calor: qualis est luna humorum concitatiua ac etiã aquæ. Quod autem fulcit amplius quod dictum est: quia cõfluxus humorum & pausa credo quòd sit lunæ periodo: vt aut 18. vel 6. vel 36. aut 12. seu 48. uel 24. semper enim sex horæ: quadrę mora seruantur illæsæ. Sic itaq; phlegmatis motus cũ eius quiete & cholerę quies cum motu proportionẽ seruant in numeris tripli: in qua diapente diapason locatur conuerso tamen modo: quia in phlegmate triplum est hora motus ad eam quę quietis:in cholera uero contra. Motus uero melancholiæ cum eius mora proportionem constituit dupli ex qua symphonia consurgit diapason. differentia 83. Quod autem prædicti motus non concidant vt diffinitũ: euenit quia non directe consequuntur motum lunæ, neq; aquis proportionantur effluxum manifestum habentibus: sed alterius. At quia san. aquæ ꝓportionatur fluxui: propterea in motu extat:ut illa continue periodum non recipiens quiete distinctum. Accõmodatusq; etiam est aeri: qui in grandi extat turbatione. tum propter planetas plurimos ipsum cõcitantes: tũq; substantiam & qualitatem illius passibiles uehementer: cum id ut dictum sit difficile. vnde criticorum 3. Non facile sit causam assignare: cur in acutis morbis ut ad multum sit paroxismus per tertium: in chronicis uero quotidie aut in 4. Sed dubitatio emergit impressa: quia Cõmen. primo & 2.cœ. & mun.dixit Ari. in lib. de animalibus quòd natura lunæ cõmunicans est, cum natura terræ propter luminis in se defectũ. Cuius seriæ.3. de ge.Terra videt cõicans quartę substantiæ:sed aquæ contributa est luna. Dicendũ,ꝙ vtriq;:principalius tamen

aquæ

aquæ proportionatur fortaſſe natura & motu quod eius oſtendit actus, terræ non ſic ignobilitate & opacitate, ſed non tantum actione.

Propter quartum vero. ad primum dicendum, ꝙ licet ſang. non confluat periodice, nihilominus alii humores poſſunt interpolate cõ fluere. Cauſa nanque particularis eſt, qua non ſic ſanguis poteſt confluere, licet etiam ſang. ſit multus, quando tamẽ peccat natura magis iraſcitur contra ipſum, cum grauior ſit offenſa quanto committens proximior extiterit. Neque locus eius eſt latus quod requiritur conflu xui; ſecundum Albumaſar, licet ſit profundus & longus. Aut fortaſsis hunc periodicare quis ſentiet, non tamen propter maiorem motum ipſius percipietur, quia motus parui latent ſecus maiores, de ſomno & uigilia. & in de ſenſu & ſenſato. Motus maior ſemper minorem depellit. Dicendum etiam ꝙ motus non eſt hic humoris proportionatus elementis prout habent ipſum à generante, ſed ab aliqua uirtute ſuperiore eis (ut oſtenſum) indita. neque con fluxus humorum euenit motu orbis aut planetarum totali, ſed ut uiſum magis particulari ut lunæ per quadras quæ ſecundum Alchebitium dat diſpoſitionem ſuã omnibus aliis planetis id eſt reddit ſe diſpoſitam ad omnium pla netarum ſuſcipiendam uirtutem. Cui Saturnus in hoc aduerſatur. humores etiam ut oſtenſum motibus & quietibus apparentibus particularibus & naturis ſimilantur utcunque. Et noſce ꝙ huiuſmodi confluxus & motus eſt naturalis natura vniuerſaliori ut lunæ: licet violentiam quandam importet ratione naturæ particularis ut aquæ uel humorum ut apparuit differentia. 15. Ad aliud dicendum ꝙ ſit a natura infe riori tanquam à natura diſpoſita uirtutem ſuperiorum recipere: ab his autem tanquã ab imprimente cauſa primordiali. Neque eſt quòd ſuperiora non agant: quia nõ communicent in materia, cum hoc uerificetur in his quæ agunt formaliter: non autem in illis quæ efficienter. Superiora nanque non ſunt ut hæc formaliter talia: ſed effectiue. Non enim ſunt compoſita ex elementis: ſed eſt quinta per ſe altera eſſentia: primo cœ. & mun. Aut una eſt omnium ma teria per indifferentiam formarum. Ad aliud dicendum ꝙ quando quis ægrotat ſic humores ac eius cõplexio animæ inſtrumentum ſunt diſtracta ut agenti nõ obediant principali: ſed ſponte ſeipſis ab eius recedant principatu: & ideo alteri naturæ ſubiiciuntur ut ſuperiori. Ad aliud dicendum, ꝙ non ſolum calidum & uentoſitas exquiruntur ad motum, uerum etiã plura tam materiæ attributa, quam agenti, ut oſtenſum antea. Melancholia etiam uentoſa innaturalis eſt magis de qua ſermo Ari. non au tem naturalis ita. Ad aliud dicendum, ꝙ arguit difficultatem confluxus, nõn autem impoſſibilitatem: licet enim melancholia terræ proportionetur, non tamen eſt terrea omnino: ſed habet humidum tantum ut ſub natura collocetur humoris. Et naq; corpus humidum currẽs. Similiter ſi non mouetur ſecundũ totum terra, aut partes propinquas centro: aliæ tamẽ diſtantes ſucceſsiue motu mouentur octauæ ſpheræ. ut dictũ eſt differentia. 16. Neq; cholera ratione ſaltem ſubſtantiæ aquæ, ut declaratum extra oppoſita.

Quæſtio III.

Quod ſanguis putreſcens generet febrem ſanguineam, & nõ choleričam ſeu aliam oſten ditur. Hippo. contra Gal. introducto. 4. prima. Rurſus Ioannitius. Simplices quatuor ſunt atque ſingulares putredinis modi: quorum primus ex putredine fit ſan. comburentis utranq; partem interiorem & exteriorem, ut eſt ſynochus ſecundus &c. Eti. Aurelius. Species febrium ex corrupto humore ſunt quatuor: ſyno cha: anſimerina: tritea, & tetratea: humores au tem ſunt quatuor ſolum. Itidem tertio criticorum. Febris eſt concluſa quam Græci nomi nant ſynochum: & eſt illa quæ moratur ab initio ſui eſſe uſque ad horam criſis ſecundum ſimilitudinem diſpoſitionis unius, in qua non eſt apparens additio neque diminutio, uerum in omnibus diebus æqualiter. Sed ſi ſan. conuerteretur in choleram, eſſet additio & diminutio manifeſta, quia cholera mouetur per tertium etiam ſi faciat febrem continuam, præter forte cauſonem qualis non eſt febris huiuſmo di. Adhuc ſang. putreſcens febrem generat uel ſanguineam & ita quod intentum: aut aliã. non quidem phlegmaticam: cum ſan. non conuertatur in phlegma. Quod enim coctum eſt, aut aſſatum, incrudari non poteſt. theo. primo. & colliget. 3. Neque quartanam, eo quòd ipſa incineratione humorum poſt putredinem relicta cauſatur, ſibi humiditate etiam aduenien te extranea. Quæſitum autem actum putredinis importat, ſimiliter neque choleričam ut ter tianam: etenim huiuſmodi cholera cauſabitur, aut per ſuperfluam in hepate ſang. decoctionẽ, qua quidem ſic febrem non inducit. Aut per putrefactionem generatur ex ſang. Sed cum huiuſmodi generationem præcedit putredo, & ipſa ſit cauſa febris cõiuncta & immediate, aut erit febris ſanguinis antequam ſit eius conuerſio in choleram, & quàm febris cholerica. & ideo. A. Putredo non habet tempus & conuerſio ſanguinis in choleram non fit niſi in tempore. Palin. cholera cum facilis ſit motus & trãſitus in aliud, ſui caliditate tranſmutationem inducens, & illam ſiccitate ſubſtentans, uidetur quòd eius putredo febrem nõ generet cholericam,

lericam, sed melancholicam magis. Cum igitur si quod minus uidetur adesse adest, & quod amplius. Sed cholera sic agilis & permutabilis febrem facit tertianam & nõ melancholicam, & san. continuam putrescens generabit sanguineam & non cholericam. Amplius illa uidetur feb. sanguinis cui cura adhibetur ægritudinis sanguineæ libro Glauconi inscripto; distinguenti quidem synochæ species tres conditionibus existentibus in omnibus ad sanguinis euacuationem, maxime ex uirtute, & ætate sumptis euacuandam multitudinem fore præcipitur sanguinis grandem: immo 9. therapeuticæ. inducũtur duo iuuenes liber, scilicet & seruus, quorum unus patiebatur synocham inflammatiuam sine putredine, alter uero synochum cũ putredine, quibus usque ad lippotomiam sanguinem præcipitur euacuari. Cum igitur ipsius eductio tanta propria sit ægritudinis sanguineæ: non enim in cholerica, aut melancholica, aut phlegmatica ut sic expedit san. eductio nedum tanta. Putrescens itaque sang. febrem faciet sang. & non aliam.

Huiusmodi quoque oppositum crisium & febrium secundis capitulis secundis. Apparet enim superficietenus quòd sanguis cum putrescit: eius subtile conuertatur in choleram, ex quo quidem febris generatur cholerica & non sanguinea, grossum uero in melancholiam. Cũ enim aliquid putrefit, duæ partes in ipso consurgunt grossum uidelicet & subtile: transcendit enim maxime sang. cum putrefit, hic subtile quidem cholera rubea fit, is autem nigra febrium 2. Et confirmatur quia crisium prædicto. Addiscere oportet in sermonibus qui febriunt quòd tria uniuersa sunt genera earum quæ in putrefactis accenduntur febrium. Nam quædam quidem in rubea cholera: & plurimæ sunt hæ. quædam uero in nigra: & aliæ in phlegmate consistunt. Rursus humores sunt filij elementorum. Cum igitur sang. filietur & proportionetur aeri, aut autem inter cætera elementa est altera bilis & permutabilis: differẽtia 14. & 16. Sanguis quidem præaliis humoribus permutabilis existens putrescens in suis non permanebit terminis, sed in alios potius conuertetur hu. Et confirmatur, quoniam sanguis inter humores sicut tradunt solus est dulcis. Quod autem est huiusmodi quando supercalefit & inflammatur uelociter permutatur in choleram. Et ideo prohibent ne in febribus & maxime cholericis administrentur dulcia. Amp̃. si sang. putrescens permaneret san. & non conuerteretur ad choleram, iam ægritudo eius curari non posset, cum careamus medicina san. eductiua. Refert enim Gal. de uirtute pharmacorum libello se præsidem induxisse oculis ligatis, ne aliis panderet illum suspendi, qui medicinam nouerat sanguinis eductiuam propter quod sang. putrescens ægritudinem aliam seu febrem generabit & non sanguineam.

Propter primum quidem sciendum, ꝙ quid sit san. cum aliis hu. ostensum est differẽtia 33. & 30. quid uero putredo & febris differentia 159. & 87. Febris autem sang. siue sit ex inflammatione ut synocha, seu ex putredine ut synochus ipsius. 3. sunt modi. 9. de inge. febrium 2. & colliget 7. Vnus quidem æqualiter extensus Græce dictus homoteneus. sicut enim incipit: ita usq; ad statum permanet cum æqualiter resoluatur ei quod superebullit & putrescit cæteris maior & periculosior: ad Glauconẽ primo. Et alius augmasticus siue augmẽtatiuus dictus à principio usque ad statum crescens continue. Minus enim euaporat in fumum quàm inflammetur & computreat. Et tertius peraugmasticus seu deaugmẽtatiuus oppositus in causa medio. Singuli tamen hi synocho adaptantur de putredine sang. facto: quamuis secundum Gal. synochæ conueniant consequenter ac cæteris putridis etiam secundum Ioannitium. Sicque percepi.

Propter secundum uero sciẽdum prius quid dixerunt de hoc moderni; & antiquiores deinceps. Cuius quidem primi gratia, nosce quòd nonnulli utrinque argentes in quæsito hæsitauere responsionem assignare ob crimen, quod A. imponit Gal. nescientes uiam ueritatis fortassis. Aut non audentes eligere partem circa id quod hactenus difficile reputatum: sed se potius excusantes: non esse literatorum uirorum lites dirimere: sed sopire & cum honore sepelire. Alij uero protulerunt semet non esse iudices inter Gale. & Auer. neque partem uelle, sed sufficere quod ad utranque inductum est partem. Propter uero huiusmodi secundum sciendum, quòd fere omnium medicorum sapiunt sermones indistincte, quòd sang. putrescens febrem generat sanguineam ut Serapio, Ras. Halyabba. Alexander Isaac & maxime A. quod & Gale. sensit 9. de inge. inquiens quòd in iuuene seruo patiente nocte synochum de putredine sang. in tertia nocte, neque in alijs fuit factus paroxismus per tertiam. minor tamen quàm prius aliqua facta febre fuit tamen peraugmastica siue declinatiua. Non igitur sanguis conuersus fuit in choleram: febrem cholericam & non sanguineam causans. A. uero contra Gal. hic grauiter proteruit, non enim sufficit ei hunc irrationabiliter reprehendere: uerum & sermonem eius mendacium continere ait purum. Et simile in ipsum adducit. 9. animalium eum inquiens olfecisse medietatem uniuscuiusque rei, & sciuisse multum de ramis: sed radices ignorasse scientiæ. Cuius quidem series 4. prima opinatus

est Gal. non fieri febrem sanguinis ab eius putredine: eo ꝙ san. quando putrescit fit cholera & non permanet sang. Fit ergo tunc febris cholerica & non sanguinea:fitq; causon & tertiana,& curat ipsam curatione causonis& tertianæ. Deinde hunc A. sermonem impugnans dicit contrarium fore Hippoc. & ueritati non conuenire. Assumit enim hanc orationem. Sanguis quando putrefit fit cholera. Et dicit ꝙ ex ea potest duplex capi intellectus. Quorũ unus est,quòd post putredinem iam factam san.conuertatur in choleram. Alter uero ut in ipsa fieri putredinis hoc contingat, sicut nomen sapit hic magis alterationis& putredinis huiusmodi , aut duplicem intellectum orationis præfatæ multipliciter impugnat, primum quidem tripliciter. Quoniam sang. quando putrefit non fit conuersio solum in choleram,uerum eius grossum conuertitur in melancholiã: non igitur fiet febris cholerica tantum,sed etiã melancholica. Adhuc consideratio quam intendimus est in fieri putredinis: non autem in facto esse ipsius:quod fieri putrefactione contingit: putredo enim in fieri est causa febris:nõ autem in facto esse. Eti.non est necesse ꝙ si cholera fiat post putrefactionem sang.ꝙ sit putrefacta & febrem faciat,quoniam ex putrido generatur quod non est putridum: ut apparet in generationem uermium ex stercoribus. sic igitur falsus est intellectus denotans sanguinem quando putrefit idest post fieri putredinem,cõuerti in choleram. Dico quoque ꝙ ipse Gal. hunc non habuit intellectum:cũ febris sit ægritudo fiens putrida & non facta. Neque etiam ut dicatur ad primum grossum terrestre sic est natum gignere febrem melancholicam ut subtile igneum cholericam: quoniam parum est quid humorum fieri terrestre. Quod lignorum ostendit incensio,ubi per plurimum euaporat: modicum autem subsidet:febrium 2.Est etiam terrestre modicũ relatione eius quod essumat & in choleram conuertitur: plus nanque ualde distat cholera à melancholia, quàm hæc à sanguine. Intellectum uero secundum ut ꝙ in ipso fieri putredinis, san. conuertatur in cholerã tripliciter similiter deprauat A. Hipp. quidem primo dicentem febrem san. ex eius putredine fieri: & hanc ueritatem sanam existere. Rursus putredo est uia in corruptionem: putredo autem non habet tempus. Et conuersio sang. in choleram fit in tempore. Vult igitur habere ꝙ cum putredo præcedat conuersionem sanguinis in choleram,& ipsa sit immediata causa febris & perfecta ꝙ ante conuersionem san. in choleram febris erit sanguinea. Adhuc simile est de sang.& aliis hu.sed alij humores quando putrefiunt permanent idem, & febres sibi generant proportionales, utputa phlegma putrefactum phlegma dicitur & febrem phlegmaticam inducit:& sic cholera, & melancholia. Neque conuertuntur ad inuicem nisi post putredinis complementum: propter quod & san. putrefactus & erit sang. & febrem faciet sanguineam. Subtilem quoque Gal.& Auer.hic eius fautoris quis considerãs intellectum & magis ueritati attendens, quæ inducta sunt per A. in destructionem intellectus secundi,propositionis præmissæ poterit breuiter remouere. Et primo quia ad auctoritatem Hipp. quid dicendum apparebit consequenter. Ad aliud quod dicit putredinem non habere tempus: conuersionem uero sang. in choleram habere: dicet aduersarius id non continere veritatem: secundum perspicacem Ari. intellectum: eo ꝙ putredo seu putrefactio est alteratio quædam, sicut & nomen indicat actionis. Alteratio enim & actio omnis manente subiecto fit in tempore.physicorũ 5. & de gen. primo. Neque etiã conuersionem sang.in choleram dicet antigonista habere tempus: sed in instanti fieri: eo ꝙ istud est generari.generatio autem fit in instãti ibidem:cum sit formæ substantialis datio: impartibilis enim substantialis forma: & omne quod mouetur & alteratur fit diuisibile. In hoc nanque differt alteratio à generatione:quoniã alteratio fit in tempore manente subiecto: generatio autem in instanti hoc toto in hoc totũ transmutato,de gene.& cor.primo. Hæc quoque quis adminiculator A. prohibere non potest uere nisi dicat A. improprie suscipere alterationem ut paruum tempus eius pręcedens generationem uocet non esse,uel habere tempus: & etiam improprie generationem non pro datione formæ in momento accipit: uerum generationem appellet tã dationem formę quàm alterationem etiam temporalem præeuntem introductionem formæ in materiam. Adhuc in eo sic exposito itur & fulcito:quoniam si par uum tempus uocet non habere tẽpus cum eius improprietate: in illo etiam exiguo temporis poterit esse aliquod tempus: in quo & febris erit sanguinea:& postea cum sit citi motus trãsmutabitur in cholericam. Quod ex ipsius apparet terminatione multotiens in quarta tertio crisium:& 4.prima,ut manifestabitur ex dicendis. Ad tertium præinductum A. dicendum: ꝙ non est simile de san. & alijs hu. Nam sang. cum sit temperatus filius & amicus naturæ indiuisibiliter magis & minori latitudine terminis angustioribus terminata alij hu. se habet ad naturam: simplicior enim est aliis. febrium secundo. Reliqui nanque hu.distemperati magis & quasi ipsius inimici ampliorem latitudinem habent ad naturam: & eos sub maiori latitudine dimittit peccantes. Sanguinem enim amplius corrigit, ut pater filium. Quod apparet,

paret. proble. 5. Mensurata enim corporum laborant multotiens & permutantur facile: eo quòd temperatum propter partium homogeneitatem redactam ad quoddam fere punctale & contrarietatem quam habet cum extremis: plus paratum est & velocius permutari. Testor quoque A. minus sufficienter considerasse ac superficietenus sermonem Gale. & ideo magis gratis ipsum condemnasse. Quod ut appareat: denique sermones adducuntur ipsius ut clarius eius habeatur intellectus intentio. In secundo nanque febrium nulla deterior est hac inuestigatio: verum velut in aliis hu. accenduntur ex putrefactione febres: ita & in sanguine putrefacto: quam quidem quæstionem visus est determinare in alteram partem magis: vt quando sang. in aliqua particula contra naturam continetur, & non in venis, & corde, velut in apostemate phlegmatico. Inquit enim quando in aliqua particula animalis coaceruatur sang. amplior super virtutem oppilans propter grossitiem parua vasa vel obstructus propter multitudinem sicut contingit secundum bubones & pustulas & vniuersaliter dicendum secũdum omnes phlegmones. In talibus nanque dispositionibus duplici de causa corrumpitur sang. tum quia non trasspirat: tum etiam quoniam non detinetur à natura: hoc est in eius loco. quia sicut locus est, ita & natura operatur. Quæ enim hæc duo in se continent: necesse est corrumpi & maxime velut in fructibus & seminibus apparet, & in sanguine extra locum suum situato. vnde apho. 6. Si sanguis in ventrem id est in concauitatem præter naturam effundatur: necesse est putrefieri. Quod quidem hic Gal. determinat in pleuriticis. In his enim sang. transmutatur in choleram: ita quòd analogiam per hoc paroxismorum suscipiunt tertianæ. In quibus quantum sang. subtilissimum existit & pingue: in flauam trasmutatur choleram quantum vero grossius in nigram. Secundo vero crisium. Quando sang. qui secundum naturam habet constipatus fuerit vt in reumatico loco putrefiet: phlegmon quidem passio est simplex, aut ab ipso febris accendetur similis maxime ephemeris: qui in bubonibus fiunt: nam bubo ex sanguine fit optimo, sed manifestum quòd quando inceperit putrefieri non vltra is permanet bonus, verum iam cholericus fit. Et constat ex hoc esse tria vniuersa genera simplicium febrium. Quæ nanque ex sanguine putrefiente fit, iam qualitercunque cholerica: & reliqua. Non ergo simpliciter id esse asserit: sed cum modificatione quadam: apparuit quoque ex Gale. differentia 32. quòd ipse arctius suscepit sanguinem quàm A. quare celerius potest in choleram permutari. Auer. quoque sententia huic licet occultius assimilatur sermoni. In tertio nanque colliget. Febres sanguinis generantur propter eius exitum extra naturam in quantitate aut qualitate: sed eius exitus in qualitate debet esse paucus, quoniam quando exit multum, tunc debet ægritudo attribui nomini illius ægritudinis ad quã declinat, & illi cui dominatur manifeste: hoc est: quia quando nimis inflammatur debet attribui choleræ. De hoc quoque quarto eiusdem. Febris sanguinis typum non habet: eo quòd sanguis ipsam faciens est in venis. Excepto si fieret propter apostema nominatũ phlegmon: quod in membrorum aliquo foret generatum principalium: velut in hepate & diaphragmate. Tunc enim in hac febre paroxismi erunt tertiani: similes choleræ paroxismi: quia quando sang. supercalefit, ad naturam choleræ declinat, & ideo in tali febre non est differentia inter febrem cholericam: cuius materia est intra uenas: & istam nisi in magis & minus. Dico ergo ipse quòd cum magis & minus speciem non uariet, quòd ista febris sangu. erit tandem specie cum cholera: cum sanguis fuerit conuersus in choleram. Dicit & denuo. Et uerba Gale. uaria sunt in febre sangu. quia aliquando dicit quòd est cholerica continua, & aliquando quòd est aliud à cholerica, & quòd non debet attribui cholericæ nisi quia non habet putrefactionem perfectam: quoniam natura istius febris est media inter febrem diei & febrem putridam. A. autem ut apparuit solum alterum puta primum accepit extremum. 7. siquidem colliget: duæ sunt species febris sanguinis: una dum sanguis nondum est putrefactus, & alia dum sanguis iam putrefieri incipit. Signanter enim dicit dum incipit putrefieri: quia procedens in putredinem transmutatur in cholerã & eius febrẽ. Sic igitur uult ꝙ sanguis non multum in putredinem mutatus feb. causet sanguineam. Quando uero uehementer in choleram conuertitur: febrem inducet tertianam.

Propter tertium quidem sciendum quòd ex his diligens superueniens intellectus ueritatem poterit animaduertere. Dico ergo ut testantur febrem sanguinis duplicem existere, unam quidem ex ipsius inflammatione con surgentem: quæ febris ebullitionis seu synocha appellatur inflammatiua ex peccato eius con- surgens quantitatiuo principali, & qualitatiuo minori sine illius putredine de qua non hæsitatur. Est autem & altera febris eueniens ex sanguine peccante in qualitate cum quantitate, do nec putredinem adipiscatur: qui quidem aut continetur in locis propriis ut in uenis & arteriis: uel præter naturam extra locum suũ in uentrem effusus. Siquidem prius cum ei non insit

nisi una quasi causa putredinis : puta prohibita transpiratio. Manet enim in loco suo hic sanguis. cum uero vehementer impingatur ad inflammationem & putredinem, poterit aliquandiu putrefieri modice & febrem sanguineam generare: absq; eo ꝙ in choleram transducatur. unde secundo febrium. Quæcunque sine periodis nullus in his patiens est locus præcipuus. Sed humores qui sunt secundum arterias & venas vniuérsas & maxime qui secundũ maximas & calidissimas sunt, uel propter aliã quandam causam ut in ephemeris: aut propter putredinem ebullientes accendunt febrem unã synocham à principio usque ad finem indesinentem: usq; intantum permanentem & comburentem hominem donec generantes eas humores consumantur aut digerantur uel utrunque patiantur. Apparet igitur ex hac serie ꝙ non sensit sanguinem etiam corruptum in choleram permutari uelut in præmissis. Quod ostendit quia in talibus aliquãdo in prima dierum cognitiones apparuerunt putredinis: interdum in tertia & nonnunquam in quarta. 9. therapeuticæ. Et sic diu remanet sub feb. sang. antequam in cholericam conuertatur: imo per totum si signa non appareant putredinis: usq; ad quartum cum plurimũ ut tactũ terminetur in quarta. Sic itaq; pono ꝙ in huiusmodi dispositione puta in febre quæ debet terminari in 7. ꝙ per tres dies aut quatuor sanguis ille putrefactus non multũ sub forma adhuc lata san. remanebit & febrẽ inducet sanguineam. In alijs vero diebus supercalefactus amplius & putrescens in choleram paulatine conuertetur & febrẽ generabit cholericã. Quod si fortassis interdũ motus non percipiantur choleræ tertiani, hoc euenit: eo ꝙ materia in locis propinquis existit cordi: ut in causone apparet etiã phlegmatico. In quo additio etiã & diminutio esse non ponitur. Aut propter ipsius quantitatem sicut ostendetur in phlegmate etiã extra venas existente quod & fere eius continuat afflictionem absq; quiete. differentia priori. Itaq; cum hic plures concurrant causarum: ut quantitas: situs intra uenas & prope cor: non est mirum si motus sit continuus. Si autem san. putrescens contineatur extra uenas: tunc cũ sibi duæ prius occurrant putredinis causę uidelicet prohibita transpiratio, & non à natura retentio, uel non in eius loco: sed in uentrem effusio putrescens: amplius & citius conuertetur in choleram & febrem choleræ generabit. Et istum quidem modũ situationis sanguinis in præhabitis visus est Gal. intendisse cum Auer. & maxime febrium secundo. unde 9. de inge. Si putredo quædam uel ab initio cõfestim, uel posterius innata fuerit: secundum uniuersas quidem uenas & maxime secundum magnas putredine existente: synoche. i. continuæ generantur febres. In quibus equidẽ non apparet additio neq; diminutio exacerbationis quod ꝑprie sanguini inexistit. Phlegma enim omni die mouetur: cholera autẽ de tertio in tertium: melancholia uero de quarto in quartũ: sanguis aũt continue & æquiformiter propter eius cõtinentiam intra uenas & grandem quantitatem quibus cor petit cõtinue. differentia 88. Subdit autẽ denuo. In vna uero particula animalis locatus. s. sanguis: eas quæ secundum periodum aliquam puta tertianam exacerbantur uidelicet febres cũ sang. propter causas prædictas hic magis & uelocius cõuertatur in cholerã. In tali nanq; dispositione situatus: in primo dię aut minus uel parum plus putrescens conuertetur in choleram: & demum febrem facit tertianam. Et quia Gal. ut præinductum magis in hoc loquebatur intellectu: dixit sanguinem supercalefactũ & putrefieri incipientem in flauã choleram transmutari. Non tamen propter hoc negat quin etiam in tali possit febris sanguinis generari in principio principiante putredinis maxime. Quod autẽ uoluerit febrem sanguineam fieri ex sanguinis putredine, innuit eius fidelissimus interpretũ Haly. theo. 8. eo ꝙ ipse cũ Ioannitio etiam ait febres putridas fore quatuor ex quatuor humorũ putredine factas, scilicet febrem sanguinis continuam synochum appellatam ex putredine san. fieri. Quod ostenditur. sicut enim in humiditatum prima locant febrem putridã secũdum eius principium & terminum a quo: secundum autem ipsius terminum ad quem febrem ethicam, quæ sunt febres genere differentes: multo magis febres genere cõmunicantes poterũt in eodem humore consistere. si autem aliter permutato & transducto. Sic igitur considerans subtiliter & Gal. ꝙ feb. utroque modo disposito & situato sanguine non diu stat aut parum ualde quin in choleram permutetur: uel quia simplicissima sanguinea & uerissima febris nõ permanet penitus: dixit tandem sanguinem putrescentem in choleram conuerti & febrem eius. Sic itaque exposita est recta Gal. intentio quam Auer. imitatur. Et defectus manifestatus est A. qui fortassis eius satyrico intellectu alteram solum respexit partem uolens eius dente leonino lacerare ueridicum Gal. licet in pluribus locorum ipsum se illius fateatur interpretem. consequens quoque committitur.

Propter quartum uero sciendum. Ad auctoritatem siquidem Hippocratis A. & cæterorum aliorum uolentium sanguinem putrescentem febrem generare sanguineam: dicendum ut expositum id nõ fore contra Gal. mentẽ aut amplius, & etiã citius permutari in aliã, quã ille, & maxime cũ plus loquatur de apostematum febribus sanguineis. Ad aliud dicẽdum

quòd

quòd ſicut cauſon diminutionem & augmentum non recipit ſenſibiliter, eo quòd materia ſituata eſt in locis vicinis cordi, ita neque ſynochus propter eius quantitatem uirtutis aggrauatiuam, & putredinis fumum plurimum cor continue petentem, intantum ut diuerſitas in ipſo manifeſtetur minime. Ad aliud dicendũ, quòd ſanguis putreſcens & febrem generat ſanguineam ut apparuit & alias. Nam putreſcens poteſt conſiderari tripliciter: quia aut erit in principio principiante vel prope principiũ putredinis & ſic febrem generabit ſanguineam: aut in medio putrefactionis, & tunc cholericã faciet: ſecundum tamẽ prius: vt habitum, & poſterius. vel in fine: & ita febrẽ inducet quartanam. Ad aliud dicendum, quòd ipſa cholera licet ſit facilior ad motum & maxime localem quam ſanguis ſui leuitate & calore: non tamẽ ad motum alterationis puta ad putredinem: dictum enim quòd ſanguis eſt alterabilior alijs hu. cum putredo calido & humido conficiatur qualis eſt ſan. natura. Sanguis etiam cum permutetur in choleram verſus, febris accedit ad naturam. Cum uero ea in melancholiam recedit ur ab eadem. Ad aliud dicendum, quòd licet multum veritatis adducat: tamen quid falſitatis includit. Non enim propter ſanguinem tantum expetitur phlebotomia: uerum etiam propter alios interdum hu. abundantes cũ ſanguine: ut 8. apparet de inge. tertioq; prima. Veruntamen non tanta in his quęritur euacuatio: quanta cum ſolus aut pręcipue peccet ſanguis. Inducta autem Gal. in oppoſitũ iam apparuit quomodo ſint intelligenda. Aliam ſiquidem rationem ſubſequentem cum eius cõfirmatione concedo. Conatur enim ſanguinem ex eius aptitudine ad putredinem nimia, tãdem in choleram poſſe conuerti: & in febrem tertianam poſſe tranſduci. Vel dicendum, quòd tria ſunt genera febrium ſub diuiſarum percontinuam & interpolatam. vnde criſium. 2. Tria ſunt genera febrium ſimplicium, quarum unaquæque in duas prius incidetur differentias: aut enim continuæ, uel deſinentes erunt. huiuſmodi autem ſubdiuiſionem febrium ſanguinis cum ſit continua omnis non recipit, uenas etiam poſſidens maiores quare in illis non poteſt tribus aſſociari generibus. Et ideo in eo nõ dedit Gal. cognitiones febrium ſanguinis. Aut melius intentio ipſius ibidem non erat ut ait multarum immanifeſtarum febriũ intentiones monſtrare: verum paucarum & manifeſtarum exercitationis gratia. Intentiones vero febrium ſanguinis erant difficilis cognitionis valde. vnde febrium. 2. In reliquis erat utique nulla deterior hac inueſtigatio. Non minus etiam id ad libros febrium interiorũ ac typorum pertinet 2. apparens de criſi. Ad vltimum dicendum quòd quamuis propoſitum conetur concludere, tamen poſſet calumniari utcunque: poſito etiam quòd non ſit medicina ſcita apud quoſdam ſang. eductiua: ſcitur tamen apud alios aut ſcietur differentia. 144. Vel dicendum benignius, quòd phlebotomia non ſolum debetur peccato quantitatis, ſed etiam peccato qualitatis, puta malitiæ ſanguinis uel utrique: licet non ita proprie velut quantitatis peccato, quarta primi. Quod etiam ſatis innuitur ingenii. 9. differentia 175.

Quæſtio IIII.

QVod febris ſanguinis cum alijs componatur febribus videtur: quia prima quarti non acquieſcitur opinioni eorum qui dicunt duas febres continuas non adinuicem componi ſicut duæ tertianæ. Cum igitur febris ſanguinis ſit febris continua, ipſa poterit alii ſaltem continuæ commiſceri. Adhuc componuntur febres quæ ſunt diuerſorum generum, vt ethica & putrida, quæ incomponibiles eſſe videntur. Igitur componuntur peramplius quæ ſunt unius generis, cum ſint propinquiores, ut ſanguinis putrida cũ alia putrida, quã putrida cũ ethica. Amplius ſimile videtur de febribus & apoſtematibus cũ fiant ex eiſdẽ cauſis: ſunt. n. formæ ipſorũ ſimiles. Sed apoſtema ſang. cõponitur cum aliis: ut cũ cholerico & cæteris. 2. criſiũ. & 14. de ing. Rurſus ſi cauſat ægritudinẽ ſeu febrẽ: illud de cuius natura minus eſt hoc facere: puta ſanguis qui ponitur à Gale. & Iſaac familiaris & filius naturæ, multo magis habebit cauſare illud quod nõ ſic diligitur a natura: humor enim non putreſcit niſi à regimine deſtituatur naturæ. febriũ primo & ſecundo. Itaq; ipſo putrefacto & febrẽ faciente: alij qui eo regebãtur humores putrefient & febrẽ faciẽt. Itidẽ cholera minus putreſcibilis ſanguine, compatiẽ ſecũ alias fe. ergo ſanguis multo magis cõpatietur. Itaq; feb. ſanguinis cũ reliq̃s cõponiẽ febribus.

Huiuſmodi quoq; oppoſitũ monſtratur: eo ꝙ à nullo fere auctorũ innuiẽ febrẽ ſanguinis cũ aliis cõponi febribus. Adhuc talis cõpoſitio aut erit ſecundum cõpoſitionẽ, vel cõmiſtionẽ: quod eſſe non poterit, cum ſang. ſicut tegit tingit & magneſcit ſup alios humores, ita & putredo eius ad ſe, quod eſt putredinis aut extraneitatis aliorum humorum attrahet. Aut ſecundũ vicinitatẽ, cum non ponantur ſecundo de criſi. & 8. theo. niſi hi duo modi, hic autem etiã fore non põt: q̃a ibidẽ & febriũ ſecundo. nõ diciẽ cõponi niſi quotidiana cũ tertiana, aut quartana, uel aliter quocũq; modo cõponi adinuicẽ. Cũ igitur nõ ponat febrẽ ſanguinis cũ aliis cõponi febribus, & ſit ipſum dare ſufficientem. febris itaque ſanguinis cum alijs non componetur.

Propter primum uero sciendum ꝙ quid sit febris, quidque febris sanguinis, & quota quæsitum docuit antedictum. Compositio siquidem febrium enodetur realiter primitus, deinde nominaliter. Quarti siquidem prima, & differentia utcunque. 87. Compositio febrium tripliciter existit. una quidem in genere remoto: & alia in propinquo: tertia autem in specie. In genere siquidem remoto: ceu ethica componitur cum putrida. In propinquo puta quando febres ex diuersis hu. causatæ inuicem componuntur: ut quotidiana cum tertiana, uel cum quartana. In specie quoque sicut quando una tertiana componitur cum alia, aut quartana cũ quartana, uel phlegmatica cum phlegmatica. Et cõpositio quidem huiusmodi duorum modorum ultimorum licet maxime hoc sit in secundo, aut erit secundum permistionem, aut secundum uicinitatem seu affinitatem: ut tactum a Gal. & Halyab. cum Auic. Voco autem compositionem secundũ permistionem, quando duæ materiæ differentes, febrem facientes una componuntur, aut multum, ut phlegma cum cholera, & melancholia. Aut minus ut una species choleræ cum alia, ut citrina cum uitellina, uel phlegma dulce cum acetoso uel insipido: & huiusmodi: Et talis compositio, aut erit intra uasa, sicut in febribus: duabus continuis: aut extra uelut in interpolatis. Cõpositio uero secundum uicinitatem est, quando duæ materiæ diuersæ iuxta secundum modum, aut eædem secundum tertium componuntur intra uasa, & extra, differenter febrem causantes: ita quod una faciat febrem continuam: altera uero interpolatam. Adhuc & huiusmodi febrium modus compositionis est triplex. Aut enim febris una est alij communicans, aut subintrans, aut coalternans. Communicans dicitur quando duæ febres, aut plures simul incipiunt. Subintrans vero quando una superuenit ante præcedentis separationem. Coalternans quoque ut alia adueniat post eradicationem præcedentis. 4. prima. Est autem demum secundum Halyabbatem attendere, ꝙ prædictarum compositionum quædam nomina habent. Aliæ uero nominibus carent sicut primæ quæ in genere remoto, uelut compositio est ethicæ cum putrida, ac etiam in propinquorum aliquo, sicut phlegmatica cum quartana: & sic quę in specie: ceu phlegmatica cum phlegmatica, aut cholerica cum cholerica. Secundarum uero characterizantur aliquæ sicut emitritea febris appellata. Circa cuius quidem nomen diuersificati sunt scribentes. Quidam enim rudiores dixerunt febrẽ emitriteam, cuius materia est phlegma intra putrefactum & extra. Quod rationi oppugnat nominis omnino cũ emitritæus mediam nominet tertianam. ab emis quod est media, & triteus tertianus: quod in prędicta phlegmatica non seruatur. Agatinus autem febriũ secundo uniuersas quæ extenduntur tertianas videtur emitritæas nominare: ita ut confiteatur eiusdem generis esse cum tertiana emitritæam. Et differentiam solam in magnitudine paroxismi habere: quia igitur rationem nominis non seruat, sicut priores fecerunt, peccat. Et quoniam huiusmodi quæsita magis sunt nominum quàm rerum, in eis inquit Gale. dedignior immorari. Sunt & alij dicentes triplicẽ fore emitritæum minorem: medium & maiorem: ponentes minorem quando phlegma putrescit interius: cholera uero extra: medium autem contra: minorem autem quando melancholia putrescit interius, & cholera exterius iuxta illud. Paruus emitritæus in uasis phlegma recondit. Exterius choleram, medius contrarius illi. Pessimus humor inest maiori, fel coquit extra. Alij uero in sermonibus Garimpoti promoti & Aurelij emitritæi tres dicunt modos: medium scilicet, maiorem, & minorem. Medius est qui tertianæ coniungitur: maior uero quartanæ: & minor quotidianæ. Sunt & alij qui se modernos appellant, cum his conuenientes in numero, diuersificantes penitus in componendi modo: ponunt enim minorem emitritæum quando cholera est intra uasa & phlegma extra. medium uero contra: maiorem quoque quando cholera fit intus & melancholia extra. Qui prædictorum motiua tollere conantes, moliuntur suum dictum quibusdam probabilitatibus astruere: sed quia has trahunt ex libris non recte fortassis ascriptis sapientioribus & Gale. & quoniam tale litigium potius nomen quã rẽ importat, impræsentiarũ omittatur. Illustriores quoq; medicorum: de quibus extat Gal. Serap. & Halyab. & utcunque A. cum Isaac uidentur tantum duas species emitritæi ponere, purum scilicet seu certum, & nõ purum. vocant autem purum qui factus est phlegmate intus putrefacto, & cholera extra. Non purus quoque secundum Serap. est contra. Secundum uero quosdam: dum phlegma permanet extra, & cholera intra, aut ambæ extra, uel utræque intra: quod est falsum: & quod tamẽ eti est impropriusam quamuis secundus hoc toleret febrium. Emitritæus enim est febris continua & horrida, id est in qua secundũ plurimam partem paroxismi adsunt horrores ex frigore & rigore commisti. primum autem non reperitur quando ambæ materiæ sint extra neque secundum cum sint intra feb. 2. Ista siquidem est compositio secundum uicinitatem in qua secundus crisium & febrium quadrupliciter ponitur compositio uidelicet quãdo cholera & phlegma ambæ sunt intus, aut extra, seu quando cholera intus, & phlegma extra, uel cõ

tra. Quod & tripliciter potest in his duobus ultimis euenire modis: quia aut cholera & phlegma sunt æquales & ita certus emitritæus. uel cholera superat phlegma: & sic incertus. Componitur etiam cholera cũ melancholia his quatuor modis compositionis choleræ ac phlegmatis: quorum duo naturam habebunt emitritæi triplicis etiam præter alios febrium. 2. Potest & melancholia prætactis quatuor modis phlegmati copulari: nullus tamen horum emitritæum constituet cum tertianam saltem importet mediam consurgentem à cholera. Et propter hoc tacenti ibidem. Sunt & alij omnem febrem compositam emitritæum appellantes, improprie tamen & communius. Prius autem & uerius tenendum est quod dixerunt isti postremo. Et quia talis perscrutatio magis est nominis quàm rei ait A. cum Gal. ꝙ hoc non est de illis in quibus sit vehemens occupatio habenda.

Propter secundum uero sciendum ꝙ quidã superficiales dixere febrem sanguinis ex putrefactione indifferenter componi cum alijs febribus inter uasa, seu extra. Et mouebantur: quia videbantur illis quòd alii humores haberent habilitatem cum sanguine, sicut & alij, qui putrefiunt in adinuicem: & potissime quia sanguis est maxime paratus putrefactioni. Adhuc simile putant cõtingere in febribus, vt & in apostematibus contingit: sed apostemata componuntur vt sanguineum cum aliis. Quæ quidem positio satis erronea esset inarticulata: neque eorum valent (vt apparebit consequenter) motiua. Fuerunt & alij similiter dicentes: addentes tamen febrem aliorum humorum à febre sanguinea occultari. Quod conantur ex Isaac in fine febrium confirmare. Sic etiam dicentes cadunt ut & primi & peius forte sapientes: quia in dogma sempiternæ passionis incidunt. Adhuc non est morbus aut febris qui sensibiliter non lædat operationes: cum hoc fit de ratione morbi & febris. vnde Ioãnitius. Suoq; lædit effectu. Et A. impedit operationem ita ut retineatur. sicut enim pauca aqua mista multo uino: non debet dici aqua, neque mistum ex ambobus, sed uinum: & dicitur purum etiã eo quod modicam habeat mistionem. prognosticorum. 2. similiter & febres aliæ non erunt permanentes ut dicunt cum sanguinea febre. Sunt & alii modernorum scriptores: exprimentes febrem sanguinis componi cum febre choleræ tantum. Et cum aliis non ita uidentur adaptare. Et ponuntur triplicem modum compositionis: & trinum nomen: iuxta illud quod dicitur. 14. de inge. In apostematibus mistis ex cholera & sanguine. putant enim ut alii & hi simile fore in febribus & apostematibus. Illorum quidem exprimentes ulli hanc compositionem extra uasa contingere: & dicentes ꝙ quando cholera æqualiter miscetur cum sanguine, dicitur causon synochus: & synochus causon. Quando uero cholera superat sanguinem causonem synochidem: quando uero sit contra synochum appellat causonidem. Quas etiam nituntur compositiones per signa discernere. Horum autem sermo, quia non exponitur duplicem potest habere intellectum: aut ꝙ ista cõpositio febris sanguinis cum febre choleræ fiat ex cholera præexistenti cum sanguine: quod puto eos intelligere: uel ex cholera ex sanguine generata per eius putrefactionem: cum dictum sit prius ꝙ sanguis conuertitur quando putrescit in choleram. Primus uero stare non potest: sicut tertio ostendetur dicendorum. Adhuc aut putredo choleræ præcedet: & ita ea maioratur super putrefactionem sang. & cum sang. putrefactus de se conuertatur in choleram: tũc maxime propter choleram fiet etiam conuersio in choleram: sicque febris choleræ & non sanguinis: uel sanguis præcedet & maioratur putredo super choleræ putredinem: & tunc sanguinis putredo totũ ad se contrahere quod est choleræ putrefactum, & proprie cum sit cholera de facili motiua. Neque etiam æqualis potest stare sanguinis & choleræ compositio: cũ sanguis maxime superet choleram. Sunt etiam humores citissime permutabiles.

Propter tertium quidem sciendum, primo ꝙ nullus fere Græcorũ neq; Arabum expressit febrem sanguinis cum aliis copulari: sicut etiam apparuit per eorum sermones de compositione febrium inductos: quod innuitur febrium secundo ita. febris quæ in sanguine cõsistit simplicior est his quæ in alijs sunt hu. Subdit etiam demum ꝙ non sit possibile fieri putrefactionem sanguinis secundum quandam unam partem, & quandoque secundum aliam, præterquàm si phlegmon colligẽs detineat incipientem putrefieri humorem A. tamen 4. prima de hoc quæsito sub fuga quadam talem protulit sermonem. Videtur Gal. ꝙ febris sanguinis non cõponatur cum reliquis febribus: quoniam quando putredo est in sanguine est communis omnium humorum: & in hoc est contradictio quibusdam intentionibus suis: in quo non est necesse nos prolongare sermonẽ: quoniam non iuuatur cum eo medicus: cum ipse obseruet quæ sunt sensus: hic autem alias feb. non percipit febribus sanguinis permisceri: & si intellectus id fortasse percipit. Contradictio uero ea Gal. est forte quæ secundo febrium ita seriatur. Si uirtus fuerit imbecillis facta, causa erit ut non superfluitates solum: sed & sanguis ipse corrumpatur, putrefiat, & febrem accendat. & tunc aliud quoddam principium efficietur periodorum paroxismorum: & si prædictus

ctus seruetur calor, duplex erit species febrium adinuicem complicatarum. Et ista quidem cō traditio apparebit in sequenti propositorum ex intentione Gal. Isaac vero in fine febrium. Quatuor febres impossibile est vt coniungantur, nisi quando duæ fuerint vnius materiei, & duæ nō, verbi gratia, sicut si fuerint duæ febres de cholera, & duæ de phlegmate, aut duæ de phlegmate, tertia de cholera, & quarta de melancholia. Sanguinis autem signa impossibile est ut cum aliarum signis appareat. Is enim in amplius ac abundantius in tanto corpore: quàm omnes humores alij. Qui si putrescit & febrem generat: omnes febres operit quæ cum ea sunt commistæ: propter multitudinem suæ quantitatis, & obscurat earum significationes. Fortes enim res debilem denigrant, & multum paucum: ut apparet in sole obtenebrante ignis splendorem. unde apho. secunda. Duorum dolorum simul factorum maior minorem denigrat. Manifestum itaque quòd sanguis cęteros humores si cum eo fuerint misti, obscurat. Sic igitur uoluit quòd febris sanguinis non componatur cū aliis febribus ut sit febris apud medicum dicenda cum non appareant earum significationes neque læsiones manifestæ quas habet inducere. Ex his denique deinceps ostenditur quòd febris per se sanguinis ex putrefactione non potest perdurans cum aliis febribus componi: febris autem accidens potest. Dico autem febrem per se sine apostemate: per accidens vero quæ causa consurgit apostematis. Inquio etiam ex putredine: quoniam febris ex sanguinis inflammatione non potest cum alijs febribus ea permanente componi. vnde Isaac. Neque sanguis est causa alterius febris: licet calefiat: neque ipse calefacit alios humores. Eius enim complexio tēperamento est uicina. Proinde si calefit & putrescit: non multum à temperamento egreditur. Quod autem febris putrida sanguinis per se aliis non componatur febribus ostenditur ratione: quoniam aut componetur febris sanguinis cum febre cholerica, aut melancholica, aut phlegmatica, cum non sit dare plures febres humorum. Et hæc aut intra uenas, aut extra. Non intra, quoniam sanguis prædominans caliditatem & aptitudinem ad putredinem humorū omnium aliorum ad se contrahet. Quod firmatur. Quoniam maior motus depellit minorem & occultat. de sensu & sensato. de somno & uigilia 3. & 5. de animalium generatione. Motus autem sanguinis & quantitas est maior immo maximus. Adhuc de causa longitudinis & breuitatis uitæ. Minor flamma comburitur à multa per accidens sibi subito surripiens pabulum seu alimentum. Similiter ignis minor corrumpitur à maiori. 3. cœ. & mun. & proble. prima. Multum ignis ad se modicum trahit. Cum igitur febris sanguinis sit ut maior flāma respectu aliarum, & ignis magnus multus, ipsa omnes alias comburet & ad se trahet. Febris enim sanguinis sic. alias hebetat & obtundit secundum Isaac, ut dolor maior minorem, non secundum eandem partem factus; cum uirtus sensibilis tota ad uehementiorem decurrat dolorem, ita ut uirtus hic putrefactiua. Neque potest componi cum febribus interpolatis, nō quidem cum phlegmate & melancholia. Tum quia huius materiæ non sunt paratæ ad putrefactionem quando sanguis putrescit. Tum etiam quia calidum & humidum putrefactiuū materierum ipsarum omnium ad id quod est in sanguine putredinis contrahitur & concurrit. Quod autem materia melancholię sit indisposita ostenditur, quia in diuisionibus. O quàm parum quidem quartana accidit incipiendo. unde 4. prima. Quartana plurimum euenit in successione ægritudinum putridarum, & hæc est illa quam intendimus. Et alia esse non potest cum sequatur illa aliorum humorum putrefactionem. Si igitur raro per se euenit in corpore quantuncunque melancholico, nunquam tunc eueniet in sanguineo in quo nata est fieri sanguinis putredo. unde 9. de inge. Natura febrium sanguinis neutra in macro scilicet, quantum ad melancholicum, & frigido quantū ad phlegmaticum amat consistere, quamplurimum autem in multum sanguinem habentibus, & multas carnes est ipsarum generatio. Simili quidem modo monstratur, ꝙ neque phlegmatica materia sit cum sanguine putrefieri apta, cum non multiplicetur phlegma in corporibus in quibus hoc euenit. Adhuc neque ex parte causæ putrefacientis cum talis causa tollatur propter causam sanguinis putrefactiuam, ad quam cōtrahitur causa aliarum materierum putrefactiua: imo humiditas ad putrefactionem. & causa tollitur putredinis à phlegmate, per sanguinem calefacientem & exiccantem materiam phlegmaticam frigidam & humidam & inopilatam reddentem, quæ erant putredinis causæ. Similiter id contingit in materia quartanæ maxime secundum alteram eius qualitatem; puta frigiditatem. Subtiliatur etiam eius grossities caliditate affecta, quare febris sanguinis putrida cum febre phlegmatis, & melancholiæ nō coniungetur quocunque modo, & minus cum febre choleræ. Ipsa enim sui caliditate, subtilitate & motus agilitate citissime in causas putrefacientes sanguine deducitur. Cum enim ea de se sit mobilis conuertibilis, puta quia in melancholiam transducitur. Multo itaque maius cum habebit aliquid ebulliens attractiuum, ut putrescentis sanguinis feruorem. Si autem febris fuerit per accidens, ut quæ apostematis,

tunc

tunc poterit febris ſanguinis cum aliis, & maxime cum cholerica complicari. Et id fortaſsis eſt in quo dicit. A. Gal. ſibi in quibuſdam aliis intentionibus contradicere: quod dupliciter euenire poteſt. Aut manifeſtius ceu quando duo fuerint apoſtemata, unum ex cholera in ſtomacho aut diaphragmate: aliud ex ſanguine in hepate, uel pulmone. Quando igitur harum duæ putreſient materiæ, duo conſurgent vapores putridi ſimul cor petentes, hoc enim contingere optime poteſt cum fornax & origo vniuſcuiuſque permaneat ab alia ſeparata: licet in proceſſu fiat coniunctio aliqua. Aut immanifeſtius ceu quando aliquod apoſtematū ex cholera componitur & ſanguine æqualiter maxime. Sicut enim materiæ ſunt compoſitæ, ita & fumi putridi erunt compoſiti. veruntamē non erit ita diſcretio vt in prædicta. Et ideo forſan quis non immerito febrem vnam ponet cōpoſitam & non duas. Et quæ ita ſunt febres ex apoſtematibus compoſitæ, & præcipue manifeſtæ permanent ſatis diu. Id autem non parū oſtenditur ex criſium ſecundo ita. Quandoq; accidit apoſtema in duobus membris diuerſis ſicut ſplene & hepate. & facit vnumquodque accidere febrem: quæ eſt alia à febre quā aliud euenire facit. Et quandoque accidit in membro vno apoſtema compoſitum vt ex ſanguine: cuius apoſtema dicitur phlegmon: & ex cholera quod dicitur eryſipela. Et ſubdit poſt pauca. Febris quæ accidit ex apoſtemate ſanguinis, quod eſt in aliquo membrorum, quod cunque ſit membrum, eſt præter febrem quæ accidit ex apoſtemate exiſtente in eo ex cholera. vnde ſecundo febrium (ceu tactum) non eſt poſsibile fieri putrefactionem ſecundum quan dam vnam partem: quandoque vero ſecundū aliam præter quam ſi phlegmonem colligens detineat incipientem putreſieri humorem: ſi autem eſt putrefactio ſecundum vnam partem & alteram, ſicut diuerſa erit & loco & materia: ita & febris. Propter quod poterit febris ſanguinis cū alia febriū eſſe ita pmanēs cōpoſitio.

Propter quartum quidem. ad primum dicēdum, quod licet inueniantur duæ ſimul componi continuæ, non tamen propter hoc concluditur quòd altera illarum ſit febris ſanguinea, oſtenſum ſit ipſam nō poſſe ſuo modo febribus aliis componi. quod innuit A. quando poſuit duas continuas copulari inquiens. Deinde currunt iudicia vehementiæ & interpolationis. Id autem non euenit in febre per ſe ſanguinea cū ea ſit vere continua. Ad aliud dicendum, quod licet componantur febres diuerſorum generū: non tamen propter hoc quædam propinquorum: eo quòd febres remotorum generū ſunt in diuerſis ualde ſubſtantiis non ita ſe impedientes: ſicut febres quæ ſunt in ſubſtantiis propinquis, velut ignes propinqui magis ſe impediunt & corrumpunt, & maxime cum ſint diſpares in quantitate, quam diſtantes. Febris autem ſanguinis impedit febres alias vt declaratum eſt omnes. Ad aliud dicendum: ꝙ nō eſt ſimile omnino de febribus & apoſtematibus, quia in apoſtematibus mineræ putredinis ſunt magis permanentes diſtinctæ: quàm in febribus. Conceſſum eſt etiam ꝙ febris apoſtematis ſanguinei poteſt cum alijs componi. Ad aliud dicendum: ꝙ licet ſanguis ſit minus putreſcibilis ratione filiationis & dilectionis naturæ: tamen ratione ſuæ complexionis calidæ & humidæ paratus eſt putreſieri magis. Cuius quidem putrefactio ut oſtenſum ad ſe putredinis aptitudinem omnium aliorum humorum conuertit: & actū etiam effectiuum. Ad aliud dicendum, ꝙ licet cholera ratione qualitatis non ſit adeo putreſcibilis vt ſanguis, ratione tamen odii quod ad ipſam habet, natura putreſcibilis eſt magis: ſanguis enim per oppoſitum dilectus eſt & amicus. Adhuc cholera non eſt tantæ quantitatis ꝙ ipſa ad ſe omnes contrahat humores & occultet uelut ſanguis.

Quæſtio V.

QVod ex cholera praſsina & æruginoſa feb. cauſentur videntur per Auenzoar & Auer. 3. 4. & 7. colliget. Adhuc apho. 5. primo commento. & 12. de inge. Quidam iuuenis euomuit humorem æruginoſum innatum vt melius foret ipſum dicere certiſsimam æruginem quàm ęruginoſum: omnifariam enim vere aſsimilabatur ęrugini ęris: vnde ſpaſmus ſecutus eſt: ſed ærugine purgata ceſſauit febris & a ſpaſmo ſtatim euaſit. Ex æruginoſa ſiquidem deteriore cholera accidit febris. Rurſus melancholia innaturalis facta ex aduſtione melancholiæ ſubtilis quę ebullit & fermentat terram ut acetum inducit ægritudines: puta cancrum: herpetem, & tales 14. therapeuticæ. Igitur huiuſmodi choleræ cum non videantur ſic ſæuæ ut terram uidelicet fermentantes febrem inducent: & præcipue quia febris eſt ægritudo hominibus appropriata 8. hiſtoriarum. Palin. Humor non putreſcit: primo, & ſecundo febrium, niſi à regimine derelinquatur naturæ: hi uero duo videntur omnino ab ipſa derelicti, cum ſint intantum deprauati, & naturæ reddantur velut uenenum oppoſitum humanæ. Eti. Humoris generati in uenis fumus poteſt cor petere & febrem inducere. Sed cholera praſsina, prognoſticorum ſecundo generatur in uenis, & oſtenſum poſſe putreſcere: poterit igitur ſui putrefactione ad ipſum tendere. Amplius hæ cum ſint calidæ & ſiccæ, proportionem habent cum febre. Sed eorum quæ habent proportionem

& ſymbo-

& ſymbolum, facilior eſt tranſitus. 2. generationis & corrup. & primi ſecunda. In genere proportionabili facilior eſt tranſmutatio. Et fulcitur: quia corpus humanum calefit cauſa cholerici hu. praſsini, primo prima, quod maxime eueniet quando putreſcet. Rurſus. Quæ à tota ſpecie naturæ contrariantur humanæ, ut ſcorpionis, & talium uirus perpeſsimi, febres inducunt. Non igitur propter iſtarum cholerarum malitiam: cum non ſi tanta ut huiuſmo di uenenorum ceſſabunt à febris inductione. Itidem primo prognoſticorum. Si fuerit in corpore ægro antrax, uel carbunculus, & exiccatus colorem protulerit viridem: citrinum: uel liuidum &c. Color autem viridis & liuidus his atteſtantur choleris. Ex quibus concluditur ex huiuſmodi choleris morbum ſeu fe. cauſari.

Huius quoque oppoſitum expreſsius ſenſit Iſaac febrium 5. Adhuc nullum inuenio præter duos antedictos: qui nedum febres: immo ægritudines exprimunt minime ex huiuſmodi ſic prauis hu. cauſari. Amplius. Quod maxime infeſtum naturæ continue educitur: & immanens febrem non generat, quia ipſius eſt in tempore generatio. huiuſmodi uero choleræ ſunt hæ. unde & uidemus paroxiſmaliter uomitu expelli. Propter quod cholera praſsina & æruginoſa non inducent febrem.

Propter primum quidem diſtinguendum in cholera primitus. & deinceps locus generationis uideatur & ſitus. Propter huius primum ſciendum, quòd choleram tribus inuenio ſuſcipi modis. Aliquando nanq; communiter pro omni humore: iuxta illud 7. aphor. Si febrem non à cholera habeat &c. quoniam hæc febris non eſt humoralis: ſed ephemera in ſpiritibus fundata. unde 2. re. acu. hu. crudi de genere cholerarum attrahuntur. Accipitur & proprie pro cholera dicta ruffa, & melancholia. quare primo prima. Duæ cholera phlegmati &c. Suſcipitur & magis ſtricte pro humore amaro. vnde 4. re. acu. Cum dicat quis ſimpliciter choleram: manifeſtum quoniam amara. Et tertio alimentorum. Conſuetudo eſt medicorum choleram ſimpliciter nominare: ſine ea quæ ſecundum colorem appoſitione. Eſt autem hæc cholera humor calidus & ſiccus. Cuius ſpecies ab omnibus prioribus ſunt poſitę 5. ſolū. Eſt nanque una naturalis: quæ eſt ſpuma ſanguinis: cuius color eſt ru. clarus, leuis, acuta. Quæ & rubea dicitur clara & ruffa, & flaua, & interdum citrina. Eſt & alia innaturalis quadruplex ens: vna ipſius dicitur cholera citrina ſiue crocea. Et pallida: quæ ex commiſtione conſurgit choleræ naturalis rubeæ claræ, & phlegmatis aquoſi. Et reliqua vitellina dictā quia vitellis ouorum ſimilatur nouiter natorum: conſurgens ex commiſtione choleræ naturalis p̄dictę & phlegmate coagulato vel groſſo. Gal. de cholera nigra. Quæ in vaſis vel hepate etiam ſimpliciter apud hunc & Halyabbatem generatur: ſecundum vero A. cum adiectione magis: inuenitur tamen ſecundo naturalium; cholera aduſta vitellina nominari. Et ex naturali & huiuſmodi cōmiſtione alias vniuerſas fieri. In quo Gal. præfertur aliis colliget tertio dicentibus choleram uitellinam minus calidam naturali. Sed inde cholera nigra ut dictum & id tangetur cum reliquis ſiue ecōtra concidit Gale. unde prognoſticorum 2. Flauam quippe interdum uidere groſſam & diligenter flauam euomitam & deorſum procedentem: quam ſiquidem vitellinam appellant aliqui: multotiens autem humidiorē minusq; flauam, quæ proprius citrina nominatur: per totum ſuiipſius miſtum habens phlegmaticum humorem ſubtilem aut aquoſum quod ſuperfluum. Alimentorum autem primo. Choleræ hæc quidem xanta, hæc autem ocra, ideſt vitellina. Et ſecundum magis & minus utranq; multiplicitatem obtinent: vt alias choleras prętermittam quæ apparent in corporibus infirmis. Interiorum uero quinto. Vocat choleram puram q. vitellum oui. poſtea uero quandoque viridis oſtenditur. Sic igitur alia uidetur ab aduſta: Poteſt tamen ad Auer. reſponderi, quod cholera uitellina licet dicatur aduſta à Gale. non tamen aduſtione tanta ſecundum quam hu. incinerantur nigrefacti, ſed talis eſt potius dicenda ſuperaſſatio quædam contermi natio. licet enim calor fortis aduſtionem indu ceret: materia tamen reſiſtit frigiditate phlegmatica iuxta illud prognoſticorū ſecundi. Continentis ſputum album viſcoſum rotundum à phlegmate accidere aduſto. Et ideo remanet humida viſcoſa: aduſtione etiā in ea cōceſſa ꝓpter hoc nō habet de hoc Auer. alios mordere. Neq; ſimiliter quia intenſior eſt in colore citrina. igitur eſt calidior ea. Dicendum etiā non valere: quia color non datur ſolū qualitati: ſed ad hoc etiā operatur ſubſtantia rara uel denſa. Nā ſubſtantia ſubtilis minus colorē intendit: groſſior aūt magis vt cholera flaua oſtēdit ſanguinis citrina & uitellina. Inuenitur & alia ſpecies choleræ dicta praſsina, i. porralis: colorē nanq; foliorū refert porri & ex ipſo ēt generatur. Eſt & alia ꝓpter ſimilitudinē quā hēt ad colorē ęruginis ęris: ęruginoſa dicta ſeu zinaria: & quia ēt ſimilem vt acutā & corroſiuam habet qualitatē. Vrit enim in modum veneni cum ex nimia naſcatur aduſtione. Et corrumpunt hæc duæ formā ſpecificā caloris naturalis: ſicut & venenū. Sunt nanq; de genere venenorū. colliget. 3. cū aliis cæteris, quarū origo magis exiſtit à ſtomacho. Haly. vero addit vnum innaturalem modum habentem ſcilicet colorē indici: quæ ſiquidem eſt

dem eſt expoſitio eius quod dixerat praſsina. Vel fortaſsis conſurgit per modum aduſtionis ſanguinis ut apparebit per A. conſequenter. Ipſe nanque tanquam medicinæ ſufficientior compilator, ſeptem ponit choleræ innaturalis ſpecies. Non enim expreſsit famoſas ſolum, ue rum & infamoſas. Cholera nanque innaturalis efficitur, aut quia ſibi cõmiſcetur res extranea, uel quia in ſeipſa cauſam acquirat innaturalitatis. Et prima quidem duplex exiſtit. Nam alia eſt nota famoſa, quod dupliciter etiã aduenit: quia quod ei adiungitur, uel eſt phlegma tenue, & ſic eſt citrina: aut groſſum, & ita uitellina ut dictum à Gal. extat antea. Quędam uero minus cognita & famoſa eſt cholera quæ dicitur aduſta, quæ etiam dupliciter conſurgit. Aut enim cholera rubea in ſeipſa comburitur: ita ꝙ ſubtile & cineritium remaneãt ſimul iuncta, uel ut cholera nigra ab extrinſeco choleræ occurrat naturali & ſibi admiſcetur, quæ minus eſt mala prædicta quã interdum euacuari contingit. Quæ uero ex ſe corrumpitur: ipſa etiam duplex inuenitur: nam una huiuſmodi magis generatur ab hepate: quæ eſt ſubtile ex aduſtione ſanguinis generatum, cuius groſſum cholera extat nigra. Altera uero generationẽ plus accipit à ſtomacho. Quæ iterum in praſſinam ſeparatur, & uiridem, ut æris ærugo, ut oſtenſum antea. Hæ quidem & ſi odioſæ ſint omnes naturæ, ita ꝙ etiam naturalis, propter hoc fuit ſecundum Iſaac in libro uniuerſalium diætarum in Kiſti à natura locata, extentque calidæ & ſiccæ: ſecundum tamen magis & minus. Nam deterior & calidior cæteris eſt æruginoſa: deinde praſsina: demumq; ex aduſtione ſuiipſius facta: poſtea facta ex ſubtilis aduſtione quod erat in ſanguine, deinde calidior licet non deterior naturalis rubea, clara, poſtea deterior & calidior ex commiſtione facta melancholiæ, demum citrina, ultimo quoque uitellina minus calida cæteris, licet in malitia ſit ut excedens & exceſſum ſe habens ad citrinã ratione extenſionis & intenſionis diuerſificata. Propter ſecundum huius ſciendum, ꝙ locus & modus generationis praſsinę & ęruginoſæ multiplex inuenitur aſsignatus. Gal. enim ſecundo prognoſticorum. ponit praſsinam generari in ſtomacho & fortaſſe in uenis. Plurimi uero dicunt quaſi illi conſentientes praſsinam & æruginoſam magis à ſtomacho. Cuius quidem ſeries græca. Quemadmodum fit in corpore ſecundum naturam ſe habente cholera flaua: ita & poralis altera contra naturam. Et uidetur ipſa multotiens in uentre generata aliquorum indigeſtione ciborum ut olerum quales ſunt ſiclæ, cepæ, ac caules. Apparet autem aliquando ſine hoc tale quid generari morbi ratione in uenis & reumatizare; uel in ſuperiorem uentrem aut inferiorem caliditatis in corpore contra naturam oſtenſiua. Et adhuc ibidem in antea. Flauus ſiquidem humor reſoluta ipſius ſeroſa humiditate & finita uiridis apparet, uirus uero cholera uidelicet æruginoſa prouenit &c. In ſecundo uero complexionum ponit choleram praſsinam ſimpliciter in uentre generari inquiens, ꝙ quibus in uentre calidior extat cõplexio, cholerica generatur ſuperfluitas; ſimilis praſsio uiſa. Rubea vero, aut pallida eſt omnino in quibus ex hepate exiſtit & citiſsime digerentibus. Quibus autem hæc ſimilis praſsio generatur hos oportet comediſſe, non panem aut carnem porcinam, aut quid his ſimile, ſed calidius aliquod horum; & ſolum in male digerentibus generatur in uentre. Inde nigra uero chclera, aut tactum aliqualiter, ſicut miſta ſubtilis humiditatis flaua cholera ſecundum colorem quidem pallidior fit & conſiſtentia humidior, ita quando hæc peramplius euaporauerit, crudorum ouorum propinquitate ſimilatur, & propter hoc uitellina. Ipſa quippe cholera, ſiue pallida, ſiue flaua, ſiue uitellina uideatur, in uaſis generationem habet. Secundum uero uentrem praſsina quædam generatur cholera, hanc autem taliter appellant à calore praſſorum cognominantes; ſeu & uirulentam a uiru ſcilicet eruginoſam. Iſaac quoque quinto febrium, & in diætis uniuerſalibus uult omnes præter naturalem & claram rubeam in ſtomacho generari inquiens. Naturalis ruffa habitat in felle. & uirtus eius in hepate, non naturalis eſt in ſtomacho; eſt tamen diuerſe uitellina, crocea, praſsina & æruginoſa. Quarum cauſa, quia naturalis cholera ad ſtomachũ ueniens miſcetur cum hu. in ſtomacho exiſtentibus. Quod ſi fuerint laudabiles & temperati ex cibo generati contemperato, cholera ruffa in choleram mutatur croceam naturali uicinantem. Quod ſi humores quibus cholera permiſcetur frigiditati attineant & humiditati; cholera in uitellinam conuertitur. Si autem humores inuenerit in ſtomacho calidos & acutos, ut ex pipere, ſynapi, porris, alliis & ſimilibus generatos, calor augmentatur choleræ & praſsij redditur coloris. Quod ſi iſta cholera in ſuo permanſerit acumine & calefecerit eã calor extraneus, ſicut calor temporis aut aliarum rerum, intenditur, fitque æruginoſa. Quod autem uitellina & citrina: ut aſſerit contra alios in hepate ponentes, in ſtomacho generari, ueritatem non uidetur habere: quoniam nõ poſt modicum ſubdit. Si materia febris fuerit uera cholera ideſt, ruffa, generatur cauſon: ſi crocea fit tertiana, ſi uero uitellina naſcitur emitritæus. Cum igitur materia exiſtens in uenis febrem inducat in cõtinuam, & non quæ extra: tunc nullam contingeret eſſe febrem ex cholera continuam: præter

fortaſsis

fortaſsis cauſonẽ. Dico autem fortaſsis: quia etiam choleram ruffam videtur ſolum in chiſti locare. Neque emitritæus foret vnquam non certus: ſeu non verus apud ipſum conſurgens ex putrefactione choleræ intra uenas & phlegmatis extra. Neque choleras has intelligendũ generari in ſtomacho, ideſt in eius venis: verũ in ipſius ſpatioſitate. Et ideo forſan dicit croceam interdum in hepate generari, cum ſanguis ſit humidior quam decet. Auer. autem concidit cum ipſo quantum ad generationem praſsinæ & æruginoſæ quoquo modo. Inquit enim uniuerſaliter ꝙ cauſa generationis illarum eſt, quando cholera egreditur à ſua natura in caliditate & ſiccitate, propter ſparſionem illius ad ſtomachum:& miſcetur tunc cum alijs humoribus & proprie cum melancholia: & ibi recipit aliquam ſpeciem putrefactionis:& peruenit ad talem complexionem:& in hoc diuerſificatur à cæteris. Ponit enim forte has per modum putrefactionis & non aduſtionis vt cæteri cauſari. Neque etiam ſic ſentiunt choleram in ſtomacho melãcholiæ permiſceri: ſed phlegmati tantum: cum magis ipſum non ſic autem inhabitet melancholia A. vero cum eo ꝙ ipſas ponat magis à ſtomacho generari modum dat quomodo generenturin ipſo dicens: ſibi videri praſsinam ex vitellina generari quando aduritur. Ex hepate nanque vitellina. quæ etiam ſecundum eum ab illo dicta magis generari in ſtomachum concurrit. Praſsina nanque quando aduritur in eam introducitur nigredo: quæ cum citrinitate iuncta, viriditatem cauſat ad nigredinem attinentem, calor enim in humidum agens nigredinem inducit, ut apparet in lignis. & ideo aduſta omnia fiunt nigra, ut ligna, carbones, extincto igne. Ari. de coloribus dicit demum ſibi uideri zinariam ſeu æruginoſam ex praſsina generari, quando aduritur intantum vt eius exiccetur humiditas, ut & ſui ſiccitate ad albedinem redire incipiat. Calor enim agens in ſiccum dealbat: ut in carbone oſtenditur. Verum circa prædicta multipliciter cõtingit dubitare. primo quia cholera quæcunque non uidetur ex hepate ad ſtomachum occurrere; cum paucis porus felleus ad ſtomachum extendatur, diuiſus, ſed continuus magis petat inteſtinum duodenum complexionũ. re. acu. ſecund. & tertio. 15. Sic igitur tales choleræ non poterunt niſi rarius generari. Dicendum dupliciter. primo quidem, quia ſicut rarius porus ad ſtomachum mittitur felleus, ita & hæ choleræ praſsina & æruginoſa in paucioribus adhuc generantur magis, uel licet nõ ſit porus ad ſtomachum: eſt tamen porus ſemper ad duodenum continuatus parum ſub pyloron uẽtris ſituatus, ita ꝙ cholera perueniens illuc rapitur ſurſum ad ſtomachum ſi fuerit debilis ſuperfluitatum receptiuus aut indigentiæ tempore attractionis virtute. Amplius. dubitatum quoniam conceſſum eſt choleram quandoq; uentrem intrare uidetur etiam velle Raſis in diuiſionibus dicens, ꝙ fel habet tria orificia, orificium ſcilicet adhærens hepati: & orificium adhærens inteſtinis, & orificium ſtomacho. Intelligendum quidem ꝙ non ſunt tria incipientia chiſti, ſed duo tantum, ſed ut tactum ſunt tria quo ad extrema in quæ terminantur. Nam alterum puta diſcendens diuiditur in duas partes; quarum maior continuatur inteſtinis ad quæ choleram tranſmittit: altera vt minor coniungitur ſtomacho, & per eã in eius concauum choleram mandat 3. theo. In primo vero eiuſdem partem choleræ mittit ad ſtomachum, quo per illam fit ciborũ digeſtio. Almanſor etiam & Auer. dicunt choleram in ſtomachi fundum tranſmitti. unde tertio. 15. Et habet orificium & meatum ad partes ſtomachi. Concurrit igitur in ipſum. In oppoſitum 6. enim de iuuamentis membrorum. Nõ fuit curſus choleræ in ſtomachum ad purgandum illud quod in eo generatur ex phlegmate, propter illud quod timebatur de nocumento quod accidit ſtomacho ex tali cholera, feſtinaretur enim exitus cibi à ſtomacho antequã digereretur, cum indigeat permanentia in ſtomacho longa: donec paulatim digeratur, unde quarta primi. Stomachus non habet quod ipſum mundet ſicut inteſtina choleram rubeam. Dicendum aliquos voluiſſe choleram non ire ad ſtomachum, quia nõ uadit ad fundum eius. Quod tamen eſt contra præinductorum aliquos: ſed vadit inquiunt ad os ſtomachi deorſum, ut confortet expulſiuam: non enim intrat ſubſtantiam ſtomachi: niſi plus mandetur. Aut inquiunt ꝙ hæc in groſſa obtunditur humiditate ſtomachi phlegmatica, calorq; ipſius inde acuitur. Aut dicendum ſicut tactum prius, ꝙ in pluribus hominum & maxime naturaliter ſe habentium, cholera non tranſducitur per porum felleum in uentrem, ſed in inteſtina ſolũ ad quos hic ſe tranſtulit Gal. Interdum autem & in his qui minus naturales extant, ut calidiores hepate. Natura porum etiam produxit mittentem choleram in uentrem, vt euomeretur quandoque. Neque hunc amplius lædit, quia uigent multum hi caliditate attractiua hepatis & frigidum ipſum habent ne tranſiens per inteſtina excoriet. In plurimis enim unus eſt tantum à felle porus tendens in inteſtina. Interdum uero cum hoc in ſtomachum alter diffunditur. Et is ut ad multum eſt minor reliquo rariſsime autem contra, ut in ſaluo ſacerdote apparens complexionum. & re. a. ſecundis. Vel ſicut tranſtuli ex Græco dicendum ꝙ pars modica choleræ occurrit in ventrem, & non eſt ꝙ

non

non tranſeat omnino in illum. Cuius eſt ſeries iſta. Manifeſtum ꝙ cholera plurima in uentrem confluente ſecundum aliquam diſpoſitionem non contingit in ipſo manere cibaria. Morſo enim ab humorum acredine uexatur, & ſtimulatur ualde ab eo uelocem contentorum effici excretionem. Si autem in uentris peruenerit orificium, ut ſenſibiliſsimum exiſtens, dolent ab ipſo uehementer morſi, & nauſeant, ac euomūt. Rurſus horum gratia hæſitatur: quoniam uidetur ꝙ ſubtilior pars choleræ pertranſeat cum ſanguine, eaq; vadit ad chiſtim, quoniam illa deſcendit multa: & ad multum in inteſtina inferius entia, quod autem tale groſsius & grauius. Eti. Citrinum cholericum quod oſtenditur choleræ in ſpuma & ſanguinis phlebothomia eſt ſubtilius uiſum cholera expreſſa de chiſti. Adhuc cholera vadit cum ſanguine propter cum ſubtiliare facereque tandem penetrare. hæc autem perfectius cholera operabitur ſubtilis groſsiori. Subtilior ergo uadens cum ſanguine ea quæ ad chiſtim tranſmittitur. In oppoſitum primo enim theoricæ. Quid in cholera ſubtilius eſt acutius & clarus trahit ad ſe fel. Quod autem minus eſt acutum & clarū natura cum ſanguine ad omnia mittit corporis membra. unde prima primi. Quod autem de ea colatum eſt ad chiſtim tranſmittitur fellis. Id autem ſubtilius. Palin. ſecundum Iſaac. Ideo natura choleram incarcerauit in chiſti ne ſui effrenitate partes lęderet eis occurrens. Sed hoc proprie ineſt ſubtiliori: quia fit amarior cū acuitate quadam & penetrabilitate ac mordacior. Minus autem ſubtilis in his remiſſa nō, tantum diſtat à ſanguine & partibus. Econuerſo autem de humore accidit nigro, quoniā quidem ipſius ſubtile cum ſanguine permeat. Groſsius autem eſplen ſe attractione deducit. theoricæ primo cum naturalium 2. Dicendum ꝙ vadens ad chiſtim eſt ſubtilior reliqua cum ſanguine eunti: ut indicatur naturalium ſecundo ita. Indiget autem ſanguis non minime & xanto humore qui nondum ultime factus eſt ignis. Innuitur igitur duplex cholera ignita: & ita ſubtilior & minus ſubtilis qua indiget ſanguis. Per opppoſitum autem melancholia uadens cum ſanguine, minus groſſa eſt ea quę tendit ad ſplenem. Subtile nanque ad groſſum exceſſum important. Quod autem cum ſanguine uadit opus fit temperamento atteſtari. Ad primum igitur dicendum, ꝙ cholera ad inteſtina non deſcendit ſponte: uerum magis regitiua impellente virtute, ſicut & melancholia ſurſum, prima primi. Ad aliud dicendum: ꝙ iſta non eſt vera ſubſtantia choleræ quæ apparet in ſpuma illa ſupernatante, ſed aliquid generatum ex euaporatione ſeu potius ex ipſius effumatione: quod oſtendit ſeceſſus choleræ ex venis euaporatæ. Ad aliud dicendū, ꝙ ſanguis non eget tanta ſubtilitate: quin cholera minus ſubtilior hunc valeat attenuare: cum eo quòd non nocet ut reliqua membra etiam ſunt groſſa in quæ ordinantur & meatus ſufficientes. Adhuc dubitatur: quoniam non videtur has choleras poſſe in ſtomacho generari: ſed in hepate cum ſint hu. Nam ſtomachus ordinatur ad digeſtionem alimentorum, & conuerſionem eorum in chilum. Hepar autem ad conuerſionem chili in chimum. vnde tertio colliget. Quod generat naturale: generat & non naturale quando corrumpitur eius complexio. Cum igitur ſtomachus nō habeat generare humorem naturalem: neque innaturalem generabit. Rurſus. hæ choleræ cum ſint calidiſsimæ. ab agente calidiſsimo generabuntur. Tale uero non eſt ſtomachus: cum ſit frigidus & ſiccus natura: neruoſum eſt enim non parum ipſius eſſe, & exangue in hepar quoq; calidum & ſanguineum: & membrum quantum habet de ſanguine, tantum & caloris obtinet. primo complexionum, & ſecundo apparens de partibus. In hepate ergo generabuntur, & non in ſtomacho, quod nullus dixit. Dicendum eſt ipſas in ſtomacho, & non in hepate generari: quia ſui acuitate & malignitate ſubſtantiam tenerrimam corrumperent hepatis: quod natura nō ſinit. Adhuc. humiditas eius eſt multa. Eſt nanque fons humiditatis ſecundum Haly. unde prohibet earum generationem cum ſint ſicciſsimæ: & vnumquodque in loco eius generatur cognato. Ad primum igitur inductorum dicendum, quòd generatio duplex exiſtit: quædam eſt uera uniuoca: & ſic ſtomachus maſſam gignit ptiſanariā: & hepar humores. Eſt & altera impropria æquiuoca: & hac choleræ hæ duæ poſſent dici in ſtomacho generari. Vniuoca quidem dicitur generatio quoniam hoc totū traſmutatur in hoc totum. primo de ge. & cor. ita ꝙ non ſolum fit tranſmutatio in accidentibus: ſed etiam in ſubſtantia. Non enim permanens eſt ſubſtātia in eſſentia & accidentibus ſolum tranſmutata. Aequiuoca quidem per oppoſitum dicitur generatio, puta ꝙ in ſtomacho huiuſmodi generentur choleræ, quia uiriditatē in ipſo acquirunt ex acruminū eſu: aut cholera ab hepate ad ſtomachum ueniens aliis formis induitur accidentalibus: ut colore, groſsitie, duritie, & hmōi. & ſic fortaſsis intelligunt dicētes eas magis à ſtomacho generari, quia formā talem in ſtomacho acquirunt: licet materiam receperint ex hepate permanentem in ſubſtantia: ſed paſsionibus tranſmutatam. Et in hoc cōcidunt modi & loci etiam generationis earū prædicti: & ſi uideantur forte ſuperficietenus diuerſi. Aut dicendū, ꝙ magis fiūt à ſtomacho, & proprie praſsina plus: quoniam dictum eſt per

Gal. aliquando ipſam generari in venis propter aliquam ægritudinum, & effundi demum ad ſtomachum. Ad ſecundum dicendum ꝙ caliditas dupliciter eſt inſita: naturaliter: & acquiſita, prima quidem calidius eſt hepar. Et nanque natura calidum & humidum. ſecunda uero ſtomachus: licet ſibi indita frigidus & ſiccus ſit magis. Multa enim concurrunt ad ipſum calefaciendum tertio naturalium, & primo prima. Cor quidem ſuperius mediante diaphragmate ab ipſo calefacto adorti per dorſum percurrens poſterius & muſculi eius. Anterius quidem omentum adipinum cum muſculis. A dextra uero hepar cum felle. A ſiniſtra quoque ſplenem propter ſanguinem uenalem & arterialem magis in ipſo contentum: hæc omnia circa ſtomachum intenſam aduentitiam congregant caliditatem. unde & humores poteſt generare ſic extraneos & aduſtos. Hepar autem ſui caliditate innata & humiditate repugnat generationi huiuſmodi humorum: generat tamen eorum materia choleram, puta uitellinam aut aliam. Itidem dubitatur, quoniam cum ſecundum Gal. dictum ſit choleram porralem aliquando generari in uenis: poterit & in hepate ſimiliter generari: quoniam in ipſo ſunt uenæ in quibus humor capitur & non in ſubſtantia ipſius. Sæpe nanque Gal. digeſtionem uenarum uocat eam quæ hepatis, ita quòd nõ deficiet talium cholerarũ generatio in ipſo ut dicebatur: propter quod id tenellum corrũperent ſui malitia. Dicendum quòd in hepate ut apparet non contingit prædictas choleras generari. In uenis autem poteſt propter caliditatem ægritudinum quarundam adurẽtium. Neque eſt ſimile de uenis quæ ſunt in hepatis corpore, & quæ ab ipſo prolongatæ. Nam telæ uenarum exiſtentium in eo ſunt tenuiores telis aliarum uenarum exiſtentium in toto corpore 5. de iuuamento. ut perfectior fiat ab hepate digeſtio. Nam quanto cibus fuerit propinquior ſubſtantiæ hepatis carnoſæ, tanto uelocioris reddetur alterationis & melius ſanguinis ſuſcipiens ſpeciem. Quando autem prolongatur ab hepate uenarum tunicæ, ingroſſantur & fortificantur. unde A. 5. partic. de anima. Non eſt illicitum uirtutes fortiores & ualidiores fieri extra ſua principia: eo quòd ſortiuntur materias per quas fiunt huiuſmodi: ſicut euidenter apparet in neruorum origine & in proceſſu demum eorum.

Propter ſecundum vero ſciendum, quòd à nullis inuenio adhuc diligenter inquirens qui ex prædictis duabus choleris ægritudinem ponat cõſurgere: ſed aut vomitu expelli: aut mortem extẽplo adduci: niſi Auẽzoar & eius Auer. collega. Inquit enim ille. Febris quæ fit ex tranſitione febris ephimeræ ad febrem cholericam: ſi fuerit de genere praſsinæ aut æruginoſæ habebit accidentia magis fraudulenta, & uix poterit euadere ab ea. Et ſi euaſerit diu permanebit, & ſubdit ipſius demum ſigna dicens ꝙ fit eius paroxiſmus diuturnus & terminus ægritudinis ſimiliter. Et pauci ſunt qui ab hac infirmitate euadant: & ſi euaſerint, erit hoc poſt multum ſtudium: & ægritudinis prolongationem. Et poſsibile eſt ei remanere mala accidentia & fraudulenta tempore quàm longo. Tertio uero colliget. Aegritudines quæ ab iſtis proueniunt choleris, praſsina uidelicet & æruginoſa, ſunt incurabiles, propterea ꝙ non recipiunt digeſtionem: nec permutantur à calore naturali: immo corrumpunt formam ſpecificam ipſius: ſicut corrumpit uenenum. Quarto uero illius ponit ex hoc cauſonem fieri inquiẽs. Et peior ſpecierum cauſonis eſt illa, quæ fit à cholera ziniaria uel praſsina. Et illius paroxiſmus longus eſt propter inobedientiam humoris illius ad digeſtionem recipiendam. In ſeptimo quoque ſi febris tertiana non fuerit ex cholera pura: ſed erit ex uitellina: hanc enim uoluit in tettio ſentire Gal. fore aduſtam 2. naturalium. Moxq́; ſubdit vel praſsina aut ęruginoſa non euadet hic à periculo maximo, & præcipue quando fuerit ex praſsina & æruginoſa. Et poſsit mihi uideri ait impoſsibile ꝙ aliquis æruginoſa euadat: dicit etiam cauſonem contra alios impoſsibile fore ex cholera naturali. Hi quidem ſunt ſermones horum uirorum: quos ſiquis diligentia conſiderat: non ſolum ad alios ſunt diſſoni, verum etiam inter ſe ſatis diſſentiunt. Nã Zoar ponit eſſe poſsibile: cum difficultate tamen quadam grandi à febrem prędictarum cholerarũ hominem poſſe euadere. Auer. uero iſti ſecundum quid aduerſus ait ſibi uideri poſsibile ꝙ quis à febre euadat ex cholera æruginoſa. Adhuc ſi hę choleræ adeo ut ipſi etiã teſtantur ſunt prauæ quomodo febris earum prolongatur & etiam paroxiſmus? Quare etiam ſecundum Auer. cauſonem inducunt: cum ſit febris cõtinua ſine paroxiſmo: & hæ habeant paroximum. Aut qũo generatur cauſon: ſi nõ ſit à cholera naturali: & non tamen prout eſt naturalis. Non enim fiet à citrina, ueq; a uitellina non aduſta: cum hæ ſint frigidiores naturali: neq; etiam à uitellina quã in tertio uocauit aduſta: quia in ſeptimo ait. ꝙ uitellina cauſonem: ſi frigidior exiſtit? Qũo ergo faciet uitellina cauſonẽ: ſi frigidior naturali? Aut fortaſsis vitellinam nunc accipit cõiter cum aliis non ſeruans quod præſumpſit affirmare & imponere Gal. 3. uel ſi uitellina aduſta ſit alia & praſsina & æruginoſa: diſtingue nobis didaſcale. Aut ꝙ dicunt ꝙ hi uiri extraneum eſt & inſolitum ualde. unde propter iſta & ſimilia Auer. maxime ſermonem non comprehendo. Dicendum igitur extra ipſum cho-

leram uitellinam duplicem fore . unam quidem per commiftionem prædi&tam magis eius obtinentem naturam : alteram uero per aduftionem & ingroffationem fubftantiæ : qua color intenditur. Gale. igitur quàm breuius naturalium 2. generationem afsignans humorum : cum in aliis eam tetigerit opufculis: duas tantum choleras enodauit : naturalem videlicet & innaturalem : per choleram quidem vitellinam perfectius quàm per aliquam aliarum audiens omnem choleram innaturalem dupliciprætacto generatam modo.

Propter tertium uero fciendum cum aliis magis dico quòd ex cholera proprie æruginofa febris: neque aliqua ægritudinum poteft caufari: fed potius uomitu emittitur, aut mortem repentinam inducit. In cholera uero prafsina dubitandum eft utcunque. Quod autem ex æruginofa non confurgat febris:neque ex prafsina præter hoc quòd non inuenio ab aliis ægritudinem ab his choleris pofitam fieri, Ifaac febrium quinto de ipfis talem in communi profert fermonem: prafsinam impofsibile eft in hepate generari : neque tranfit a ftomacho: neque generat febrem, quia non tanto tempore in corpore permanet : ut putrefiat & febrem generet : nam enim femper fe coadiuuat, ut eam a corpore expellat propter eius malignitatem. Quod fi natura defecerit eam expellere nequiens, incendit corpus, & homo moritur. Subditque igitur fi talia de prafsina accidunt, quanto maiora & certiora de æruginofa eueniunt? Et firmatur quia alimentorum 3. aliæ omnes choleræ uidentur difficulter euacuari & ægrotante corpore viridi excepta:unde in diætis uniuerfalibus. Aeruginofa peior & corruptibilior eft prafsina. Quare velociter deftruit & mortificat. Quod etiam rationibus confirmatur fuppofitis quibufdam prius ut quòd natura non mouetur nifi percepto nocumento. Et quia huiufmodi choleræ pefsimas habent qualitates acutas mordicatiuas: ac ꝙ fiũt in ftomacho : proprieque æruginofa. Et quòd ftomachus eft membrorum fenfibilifsimum & maxime os ipfius.4. de accidenti. Ipfi enim fenfus ineft præter naturalem etiam animalis. Et quod continetur in ftomacho facillime educitur:quia propria ipfius euacuatio eft per uomitum. Conftantinus de ftomacho. Via uero quæ educitur breuis & lata. Confurgat igitur nunt fermo talis. Natura nõ mouetur, nifi percepto nocumento. Sed ex huinfmodi choleris percipit nocumentum : cum fint acutifsimæ, & ftomachus fenfibilifsimus. Euomuntur igitur ex ftomacho:cum fiant in ipfo antequam ægritudinem inferant. Sicut enim natura habens cholerã odio: ipfam in chifti incarcerauit:ita & has ftatim ftudet expellere quantum poteft, ne ipfam interimant : & ideo uidemus eas euomi interpolate. Sed contra. non uidetur ꝙ expellatur adeo confeftim ex ftomacho: ut ægritudinem non generet : quoniam quod generat capillos uirides : cum hoc fiat temporis mora poterit & febrem inde caufare. Sed capilli uifi funt uirides: & proprie in temporibus cuiufdã, hique ab hac proueniebant cholera cum fibi atteftentur: & etiam hebdomada qualibet hanc euomebat periodice. Dicendum dupliciter aut uelut apparebit quòd prafsina poteft interdum febrem generare, uel quòd capilli licet efficerentur interdum uirides: non tamen putrefcebat cholera prafsina; ut febrem caufare,quoniam expellebatur continue. ficut etiam generabatur non putrefcens : per multas tamen ipfius generationis capillos in uiride colorabat, fumos infectos ea fuperius demandans. Amplius. quæcunque febrem caufant humoralem putrefcere & cor petere oportet, cum fumus putridus cor petens fit caufa febris coniuncta. Sed quæ funt ignis, & uehementer ignita, non putrefcunt, & ideo alia elementorum impurata putrefcunt præter ignem. Talis uero eft cholera proprie æruginofa : cum ipfa fit calidifsima & ficcifsima. Verum contra hoc videtur effe, quia prima primi humor dicitur corpus humidum liquidum. Sed huiufmodi choleræ funt humores,quod autem eft humidum & calidum poteft putrefieri. Ab his enim caufatur putredo 4. meteororum.& 11. de inge. Adhuc melancholia res ficcior corporis putrefit & febrem generat: & cholera fimiliter naturalis res corporis calidior de diftemperantia inæquali putrefcent ergo, & febrem generabunt. Dicendum ꝙ hæ cholerę & proprie æruginofa minime putrefcunt : cum fint igneæ ficcæ ualde. Et quod dicitur primitus humidum & liquidũ putrefieri, dicendum quòd non omne tale putrefcit. Oportet enim quòd in humido putrefcibili non adfit calor aduftiuus & condenfatiuus, vt hic humidum excludens vehementer & confumens. unde prima primi. ziniaria generatur ex prafsina quando tantum aduritur donec eius humorofitas ficcatur : remanet tamen vtrunque fub humoris natura. Hæ nanque choleræ proprieque ziniariæ funt velut ulcera corrofiua non putrefcere potentia ipforum caliditate immenfa & ficcitate, apparens quarta quarti. Aut dicendum ꝙ huiufmodi humor non habet tempus fufficiens in quo putrefcere pofsit, ut mox apparebit, neq; melãcholia ficcior eft huiufmodi cholera,& maxime poftea : quoniam melancholiæ fecundum medicos ineft nutrire, ꝓpter quod oportet aliquã humiditatem retinere. Verũ eft tamen ꝙ aliqui propter hoc putauerunt melancholiã naturalẽ non poffe febrem caufare quartanam.4. prima.

Siccitas enim acquiſita in cholera: præcipue in æruginoſa, propter id quod cholera exiſtit, & propter caliditatem humidum conſumentem intenſior redditur ſiccitate choleræ nigræ naturalis. Rurſus. quod facit febrem oportet habere ſufficiens tempus in quo ipſa ualeat generari, ut effectus inducatur, cum tria oportet cõcurrere, agens vigoroſum: patiens diſpoſitum, & tempus in quo agens patienti applicetur. differentia 93. & 94. Sed tempus nõ reperitur ſufficiens: in quo æruginoſa præcipue poſsit febris cauſari, cum ipſa fiat mediante putrefactione: hæc autem indiget tempore: cum ſit actio quędam & conuerſio humoris: ut febris inducatur fit tranſmutatio per longa, primitus enim oportet cauſam præter alias remotiores ſupereſſe coniunctam, & fumum putridum ab ea reſolutionem petentem, deinde remiſsio illius fumi à corde in totum corpus. Ab eo nanque febris in totum demandatur ſubiectum niſi fuerit impeditiuum. Cholera igitur proprie æruginoſa febrem non cauſabit, neq; uniuerſaliter ægritudinem: ſed mortem feſtinam, niſi vomitu expellatur, uel forte ſeceſſu. Cuius quidem uomitum ſequuntur quandoque dolores oris ſtomachi adeo uehementes, ut accidant ſpaſmus, ſyncopis, deſudationes frigidæ, & paruitas pulſus omnimoda 12. de inge. Sed circa id dubitare contingit, quia dictum putredinem tempus expetere. Cuius contrarium ſcribitur. 4. prima. Putredo non habet tempus, & conuerſio ſanguinis in choleram non fit niſi in tempore. Dicendum ꝙ id ſufficienter oſtenſum. differentia. 89. Non enim intendit dicere A. ꝙ putredo nullo modo habet tempus; cum ſit alteratio quædam ad febrem, & omnis alteratio cum ſit uere motus fiat in tempore 5. phyſicorum. ſed vult innoteſcere ꝙ tempus minus eſt quo ex ſanguine fit putredo: eo quo ſanguis in choleram tranſducitur: cũ plures hic requirantur motus & tranſmutationes. Quod autem huiuſmodi cholera præcipue æruginoſa (ut dictum) ſit adeo uenenoſa oſtenditur: quoniam venenum eſt humiditas ſubtilis horribilis qualitatis. Halyab. Et qualitas ueneni eſt diuerſa: quia aliquid quod eſt propinquum humoribus conuenientibus corpori: aliud quod extat longinquum: & aliquod quod habet qualitatem uenenoſam prauam. Et ideo cum hæ choleræ ſint tales: non eſt mirum ſi natura conatur eas expellere maxime uomitu. Nam eo educuntur multæ ſpecies humorum phlegmaticorum, cholericorum, melancholicorum, & ſpecies ueneni diuerſæ, ſimiliter & ſanguis euomitur interdum. 5. interiorum. Neq; mirandum etiã ſi huiuſmodi uenenum in corporibus generatum: cum ſit quantitatis multæ, poſsit mortem inducere repentinam. 6. interiorum. quia menſtruum retentione corruptum, & maxime ſperma in ſubito à coitu proprie abſciſis poteſt ægritudines pernitioſas, & mortem inferre feſtinam, cum videamus ex paruiſsimo aranearum ueneno: & præcipue ſcorpionum ſymptomata ſæuiſsima, & mortem contingere non parum. Similiter uidemus membrum ſtupefieri ex tactu modico torpedinis, & à contactu etiã ſaliuæ canis rabidi. Merito igitur menſtruum & proprie ſperma corruptum, poteſt in uenenum deduci. vnde Haly. Fortaſſe ex ſpermate eſt aliquid ſimile veneno. Poterit etiam non minus quis humor paratus in uenenum conuerti: quando fuerit violentæ qualitatis & locus aptus in illud. De cholera uero praſsina non ſimpliciter enuntiandum quòd febris ea poſſit gigni: maxime cum nõ ſit condenſata ut æruginoſa alijs plus poſsit admiſceri humoribus. Generatur etiam non ſolum in ſtomacho, uerum ut dictum & in uenis, ut aliis coniuncta humoribus: non ſit etiam vt æruginoſa naturæ odioſa, ut ſtatim percepto expellat etiam nocumento neque putrefactioni reſiſtens. Quod fortaſsis uidetur concedere A. quarto prima. inquiens ipſam fieri ex chimis ſubtilibus plurimum, quorum eſt cholericum uehementis ſubtilitatis & profundationis malæ ſubſtantiæ uenenoſæ, cũ iam accidit putredo in corporibus calidæ complexionis & ſiccæ ualde. Iſta uero mala ſubſtantia uenenoſa quę profundatur cholera ſecundum plurimum videtur praſsina, cũ ipſa dicta ſit de genere fore uenenorum. Et ego quidem febrem iſtam in iuuene quodam uidi complexionis ſiccißimæ & calidæ etiam ualde cum accidentibus huiuſmodi, ut calore uehementi interius & ſiti, frigiditate extremorum, ſyncopibus aliquando, & affligebatur per tertium maxime, qui fluxu largiſsimo uentris ſuperueniente choleræ praſsinæ aquoſæ ceſſauit febris. In cuius etiam fluxus ob uirtutem laboratum fuit reſtrictione: & iſte quidem inappetibilis factus uix deglutiens & nihil ſumens, circa ſeptimam ab inde tebefactus expirauit. Recte nanque illa praua cholera cor & ipſius ſpiritus vulnerauerat innatos. Et quoniam quæ ſunt huiuſmodi choleram raro emergunt, auctores uidẽtur ſibi inuicem diſcordare: cum huius artis plurima experimento magis quàm ratione capiantur: unde de his quæ raro contingunt certificari non poſſunt: interiorum quinto.

Propter quartum uero, ad primum quid dicendum uiſum. Ad aliud dicendum, ꝙ febris illa non fuerat uera: ſed quædam potius inflammatio ex conamine uomitus confecuta & dolore. unde 12. de inge. non ponitur febris: ſed tantum 4. accidentia prætacta, uel quòd feb. ex alia præerat materia. Ad aliud dicendum:

dum: quòd hæ choleræ funt deteriores melancholia fubtili, terrea, fermentante terram. Sunt enim calidiores & acutiores: licet enim illa melancholia in terram ebullitionem & fermentationem inducat, non tamen eft fic calida & acuta ut hæ. Sed fui quadam hoc caufat drimicitate feu acredine ficut acetum ebullit fuper terram & fermentat, non ficut aliorum aut fruticis ferentis euforbium liquor quando non eft adhuc condenfatus in gummi. Aegritudines etiam quæ fiunt ab hac melancholia non fiunt putrefactione, fed magis quadam corrofione, ita quòd ipfa eft apta ægritudines caufare fui minori acuitate & tarda penetratione: non autem cholera & proprie æruginofa: cum natura ipfam non patiatur tempore. Ad aliud dicendum, quòd humor dupliciter deftituitur à regimine naturæ, aut quia natura non laborat circa ipfum in conferuando & reducendo eum fi peccet ad benignum. Et fic hic humor derelinquitur à regi. naturæ: non autem fanguis aut phlegma. Vel dicitur deftitui: quia natura non curat de ipfius expulfione cum non infeftet ipfam, eo quòd qualitates non habeat vehementer excefsiuas ficut aliqua melancholia:& præcipue phlegma quoddam. Non enim hæc mouetur: nifi percepto læfiuo, apparens tertio naturalium & ita hæ choleræ non derelinquuntur: vt declaratum à reg. naturæ immo inquantum poteft ftudet eas à corpore auertere. Ad aliud dicendum quòd licet cholera prafsina generetur interdum in venis, natura expellit eam ad ftomachum fi fortis fuerit. Aut dictum non fore impofsibile generari ex ipfa febrem fyncopalem minutam fubtilem. Ad aliud dicendum, quòd hæ duæ choleræ ac æruginofa proportionē habeant cum febre, non tamen cum caufa ipfius idest putredine vt oftenfum. Siue vero ipfa febris non conftituitur humoralis: neque omnis calefactio febrem inducit putredinis: fed vehemens in qua fumus putredinis cor petit: & ipfum eiufque calidum non ftatim perimit: fed fecum inde ad omnia corporis demandatur membra. Ad aliud dicendum, quod multa uenenorum quamquam fint talia à tota forma fpecifica dicta, vt apparet de ueneno fcorpionis & araneæ: magis tamen fuftinentur à natura: quam huiufmodi choleræ: non enim funt tantæ quantitatis. Sunt enim ut uenena in multa quantitate fufcepta: quibus irritata natura mox fuperius vomitu foras educit: aut inferius quam parum lædentia quæ mortificaffent fiquidem retenta. Neque etiam hæ habent qualitates fic perniciofas & acutas, propter quod natura conatur ilico expellere, nocumentum inde percipiens ex ipfarum acumine vehementi, proprie cum ftomachus fit membrorum fenfibilifsimum. Similiter & venena quæ exhibentur, alia dulcibus admifcentur, ut eorū mala qualitas occultetur. vnde natura fub dulci decepta venenum ad fe trahit: propter quod præcipitur quarto. 6. quòd qui timet ne in potu fumat venenum, oportet fibi præcauere à cibis dominantium faporum in acetofitatæ, aut acuitate vel dulcedine & dominantium odorum. Sunt & venena perfida: necem cito inducentia plurimum fubtilis fubftantiæ liquidæ.

Ad aliud dicendum, quòd translatio illa praua eft, non enim ponit feriem rectam Hippo. fed fententiam folam: & illam interdum imperfecte, ficut ex translatione etiam patet arabica. Sed in ea hic & vbique uerba omnino & fententiam fapit Hippocratis. Cuius quidem feries. Vlcus autem fiue perfectum &c. Arabica uero fibi confonans. Quando fuerit in corpore infirmi ulcus. Non ergo loquitur Hippo. de antracis fiue carbunculi idem exiftentis colore, verum ulceris: nec huiufmodi color caufatur ex cholera prafsina feu æruginofa, licet viridis efficiatur fiue liuidus, fed ex melancholia cōcreatur adufta. Induit enim quòd quando vincit in corpore humor melancholicus, eft color eius aut liuidus, aut uiridis.

Quæftio VI.

Quod in empiala non fit frigus interius & calor exterior videtur per Ifaac febrium quinto huius oppofitum fcribentem.

Adhuc fecundum Gal. febris generatur in corpore quem admodum ignis ex lignorum inflammatione. Sed in hac calor eft magis in parte infima & profunda lignorum quàm in parte exteriori aeri aperta. Cum igitur in empiala phlegma vitreum in quo ea profundatur fit in corporis profundo illi caliditatem inducet: forinfecus uero frigiditatem non potēs fui frigiditate febre calefieri omniquaque.

Rurfus. febris empiala fit ex phlegmate frigidiori profundius putrefacto, cum fit humoralis: putrefactio uero fit à calido. Quod autē talē ubi eft calefacit: quo uero deficit frigus oftēditur, quare in empiala calor erit interius & frigus exterius. Quod autem in lipyria frigus fit interius & calor extra monftratur: quoniam fit ex cholera fola uel coniuncta phlegmati uitreo, aut melancholiæ, fed cholera petit exteriora calefaciens: phlegma quoque uitreum & melancholia interiora. Palin. Calor eft in parte ad quam tendit: huiufmodi autem eft exterior fuperficialis: cum eius motus fit de centro in circunferentiam. Calefient itaque exteriora in ea: & infrigidabuntur interiora.

Cuius contrarium fentitur Sera. 6. & 4. prima ita habente. In empiala interiora infrigida

ri & exteriora calefieri: in lypiria vero contra: quorum tangentur cõsequẽter motiua. Quod autem talis diuersitas caloris & frigoris in uentre harum posſit exiſtere probatur: quia febris procedit à corde per arterias & venas in totum corpus, ſicut ratio teſtatur ipſius. Quod autem huiuſmodi ſimul vtranque partem calefacit interiorẽ ſcilicet & exteriorẽ: nõ itaq; & reliqua.

Propter primum quidem ſciendum: ꝙ quid ſit calidum: quidque frigidum & quid interius: quidue exterius, notum extat & ex multis. Eſt autem empiala dicta græce ſuper alia: eo quod calor eſt ſuper frigiditatem aut vtraque ſuper alteram: quia frigus ſimul vbique vt oſtendetur coniungitur cum calido ſecundum Gal. & Halyab. Empi nanque græce ſupra importat. & Ali ideſt alia. inde empiala Lypiria vero dicitur quaſi pinguis. Lipparon enim pingue. Si cut nanque pingues calefiunt interius & frigeſcunt exterius: eo quòd calor obſeſſus non poſſit ſe in exteriora protendere. vnde proble. 8 Propter quid pingues vehementer frigeſcunt: ſic & in hac euenit febre: quare videtur Halyab. liſuriam nominare: & tunc ſanius de ipſa alii protulerunt quam Iſaac hanc rationem nominis ſequentes. Amp. ſciẽdum quod febribus ſimplicibus ſeu cõpoſitis diſpoſitiones contingũt diuerſæ caloris aut materiæ cauſa nominibus differentibus deſignatæ. Quibuſdam enim febribus ineſt multa immiſta humiditas: & vocatur londinis. Quando vero calor fuerit adurens intenſus, cauſon dicitur: vel incendium Quãdo autem is & frigus ſimul in interioribus fuerit & exterioribus per omne, empiala dicitur ex phlegmate vitreo generata. Eſt & febris in qua ſentitur calor in interioribus immenſus: in exterioribus vero tepor. Quod ex viſcoſitate contingit humoris & groſsitie: ita vt calor non poſsit petere exteriora: quæ liſuria dicta. Eſt etiam alia in qua frigus in exterioribus ſentitur graue: quæ acromidos dicitur: ideſt pruinoſa. Fit quoque reliqua in qua calor eſt interius intenſus & nociuus: à qua vapores eleuantur acutiſsimi: cum humor non ſit viſcoſus plurimum: quæ febris appellatur tinidos octauo theoricæ.

Propter ſecundum vero ſciendum: quòd auctores differenter valde circa hanc differentiã ſunt locuti. In libro enim de diſtemperentia inæquali. 7. apho. ſecunda prognoſticorum, & aliis cũ. 8. theoricæ dicitur: ut apparuit ꝙ empiala ſit febris in qua ſimul ſentitur calor & frigus ſecundum omnẽ corporis partem. vnde 2. febrium. Empiala febris proprie nominatur in qua ſimul febriunt & rigorem patiuntur, & vtraque ſentiunt ſecũdum idem tempus in omni particula corporis. Quod & proprij nominis videtur præfata ethymologia importare. Tertio quoque ſimplicium pharmacorum ſcribitur quod eſt febris in qua habens eam inuenit tremorem & duritiem in toto corpore hora vna. Et hæc quidem febris erit illa: quam A. circunloquens ait. Febris in qua ſit vnaqueque duarum rerum in vnoquoque duorum locorũ. Eſt autem lipyria febris in qua caleſcunt intrinſeca, & frigeſcunt extrinſeca & quæ ſecundum Gal. apho. quarta etiam ad febres pernitioſorum apoſtematum interiorum extenditur à quibus fit attractio à toto corpore caliditatis: velut à ventoſa. Tertio quoque ſimplicium. Lipyria eſt febris in qua interiora ventris incenduntur, & eius exteriora ſunt frigida, ac etiam de diſtemperantia inęquali. Non tamen à Gal. inuenio ex qua materia determinate ac quomodo generetur. Iſaac autem & A. cum Serap. in empiala & lipyria videntur ſatis diſcordare, non ſolum in nominum altercatione: verum in oppoſita cauſarum aſsignatione: etiam præcipuæ in empiala. Inquit enim ille cum Ariſt. proble. 27. quòd empiala eſt febris interiora incendens & exteriora infrigidans: cuius materia eſt phlegma groſſum vitreum. Eiusque quædam pars eſt putrefacta: quædam vero minime: putrefacta quidem febrem generat: imputrefacta quoque ſui natura congelationem cauſa. De lipyria quoque ſentit quòd eius materia ſit cholerica cum phlegmate vitreo: aut cum humore melancholico miſta differens ab empiala. quia illa calefacit interiora & exteriora infrigidat, & pororum foramina oppilat ne fumus diſſoluatur. In lipyria autem omnia hęc ſunt contraria. Interiora enim ſunt frigida: & exteriora calida. Huic quoque A. cum Serap. aduerſatur: dicit quòd in empiala infrigidantur intrinſeca & calent extrinſeca. Cuius materia eſt phlegma vitreum comprehenſum in occulto & profundo quod infrigidatur vbi eſt. Sed quando ei accidit putredo ſpargitur ex eo vapor eius quod putruit & diſpartitur & inflammatur in exterioribus. Cũ enim eſſet quietum antequam ſibi ſuperueniret putredo non ſentiebat frigidum ipſius aut calidum: cum nõ dum eſſet putrefactum. Materia enim interius frigida in loco fortiori agitata calore frigidior ſentitur: vt glaciei monſtrat diſſolutio. Fumus autem à materia computreſcente deductus ad quæ extra inueniens ea minus calida intrinſecus calidior percipitur. Sicut mictio in balneo corpore reddito calido deſignat. Lipyriam vero ponit fieri ex phlegmate: aut ex cholera groſſa quandoque. Modum autem generationis ipſius ex phlegmate dat duplicem: vnũ quidem quoniam quando phlegma inflammatur intrinſecus & putrefit illic calefacit: non enim reſoluitur niſi quando calefacit exteriora corporis cum ſparſione vaporis calidi. Pro

pter

pter etiam calorem intus existentem,ad ipsum attrahitur reliquus cum virtute: ita vt partes extrinsecæ infrigidentur illo defertæ: & maxime si phlegma vitreum partes oppilet, & possideat exteriores. Alium quidem quia multotiens resoluitur vapor ex phlegmate: qui non putruit: sed eleuatur calefaciens: à quo calidum spatio paruo associatum separatur modo quo calidum recedit vapore ascendente aquæ: vt apparet in terminis. Et merito quia fuit radicaliter ante putrefieri frigiditatis immensæ. Fit autem ex cholera grossa: quia ea pauca intrinsecus latens putrefit, & illic calefacit. Et quãdo nõ resoluitur aliquid ex ea euenit quod dicebatur in primo modo lipyriæ phlegmaticæ. Concurrit enim calor cum virtute ab extrinsecis partibus in quæ intus. Circa prædicta dubitatur & primitus de empiala iuxta Gal.cũ ponat in ea calidũ cum frigido simul per totũ sentiri. Quod non videtur: quia hæc sunt contraria. Huiusmodi vero nequeunt vna commisceri omnino,cum vnum alterum à se depellat. In oppositum: quia vt tactum in empiala calor & frigus in eodem sentiuntur loco.Amp̃. A.tertiam ponit febrẽ a lipiria &empiala quasi ex his duabus congestam: quam circumlocutione nominans dicit unam quam duarum rerum in quocunque duorum locorum fieri. Itidem de lipparia hæsitatur 2. quia aphor.4. Lipparia ponitur ex apostemate phlegmonico interiori uel erysipela consurgere: quod nulli exprimunt prætacti. Dicendum quidẽ ad primum ꝙ eundem locum possumus audire dupliciter. Aut verum & indiuisibilem, & sic calor ac frigus simul in eo fore non possunt. uel sensualem vel communem, & sic vna existere possunt: unde de distemperantia inæquali. Nõ fit accipere particulam sensibilem in qua non existat calidum & frigidum: seu ꝙ licet sensus indicet calorem & frigus simul esse:non tamen intellectus.Iudicium enim sensus non est adeo ratum ut quod intellectus:quod ostendit quis circulus apparens uerus oculo manu protractus: non autem circino circumducto. Boethius musicæ 5. Quod etiam denotat imago ex uariis cõstructa coloribus. minutatim quidem de prope percipiuntur, vt sunt diuersi: de longe autem unicus apparet: ceu & uasa in pariete concaua videntur distanter colorum superpositione. Sicque in proposito. Ad aliud dicendum, ꝙ aliter accipit Gal. cum Halyabbate empialam, ut apparuit quam Serap. & A. eius amplius consequens rationem nominis. Quam Gal.enim dicit empialam. A. circumlocutione ut tactum exposuit parum enim de nominibus curauit. Ad aliud hæsitatum dicẽdum ꝙ A. cum Isaac ponit lippariam fieri sine apostemate. Gal. autem multotiens cum eo: habet tamen modum lippariæ secundũ illos præcipue,cum ea quæ intra ardeant & rigeant: extrinseca. Varij igitur sunt in his febribus intellectus. Hæc igitur est diuersitas in his febribus inuenta breuiter recollecta, & proprie inter Isaac & A. Isaac enim videtur fortassis propter translationis defectum ab alijs deuiare. Practici tamen latinorum uidentur eum non auditis alijs simpliciter imitari.

Propter tertium quidem sciendum,ꝙ phlegma uitreum uel est multæ quantitatis, uel paucæ, uel simul computrescit, aut non: siquidem fuerit paucæ quantitatis vt natura simul possit ipsum putrefacere tandem & dominari, tunc calefaciet interius ubi erit putrefactio abscondita vehementer: ita vt prius vapor hic resolutus tendens in extrinseca redibit ad frigiditatem: cum fuerit eius materia prius frigida valde,aut secundum diuersitatem putrefactionis phlegmatis & imputrefactionis: quod uidetur Isaac sentire. Si autem fuerit multæ quãtitatis adeo ut natura non possit in vna putrefacere & sibi dominari: quod interius est motum calido de potẽtia infrigidandi reducetur in actum illius: ceu quando nix liquescit calido mota infrigidat magis, tum propter actionem contrariorum: tumq; subtilitatem. Vapor autem hinc resolutus à calido retinebit adhuc quid eius ita ut sentiatur frigus interius, & calor extra. Quod uidetur A. tenere. Gal. autem cum Haly.sane sentit in hac febre omnem corporis:partem una calefieri & infrigidari: propter phlegma putrefieri partim: partim vero minime: quod nomen denotare dictum est expositum. In lipparia autem nõ tantum opponuntur adinuicem Isaac & A. cum causas non suscipiant ex contrario, sed ex diuerso magis vt apparuit ex alia causa & modo sentit ipsam Isaac consurgere & ex alijs A. consonans peramplius sermoni Gal. volentis in ea calorẽ occultari vehementer in interioribus: sicut & ipsi attestatur Serap̃.filius. Quod & magis approbo. Amp̃. nosce ꝙ si materia acida & vitrea desup partes moueatur sensibiles, ita vt computrescat minime rigorem siue frigus inducit absq; calore. Quod si amplius mota in putredinem quandam moderatam deueniat, febrem inducet empialam: in qua secundum omnem partem sensibilem calor & frigus sentitur vna. Si vero amplius putrefiat præcedit quidem frigus vt in quotidiana: superuenit autem calor febrilis superato eo vt nequaquam in augmento percipiatur: & maxime in statu paroxismi:febriũ.2. Sufficiat itaque hic breuis sermo in hac inuoluta & utrinque probabili huiusmodi febrium causarum assignatione.

Propter quartum quidem ad primum quid dicendum. iam apparuit. Ad aliud dicendum:

quòd

quòd sua uia procedit. Aut uerum id nisi aliquid impediat. Impediens autem est cætera pars phlegmatis uitrei imputridi quæ mouetur. Ad aliud dicendum, quòd licet pars interior incipiat putrefieri: statim tamen occurrit phlegma vitreum motum imputridum secundum A. infrigidans. Ad aliud de lipparia etiam quid dicendum apparuit. Ad aliud similiter patet considerata causa differenti &modo generationis lippariæ secundum Isaac & A. Ad aliud dicendum secundum A. mouentem hanc dubitationem: quòd in huiusmodi terminis attenditur una conditio ut non sit quod prohibeat, sicut diffinitur aqua frigida & humida quando dispositio eius est secundum suam naturam, & non fuerit quod prohibeat. Similiterque de graui descensu. Hic autem est prohibens humor, viscosus, frigidus, inclusus, aut ætherogeneus & diuersimode situatus: ut ostensum ex talium febrium generatione modorum.

Circa id quod dictum est in febre empiala secundum Gale. simul febrire & rigorem pati, hæsitatur an rigor causetur à calido vel frigido. Quod autem à calido uidetur, quia illud causatur à calido: cuius causa est calida, huiusmodi uero est rigor: vt ostendunt tertiana & causon in quibus euenit. crisium & febrium secundis. Adhuc in rigore sentitur uelut acuum & spinarum perforantium minutissime punctura. Isaac febrium 5. vnde dixerunt aliqui rigorem non esse aliud nisi puncturam sensibilium partium ex vaporibus calidioribus. Rursus 10. de inge. Rigor fit propter multitudinem & acredinem eorum quæ feruntur, & propter uelocitatem delationis & uirtutis imbecillitatem, talia uero magis contestantur calidum. Amplius illud quod mordicat calidum impugnando naturæ; ipsumque fugando, & per consequens infrigidando rigorem inducit, tale quidem est quod calidum mordax, ut apparebit peramplius, causatur itaq; rigor à calido.

In oppositum vt quòd à frigido: quoniam Gale. lib. de iectigatione, tremore, rigore, & spasmo. Rigor est frigiditas fortis, frigidum autem causatur à frigido, cum generatum producentis sapiat naturam. Palin. Rigor causatur ex contractione calidi de partibus exterioribus ad interiora: quod frigiditas extremorum ostendit. Sed is motus est frigidi: calidi uero contra. Eti. Rigori docent subueniri per frictiones calidas, inunctiones, & calidorum assumptiones. Inducitur itaque rigor à frigido.

In contrarium etiam: puta quòd si rigor fiat à calido non contingat à frigido aut contra; quia contrariarum causarum contrarii sunt effectus; secundo de generatione & corruptione. Sed calidum & frigidum sunt causæ contrariæ, non unus igitur & idem effectus ut rigor causabitur ab eis.

Propter primum quidem tangatur primitus vniuersalius qualiter per rigorem & uniuersaliter ea quæ apparent in paroxismis significentur super morbi longitudinem breuitatem, & medium ipsius. Secundo terminorum aliqua subdatur expositio. Propter primum huius sciendum, quòd modi seu uarietates quibus cognoscuntur consistentiæ seu ordines temporum uniuersalium in adinuicem sunt septem, uel octo: quorum quatuor sunt tanquam essentialia puta paroxismi anticipatio & postpositio: longitudo & breuitas, fortitudo & debilitas: mos seu modus ægritudinis; seu columitas & incolumitas. Reliqua vero accidentalia sicut accidentium longitudo, fortitudo, & eorum incolumitas, uel ipsorum opposita vt paucitas, breuitas, columitas ipsorum, & tempus declinationis paroxismi longius priori, uel breuius, & si facilius aut difficilius ferunt quæ ipsius accidentia. Et an post paroxismum remaneat ab accidentibus mundificatus, vel circunuolutus in illis. Si ergo concidant omnes hi aut plures & digniores in adinuicem, puta anticipatio, longitudo &c. tunc vtique ægritudo erit in augmento. Si autem concurrant opposite omnes uel plures postpositio, breuitas, & reliqua: tunc maxime si materia fuerit digesta, erit in declinatione iam morbus. Si uero cæteri, uel plures æqualiter accidant: ut in priori uel prioribus paroxismis, erit in statu, dummodo ægritudo non sit quæ habeat de sui natura semper æqualiter, & ut in statu esse, ceu homoteneus seu æqualiter extensus, aut anticipare sicut agmasticus seu augmentatiuus: uel postponere semper, ceu apomasticus siue declinatiuus. Cognoscere tamen tentandum huius ægritudinum cōsistentias ex maiori uel minori anticipatione & postpositione, ne cum aliis uel tenore ipsorum plus aut minus uniformi. Cognoscuntur tamen certius digestione vel indigestione materiæ. Quando autem tales fuerint imminuti principium denotant ægritudinis aut materia fuerit indigesta: iuxta illud ueteris: secundum principia & fines imbecilliora cūcta, hoc crisiū & utcunq; aphorismorū primis. Propter secundū huius sciendū ꝙ typi sunt tres, uel quatuor, rigor, horror, seu horripilatio: frigus & tremor secundum quosdā, unde metra. Est triplex typus rigor horripilatio frigus. Frigus phlegma ducit, rigor est quādo cholera pungit. Quādoque poros claudit fex sanguinis tertius huic. Est tremor quartus qui circuit omne genus. Est autem typus figura uel imago uenturæ febris: qui est reuocatio caloris natiui de exterioribus maxime

maxime ad interiora: indeq; refractus non raro. Rigorem autem cōmunius attribuunt choleræ: iuxta illud aphor. quarta. A causone habito rigore superueniente solutio &c. Horrorem melancholiæ, & frigus phlegmati, ut eorū denotant paroxismi. Multotiens tamen unum pro alio sumitur: ita ut omnis typus aliquando confundatur sub rigore. unde aphor. quarta. Quibuscunq; in febribus quotidie rigores fiūt, quotidie febres soluuntur. Quòd autem tremor sit communis circuiens omne genus typi non proprius approbo, cum magis concidat, ut apparebit cum rigore, unde de his. 4. prima. ita horripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatē in frigore ac punctionem in cute & lacertis, & antecedit eum pigritia & confractio, frigus est ut sentiat in membris suis & dorsis lacertorum frigus purum, sentiunt enim ac si nix ac frigiditatis congelatio sit aliqua eis innexa. Isaac feb. 5. Rigor est ut non posit cōtinere membra sua ex tremore & commotione in eis eueniente motibus inuoluntariis, & fortasse est frigus forte; non fit autem rigor fortis nisi in continua & quartana. Videtur igitur omnis communicare in rigore quandoque. Sic igitur rigor aliquando sumitur communiter pro omni typo, sicut apud Ioannem horripilatio; plures autem prout singulare diuisum contra typos cæteros. In diuisionibus quoque omnis typus ponitur horripilatio, diuersificata tamen punctura, quasi actuali, non frigore ac profundatione ipsius, & ueritas est ꝙ suscipiens auctores, nullam poterit certam inuenire attributionem typi designanti materiæ alicui, eo fortasse ꝙ à calido procedit & frigido entibus diuersis. Nosce ꝙ typus accidit in febribus interpolatis, non autem in continuis nisi rarius ut apparebit consequenter. Nam in his calor diffunditur per totum, ut maxime, tunc autem typus non potest magis accidere. Gal. vero eius ponit plures descriptiones aliorum rigoris quas omnes mordet, ut ꝙ rigor est frigiditas coporis & ꝙ est tremor cum frigiditate, & ꝙ est frigiditas motiua dolorem causans, ac ꝙ est nocumentū in calore per naturam inuēto in omnibus animalibus: & ꝙ etiam frigiditas est corpori subito occurrens. Denuo uero his omnibus notificationibus detestatis vtcunque subdit, ꝙ rigor est frigiditas fortis corpori adueniēs: necnō trahens ipsum a naturali dispositione ad innaturalē: quod per longa conatur declarare, & fortasis aliquid indeterminatū coniacet ac improprium in illo, ut tertio uidebitur dicendorum: calidū uero & frigidū nota differentia 15.

Propter secundum autem sciendum, quòd ut indicatum diuersificari uidentur in hoc quęsito maiores: nam aliquando sonant rigorem causari à calido: & interdum à frigido: & uniuersaliter frigiditatem ipsam ut uidebitur peramplius concomitari. Sic etiam ostendit dissona ipsius attributio febrium diuersarum paroxismis: & aliis dispositionibus corporum uariis, quid autem de hoc apparebit consequēter.

Propter tertium uero sciendū primitus quid sit rigor: ex hoc enim soluētur coarguta, & quæ uidentur ipsi inesse aderunt reliquis separatis, ac non minus discoliæ causa & oppositionis circa hunc erit manifesta ut sic pulcherrime demōstretur quod eius unumquodq; phy. 4. & 2. rigor: unde causetur uniuersaliter & specialiter ostendatur. Propter primum huius sciendum, ꝙ rigor est conuentus quis crebrus caloris naturalis & repentinus in cor à re omnifariā præter naturam causatus: indeque paulatim ad superficiem ut ad multum refractus. hæc nanque uidetur sufficiens rigoris ratio, eius perfecte denotans essentiam. quod apparet, nam conuentus seu cōncursus aut motus extat uerius genus, unde principio de accidenti quinti. spasmus, tremor, saltus, rigor & reliqua commune quidem habent genus omnia motum peccantem: hic autem motus auditus per ly conuentus, peccans autem per id quod subditur repentinus. talis nanque delinquit in naturam: cum omne subitum naturæ præliatiuum. aphor. 2. hæc auem genere separantur à rigore quæ non cadunt sub motus ambitu: sicut dispositiones uel habitus, ceu sanitas & ægritudo cum suis causis non habet rationem fieri & motus, ut accidentia. Verum facti & quietati: sicut uisum differentia 73. Est enim rigor accidens uirtutis animalis, ut cætera prætacta. Dictum est aliquis, quia non omnis cōuentus, sed minor aut mediocris, est rigor. Nam hæc dictio, aliquis, quando additur alicui denotat paucitatem. 3. regi. acutorum. Id autem fit additum ad differentiam tremoris: eo ꝙ tremor quis sequitur rigorem, & est sicut rigor fortior causatus proprie à calido: licet multotiens improprie sumatur pro typo quocunque. Cuius quidem gratia notandum ꝙ tremor dupliciter accipitur: uno quidem modo prout est motus malus uniuersalis totius corporis: & ita est effectus rigoris ceu quando adest uehementissima punctura cum agitatione quam maxime & dentiū stridore. Et hoc amplius causatus à calido & ad summū ex latione repentina calidi serosi acuti super partes sensibiliores entes. sumitur & tremor prout est pasio seu morbus officialis secundum Auic. quo partes concutiuntur absq; alia pasione febrili uel altera contingente: ceu reliquæ neruorum ægritudines, in quo nō percipitur manifeste calor sicut in priori tremore, aut frigus, & differt ab eo ꝙ hic potest aduenire toti corpori uel pluribus partibus aut uni. Sed ille communis est omni corpori uel pluribus

bus

ceu rigor à quo vt ad vltimum poſitus eſt conſequi:vnde de iectione rigore & ſpaſmo: rigor non eſt nocumentum accidens in membro ſicut tremor, neque etiam tremens frigiditatem ſentit, ceu rigens. Adhuc in rigore eſt motus præter naturam omnino, & ideo dictum omnifariam. in tremore autem nequaquam,cum tremor qui eſt neruorum paſsio conſtruatur ex re præter naturam conante mẽbrorum ſua quantitate nimia uel qualitate praua ſupprimere: & natura ſatagente ſubleuare, ita ut bellum motuum contrariorum inſurgat: tremuloſum inducens motum. Et propterea dicit Gale. ideſt ꝙ Plato non recte opinatus eſt tremorem & rigorem vnum & idem eſſe. Sed quis dicet Planem obſeruans tunc per tremorem, illum intelligere qui eſt communis toti corpori multotiens rigor dictus, aut uerus (vt dictum) eius quaſi effectus: quando omnino cauſæ rigoris fuerit intenſæ. Separantur etiam ſpaſmus, & iectatio,uel titillatio,ſiue ſaltus. Vidẽtur enim eſſe maiores magis extendentes uel etiam contrahentes quam rigor aut tremor, & maxime ſpaſmus: per id autem quod dicitur crebrus di uiditur rigor: & ab his atque à ſternutatione, tuſsi, ſingultu,& huiuſmodi. rari enim ſunt motus eorum: tremoris autem & rigoris commotiones pulſu etiam ſpiſsiores, niſi formicantis forte. Subditur autem caloris naturalis quo ſiquidem mouet uirtus regitiua nunc quidem intus: tuncque foras prout obiectum concitat iuuatiuum ſeu oppoſitum: vnde vigeſimaſeptima problematum; calidum quod eſt in nobis tanquam animal fulgienſque utique timebit. Ad cuius quidem pręſentiam calidum ſequitur permanere ſubiectum. Ad eius autem abſentiam frigidum: idem nanque poteſt eſſe diuerſorum cauſa, ut nauta qui ſui præſentia cauſa eſt ſalutis nauis, cuius abſentia ſubmerſionis illius. phyſicorum 2. Dicit autem in cor,quia calidum nociuum læſum cum ſanguine ſemper concurrit in cor uelut in arcem ac eius principium ut ibidem tueatur 5. apparens de acciden ti. Et ideo Meſue de pharmacis omnium nocu mentorum aduenientium corpori primus occurſus eſt ad cor, uelut ad baſim vitæ. Dictum autem repentinus,quoniam quod paulatim oc currit, non cauſat rigorem, ant dolorem qui ip ſum comcomitatur. Quod enim paſsionem inducit, oportet ipſum ſubitum eſſe & multum: ut apparet. 4. de accidenti. Debet etiam id eſſe eſſe præter naturam omnifariam, ita ut repentina innaturalitas cadat in naturam, & non in diſpoſitionem contrariam, quia magis quid du citur delectabiliter in naturam, uelut quando calidiori occurrit contemperans id quod frigidius, per quod etiam tremor neruorum morbus ſeparatur à tremore rigoroſo. eſt etiam bre uis tempore, ille uero longiſsimus. Per id verò quod ſubditur paulatine ſeparatur à verecundia: ipſa enim ſimilatur rigori cum in ea duplex ſit talis motus naturæ: primo quidem ad intra, & conſequenter ad extra: & in rigore ſimiliter ut quàm multum, ueruntamen in uerecundia citus ſit caloris naturalis reditur: non autem adeo in rigore. Dicitur autem ut ad mul tum refractus, propter rigorem qui aliquando contingit, ſicut conſpexi in morte uehementem quam magis frigidum aut ob virtutis debi litatem, uel materiei ſuperfluam quantitatẽ 5. de accidenti, hic enim calor confugiens in cor non reuertitur, per hoc etiam ſeparatur timor & rigor uiſus in eo qui poteſt rigori conſociari nunc prætacto. Sufficiens itaque prætacta ui detur rigoris ratio. Propter ſecundum huius ſciendum ꝙ rigor apud Gal. & 6. theo. non ſolum cauſatur à calido, uerum etiam à frigido. Quod autem à calido mõſtrant ex febribus ter tianis interpolatis (ut tactum) incipientibus cũ ipſo paroſiſtice,quo etiam terminantur cauſones ſeu incenſiones, iuxta illud aphor. quarta. A cauſone habito rigore ſuperueniente ſoluitur ipſe, quod etiam oſtendit ſcintilla cadens ſuper corpus hominis, & aqua feruentiſsima confeſtim occurrentes. Similiter & uulnus me dicamine aſperſum acutiori, unde Iſaac feb. 5. Cauſa rigoris ſunt calidi & acuti chimi citum exitum habentes. Adhuc iſtud induci rigorem quod cauſat conuentum quendam crebrum ca loris natiui &c. tale uero eſt calidum excedens impellens calidum naturale, cauſanſque ipſius abſentiam,cum eo ꝙ calor naturæ (ut tactum) confugit in cor tanquam in ipſius tutum, itaq; rigor cauſatur à calido. Firmant ꝙ etiam fiat à frigido, ut phlegma oſtendit uitreum, proprie cum frigiditatis fuerit multæ, maximeque cum fortiter moueatur ita ut diſſoluatur, & hic quidem rigor non fortis ut prior, qui à calido licet illius reſpectu perduret quàm longiſsime; qui & amplius mulieribus accidit quàm uiris, & maxime largam & ocioſam ducentibus uitã. Cauſatur etiam ab aere & aqua quàm multum frigidis mox occurrentibus, & proprie cum cor pus fuerit poroſum & natum ſuſcipere quæ adueniunt, ceu humores corruptos in expoſito, ſit etiam rigor quis in quartana compoſitus aliqualiter ex calido & frigido, cum frigidus de ſe ſit ipſius humor, calida uero putrefactione. Rigor tamen ad quem ſequitur tremor & agitatio totius quàm maior à frigidis eorum groſſitie non generatur humoribus. Verum à ſubtilioribus & acutioribus. Adhuc,illud quod inducit conuentum quendam crebrum &c. rigorem cauſat, cum huiuſmodi ſit eius denotatio: huiuſmodi uero eſt frigidum cum impellat calorem naturalem, & in fugam ponat, uelut ſibi oppoſi-

oppositum:quo siquidem dupliciter infrigidatur subiectum. Vni quidem propter frigidum iam occurrens,aliter propter fugam calidi.Sed in eo qui fit a calore solis aduenit frigiditas ꝓpter secessum calidi:& ideo remissior,licet nan que acutum punctura sentiatur interius immer sa: forinsecus tamen percipitur frigus, propter quod fortasse rigor simpliciter non est frigiditas fortassis,sicut testatur Gal. uerū potius cau sa ipsius quandoque, effectusque semper. Inducitur ergo rigor etiam à frigido & sic ab vtrisque:quod etiam firmat ex 8.proble.ita.Propter quid horripilantur siue rigescunt à calido & frigido infusi. Soluens ait: id contingere à frigido: quia extinguit calidum: cogitq; ipsum abscedere. A calido quidem, quia frigidum circunferentiale repercutitur in unum & fugatur introrsum: ita ut idem differenter tamen:possit diuersis causari, sicut à frigido p se amplius: a calido accidente magis. Sed circa prædictam causarum rigoris assignationem dubitare contingit: quando enim quis patitur tertianam, & paroxismus cū rigore debeat superuenire,supposita dispositione omni corporis & continentis, sicut possibile, uniformi rigor tunc incipiens cū paroxismo: unde causabitur non quidem à natura paroxismi, cum nō moueatur nisi mota,neque etiam à materia magis nunc quam prius determinate. quare videbitur causarum eius sufficiens assignatio. Dicendum id contingere à causa exteriori superna magis qua humor cōfluit cholericus & agitatur euentatione in motum determinata periodo: differētia declarata 88. quam siquidem causam medicus ut ipse non habet intueri. Nosce quippe ut particularius colligantur sermones de rigore & maxime Hipp. & una consoni reddantur, ꝙ rigorem aut sequitur febris aut minime. Siquidem id tunc hic rigor paruus, uel forte mediocris, quoniam ad quem febris non consequitur omnino, uerumtamen ad magnum consequitur. Rarius tamen euenit ut ad rigorem indifferenter non consequatur febris: ita ut tempore Hippo.semper concomitaretur rigorem febris, tēpore tamen Gal. & nunc amplius: quia homines sunt amici gulæ & luxuriæ ociosi repleti sub frigidis humoribus plurimis & paratis alterari. Balneis etiam crebrius utentes rigorem illatiuis. Aliquando rigorem non consequitur febris de distemperantia quinto de accidenti, & de tremore, iectigatione, rigore, & spasmo: velut quando quis lapsus aere sub frigido ente vtcunque se habente denudat incurrit huiusmodi rigorem quandoque. Si uero rigori superueniat febris aut id cōtingit ex parte materiæ magis, uel uirtutis imbecillitate, aut utraque. Siquidem prius aut materia est intra uenas, aut extra. Si quippe sic rigor aduenien in principiis febrium interpolatarum. si vero intra:uel est quod dictum. A causone habito &c. siquidem indigesta:& in locum unum impulsa: tunc occurrit rigor siue frigus, secundum illud aphor. quarta. In febribus ardentibus si quæ exterius frigida rigeant & reliqua. Vnde in eorundem.7.In acutis morbis frigiditas extremitatum mala. Quod si materiæ contingat mole, tunc fit rigor & maxime feb. apostemosarū principiis, cum calor nequeat diffundi superfluis obsesso:uerum contrahitur peramplius ad locum apostematis.4.prima. Si autem accidit uirtutis imbecillitate propricq; pluries, sic erit ille prius aphorismus quartæ. si rigor incidat febre non deficiente, debili ente uirtute, mortale. si autem utroque modo: tunc rigor in mortem conterminat ut prætactum. Attende quoque quòd inter sanitatem & mortem multi accidentium interueniunt gradus intermediis. nā post sanitatem anomala quædam extat deinde spontaneus quis labor quadruplex: ordine tamen aliquo, cum deterior sit cæteris apostemosus. deinde confractio postea horror siue horripilatio: postea rigor,deinde tremor quos subsequitur, ut tactum, febris: ex febre autem mori aduenit quandoque, cuius quidem causa est extinctio caloris natiui obuiatione contraria, uel regimen eius suffocatiuum. Tremoris autem uniuersalis & proprioris causa est multitudo humorum subtilium mordacium uelocissime delatorum super partes sensibiles cum uirtutis debilitate: ita ut tantus interueniat motus & agitatio, ut quis se non possit continere quin dentibus frendeat etiam: quem & febri quartanæ,& non cholericæ tantum attribuit Almansor: & maxime talis in ea potest concidere quando fuerit ex choleræ adustione febris causata, ita ut hic tremor (ut tactum) uehemētem sequatur rigorem. Rigor uero modicum imminutus his causis accidit. Per amplius autem minoratis constante uirtute cōtingit horror. Adhuc autem plus talibus imminutis confractio seu angustia & labor deinceps spontaneus & animalia & tandem sanitas causis his accidentium propulsatis omnino. quinto de accidenti, & decimo de ingenio.

Propter quartum quidem quid dicendum apparuit,utriusq; omnium partis rationes prioris uerum concludunt:cum ostendant rigorem fieri a calido & frigido:ut concessum. Ad aliud uero quod tanquam subcontrarium dicendum non esse inconueniens, unum quiddam (ut ostē sum) differenti modo a diuersis fieri causis: ita ut una sit prima: mediata secunda. una etiam per se,reliqua uero per accidens. ut problematum nona. Ad ultimum in his quæ uidentur diuersis agi causis idem est, quæ autē sunt ante has, nihil prohibet esse alias, ceu ostensum centesimaquin-

tesimaquinquagesimatertia curam perfici contrario non solum immediato & per se: uerum per accidens & mediato, cum omne tandem cō cidat in idem & primum.

Quæstio VII.

QVod hectica non fit incipiendo uidetur per secundum crisium excusantem se à determinatione signorum hecticæ,ita nulla hecticarum in primis diebus, sed tempore procedente perficitur. Alia translatio. Hæc quidem febris non accidit à principio. Hoc idem sonant sermones Serap. & theo.8. Amplius unumquodque agens operatur in materiam dispositam magis, & non in contrariam. Actus enim agentium sunt in patiente & disposito:cum forma proprium appetat susceptiuum:sed spiritus aut humor dispositior est materia ad inflammationem quàm membrum: eo quòd substantia est subtilior illo: & omnis talis plus recipit passionem. febrium primo. simplicium quarto. & primi secunda. Quod roboratur: quia esse febrium, ut apparet primo earum declaratur ex caliditate exteriorum: primitus enim accenditur caliditas in aerem balnei: deinde in aquam & postea in parietes illius. Adhuc quarto prima. & Isaac etiam febrium primo. Febris mediantibus spiritu & sanguine uel naturali calore se per totum disseminat corpus.Hoc autem fore non potest, nisi primitus in spiritu & sanguine, ideſt humore & calore naturæ calor fundetur extraneus: quare uidetur ꝙ omnis in primis febris sit ephemera aut putrida. Rursus. o quam parum est ꝙ quartana accidat incipiendo: plurimum nanque euenit in successione ægritudinum putridarum diuersarum differentia 90. Cum autem materia quartanæ, & humor magis conueniat aliis humoribus,qui sępius febrem inducunt incipiendo quàm cum materia hecticæ, quæ est substantia solida seu membrum: tunc namq; fiet hectica incipiendo.

Itidem si hectica fieret incipiendo, iam non esset hectica: cum incipere dicat quid in dispositione fore, hectica uero habituationem: ut apparebit in his quæ deinceps. Hectica itaque incipiendo minime fiet.

Oppositum horum sapit Gal.in pluribus locorum de differentiis febrium cum A. Zoar Auer. cum aliis medicis uniuersis. Quod & rationibus confirmatur. Cum enim omnes aliæ ægritudines ab eius occurrant principio propter quid hæc non similiter aliis. Adhuc cum de ratione accidentis sit vt morbos sequatur,uelut umbra corpus: tertio de accidente. & 11.de inge.si hectica semper alios comitaretur morbos, potius accidentis, quàm morbi rationem induet: cuius contrarium notum: cum tria genera sint febrium per se morbus existentia. Amplius non agit agens, nisi patiens eius sustinere ualeat actionem. Cum agentis ad patiens oporteat proportionem interuenire, sicut mouentis ad mobile, & intelligentis ad intelligibile. Spiritus autē aut humor corpora subtilia non sunt apta impreſsionem agentis præpotentioris susceptam etiam sustinere: uerum in membra petransiens fulcietur solidiora. Itaque hectica fiet incipiendo.

Propter primum vero sciendum quòd hectica quid habituatum importat, hecticō enim græce habituatum latine. vnde 8. de inge. Dispositiones facile solubiles vocant habitudinales, ideſt quasi dispositionales: quæ autem non tales, habituales. habitus enim secundum Boethium in prædicamentis est dispositio firma, uelut dispositio habitus infirmus. Hectica quoq; habitum importat: aut quia cum difficultate, uel impoſsibilitate separatur quando habituata permanserit: uel quia subiecto solido, puta membro aduenit. A quo facta cum difficultate remouetur impreſsio. Est autem hectica in pluribus dispositionibus similis phthisi & etiā differens ab eadem, habent enim se uelut excedentia & excessa. Isaac febrium secundo. Nam phthisis uno quidem modo cōmuni sumitur pro omni consumptione ex quacunque emergente causa: siue præter naturam, siue naturalem: qualis est dispositio quæ accidit decrepitis quando morti appropinquant, unde Almansoris quarto. Qui tali custodiuntur regimine, poſsibile fit ut ad decrepitam longo deueniant tempore, atque phthisim. Et hectica hæc proportionatur senectuti: quæ quidem euenit non parum ex ægritudine quadam consumptiua. sumitur etiam pro illis qui ad ipsam sunt dispositi apho. 3. puta qui collum habent longum,& epiglotim foris prominentem, & pectus strictum, carne nudum, cum humeris eleuatis, & tortis cruribus & huiusmodi, phthisis in plusquam hectica febris se protendit. Est etiam phthisis quæ consumptionem importat: consumptio omnis corporis cum vlceratione pulmonis. Et hoc quidem modo hectica phthisim superat. Nam omnis sic phthisicus hecticus factus est, & non conuertitur: cum multi hecticam patiantur sine pulmonis vlcere. Talis quoque hectica velut accidens consequitur ad phthisim. Quando enim pulmonis aut pectoris sanies non expurgatur libere: effumans in cor ipsum inflammans febrem inducit hecticam. Hectica quoque ut innuebatur per prius duplex existit. Quædam quidem est cum febre: quæ est calore extraneus fixus in substantia membrorum, ipsorum prohibens operationem, eorumque naturalem consumens humiditatem. colliget 3. Huius

ius quoque hecticę febris multiplex afsignatur modus distinguendi. Quidã enim ipsam penes corporis humiditates distinguunt. Humiditates autem corporis sunt quatuor: ut innuitur. 7. de inge. per quatuor siccitates distinctę illis oppositas. Eas quoque Serapio exprimit. 6.& Isaac febrium tertio. Et quarto prima, & 12. ipsius animalium &c. Quarum esse & numerus differentia innotuit.33. Secundum has quoque quatuor humiditates uidetur Isaac interdum species quatuor hecticę distinguere cui libet suam speciem hecticæ adaptando. nonnũquam uero tres solum magis pronuntiat. Communiter tamen tres ipsius species distinguuntur, ita vt in primis duabus humiditatibus prima concidat hecticæ species, theoricæ.8. Serapio tamen & Isaac ponunt magis putridam ex ipsa fieri. Et ueritas est fortassis, quia huic putridæ tandem associatur hectica. In tertia quoque secunda. In quarta uero, tertia. Has autem humiditates. A. quarto prima: cum febrium primo. nititur ostendere & per consequens hecticam illis occurrentem per humiditatem triplicem in lucerna existentem. Est nanque in corpore lucernæ oleum effusum: quod duabus proportionatur humiditatibus primis. Est & humidum corpore licinij iam imbibitum: quod tertiæ redditum est humiditati. tertium quoque humidum ipsius lycinii radicale: quod partes coniungit & retinet in adinuicem: quod quartæ proportionatur humiditati: ut etiam differentia inducitur. 112. Et hic hecticæ modus cum nominibus eius terribilibus incurabilis: nisi manu sanari pronuntiatur diuina. Et ista quidem suifficientior uisa est modorum hecticæ distinctio. Quidam uero distinxerunt hecticæ species dicentes: quoniam aut est in humiditatibus propinqui temporis coagulationi: & sic prima cosurgit species, aut in eis quæ sunt uelut caro: & hęc secunda. uel in membris radicalibus duris; qualia sunt ossa & nerui: & ipsa tertia. 10. apparens de inge. Et iste quidem sermo verificatur ab A. quando ad priorem fuerit reductus antedictũ: quoniam si denotetur ipso quòd primũ quod finit hectica est humiditas propinqui temporis cum coagulatione: non erit sermo uerus, cum ex hac, secunda efficiatur hecticæ species, & non prima, uel præter hoc sit in cordis substantia. Hoc autem dicitur febrium primo ut quòd quando complexio corporis naturalis inflammatur: & non adhuc humiditas consumitur existens in ipso: sed uelut ebullitio ostenditur, prima consurgit hecticæ species. Quando autem hæc ebullitio ad consumptionem procedit secunda efficitur species. Quando uero membra similium partium læduntur, ut uenæ nerui & huiusmodi, tunc erit & tertia. Et hi quidem omnes modi sane intellecti idem satis uidentur protendere. Est quoque & modus distinctionis hecticæ satis famosus: ut quòd quædam ipsius est difficilis cognitionis, & facilis curationis: ut prima eius species. Quædam quoque facilis omnino cognitionis, & impossibilis curationis: sicut tertius est modus. Secunda quoque species medium obtinet cognitionis & curationis. Et ista quidem distinctio magis ostendit modum quàm rem: propter quod prædictæ hac magis faciunt scire. Et scias quòd Gal. febrium primo & alibi nominat simpliciter hecticam primam. & secundum maiorem partem secundam ipsius speciem: puta cum nondum desiccatur humiditas cordis: nam quando desiccatur ut in fine secundæ speciei, & in tertia, dicitur tabes: secundum uero A. adubul. Est & alia senectutis dicta uel senii. quoniam aduenit ex ea in hora senii: quod accidit in fine marasmi: & ipsa est siccitatis dominium super totum corpus absque febre. Cuius quidem causa utplurimum est frigus cum uirtutis imbecillitate: unde membra nutrimento carent. causatur etiam ex potu aquæ frigidæ quando dispositio non affuerit. Eam quandoque causat medicus faciens febrem hecticam marasmodem per potum aquæ frigidæ & in ipsius proiectionem in hanc quidem minus deterrentem transire. unde 10. de inge. Melius est frigidam discrasiam translatam hominem: cum spe benigna efficientes quid & periclitari: quàm sine spe perire certissime: propter quod infrigidamus omnino hecticas febres confestim antequàm deuenientes in tabem moriantur. Non enim qui certissime tabefactus est tentabimus sanare: & si calorem eius extinxerimus. Sed siccitas derelicta senectutis hominem promittit tanto uicturum tempore, quanto resistant solidæ particulę ad ultimam senectutem. Fieri autem incipiendo intelligo hecticam: cum nulla aliarum febrium antecesserit ipsam, neque ephemera: neque putrida: ut alia quæcunque causarum: immo prima caliditas in corpore accendatur cordis ex causa quadam forti: & si omnes febres fundantur in corde, ista quàm maxime in eius figitur substantia.

Propter secundum autem sciendum, quòd aliqui rudium audientes superficietenus sermonem prædictum Gal. & antemissa motiua dixerunt hecticam incipiendo minime fieri. unde febrium primo. Quare quidam æstimant neque aliter posse fieri hanc passionem talem, ab ægritudinibus præeuntibus mox dicendis. Decipiuntur etiam aliqui illic ex serie Gal. tali. Hecticæ cum fine causis procatharicis generentur, nunquàm ab initio inuadunt: sed transcendunt ex his quæ fiunt ex

putredine. Dicendum ꝙ his ſermo non eſt ſimplex: ſed magis conditionalis & conſequentis deſtructio: ut apparebit diligenter intuenti eundem & conſequentem poſt plurima. Quorum quidem & aliorum amplius defectus uidebitur conſequenter aperte.

Propter tertium quidem ſciendum, ꝙ febris hectica ut plurimum non occurrit incipiendo: uerum alias conſequitur febres & ægritudines. Raroque incipiendo aduenit cum eius cauſa raro occurrat. unde feb. primo. Hecticæ febres ſecundum duplicem fiunt modum, quandoque enim propter cauſones quàm multum prolongatos: ut & humiditatem corporis conſumant cordis. Interdum uero adhuc manente cordis humiditate febres accenduntur uelut lucernarum flamma ex lycinio. Fit etiam hectica non parum ex emitriteo: unde quarto prima. Emitritæus quandoque eſt de febribus magis interficientibus, quoniam perducit ad hecticam, & ægritudines chronicas & difficiles. Cõſurgit etiam ipſa ut apparuit ex phthiſi antecedente: nõnunquam uero ex empiimate, & uniuerſaliter ex apoſtemate intus maxime ſaniato: & propter ſubtiliationem regiminis & prohibitionem infrigidationis, ut potus aquæ: & propter modicam obſeruationem lateris cordis cum rebus infrigidantibus de foris aut de intus. Multotiens etiam in ipſam cadere facit medici neceſsitas ꝑpter cauſam uirtutis & frequentiam ſyncopis dantis in potu uinum & aquam carnium & medicinas calidas, ut de muſco. Fit etiam (ut tactum) interdum incipiens hectica. vnde Gal. ibidem. Vna quidem hecticarum generatio dicta eſt mihi. reliqua uero eſt quando a principio inuadunt confeſtim primam generationem ſimilem facientes ephemeris ut triſtitia, ira, & labore ampliori ſimul cum æſtu facto. Decimo uero de inge. Rurſus ex cauſonidibus in tabem aut à principio ipſius cõfeſtim hectica contingit febrem præſiliens cauſonidem. Iſaac quoque hanc diſtinguẽs ait ꝙ hectica quædam eſt cuius cauſa eſt alius morbus: alia uero cuius cauſa non eſt alius morbus: quæ conſurgit ex inflammatione humoris exiſtentis in concauitate uenarum & arteriarum cordis. vnde recolligens ait. Quia compleuimus cauſam hecticæ: quæ eſt propter alium morbũ: & cauſam eius quæ nõ eſt propter aliũ morbum: ſed per ſe &c. A. vero poſitis cauſis quibus febris euenit hectica, conſequenter ſubdit. Longiſsimum eſt ut accidat hectica incipiendo: quaſi ſint membra radicalia iam inflammata & non inflammetur humor ſiue ſpiritus ante illud: immo oportet ut calefiant illa in primis: deinde ſecundum proceſsionem dierum calefiant iſta: niſi accidat cauſa fortis ualde. Sermonem quoque de hoc aſſumpſit Zoarita. Vna fit ſpecies febrium hectica dicta, quæ ut in pluribus non arripit per ſe principaliter: ſed ſequitur aliquã febrium chronicarum corpus exiccantium, ipſumq; diſsipantium. quandoque etiam fit propter febres diei. Colliget quidem 4. Raro accidit febris hectica: niſi poſt alias febres, ſicut poſt ephemeram in corporibus ad hanc paratis, aut poſt aliquam ex putridis. Præuenit autem per ſe in his cauſa qui natura ſicciores & calidiores uiuentes in laboribus, uigiliis, diæta ſubtiliori: & amplius ſi cũ huius aeris diſpoſitione & regionis in iram uel triſtitiã peruenerint: febrium primo. Hi utiq; ſunt ſermones quos de principiatione iſtius febris per ſe aut poſt alias illuſtres induxere. Qui etiam ſecundum utranque eorum partem poſſunt rationibus decorari. Quòd enim in pluribus hectica morbos concomitetur alios, oſtenditur. Cum unumquodque agens (ut tactum) in materiam formam inducat ſibi diſpoſitam pluribus cauſis caliditatem inducentibus in corpus materia amplius diſpoſita eſt ſpiritus: qui eſt ſubiectum febris ephemeræ, aut humor qui putridæ, quàm membrũ in quo & hectica figitur: eo ꝙ rarius cauſa adeo uehementer impreſsiua occurrit corpori: ſicut etiam in uniuerſo conſpicimus. In eo enim effectus grandes mirandi rarius occurrunt. Amplius. natura tuetur inquantum poteſt ſolidam partem: puta membrum ſpermaticum: quod eſt ſubiectum & ſuſtentaculum eorum omnium quæ ſunt in animali: & maxime cor: quod hecticæ proprium ſubiectum, non ſolum ſecundum contenta in eo, ut aliis plus febrium: uerum etiam ſecundum ipſius ſubſtantiam propriam, quod uero tale fuerit, conſeruatur maxime à natura cum ſapientia & intentione omni. Fit igitur ut ad multum non incipiendo quod indicat Almeliletu febres ut plurimum antecedens. Quod autem fiat initiando quandoq; oſtenditur, quia agens agit, non in quodcunque, ſed in patiens ſibi diſpoſitum. Quod autem patiens non fit diſpoſitum dupliciter poteſt contingere, aut quia ſit nimis durum & compactum reſiſtens omnifariam, uelut ferrum, lapides pretioſi, & maxime adamas: uel quòd ſit ſubtile, molle, ceſsibile, ut aer aut uapor, qui actionem agentis non ſubſtinere poteſt, ſed magis fit tranſitus in ſolidius, durius, ceu oſtenditur in percuſsionibus quibus corpora percutiuntur ſolida non reſiſtente aere, uelut etiam uidere contingit in fulgure quod nõ omne patiens reddit ſibi diſpoſitum, ut in ipſum agat: ſed illud quod eſt durum, compactum, & reſiſtens. unde Algazel. Fulgur quod eſt ignis ſubtilis penetrat herbas & res molles: ſed quando res duras offendit: ſicut ferrum & aurum, diſſoluit ea: ita ꝙ eliquat aurum

in marsupio & marsupium non adurit: & dissoluit ferrum in manibus & homines non adurit: quod euenit: ex eo quòd illa resistunt, hæc autem minime. Sit itaque in proposito sæpius factum est quòd spiritus aut humor (ut ostensum) materia patiens, redditus est conueniens febribus: non autem membrum, propter quòd frequentius contingit hectica post alios morborum. Interdum uero spiritus, aut humor non est conueniens subiectum, propter eorum subtilitatem & mollitiem, sed membrum durum solidum: & hoc quàndo causa fuerit quandoque fortis fulguri proportionata. Et quia talis rarius accidit, tardius euenit, ut fiat hectica incipiendo. Impressio enim modica ita in humoribus & minor in spiritibus inducitur: propter quod in membris calor in calefacto esse: non autem in calefieri tantum: uelut in spiritibus & hu. Amplius, quando fuerit materia summe disposita: non forte agens et in ipsam poterit imprimere: sed disposita reperitur quando ultime: ut cum tam naturalia quàm innaturalia in calidum tendant & siccum. Nullus enim ab initio confestim captus est hectica habentium humidum corporis habitum. febrium primo: sed & frigidum multominus. Quòd autem agens occurrat forti aliquando, iam uisum. Quare sic hectica fit primitus, & non aliæ.

Propter quartum quidem dicendum. ad primum quòd ipsi loquuntur quantum ad id quod accidit ut in pluribus in quibus maxime ars consistit. Hectica uero incipiens aduenit in his quæ rarius: ut ostensum. Volens enim. 2. crisium excusare se Gal. a datione signorum hecticæ: ait ipsam fore omittendam, tum quoniam in alijs locis de his erat tractaturus: ut primo febrium. tũ quoniam signa huius febris habebantur per signa illarum febrium præcedentium, cum ipsa sic rarius contingat. Aliquis autem dubitabit si hectica incipiens raro occurrit: cum de his quæ sunt raro non sit scientia: uerum de his quæ sunt semper aut ut in pluribus. phy. 2. quomodo erit scientia de ipsa posita superius dicendo quòd raro potest euenire: & tunc per se sine alijs febribus præcedentibus fit. Dicendum ut apparet in prædicto, & 6. etiam meta. quòd scientia non tollitur ab aliquo ex eo quòd sit de eis quæ sunt raro: dummodo illud raro causas habeat determinatas: sicut coniunctio Saturni & Iouis in primo arietis minuto raro cotingit, quia circa finem mille annorum. Corpus etiam temperatissimũ de bona habitudine in longorum occurrit temporũ periodis, & tamen de ipso est sciẽtia: ut de eius causis & signis, habet. n. causas sufficiẽtes essentiæ suæ, per quas potest aliquãdo poni in esse & significationes quibus discernit foris. sic itaq; & si aliquid raro eueniat dummodo causas habeat per se determinatas ad aliud, raro de ipso poterit esse scientia. Ad aliud dicendũ ꝙ spiritus, & humor pluribus agẽtibus & febrem causantibus sunt materiæ dispositæ, quibusdam autem paucis nõ, ut declaratum prius. Ad confirmationem dicendum, quòd ut apparet per Gal. non solum ex aere calefacto calefit aqua balnei, & inde parietes eius, uerum aliquãdo primitus potest calefieri paries: deinde aqua & tandem aer. & interdum primo calefiunt humores qui spiritus calefaciant, & tandem membra. Aut membra prius spiritibus inflammabuntur. secundum enim quòd fuerint causa agens materiam sibi coaptat: cum quodlibet non agat in quodlibet: sed in sibi determinatum. Ad aliud dicendum, quòd calor primitus potest in cor infigi ex aliqua grandi causa, quæ quasi immediatius usque in cor penetrat, & ita erit febris, & tunc ille calor deportabitur mediante spiritu & sanguine per totum corpus, non tamen calor erit in eis in calefacto esse quod est febris, cum sit morbus & hic mutationem dicat stabilem in hoc differens ab accidente. differentia 73. sed non in calefieri quod motum denominat ad calefactum esse. Febrium, enim principio cum sit aliqua febris: puta ephemera seu pu. uel hectica, una istarum causatur in esse per suum subiectum in calefacto esse, subiecta uero alia non sunt in calefacto esse, sed in calefieri solum, licet nanque in qualibet febrium totum corpus inflammetur, quia tamen non est in calefacto esse, uerum in calefieri magis: ideo non sunt aliæ necessariæ febres una existente. Et hanc quidem rationem dissoluere nesciuerunt ponentes spiritum aut humorem minime inflammari, cum hectica aduenit incipiendo dicentes caliditatem nullo modo in spiritibus aut humoribus esse, occultetur tamen propter caliditatem grandem membrorum cum hecticæ calor sit intensior calore tertianæ. primo secunda: & quarto de anima. Caliditas enim maior ad se minorem contrahit & extinguit. Motus enim maior minorem depellit & occultat. differentia 90. Ad aliud dicendum, quòd per alium modũ sit febris quartana et per alium hecticam, nam quartana fit ex materiæ frigidæ & siccæ putrefactione, quæ omnibus ineptior est ad putrefactionẽ, cum putredo per calidum fiat & humidum. unde & quidam ob hoc negauerunt quartanam fieri a melancholia naturali. quarto prima. Hectica uero febris fit ex inflamatione simplici, humiditates uero & maxime primæ cum sint unctuosæ: aptiores sunt ad inflammationem, quàm melancholia ad putrefactionẽ. Et ideo non minus potest accidere hectica incipiẽdo q̃ quartana. Adhuc grossior fortassis est melãcholia, quàm pri

mæ humiditates. Ad aliud dicendum, ꝙ hectica magis uidetur hoc nomen sibi acquisiuisse ex suo processu & fine, quàm ex eius principio: tunc enim est in sua dispositione cum ipsa sit facilis curationis. Aut dicitur hectica (ut tactum) ratione compactionis subiecti: cui quidem infingitur ut humiditatis uel membri. Ad argumentum etiam quoddam alterius partis dicendum ꝙ licet aliquid ut accidens sequatur alios morbos: dum tamen stat & figitur essentialiter operationes lædens: ipsum idem morbus efficitur: ut hectica ex phthisi causata. Et dolor etiam capitis quando fuerit permansiuus: differentia 74. ostensum &c.

Quæstio VIII.

QVod febris pestilentialis sub ephemera reponatur ostenditur: quia aer corruptus perueniens ad cor spiritus complexionem corrumpit. quarto prima. sed ephemera fit in spiritibus. Adhuc febris est passio cordis propria: Erit itaque principalioris partis eius. Sed hoc est spiritus, qua ipse est radix. Corpus autem cordis est ramus. tertio 11. Ephemera uero dicta est in spiritu fieri: igitur hæc ad ephemeram reducitur. Amplius uidetur hectica magis: quia statim A. post hectica de ipsa negotiatur: quorum autem fit determinatio unius post aliud immediatius, uidentur ad eandem rem pertinere, ut ordo seruetur rei & disciplinæ. Itidem illę febres uidentur esse sub eodem genere: quæ eadem curantur cura: cum ad essentiam morbi, causarum & accidentium ordinetur illa. Sed cura eadem uidetur curari hæc febris cum hectica vnde Almansoris. 10. Regendi sunt febrientes ex pestilentia ex omnibus, quæ in capitulo de hectica diximus. Rursus in hectica non iniungitur abstinentia: neq; in ista: imo magis incitantur laborantes vt comedant: cum plures eorum nihil sumere gliscant. Almansor unde A. Necesse est ut restaures ipsos supra cibum. Cumque appetitus ipsorum cadit restaurentur ad comestionem. nam plurimi eorum qui uiriliter agunt super illud & comedunt uiolenter absoluuntur & uiuunt. Palin. ipsa etiam fit in humiditatibus: sed febris pestilentialis putrefacit quod de humiditate circundat cor. A. Itaque febres pestilentiales sub hecticarum genere collocantur. Rursus videtur putrida: quoniam ex putrefactione accidit. aer enim putrefactus humores putrefacit aptiores cæteris quæ sunt corporis putrefactioni, quia calidi sunt magis & humidi. Eti. dicunt ipsam aduenire corporibus humores habentibus paratos putrefactioni, unusquisque enim incurrit ægritudinem cui extat expositus magis, cum potissima particula generationis ægritudinũ sit passuri corporis præparatio. febrium primo. Erit igitur sub genere putridæ locanda.

Oppositum vero hujus monstratur: quoniã febris putrida est humoralis. hæc uero non est humoralis. unde Isaac febrium 5. Plurimi patiuntur pessimos morbos de genere pestilentiali, & febres non de genere humorum. Palin. in febre putrida pulsus & vrina alterantur uehemẽti alteratione: sed in hac minime. Quare quarto prima. Non alteratur pulsus & aqua magna alteratione. Et quandoque est vrina in febribus pestilentialibus bona & naturalis in sui substantia & colore & sedimine: & ille cuius est tendit ad mortem: quarti secunda. Eti. A. alium ei construit tractatum & reliquis febrium discretum. Non igitur ipsa erit putrida: sed nec ephemera uel hectica.

Propter primum quidem primitus sciẽdum quot & quæ sunt genera febrium 2. quot & quæ sint causæ pestilentiæ: quidque ipsa & morbus ipsius ostendatur. Primum autem huius omne differentia innotuit 87. Propter secundum huius sciendum, quòd cum febris pestilentialis plurimi sit nocumenti perniciei que illatiua. & hoc actione quadam existat: causæ ipsius erunt tres, aut quatuor, quæ in cuiuslibet naturali expetuntur actione: fortitudo uidelicet, agentis, dispositio patientis: contactus & mora. Oportet enim in tali actione corruptiua huiusmodi febrem patiens etiam fore dispositum ut in aliis euenit actionibus: cum agentium actus in materiam concidant dispositam 2. de anima. unde primo febrium. Nulla causarum sine patientis aptitudine agere apta nata est. Propter quod 4. prima. Agens solum cum peruenit & non sit patienti præparatio: non accidit actio & passio. Et ideo prima proble. ait hanc febrem omnibus pestilentiam inferre. Quicunque praue habentes præexistente. Qui enim bonos habuerunt humores, resistunt eorum temperie & uigore aeris corruptioni: quare in problem. etiam Arist. quibusdam ascriptis. Quibuscunque sortiti sunt secundum ipsam generationem ab astrorum impressione quòd sint breuis uitæ, uelocius redarguentur, & consumentur pestilentia concitati. Vt enim domus antiqua & imbecillis celerius uento concidit uehementi, quàm fortis & noua: sic & hi pestilentia. vnde Haly. Nõ infirmantur omnes homines apud mutationem substantiæ aeris: nam corpus cuius chimus non est præparatus euitat aerem, & resoluit eum antequàm alteretur ab eo. quare Alexander in proble. Propter quid in pestilentiali constitutione hi quidem moriuntur: hi vero minime. Causam quidem assignat ex cõplexionis præparatione. Si enim fuerit quis

plenus

plenus chochimia: manifeſtum ꝙ inſpiratus putreſcibilis aer hunc corrumpit, ſi uero euchi mus nihil aut parum ipſum peſtilentialis aer lædit. Voluit etiam Zoar epidimiam accidere: quando Deus illam mandat quod præſentis non eſt ſpeculationis. Corpora vero huic febri proprie maxime diſpoſita ſunt quæ plurimo coitu uſa, latorum pororum, humida, multæ balneationis, & vniuerſaliter illa quæ qualitati putrefactionis aeris ſunt homogenea. Contraria uero non læduntur, ſed potius contempe- rantur. Occurrit & hoc agens ſecundo forte. Quando enim tale fuerit & in materiam agit indiſpoſitam primitus illam diſponendo: & de mum formam inducendo; ut eſt guttam lapidem conterere 8. phy. & apho. complexionum tertio cum interiorum primo: aer autem agens eſt forte putrefactus: tum propter ipſius ad nos immediationem, & ineuitabilem ipſius neceſſitatem. 9. de inge. tum etiam propter eius pu treſcibilem peſsimam qualitatem cum ſubſtan tia. plurima enim huius aeris impreſsio ab agē te, ut declarabitur amplius uidetur quàm à ma teriæ diſpoſitione dependere. Etiam tertio con tactus ſcilicet aeris vndique intus immediatius & exterius occurrentis qui in omni expetitur actione naturali: de gene. & corru. primo cum quo interuenit & tēpus neceſſario. Quis enim ſic poteſt velociter manum ab igne actiuiſsimo ſeparare, ut & caliditatem ipſius nō percipiat? Neque etiam ignis ſine prædictis cauſis poterit vllatenus operari, quod tempus in huiuſmodi aeris impreſsione inerit proprie: cum talis ipſius ſimul putreſcibilis impreſsio non de facili poſsit ſeparari ab eodem. Et hæc quidem cum primis: ſecundo de cauſa, & primo ſecunda in omni quæritur phyſica operatione. Agentes quoque cauſæ cum patientibus his duobus fulcitis mediis duplices ſunt, uniuerſales & remotæ: & particulares propinquæ. Primæ quidem ſunt diſpoſitiones præcedentes ex formis cœli ſiue imaginibus facientibus eſſe neceſſe illud cu ius aduentus ignorata medico, ſcilicet inquan tum tales putreſcere faciētes aerem & aquam. Fiunt & putredines in terræ viſceribus propter cauſas à medico ignoratas quod ex luminariū proprie contingit eclypſibus & coniunctione planetarum & maxime Saturni & Martis cum ſtellis fixis aut ipſorum adunatione in aliquo ſi gnorum humanorum, & proprie quando præualuerint in domo uitæ in aliqua coniunctione maiorum vel aſpectu aut reuolutione anni mū dani inducentibus prauas temporum conſtitutiones permutatorum eſſentiis & naturis. Cau ſæ uero particulares & propinquæ ſunt corruptiones hic ſenſibiles in aere deprope exiſtentes uel uentis & maxime auſtralibus ex longinquis partibus adductæ, ſicut euenit in apertione cauernarum, & puteorum diutius concluſorum. Aut propter ineuentationem & conſtrictionem aeris inter parietes & tecta cum im mobilis reddatur: uel propter lacunas putridas & ſtagna: & res ut linū in illa immiſſas: uel propter uegetabilia: ſicut caules, eruca lacticinia acuta & uiſcoſa. Aut propter baratra uenenoſam auram expirantia, ſicut circa Sardos & Ierapolim: aut riuum magnam ciuitatem expurgantem uel exercitu multotum perturbatum. Et propter arbores malarum complexionum, ut ſohac & taxum: nuces: ficus: odores putridos & priuationem ventorum laudabi lium. aut propter ſtercora, & animalium cadauera, vel hominum copora occiſorum in prælio intumulata, ſiue incombuſta. Nam forſitan ex ęthiopia ſecundum continuitatem influxerunt quædam putrida inquinamenta Athenienſibus habentibus apta corpora lędi ab ipſis futura cauſa febris: febrium primo. Eſt etiam & modus quis peſtilentiæ quaſi mediatus. mor talitas enim corrumpit arbores & uegetabilia, & hęc corrumpunt animalia quę ea comedunt: & propterea homines qui eis ueſcuntur, corrumpuntur. primo ſecunda. Fit quoque ſecundum Democritum quando famem ſequitur abundantia. Et propter languida tritica: herbas & uarios cibos quando fame hos ſumpſerint coacti: ut etiam Zoar de peſtilentia recitat marochiana. Quando autem peſtilentia ex inferioribus fuerit, iubent medici ſuperiora & lata quærere aeris. Quando uero ex ſuperioribus, inferiora concluſa. Neque mirandum eſt aerem putrefieri, cum ipſe fumis terreſtribus uaporibus permiſceatur aquoſis, radijs etiam ſuperiorum permiſcētibus iſta, neq; enim permanet in ſui ſimplicitate, tunc enim non putrefieret cum nullū nudorum ſimpliciū poſsit putrefieri, & ideo cum ignis inter cætera elementorum ſimplicior exiſtēs permaneat, pu treſcit, minime. unde meteo. 4. Omnia alia putreſcunt excepto igne, etenim terra, aqua, & aer putreſcunt. Deinceps quidem conſiderandum quid ſit peſtilentia. Et quia eſt mutatio quædā facta in aere: primitus ſciendum, ꝙ mutatio duplex eſt ipſius. Vna quidem in eius qualitatibus, & altera in eius ſubſtantia magis. Mutatio tamen in ſubſtātia nunquam poteſt ſine mu tatione in qualitatibus perfici, cū qualitate om nis fiat actio, non tamen econtra. Mutatio q̄dē ſecundū qualitatem eſt qñ aer ſecundum caliditatem & frigiditatē maxime ad diſpoſitionē peruenit intolerabilē, adeo ut inde meſſes & generatio corrumpantur & vita, quod dupliciter euenit: qm̄ aut eſt ſymbola mutatio, ſicut rabio ſitas æſtatis in calore, & hyemis in frigore, uel ecōtra cōuerſio, ut malitia frigoris in æſtate: & caliditas hyeme. Et ſimiliter quoquo modo in

aliis qualitatibus. Quando enim aer permuta-
tur intantum, & corpora ſimiliter peruertun-
tur. diſponuntur enim ſimiliter tempore pro-
ble. prima. Mutatio quidem aeris ipſius in ſub-
ſtantia eſt, ut hæc ad malitiam conuertatur, nō
ꝙ aliqua ſuarum qualitatum ualde fortior fue-
rit facta augmento aut diminutione, licet non
ſine earum mutatione contingat, & hæc dici-
tur peſtilentia 5. theori. quæ eſt mutatio aeris
in corruptionem & putredinem propter egreſ-
ſionem a temperamento in eius ſubſtantia &
qualitate. Secundum uero A. peſtilentia eſt pu
trefactio quæ accidit aeri: ſimilis putrefactioni
aquæ remollitionis fœtidæ. Ingroſſatur enim
& remollitur uelut aqua quando quis immiſe-
rit linum aut canapum uel talia in illam. Vt
autem appareat conſequenter quid ſit morbus
peſtilentialis ſciendum, ꝙ morbus eſt duplex.
Quidam nanque particularis, ideſt particula-
riter & diuiſim ſparſus: ſicut qui in eodem tem
pore & ciuitate differenter hominibus contin-
git, ut aliis quartana uel tertiana, nonnullis ue-
ro phrenitis &c. Eſt & alius communis, qui etiā
duplex, quia quidam eſt conſuetus & cognitus:
& dicitur endimicus, ſeu endimialis quaſi ab in-
tus eueniens, & eſt contingens ratione loci, pu-
ta propter aquam uel uentum uel terræ fundū:
ceu in quibuſdam ciuitatibus nephritis abun-
dat, in alijs botium, quod apud Arabes nunquā
uel raro eſt repertum, in quibuſdam uena me-
deni uel ciuilis ſæpe, quam Gal. nunquam uidit
interio. 6. & de tali morbo agitur in libro de
aere & aqua. Eſt & alter epidimialis, ideſt ſu-
per uel extra eueniens ad differētiam illius qui
conſurgit ex loco. Solet etiam epidimia, ideſt
ſupereuentus pro peſtilentia ſumi: & ſi genera-
lior & exiſtat ipſa. Eſt autem ſecundum Haly.
morbus peſtilētialis multiplex & ſubditus: uno
eodem ꝙ tempore hominum multitudini com
munis. Multiplicem quoque dixi: ut oſten-
derem uarietatem huius morbi, peſtilentialis
enim ſola ægritudinum communis eſt omni-
bus proble. prima. Quoniam quædam eſt pe-
ſtilentia ex qua febres adueniunt continue: in-
terdum carbunculi, & aliquando diſſenteria, ua
riolæ, morbilli aliquotiens, & alia ſicut in li-
bris epidemiæ oſtenditur. Dicitur autem ſubi-
tus ad differentiam morbi endimialis: qui pau
latine euenit ex impreſsione illorum quæ in lo
co exiſtunt illo. Reliquum autem quod in de-
ſcriptione ſubiungitur ad differentiam dictum
eſt morbi proprij. Non enim euenit eodem tē
pore idem plurimis morbis, ſed differēs magis:
cum ex indebita ſex rerum adminiſtratione cō
tingat in quā differentes diuerſimode peccant.
Contingit autem peſtilētia & aeris putrefactio
ſecundum plurimum in poſtremo æſtatis, & in
autumno. Almanſor & A. Sed circa præfata
hæſitatur, quia dictum eſt peſtilentiam fieri ex
putrefactione aeris maxime, quod nō uidetur,
quia 25. proble. quæritur, quare aqua & terra
putrefit. Cuius cauſa aſsignatur, quia omne
calidiſsimum ſit imputridum. Infrigidari enim
oportet primum. Ignis autem calidus ſemper
Auer. uero igne plenus. In contrarium dictum
eſt omnia putrefieri excepto igne. Etenim ter-
ra & aqua & aer putrefiunt quod & medici te-
ſtantur cuncti. Dicendum ꝙ aer purus non
putrefit: neque ipſe prout igni commiſtus. Ve-
hementer enim calidum à putrefactione præ-
ſeruat, putrefit autem alius ut impermiſtus &
infrigidatus.

Propter ſecundum quidem ſciendum quoſ-
dam uoluiſſe hanc febrem ad genus ephemeræ
reducere. Quorum motiuum cum antedictis
fuit: quoniam quædam peſtilentia aeris euenit
propter ſimplicem qualitatē ſine putrefactio-
ne ipſius. Quæ quidem quia cum ſpiritibus cō
uenit, qui ſimiliter calidi ſunt & ſicci, & ægritu-
do promptius contingit in genere proportio-
nali, concludunt huiuſmodi febrem de genere
febris dici. Sed iſta poſitio ſtare non poteſt.
Extraneum enim eſt multum ut hæc febris po-
natur ephemera, cum nullam aut modicam ual
de conuenientiam ſecum habeat, quod oſten-
ditur, quia febris ephemera in uno ſæpe aut
plus & rarius in quatuor terminatur diebus, hęc
autem ad plures extenditur dies, ſecundum di-
ſpoſitionem patientis, & fortitudinem agen-
tis. Adhuc ephemera ſalubris eſt de ſe, peſti-
lentialis uero febris plurimum mortifera. Vn-
de Iſaac ex hac ait febre ſaluari rariſsimos. Et
A. ſecundum plurimum perdens quod innui-
tur apho. 2. plures criſes ſunt ad ſalutem quàm
ad mortem, niſi morbus peſtilentialis fuerit.
Sic igitur propter hæc & alia plurima, ut etiam
oſtendetur, quibus hæc febris omnino diſcre-
pat ab ephemeris, non eſt dicendum ſub illa ip-
ſam locari. Motiuum etiam non ualet illorū,
imo dupliciter deficit. primo quia ut oſtenſum
eſt, mutatio aeris in qualitate etiam exiſtente
peſtilentialis non reputatur proprie, niſi con-
uerſionem cauſet in ſubſtantia. Secundo quia
diſpoſitio aeris calida uehementer & ſicca, non
ſic inducit ephemeram, ſed potius putridam uel
hecticam. unde quarti prima. Febres acciden-
tes cauſa aeris ſicci ſiunt cauſa ut febres ueniant
cholericæ: multo igitur magis fieret quādo eſt
caliditas aut cum ipſa in aere ſiccitas coniuncta
hecticæ & non ephemeræ. ꝙ autem non ephe-
meræ, ſed hecticæ, euenit quia ſpiritus ſubiectū
ſubtile leuiter tantum motum aeris non poteſt
ſuſtinere, unde ſit tranſitus ad humores, qui ſub
iecta compactiora & tolerabilia exiſtent. diffe-
rentia præcedente. Alij uero uoluerunt ipſam
ad genus hecticarum reducere moti antedictis

præargutis. Et hoc quia ficut in hectica inueniuntur dispositiones laborantibus quasi insensibiles tepidæ, sic & in ista. Adhuc uidetur & hæc in ocultis intimis profundari, ut hectica, propter quæ uoluerunt ad illam reducere. Sed hoc etiam satis est longæ ꝙ ad hecticam adducatur, quod ex grandi inter eas ostenditur diuersitate, quoniam in hac præcipitur euacuatio & purgatio, in hectica uero minime. Eti. terminatur crisi, non autem hectica, propter quod remotius reducitur ad ipsam. Neque etiam motiua ipsorum ualent, quia dispositiones in eis non sunt æquales ut in hectica: sed permutantur diuersis mutationibus. Percipitur enim aliqñ ex ipsa caliditas & inflāmatio fortis: & quandoq; frigiditas & proprie in extremis & exterius. Et ad summū calent interius, & infrigidantur exterius: quod hæcticis non fit. Amplius posito quòd fundetur interius ut hectica, non tamen expanditur exterius ut ipsa: neq; in membris est: sed in humoribus ut ostendetur.

Propter tertium uero sciendum, quòd ipsa simplicius ad febrē reducitur putridam. Modum autem reductionis ipsius A. cum Ari. pro ble. prima tetigit dicens: aer putrefit propter expulsionem & sparsionem fumorum in ipso, qui quidem putrefactus ad cor peruenit, quare corrumpit complexionem spiritus qui est in ipso, & putrefit quod circundat ipsum de humiditate & accidit caliditas a natura egressa, & spargitur in corpore; & sic inde consurgit febris pestilentialis, quod ostenditur febrium primo. quia uero pestilentiosarum meminimus febrium à putredine omnium fientium &c. sic ergo uult eas à putredine fieri. Quod & monstratur ratione sumpta quidem à priori, quoniā febris putrida dicitur, eo ꝙ ex putredine consurgit: sed talis est pestilentialis, quod ostenditur per plurima consideranti: quæ Gal. testatur de ipsa cum aliis. vnde primo febrium. Febris pestilentialis fit propter humores aptos ad putredinem existentes, quando occasionem quandam breuem à continente acceperit animal. quàm multum autem ex respiratione incipit, eo qui in circuitu est aere à putrida euaporatione conterminato. Principium autem putredinis &c. Subdit etiam ꝙ corpora copulata aeri in quo pestilentiæ cōsistunt semina superfluitatibus plena, præparata sunt iam & per se putrefieri. Adhuc tertia aphorismorum, & primo febrium, recitatur dispositio quædam pestilentialis in principio principiante secundi epidemiarum posita ita. Carbunculi in cranone & reliqua. Quorum quidem causa erat ut ibi ostenditur putredo. Dictum est etiam per A. hanc febrem putrefacere humiditatem cordis. In hanc etiam concludit Isaac sententiam. Rursus febris putrida euenit ex re magis calida & humida, cum hæc sit putredinis causa. Quæcunque enim calida sunt & humida putrescunt prompte, tales sunt humores & aer, sunt enim calidi & humidi aliorum corporis respectu, nō autem sic spiritus & membra. Amplius, cuius significationes sunt febris putridæ, ipsaque putrida nominatur, quoniam significationes in cognitionem essentiæ nos deducunt morbi, & proprie cum à substantialiter inhærentibus fuerint sumptæ. huiusmodi autem significationes sunt in ipsa positæ. In ea nanque adest caliditas inordinata, siccitas linguæ, sitis uehemens, anhelitus angustia, eiusque fœtor, inquietudo, nausea, dolor oris stomachi, casus uirtutis, syncopis, rationis permistio, pulsus diuersus, frequens, paruus, & quandoque uehemens, sudor frigidus, frigus extremitatum, spasmus, & alchuzez, uomitus choleræ, solutiones, uentositates, & talia. Quæ quidem aliis non adsunt sic febrium aliarum generibus, nisi putridis. Itidem illa est febris putrida, seu ad illam conducitur, cui procuratio extat ut putridæ. Talis autem est hæc. præcipitur nanque in ipsa phlebotomia & purgatio putredinis: alteratio & ipsius exiccatio & eductio: & talia quæ in febribus obseruauda sunt putridis. Ex quibus concluditur hanc febrem propriissime sub putridis locari, si igitur quis asimilatione quadam conatur ipsam febrem ad hecticam reducere: & proprie ad ephemeram: hæc erit extranea & improportionata ualde. Non autem locatur in tractatu cum aliis putridis, quia non ex determinata, ut aliæ contingit, materia, uerum potius ex omni. Quod si quis opponat hanc pertractationem simpliciter fore impertinentem: cum hæc febris ex formis tandem contingit, ut dictum est superiorum: quibus cum sint necessariæ. Aliquis hic non poterit resistere. Quæ ergo necesitas hæc in medicina pertractari. Rursus hoc supposito ꝙ ex superis eueniat aspectibus. uidelicet. eclypsibus, ac coniunctione stellarum & diuersitate in his circuli signorum, non poterit quis nisi astrologus intelligere & obseruare. Quid igitur ad medicum? Ad primum quidem dicendum, ꝙ licet motus, & esse superiorum non posit impediri: cum sit necessarius, neque enim in fortunas possumus ex cœlo depellere, ualemus tamen ipsorum impressiones auertere materiam indispositam reddendo cum dictum sit. Actus actiuorum fore in suscipiente disposito receptibiles. Et ideo in centiloquio astrologus optimus multum malum prohibere poterit: quod secundum stellas est uenturum: præmuniendo taliter susceptu- rum: ut cum illud adueniat, modicum aut nihil ipsum afficiat: si nanque astra cū orbe mortiferam adducant hyeme quandam frigiditatē, illam præscientia muniti ualemus euitare. Ad

aliud

aliud multipliciter, dicendum: quia licet non agnoſcamus materiam & diſpoſitionem ſuperum: ſcimus tamen ut medici corpora diſpoſita ægritudinibus peſtilentialibus: quæ rectificare poſſumus, ut & indiſpoſita reddantur illis, quo acto, non accidit ſuperum impreſsio. Vel licet non cognoſcamus per cauſas ſuperiores peſtilentiam futuram, noſcimus tamen per cauſas medias, & ſigna, puta per diſpoſitionẽ aeris nos continentis, quam Gale. prognoſticorum primo, per cœleſte quoddam, ſeu diuinum ſignum intelligit. In qua ſigna peſtilentiæ declarantur ſatis aduentu ipſius. prima quarti. Aut & medicus habet hoc præſcire ſciẽtia aſtronomiæ quam in ſe debet habere, cum aſtronomia non modicum quid conferat medicinæ. Vnde de aere & aqua. Qui uero ea quæ de re altiſsima tractauimus rata tenent, & credunt, nouerint aſtronomiam medicinæ non minimã partem eſſe. Quod aſſerit Albumaſar introductorii primo: ut differentia oſtenſum prima.

Propter quartum uero. ad primum dicendum ꝙ licet aer putridus perueniens ad cor cor rumpat cordis complexionem, non tamen ſpiritum putrefacit. Spiritus enim non proprie putreſcit: cum ſit calidus & ſiccus, ſubtilis & in motu plurimo, ſed inflammatur & reſoluitur magis. Aut talis ſpiritus complexionis corruptio non eſt in facto eſſe, ſed in fieri potius. Febris autem dicitur eſſe per id quod eſt in facto eſſe non in fieri, ut in calefacto fore, non in caleſieri. differentia priori. Ad aliud dicendum, ꝙ febris quæ eſt in ſpiritum, eſt in influenti, nõ autem in innato complantato, qui pars eſt cordis principalior, radix, & uelut forma, & factor. In vigore nanque ipſius uirtus informatiua cor produxit, cum ſperma uirile quaſi totaliter in ſpiritus diſſoluatur, differentia 36. Sic igitur ſpiritus fere hincinde ſuſcipitur. Ad aliud dicendum, ꝙ non eſt hectica, & ſi determinetur poſt eam ab A. quia ipſam pertractat Gal. poſt ephemeras & ante hecticas. Et Almanſor poſt febris apoſtematum. Iſaac autem magis locat ipſam cum putridis, unde non arguit. Cauſa quoque huius diuerſitatis potuit eſſe, quia hæc febris non eſt adeo uere putrida, ut cholerica uel phlegmatica. Quod apparet ex accidentium ipſius etiam ad putridas difformitate quadam. ſimiliter uidetur in cauſa fore diuerſitas, eo ꝙ aliæ febres putridæ magis fiunt ex diſpoſitione humorũ ad putredinem aptorum, quàm ex fortitudine agentis: hæc uero cõtra. Quod innuit Iſaac intelligẽs perfecte quãdo dixit febrem fieri de peſtilentiali genere, & non de humorum genere: non ꝙ in hu. putrefactis non fiat. Sed ꝙ maior cauſa inexiſtit in aeris putrefactione, ipſos prius ad hanc habilitatem quàm ex uitio humoris proprio, ut in aliis putridarum. Adhuc cum cæteræ febrium ſint eſſentialiter cordis paſsiones, hæc quidem magis cõcomitatur ipſum & affligit. Aer enim putrefactus immediatius ad cor perueniẽs, quæ ſunt in ipſo corrumpit, & putrefacit humida: ut fere uelut in aliis cauſa antecedens non reducatur ſub coniuncta, unde quaſi cauſa primitiua immediate ſe transferat in cõiunctam, quod tamen non audeo ſimpliciter explicare. Et fortaſsis hæc eſt cauſa quare non expreſſerunt medici ſub quo genere febrium locaretur peſtilentia ſimpliciter præciſe. Ad aliud dicendum, ꝙ licet per eadem curetur, & non tamen ſunt illa plura eadem: ſed pauciora magis (ut oſtenſum) & minora. Mox etiam Almanſor excipit balneum: aquam calidã & lac, omnis quoque feb. in eo, quòd febris cum ſit mala complexio calida & ſicca eadem participat cura. Fuit etiam Almanſor breuis ſermone; ut uno non ſolum eodem uel ſimili det alterum intelligere: immo more Hippo. ſuo contrario. Ad aliud dicendum ꝙ iſta eſt una ſimilitudo lata. Et etiam ꝙ in febre hac non prohibetur abſtinentia inquantum eſt putrida: ſed propter caſum appetitus qui eis aſſociatur frequenter & ſimiliter, ut bonitate ciborum & potuum reſiſtatur aeris malignitati: ſed in hectica non iniungitur abſtinentia propter nimiam corporis, & febrilis caloris exiccationem, cum eius caliditas ſit tertianæ ſecundum A. caliditate acutior. Sic igitur non prohibetur eadem minime abſtinere de cauſa. Ad aliud dicendum, ꝙ per humiditatem A. intellexit humorem primum, & non ſecundum. ſunt enim duplices humores. primi, uidelicet, & ſecundi noti: ut ſanguis, phlegma, cholera & melancholia. Et ſecundi dicti humiditates, ut quæ eſt in extremitatibus paruarum uenarum: ros cambium & gluten: differentia 33. Concedendum itaque ꝙ propriiſsime aliarum ſit putrida. Ad ea etiam quæ alterius partim iã apparet. Expoſitus eſt enim ſermo Iſaac. Ad aliud dicendum quòd hoc eſt quaſi propriũ præ aliis ægritudinibus huic paſſioni, ut ipſa uehementius ut oſtenſum quàm aliæ febres inhæreat cordi: ut & nocumentum ſuſcipiatur in corde & non ſic in hepate & aliis cæteris ſuo modo. Propter quod urina naturalis uidetur exiſtere ſimiliter & pulſus cum fuerit ita natura perterrita & ſuccumbens, ut & nullo attentet inſurgere contra morbum modo: ſed conuertet ſe ut corpus gubernet uelut in ſanitate. Quo circa & urina in morbo etiam diurno ſic permanens iudicatur in aphoriſmis mortalis à Damaſceno.

Quæſtio IX.

QVod apoſtema intrinſecum cauſet febrem conti-

cótinuam omnino, monſtratur:per Gal.apho. quarta ita. Febres continuæ & periculoſæ accidunt, aut propter prauam morigerationem putrefactionis, uel propter intrinſecum apoſtemata. Amplius, ſi aliqua apoſtemata intrinſeca febrem cauſarent interpolatam: hæc ſplenis eſſent & renum: cum huiuſmodi membra minus ſint ſenſitiua: minoremque colligationem cum corde habentia. Propter quod plures medicorum aſſerunt hæc, febres interpolatas cauſare: ſed apoſtemata membrorum huiuſmodi febres inducunt continuas, quod monſtratur, quoniam ſplen eſt membrum carnoſum: arterioſum: ex ſanguine nanque arteriali ſubtili nutritur, quarto de utilitate particularium. Eſt etiam rarum multæ materiæ comprehenſium: quod autem huiuſmodi, quarto prima ad febres præparatum continuas. Renes ſimiliter membra exiſtunt carnoſa, calida, arteriis & uenis patentibus non parum coniuncta: quæ febrium continuarum uidentur denotare aduentum ibidem. Rurſus cuius cauſa eſt continua, & effectus ab eadem continuitatem ſuſcipit: quoniam cauſa & effectus ſunt proportionales. Sed apoſtemate exiſtente, ſanies inducitur continua, quæ febris cauſa per ſe & coniuncta ponitur cum ſuo effectu conuerſiuo. Itidem in apoſtemate morborum tria genera (ut uidebitur) continentur. Quæ quidem tum propter ſe, tum propter accidentia ipſos concomitantia, naturam humanam febri appropriatam tanquam in ægritudinem ſibi propriam deducunt. Apoſtema itaque intrinſecum febrem cauſabit continuam.

Cõtrarium quoque huius oſtenditur apho. prima ita. Quia ſplene male ſe habente paroxiſmi: & uniuerſaliter melancholici per quartum febricitant. Amplius in diuiſionibus, apoſtema in renibus ſequuntur in principio ſui febres permiſtæ habentes paroxiſmum cum horripilatione: tales autem ſunt interpolatæ. Adhuc quinto practicæ. Diuerſificatur lethargus ſiue ſirſen frigidum propter febrem adeſſe & non adeſſe. Itidem tertio prima ponitur melancholia fieri propter apoſtema meſeraicarum: in quo ſecundum plurimum non eſt caliditas, febris, aut ſitis. Quarto etiam prima. Membra quæ ſunt longinqua à corde debilem comunitatem cum eo habentia uelut renes: non ſemper propter apoſtemata febres inducunt, & continuas: immo multotiens interpolatas de genere commiſtarum exiſtentes: & febrium tertianarum, quartanarum, quintanarum, & ſextanarum. Rurſus differentia febris interpolatæ eſt ad continuam: quoniam interpolata cauſatur ex materia extra vaſa contenta, continua uero ex intra. Materia vero apoſtematis extra vaſa continetur ut innuit Gal. de ge. apoſtematis in quam plurimis. Adhuc motus eſt de extremo in extremum per medium. phyſicorum quinto & quinto de iuuamentis. Sed quædam apoſtemata intrinſeca qualia diaphragmatis, & ſtomachi, & uniuerſaliter ſubſtantiæ panniculoſæ: uelut apparet primo prognoſticorum febres inducunt continuas. Quædam uero febres non adducunt. unde tertio. 14. In apoſtematibus hepatis frigidis non eſt febris, neque ſitis, neque calor. Similiter & in duris ſplenis. Cum igitur fiat motus de non habere febrem continuam, in habere, aut econuerſo motus per medium conſtituetur. hoc autem medium non uidetur niſi febris interpolata. Quare febris interpolata interdum ab intrinſecis apoſtematum cauſabitur.

Propter primum quidem ſciendum, ꝙ apoſtema eſt tumor ſiue groſsities præter naturã permutans membrum à ſua naturali diſpoſitione in eam quæ extra naturam ex materiei cõgeſtione uel reumate generatus quarto de accidenti. & 13. de inge. Hæc autem non eſt uera ratio apoſtematis: ſed potius quædam eius notificatio communis: nam tumor præter naturam eſt accidens conſequens apoſtema calidum. Ioannitius. Vera ſiquidem ratio ipſius eſt morbus compoſitus ex triplici genere morbi. differentia 75. In ipſo nanque concurrunt tria morborum genera: ut mala complexio: praua compoſitio, & imparis ſolutio, ut declaratum primo ſecunda. Cuius quidem cauſæ uniuerſaliores ſunt ſex. Vis membri uidelicet expulſiua ſuperfluitatum ex ſuperfluo alimenti in eodem accreta. Imbecillitas membri recipientis quod ad ipſum impellitur, materiei ſuperflua quantitas. Debilitas nutrientis uirtutis mẽbri. Quando enim ſuum non ualet alimentum elaborare: in ſuperfluitates conuertitur illi nocentes. Meatuum largitas, quibus ſuperfluitates prompte decurrunt. Et ſitus ipſius corporis inferior theori.6. Ipſius quoque ſuperflua quantitas eſt illius materia: ut humor quadruplex, aquoſitas & uentoſitas. Et adhuc huiuſmodi quoddam à cauſa primitiua nota. Reliquum uero ab oppoſita. Cuius quidem generationis modus differentia tangetur ſubſequenti. Eſt etiam quoddam apoſtematum extrinſecum: quod ſenſibus ſubiacet: ut tactui & uiſui manifeſte. hi enim circunſcriptionem ipſius apprehendunt immediate. Intrinſecum autem aliud oppoſitum, ad quod non ſic ex ſignificationibus peruenitur à ſenſu acceptis deducto. Et ipſum quidem generatur aut in membris interioribus ubicunque: uelut in gutture, pulmone, capſula cordis, uentre cum mery, hepate, ſplene, inteſtinis, renibus, matrice & ueſica, aut in panniculis ea circundantibus uel tegentibus: ſiue per longum, latum, uel profundum. Quid

autem

autem febris, & acuta visum differentia.87.

Propter secundum vero sciendum ꝙ aliqui indistincte posuerunt apostema intrinsecum febrem continuam causare simpliciter: aliqui uero interpositā nō raro ut mōstrarunt arguta, sed quid de hoc, tertio videbitur dicendorum.

Propter tertium quidem sciendum quòd aliquod apostema intrinsecum febrem potest inducere interpolatam. Cuius quidem gratia notandum primo ex parte materiæ, ꝙ causa febris est duplex. una enim essentialis & prima: reliqua uero uelut accidentialis & secunda. Prima harum quoque quædam est mediata: puta antecedens dicta. quædam vero immediata: quæ proprie potest appellari causa coniuncta: eo ꝙ conuertitur & coniungitur cum morbo: qualis est fuligo putrida, seu fumus putridus horribilis subtilis à minera putredinis consurgens: febrium primo. locata in uasis, seu extra: dummodo continuatione eius cor petat. Et secundum ꝙ continue aut successiue ipsum expetet: febris generabitur continua uel interpolata: ut uisum differentia 87. cum cæteris. Sed de causa ut accidentali iuuatiua & secunda, quædam attenditur ratione materiei apostematis: alia uero ex parte qualitatis partis in qua existit. Primo quidem modo diuersificatur multipliciter. Quoniam apostematū quędam fiunt ex materia calida: puta ex sanguine & cholera: & phlegmones appellantur ab inflammatione dicta. quædam uero ex materia frigida, siue dura, molli, aquosa seu uentosa. prima siquidem sunt magis digna febrem continuam adducere cum maiorem homogeneitatem habeant cum ea. Quæ enim sic sunt celeriorem habent transitum secundum Ari. &. A. unde primo secunda. Occultorum apostematū calida, demonstrat febris concomitans ea, quæ uero sunt frigida, tardius, & ideo febrem possunt causare interpolatam magis, quia fumus procedens ex minera putredinis resultans per se redditur insufficiens cordi continuari: immo motus mineræ eius ex superiorum exagitatione præstolatur. differentia 88. qualis est motus melancholiæ per quartam: choleræ per tertiam, & phlegmatis quotidie. Verum quia motus phlegmatis 18. horis laborantem fatigat, à quo uix mundificatur: propterea si ex phlegmate consurgat apostema intrinsecus, ad motum eius additur propter causas continuitatis febris: intantum ꝙ & forte si febrem indicant, figetur continua. Quod videtur innui prima quarti. ponente apostemata renum causare febres commistas ex febribus tertianæ: quartanæ, quintanæ & sextanæ & non quotidianæ. Diuersificatur etiam materia ratione quantitatis multitudinis videlicet & paucitatis: licet primordialiter hæc diuersitas ex qualitate consurgit, sicut fere alia quæcunque: eo ꝙ materia multa seu quantitate replens continuum & extendens & solutionem inducet inde maxime. ꝙ si in locis fuerint sensibilioribus, febrem causabit ut sic continuam. Cuius quidem opposita interpolatam poterit causare. Diuersificatur similiter natura apostematis in febrem continuam seu interpolatam causando aut in nullam adducendo ratione dispositionis materiæ. Contingit nanque cum materia apostematis suppuretur, ita ꝙ eius subtile effumet, grossum uero eius remaneat incineratum: uel febrem interpolatam causari, aut nullam, uelut apparet in sclirotizationibus hepatis, splenis & renum quandoque. Potest & id idem ratione similiter uariari situationis materiæ: eo ꝙ ipsa in locis vicinis cordi sita & maxime in his quæ grandem cum corde habent affinitatem febrem ut ita afferret continuam: reliqua uero interpolatam magis. Diuersificatur itidem secundo febris ratione partis in qua contingit apostemata intrinsecum multipliciter: quoniam aut illa erit neruosa multæ sensibilitatis apta ex stimulatione reumatis propter dolorem spiritus inflammare: & ita febrem continuam inducere. Aut ex parte arteriarum multarum in membro existentium: per eas nanque ad maiorem continuitatem habet ad cor. spiritus etiam in eis & sanguis continentur feruentiores. Adest ētin eisdē pulsatio, quę oīa attestātur caliditati, & generationi febris cōtinuæ. Vel ex parte carnositatis: membra nanque carnosa humidiora existunt porosiora & pluris materiei contentiua. Aut similiter ratione magnitudinis membrorum, maiora etenim ampliorem suscipiunt materiam, & cordi magis supercommunicant: propter quod eorum intrinsecus apostemata febrem magis causabunt continuam. In reliquis quoque prædictis his dispositionibus oppositis: febris consurget interpolata amplius. Adiuuat etiam usus sex rerum non naturalium secundum contrarium, aut simile ita, uel aliter mensuratus, in continuarum seu interpolatarum generationem. In quibus quidem complexio, ætas, uirtus, tempus, & regio &c. talium sunt attendenda. Quæ quidem tum quia fumositate notiora existunt. tum etiam breuitatis gratia non extendantur in amplius in præsenti. Ex his igitur breuiter uniuersalis demonstratio poterit colligi, uidelicet, quòd apostemata intrinsecum febrem amplius causet continuam, & quòd interpolatam quandoque. Apparet itaque ex medicorum logiis deducendo quòd apostemata intrinsecum febrem poterit interpolatam interdum inducere: ceu quando membrum fuerit frigidum ignobile, a membro nobili distans parum, neq; tamen illi manifeste

nifeste coniunctum, nullius, uel pauci sensus. Sitque materia eius frigidior, paucæve quantitatis. Per oppositum uero febris insurget continua, quod poterit syllogizari, & apparet. Nosce ꝙ febris ex apostemate consurgens intrinseco non est ephemera, ceu quidam æstimant, immo de genere putridarum. unde prima quarti. Febres quæ sequuntur apostemata intrinseca, fortasse non fiunt ex applicatione caloris ad cor sine putredine, quæ applicatio ephemeram inducat. Hoc etiam apparet, quia exagitatio in huiusmodi febribus currit secundum motum humoris; ita quòd adhuc litescente apostemate febris remanet quandoq; putrida manifeste.

Propter quartum uero ad primum dicendũ, quòd apostema huiusmodi phlegmon est. Is autem cum inflammationem importet ex materia sanguinea & cholerica generatum: febrẽ continuam inducet, non tamen propter hoc cõcluditur ꝙ alia apostemata febrem nõ possint causare interpolatam, quæ secundum morem Gal. phlegmones non dicuntur: immo etiam apostemata calida sensum à membro remouentia quantumcunq; fuerit sensibile, febre inducunt interpolatam: uelut apostemata cancerata. tertio undecima. Ad aliud dicendum, non propter hoc semper fore necessarium febrem esse continuam, eo quòd splen membrũ est frigidum, pauci sensus, materiæ etiam frigidæ grossæ susceptiuum imparate putrefieri. unde ex his materia minime reumatizat & putrefit. Quæ etiam sui grossitudine putrefacta, arterias non potest adeo ingredi, ut accessus eius continuetur, immo motum expetit ex humoris melancholici euentatione. Neq; etiam arteriæ splenis directius respiciunt cor, cum nõ implantentur ei, sed explantentur magis. Similiter de renibus ut apparuit dicendum, ꝙ illa cõtinuatio cum corde est obliqua satis. propter quod de naturalibus secundo. contra Erasistratem, arteriæ renibus implantatæ proprie non implantantur, sed explantantur: non enim eis sunt directe suppositæ, uelut uena concaua hepati, aut aorta cordi. Adhuc etiam carnositas eorum est compacta sensu priuata, non enim sentiunt nisi per panniculum. Neque in eorum substantia uena continetur aut arteria. differentia 86. Propter quod apostema splenis, & renum poterit febres interpolatas interdum causare. Ad aliud dicendum, ꝙ in apostemate non semper est sanies. Aut si est, non poterit cor petere, ut uidebitur aliquando. Ad aliud dicendum, ꝙ tria huiusmodi læsionis genera, interdum læsionem ita modicam inducunt (ut declaratum ex suis causis) tam ex parte materiæ, quàm partis, & situ ipsius, ꝙ febrem non continuam, sed interpolatam inducent.

Ad ea quæ alterius partis etiam dicendum, ꝙ auctoritas Gal. & Rasis concedatur, ut uisum.

Ad ea uero quæ Halyab. dicendum ꝙ in lethargo in principio quandoque non est febris: aut modica impercepta interdum ferè propter quantitatẽ materiæ ipsius & frigiditatem. Ad alia consequentia quid dicendum apparuit A.

Ad aliud dicendum, ꝙ licet in apostematibus materia contineatur exrra uenas, nihilominus tamen poterit febrem continuam inducere: eo ꝙ fumus resolutus horribilis, acutus, à minera putredinis ualet continuè cor petere, qui positus est causa coniuncta febris & immediata efficiens. Minera uero aqua deciditur magis causa antecedens & materialis, & ita materia & efficiens non coincidunt in idem. differẽtia 160. Interdum uero sanies adeo est grossa, & cænulenta, ꝙ ab ipsa fumus prædictus continuari nõ poterit cordi, sed euentatione humoris tandem cessante respirat. Neque etiam est simile de materia dispersa per totum corpus extra uenas faciente febrem interpolatam, & de collecta ad apostema licet ponatur ipsa etiam extra uenas existere, quoniam quando materia colligitur in apostemate, aggregatur eius uirtus magis, & ea unita fortior est seipsa dispersa de causis. Et ideo materia uenenosa plerunque existens per totum disseminata, quando in apostema concurrit intrinsecum perimit, remittendo uapores uenenosos ad cor. Vigoratur nanque ex eius congregatione. Et ex hac etiam cancer ægritudo appropriata malitiosior & incurrabilior æstimatur lepra totum possidente. differentia 178. Quare materia disseminata per totum corpus extra uasa, interpolatam semper & nunquàm continuam ut sic febrem inducet. Ad aliud reliquum etiam quid dicendũ, uisum est.

FINIS.

ARNALDI

de Villanoua.

DE FEBRIBVS LIBER.

Caput I.

TRACTATVRI de febre, uidendum eſt Gal. ſuper aphoriſ. febris nihil aliud eſt quàm calor naturalis in igneum mutatus. Vel ſic ſecũdum Iſaac: febris eſt calor naturalis curſum naturæ ſupergrediens procedens à corde in arterias: ſuoque lędens effectu. Duplex enim in corporibus noſtris eſt calor naturalis: unus, uidelicet, qui ab elementis innaſcitur quæ noſtra corpora conſtituunt ut partęs: & iſte calor dicitur potentialis. Alius uero eſt in noſtris corporibus calor naturalis qui actualis & ſenſibus nũcupatur: & iſte innaſcitur a ſpiritibus & humoribus in corpore exiſtentibus. Et cum iſte calor naturalis actualis diſtemperatur a uitali ſpiritu fit fe. Febris igitur aut fit ex principali uitio: ſiue diſtemperantia ſpirituum & dicitur ephemera: aut principali diſtemperantia humorum & dicitur putrida: aut ex principali uitio ſeu diſtemperantia membrorum & hectica nuncupatur: de quibus omnibus prout melius potero tractare propoſui. Hæc enim tria genera fe. comparantur tribusque ſunt in bal. aeri, uidelicet, aquæ & parieti. Aer enim balnei calorem citius ſuſcipit & citius ſuſceptum deponit quam aqua: & hæc aſsimilatur ephemerę in ſpiritus citius inflammantur & uelocius & citius curatur ſi medicus fuerit ſolicitus quàm alię̃. fe. ſicut inferius euidentér apparebit. Aqua uero bal. putridę aſsimilatur quæ cum maiori difficultate calefit quàm aer: & tardius infrigidatur. Similiter putrida cum maiori difficultate accidit & difficilius eſt eam curare quam ephemeram. paries uero bal. hecticę aſsimilatur in qua membra conſumuntur. Nam paries ipſius balnei eſt ſicut hectica in qua membra conſumuntur: ideo difficilius quàm prædictæ curatur. In unoquoque genere febrium eſt ſciendũ quòd hic tria quandoq; diſtinguuntur ſiue diſtemperantur ſcilicet ſpiritus humor & membra ſecundũ magis & minus: ut dicam inferius.

De ephemera. Cap. II.

EPhemera ſicut dictum eſt ſuperius eſt feb. quæ fit ex principali uitio ſeu diſtemperantia ſpirituum & dicitur ephemera ad ſimilitudinem cuiuſdam piſcis qui ephemeron dicitur: qui in mari naſcitur. & non uiuit niſi per unum diem: eodem enim die quo naſcitur moritur: ſimili modo feb. ephemera uix ultra unum dię̃ extenditur. peccato uerbo medici uel infirmi interueniente: aut opilatione pororum nimia ſi uſque ad tertium uel quartum diem durauerit: & per periodos currere incipit in putridam uel hethica conuertitur. Febris enim ephemera non dicitur habere niſi unum periodum: nec cum rigore ſeu horripilatione incipit: corpus pa. cum tangitur non ſentitur multum ca. nec pungens: nec mordicans calor apparet: urina talium non multum diſtemperatur in calore uel in ſubſtantiam à naturali diſpoſitionę urinæ. Ephemera autem aut eſt ſymptoma alterius morbi, ut bubonum, & apoſtematum aliorum calidorũ: aut eſt morbus per ſe: & hoc pluribus de cauſis accidit. aut ex nimio labore ca. aere ſeu fri. ira, triſtitia, anguſtia, ſolicitudine, nimio ſtudio: aut propter nimiam ſeſsionem in aqua frigida: aut propter nimiam moram in bal. uel ſi bal. ex mala aqua factum fuerit: uel ſi ex malis lignis uenenoſe qualitatis balneum fuerit calefactum. aut propter medicinam calidam ab imperito medico datam: aut propter ſuperfluam comeſtionem uel potionem uini fortis: uel propter nimium ieiunium: aut propter corizã: & reumatiſmum. Si igitur propter ſolis calorem ſuperuenit alicui ephemeram pa. habet caput calidius reliquo corpore: & facies feruet & rubet: & quandoq; rheuma calidum per nares & palatum deſcendit. Si uero ex calore aeris fuerit: corpus magis incenditur quàm caput: ſitim magnam patiuntur: & deſiderium attrahendi aerem frigidum

urina apparet semper colorata plus solito, & pulsus etiam mutatur, & post cibum grauius molestari solet: & si æger sudauerit alleuiatur. In hoc enim ut dixi: differt ephemera à putrida: quia putrida in secunda afflictione fortius affligit quàm in prima, cum calor sit acutior per putredinis ebullitionem. In ephemera autem non est sic: quia ut dixi non currit per periodos. Secunda autem accessio ephemerę nullam infert molestiam aut paruam, & raro trāsit ad aliam accessionem nisi forte in putridam uel hecticam mutetur ut dixi. Cum ergo ephemera fuerit propter calorem solis vel aerem calidum curetur hoc modo, in aqua bulliant mal. uiol. folia salicis, & uitis, rosę, & huiusmodi, & ex ipsa aqua fomentetur caput eius ut sudet: postea manus & tympora & pedes ex prædicta aqua ca. lauentur & abstergantur bene cum pāno lineo, deinde inungantur oleo ros. uel uiol. cum agresta & lacte mulieris. Item agresta succus cimarum rubi & oleum uiol. & ro. insimul. misce, & in huiusmodi liquore pannus lineus infusus tymporibus & fronti applicetur sępe & sępius. Item constituatur æger in domo frigida & fenestræ sint apertæ, ut uentus frigidus possit libere intrare, & si non fuerit domus naturaliter frigida fiat hoc artificialiter: ut per artem suppleamus defectum naturæ. Ars enim sicut dicit Aristo. imitatur naturam inquantum potest: accipiantur itaque 10. uel 15. spongiæ marinæ magnæ & infundantur in aceto & circundantur circuncirca lectum pa. aqua currens naturaliter uel artificicialiter distillans: uel saltem ante infirmum constituantur folia frigidarum arborum & herbæ per domum aspergantur: sicut sunt cymbalariæ uermicularis, crassulæ, solatri, frondium cānarum pampini uitis, & rami salicis, rosæ viol. & similia his artificiosæ infrigidabitur domus. Et camphoram etiā odoret, etiam intrent bal. aquæ tepidæ & ibi suauiter & molliter fricentur cum manu pręcipue in locis articulorum: deinde suauiter cum panno lineo abstergantur, & ex oleo ro. uel uiol. inungantur, & hoc fiat bis uel ter si fuerit opportunum. Syrupum & iulep qui solum fiunt ex aqua & zuccharo bibant, uel si nimium constipati fuerint syrupum uiol. bibant, & syrupum etiam ro. si non fuerint constipati plus debito, lactucas, portulacas assas, pruna damascena, scario. cichoream, cucur. assatas, farinam hordei amygdalas, micam panis prius lotā in aqua 5. uel 6. uicibus addito pauco zuccharo. Similiter succum granatorum bibant cum aqua, possunt etiā uinum subtilissimum optime lymphatum bibere si ipsum appetunt, tamen in parua quantitate detur, tutius non dare quàm dare est, collocentur in loco molli. & dormiant plus solito: & emplastrū etiā ꝓuocatiuū somni quod in ca. de phrenesi dictū est fronti & tymporibus applicetur. Et si post hoc aliquod uestigiū laboris uel lassitudinis apparuerit ad bal. iterū ducatur, & omnia prædicta remedia fiant quousq; pa. liberetur. Et si dispositio corporis pa. fuerit plectorica & sanguis ualde abundauerit fac phlōmiam uenę basilicę dextri brachij, & secundū uirtutē ægri sanguinē extrahas ne forte infirmus in synocham incidat, & hoc dico uiribus ætate complexione & tēpore permittentibus consuetudine non contradicēte. Et si cholera nimiū superabūdauerit leuiter & suauiter educatur cum decoc. in capitulo de dolore capitis ex cholera facto dicta ne æger in causon fe. incidat, deinde suprascripto regimine regatur infirmus. Et si febrē huiusmodi patientes ꝑ interualla fuerint nimis constipati fiat eis clystere aliquod lenitiuū vt ex mal. mercuriali vio. & furfuribus additis cassiafi. oleo uiol. zuccha. uiol. & similibus, aqua rosa. oleū uiol. uel ros. & acetum insimul misce: petia in tali liquore infusa frōti & tymporibus pa. applicetur, hoc enim modo curabitur ephemera propter calorem solis uel aeris calidi: uel propter dictā bullitionē per solem uel aerem calidū factā iterando prædicta remedia quousque pa. liberatus sit. Si uero aliquis ephemerā patiat ꝓpterea ꝙ usus est bal. naturaliter ca. indebite ut sulfureo aluminosa ferreo calcāteo & similibus. Et ēt propter bal. aqua artificialiter calidæ quod scitur ꝑ manifestationē ipsius pa. tūc curetur hoc modo. Intret bal. aquę tepidæ & ibi lauet & suauiter fricetur, deinde cū pāno lineo abstergatur & cum supradictis oleis inūgat: & epithimate isto frōs & tympora epithiment. Recip. sand. & al. & ru. ro. semin. portulacæ an. dra. s. spodii: gumi ara. dragagāti: an. drac. 2. terātur oīa & puluerizentur & cū aqua rosa. distēperētur uel de succo solatri: uel oleo ro. & succo cucu. & agresta insimul mistis idē facere poteris. detur syrupus ro. uel uiol. & iulep & nutriatur secundū superiorē doctrinā. Si uero qs hāc fe. incurrat propter nimiā potationē uini fortis & puri: detur syrupus iulep & syrupus acetosus cū frigida & uomitus prouocetur uel cū uomitu patriarchę Nicolai uel scarpellæ ꝓuocabis uomitū: & à uino oīno abstineat quousq; liberatus sit. Su ꝑ fluuiū uel aliquē riuū constituat pa. uel saltē in domo fiat aer artificialiter frigidus sicut supra dictum est. Camphorā odoret & huiusmodi frigida, & cū fe. sedata fuerit ponatur in bal. aquæ tepidę & ibi leuiter fricetur cū manu, deinde abstergatur & inungatur ut supra diæta superius scripta tribuatur. Et parentur cibaria ipsius cum aceto & cum agresta aqua ros. & succo granatorum & similibus: poma etiam elixa comedat.

Quòd si quis ephemeram pa. propter comestionem calorum ciborum solummodo cure-

tur ſicut prædicta, uomitum prouocando & omnia per ordinem faciendo ſicut nunc dictum eſt. Et cum fe. parum ſedata fuerit aqua hordei cum zuccharo in bona quātitate in potu detur. Et quia hæc fe. prædicta quæ ſit ex uini fortis potatione multoties in putridam conſueuit conuerti: propter hoc oportet medicum ualde eſſe ſolicitum in cura earum. Si itaque iſti patiantur capitis grauedinem, & oculorum extenſio & rubedo ſuperuenerit & uenarum plenitudo, etiam urina ruffa cum ſubſtantia ſpiſſa & oris dulcedo & alia ſigna ſanguinis apparuerint, tunc extrahatur ſanguis cum phlebotomia, & etiā cum uentoſis, & clyſteria mollificatiua & lenitiua fiant & ſoluatur uēter ſi fuerit oportunum cum decoc. dicta in cap. de dolore capitis ex ſanguine facto. Si uero quis ephemeram patiatur ex fri. aere uel frigidæ aquæ introitu ꝙ cognoſcitur, quia color cutis mutatus eſt in plumbeum uel obſcurum: pulſus eſt paruus & uelox, & urina rubea parum immutata, quandoque apparens alba aut plumbea, oculi & facies parum tument, caput graue & frigidum, cutis dura, durior tamen ſi ſit propter bal. aquæ frigidæ. pa. etiam fatetur ſe læſum fuiſſe a frigido aere uel bal. uel infuſione aquæ frigidæ. Cum itaque hæ febres his de cauſis ueniant curentur hoc modo intret pa. ſtupham aquę calidæ & ibi moram trahat quouſque ſudet, deinde leuiter fricetur & abſtergatur corpus eius & inungatur ex oleo camo. & optime collocetur in lecto molli, & bene cooperiatur & ſudet & dormiat ibi, & cibos ſubtiles ſumat & boni nutrimenti & boni ſanguinis generatiuos & uinum forte & ſubtile in parua quantitate bibat & parum comedat: & dum quieuerit ſi poſt iterum aliquid de feb. remanſerit ad bal. iterum ducatur & ad totum regimen dictū. Electuaria etiam calida ut diacyminum diacalamentum & huiuſmodi cum fuerit incōualeſcentia dētur. Quòd ſi ex ira hęc paſ. fuerit oculi rubent & extra eminent & cito mouētur, facies rubet, pulſus eſt magnus & fortis urina plus ſolito coloratur parū. Si uero ex triſtitia uel anguſtia oculi cōcauantur & quieti ſunt: totius corporis debilitas & pulſus debilior eſt ſolito, & facies palleſcit uel citrinat̄ parum: & ſimiliter mutatur urina etiam parum à ſuo colore naturali. Primo ergo mittantur iſti tales in bal. aquæ tepidæ & oleo ro. uel uio. leuiter inungatur, poſt hoc aqua roſ. ſuper caput eorum infundatur. Epithimetur pectus eorum & ſupra caput & ſupra cor apponatur hoc epithima, recip. ſandali al. & rubei ro. an. drach. 1. camphoræ drach. s. terantur & cum aqua roſ. confice. Syrupus iulep detur in potu cum ſucco granatorum acetoſorum. Cibaria ſua ſint frigida & condita cum rebus frigidis ſicut acetoſitate citri aceto & agreſtas, & ſimilia a uino & rebus calidis omnino abſtineant, quoniam hæc plus incenderent & augumentarent ipſam febrem. Ira enim nil aliud eſt quàm accenſio ſanguinis circa cor: ut dicit Ariſt. cum itaque in ira fiat ebullitio ſanguinis, & feruor circa cor ſi nos daremus res naturaliter ca. magis augumentaremus feruorem & incendium: & ſic fe. magis augumentaretur & incenderetur. Intendendum enim eſt cum frigidis ſupradictis: quando ex cauſis prædictis hæc fe. uenit. Inducatur etiam lætitia & cantus muſicorum & inſtrumentorum coram pa. pulſentur & parentes eius dent ſibi ſolatium & gaudium. Et ſi propter amiſsionem pecuniæ uel alterius rei hoc patitur, promittantur ſibi ſimiles res à parentibus & amicis. Quòd ſi propter nimium ieiunium acciderit hęc paſ. cognoſcitur per corporis diſpoſitionem macram & ſiccam & oculorum concauitatem, pulſum debilem & uelocem & urina rubea quandoque apparet, & patiens fatetur ſe nimium ieiunaſſe. Curatur hoc modo. pa. reficiatur cibis reſtauratiuis & potibus bal. electuariis & inunctionibus quę in ſequenti ca. de hæctica ſum dicturus.

Quòd ſi aliquis ephemeram patiatur cauſa multarum cogitationum uel multæ ſolicitudinis: quod cognoſcitur indicio pa. & etiam quia facies & totum corpus quandoque citrinatur, oculi concauantur: palpebræ graues & molles & ad mouendum tardus fit: & uultus tumidus, urina tenuis, pulſus paruus, in bal. aquæ tepidæ immittatur & leuiter abſtergatur & ungatur ſecundum prędictam doctrinam: deinde nutriatur ex cibis faciliter digerentibus & nutrientibus, & uinum optimum & nutritiuum parū lymphatū bibat, prouocetur ſomnus in eo cum emplaſtro quod in cap. de phręneſi dictam. In domo frigida collocetur. Remoueatur ab huiuſmodi ſolicitudine uerborū interpolatione: & aliqui ludi in quibus delectetur fiant coram ipſo, inſtrumenta muſicalia corā eo pulſentur ſi in eis delectatur. Quòd ſi aliquis ephemerā inciderit eo ꝙ plus ſolito comederit aut cibum multū nutrientem aut groſsi nutrimenti ſumpſerit aut cibū male & uenenoſę qualitatis, primo ergo ſtatim uomitū prouocemus cū uomitu patriarchæ Nicolai uel ſcarpellæ uel cum aliquo uomitu cōuenienti. Quòd ſi hæc fe. per plures dies durauerit ſic quòd quaſi ſynochus eſſe uideatur, non eſt materiei digeſtio expectanda: quia ſynochus & ſynocha antrax & ſquinantia materias crudas euacuare iubent. In his enim ægritudinibus & ſimilibus non debemus materiæ digeſtionē expectare, ſed ſtatim phlebotomare & uen-

& uentrem soluere cum aqua cal. fructuum, uel aliqua conuenienti medicina & detur syrupus acetosus: ptisana detur solummodo & lac amyg. & mica panis ter uel quater lota cum zuccharo in aqua. Cumque feb. aliquantulum alleuiare inceperit pa. in bal. aquæ tepidę imponatur in quo moram magnam non faciat. Et fricetur corpus eius ex furfure diu deinde lauetur bene & abstergatur & in panno lineo inuoluatur & in lecto molli ponatur & quiescat & nutriatur ut dictum est. Quòd si feb. diminuta fuerit scilicet non in totum recesſit iterum uirtute existente forti in bal. mittatur & plus moretur ibi quàm prius & omnia frigida secundum superiorem doctrinam exhibeantur. In principio tamen huius fe. absque magna cautela bal. ingredi non debet. Cauendum est enim ne pa. in huiusmodi bal. laborem patiatur & ne corpus ipsius calefiat. Quòd si contingat ipsum in bal. horripilationem pati ilico extrahendus est: & hoc dico de quolibet ephemeram pa. Cum. n. quis patitur horripilatione in bal. ꝑ hoc cognoscitur ipsam febrē non esse ephemerā sed putridā: & hoc specialē signū ad cognoscendū ephemerā distingui a putrida. Cū. n. æger se balneauerit & horipilatio non superuenerit scias illam febrem esse ephemeram, & tunc uomitus prouocetur cum adhuc materia fuerit in ore stomachi: a qua fumi resoluti inficientes spiritus induxerint, uel si uenter fuerit solutus si materia in fundo stomachi fuerit & urina prouocata fuerit & phlebothomia etiā facta fuerit si fuerit oportunum & ordo diætæ obseruatus fuerit & ordo etiam intrandi bal. & inungendi corpus sicut superius scriptum est obseruatus cito curabitur quęlibet ephemera nec in putridam conuertetur. Si autem error in prædictis contingat: in fe. putridam uel in quotidianam uel in synocham & similes cito transibit.

Quòd si aliquis hanc febrem patitur propterea quia usum bal. prætermisit & non balneatur ut consueuerat quod scitur indicio pa. in bal. aquæ tepidæ immittatur & multa aqua tepida super eū fundatur & corpus eius fricetur ex furfure se. cōmunibus tritis pauco nitro insimul mistis: deinde lauetur bene ex dicta aqua & abstergatur eius corpus & ponatur in lecto. & nutriatur ex cibis facilis digestionis & cibis extinguentibus calorem: & uinum clarum album ualde subtile sibi exhibeatur in potu die sequenti si non liberatus fuerit balneetur & prædicto regimine regatur. Quòd si multam sitim habuerit uel si quis hanc fe. propter sitim habuerit dentur extinguētia sitim in cap. de siti dicta. In bal. aquæ tepidæ mittatur. ptisana hordei & etiā aqua frigida cum zuccharo detur, aqua etiā frigida detur, & nutriatur ex cibis humectātibus & frigidis: a labore abstineat.

Quòd si aliquis hanc febrem patitur propter dysenteriam quam habet uel fluxum uentris aut uomitum uel thenasmonem: succurratur prædictis ægritudinibus & curetur secundum ꝙ in propriis capitulis dictum est. Si uero patiatur quis hanc febrem propter rheumatismū seu corizam & tusſim & similia: succurrendum est cito cum phlebotomia uel uētosis secundū Rasim: pectus eorum mollificetur & tusſis: & rheumatismus sedetur secundū ꝙ in propriis capitulis dictum est. A carnibus & uino omnino abstineant ptisanam farinā hordei lac amygda. & similia comedat. Cumque feb. quieuerit in bal. mittendus est & ordinatim paulatim ad consueta transeundo: huiusmodi enim fe. cum ex huiusmodi causis procedit: & cura eius negligitur multoties in pleuresim, conuerti consueuit. Cum uero hanc feb. quis patitur propter bubones seu apostemata, quod uisu discernitur, & est pulsus magnus & uelox: etiam spissus: urina alba & cruda, facies rubea & inflata & in fine sudor aliquis: tunc infirmus secundum Rasim ex parte contraria minuendus est & locus infrigidandus est, quemadmodum de apostemate calido ostensum est. bal. uero nullo modo ingrediatur nec uinum bibat donec illud apostema sedetur & eius igneitas & ardor deprimatur, soluatur uenter eorum & calor eius naturalis mutatus in igneum ad temperiem reducatur cum his quæ in præcedentibus dicta sunt, & ex cibis frigidis nutriatur, & ipsum apostema ad maturitatem perducatur & pus extrahatur. Maturato enim apostemate & sanie extracta tollitur dolor & febris: quia remota causa remouetur eius effectus. Nam idem dicit Hippoc. in apho. Circa generationem saniei &c.

De hectica. Cap. III.

HEctica febris habitualis dicit̄ ab hethi quod est habitudo: q̄a corpori adueniens in habitum conuerti consueuit: & habet fieri diuersis de causis. Quādoq; enim fit ex præcedentibus fe. diuturnis ex pasſ. animæ: ut ex longa, ira solicitudine, tristitia, nimio studio: ex nimio ieiunio: nimio coitu ex longo menstru. uel hemorrhoida. fluxu. quandoq; fit ex pręcedēte phthisi pleuresi uel peripleumonia: & hoc ab auctoribus incurabilis reputatur. Hecticæ ergo tres sunt species prima, secunda & tertia: Prima species hecticæ fit ex cōsumptione humiditatis ad regimen membrorum ab hepate uenientis quę nondum est digesta nec dealbata nec membris asſimilata: & urina apparet citrina uel subcitrina uel mediocriter tenuis: & mediocriter spissa cū petaloidibus resolutiōibus & calor cōtinuus & leuis: & in uolis manuum semper est calor,

sed minor post prandium quàm ante, & hoc est familiare signum in omni specie hecticæ, & alia signa communia conueniunt, adest tussicula modica membrorum cõsumatio & grauedo & in poris extensio oculorum concauitas narium acumen, & calor, ut dixi continuus in uolis manuum & pedum. Et hæc signa magis intenduntur si ad secundam speciem deuenerit & magis si ad tertiam. Secunda species fit ex maiori humiditatis consumptione membrorum assimilatæ nec ex toto incorporatæ ex parte digestæ & ex parte dealbatæ cuius signa sunt omnia quæ in prima speciem dictam sunt. sed fortiora & uehementiora signa sunt in hac speciem, urina citrina uel subcitrina mediocriter tenuis uel mediocriter spissa, in qua apparent crinoidales resolutiones & supernatat ipsi urinæ quædam grassities ut tela araneæ, quam grassitiem Hipp. in pronosticis uituperabilem appellat ubi dicit, grassities in urina ut araneæ tela uituperanda est, & hæc species uix aut nunquam curatur. In tertia uero specie hecticæ cõsumitur ipsa humiditas, tertia quæ ex toto digesta & ex toto dealbata & fere unum cum mẽbro: in qua urina apparet etiam colore & substantia oleaginosa cum quibusdam atomis albis & rotundis in modum parui frusti carnis uenientis, in qua quandoque oculi sunt ualde concaui, tympora plana, nares ualde acutæ & contractæ & facies fit terribilis & collum ualde gracile fit & ualde subtile, ossa pectoris discooperiuntur, ita quòd possunt omnia uisu & tactu computari, uox etiam fit rauca, & quandoque exilis & debilis fit, & quandoque uix auditur, pulsus fit ualde debilis & subtilis, & totum corpus desiccatur, sic quòd non uidetur nisi corium & ossa, & omnis pulchritudo & claritas corporis recedit, & uenter attenuatur & dilatatur, sic quòd uidetur quasi costis adhærere. quasi nihil in eo uidetur esse, cutis etiam si eleuetur per se non residet. ultimo cadunt capilli & constringuntur ungues, quę omnia mortem propinquam pronunciant, & citius si fluxus uentris uel san. superuenerit. Contingit esse hecticam quandoque cum putrida, quòd cognoscitur, quia cessante typo pu. calorum hecticæ leuis permanet, & hæc est ualde difficilis ad curandum, quia sicut dicti Bal. Nihil est difficilius ad curandum quàm duæ ægritudines cõtrarie simul in eodem tempore in corpore existentes. Nam si das aliquod euacuatiuum iuuas ad curationem putri. & lædis curationem hecticæ, si econuerso non euacuas, sed circa restaurationem infirmi insistas augumentatur putrida multum licet proficias hecticæ. Et ego quendam curaui hoc modo cum cibis conuenientibus ad restaurationem per plures dies ipsum nutriui & naturam ipsius fortificaui, quia ait Bal. Naturæ forti nihil impossibile. educit enim saniem per medium ossis. Natura uero fortificata leui lotura putridam mundificaui. Et postmodum ad hecticæ curam infrascriptã adhibui: & sic pa. conualuit. In omni itaque specie hecticæ licet tertia incurabilis sit, & secunda cum difficultate curetur. Primo ordinetur diæta, cum diæta sit potissima pars curationis. Comedant ergo hectici pullos cum farina hordei coctos, & si carnem masticare non possint, si forte iam ad nimiã debilitatem deuenerint, prædictorũ pullorũ succus exhibeatur lac amygdalarum cum penidiis & dragaganto, lac asininum & caprarũ calidum cum ex uberibus extractum fuerit addito pauco zuccharo & mica panis uel sine ea quotidie sumant, & hoc dico si non multum febricitauerint. Vnde post assumptionem lactis uidendum est si aeris attractio urina & alia accidentia fortificẽtur, & tunc nõ damus ipsum lac, sed alia prædicta cibaria, uinũ clarũ & odoriferũ cũ ptisana hordei optime lymphatũ bibantur. Syrupus optimus & expertus hecticis & consumptis. Rec. hordei mundi pugillũ. 1. se cõium. drach. 2. succi liquiritiæ berberis sebesten amyg. drac. 5. se. mal. bõbacis, an. drach. 3. uio. drach. s. ros. drach. 1. se. feniculi petro. an. drac. 1. s. fiat syrupus hoc modo. Accipe quam plures testudines, & discinde eas per membra proiectis earum conchis, & cũ uino albo optimo & pauco sale ablue eas bene, deinde coquantur optime in aqua sic ꝙ caro ab ossibus separatur & omnes res prædictæ addãtur, & sit os ollæ taliter obturatum ꝙ fumus respirare nõ possit, & addito zuccharo quantũ sufficit fiat syrupus quo utatur quotidie, quia mirabiliter restaurat phthisicos à consumptione. Item comedãt ipsas testudines coctas cum hordeo mundo quotidie. Alius syrupus ad hecticam optimus fit ex aqua decoc. pimpinellæ linguæ canis, dragaganti, & hordei mundi addito zuccharo quantum sufficit. Alius syrupus ad hecticam bonus. recip. ca. ue. scolopendriæ, hepaticæ, in melle, buglossę, florum boraginis an. M. 1. corticis citri. drach. 1. sebestẽ. 40. numero, liquiri. mundæ drach. 1. sandalo. al. & rub. se. cydoniorum portula. se. papaueris albi, gũmi, dragaganti, passularum, an. drach. s. ros. spodii. an. drach. 3. gũmi arabici, berberis, se. cõium se. bombacis. crassulæ. testicu. uirid. satyrionis, an. drach. s. iuiubę. 25. se. fęnugręci. drach. s. zucchari quantũ sufficit & prope finẽ decoc. istius syrupi imponatur in ea de bona aqua ros. al. in bona quãtitate & utãtur eo quotidie hectici, qa hic syrupus compositus fuit a magistro meo & expertus in hac cã. Syrupus etiã de cucur. bonus est hecticis qui sic fit, cucurbitas uirides in pasta inuolue & in furno decoqui facias & aquã cum manibus exprime, in qua gũmi arabici, draga-

ci,dragaganti, ſe.mal.lačtucæ,bombacis,cydo
niorũ papaueris al.& ſandal.alb. & ru. roſ.an.
fac bullire,&addito zuccharo fiat ſyrupus. Sy-
rupus de pſillio qui fit hoc modo optimus in
hac cauſa eſt. Recip. ſandal.alb. & ru.roſ.dra-
gaganti, gummi arabici,an.drach.1.s.ſpodij.ſe.
portula.lactucæ ſe. communium, an.drach.3.
pſilii in petia lini ligati. drach. 2. omnia in
ſyrupo ro. bul. addita aqua & iterum ultimo
addito zuccharo quantum ſufficit fiat ſyru-
pus & cùm coctum fuerit aromatizetur, cum
drach.2.camphorę:& detur cũ ptiſana.& ſi flu-
xus uẽtris ſuperuenerit detur cũ aqua deco. gu
mi arabici,dragaganti:& fiant remedia in capi-
tulo de fluxu uẽtris ſeu liẽteria dicta. Electua-
riũ ad reſtaurationẽ humiditatis pro hecticis
phthiſicis & cõſumptis ex quacũq; cã fuerit op
timũ & expertũ. Recip.roſæ,zucchari: an.dra.
4.dragagãti:gumi arabici: an.drach.2.ſandalo
rũ alborũ & ru.an.drach.7.ſe.papaueris al.dra.
1.s.ſucci liquiritiæ amili ſe.portulacæ ſcariolæ
ſpodij:an.drach.s.gariofilorũ.drach.4.cinamo
mi.drach.1.zinziberis ſtoracis: an.drach.2.cro
ci.drach.1.penid.drach.2. ſe. cõmuniũ drach.
1.s.ſe.cydoniorũ.drach.2.amidi cãdi: ſebeſten:
an.drach.1.ſe.mal.viol.an.drach.2.confice cum
ſyrupo roſ.in quo ſit de bona aqua roſ.& ſuma
tur de eo ad quantitatẽ nucis groſſæ mane & ſe
ro. Electuariũ uero quod dicitur diapapauer
eſt optimum in hac cauſa.recip.ſucci liquiritię
dragaganti:gumi arabici:an.drac.10.ſe.papaue
ris al.amygdalarũ: amidi:ſe.cydoniorũ portu-
lacę ro.an.drac.20.ſe.cõium lactucę mal.bõba
cis,ſang.drac.an.dra.2.Syrupus roſatus ẽt ſępe
ſi nõ febricitauerit multum quantũ ſufficit de-
tur ut eſt dictũ. Aliud electuarium optimũ ad
hecticã. recip.ſe.papaue.albi.pinearum penid.
gumi arabici:dragaganti: an.dra.5.ligni aloes
cinamomi maſti.ſe.cõium mundorũ ſe. cydo-
niorũ ſanguinis draconis:an.drach.3.ſyrupi ro
ſa.quantũ ſufficit. Quòd ſi fluxus uentris ſuper
uenerit detur ſyrupus conſtrictiuus in capitulo
de dyſenteria poſitus. Trochiſci ẽt de ſpodio &
trochiſci de cãphora:quos ponit Almãſor in ca
pitulo de hectica propinẽtur & alia remedia cõ
ſtringentia in capi.de dyſenteria dicta ſi hęc nõ
ſufficiant. Caueant ſibi hectici a ſalſis frixis ace
toſis: & etiã ab ira, triſtitia,& a coitu maxime:
& ab omnibus cibarijs indigeſtibilibus quantũ
plus poſſunt. Sint ſemper in gaudio & leticia
toto poſſe:inſtrumẽta muſicalia audiant & co-
reas & ludos in quibus delectantur quotidie ui
deant. Et hæc de hecticis dicta ſufficiant.

ADditiones. Quidã iuuenis uidebaẽ hęcticus
de quo medicus cõſiderauit ꝙ patiebaẽ ſic-
citatẽ hepatis q; eſt uſus ſyrupo uio.& aqua hor
dei ꝑ multũ tp̃s & unctione olei uiol.ſuꝑ hepar
&diæta frigida & ſanus factus eſt. Syrupus mira
bilis:accipe teſtudines quæ reperiunẽ ĩ nemore
uel loco teſtudinũ puras carnes. Et ſi nõ habes:
accipe cerebella caponũ & lauentur cũ uino &
aqua & ponãtur ĩ olla rudi plena aqua:prius tñ
in mortario conquaſſenẽ:& cũ illis admiſceanẽ
liquiritiæ & ſuccus eius roſ. dragaganti: gumi
ara.an.dra.1.s.ſe.papau.alb.ſe.portu.lactucæ:
amidi:an.drach.s.ſe.cucur.melonum,cucu.ci-
trulli:an.unc.s.ſe.mal.uiol.an.drach.2.ſpodij.
unc.2.hordei lib.s.penidi. drac.s.ſe.bombacis:
cydoniorũ:an.drach.4. pinearũ amygda. uua-
rũ paſſularũ ſebeſten berberis: an. unc.2.s.po-
nãtur in olla & os cũ paſta & argilla obturẽt ne
fumus exeat:decoque ad conſumptionẽ tertiæ
partis: colentur inter duos baculos per pannũ
& late admiſceaẽ zuccharũ & ſyrupizetur & de
hoc quantũ teſta oui capit:ſumat cũ tribus par
tibus aquæ tepi.uel aquæ ordei. Syrupus mira-
bilis ad hæcticã. recip.florũ boraginis:ſe.lactu-
cæ quinqueneruiæ craſſulæ teſticulorũ uiridiũ
ſatyrionis: an.partes.2.ſe.portulacæ: baſilico-
nis: ſe. papaue. mal.an. partes.4.ſe.cydoniorũ
bombacis mundi:mal.an.drach.1.iuiubæ:ſebe-
ſtẽ:an.25.cucur.mundæ drac.2.ſe.fœnugræci:
drach.1.& s.ſpodii berberis ſand.al.& ru. gumi
dragaganti: gumi ara.ro.an.drach.1.uiol. dra.
6.prunorũ coctorũ.25. & hoc duo addantur ſi
non fuerit fluxus uentris: & ſi fuerit non po-
nantur. Et ponantur omnia prædicta in
aqua roſ. & addito zuccharo optimo fiat ſyru
pus & cum pauca cãphora aromatizetur. Syru-
pus optimus hecticis confortatiuus reſtaurãs
ſubtilẽ humiditatẽ cõferens his qui ſunt deſic-
cati:& facti ſunt macilenti.recip. ſucci boragi-
nis deputati lib.4.bul.in eo florum boraginis:
florũ roriſmarini,ſe.bombacis, ſandalorũ citri
norũ,berberũ roſa.capreolorũ uitis: an.drach.
s.ſe.baſiliconis drach.2.zucchari quantũ ſuffi-
cit & ponatur in fine decoct.ipſius muſci: am-
bræ: an.ſcrupulo.1.& detur in potu quotidie
mane meridie & ſero,qm̃ eſt mirabile. Clyſte
re ſecundũ Serap.cap.de hecti.humectãs & im
pinguans corpus & cõpetit multũ hecticis. Ac
cipe caput arietis & pedes eius & contundan-
tur & proijciantur in olla limpida & fundatur
ſuper illud aquæ quãtũ ſufficit tritici & hordei
mũdi an.pugillũ unũ aneti: camo.an. drach.1.
paſſularum abſque nucleis ſuis unc.1.ficuũ nu-
mero.10.coquatur tm̃ donec ad tertiã partẽ re
deãt & colẽtur,& ſumant ex hac decoc. colata
lib.s.butyri uaccini.unc.1.olei ſiſam.unc.2.olei
de ben.unc.s.miſce totũ & clyſteriza ſemel in
tribus diebus,& ſic fiat donec corpus humecte
tur & impinguetur. Renes & totũ corpus in no
ctę ungãtur ex oleo maſticino uel ro.cum cera
al.miſta,& ſorbeat in mane uitellum oui, & pa
rum uini inſipidi, deinde ingrediatur bal.& pa-
rum moretur in eo.

De febribus continuis putridis. *Cap. II II.*

PVtrida feb. alia intra uaſa: alia extra uaſa. Materia extra uaſa : ut quotidiana tertiana fe.erraticę quartana & huiuſmodi. Et huiuſmodi enim fe. dicuntur putridæ. eo quòd ex principali uitio putridorum humorum fiunt. Cauſæ autem putreſcentium humorū ſunt ſicut larga dięta & groſſa : quies multa : ſomnus multus & immoderatus : uigilię immoderatę: paſſiones animę: ſicut triſtitia ira & huiuſmodi aer etiam ualde calidus ſeu frigidus regio tempus: & huiuſmodi. Cauſę enim putredinis ſunt quinque : ſcilicet multitudo humorum : groſsities eorum: & uiſcoſitas eorum: opilatio pororum: & fumoſitatum retentio . Quarum duę ultimę ſunt magis potentes & ſufficientes ad putredinem faciendam . Opilatio enim pororum ex quacunque cauſam retinetur talis fumoſitas. Ideo diſſoluuntur & corrumpuntur humores & putreſcunt in vaſis uel extra uaſa : uaſa autem appello uenas & arterias. Tractaturi itaque de continuis dicamus quòd fe. continuę ſunt ille quæ fiunt ex humore putrefacto intra uaſa. & continuæ affligunt patientem uſque ad creticam declinationem: ſicut ſunt ſynocha inflatiua : ſynochus putridus: cauſon & huiuſmodi. Cauſæ autem continuæ afflictionis ſunt ſcilicet putredo continua : continua reſpiratio putredinis ad cor : & defectus materiei propter principalem corruptionem ſan. Et ideo in ſynocha eſt requies nulla: cum in ea iſtæ tres cauſæ continuitatis cōgregantur. In alijs autē continuis in quibus niſi duæ cauſæ continuitatis concurrunt aliqua requies fit : & licet cholera & flegma & melancholia altera ſine utraq; qualitate putredini repugnant. Tamen propter admiſtionem ſan. calidi & humidi qui cū eis miſcetur per interclusionem uenarum continue putrefiunt. ſed in quibuſdam horum plus : in quibuſdā uero minus : & rurſus licet humores ſint admiſti ; tamen quandoq; unus tamen corruptus eſt : & non alii. Et quia de eadem dicta humor vnus ad corruptionem & ad putredinem habilior generatur : contingit interdum quòd unus de quatuor humoribus putrefit. Continuarum fe. aliæ ſunt ſimplices : aliæ ſunt compoſitæ . Simplices ſunt quæ ex una tantum materia in uaſis putrefactę fiunt ut ſynocha. Compoſitæ uero ſunt quę ex una materia putrefacta intra & extra uel ex diuerſis humoribus putrefactis intus tantum : uel intus & extra fiunt : ut emitritæi : & prius de ſimplicibus agamus.

De ſynocha inflatiua. *Cap. V.*

CVm ſanguis ſuperabūdat in corpore ultra debitum modum & præcipue in ſpiritualibus & ſuper accendatur: & non putrefit: facit quandam fe. continuam : quæ inflatiua ſynocha appellatur : & dicitur inflatiua propter multam fumoſitatem: quæ pectus & pulmonem inflat: & etiam totum corpus in hac fe. inflatur. Differt autem ſynocha inflatiua a ſynocha putrida : & ab alijs putridis ; quia in hac feb. urina non fœtet & pulſus eſt fortis . In putridatem urina non fœtet & pulſus eſt inordinatus: conſtrictio uelocior eſt quàm dilatatio . Item in hac fe. apparet urina ruffa uel ſubru. in ſubſtantia per totum ſpiſſa : & non liuens. In putrida uero liuet ipſa urina . Sunt autem ſigna alia in ſynocha inflatiua ſcilicet membrorum grauitas, uenarum plenitudo: calor continuus: rubor oculorum & faciei: dolor frontis & tymporum. In ſomno uidetur infirmo quòd uideat lampadas quaſi luminatas & rubea corpora ſicut ſcarlatum: corpus rubeum: ſanguinem: rubeas picturas : & huiuſmodi, hæc enim fe. niſi cito curetur in pleureſim terminari conſueuit multoties. Curetur ergo hoc modo. Si nil obſtiterit fiat minutio in principio de baſilica: uel quod melius eſt de uena meſe. qua eſt inter baſilicam & cephalicam extrahatur ſanguis uſque ad lipotomiam . Multi enim ſola minutione huiuſmodi ſunt liberati . Poſtea ſi eius venter fuerit laxatus competenter detur. unc. I. s. ſyrupi ro. uel uiol. cū frigida . Si fuerit conſtipatus uſque ad ſextum diem denter ei cibaria refrigeratiua & boni ſan. generatiua: ſicut ſunt ſpinachia , borago , lactucæ, pruna damaſ. in aqua elixata: ſuccus granatorum : protulaca : ſcariola : mica panis ter uel quater cū aqua lota addito zucha. & ſimilia dentur: & ſi nimium fuerit conſtipatus aliquod ſuppoſitorium ex lardo & huiuſmodi fiat & aliquod clyſtere leue ex mal. mercuriali frondibus uio. & furfure decoctis & additis caſsiæfi. olei uiol. zucchari uiol. & huiuſmodi & fiat clyſtere. Poſt diem uero ſeptimum ſi adhuc plenitudo durauerit purgetur cū deco. cap. ue. hepaticæ iuiubarum: ſebeſten : ſcariolæ: prunorum & uio. in qua reſoluantur caſsięfi. unc. 2. tamarindorum & mānę ana unc. I. zuccha. uiola. unc. I. s. Vidi quendam puerum qui patiebatur ſynocham inflatiuam : qui erat in tantū tumefactus & inflatus quòd omnes medici ipſum pro deſperato habebant: cui quidam ſenex pauper petens elemoſynam ſuperuenit cui parentes dixerunt uade cum Deo frater: & ille ait : quid habetis : & illi dixerunt : uide quid habemus: & oſtenderunt ſibi puerum : & ille dixit : ite & accipite paritariam, & omni mane detur in potu de ſucco eius. drach. I. s. cum ſyrupo roſa. uel uio. uel zuccharo ſolo, & dictam herbam detis ſibi comedere in criſpellis coctam , & hoc fecerunt uſ

que

que ad dies.9.& liberatus eſt pa.In quarto uero die emiſit maximam urinæ quantitatem, & curatus eſt perfectæ. Quod ſi huiuſmodi ęgritudo cum apoſtemate fuerit detur ptiſana hordei, & cætera ſupradicta in præcedentibus capitulis. Pro dolore capitis fiat inunctio ex oleo nucum uel uiol. uel populeon & ſimilibus,uel epithimētur frons & tympora de ſand. al.& ru.uino diſtemperatis cum aqua ro. & ſucco ſemperuiuæ : lauentur manus & pedes in aqua decoc. florum camo.uiol.& mal.& ro. In fe.continuis.recip.abſinthij. Mani. 1. fac bullire in aceto quouſq; uirtus abſinthij demundetur ab aceto, poſt.Reci.farinæ hordei.unc.3.farinæ fęnugr.unc.1. fiat emplaſtrum ſtomacho uſque ad umbilicum.

De ſynocho putrido. Cap. VI.

SInochus eſt fe. quæ fit de ſanguine putrefacto & ſuperaccenſo : in qua vrina apparet rubicunda uel ſubrubicunda in ſubſtantia per totum ſpiſſa : & liuens ſuperius & etiam fętens ſi odoretur. Et notandum quòd tres ſunt ſpecies ſynochi ſcilicet homotenus,augmaſticus: epaumaſticus : nam ſecundum proprietatem materiei & calorū tenorem diuerſificātur ſpecies ſynochi. Cum enim materia eſt multa & ad ſucceſsionem inepta, & calor eſt fortis ualde à principio calor fortis operatur : & quia materia eſt multa conſumptioni diutius reſiſtit:unum ſtatus ægritudinis cito incipit,& diutius uſque ad finem perſeuerat,& fit ſpecies ſynochi qui dicitur homotenus. ab homos quòd eſt unum & tenos quòd eſt tenor, quia unius dicitur eſſe tenoris : & uidemus in multis lignis ſiccis ſimul aggregatis, in quibus ignis accēſus fortiter agit,& diutius perſeuerat æqualis.urina apparet, ſicut dictum eſt, pulſus magnus plenus & inordinatus, facies rubea, ſitis magna, lingua ſicca & aſpera. Et uniuerſaliter ſcias ꝙ in ſynocha uel ſynocho nulla requies uera uel falſa inuenitur : & durat quandoque uſque ad diem tertium uel ſeptimum, quandoque uſque ad 9. quandoque uſque ad .11. quandoque uſque ad.19.& ultra non protenditur. Et nota quòd urina rubicunda uel ſubrudicunda in homoteno apparens eadem perſeuerat uſq; ad finem,nec mutatur aliquo modo in colore. In augmaſtico uero urina rub. uel ſubru. apparet . deinde rubicunda uel ſubru. efficitur. In epaumaſtico uero econtrario accidit & hæc ultima ſpecies ſaluior eſt. Augmaſticus eſt ſecunda ſpecies ſynochi qui dicitur augmaſticus ab augendo,& quando materia eſt multa & accenſioni inepta & calor eſt debilis,tunc enim ab ipſo principio calor leuiter & debiliter operatur & paulatim augumentatur, & longiori tempore manet : cuius ſimiliter eſt uidere in uiridibus lignis in quibus ſi ignis accendatur ab ipſo principio eſt debilis lentus. ſcilicet paulatim incipit fortiter operari & accendi & diu durat. In principio autem nota leuiter incipit, ſed ualde grauiter finit,ſic quòd in tertia vel quarta die grauiſsime & potiſsime pa.infeſtat. Quandoque uero materia eſt pauca & calor eſt fortis, & tunc calor à principio agit fortiter, & materiam paucitate ſua cito conſumit, unum cito incipit declinatio,& ſic fit feb.quæ dicitur epaumaſticus quaſi decreſcens, quòd eſt uideri in ſtuppa, in qua ſi ignis accendatur,à principio fortiter agit & inflammatur,cito tamen incipit decreſcere & lenteſcere, & omnia ſymptomata ſupradicta in hac ſpecie ſynochi leuiora ſunt,& ad bonum ueniunt & iſti tales qui patiuntur epaumaſticum ſine auxilio medici liberantur, quia materia licet ſit habilis ad acceſsionem, tamen eſt pauca & cito conſumitur. Homotenus etiam & augmaſticus hoc modo curentur. fiat minutio ſecūda die de uena prædicta uel de uena hepatis, & non tanta, ſicut in ſynocha inflatiua, ſed fiat quòd ſan.exiēs in contrarium mutetur,ut ſalue tur dictum Hippo. in regimine acutorum dicentis. Quod non debes uenā obturare quouſque ſang. in contrarium mutetur colore. Et purgatio, dięta, ſuppoſitoria leuia, clyſteria, iunctiones frontis & tymporum, & epithimata frontis fiant ſimili modo, ſicut in ſynocha inflatiua dictum eſt. Syrupus ro.uiol.cum aqua frigida uel zuccharum ro. cum frigida detur. Syrupus optimus ad huiuſmodi fe. Recip. pruna ſicca & lota in aqua.3o.ſe.portulacę lactucę ſand.al.& rub.berberum ro.an.drac. quarta.uio.drach.s.gūmi ara. dragaganti & pſillii, an.drach. 4. iuiubæ. 25.bul.in aqua cum ſeminibus prædictis & gummis in ſubtili ſacculo lineo poſitis & addito zuccharo in prædicta decoc.fiat ſyrupus, & aromatizetur cum drach. 2.camphoræ. Syrupus etiam de aqua citrullorum uel cucur. deco. in paſta uel ipſa aqua cucurbi. & huiuſmodi cum prædicta decoc. miſceatur & fiat ſyrupus cum zuccharo. Epithimetur frons & tympora ex ſanda.al. & ru. ro. cum aqua ro.miſtis & ſupra cor & hepar apponatur petia in prædicto licore intincta. Ex populeon oleo ro.uel uio. ſucco ſolatri ſemperuiuæ & ſimilibus loca prędicta inunguntur & epithimentur. Ad ſitis etiam mitigationem detur ſyrupus de pſillio,impleatur etiam ſacculus lineus ſubtilis parum ſe.pſilii uel ſaltem,ſe.lini trito, & ponatur in aqua frigida, & cum illa mucilagine lauetur lingua : & cum ipſo ſacculo fricetur, ſemen etiam cydoniorum in ore teneatur,& eius deco.ſitim aufert.Spongia uel pannus lini infuſus in aqua decoc. mal. ſe. lini

& fœnugręci tepidæ pectori & thoraci applicetur. Quòd si materia fuerit indigesta, & sitis ualde incitet pa. detur uas uitreum, æreum, uel argenteum magnum: quòd teneat unam octauam uel plus plenum totum aqua clarissima & frigida in potu detur. Nam ut ait Hippoc. in regimine acutorum. Aquæ autem nullum inueni usum, nisi quia in feb. acutis exhibetur &c. Et ego hoc solo uidi quamplures ab huiusmodi febribus acutis liberatos fuisse. Radatur quoque lingua cum canna uel ligno, & fricetur cum spongia uel saluia infusa in aqua: & succum lactucæ & portul. in prædictis ad sitim mitigandam in ore teneat. Pro insomnietate lauentur pedes & crura in aqua, in qua myrtus, uiolæ, mal. frōdes salicis: lactucæ, iusquiami, & papaueris cocta fuerint: de hac enim aqua lauentur pedes manus frōs & tympora & pulsus: & deinde leuiter abstergantur: postea aliquod de emplastris ad inducendum somnū dictis in capitulo de phrenesi: fronti & tymporibus applicetur. Cū autē in his pas. & in aliis acutis fe. est tanta fe. & insomnietas: ꝙ fere pa. ad mortem deducitur: & nullo modo eos possumus prouocare ad somnum: ultimum remedium quod possumus facere in prouocando somnū est istud: recip. ros. drach. 3. se. portulacæ, lactucę, melonum: anisi, liquir. croci, opii. thebaici: an. drach. 1. conficiátur cū aqua frigida: & succo apii: & syrupo ro sa. & detur in potu. Aer etiam alteretur cū spongijs in aceto infusis circumcirca lectum suspensis, & frond. cannarum, uitis, salicis, myrti, gladioli, & huiusmodi per domū sternantur, & desuper aqua frigida distilletur. Cōstituatur etiā distillatio aquæ frigidæ, uel riuulus coram eo, quia sic stupor in eorum oculis euenit, fricentur extremitates manuum & pedum eorum cū stamina infusa in aceto, sale, fuligine, & aqua ro. simul mistis. Et fiant si fuerit necesse ea quæ dicta sunt in capitulo de lethargia: uidelicet si ad lethargiā uideatur tibi parari ęgrotans. Clysteria fiant ex mal. uiol. branca ur. parietaria & urtica. an. M. i. se. lini triti. drac. 2. in aqua bul. & colentur, & addito succo bletæ mercurialis an. drach. 2. zuccha. uio. olei uio. an. drach. 1. s. cassiæ fi. drach. 3. mel. uio. dra. 2. iniiciatur per clystere, mica panis ter uel quater in aqua lota cum aqua frigida & zuccharo mista & detur. Quòd si in 8. die non terminetur ægritudo purgetur cum loru ra superius dicta, uel fiat syrupus de se. cōmunibus, psillio, capil. ueń. & uiol. in quo ponatur drac. 1. reubarbari puluerizati, & detur totum in potu. Et quia hæc ægritudo per fluxum san. narium terminari consueuit si in die cretico non fluat ipse san. ex naribus & signa denunciatiua ipsius san. e naribus debentis fluere præcedunt, sicut sunt dolor capitis, frontis, stomachi, & huiusmodi & scintillationes uelut ignis coram oculis infirmi apparent: prouocetur cum setis porci in naribus immissis uel cum spargula: uel cum flōmo naribus imposito, uel cum sangui sugis naribus & fronti appositis, uel fiat flōmia de uena quę est in medio frontis. Quādoque etiam in uere superuenit fluxus sang. in naribus, & soluitur ægritudo per se. interdum durat diutius ipse fluxus san. à naribus à nobis dictus. Et etiam quādoq; natura fortis facit crisim per fluxum san. uentris qui nō restringatur nisi feb. prius recesserit. Et si ulterius ipse fluxus uentris durauerit, dentur trocisci de spodio & fiant alia remedia in ca. de fluxu uentris dicta.

De causonide. Cap. VII.

Causon feb. à caumate dicta est, quoniam maximum corpori infert cauma & incendium, & fit ex pura cholera in uenis subtilissimis & arteriis stomachi pulmonis & hepatis putrefacta. Est enim causon de genere tertianæ, scilicet tamen fortior existit & maioris caloris. Vna tamen die fit fortior, alia uero die remissior, nec tamen a corpore separatur, & non accidit horipilatio in causonide, sicut accidit in alia, & accidentia sunt uehementiora in causonide quàm in tertiana secundum quòd inferius distinguemus. Signa igitur in causonide sunt hæc. Vrina rubicunda uel subru. uel citrina & tenuis, & liuēs uelut ignis in hac fe. apparet. adest calor continuus & acutus, totius corporis incendium & cauma forte, dolor capitis frontis & tymporum figitiuus in modum clauorū, qui figerentur in capite, & præcipue in dextra parte capitis & oculorum, consumptio cordis, & stomachi morsus, uigiliarum instantia: os ama ricatum, alienationes multæ, pulsus uelox & acutus uel subtilis, sitis perseuerans, ut eis bibentibus nil sufficiat, lingua cōbusta & deficcata & aspera, & quandoque nigra, facies squalida apparet aliquantula citrinitate perfusa, constipatio uentris propter nimiam siccitatē cholere ex feruore uigenti, & semper continuus est dolor & incēdiū acutissimū, & sine intermissio hac feb. nisi quia in mane circa horas matutinales aliquantula fit incendii & feruoris remissio: nō tamē plena requies. Et hoc accidit propter horas sanguinis qui tunc spargitur per mēbra qui illa hora dominatur. Et nota quòd si in causonide hypostasis in fundo. urinæ permanens sit alba: significat futuram quotidianam: si fusca tertianam: si nigra erraticam: uel quartanam. Item nota: quòd si in hac fe. & etiam in aliis acutis fuerit hypostasis rubea in fundo urinæ continua & perseuerans & formæ pineatæ: est optimum signum: significat enim mate-

riam fanguineam: quæ citò digeritur & erit di geftioni obediens. Item nota quòd fi in hac fe.& in aliis feb.acutis apparet urina difcolora ta & pauca mictura: ualde malum fignum eft: & fpecialiter fi nullam facit refidentiam in fun do urinalis:dum quiefcit per duas uel tres horas. Si tamen in multa quantitate micta fuerit & frequenter: faciat refidentiam bonum fignũ eft,quia eft fignum digeftionis & purgationis per urinam. Item nota quòd in hac fe. & in aliis acutis urina pauca fætida, pinguis uel nigra & huiufmodi & mingatur cum difficultate mortem proximam protendit. Curetur igitur huiufmodi paf.in hunc modum.detur omni mane fyrupus acetofus uel oxizaccara uel fuc cus malorum granatorum eum zuccharo miftus cum aqua fe.communium feu cum lacte fe.prædictorũ. In fecundo uero uel tertio fiat minutio de mediana uena, & hoc dico fi uirtus ætas & fimilia particularia in hoc conueniant. Pueri enim & fenes nõ funt phlebotomã di, ficut vult Aui.Item fi uomitus uel fluxus uẽ tris in principio fuperuenerit, uel pa.macillentus fuerit ultra modum minutio non eft facienda. Item in tempore nimis fri.nec nimis ca. nõ debet fieri minutio, nec in tempore nimis uen tofo nifi maxima immineat necefsitas, & hoc in omnibus acutis feb.& in omnibus aliis ęgritudinibus, & etiam in fanis locum habet. Item nota quòd in continuis in die fecunda uel quar ta ad plus minutionem faciamus & non ultra. Et ratio eft,quia ufq; ad quartum diem harum ægritudinum materia eft fluxibilis & uirtus for tis,a quarta uero die in antea uirtus debilitatur & materia refidet: & propter hoc a quarto die in antea non debet fieri minutio quidam uero minuunt in quarto die quod non approbo. Item nota quod fi in huiufmodi continuis fequitur fluxus uentris uel uomitus, eft malum fignum ualde. Fit enim ex abundantia humorũ aut fymptomatis: & de.10.uix unus liberatur: quibus hoc accidens propter minutionem fan. fuperueniat. Facta minutione detur fyrupus uiol.uel rof.cum aqua frigida uel zuccharum rof.uel triafandal.dięta tenuis iniungatur: quia dicit Hypp.in aphori. Ad ultimas ideft acutas ægritudines ultimæ curationes&c. Sit igitur dięta eorum mica panis ter uel quater lota cum zuccharo, fcariola lactuca: portulaca: farina hordei, amygda.& huiufmodi dentur in quarto uel octauo die: purgetur cum ifta decoctione.reci.capi.ue.hepaticę fcariolę,boraginis: an.M.s.uio.drach.s.fe.communium contuforum. drach.2.pruna.30.iuiube febeften.an. 20.hæc omnia in quantitate aquę fufficienti co quantur & colentur: & colaturę addantur pulpæ cafsiæfift.drach.2. oximellis fimplicis tamarindorum, diaprunis.zucchari uiol. an. drach. 1.zucchari rof.unc.1.s.reubarbari triti & pofiti in fucco fcariol.depurato.drach.2.Et fi maiori indigeat purgatione adde miraoolanorũ citrinorum puluerizatorum.drach.1.s.aquæ decoctio.plantaginis.drach.2.hęc enim decoctio in omni tertiana & omni ægritudine de cholera facta conueniens eft & bona: in his tamen ægritudinibus tutior in 14.uel 15. diebus quàm ante fi competenter poffumus differre. Quando uero materia fuerit furiofa currens fubito de loco ad locum: tunc ftatim purgamus: nec digeftionem materiei expectamus. Nã fynochus & fynocha, phrænefis, fquinantia. & antrax. paff.illaca,& colica.thenafmon acutifsimus & fimilia materiæ digeftionem in ægritudinibus non expectabat magifter meus: fed ftatim humorem peccantem euacuabat etiam materia exiftente cruda. Vtatur pa.caufonidem fyrupis frigidis in præcedenti capituto traditis: ficut eft fyrupus de fucco cucur. & zuccharo. fyrupus de fe.cõmunibus:fyrupus pfilliatus acetofus uio.rof.& huiufmodi fitim extinguentibus in prædicto cap. dictis.Detur etiã fyrupus rubeus qui fuit inuentus in ultramarinis partibus qui fit de quadam herba quæ fub niue oritur & zuccharo optimo in hac fe. & omnibus fe.ex ca.humoribus factis mirabiliter confert. Prouocetur fomnus lauando pedes manus frõ tem & tympora cum aqua in dicto cap. dicta, & ponendo tympori & fronti emplaftrum aliquod ex dictis in cap.de phręnefi, Epithimentur ftomachus: frons: hepar,& tympora: cum epithimate dicto. Aquæ frig. in febribus adu rentibus competẽter tribuantur:ficut eft aqua panis bene cocti & bene fermentati: & de bono tritico facti in aqua frigida ponatur: & tandiu ibi iaceat donec optime mollificetur:deinde cum panno lineo mundifsimo coletur: & fi nis adde parum zucchari & colaturam dabis: hoc enim in acutis fe. plurimum ualet: & bene nutrit & calorem mitigat; & aqua ca, decoc. draganti zucchari & penidiarum; medulla ci trullorum in frigida aqua infufa & data.Et hoc dico fi huiufmodi fe. fuerit fine apoftemate & fine punctura & dolore pectoris: quia tunc huiufmodi aquæ frigidæ non competunt.Nam ut ait Hippo. in apho.Frigidum inimicum eft ner uis pectori ofsibus &c. Aqua melonis paleſti. in his fe.data optima eft quæ hoc modo ex trahi dicitur. Accipiatur melo paleftinus & per foretur, & per illud foramen immittatur zuccharum in prędicto melone,& tandiu manibus moueatur huc & illuc quoufque zuccharum liquefiat, deinde ipfa aqua tribuatur in potu. Alia aqua optima in huiufmodi fe. quæ dyfcrafiam febrilem & incendium & fitim mitigat & urinam prouocat, terantur femina communia ad quantitatem.drach.3.plus uel minus fecundum

dum quòd uolueris, & super ipsis tritis infunde ptisanam hordei feruentissimam uel saltem aquam simplicem ca.sed non tantum ualet, & coletur & adde zucchari & penidiarum. & in potu da. Quòd si fuerit uentris constipatio: detur hæc aqua optima quæ quasi uino assimilatur & multum confert in huiusmodi fe. & in simplici & duplici tertiana, alterat enim febrilem dyscrasiam & purgat aliquâtulum. bul. aliqua frusta reubarbari in aqua, & ipsum reubarbarum aquam colorabit sic quòd quasi uinum uidebitur, & addito zuccharo uel penidijs uel syrupo uiol.detur in potu. Clystere lenitiuum uel suppositorium fiat si necesse fuerit pro asperitate linguæ. & pro dolore capitis fiât remedia superius dicta in præcedenti capitulo.

De emitritæis, & primo de minori. Cap. VIII.

EMitritęi tres sunt species.s.maior medius & minor, medius & minor curari possunt si medicus fuerit prouidus & circa infirmum solicitus. Maior uero potius diuina quam humana manu curatur, auctoribus omnibus testantibus, emitritæus quidem est feb. continua ex duobus humoribus, uno in uenis, & altero extra putrefactis. Et dicitur emitritęus ab emi quod est medium & tritęus quod est tertiana. Inde dicitur emitritęus quasi habens mediã partẽ sui materiã tertianam, s. choleram. Minor itaque emitritęus fit ex phlegmate putrefacto intra uasa & cholera extra. Vnde talia debent esse symptomata. Vrina ruffa seu subruffa, seu citrina & mediocriter spissa & superius liuens cum appositione manus, pulsus uelox & plenus, lingua apparet aliquantulũ nigra & limosa, pa. continuo frigore infestatur a primo die usq; ad tertium uel quartum diem in uesperis, & postquàm frigus minuitur permanet extremitatum frigiditas scilicet manum, pedũ nasi, & sic manet infirmus per 18. horas quas habet in summo labore scilicet ab hora uespertina usque ad matutinam, & est cum oculorũ grauitate & falso somno. & sic à quibusdam medicis imperitis minus bene iudicantibus propter huiusmodi accidentia & stuporem oculorum lethargia esse creditur, & propter sex horas, scilicet a tertia usque ad uesperas quas habet in salsa quiete. a quibusdam imperitis quotidiana esse creditur, cũ non sit. Vnde quisque probus medicus infirmum suum debet assiduo uisitare ut assidua uisitatione qua pa. curare debeat cognoscat, & non semper in sola aspectione urinæ confidat, cum urina sit fallax nuncius præterquàm in quibusdam morbis, & specialiter in his morbis quę habent materiam intra uasa. Medius uero emitritæus fit de colera putrefacta intra uasa, & ex phlegmatę extra uasa putrefacto. In principio apparet urina rubea uel subru. mediocriter tenuis, in statu uero aliquantulum, inspissatur seu in augumento, & in superficie aliquantulũ liuiditatis vel viriditatis vel nigredinis adest, uigiliarũ instantia, sitis linguę ariditas & asperitas, dolor frontis, tymporum & aurium, constipatio uentris. pulsus uelox & subtilis. Rigor in hac speciẽ emitritæi de tertio in tertium diem inchoatus sexta uel nona hora diei habẽs. 26. horas in summo labore. & 12. in falsa quiete. Maior uero emitritęus fit ex cholera putrefacta intra uasa & melancholia extra, & habet. 40. horas in summo labore, & 11. in falsa quiete, infestans pa. intẽtissime eisdem accidẽtibus, sicut in medio emitritæo diximus, scilicet magis ualde, & cum pessimis & malis significationibus & mortalibus, urina appatet in eo uiridis uel nigra. Et isti tales sicut superius dixi, sunt sancto spiritui comendandi, & solis signis pronosticis relinquendi. Et nota quòd quandoque solet fluxus uentris uel uomitus in principio minoris & medii emitritæi superuenire, qui si fiat ui symptomatis tam debiliexistente infirmo mortem proximam pronunciabis. Si uero cum fortitudine uirtutis & ui materiæ pugnantis contra morbum, tunc ægritudinem breuem & bene terminabilem fore pronunciabis. Curetur itaque minor emitritæus in hunc modum, a principio detur syrupus acetosus uel oxizacchara cum aqua frigida uel tepida. In tertia uel quarta die fiat minutio uirtute & ætate permittentibus. de uena hepatis & san. secundũ uirtutẽ pa. extrahatur. Post minutionem uero detur syrupus ro. uel uiola. cum aqua frigida uel zuccharum ro. nouum propter confortationem stomachi in 8. uel. 10. uel. 12. diebus uel ultra, quia huiusmodi ægritudo. 7. 9. 11. 14. uel. 19. die terminatur utplurimum, & quandoque usque ad. 20. uel. 24. diem ad plus protenditur, prolonges itaque quantum plus potes dare medicinam si uideretur periculum immineri. Des itaq; hanc decoc. in decima uel duodecima die recip. polipodii quercini boni & recentis & bene rasi & mundati a cortice exteriori. drach. 4. terantur bene insimul cum drach. 1. s. se. fęniculi & bulliant cum 25. prunis siccis & additis. drach. 2. mirabol. citrinorum in sero. manu colatura propinetur, uel detur hæc decoc. optima ad hoc recip. capi. ue. hepaticæ, an. M. 1. uio. drach. 1. pruna damascena sicca. 30. iuiubæ sebesten. an. 25. polypodii quercini mundati. drach. 1. s. hordei mundi. p. 1. se. feni. anisi. an. drac. 1. omnia perfecte coquantur & colentur. & additis tamarindorum. drach. 2. pulpę cassięfi. drach. 1. mirabolanorum citrinorum drach. s. qui totam diem iaceant ad serenum & additis drach. 1. zucchari uio. mane in aurora tepida exhibeatur in potu:

potu: uel detur aqua reubarbari cum syrupo uiola. & si in hyeme fuerit in autumno detur oxymel squilliticum uel diaprunis uel electuariū de succo ro. quòd si necesse fuerit sæpe fiat: & si in 14. uel etiam in 24. transeat ægritudo. Et etiam si fluxus uentris uel sang. uel uomitus superuenerit: & æger non uideatur tibi in totum liberatus, propter hoc non stes quin cum prædictis decoc. & electurijs purges ipsum dummodo uirtus pati. sit fortis. Quòd si phlegma extra uasa remanserit prouocabis uomitum cum aqua se. rad. raparum uel rapistrarum atriplicis seu raphani uel cum uomitiuo Nicolai, scarpellæ uel patriarchæ & similibus in cap. de uomitu positis. Quòd si stupor superuenerit seu subeth fiant fricationes seu cætera remedia in capitulo de lethargia dicta, ut sunt clysteria, emplastra. & huiusmodi in occipitio facta fricationes, prius forti: sicut in capitulo prædicto plene dixi. Diæta tenuis exhibeatur si uirtus usque ad statum durauerit, sicut est ptisana colata cum zuccharo & penidijs mica panis ter uel quater lota in aqua cum zuccharo & penidijs pruna damascena elixa, cum agresta uel aceto parata dentur, lac amygd. farina hordei cum eodem lacte parata & huiusmodi dentur. Quòd si infirmus fuerit ualde debilis, & uirtus non sufficiat usque ad statum, detur succus paruę pullæ cum hordeo mundo decoctæ, uel ipsa caro ipsius pullæ intantum decocta quòd caro ab ossibus separetur. pira grossa & matura & poma grossa dari possunt, etiam uuæ iudaicæ, succus granatorum, & similia dari possunt. Medius uero emitritæus eodem modo curatur per omnia, sicut minor, hoc excepto, quia in patientibus medium emitritæum debemus insistere quantum possumus cum emplastris, & alijs remedijs prouocantibus somnum in capitulo de phręnesi dictis. Cum isti patientes medium de facili fiant phrenetici. In minori debemus fricationes & huiusmodi facere inhibere somnum, sicut dictum est, cum his quæ in capitulo de lethargia dicta sunt, cum de facili huiusmodi minor emitritæus in lethargiam cō uertatur. Vnde in aliquo præterquàm in hoc non differt cura minoris & medij emitritæi. Eodem enim modo purgamus & digerimus materiam: huiusmodi alia facimus in uno sicut in alio. Nec differt cura unius & alterius nisi in duobus dictis. Maior uerò emitritæus incurabilis est, ut dixi. cum inuenimus patientem inquantum possumus ipsum pro desperato in curam recipiamus & insistamus cum prędicta cura in cap. de minori emitritæo dicta. Item purgemus pa. cum decoc. senæ, thymi, cuscute epithimi, uiol. ca. ue. scolopendriæ. an. M. s. uiol. drach. 1. pruna. 30. omnibus decoctis addatur colaturæ casiasiefi, tamarindorum: zucchari uiol. diaprunis: an. drach. 1. lapidis lazuli. drach. 3. reubar. drach. 4. mirabolanorum citrinorum unc. s. per noctem hæc insimul iaceant, mane uero colatura propinetur in potu, & faciamus quod possumus: tamen semper huiusmodi pati. maiorem emitritæum pro desperato habeamus.

De tertiana uera. Cap. IX.

Tertianę enim duæ sunt species: alia uera, alia non uera & hæc dicitur notha. Scilicet prima de uera agendum est. uera tertiana fit ex cholera ru. naturali pura: & potius in iuuene cholerico sicco & macilento magis intensa: & in æstate & in calida regione & sicca. & diæta etiam calida & sicca: & multæ cholerę generatiua præcedente: & talis tertiana inter acutas nominatur, quæ tamen per 7. periodos durat est uera, & si transit. 7. periodos est notha. Habet igitur uera tertiana. 12. horas in summo labore. 12. in leptopicijs. & 24. in uera quiete. Vrina talium ruffa uel subruffa per totum tenuis: & quandoque crocea uel aurea apparet, & pa. de tertio in tertium diem infestatur à tertia hora diei in antea. prima cum ingenti rigore: scilicet parum durat: postea sequitur calor magnus: pulsus magnus & uelox: sitis, amaritudo horis, & etiam ulceratur os: dolor frontis & tymporum: & quandoque continuus, idest uomitus continuus, & cholericus sequitur. Et nota quòd cum dicitur, tertiana uera uel quartana & huiusmodi fe. habet tot uel tot horas in labore: intelligitur quòd eas haberet ad plus. aliquando enim huiusmodi tertiana uera non affligit nisi per 9. horas uel 10. uel minus si materia fuerit pauca, & sic de aliis. In principio itaque huiusmodi fe. detur ad diuisionem materiei quolibet mane. unc. 1. s. syrupi uiolati, uel oxizacchara cum aqua fri. nisi fuerit cum hoc dolor pectoris: uel lateris, quia tunc miscemus cum prædicto syrupo tertiam partem. unc. penidiarum: & damus cum tepida. Et si fuerit cum hoc fluxus uentris: uel uomitus admiscemus prędicto syrupo. unc. s. zucchari rosa. antiqui, uel damus syrupum ros. Si uero uenter fuerit constipatus damus syrupum uio. cum tepida uel oxyzachara: miscemus zuccharum uiol. & damus. Post uero tertiam uel quartam accessionem, uidelicet in octauo uel decimo die si materia fuerit in stomacho: quod cognoscitur per nauseam: uel uomitum, uel per alia signa supradicta ad hoc conuenientia, educatur materia ipsa cum uomitiuo patriarchæ, uel Nicolai & similibus in capitulo de uomitu dictis; uel in ipso feruore caloris aqua frigida in multa quantitate exhibeatur in potu & digitis in ore immissis uomitus

tus prouocetur: multi hoc ſolo curantur: uidelicet cum materia eſt in ſtomacho: quæ faciat huiuſmodi tertianam ueram. Quòd ſi materia ſit in inteſtinis quod cognoſcitur, quia dolor & tortio ſunt circa uentrem, & quandoque adeſt fluxus uentris & ægritudo cholerica, & tunc educatur materia cum clyſterijs acutis & mordicatiuis ſuperius dictis partim, & partim etiam cum medicinis inferius dicendis. Si uero materia ſit in hepate uel chiſti fellis quod cognoſcitur per urinam multum intenſam in colore, & etiam ad quandam ſpiſsitudinem accedentem, & calor eſt ualde acutus. Si uero in ſpiritualibus fuerit materia, tunc adeeſt ſitis intẽſa: & per potum mitigari non poteſt. In quocunque prædictorum locorum fuerit materia, ſcilicet in inteſtinis hepate uel chiſti fellis: uel in ſpiritualibus digerant ſecundum doctrinam ſuperius dictam. In 10. uel 12. diebus purgetur pa. cum decoc. iſta. recip. ca. uel hepaticæ, ſcolopẽdrię, boraginis. an. M. s. florũ uio. florũ borag. an. drac. 1. ſe. cõmunium. dra. 2. hordei mundi. P. 1. pruna. 30. iuiubę ſebeſtẽ. an. 25. hæc oĩa perfecte coquantur & colentur & colaturę addatur thamarindorum, oximellis ſimplicis. an. drach. 1. zucchari ro. uio an. drach. s. diaboraginati. drach. 1. s. reubarbari triti & poſiti in ſucco ſcariolę depurato per noctem. dra. tertiã aquæ decoc. plantaginis. drach. 2. hæc omnia ſimul miſta per noctem ſimul iaceant ad ſerenũ. mane uero in potu dentur: quoniã hac decoc. utebatur magiſter meus in tertianis ueris, etiam & in cauſone, & in omnibus ęgritudinibus ex cholera factis. Vtebatur etiam ſyrupo laxatiuo ad hoc. recip. uio. drac. 2. pruna. 50. iaceant hęc per noctem in aqua feruenti. mane uero bul. & colentur: & fiat ſyrupus cum lib. 1. s. zucchari in quo adde reubarbari puluerizati. drach. 3. aquæ ro. drach. 4. de hoc ſyrupo ſumat pa. unc. 3. uel 4. de quarto in quartum diem in die quietis: & hoc poſt tertiam uel quartam acceſsionem: uel purgetur ſolum cum decoc. mirabolanorum citrinorum: & cum drach. 2. zucchari in aqua cal. per noctem ponantur: mane uero exhibeatur colatura eorum habenti ſtomachũ frigidum cum ca. habenti uero ſtomachum ca. cum fri. exhibeantur. Et nota ꝙ mirabolani dati cum ca. faciunt plus urinare & minus aſſellare, cum fri. uero dati contrarius faciunt. Quòd ſi pa. ualde timoroſus fuerit in accipiendo decoc. nec conſuetus talia ſumere antequam detur ipſa medicina ſeu decoc. per 5. uel 6. dies fiat hoc emplaſtrum conſtrictiuum & ſtomachi confortatiuum, & ſtomacho apponatur. Recip. ſan. dra. maſticis olibani gumi ara. ro. an. omnia puluerizata cum ſucco menthę conficiantur. Cumque medicinam dare uolueris ligetur ſummitas lacertorum brachiorũ & crurium circa muſculos & digiti manuum & pedũ cum aliquibus corrigijs ſubtilibus ſeu cordis ligentur, & fiat fricatio extremitatum & lauet ſibi os cum aceto uel agreſtę uel ſucco arancię: uel limonũ: uel pomo acetoſo ſiue malagranato acetoſo: & nil de eo deglutiat, & ex ſucco alicuius prædictorum: uel aceto infundãtur oculi. Poſtquàm autem biberit medicinã aſpergatur facies eius cũ aqua ro. uel aqua frigida ad quantitatem unius cyathi proiecta ſupra eius faciẽ, & odoret panem aſſum in aceto, & ſucco menthæ infuſum: aut pulegium uel muſcum, quòd melius eſt. Quòd ſi abominatio uenerit pa. & medicinam eijcere uoluerit per os panem aſſum in aceto infunde addito ſucco menthæ: uel ipſa mentha teratur, & ſpongia marina uel lana ſuccida intincta in huiuſmodi liquore orificio ſtomachi ſæpe apponatur, & in ore eius ſalſam teneat, & ſi vult parum de ipſa tranſglutiat, ut ſapor medicinæ aboleatur: deinde quieſcat in lecto cal. nec dormiat: nec etiam deambulando uadat niſi prius medicina mouere incipiat. Cumq; medicina iam ſoluere inceperit uadat parum deambulando per domum poſſum poſt paſſum. Quòd ſi ipſa medicina non bene ſoluerit, des parum de reubarbaro pul. cum ſero caprino, uel de electuario de ſucco ro. uel diaprunis, uel aliquod tale cum tepida: uel cum frigida, uel cum aqua prunorum, quòd melius eſt. Quòd ſi propter frigiditatem aeris ſeu ſtomachi medicina non duceret ſicut debet, tunc panis calidus ſicut exit de furno per medium ſcindatur & in panno lineo inuoluatur, & ſtomacho apponatur, uel locum cal. uino albo irroratũ in pannis inuolutũ, immo olla lutea, uel ueſica ęnea uino uel aqua plena inuoluta panis, & ſimilia ca. ſtomacho applicentur. Quòd ſi uomitus ſuperuenerit ſuccurratur cũ his quæ in cap. de uomitu reſtringẽdo ſunt dicta. Quòd ſi medicina nimis duxerit teratur axungia, & cum cinere conficiatur, & fiat ex eis emplaſtrum & ſupra umbilicum ponatur. Mittatur pa. in bal. aquæ deco. radicis filicis, tapſi, corticis granatorum & huiuſmodi ſtipticorum & dentur ſyrupi & electuaria conſtrictiua in cap. de fluxu uentris & dyſenteria dicta. Et no. quòd ſi in tertiana fuerit dolor pectoris propterea forte, quia in ſpiritualibus materia continetur, uel alia quacunque de cauſa ab inferioribus proueniente, non debet dari medicina niſi prius ipſe dolor ſedetur & recedat, & tunc omnia particularia conſiderari debent. Syrupus mirabilis contra tertianam. recip. ſucci plãtaginis ſcariolę & cicoreæ an. quilibet iſtorum ſuccorum depuretur, & omnes inſimul miſceãtur & bulliant, & addito zuccharo fiat ſyrupus in quo addatur parum cryſtalli puluerizati, & detur, quia miro modo ualet & ſitim extinguit

& calorem

&calorem reprimit in ipſo. Hora acceſsionis pedes & crura ponantur in aqua frigida decoc.mirti,maluæ, uiol.& ſimilium, frons & tympora ſupradicta aqua lauentur. Poſtea in ipſo calore & feruore intenſiſsimo cum pa.uidetur totus comburi, & ſitit mirabiliter, detur ſibi in potu uas æneum uel uitreum magnum plenum aqua frigidiſsima & potet ad ſatietatē & crura & brachia & pedes ſuos in aqua prædicta frigida teneat deco.myrti & cum ſubiecta. Poſtea prædicta membra inungantur oleo ro.& uio. prius tamen cum panno lineo ſubtili abſterſa, & etiam in lecto ponatur pa. hoc enim ſolo plures tertianarios curauit magiſter meus. Et hoc debet fieri poſt tertiam uel quartam acceſsionem,materia iam digeſta. Syrupus etiam diaquilon in potu detur pro ſiti,ſyrupus ſuperius ſcriptus. pſilium ablutum in ore teneat. Fiat etiam aer artificialiter frigidus cū aſperſione frigidarum herbarum & aquarum & huiuſmodi per cameram. Electuaria frigida & ſyrupi frigidi & huiuſmodi, & alia frigida in capitulo de cauſone dicta dentur. Pro inſomnietate prouocetur ſomnus cum his quæ in capitulo de phreneſi diximus. Pro dolore renum ungantur renes ex oleo uio.ro. agreſta & lacte mulieris ſimul miſtis. Item faſciculum cimarum tenerrimarum myrti in aceto decoqui facias,quoniam miro modo huiuſmodi dolorem tollit & hoc ſæpe fac. Aliud idem acetū, agreſta,fructus ſolatri, uermicularis, portulacæ, cymbalariæ & huiuſmodi frigidarum herbarum in ſimul miſceantur,& addito oleo uiol. & ro.tepido fiat,& in hoc liquore pannus,ſpongia, uel lana ſuccida infundatur, & renibus ſæpius applicetur. Pro oris ulceratione penidie, zuccharum, amidum cū zuccharo uio. & aqua ro.in ſimul diſtemperentur, & ex hoc ulcerata loca liniantur. Aliud acetum decoc. myrti,maſticis, & roſarum gargarizet, quia miro modo ualet. Item aqua de floribus myrti per alembicum abſtracta & gargarizata ad hoc mirabiliter ualet. Aliud expertiſsimum, uitella ouorū bulliant diu in ſartagine, & deſuper aſpergatur puluis penidiarum,zucchari & amidi, & ex hoc locus ulceratus ſeu poſtulatus ſæpe liniatur. Pro tinnitu aurium ſuccus ſemperuiuæ,coriandri,ſolatri,uermicularis, hedere terreſtris unū quodque per ſe,uel omnia ſimul miſta cū pauco lacte mulieris & aqua ro.auribus inſtilletur quia dolorem tollit. Aliud ad idem per me expertum elixentur duo uel tria uel quatuor oua gallinæ ſic quòd fiant dura:& ab albuminibus ipſorum aqua extrahatur exprimendo ea fortiter cum petia lini ſubtili, & talis aqua cū oleo ro.miſta tepida,ac ſi in ſole ſteti ſſet auribus infundatur,quia auribus nihil actu frigidum debet imponi. Pro dolore ergo renum pro ulceratione oris,& pro tinnitu auriū & huiuſmodi, ſi ea quæ dicta ſunt hic non ſufficiant, ſunt remedia ad hoc conuenientia ſicut in proprijs capitulis dictum eſt ſuperius. Item nota quòd in omni tertiana tam notha quam uera poſt tertiam uel quartam acceſsionem alumen, & trifolium cum triphera ſaracenica ante horam acceſsionis tollit ipſam tertianam & patientem liberat, ſecundum quòd dicit Ma. Petrus Hiſpanus ſenex in ſecretis ſuis. Itē aliud optimum ad hoc poſt purgationem ſerrētur ſandali albi & ru. cum ſerra cū qua fiunt pectines, uel cum ſimili ſerra, & illa ſerratura cum ſucco uermicularis, uel ſemperuiuę cum ſyrupo ro. uel uio. uel ſyrupo facto de herba ribes in potu detur, uel cum aliquo ſucco herbarum frigidarum & zuccharo in potu detur. Diҿta eorum ſit mica panis ter uel quater in aqua frigida lota,deinde cum zuccharo, uel penidijs,lac amygdalarum,ptiſana,hordei,farina hordei,ſpeltæ cum prædicto lacte condita,pruna damaſcena elixa, medulla citrulli, & melo paleſtinus,uuę iudaicæ granatorum ſuccus cruda herba acetoſa uel elixa ſatis eſt utilis,ſcariola,lactucæ,cicorea, ſpinachia, portulaca, cucu. hæc omnia elixa,& cū lacte amygdal. cōdita & pauca agreſta,uel aceto deſuper infuſo dētur, aſparagi etiā elixi optimi ſunt. Abſtineāt a carnibus & uino omnino. Quia non pura corpora quāto magis &c.ut ait Hippo.apho.10.particulæ ſecūdę. In die uero acceſsionis, uel nullus cibus detur,uel detur cibus tenuſsimus per quinque uel ſaltē quatuor horas ante paroxiſmum, qa in paroxiſmis ſubtrahere oportet &c. ut ait Hippo.apho.10. particulæ primę. Nihil igitur in ipſo paroxiſmo dandū eſt de cibo. & hoc intelligas niſi uirtus eſſet ualde debilitata & ultra modum diſſolueretur ſicut accidere conſueuit in cholericis, in his enim cum apparuerint accidentia uirtutem diſſoluentia illico cibus eſt dandus,ſ. in paroxiſmo, & ante paroxiſmū etiam in ſtatu.& hoc vult Gal. in commento ſuper regimine acutorum,& in cōmento aph. 9. primæ particulæ. In accidentibus itaq; uirtutem diſſoluentibus ilico cibus eſt dandus, hunc modū tenebat etiam magiſter meus in diætando infirmos ſuos, dabat igitur corpore debili exiſtente,& in huiuſmodi febricitantibus, & in aliis etiam febribus pultem uel tortam oui, uel prædicta olera cum lacte amygdalarum condita appoſito in eis pro condimento fruſto uno integro axungiæ recentis. Cum uero iam pa. conualuerit utatur confortatiuis & reſtauratiuis ſicut eſt roſata nouella, diamargariton, triaſandali, diarodon abbatis, electuarium ad reſtaurationem & ſimilia in cap. de hectica dicta dentur. Syrupus confortatiuus & reſtauratiuus ſubſtantialis hu-

tialis humiditatis. recip.ſucci boraginis lib. 4. florum rorifmarini florum boraginis,ſe.bombacis,berberis,endiuiæ, ſandal.al. &ru.capreolorum uitis,ſe.papaueris albi omnium.an.dra. unius tertiam, ſe.baſiliconis.drac. quartã. omnia hæc tertãur,& in ſucco boraginis prædicto bulliant uſque ad tertiæ partis conſumptionẽ, & addito zuccharo fiat ſyrupus.& in fine decoc.adde ambræ & muſci.an.ſcrup.1.& utatur quotidie, quoniam confortat ſpiritus & reſtaurat miro modo. Item inteſtina porcellorũ uel hædorum bene præparata & data, gallina etiã uel perdix quæ eſt melior decoquatur in paſta in furno inuoluta cum zirbo,ut ſua bona humiditas referuetur & parum de maiorana uel baſilicone cum pul.cinnamomi ſpicę uel galangæ ibi appoſito detur,quoniam miro modo reſtaurat. Ad tollendum paroxiſmum tertianæ, accipe foliorum urticæ, foliorum ſalicis,uitis. an.M.1.terantur & cum forti aceto conficiantur & circuncirca pulſus brachiorum inuoluantur per duas horas in acceſsionẽ,& ſimiliter circa pulſus.probaui in domino Petro cañ. Experimentum magiſtri mei alleuians ualde, & quandoque diminuens, & tollens totaliter paroxiſmum ſic quòd amplius pa.non lędat.recip.oxizacchara.unc.1.s. ſucci cicoreæ depurati. unc.2.aquæ.unc.4. omnia dentur in potu. Item os de corde cerui puluerizatum & datum in potu eſt mirabile & probatum. Et digeſta materia electuarium de ſucco roſ. uel diaprunis datus multum confert.Item triphera ſaracenica ad quantitatem. unc.s. data cum unc. 1. ſyrupi ro. & aqua frigida data in mane in die quietis, uel in duplici tertiana in die minoris acceſsionis mirabiliter diminuit & tollit quandoque tertianam. Syrupus laxatiuus competens in tertiana feruida materia iam digeſta,& in acutis & in calore hepatis ſecundum ma. Tadeum. recip.uio. cap.uen. berberis.an. unc.4. pruna damaſcena.30.mannæ unc.2.mirabolanorum citrinorum.unc.1.reubarbari. unc.s.radicis plantaginis.unc.2.graminis,pentaphylo. an.unc.2. terantur & ſtent in aqua per diem & noctem, deinde coquantur ad medietatem, & fiat ſyrupus cum zuccharo. da de eo.unc.2.uel 3.cum aqua tepi. Experimentum contra tertianam.F.V.domini Papæ,medici,probi.digeſta materia da. drach.1. centaureæ minoris menſe Maij collectæ, uel ſaltem ipſa herbæ cũ unc.2.ſyrupi ro.uel uio.uel cum unc.1.tripheræ ſaracenicę cum aqua frigida. probatum eſt. Item fiat emplaſtrum.recip. cimini armoniaci maſticis.an. terantur & cum mucilagine pſilij diſtemperentur, & pone ſuper uenas pulſatiles manuum & pedum per horam unam ante acceſsionem. Et hæc de cura ueræ tertianæ ſufficiant.

De tertiana notha. Cap. X.

VIdeamus nunc de tertiana notha, ſeu non uera. Notha igitur tertiana ſeu non uera eſt illa in qua omnia accidentia ſupraſcripta,uel plura conueniunt.Nã differt notha a uera in hoc. uidelicet,q̃ pa. nothã infeſtari dicitur debet de tertio in tertiũ in ueſpertinis& ſerotinis.Primo rigore maiore quam in uera tertiana, & calor ſequitur non tam magnus. pulſus tardior eſt in hac quam in uera, urina minus incenſa eſt quam in uera. Variatur enim urina ſecundum diuerſitatem humorum complexionum & temporum.Item differt notha a uera in hoc, quia tertiana uera in 7.periodis longiſsima iudicatur,ut ait Hippo.apho.59.quartæ particulę. Vnde tertiana uera nunquam tranſit ſeptimum periodum, & ſi ulterius extendatur non eſt uera, ſed notha.Item tertiana notha quamuis in æſtate fiat. ſæpe in iuuene, & cholerico non fit, ſed magis in ſene, & ſi forte in cholerico fiat fit in hyeme uel autumno. Tertiana uera ut dictum eſt fit ſolum cũ cholera ru.peccat.In notha uero quandoque cholera citrina peccat, & quãdoque uitellina. Vrina igitur ſub citrina, & in ſubſtãtia citrinæ choleræ remiſſa ad tenuitatem magis accedens quam ad ſpiſsitudinem tertianam notham de cholera uitellina oſtendit.Vnde adeſt ſtomachi nimia repletio capitis grauedo faſtidium, & pa. prædicto modo debet infeſtari.Quãdo uero peccat cholera citrina, urina apparet citrina & in citrino colore remiſſa tenuis mediocriter, magis tamen ad tenuitatem quam ſpiſsitudinem accedens tertianam notham de cholera citrina oſtẽdit eſſe,& prędicta ſymptomata debẽt eſſe.Cholera uero æruginoſa & cholera praſsina non colliguntur ad putredinem propter facilitatẽ & furioſitatem motus, & ideo nõ inducunt fe. nec urinam immutant. ut ait Iſaac in libro fe. Curetur itaque tertiana notha de cholera citrina uel uitellina hoc modo.detur pa. unc.1.s.ſyrupi acetoſi de radicibus communibus facti quolibet mane cum aqua tepida decoc. ſem. aniſi, fęniculi ſcarile, & maſticis, & hoc fiat uſque ad decimum uel undecimum diem, & tunc purgetur cum hierapigra Gal.drach.1.uel cũ benedicta aut cũ decoctione iſta.recip.polypodij quærcini optimi & uiridis bene raſi & ab luti.dra.3.ſe.feni.dra.1.hæc duo infimul cõterãtur & admiſceãtur cum radice ſe. petro. apij aſparagi bruſci.an. M.s.uiol. drach. 1. pruna. 30. num. agari.drach. quartis. turbith, eſulæ, an.unc. tertiam. hæc omnia optime decoquantur in quinque lib. aquæ, quouſque ad unam redeant, deinde colentur & colaturæ adde pulpę caſsię fi.thamarindi.an.dra.1.s.mirabolanorũ citrinorũ & cheb. an.drac. 1. reubarbari. drach.

drác.quartis.zucchari uio.& ro.an drac.1.ſi eſt aliqua opilatio in hepate prædictum reubarbarum teratur,& in ſucco endiuiæ per noctem iaceat,deinde in decoctione prædicta ponatur, & in matutinis tepida exhibeatur.Quòd ſi prædicta cholera uitellina uel citrina in ſtomacho fuerit prouocetur uomitus ſecundum doctrinam ſuperius ſcriptam in cap. de uomitu. Si dentur.drach.2.de ſe. myrti trito & diſtemperato cum oxymelle & aqua cal. in potu uomitum prouocat, quod in quodam ſene qui longo tempore paſſus fuit tertianam notham probaui,& poſtea dedi ſibi. & uomitum prouocauit, poſtea dedi ſibi hieræ pigræ Gal. drach. 1. cum tepida, purgatus eſt optime & conualuit. Quòd ſi poſt purgationem amplius inuaderet fe.acceſsio.ante horam acceſsionis detur aur. alexandrina uel rubea cum calida. Si in æſtate fuerit diętetur ut in uera tertiana,& alia remedia ibi dicta fiant ſecundum quòd oportet. Si in hyeme aut tēpore frigido & in ſene, uel puero dentur pulli,hędi,perdices,phaſiani, fęniculum borago & ſimilia.Et nota quòd ſi dolor in pectore ſiue in ſpiritualibus fuerit ſemper debemus obſeruare illud ꝙ ſuperius dictū eſt.ſ. quòd infirmo de penidiis & dragaganto ſemper apponamus aliquid,& etiam quòd nō purgemus pa.donec dolor quieuerit & cætera ibi dicta obſeruari debent. Expertus ſum in tertiana uera, & in quotidiana poſt. 14.diem digeſta materia,& purgata per unam horam, uel duas ante principium paroxiſmi dare.drach.2. rubeę trociſcatę &.drach.1.cum uino decoc.rutæ,& abrotani. & ſaluiæ,quia tollit fe.in breui.

De duplici tertiana. Cap. XI.

DVplex tertiana fit de cholera in diuerſis locis putrefacta,& in diuerſis horis affligitur infirmus quotidie una die grauius,altera uero leuius. Adeſt calor magnus & feruens, pulſus uelox & acutus, dolor capitis intenſus, uomitus cholericus, oris amaritudo, abominatio, rigor paruus, ita quòd deficiente una acceſsione cū ſudore,alia acceſsio inſurgit quandoque.Vnde quidam exiſtimant hanc fe. eſſe quotidianā uel continuam,ſed continua rigore & ſudore cognoſcitur. Sed quandoque acceſsio durat per 12. horas ut quotidiana, ſed in paruo rigore & acuto calore & cholerico uomitu diſcrepat quotidiana. Vrina in hac fe. apparet rub.uel ſubru.uel crocea in ſubſtantia per totū tenuis in principio,uel mediocriter ſpiſſa in ſtatu uel declinatione ſuperius obumbrata,& non liuens. Curetur duplex tertiana per omnia ſicut tertiana uera curatur, excepto quòd in hac debet fieri minutio in ſecundo uel tertio die de uena mediana,detur ſyrupus ro. cum frigida. Vtantur eadem diæta eodemque regimine,& eodem modo purgationis, & in omnibus his quæ in curatione tertianæ dicta ſunt.

De tertiana continua. Cap. XII.

TErtiana continua fit ex cholera putrefacta in vaſis affligit per 24. horas in ſummo labore, & per 23. horas in falſa quiete.differt autem à cauſon,quia materia cauſonidis eſt in locis vicinis cordi. materia uero huius eſt in locis remotis à corde. ideoq; ſymptomata quæ in cauſone emergunt, eadem igitur ſigna in utraque ipſarum apparent, ſed differunt in quantitate malitiæ,utraque enim fit ſine rigore,& utraque iſtarum uno die affligit magis quàm alio. Tertiana itaque continua eodem modo debet curari ſicut cauſon hoc excepto, quòd in tertiana minus frgidis expedit uti & minus tenui diæta quam in cauſonide. Vtatur eodem regimine & eadem purgatione in cap.prædicto dicta, exceptis his dictis nunc.

De quotidiana uera de phlegmate naturali. Cap. XIII.

QVotidiana alia continua,alia interpolata, alia uera,alia notha. Et primo de uera & interpolata dicamus. Quotidiana uera de phlegmate naturali habet fieri utplurimum in hyeme,& tēpore frigido in ſenibus & mulieribus phlegmaticis. Cum enim ipſum phlegma naturale putreſcit extra uaſa,& non colligitur ad apoſtema facit quotidianā interpolatā quæ incipit affligere in tertia hora noctis. Primo rigore,deinde calore,& habet 12. horas ad plus in labore,& ſex de falſa quiete.ſ.in declinatione,& ſex in uera quiete. Vrina apparet ſubcitrina uel palida & per totū ſpiſſa.adeſt indigeſtio,uētris & lateris extēſio capitis grauedo, pigrities ad ſenſum & ad motū ſomnolētia,oris inſipiditas,ſputi & ſaliuarū abūdātia. Curetur huiuſmodi feb. hoc mō.oī mane ſumat unc.1. oximellis de radicibus cū aqua tepida, uel ſyrupū acetoſum de radicibus fęni.petro.apii,aſparagi, bruſci,& radice lupulorū.Digeſta materia quod fiet ī 10. uel 12.diebus ad plus purgetur cū ſyrupo laxatiuo magiſtri mei in quotidiana uera optimo qui ſic fit.recip.polypodij quercini.dra.3. uide licet uiridis & bñ mūdati & triti cū. dra.1. ſe.feni.turbith boni & gumoſi,eſulę,agarici.an.dra. 3.pruna ſicca.25.prædicta terenda terantur & omnia ꝑ noctē in aqua cap. iaceant.mane uero quouſque tantum tertia pars remaneat bulliant, & addito zucchar o fiat ſyrupus, de quo des ante horam acceſsionis digeſta materia. drach.2.uel.3. cum calida. Vel purgetur cum deco.iſta.Reci.capil. uen. hepaticæ, ſcolopendriæ

driæ adianthos:polytrici,cicoreę, radicis aſpa-ragi,bruſci,petro.ſen.an.drac.s.agari.hermod. an.drach.3. polipodij quercini contriti cũ pau co ſe.fe.drach.1.s.marathri. drach.3.hæc om-nia per noctẽ iaceant in lib.3.aquæ.mane uero bulliant quouſq; ad unam redeant, colentur & colaturæ addatur pulpę caſsięſi.triphere ſarace nicę zucchari ro.& zucchari uio.an.drach.1.mi rabolanorũ chebulorum drach.1.s.plus uel mi nus ſecundum ꝙ magis uel minus uis purgare. Vel purgetur cum benedicta laxatiua, uel cum catartico,uel cum blãca, uel cum oximelle ſqui litico,uel cum clareto laxatiuo, ꝙ ſic fit.recip. lib.1. polypodij quercini uiridis & boni & cum drach.2.ſe.fęni.terantur & bulliant in lib.3.ui-ni boni quouſque tertia pars minuatur, poſtea cola ipſum uinum & adde drach.3. mellis uel zucchari,cinamomi,folij ſpicæ,cardamomi ſe-ſtium gariofi.& terantur ſpecies iſta,& in præ-dicto uino ponantur & colẽtur per faſciam uel ſacculum,& detur in potu lib.1.quia bene pur gat.Et magiſter meus cum huiuſmodi clareto purgabat delicatos & ſpecialiter gallicos qui mirabiliter abhorrent ſumere medicinas & ip-ſe loco medicinæ dabat huiuſmodi claretum cum quo optime purgabantur & libenter ip-ſum ſumebant. Item purgabat quoſdam cum tragea quadam ſua laxatiua, quæ ſic fit. recip. turbith boni gumoſi.drach.1. foliculorum ſe-ne, eſulæ, hermodactylorum, polipodii. an. drach.s.maſticis,ſemi.feni.& aniſi.an. drac. 4. terantur & omnia cribellentur,& addatur zuc-chari ad pondus omnium doſis eſt. unc.s.& in qualibet doſi adde.grana.5.diagridij in pomo cocti,quia mirabiliter ualet contra exceſſum phlegmatis. etiam artheticis mirabiliter ualet ſi utantur bis in hebdomada. Vel ſi uis potes purgare cũ pul. petro.ſupra in paſsionibus ſcri pto. Quòd ſi poſt purgationem pa.ſtomachũ ſuum adhuc ſentiat repletum fore prouocetur uomitus cũ his quę in cap.de uomitu prouocã do ſcripta ſunt. Poſt purgationem uel uomitũ ſi adhuc febris durauerit,ante horam acceſsio-nis detur mithridatum uel aur. alexandrina,uel adrianum & ſimilia cum calida & inungantur renes cũ aragon,cum marciaton agrippa oleo laurino pulegino & ſimilibus. balneum etiam quod in ca.quartanæ dicturus ſum corpore mũ dificato antequã frigus eũ inuadat intret: & ibi aliquis de dictis opiatis ſuſcipiat.Dẽtur ſibi ele ctuaria confortatiua,ſicut ſunt diamargariton, diacalamẽtũ,dianthos & ſimilia. Comedat car nes hędinas,phaſianos,perdices,ſturnos, mino res aues:& hoc dico poſtquã ægritudo iam 13. diem tranſiuerit,& uirtus ualde debilitata fue-rit, alioquin ſi uirtus fuerit fortis & ſufficiens uſque ad ſtatum & declinationem ægritudinis comedat ſolum farinam hordei cũ lacte amig. conditam amygdalatum colaturã furfuris fẽn. & boraginis cum eodem lactæ conditam, pira & poma groſſa aſſata quando aquam in qua co quatur radix fęni.miſtã bibant cũ zucc. Cũ ue-ro in cõualeſcẽtia,fuerit uel cũ ægritudo nimis protẽditur & virtus incipit debilitari,debemus dare prædictas carnes aures & pedes prędicto-rũ cum fœniculo & boragine coquinatas, oua ſorbilia & ſimilia, demus etiã vinum album & ſubtile, cũ prædicta aqua lymphatũ bibant.

De quotidiana notha: & primo de ea quæ fit ex phlegmate ſalſo. Cap. XIIII.

QVotidiana notha fit diuerſis modis, quan-doque ex phlegmate dulci, quandoq; ex phleg mate ſalſo & quãdoq; ex phlegmate acetoſo. De phlegmate uero ſalſo ſæpius habet fieri, & fit quotidiana notha,in æſtate, quandoq; in au tumno, qñq; in uere.Vnde in quolibet tẽpore anni põt ſuperuenire. Signa igitur quotidianæ nothæ de phlegmate ſalſo factæ ſunt iſta.Vri-na ruffa uel ſubruffa mediocriter tenuis in prin cipio uel mediocriter ſpiſſa in ſtatu & in decli-natione & nõ liuens apparet. adeſt oris ſalſedo digeſtionis corruptio capitis dolor pruritus ꝑ corpus uniuerſum,& quãdoq; ſcabies, & maxi me adeſt pruritus in inferioribus partibus cor-poris circa nodos & iuncturas.Pa. in nona ho-ra diei in antea incipit affligi.primo rigore.de inde lento calore, & maxime uſq; ad mediã no ctẽ affligitur. Curetur in hunc modum, ſumat omni mane unc.1. ſyrupi acetoſi compoſiti de radicibus facti cũ calida in quo miſceatur unc. 1.zucchari roſ.noui. poſt uero quintam uel ſe-xtam acceſsionẽ materia iam digeſta,prouoce-tur uomitus cũ aliquo de prædictis uomitibus in cap.de uomitu dictis.Quòd ſi nõ fuerit faci-lis ad uomẽdũ cũ oxy.catartico uel benedicta laxatiua purgetur,uel cũ decoc. iſta.recip.poly podij.drach.2. agari.drach.s. epithimi uio. an. drach.1. ſe.feni.& aniſi.an. drach.1.s. terantur hoc oĩa & bulliãt cũ tribus lib.aqua quouſq;ad unã redeãt,colenẽ &in colatura ponantur.dra. 2.mirabolanorũ citri.& drach.2.s.zucchari,& ſic per noctem iaceant inſimul. in mane uero colatura propinetur. Vel cum iſta decoc. alia purgare poteris ad hoc optima, cum qua magi ſter meus huiuſmodi febricitantes purgabat. recip. ſcariolæ ſcolopen.boraginis cap. pe.an. M.1.radicis petro.apii.an.drach.1.florum uio larum & boragi.an drach.s.hordei mundi.P.1. pruna.25.coquãtur omnia & bul.cũ tribus lib. aquæ quouſque ad unam redeant, & colaturæ addantur pulpæ colloquin.caſsiæſi. an. drach. 2.zucchari uiol. tripheræ ſaracenicæ an. drah. 1.zucchari ro. unc.s.reubar. drac.3. pulpæ mi-rabolanorum citri.keb. an.drac.s.Quod ſi poſt

purgatio

purgationē infirmus nō perfectæ curatus fuerit & remanſerit aliquid de typo ante horam acceſsionis detur muſa ænea & mithridatum Adrianum, eſdra, uel aurea Alexandrina & ſimilia, quia mirabiliter ualent, dicetur ut in cap. de tertiana notha dictum eſt.

De quotidiana quæ fit ex phlegmate dulci. Cap. V.

PHlegma dulce quandoque corrumpitur: & facit quotidianam, quę ſimiliter notha eſt ſicut prædicta. In hac enim feb. apparet urina ruffa uel ſubruffa in ſubſtantia per totum ſpiſſa ſicut in colore ſanguinis obumbrata parum ſuperius. Circa mediam noctem incipit affligere inter horas phlegmatis & ſanguinis lento calore typum non debet habere, quia materia non eſt ita frigida & humida ut frigus inducat: nec ita cal. & ſicca ut rigorē inducat, nec ita frigida & ſicca ut horipilationē inducat, adeſt oris dulcedo digeſtionis corruptio, & ciborū sūptorū putrida & fumoſa eructuatio tāquam ex ouorū putridorū comeſtione fętor nimius egeſtionū, grauedo capitis, ſputi & ſaliuarum abundantia dulcis. Curetur ſic, omni mane ſumat oxymel uel ſyrupum acetoſum de radicibus cum aqua decoc. prunorū & marathri, farina hordei, lac amygdalarum, borago cum lacte amygda. cocta, aſparagi elixi, lactucæ, cicoreę elixatę, mica panis lota, & huiuſmodi exhibeantur. Cum uero materia fuerit ad expulſionem parata, quod fit in 24. die uel infra, detur hæc deco. recip. ca. ue. ſcolopēdriæ, cicoreę, ceterach, polytrici. an. M. 1. radicis fęni. petroſ. aſparagi, bruſci. an. M. s. agarici. drach. s. cuſcutæ. drac. 2. radicis bletę. drach. 1. uiol. florum boragi. an. drach. s. pruna damaſce. 25. omnia in aqua bulliant, ut ſupra dictum eſt, & colaturæ addātur pulpæ caſsiæ fi. drach. 2. tripheræ ſarracenicæ, zucchari uio. ro. mannę. an. drach. 1. mirabolanorum kebu. citri. cum. 6. amygdalis dulcibus. drach. 2. Quòd ſi poſt purgationem aliquid de tepido remanſerit dentur aliquæ opiatæ ante acceſsionem, ut aurea, eſdra, Adrianum. & ſimilia.

De quotidiana de phlegmate acetoſo. Cap. VI.

CVm itaque contingit phlegma acetoſum putrefieri, & quotidianam notham in eo accendi, tunc eius urina apparet in principio mediocriter tenuis uel mediocriter ſpiſſa, cum appropinquat ad digeſtionem, & eſt in colore glauca lactea uel alba, parum in colore huiuſmodi intenſa, hæc enim feb. in ſero incipit affligere inter horas phlegmatis & melācholię. Primò horripilatione cum lento calore. Phlegma enim acetoſum proprietatē habet cū melancholia, & ideo inducit horripilationem. Adeſt oris acetoſitas, capitis grauedo, indigeſtio uentris, conſtipatio uen. & lateris inflatio. Facies in contrarium mutat colorem, quia pallidior fit quàm à natura eſſet. permutatio enim mali coloris non fit ob aliud niſi propter malam digeſtionē, & neceſſario ſequitur malus color. Vnde cū dico iſte uel ille eſt male coloratus neceſſario ſequitur ꝙ male digerit. Cū itaq; in phlegmate acetoſo exceſsiue ſuperabundāte duę qualitates peccent principaliter. ſ. frigiditas & ſiccitas digeſtioni contradicentes, non eſt mirum ſi colorem in contrárium permutent. In hac ergo fe. primo ordinetur dięta nō nimis tenuis groſsior tamen in hyeme quàm in æſtate. farinā hordei cum lacte amyg. cōditam ſpinachiā boraginem, lactucas, & huiuſmodi cum prædicto lacte cōditas, aſparagos elixos, pullā paruā perdicē & minores aues comedant, uinum ſubtile clarū, & bene lymphatum bibāt. Sumāt quelibet mane. unc. 2. & s. huius ſyrupi cum calida. recip. radicis aſparagi, apii, bruſci, petro. fœni. an. M. 1. corticum radicum interiorum, ſambuci, & ebuli. an. drac. 3. hordei mundi. P. 1. bulliāt perfectè, & addito melle diſpumato al. & zuc. an. fiat ſyrupus de quo omni mane detur ad quantitatem prædictam quouſque materia ſit digeſta. Vel digeratur materia cum oxymelle ſquillitico cum ſyrupo acetoſo de radicibus, uel oxymelle facto de radice raphani in uino, in mulieribus uero detur quolibet mane mel cum aqua decoc. radicis fęnic. Digeſta materia, quòd cognoſcitur per anticipationem acceſsionis, uel per urinam mediocriter ſpiſſam purgetur pa. cum decoc. iſta. Recip. ſene. thimi, epithimi, cuſcutæ. an. drach. s. radicis bletæ, aſparagi, bruſci, feni. an. drach. 1. hæc omnia in tribus lib. aquę bulliant quouſq; ad unam redeant, & addantur colaturę pulpę caſsięfi. & mānę. an. dra. 1. s. tripheræ ſaracenicæ. drach. 1. s. zuccha. uio. & ro. an. drac. s. mirabola. indorum emblicorū & kebulorum cum. 8. amygd. dulcibus contritorum. an. drach. 1. hæc omnia per noctē inſimul ſtēt. mane vero colētur & colaturę ad unius goboleti quantitatem pa. detur in potu. Et ſi medicinā abhorrere uideatur, fiat ad hoc emplaſtrū ſupra ſtomachū & cætera in cap. de uera tertiana dicta. Quòd ſi cōſtipatus fuerit eius uenter ſuppoſitoriū aliquod uel clyſtere fiat. Vtatur etiam balneo ante cibum, in mane in quo poſitę ſint roſæ & flores camo. Et cum exit ſumat aliquod de prædictis opiatis. Et inunganē renes taliū, & ſpina dorſi ex oleo laurino camomillino & ſimilibus cum butyro miſtis, & hoc poſt bal. & huiuſmodi inūctiones. Et datio alicuius opiatę fieri debet poſt purgationem, ante enim quàm euacuatio fiat ſiue purgatio per naturam ſiue medicinam non cōpetunt prædicta.

De quotidiana de phlegmate uitreo. Cap. XVII.

QVando phlegma uitreũ inducit quotidianam quæ ſimiliter notha eſt: ſicut & prædictæ: tũc urina taliũ in principio morbi apparet alba glauca: uel alba cũ gleba hu. apparente in ea un de in ipſo dominio phlegmatis uitrei uel cũ fe. uel etiã ſine fe. urina apparet ſpiſſa & globoſa. Cũ uero iã appropinquat digeſtio quotidie de die in diem attenuatur urina. Phlegma etenim in principio ſuæ diſſolutionis calore exiſtente debili diſſoluitur in quadam fruſtula: unde red dit urinam diſcoloratam & ſpiſſam. In fine ue rò ſuæ diſſolutionis calore in eo agente fortius tanquam in materiam ſubiectam in ſubtiles & aquoſas partes diſſoluitur ſiue reſoluitur, quæ urinæ admiſtæ reddunt ipſam tenuem & multam. Cuius ſimile uidere poſſumus in niue quę ſi ſoli exponatur in principio reſoluitur in groſ ſas partes, calore uero ſolis in eam fortius agẽ te in fine reſoluitur in partes ſubtiles: & hæc ſymptomata ſunt in hac fe. Poſt tertiam horam noctis incipit inuadere. Primo adeſt typus: deinde ſequitur calor lentus. Adeſt maxima extre mitatum frigiditas: & ſentitur circa loca in quibus materia continetur, & etiam ibi ſentitur tanta frigiditas: ac ſi ibi eſſet fruſtum glaciei maximum ubi materia continetur, quod nimis onerat pa. adeſt maxima indigeſtio: & quandoque per uomitum: & quandoque per ſeceſſum quoddam modicum in modum glaciei uel uitri emittũt nimius adeſt inteſtinorum dolor & corroſio. Vnde quando Gale. huiuſmodi paſsionem pateretur inquit: uidebantur inteſtina quaſi in eo quodammodo terebello perforari: ſed clyſterizatus ſum ex melle calido: & emiſi phlegma quale Catagorax uitreum ap pellauit. Curetur hæc fe. ſic: non nimis tenuis diæta iniungatur. Carnes pullinas: & mi norum auium, prædictum, ſturnorum: phaſianorum: & huiuſmodi ſimilia: & comedant ole ra prædicta. Vinum odoriferum & clarum cũ aqua decoc. radicis feni. & fe. eius bibant à prin cipio quolibet mane ſumant unc. I. s. oximel. conditi de radicibus raphani uel oximel. ſquilli tici: quod ſic fit. Accipe ſquillam & mundetur & fruſtatim incidatur & in aceto dimittatur per duos dies cum M. 3. de radice feni. apii: aſparagi: & petro. deinde bulliant prędictę radi ces cum aceto & prædicta ſquilla: & addatur eis ſe. fen. petro. apij, aniſi, & aſparagi. an. unc. 2. & coquantur perfecte quouſque tertia pars remaneat, deinde colentur & colaturę addatur tantundem mellis diſpumati & perfecte coquantur. Iſtud enim eſt oxymel ſquilliticum & compoſitum: quod ualde competit in his fe. Digeſta materia, quod cognoſcitur per urinę attenuationem ſicut ſuperius dictum eſt, & anticipationem acceſsionis purgetur pa. cũ hieralogodion uel benedicta laxatiua cũ aqua mediani corticis radicis ſambuci, ebuli, interiorum coloquintidæ. Et nota quòd iſta decoctio eſt expertiſsima in erraticis febribus, uel purgetur cum decoctione aliqua de ſupradictis. Si uero dolor fuerit in ore ſtomachi prouocetur uomitus cum aliquo de uomitiuis in prædicto ca. dictis. Si uero in inteſtinis contineatur materia fiant clyſteria acuta ſicut eſt iſtud. recip. mal. mercurialis ſenationum paritarie urticæ uiol. brancæ ur. radi. ſambuci: ebuli. an. M. I. cantabri pugillum, ideſt addantur tripheræ ſarracenicæ. drach. 2. mellis & olei. an. drach. I. s. ſalis pulueriza. uel uſti. unc. I. Et in ipſa deco. addatur cucu. agreſtis, & maliter ræ, & parum de turbith agarico coloquintida eſula & hermodactylis: & utatur. magis acutum & magis forte clyſtere fiet ſæpe. Si dolor eſt in aliquo membro: & frigiditas inungatur mẽbrum iſtud unguento aureo aragon, marciatõ, oleo laurino, pulegino, camomillino, & ſimilibus. Cataplaſmetur locus cum paritaria origano calefactis inſimul. Cum fe. receſſerit detur diacalamentum, diamargariton, uel diacyminum cum uino decoct. pulegii & origani. Gal. etiam quod in cura quartanæ ueræ dicta ſatis eſt utile in hac fe. poſt corporis mundificationem. Et nota quòd in phlegmate uitreo ſiue cum fe. ſiue ſine fe. ſemper debet ap parere urina diſcolorata propter frigiditatis ue hementem exceſſum.

De febre quartana uera. Cap. XVIII.

FEbrium quartanarum alia uera, alia non uera, & notha dicitur. Vera quartana fit de melancholia naturali cum putrefit. Et fit magis in autumno, ſene, & melancholico per 24. horas affligit, & per 44. interpolat: magnus tremor cum frigore fit in principio acceſsionis, ut oſſa confrangi & diſtingui uideantur: ſequitur calor leuis & non nimis acutus: & magis durat in tertia acceſsione. Pulſus in principio paruus & tardus & occultus adeſt, deinde uero magnus & plenus. Vrina in principio palida & tenuis per totum, deinde citrineſcit & fit citrina & tenuis per totum. In fine uero reſolutionis ipſius quartanæ quandoque emittitur: urina nigra & ſpiſſa, & hoc eſt bonum ſi in bona quantitatę emittitur quia tunc ſignum eſt quòd materia faciens quartanam per urinam purgatur. Et ſi etiam durities ſplenis in quartana uera conſue uit eſſe. Curetur quartana hoc modo. primo ſubtrahantur omnia cibaria groſſum & uiſcoſum humorem & melancholicum generantia ſi cut ſunt piſces, lac, caſeus, fabæ, caules, carnes bouinæ, bubalinæ, ſcrophinæ, & ſimilia. hæc enim

enim sunt maxime durationis causæ quartanæ. Vnde primo dentur omnia cibaria bonum sanguinem generātia sicut carnes pullinæ elixatæ, gallinarum, capreolorum, perdicum, phasianorum, hædorum, & huiusmodi coquinatas & conditas cum fœniculo, boragine, trifolio, & & huiusmodi, & puluere canellæ & zinzi. in parua quātitate potest super dicta aspergi: uitella ouorum mollia in aquæ elixata: & panem triticeum bene coctum & bene fermentatum comedant & recentem unius diei. Vinum clarum & odoriferum bibant lymphatum cū aqua decoc. radicis fęniculi, boraginis, scariolæ. In die uero accessionis nihil comedant si abstinere possunt, uel comedant saltem in matutinis de prædictis ferculis & parum. Si enim potest abstinere à cibis quousque feb. incipiat declinare satis melius est non comedere quam si comedant. Ordinata diæta, quæ est satis potissima pars curationis secundum Gal. & etiā Auic. dicit quòd non omnis ægritudo suo curatur contrario, sed sufficit quandoque solummodo bonum regimen in curatione ægritudinis. Et ad alia remedia medicinalia recurramus. Prima igitur, ponam curā magistri mei ad quamlibet quartanam expertam, & in pluribus per experientiam uidi quos in breui spatio curauit hoc modo. ad materiæ præparationem ipse dabat quolibet mane de isto syrupo cum tepida. recip. succi endiuiæ, succi boraginis, succi fęn. omnium per se depuratorum. an. lib. I. succi pomorum dulcium lib. 3. pimpinellæ, linguæ bouis, kalendulæ, lauendulæ, ca. ue. scolopendrię. an. M. s. prædictæ herbę bulliant inquam quousque tertia pars remaneat & colentur & collaturę addātur prædicti succi depurati, & additis zucchari lib. 3. fiat syrupus. Post purgetur hoc modo. dum materia digesta fuerit. recip. mirabolanorum citri. kebu. indorum. an. unc. s. uiolarum. unc. I. florum boraginis. unc. s. pruna sicca & lota. 30. omnia insimul perfecte bulliant, & cum fuerint quasi decocta adde epithimi hortensis. drach. I. bulliant tribus bullitionibus & tota nocte sub sereno resideant. mane uero colentur, & addita. drach. I. penidiarum tepida exhibeatur. Item fiant pillulæ & dentur 3. uel 5. ante horam accessionis per duas horas quæ. recip. peoniæ, gētianæ, castorei ab. sin. an. drach. I. myrrhæ, oppoponacis, centaureæ maio. camedreos, camepitheos, sene, lapidis lazuli. an. Scrup. 2. conficiantur cum theriaca optima & rubea trocifcata. an. & fiāt pillulæ grossę in modum ciceris parui, & dentur quinque ante horam accessionis per duas uel tres horas, quia miro modo ualent. Et utebatur magister meus in die accessionis ante horam solū quinque pillulis paruis factis de optima theriaca & myrrha. an. & notabiliter ualebant. In die uerò quietis quilibet mane & sero dabat ad quantitatem castaneæ de isto electuario, quod charissimum inter cætera reputabat & nemini in scriptis unquam cedere uoluit: quod. recip. carnium mirabolanorum citrinorum kebulorum indorum aga. uiol. an. drach. 3. anisi reubarb. se. ca. ue. eupa. squināti, capparorū, galangę, ligni aloes, epithimi hortensis, nucis muscatæ, cardamomi, lapidis lazuli, salisgemmæ. an. drach. 2. confice cum melle & zuccha. an. & des ut dixi. Post purgationem uero mittatur in bal. aquæ decoc. istarum herbarum per horam antequam inuadat eum frigus uel saltem pedes & crura in aqua decoc. ipsarum calida teneantur quæ sunt istę. recip. saluiæ, sauinæ, rorismarini, pulegij, serpilli, polycarię maioris & minoris, camedreos, camepitheos, origani, florum camomillæ. an. fasciculum unum, fomentetur & stuphet se bene in prædicta aqua. Et aliqua de dictis opiatis sumat, & hoc post purgationē fieri debet. Syrupus magistri Petri Vicentini ad quartanam expertus. recip. camedreos, camepitheos, sene, thimi, epithimi, diptami. an. dr. s. florum boraginis & se. eius. an. tres partes radicis fen. petro. asparagi brusci. an. M. s. buglossæ, ca. ue. scolopendrię. an. M. I. zucchari & mel lis. q. s. detur ex eo quolibet mane. unc. I. cum calida. Digesta materia purgetur cum decoc. ista ad hoc experta. recip. thimi, epithimi, sene, cuscute, ellebori nigri, camedreos, squinanti, sticados, se. fen. & anisi, petro. lupilli, cyperi buglossę, fumiterrę, radicis feni. apii, asparagi, brusci, petro. scolopendriæ, ca. ue. omniū. an. drac. s. hæc omnia in tribus lib. aquæ bulliant quousque ad unam redeant, & colaturæ addatur mirabolanorum indorum. drach. I. s. kebu. drach. I. lapidis lazuli optimæ loti. drach. 2. diasene simplicis. drach. I. zuccari rosf. drach. I. s. detur calida hæc decoc. in matutinis prope diem uidelicet in aurora uel parum ante. Quòd si decoctionem sumere non potest purgetur cū his pilulis in quartana uera & notha expertissimis. reci. se. feni. anisi, melonum, cucurbitarum. an. drach. 2. interiorum colloquintidæ agarici. an. drach. 5. filipendulę squinanti casśiglig. uio. masticis, piperis albi, euforbii lignial. melliloti, centaureæ. an. drach. 2. anthere assæ fetidæ. an. drach. 3. sene, mirabo. indorum, kebul. cuscute, epithimi, lapidis lazuli, armoniaci. an. drach. 5. oleos. hepatici diagridii in pomo uel pasta cocti. an. drach. I. minus quarta squillæ assæ. drac. I. cōficiantur cum succo absinthii addita aqua modica decoctionis casto. & formētur pillulæ in modū orobi & dētur. II. uel 13. uel 15. uel 17. uel 21. uel plus uel minus secundum uirtutem recipientis. Vel purgetur cum paulino, uel hiera pigra Gal. uel theodoricon, empericon, uel hiera fortissima, uel cum pillulis de quinque generibus,

generibus uel cochijs,& his similibus. Trocisci optimi ad quartanam ueram, siue notham post purgationem dandi, qui ualent contra frigus febricitantium & extremitatum specialiter recip.hircos, succi eupatorii, absinthij, fumiterrę.an.drach.1.semi.apij,anisi.feni.an.scrup. 1.salisgemmę.scrup.1.& grana.4.se.cicutæ, rebu.an.drach.1.agari.drach.1.s.ro.rub.scrup.4. succi liquiritię spice.an.drach.2.spodii.eupatorii.an.drach.s.turbith.drach.3.conficiantur cũ bono uino,uel cum succo fe.& fac trociscos, quorum quilibet ponderet.drach.1.des unum cum pauco bono uino albo ante horam accessionis in qualibet fe. cum frigore, quia miro modo ualent contra frigus quartanæ & etiam quotidianæ,continuæ,uel interpolatę. Experimentum quoddam ad remouendum infallibiliter frigus quartanæ accipe drach. 1. s.bonæ theriacæ & misceatur cum drach. 1. succi menthæ communis depurati, & cum unc.s.boni uini puri albi & odoriferi,& detur hęc mistura ante horam accessionis per duas horas. Et de eo quod in fundo cyathi remanserit inungatur os stomachi, quia mirabiliter ualet contra frigus ipsius quartanæ.Item si sumantur scrup. 4.mithridati cum drac.2.succi plantaginis depurati ante horam accessionis remouet infallibiliter quemlibet typum quartanæ. Item, drach.2.succi radicis tapsi bar.misticum tantũdem boni uini albi puri & odoriferi in potu date quartanarios liberat omnes ad plus infra tertiam uel quartam accessionem. Et hoc sum expertus in me,& in pluribus alijs quartanarijs. Item os de corde cerui puluerizatum & in potu datum cum uino decoctionis diptami, saluiæ, camedreos, camepitheos ante horam accessionis bibitum mirabiliter ualet. Item pul.tartari & blactæ bizantiæ:& pul.de cornu cerui qualitercunque hæc omnia, uel aliqua eorum data in potu ante horam accessionis ualent. Item theriaca cum uino decoctionis maioranę ante horam accessionis bibita, & succus hiari ante paroxismum naribus immissus miro modo ualet. Item oleum rutaceum per os & nares infusum in principio paroxismi, & statim sumat in potu pa. unum granum musci cum uino puro odorifero, & albo optimo tollit quemlibet quartanæ typum infallibiliter. Vnguentum expertum in qualibet quartana tã uera quàm notha: & iurauit mihi magister Hector Anglicus se cum hoc unguento quã plures quartanarios curasse: quod Reci.succi abrotani,succi rutæ,arthemisiæ.an.drach.1.olei communis, drach.2. olei laurini.drach.1.omnia insimul lento igne bulliant quousque succi consumentur. & adde tunc.drach.1.s.cerę liquefactæ nouæ & fac unguentum,de quo unguento per unam horã ante accessionem inter duos ignes inunge renes, & spinam dorsinã usque ad caudam crura & splenem umbilicum & uentrẽ & plantam manus sinistrę & pedis sinistri,pulsus & tympora, & statim collocetur in lecto, & bene cooperiatur dato aliquo succorum prædictorum in potu cum uino odorifero, & hoc pluries fiat,quia pro certo in breui curabitur quartanarius, & specialiter si præcesserit uniuersalis purgatio. Aliud unguentum ad idem ,de quo simili modo loca prędicta inungi debet.recip.succi querculę maioris, succi matricarię an. cyathũ unũ, misce cum axungia porcina & oleo communi. an.& bulliant insimul usque ad succi consumptionem, & tunc admisce masticis & olibani puluerizatorum.an.drach.1.ceræ & salis communis.an.drach.3.inungantur prædicta membra & fricentur fortiter membra hoc unguento sic per totum quòd quasi nigredo uideatur per membra pa.Et postmodum collocetur in lecto,& fiat ut supra. Et fiat hoc unguentum in qualibet quartana expertum quo utebatur magister Petrus Maroni de Salerno. Aliud unguentum quo utebatur magister meus ad idẽ. recip.castorei theriacę.an.scrup.5.myrrhę olei laurini.an.scrup.4.musci ambræ.ana. scrup.1. conficiantur cum lib.s.mellis despumati, & de hoc inungant stomachum cùm incipiunt frigescere plãtę manus & pedis sinistri simul & tympora & pulsus & frons similiter, quia hoc unguentum est expertum in prædictis. Et fiant statim duo stuelli de panno uel bombace, & in prędicta mistura intingantur & statim naribus intromittantur.& hoc fiat iuxta bonum ignem quo facto statim sumat pa.in potu. drach.1.de bona rubea trociscata cum bono uino albo, & statim pannis mundis calidis optime cooperiatur ĩ lecto,& ad minus fiat in qualibet accessione in tribus uel quatuor,quia pro certo hoc solo infra tertiam vel quartam accessionem ad plus magister meus quartanarios curauit.Quidam etiam Gallicus iurauit mihi,& erat homo fide dignus,quòd quamplures quartanarios cũ hoc emplastro curauit. Recip. farinæ tritici cribratæ, thuris masculi siue albi pulerizati. an. drach.2.temperentur cum succo menthæ, fiat inde emplastrum, & supra petiam ante paroxismum tepidum applicetur a primo spondili spinæ usque deorsum supra caudam, & tandiu ibi remaneat quousq; per se cadat,& tunc pro certo liberatus erit, ut dixit mihi & iurauit ille bonus homo Gallicus, cui nõ fuisset officium boni & probi uiri mendacia in damnum proximi dicere, eo maxime quia ubi tractatur de humanorum corporum sanitate, & econuerso de mortifero medicamine seu non bono non potest esse quin de exhibentium animarum damnatione tractet,& uere dixit in se & in pluribus, hoc experimentum probasse. Tamen nota ꝙ huiusmodi

huiusmodi emplastrum & unctiones prædictę maiorem habent efficaciam si fiant corpore purgato, quàm si fierent corpore repleto. Quidam dixit mihi quòd passus fuit quartanam fere per annum, & quamplures curę sibi factę fuerunt, & non potuit liberari. Cum autem quadam die in uadere inceperat eum fe. erat eques bene armatus & inuaserunt eum inimici sui, sic quod oportuit cum eis præliari, & transiuit hora accessionis durante prælio, & sic liberatus est, & non habuit amplius quartanam. Vidi quendam quartanarium qui in prius paroxismi iactatus fuit in quodã paruo flumine eo ignorante, & propter illum timorem quem habuit liberatus est. Vidi etiam quendam aliũ apud quem factũ est quoddam artificiale tonitruum in principio accessionis, qui intantum timuit quòd liberatus fuit. Vnde nota quòd hæc feb. multoties propter timorem expellitur, & specialiter quãdo est in declinatiõe, multi etenim decipiuntur medici in hac feb. curanda, & specialiter nisi sint bene soliciti circa ipsam curam, & quandoque etiam cum tota eorum solicitudine & studio ipsam quartanam expellere nequeunt, & propter hoc quartana uocatur à quibusdam uituperium medicorum. Quidam enim medici sunt qui in hac feb. semper assistunt cum purgationibus non attendentes circa alia particularia experimenta, & nunquam ueniunt ad finem curationis ipsius ęgritudinis. Si quis igitur secundum infrascripta experimẽta processerit Deo auxiliante in breui ipsam quartanam de possessione corporis quod inuasit cito tanquam indigne, & indebite possidentem eiiciet sine dubio, & eam perfecte curabit. Aliud ad idem. recip. myrrhæ electæ drach. 2. fiat pul. & cum theriaca quantum sufficit fiant pillulę ad magnitudinem ciceris, & da quartanario quolibet die unam. In die accessionis lõge ante horam accessionis da quinque. Ad idem recip. myrrhę ad quãtitatem ciceris, tere, & cum succo absinthii & rutę depurato ante horam accessionis detur. Et si ex hoc soluatur uenter optimum est.

De quartana uera non siue notha.
Cap. XIX.

ACcidit quandoque choleram adustam putrefieri cum ipsa accenditur, & fit fe. quartana quæ non uera siue notha dicitur. Et tunc urina talium debet apparere ruffa uel subru. & tenuis. pa. de quarto in quartum diem affligitur, Primo rigore potius quam frigore uel tremore, calor acutus magis quàm in uera sequitur, pulsus uelox & spissus, & sitis quæ consueuit in tertiana uel aliqua acuta esse in hac feb. adest. Si materia quartanæ est in stomacho ab ipso principio cum incipit paroxismus est dolor stomachi. Et tunc cura istius quartanæ est prouocare uomitum in principio paroxismi idest antequã incipiat cum aliqua medicina uomitiua. Si uero materia est in intestinis, est dolor intestinorum & tortio, & cum incipit paroxismus egestio pauca emittitur, sic quòd multum sunt constipati, & hęc partium per clysteria acuta, & partim per medicinas laxatiuas dictas superius curatur. Si materia fuerit in hepate pa. huiusmodi quartanam urina accedit spissitudinem & ad nigredinem. Et hæc per prędictas purgationes & per urinam prouocantia curatur. Et signum quartanæ cuius materia in specialibus cõtinetur est, quòd ampullæ apparent in superficie urinæ & sitis non de facili corrigitur ex potu. Quòd si materia quartanæ fuerit in splene ab ipso principio adest durities splenis, & etiam in principio paroxismi sentit pa. punctionem & dolorem in sinistro latere circa splenem. Et per purgationem & medicinas & inunctiones in præcedenti capitulo, & in cap. de uitio splenis dictas curatur. Cura etiam quartanæ nothę est quòd ordinetur diæta in quartana uera dicta, & eodem modo regantur isti sicut & illi. Postea in digestione materię detur pa. quolibet mane. unc. 1. s. de oxymelle composito cum radicibus raphani. uel solum cum oxymelle composito uel oxizaccara composita, & dentur hæc cum decoctione florum boraginis & fœniculi. Cumque materia ad expulsionem parata fuerit purgetur pa. cum decoc. ista. recip. cap. uen. scolopendrie, ceterach. polythrici, adianthos. an. M. s. radicis fęni. petro. asparagi, apij, brusci. an. drach. s. se. fe. & anisi, sene, thimi, epithimi. an. drac. tertiam. uiolarum florum boraginis. an. drach. s. se. communium. drach. 2. pruna damasc. 25. hordei mundi. P. 1. reupontici. drach. 1. hæc omnia bulliant in lib. 3. aquæ quousque ad unam redeant, & colentur & colaturæ addatur mirabolanorum citrinorum & indorum. an. drach. 1. s. & quarta pars. drach. unius reubarbari puluerizati, quod prius iacuit per diem in succo apii depurato, zucchari uiol. & ro. an. drach. s. Et si fuerit de phlegmate adusto adde agarici. drach. quartarium. uel purgetur cum oxymelle laxatiuo, uel cum catartico imperiali, uel cum triphera sarracenica. Syrupus etiam diaquilon detur in potu. Et si pa. fuerit fortis complexionis etiam sanguineus multum celebretur sępius minutio. Et si de phlegmate fiat quartana notha uel uera. cuius signum est quòd urina apparet alba & spissa, & frigus maximum adest & multum durans, calor uero non durans, tunc huiusmodi feb. ut uera quartana, uel uera quotidiana curatur, hæc tamen species quæ quæ fit de phlegmate cum difficultate & uera quartana, & etiam ea quæ fit de cholera

lera adusta curantur. Vnde si medicus processerit ad curam earum secundum superius scriptam doctrinam liberabit eos.

De febribus erraticis. Cap. XX.

CONsueuerunt aliquando in quibusdam hominibus & mulieribus, & specialiter in autumno se. accidere, quæ erraticæ seu planeticæ nuncupantur, eo quòd certum terminum accessionis non seruant neque certum numerum in accessione habent. Interdum enim mane usque ad tertiam, uel meridiem, uel in sero, uel in galli cantu, uel in media nocte pa. affligunt bis, quandoque quater uel sępius, quandoque semel, quandoque nullo modo affligunt pa. & postea incipiunt, & nullo ordine seruato procedunt. Fiunt enim ex phlegmate melancholia uel cholera simul mistis in aliqua parte corporis, & specialiter in autumno, ut dixi. Et frequenter mutantur in quartanam, quia reliquis humoribus pro maiori parte consumptis, quod remanet sumit melancholiæ habitudinē, & facit quartanam. In primis in huiusmodi feb. ordinetur dięta nō multum tenuis nec multum grossa. Postea dentur omni mane uel die unc. 2. oxymellis compositi, uel de radice raphani facti cum aqua calida. Postea euacuetur humor cum aliquibus quæ choleram phlegma & melancholiam euacuant, sed magis apponantur de respicientibus melancholiam, sicut est lapis lazuli, sene, thimum, epithimum, & huiusmodi secundum quòd scriptum est superius in cura quartanæ ueræ, ubi scripta est decoctio ad hæc optima. Dentur etiam quandoque sibi pillulæ factæ ex galbano, casto. sisel eo, peonia. an. drac. 2. aloes hepatici, uel succotrini. drach. 3. informentur cū uino & malaxentur cum oleo laurino, & fiant grossę in modū ciceris, & dentur 5. uel 7. bis uel ter in septimana in sero. Et si frigore molestentur post purgationem, bal. quod in cura uerę quartanæ scriptum est satis, est utile & mithridatum, musa ænea, aurea. hesdra, & similia cum uino calida dentur. Et si etiā de dolore capitis conquerantur post purgationem, detur etiā rubea trociscata. Et nota quòd in hac pas. non est utile multum cum purgationibus insistere, nisi pa. ex usu habuerit.

De quotidiana continua. Cap. XXI.

QVotidiana est febris de phlegmate putrefacto intra uasa, cuius signa sunt hæc. Vrina apparet ruffa uel subruf. & æqualiter spissa non manifeste. sed cum manus appositione parum liuens & inæqualis, quia quandoque fit fortis, & quandoque debilis, facies tumida, & subalbida, sitis modica aut nulla, & habet. 18. horas in summo labore, & 6. in falsa quiete. Et nullo frigore seu rigore molestatur infirmus propter totius materiei positionem intra uasa. Et per hoc à laborantibus minori emitriteo differunt. Subueniendi sunt isti, & sunt curandi quemadmodum pa. minorem emitritæum in diæta, & in omnibus. Excepto quòd in minori emitritæo euacuamus phlegma & choleram. In hac uero fe. principaliter insistendum est cum euacuantibus phlegma, sicut decoc. agarici, polypodij, turbith, mirabo. kebu. & huiusmodi secū dum quòd in cap. de tertianis interpolatis scriptum est. Suppositoria & clysteria etiam fiant phlegma educentia. Et si fiant stupidi fiant fricationes, & alia huiusmodi in cap. de lethargia dicta. Diætentur simili modo sicut pa. emitritæum minorem. Et si nimis debiles fuerint detur pulla cum hordeo, uel succus eius. Quod si appetitus in eis deficiat quod sæpe accidere cō sueuit in istis prouocetur hoc modo. Panem assum in aceto infusum odorent calidum. Et salsam ex prædicto pane in aceto asso infuso, & mentham in ore teneant. Et ex ipsa salsa fricētur manus eorum & pedes. Item caseus, mastix, & olibanum cum oleo ro. in testa oui bulliant supra ignem. Et ex his inungatur stomachus pa. Et alia remedia in cap. de defectu appetitus dicta si fuerit necesse in hac causa fiant.

De quartana continua. Cap. XXII.

COntinua quartana est feb. quæ fit de melā cholia putrefacta intra uasa tantum, & habet 24. horas in summo labore, & 48. in falsa quietæ. Et fit sine frigore & rigore, pulsus in initio est paruus tardus & occultus, postea magnus & plenus. De urina enim non datur certa regula in hac feb. quia diuersimode mutat urinam. Sed certius signum per quod potes eam cognoscere est illud quod dixi, uidelicet quòd tot horas habet in summo labore quot & uera quartana, & tot habet horas in falsa quiete, quot quartana uera habet in uera quiete. Similiter quotidiana tot horas habet in summo labore quot quotidiana uera interpolata, & tot horas habet tunc in falsa quiete, quot ipsa quotidiana interpolata in uera quiete. Similiter & tertiana continua tot habet horas in summo labore quot & tertiana uera in summo labore, & etiā quot habet horas in uera quiete tertiana uera, tot habet horas ipsa tertiana continua in summo labore. Vnde in continua quartana nulla est quies. Similiter in quotidiana continua, & etiam in tertiana continua. Sed quartana etiā fortius affligit de quarto in quartum. & tertiana continua fortius affligit de tertio in tertum, & sic de alijs. Consueuit itaq; quartana cō tinua multoties usq; ad 40. diem & ultra protendi,

tendi, & tunc nō debemus insistere nimis cum subtili diæta cū sit chronica ægritudo. postquā iam 14.diē transiuit, q̄a ut ait Hipp. apho.23. secundæ particulæ. Acutæ ægritudines in 14. diebus iudicantur.cum aūt 14.diē transiuerint iam nō nominantur acutæ,sed chronicæ. Cum itaque alibi dicat Hip. aph.5.particulæ primæ. In tenuibus diætis peccant &c.Et tenues & certe diætæ in diuturnis ægritudinibus & acutis quibus non conueniunt &c.ut ait Hip.apho.4. particulæ primæ. Et ideo ab ipso principio det farina hordei, ptisana colata, furfur, oua mollia,& huiusmodi similia cum lacte amygdalarum condita,pruna elixa, succus malorum granatorum & huiusmodi. Cum uero ægritudo transiuerit.14.uel 20.diē,& uirtus incipiat debilitari debemus pullam & succum eius, & carnes minorum auium &huiusmodi similia dare. Clysterizetur cum clysteribus in quibus educentia phlegma & melancholiam ponantur,sicut est hoc.recip.polipodii agar. turbith, sene, thimi,epithimi,cuscutæ,centaureę minoris.an. drach.1.colloquintidæ tritę.drach.s.radi.ebuli & sambuci. an.drach. 4. radicis cucu. agrestis drach.2.furfuris,se. lini & fœnugræci omnium an.p.1.salis.p.s. hoc omnia decoquantur quousque solum tertio. pars remaneat in fundo cabi, & colaturæ addatur mellis. drach. 1. olei.drach.s.triphere sarracenicę.drach.2.cassiæfist. drach.1. s. benedictæ laxatiuæ. drach. 1. fiat clystere hoc sæpius. Vel soluatur uenter cum decoc. quæ educit phlegma & melācholiā quæ scripta est in cap. de quartana uera, uel cū pilulis uel electuario ibi scriptis, uel emplastrū laxatiuum super uentrē ponatur. In hoc enim loco emplastra laxatiua & unguenta laxatiua, quæ in locis diuersis habui dispersa simul aggregabo. Emplastrum laxatiuum quòd si supra uentrem ponatur, & ibi per noctem teneatur uentrem soluit in hac feb. & in omnibus aliis ægritudinibus in quibus est uentris constipatio competit, & specialiter materia digesta.recip.cētaureæ,gith.absinthij,farinæ lupinorum. an.drach.s.masticis. drach.quartam.aloes.dra. 2.conficiantur cum succo absinthij, & fiat emplastrum,& tepidum supra umbilicum & uentrem apponatur. Aliud ad idem. bulliant in oleo communi,aloes cicotrini. drach. 3. & fiat in modum unguenti, & tunc pul. polpodij, & turbith. admisceatur, & supra uentrem totum emplastretur. Aliud emplastrum laxatiuum expertum si supra uentrem ponatur, & ibi per noctem teneatur mirabiliter laxat & eo utebatur multoties Ma.me. in hydropicis, spleneticis, & in omni ægritudine repletionali, & in pueris hydropicis, & aliis qui non sunt apti ad capiendum medicinam. recip.radicis ciclaminis.dra.1.radi.cucu. agrestis & foliorum eius. an.drach.1. fellis taurini uel uaccini cyathos. 3.colophonię,ellebori albi pulucrizati.an.dra. 2.cerę drach.5.olei ueteris drach.4.omnia diligenter terantur & liquefiāt, & in unum corpus conficiantur in modum unguenti,& inspissentur, deinde supra pannum huiusmodi emplastrum extendatur & supra uentrem calidum apponatur, ita ut totum uentrē ab umbilico inferius,& etiam parum superius cooperiat, & ponatur in gallicantu.deinde pa.in lecto suo quiescat, & sit bene munitus a frigore, plus enim soluit quam catarticum. Et cum usque ad 10. assellas soluerit,tunc pa.iuxta focum in mansione calida collocetur & diligenter totum emplastrum de uentre suo radatur,ita quòd antequam ab aqua uenter tangatur sit bene rasum inferius prædictum emplastrum,& uenter cum panno optime sit abstersus, deinde uenter ungatur ex melle. hoc fiat huiusmodi hydropicis ictericis & spleneticis, & similibus his semel uel bis in septimana si uirtus sufficiat quousque sint perfecte curati,quia expertū est. Aliud unguentum laxatiuum quod solum fit ex felle taurino oleo & salisgemma insimul mistis. Vnguentum aliud laxatiuum. recip. saluiæ bene tritæ. Man. 1. ellebori drach. 1. olei. drach. 3.omnia bul.in uino albo prius trita bene quousque uinum consumatur, & sit tanta quantitas uini quòd supernatet saluiæ, post coletur cum uinum fuerit consumptum,& colaturæ addatur masticis, ellebori al.aloes an. drach. 1. omnia puluerizata,& in unum confecta simul incorporentur, & addita pauca cera liquefacta fiat unguentum, de quo uenter ungatur & petiā superponatur. Et cum restringere uolueris ducatur pa.ad bal.uel saltem iuxta ignem,& radatur optime emplastrum a uentre & inungatur uenter ex melle calido, deinde aspergatur super ipsum mel. Emplastrum aliud quod multoties sum expertus quod si supra uentrē ponatur celeriter soluit. Si supra stomachum uomitum prouocat.Si supra renes urinam prouocat.Si supra pectinem mulieris fętum mortuum educit. Sed caue statim cum operationem suam ad effectum deduxerint quòd ipsum statim remoueas,quia nimis educere posset.Et magister Henricus Anglicus Neapoli cōmorans dixit mihi q in his omnibus hoc emplastrum erat expertum: & nunquam ibat sine eo & sic fit. Recip.lacticinij drach.1.cathaputiarum,interiorum colloquintidæ succi tithymali, an.drach.6. succi cucu. agrestis, ellebori nigri, terebentinæ, an.drac. 4. cocognidij drach.1. se. laureolæ, drach.2.succi maliterræ.drach.6. scāmoneæ,drach.3. omnia pulucrizentur, & cum melle simul conficiantur & usui reseruetur:quoniam hoc emplastrum ad omnia prædicta est expertum. Vnguentum aliud optimum laxatiuum

tiuũm quod ualet lapidosis cõstipatis nephreticis, iliacis, & hydropicis supra pectinem & uentrẽ inunctum. Et cum inungere uolueris caueat sibi pa. quòd non comedat nisi primus. 6. horæ transeant. recip. succi cucu. agrestis, succi interiorum squillæ, radicis anabulæ, succi mali terræ, succi radicis ebuli, succi radicis corticum medianorum sambuci, lactis tithymalli, chimoleæ. an. drach. 2. uiol. succi cucu. agrestis. & pomorum eius, camomillæ, succi mercurialis, succi radicis polypodii, succi herbæ catapuciæ, laureolæ, cap. ve. an. drach. 2. diagridij. drach. 1. s. nucis indicæ. drach. 1. euforbii dra. 1. fellis tauri, aloes hepatici, uel succotrini. ana. drac. 2. omnes supradictæ herbæ in mense Maij colligantur & conficiantur sic, succos catapuciæ cum lib. 3. olei. 7. diebus misce. octauo uero die tandiu coque donec succorum quantitas consumetur, & tunc adde cerę al. drach. 1. & fellis tauri, & semper agites donec fel & cera liquefiant postea pul. terendorum addatur & usui reseruetur. Et hæc de unguentis & emplastris laxatiuis in hoc loco ad præsens sufficiant.

De febribus pestilentialibus propter aeris corruptionem factis & de regimine sanorum in pestilentia obseruando. Cap. XXIII.

ET quia quandoque contingit aerem corrumpi & morbos pestilentiales ibi generari ubi hęc corruptio aeris fit. Ideo de huiusmodi aeris corruptione agamus tã in sanis quàm in ægris utilia aliqua aggregantes. Isti enim morbi ut plurimum fiunt in fine æstatis, & in principio autumni, quorum signa sunt hæc. aliquando in eadem die minatur pluuiã per tonitrua, & corruscationes, & quandoque per tempus nebulosum & non pluit, apparent in aere uelut ignes rubicundissimi, multipliantur animalia ex putredine generata, sicut sunt formicę alatę, muscę, & huiusmodi apparẽt, & apparent supra terras modi mirabiles animalium & serpentum quæ fugiunt a locis suis propter uehementem aeris corruptionem, aues etiam quæ quandoq; de die uolare consueuerunt de nocte quandoque uolant & dimittunt nidos suos & oua, & non flat uentus aliquis, aut flat auster, & tunc est signum quòd pestilentia est ibi propinqua. Cum itaque hæc fe. superuenit alicui homini uel multis hominibus insimul in principio nõ uidetur multa caliditas & acuitas in huiusmodi ægrotantibus, neque multum calidi sentiuntur cum tanguntur huiusmodi infirmi cum occultis corporis partibus & ipsius profunditate maximum lateat nocumentum ex ipsius aeris corruptione generata. sunt enim huiusmodi feb. ualde lentæ & deceptoriæ, & sentitur in eis anhelitus ualde fætidus & egestio etiam ualde fętida, & omnes superfluitates quæ ab eorum emittuntur corporibus, sitim maximam & dolorem & angustiam in spiritualibus patiuntur, & eorum anhelitus augetur, quandoque cum uomitu & egestione aliquid ualde fętidum & durum emittunt, deinde aliquando eis superuenit syncopis & subito moriuntur. Vnde propter huiusmodi accidentia reputantur periculosissimę & perniciosissimę huiusmodi feb. Primum itaque & tutius consilium quod posit in huiusmodi ęgritudinibus exhiberi, & etiam sanis est hoc. uidelicet, quòd statim cum apparent signa pestilentiæ superius dicta fugiant in continenti ab illo aere tam infirmi quàm sani, & ad alias contractas tendant seu portentur si commode fieri potest. Quòd si ad prædicta loca sana commode se transmittere nõ posint forte propter maxima discrimina, uel propter alias causas contradicentes, succurratur prædictis fe. in hunc modum. Aer vnius particularis cameræ alteretur, in qua sit infirmus & infrigidetur hoc modo. recip. foliorum myrtillorum lib. 1. s. sandalorum alborum & rubeorum. an. lib. s. ros. lib. 1. bulliant omnia hæc in aceto & aqua, & deinde ex ista decoctiõe parietes & pauimenta cameræ irrorentur, herbæ frigidæ, sicut sunt frondes salicis, cannarum vitis cymbalariæ uermicularis, & huiusmodi per domum sternãtur, uel ex solo aceto fiant hæc. Et 15. uel 20. spongiæ marinę lotę in aqua dulci & extortæ circuncirca parietes, cameræ aceto forti repletæ suspendantur uel in prædicta decoctione infusæ, hæc enim fortia sunt in rectificando aerem. Aqua etiam frigida per camerã in modum riuuli ducatur uel coram pa. distilletur. & coram eo uentiletur aer quotidie cum flabello, quia ex tali uentilatione per motum flabelli facta putrificatur aer & prohibetur ipsius aeris putrefactio. Aqua ros. multoties in die super faciem eorum aspergatur. Syrupus acetosus uel oxizaccara, & syrupus etiam ro. & nenufari. cum pauca camphora aromatizati cum frigida in potu tribuantur pluries inter diem & noctem. Farinam hordei comedant, amygdalas, cicera, scariolas, lactucas, & similia cũ pauca agresta, uel aceto, uel cum succo pomorum citrinorum conditas, postea in aqua elixas. Et si ultra modum fuerint debiles succum pullę, ubi fuerit parum de agresta, uel de prædicto aceto demus eis. Pomum etiam istud semper odorent quod optimum est pro sanis, & etiam pro medico, quia mirabiliter ualet contra putrefactionem aeris, recip. drach. 1. camphoræ pul. sandalorum. alb. & rub. an. drach. s. ros. drach. 1. s. foliorum myrti, & sem. eius. an. drach. 2. thuris myrrhæ. an. drach. 1. laudani. drach. 2. aceti fortis. drach. s. gumi. arabici. & dragaganti. an. drach. 1. resoluantur omnia prædicta in

aqua

aqua ro. & ex his sic resolutis pomum vnũ conficiatur quod de manu in manum sæpe mutetur. Odorent infirmi necnon medicus etiam cum vadit per terram visitando infirmos: quia multum confortat, & inhibet aerem corruptum. Pomum etiam citrinum, ne nufa. & similia odorent. Aliud pomum optimum, & expertum quod si odoretur, & specialiter a sanis hominibus mirabiliter p̃seruat corpus illesum ab omni aeris putrefactione pestilentiali, & corrupto ab omni fetore, lætitiam generat, & confortat spiritus, & totum corpus in sterilitatem facit conuerti. Rec. ambrę musci laudani. ana onc. j. gariofilo. cinamomi aliptę muscatę. ana onc. iij gumi arabici camphorę. ana pondus vnum, omnia hæc puluerizata cum aqua rosata simul ad ignem dissoluantur, & incorporentur insimul, ex quibus omnibus pomum cõponas ad libitum perforatum, vel non perforatum, & odorandum exhibeas non febricitanti tamen, quia in sanis magis valet.

Suffumigatio optima valens ad omnia prędicta ad quæ valet pomum, & specialiter in sanis loquor. Rec. ambrę musci. ana onc. j. xiloaloes. onc. vi. camphoræ. onc. iij. fiat hoc modo, ambra prædicta ponatur in uase pulchro, & nitido supra cineres calidos & cum parum aquæ ro. agitetur diu donec inspissetur, deinde apponantur dictæ species cribratę subtiliter, & moueantur, & coquantur vt durum fiat in modum marmoris, sic quòd proijciatur supra marmorem oleo inuncto, & usui reserua, quia fumus eius receptus in pannis, & in corpore super carbones accensos valet magis quàm credi possit. Confert enim in tempore pestilenti miro modo sanis, & etiam infirmis; huiusmodi enim fumus epilepticis, & cardiacis, naribus, auribus, & ori fetentibus, putridis dentibus; & gingiuis, coitum prouocat, stomachum confortat, & ad omnia ad quæ prædictum pomũ valet, & istud fumigium similiter valet, & ad alia quam plurima. Syrupus continens sanguinem ne ebulliat, variolas prohibet, & etiam sudorem compescit, & in aere calido, & in tempore pestilentię valde vtilis est, Reci. succi malorum granatorum acetosorum vue acerbe. ana lib. vi. castanearum mundarum, aquę rosatę. ana onc. iiij. succi polytrici, & aceti acerrimi. ana libr. vnam. Malorum acrium, & malorum cydoniorum. ana libr. vnam. coquantur omnia cum libris quat. sei zucchari, & fiat syrupus, & quotidie vtantur eo infirmi & sani, quia ad prædicta omnia miro modo valet & efficax est.

Quod si pestilentialis aer ab inferioribus insurgat vt ab apertione fossæ terræ vt accidit meis temporibus prope neapolim vbi cecidit in ruinam quidam mons, & exiuerunt de illo monte serpentes quasi infiniti, & mõstruosi, & corruptus est ibi in tantum aer, ꝙ omnes de terra quasi mortui fuerunt. Si igitur a tali apertione simili modo consurgat aeris corruptio, vel forte a cadaueribus mortuorum vt hominum, vel æquorum, vel aliorum animalium putridorum in loco aliquo existentium ipsum aerem inficientiũ, vel si forte a malis herbis corruptus sit aer, sicut sunt ebuli, sambuci, volubilis; succus cicutę, & huiusmodi herbę similes aut minera sulfurea vel aluminosa, & hęc per visum discernuntur, vel forte corruptus fuerit aer a corruptione principali, & putredine a subterraneis partibus procedente quod cognoscitur per egressum diuersorum & mõstruosorum serpentum, & animalium de suis cauernis exeuntium, & supra terram hominibus apparentium quæ sentiunt corruptionẽ aeris ab inferioribus prouenire, nec possunt in suis locis esse, & sic fugiunt supra terram. Tunc qualitercunque huiusmodi aeris corruptio secundum prædictos modos ab inferioribus proueniat tutior via, & melior est quòd huiusmodi homines a prædictis locis tam sani quàm ęgri habitare fugiant si commodè hoc fieri potest. Sin autem quærantur hospitia alta, & agitata a ventis, & fenestræ sint apertæ, & aer cum flabello verberetur, & infrigidetur cum superius dictis.

Quod si ipsa aeris corruptio a superioribus inferatur, quod cognoscitur per volatum auium contra naturam, quia aues quę de nocte volare consueuerunt volant de die & econuerso. & per signa alia in aere apparentia quæ superius in principio huius cap. dicta sunt. Similiter vtilior via est, quòd tam sani quàm ægri a prędictis locis se moueant, & quęrant sana loca. Si autem sint in locis subterraneis, non per terram ambulent nisi prius aer per solem depuratus fuerit, vt accidit circa tertiam, & ab illa hora in antea infirmi in prędictis locis subterraneis collocati sint, & fenestrę sint clausę, & infrigidetur aer in ipsis. Et omnia supradicta remedia fiant in hoc conuenientia. Aquę etiam rectificentur distillando, vel saltem coquendo eas, & postea infrigidari permittantur, & & exhibeantur vt docet. Caueant sibi tunc sani a coitu, quia multum nocet in passionibus his membra principalia debilitando. Et non ambulent per terram, vt dico nisi prius sol depurauerit aerem. Et si necessitas cogat aliquando eos ire portent semper in manu pomũ aliquod de suprascriptis,

& femperodorent ipſum. tutius tamē eſt ſta-
re in camera in qua ſit aer particulariter alte
ratus ſecundum ꝙ ſuperius docui. Diętentur
ęgri ſecundum ꝙ dixi ſuperius. Sanis ve-
ro hedinæ pullinæ caſtratinæ & huiuſmodi
carnes cum aceto; vel agreſta paratę dentur:
quoniam declinare ad acetoſa in hoc tempo
re eſt valde tutum. Et ſint carnes quibus vtū
tur ſani vel egri animalis ſaniſſimi : & non
egri. Si enim in prædictis animalibus fuerit
peſtilentia caueant ſibi homines àb eis; quia
huiuſmodi carnes ſolum eſſent ſufficientes
ad peſtilentiam inducendum ; etiam ſi non
eſſet præſens in omnibus eis vtentibus. Vinū
quanto plus fieri poteſt, fugiant: & ſi non
clarum, odoriferum, & ſubtile ſit, lymphetur
cum acqua clara diſtillata: vel cocta: & infri
gidata; & declinent quantum plus poſſunt
ad acetoſa: vt dixi tam ſani quàm ægri.

De feb. empiala, & liparia. *Cap. XXXIII.*

SIcut dicit Auicenna in libro ſuo quarto
vbi de fe. loquitur: & Serapio libro 6. cap.
de empiala: & liparia fe. Empiala feb. fit de
flegmate vitreo, quod eſt frigidius inter cęte
ras flegmatis ſpecies: quod aut vincit in toto
corpore aut in membro vno: & illud quod
vincit in toto corpore: aut putrefit totum;
aut nō putrefit ex eo aliquid; & tunc ipſum
generat in corpore frigus quod non calefit
abſque feb. Et ſi totum putrefit : aut putre-
fit extra venas; & facit feb. quę dicitur ephe-
merina habens periodos: aut putrefit intra
arterias meſeraicas, & venas : & facit fe. cō-
tinuam. Si autem putrefit pars eius nomina
tur empiala: & ipſa quidem facit interius fri
gus & calorem exterius. Et vrina quidem
pa. empialam eſt magis tendens ad digeſtio-
nem frigiditatis quàm vrina pa. ephemeri-
nam & magis cruda: & groſſior ea: & pul-
ſus eſt groſſus ſuperatus: & tardus: & rarus
& fortaſſe ſit fortis omni die: & forte ſit for
tior in omni tertio vel quarto die: cum ma-
teria huiuſmodi in corpore eſt, parua & par
ue putrefactionis ignea, & fortaſſe periodus
eſt quatuor horarum: & qñque. 9. & quādo
que etiam quatuor horarum. & fortaſſe plus
ſecundum groſſitiem materiei: & multitudi-
nem ſecundum ſpiſſitudinem corporis ; &
groſſitiem eius; & debilitatem virtutis ; &
temporum anni. Et hæc quidem fe. non per
manet multum: quod eſt: quia fortaſſe mora
tur. 20. diebus; & fortaſſe ſuper illud addit: &
minuitur fe. Feb. aūt q̄ fit in oīb. 5. diebus
aut in in oībus. 7. aut in oīb. 10. diebus nō ac
cidit niſi ex flegmate groſſo; aut ex cholera
nigra: & ſecundum quantitatem groſſitudi-
nis materiei, & eius ſpiſſitudinis ex qua ge-
neratur procedit vehemētia periodi eius: &
poſtponitur: & vrina & pulſus & ſecūdū quā
titatē materiei ſicut dicit Serapio. cap. prędi
dicto. Liparia vero eſt fe. ī qua extremitates
mēbrorū: & qđ apparet ex corpore infrinda
tur: & aduritur in ea ꝓfunditas corporis vt
ſtomachi cū ſiti vehemēti: & cū aſperitate lin
guæ, & pulſus eſt paruus, & letus: vñ liparia
cōtraria eſt empialæ. Iuxta illud. Semp in em
pialia frigeſcunt interiora. Exteriora calent.
cedit liparia cōtra. Et materia huius egritu-
dinis ſiue fe. ſecūdū plurimū eſt flegmatica ;
& quādoque eſt cholerica ex cholera groſſa.
Sed vt ſimus ſoliciti in empiala in prouocan
do vomitū demus ſyropū acetoſum cū calida
& ſecūdū Auic. cū aqua faſiolorū raphani a-
neti calamenti, & diureticorū. Et ſimus in eis
ambabus fe. ſoliciti de facto valde in vomitu
prouocādo & demus aquā ſeminū cōium; &
prouocātiū vrinā, & potus infrigidantes , &
ſtomachū mūdificantes ſicut aqua apij & fe-
niculi cū ſe. canapino, & geleniabin: & cum
fuerit digeſtio facta demus ſecūdū Aui. & Se
ra. infuſionē de aloes: quā prædicti auctores
in ſuis antidotarijs deſcribunt; qm̄ multum
confert. Et demus pillulas de eupatorio hie-
rāpigrā Gal: & ſimilia. Secundū Aui. & Sera.
ſicut camomilla: mellilotum: furfur medulla
cartami, vrtica: centau. minor anetū almuri
& mel. comedant aquā cicerū: & muri, & cy
minū, & ſiclas, & aſparagos: & feniculum cū
oleo de amygdalis dulcibus condita, ſecūdū
Serapionē pullos, perdices, & parua volati-
lia in campis, & nemoribus habitantia, vinū
ſubtile: & odoriferū mediocriter lymphatū
bibant. In practica vero rogerica dicitur
ꝙ in empiala digeratur materia cum oximel
le ſquillitico: & purget cū hierapigra, vel cū
hieralogodion ſm deſcriptionē antidotarij
particularis. Tertio die poſt purgationē fiat
ſtupha cū herbis iſtis: ſcilicet calamento ori-
gano mentaſtro ruta: folijs lauri; camomilla
mētha, ſaluia, rore marino, & ſimilibus her-
bis calidis, & odoriferis, & cū exit a bal. ter-
gatur cum panno, & ex hoc vnguento inun-
gatur ſupra ſpinam, & renes, & ſtomachum.
& circa brachia, & crura: & tibias, quod ſic
fit. Rec. ſucci abſinthij, fęniculi, abrotani, bal
ſamitę, agrimonię, verbenę. ana onc. ij. coquā
tur in oleo cōi, vel in oleo nucum vſque ad
conſumptionem ſuccorū, & additis. onc. iij.
cerę fiat vnguentum. Quod ſi pp hoc non
fuerit ægritudo iam dicta curata detur opia-
tę ſicut rubea trociſcata aureę, & huiuſmodi,
cū apparuerint alices, & oſcitationes ter vel
quater añ horā acceſſionis. Itē reiteretur p̄di
cta purgatio. Dent' ēt electuaria calida ſicut
diacalamētū dianthos & huiuſmodi. Itē fiat

frica-

fricatio in tibiis, & uentosę circa spatulas, & renes apponantur. Scias uero quòd liparia sicut dicitur: fit de cholera subcitrina putrefacta. & ex phlegmate, & melancholia in stomacho uel intestinis putrefacta accidit in æstate de tribus in tribus diebus periodus eius. Et primo superueniunt ei alices & oscitationes: deinde rigor, postea frigus, deinde calor, & ĩ medio caloris superuenit frigus intollerabile in interioribus. Et ratio est, quia dum putrefit cholera subcitrina pars trahitur ad cor, & facit ipsum febricitare, & pars trahitur ad stomachum & intestina, & dissoluit phlegma vitreum, & melancholiam, & ipsum calefacit, ut potest videri de Sole & glacie. Ex illorum igitur dissolutione membrorum interiorum sequitur infrigidatio. In principio igitur lipariæ confert geleniabin secũdum Serapionem cum se.caniabin, & in fine infusio de aloe, & hiera pigra, & aqua fœniculi, & masticis, endiuiæ, apij, & trocisci de ros. Et vniuersaliter oportet vt regimen lipariæ magis declinet ad subtilitatem. Et hæc ad laudem omnipotentis sufficiant.

P H I L O N I I
D E F E B R I B V S
L I B E R.

De diffinitione & diuisione febrium in generali. Cap. I.

FEbris est calor extraneus accensus in corde procedens ab eo mediante spiritu & sang. per arterias & venas in totũ corpus, & inflammatur in eo inflãmatione quę nocet operationibus naturalibus. Hanc diffinitionẽ ponit Aui. in prima 4.c.1. Et est bona, quia cõuertitur cum suo diffinito & facit ipsum differre à quocunq; alio & cũ hoc datur per genus & differentias, Galenus in 1.apho.cõm.16. Febris est calor naturalis mutatus in igneum. Aliæ multę diffinitiones ponuntur ab aliis, sed pro nũc ista sufficiunt. Dicitur autem febris à ferueo feruens, pro eo quia in totũ corpus feruorem inducit & ebulitionem. Nunc autem sciẽdum secundum Auic. in loco allegato, & secũdum Gal. in mech. particula 3. in principio, quòd tria siũt genera febrium distincta penes tria quæ in eo corpore humano reperiũtur. Nam omnia quæ in corpore humano reperiuntur sub triplici genere sunt, quia aut sunt mẽbra continẽtia, aut humiditates, aut spiritus sub quo ponitur, quòd nunc naturalis calor, & fumi, & vapores. Et ista diuisio intelligitur quãtũ ad res corporeas: non autem quantum ad animam nec ad virtutes nec cõplexiones & similia, quæ sunt incorporea. Si ergo inflammatur spiritus primo & subiectiue inflãmatione quę manifeste nocet operationibus cõsuetis à natura dicitur ephimera ab ephimerõ pisce, qui vltra 24 horas non viuit, & eadem die, in qua suscipit spiritum vitæ moritur: & est generatus per viam putrefactionis, & non propagationis. Si autem aliquis de 4.hum. putrefiat, & inde fiat feb. primo & subiectiue, tunc dicitur feb. putrida humoralis, quia primo & subiectiue in hum. fundatur & radicatur. Si verò totum corpus inflãmatur ex prima & subiectiua inflammatione cordis & mẽbrorum radicalium corporis: tunc dicitur feb. ethica ab ethis græcę, quod est permansiua dispositio latine. Auicen. autem comparat membra corporis radicalia parietibus balnei vel ollæ. Et humores corporis aquæ balnei vel aquæ bullienti in olla. Et comparat spiritus aeri balnei, vel vaporibus eleuatis ab olla bullienti. Subdiuiduntur ista tria genera febrium in suas species. Nam ephimera quædam est à causis primitiuis extrinsecus aduenientibus, vt est calor solis, frigus, & similia. Quædam propter actiones corporeas, vt motus corporis. Quædam propter actiones & animales, vt ira, & tristitia. Febris autem humoralis subdiuiditur: nam quædam est de sanguine, alia de cholera, alia de phlegmate, alia de melancholia, alia est de cõmist. aliquorum istorum. De sanguine autem duobus modis fit febr. aut de multo sanguine sine corruptione, & sic fit sinocha. Aut fit de sanguine corrupto,

& putrefacto & ſic fit ſinochus.vnde uerſus.Si nocha de multo, ſed ſinochus ex putrefacto Adhuc hæc ſpecies fe. ſanguineę ſubdiuiditur ſcilicet in augmaſticam & peraugmacticam & homotenã. Febris autẽ cholerica diuiditur in continuam & interpola. Continua duplex eſt quædã eſt de cholera pura putrefacta intra uenas remotas à corde & ab orificio ſtomachi, & hæc uocatur tertiana continua. Alia fit de cholera uel phlegmate ſalſo putrefactis in uenis circa cor uel circa orificium ſtomachi, & hęc ſpecies uocatur cauſon.unde Ga.4. amph.conclusio 5.nulla inter cauſon & tertianam differentia eſt quantum ad materiam unde generãtur. Tertiana interpolata autẽ quædam eſt uera ſeu pura & iſta fit de cholerã rubea pura & ſubtili extra uenas putrefacta. Alia eſt tertiana non pura quam medici uocant nothã ſeu non ueram & iſta fit de cholera groſſa in ſubſtãtia quæ quidem cholera groſſa generatur per cõmixtionem cholerę rubeę cũ phlegmate. Iſta autem tertiana interpolata aliquando eſt ſimplex quando ſcilicet materia non putrefit in duobus locis uel materia eſt pauca in quantitãte.Febris autẽ phlegmatica ſubdiuiditur, quia quædam fit de phlegmate putrefacto intra uenas,ut dicit Aui. in prima.4.tract.2.c.1.de febribus putridis.ibi.Putredo. Et iſta feb. continua adhuc eſt duplex. nam quędam eſt in uenis remotis à corde,& iſta quamuis ſit cõtinua & inſeparabilis: tamen uenit ei quædam uehementia ſeu exacerbatio per quã cognoſcitur, ac ſi haberet paroxiſmũ,ut dicit ibidẽ Aui. Alia fit de phlegmate putrefacto in uenis quæ ſunt prope cor:& iſta eſt continua & non habet additiones nec diminutiones in ſua continuatione. Alia fit de phlegmate putrefacto extra uenas:& iſta dicitur quotidiana interpolata. Et adhuc hic ſubdiuiditur ſecundum ꝙ fit de diuerſis ſpeciebus phlegmatis ut uidebitur infra domino cõcedente,& etiam ſecundũ locũ putredinis in profundo uel in ſuperficie ſecundũ quod fiunt duo ſpecies.ſ.liparia & epiala. Febris aũt melancholica ſic fit: quia melancholia quandoque putrefit intra uenas & facit continuã ſed raro ut dicit Aui.in prima fen.4.ca.de feb.quartana periodica & aliquando putrefit extra uenas & facit feb. quartanam interpolatam.Et iſta ſubdiuiditur, quia quædam eſt de melancholia naturali q̃ eſt fæx ſan. Alia eſt de melãcholia aduſta. Et alia de melãcholia quę attinet ſanguini.Alia de melancholia quæ attinet phlegmati. Alia de melancholia quæ attinet choleræ.Et illa quę eſt de melãcholia aduſtaa eſt duplex,quædam eſt melãcholia aduſta per aduſtionem melãcholię naturalis.Alia eſt per aduſtionẽ aliorum hu.Et adhuc ſubdiuiditur, quia aliquando fit feb.melãcholica cũ materia minoris quantitatis & magis groſſa quã in quartana, & tunc fit feb. quintana,ſextana quę ut plurimum fiũt de materia melãcholica phlegmatica uel phlegmati attinente. Et alia quę non eſt tantę groſsitiei,eſt tamen maioris quantitatis & fit quartana.Hęctica autem ſubdiuiditur,quia quædam eſt hęctica quæ non eſt feb.& iſta uocatur hęctica ſenectutis ſiue maraſmon.Alia eſt hectica quæ eſt feb. Et iſta habet tres ſpecies ſecundum cõſumptionem triũ humiditatum nutrimentalium iam extra uenas exiſtentium,ut uidebitur in proceſſu domino adiuuante.Et hæc eſt recta diuiſio febrium in generali ſecundum quod genera diuiduntur in ſuas ſpecies. Febres compoſitæ ſubdiuiduntur ſecundum combinationem febrium continuarum & interpolatarum ſecundum quòd cõtinetur in iſtis uerſibus. Paruus hemitriteus in uenis phlegma recondit, Exterius cholerã medius conuertitur illi. Peſſimus humor ineſt in uenis fel coquit extra. Præter iam dicta Aui. ſubdiuidit hoc genus feb.ſic.Quędam ſunt feb. acutæ aliæ non atutæ.Et acuta ſecundum. Ga. diuiditur in acutam peracutam & perperacutam. Item quędã ſunt chronicę & alię nõ chronicę.Et iſta ſubdiuiditur,quia quædã eſt crhonica conuerſiua, alia non conuerſiua.Et quędã ſunt nocturnę & aliæ diurnę. Et quędam ſunt leues & ſalubres.Alię moleſtę multũ cum terribilibus accidentibus. Aliquæ ſunt dimittentes & aliæ inſeparabiles.Et inſeparabiles quædam ſunt quæ diminuuntur, alie ſunt quæ intẽduntur, aliæ quę ſunt ſimiles in acceſſionibus & afflictionibus. Et quædam habent rigorem, aliæ tremorem; aliæ frigus & aliæ affligũt ſine iſtis. Et aliquæ ſunt ſimplices aliæ compoſitæ, & ſunt quædam continuæ aliæ interpolatę.De cõtinuis autem quædam eſt peſtilentialis, alia non peſtilentialis. Quædam eſt fe.ſyncopalis humoroſa quędam ſyncopalis non humoroſa uel minuta.Item quædam ſunt feb.cum appoſtemate; ut pleureſ. & feb. peſtilentiales cum bubonibus.Alię ſine apoſtemate ut cauſon tertiana & ſimilia.Et quia fe.ephimera inter alias feb. citioris terminationis & facilioris exiſtit curę & etiam minoris lucri,quia uix cognoſcitur niſi poſtquam receſsit:ideo de ea prius nos expediamus.

De feb.ephimera in generali. Cap.II.

EPhimera eſt febris ex inflãmmatione ſpirituum procedẽs per totum corpus cuius terminatio eſt breuis.

Cauſæ iſtius feb. poſſunt eſſe multæ.nã aliquando fit a cauſis primitiuis ut eſt caliditas aeris uel ſolis & uenti orientalis & frigus exterius.Aliquando fit propter balneũ in aquis ſti

Pticis poros exteriores claudentibus, ut ſunt aquę calumnioſæ. Aliquando propter cibum calidum: aliquando propter uinum ſumptum: aliquando fit propter actiones animales, ut eſt anguſtia, triſtitia, cogitatio, ira, timor, & gaudiũ, ſomnus & lõga quies & uigiliæ. Aliquãdo fit fe. ephi. propter diſpoſitiones corporeas ſicut dicit Auic. quæ ſunt in duplici differentia. nam quædã ſunt diſpoſitiones quæ ſunt actiones ut eſt labor & trãquillitas nimia, & euacuatio, dolor ſincop. fames ſitis. ex omnibus iſtis poteſt uenire ephi. Alię ſunt diſpoſitiones corporeę quæ non ſunt actiones ſeu motus, & poſſunt cauſare ephi. ut eſt oppilatio in corpore ſatietas nauſeatiua iam in ſtomacho recepta, apoſtema, clauſio pororum exteriorum. omnia iſta poſſunt cauſare feb. ephi. Et quia iſtę ephi. aliquando mutantur in feb. putridam quando non bene dietant. Aliquando ad ethicam ut accidit aliquando cholericis & conſumptis quando non bene gubernantur, uel eis imponitur ieiunium triduanum &c. Ideo ponemus duo genera ſignorum, ſcilicet ſigna propria, & ſigna permutationis.

Signa propria ephi. Incipit ergo ephi. cum aliquali rigore & calor profundatur. Et aliquãdo adeſt pigritia & ſomnus & profundatio ſeu ſubmerſio pulſus. Et in augmento caliditas non eſt ita mordicatiua ſicut feb. acutarum, immo eſt leuis ſicut caliditas hominis exercitati, aut ſicut caliditas hominis quando nimis potauit de puro uino. Et ſi in prima die urina eſt naturalis habens hypoſtaſim & cum hoc pulſus eſt bonus: tũc eſt ephi in ephi. vrina nõ multum alteratur: nec oſtendit dominiũ alicuius hu. ſicut faciunt feb. putridę: ut eſt tertiana & feb. ſangninęę: quod ſi urina eſt bona & pulſus ordinatus & non frequens magna frequentia tunc eſt fe. eph. quamuis aliquãdo in ea apparet urina tincta propter ſupcalefactionem hu. calido, ut eſt ſang. & cholera in corpore ephimerati exiſtentium. Similiter pulſus diuerſus aliquando paruus & debilis ſecundũ diuerſitatem ephi. & diuerſitatem particularium. Aliud autem eſt ſignũ quod facit ipſam differre a fe. putridis & acutis, & eſt quod principium eius ſit leue, & ſi tangatur corpus eius caliditas nec additur nec creſcit ſicut fit in aliis feb. acutis. Et in ſtatu non ueniunt accidentia multum fortia nec terribilia, ſicut in aliis feb. nec feruor nec ebullitio nec magnus dolor. Et ut plurimum creticat per ſudorem leuem ſicut fit ſudor in latitudine ſanitatis non multæ quãtitatis. Et ſi in ea apparuerit dolor capitis & recedit totaliter poſt receſſum feb. & eius eradicationem, ſignum eſt quòd illa fuit ephi. Si uero eſt magna exuberãtia ſudoris, non eſt ephi. ſed alterius ſpeciei. Signa permutationis ephimerę ad alias feb. ſunt primo quia ipſa declinat ſine ſudore & humoroſitate. Et ſi forte ſudet & non eradicatur feb. tunc permutatur ad alias feb. & pulſus poſt ſudorem oſtendit reliquias feb. & ſi affuerit dolor capitis ille remanet ultra diem naturalem. Omnia iſta ſigna permutationem eius ad putridam uel hecticam oſtendunt, quando tamẽ mutantur ad hecticam iſta ſunt intenſiora, & cum hoc diutius durant, & ultra hoc locus arteriarum eſt calidior & feb. remanet uniformis & eſt augmentum caloris poſt refectionẽ pulſus durus & ęqualis & paruus. Si uero permutetur ad feb. putridam apparet diuerſitas in pulſu. ita quod aliquando eſt frequentior aliquando magnus, & aliquando eſt minor caliditas mordicatiua in tactu: & in urina non apparent à principio ſigna digeſtionis. Si autem permutatur ad feb. ſanguineas ut eſt ſinocha, tũc apparent ſigna replexionis ſangui. cum rubore faciei & tumore non conſueto & pulſus eſt plenus.

Cura ephi. in generali. ſi pa. ephime. fuerint cholerici & macri uel ephi. ſit ex fame uel ex labore uel anguſtia: oportet quòd iſti nutriantur cum cibis boni nutrimenti & facilis digeſtionis, ut eſt hordeatum, auenatum, amigdalatum, & ut ſunt parui pulli gallinę uel perdices & comedat lactucas & portulacas coctas cum lacte amig. & bibant aquam frigidam uel aquam hordei uel uinum multæ aquę mixtũ. Et in iſtis non oportet expectare declinationẽ feb. nam ſi iſti non cibarentur, cito efficerẽtur hectici, uel caderent in feb. putridas. Et in hoc errabant aliqui antiqui, qui indifferenter in omni febri. imponebant ieiunium triduum ut dicit Gal. in lib. de inge. ſanitatis. Si uero ephime. fuerit ex apoſtemathe uel ex oppilatione, tunc illi non ſunt cibandi niſi poſt manifeſtã declinationem, & ſimiliter in aliis ſpeciebus. Si habent ſitim detur eis aqua frigida, quia cum iſta feb. ſolum ſit in ſpiritibus ſine materia groſſiori, ſola infrigidatio eſt melior cura: cum in ea non indigeamus materiæ euacuatione, ideo de directo nulli eorum purgandi ſunt niſi habentes repletionalem oppilationem & nauſeatiuam ſatietatem. Et pro tanto nõ ſunt prohibendi ab aqua frigida, dũ tamen non haberent apoſtema in ſtomacho uel hæpate uel ſplene & in aliis interioribus membris. In fine autem paroxiſmi poteſt poni in balneo aquę dulcis, quia humectat & aperit poros & iuuat ad exhalationem uaporum & inducit ſudorẽ. Et ſic competit dum tamen non habeant feb. ephi. ex oppilatione in interioribus: quia tunc nõ cõpetit, ppea quia balneum facit cõmotionẽ in humoribus pp oppilationẽ cõcluſis, qui quidem humores nõ euẽtati putrefierẽt & balneatio generaret ęgritudinẽ putridã, ut dicit

Aui. Et dum tamen nō habeant ephimeram ex nauseatiua satietate donec illa prius euanescat. Et similiter habentes catarrum cum effimera balneandi nō sunt. Si uerò ephi. est ex oppilatione pororum exteriorum, uel ex oppilatione in membris interioribus ualet fricatio suauis & longa, & non balneum. Visis generalibus ad particularia accedamus.

De cura ephimeræ in speciali. Cap. III.

EPhimera a calore exteriori fit aliquādo propter calorem aeris uel uenti orientalis uel australis, uel propter calorem balnei, ut frequenter accidit parturientibus longam moram in balneo facientibus. uerumetiam frequenter accidit a calore solis, ut accidit aliquādo illis qui stant uel uadunt in sole tempore calido, maximè discooperto capite. Tunc enim sol calefacit spiritus animales, qui magis declinant ad partes exteriores, quàm uitales uel naturales. Et tunc illi supercalefacti & inflammati inflammant alios spiritus usque ad cor, & sic fit febris. Et post expanditur per totum corpus, & iste est unus modus. Alius modus est quod aer calidus per solem uel aliter attrahitur ad cor, propter quem inflāmantur spiritus eius. deinde fit processus a corde ad totum corpus. unde in illa quæ fit propter calorem solis primo incipit a cerebro & in capite: quia forte tale caput nec corpus non est mundum: imo repletum & per caliditatem solis dissoluuntur uapores calidi calefacientes spiritus. Et in illa quæ fit ab aere calido fit impressio in corde propter attractionem aeris calidi ad ipsum.

Signa sunt aggrauatio & inflammatio & dolor in capite: maximè quando ibi est repletio: anhelitus magnus, & calor maior exterius quā interius: quia partes apparentes corporis sunt magis calefactæ a calore solis & a calore febrili & interiores a solo calore febrili. Et scitur ex iudicio patientis: quia ipse dixit se fuisse uel stetisse in sole uel aere calido per longam morā.

Curatio istius est: quòd ungatur caput cum oleo rosaceo uel uiolaceo actu frigidis & totum pectus, uel ab alio embrocetur cum oleo salicis, & dictis oleis mixtis cum decoctione herbarum frigidarum infrigidata. Et si sitit detur sibi aqua frigida fontina uel tacea lactis amigdalarum clarificati cum aqua frigidissima, & hoc continuetur usque ad declinationem. Et tunc ponatur in balneo aquæ calidæ & caput embrocetur cum aqua calida: quia humectat & resoluit calorem febrilem & uapores & fumos ab exteriori calore in corpore generatos, & remouet malam complexionem & reliquias febris. Vnde hæc embrocatio cum rebus supradictis melior est, quàm si fieret sola madefactio secundum Aui. in c. proprio. Deindè reuertatur paulatim ad dietam consuetam cauendo calorem.

Ephimera a frigore aeris exterioris uel aquæ, ut accidit natantibus uel aliter stantibus in aqua frigida. Et ista ephi. fit propter clausionem pororum, quæ clausio uel constrictio est causa retentionis fumorum & uaporum, propter quam retentionem inflammantur spiritus & fit febris ephimera.

Signa habentur ex indicatione patientis, & pulsus non est ita paruus sicut in illa quæ fit ex tristitia & angustia: attamen paruus est, & quādo præmitur manus supra corpus, calor magis sentitur augmentari quàm si esset ex tristitia, uel displicentia, uel tedio seu angustia. pulsus etiam est uelox propter necessitatem factā a fumis uaporosis retentis cum spiritibus non potentibus exhalari & resolui propter clausionem pororum. Oculi etiam nō profundantur imo aliquando inflantur propter retentionem uaporum. urina aliquando est alba: ideo quia calor naturalis est quasi extinctus, & aliquando est colorata: quia calor intus recluditur & fortificatur circa hæpar & etiam circa uias urinales.

Curatio. Melior cura istius est sudor: ita ꝙ membra omnia, excepto ore, ut anhelare possit cum pannis cooperiatur donec sudet. Et si per se sudare non potest, ponatur in balneo aquæ calidæ in qua decoctæ sint res apertiuæ: ut est mentastrum balsamita, ambrosia, fœniculum, apium, & petrosilium cum suis radicibus, & fricentur fricatione leui, & non madefiant uel ungentur, donec sudent, & balneum aeris calidi uel saltem calefactio pręcedat balneum aquę, deinde ungantur & embrocentur capita eorum cum oleis apertiuis, ut est oleum de aneto, & oleum de been, & de camomilla. Deinde cibentur cum bonis cibis subtilibus facilis digestionis, ut pulli gallinarum & perdicum capretus lactans & similia. Et bibant uinum album mediocriter limphatum. Caueat a potu aquæ per se uel a frigido exteriori, & a cibis facientibus pororum clausionem & oppilationē, & ex balneis stipticis & poros claudētibus.

Ephimera si fiat ut fit frequenter ex balneis aluminosis calidis: quia retinentur fumi & fiūt febres ephimeræ: sicut immediate dictū est. & frequenter talis ephimera perducit ad putridā. Signa cutis est tensa, pulsus paruus & uelox, urina alba & tenuis non habet oculos nec faciem ad inferius demissos nec profundatos.

Curatio istorum talis est sicut cura ephimeræ factæ a frigore, diutius tamē debent stare in aere balnei calidi, & in aqua calida similiter. & per consequens non tardetur inunctio cum oleis apertiuis, & teneatur apertiuum regimen

& euchimium

& euchimium cauendo semper repletionem ci borum & potuum.

Ephimera propter cibos calidos. Primum fundamentum istius est in hæpate & in spiritu naturali: propterea quia uirtus cibi calidi citius ad æpar attingit. Vnde dicit Auic. quia illa quæ fit a calore solis, utplurimum est cerebellaris & in spiritu animali. Et illa quæ est ex balneo est cordialis & in spiritu uitali. Ista ex cibis calidis proueniens est æpatica & in spiritu naturali.

Curatio fit per administrationem ciborum frigidorum, ut lactucarum portulacarũ & malorum granatorum & similium. Et euacuentur cum cassiafi. uel cum succo prunorum, uel cum tamarin. & manna granata, & dentur medicinæ frigidæ, ut est triasand. & aqua endiuiæ uel oxizaccara, sirupus rosac. iulep cum aqua hordei. Et super æpar & caput ponantur epithimatha ex sand. & ros. & aqua ros. & end. cum pauco aceto & camphora & succo lactucæ & portulacæ & similium herbarum frigidarũ. Ephimera ex uino curatur cum uomitu & solutione uentris, & cum eis quæ immediate dicta sunt, & caput embrocetur cum oleo rosaceo, & succis frigidis, quando ibi est dolor, & in declinatione ponatur in balneo. Et fiat talis cura, sicut dictũ fuit in capitulo de ebrietate in lib. 1.

De speciebus ephimeræ propter actiones animales ut sunt accidentia animæ, & propter somnum & quietem & uigilias. Cap. IIII.

Ephimera ex tristitia & angustia, ista species fit aliquando propter motum & reclusionẽ spirituum ad partem interiorem & conculcationem eorum uersus cor unde fit febris.

Signa sunt dimissio oculorum & profundatio eorum propter resolutionem, & facies est discolorata tendens ad citrinitatem, propter profundationem caloris naturalis & spirituũ circa partes interiores, & pulsus est paruus, & aliquando durus propter duritiem arteriæ, & urina est ignea, & quandoque pa. sentit ardorem eius, & acuitatem propter siccitatem in ea dominantem: & quia calor & spiritus ex tristitia & angustia interius recluduntur.

Curatio. Primo uitanda sunt ista accidentia, a quibus talis fe. procedit, & utatur lætificantibus, & intret balneum aquę calidæ & non aereum, & olfaciat redolentia frigida ut sunt rosæ, uiolæ, sandalus, & similia. & caput & pectus ungantur cum oleis frigidis & epithimentur cum pannis madefactis in muscillagine psilii & camphoræ uel in succis herbarum frigidarum. Vinum odoriferum mixtum aquæ iuuat eos, & omnem hominem uenientem in hunc mundum. Post audiat pulchras cantilenas, & musicæ instrumenta & reliqua lætificantia.

Ephimera ex ira fit propter motum subitũ spirituum ab interioribus ad exteriora: propter quem motum spiritus inflãmantur, & fit feb. ephimera cum omnis motus localis colli siuus & confricatiuus fit causa caloris: imo & incendii aliquando, ut dicitur secundo metheororum.

Signa ex iudicio patientis ferè & assistentiũ habentur, & cum hoc adest rubedo faciei: nisi timor cum ira misceatur, sicut accidit illis qui cum ensibus nudatis se uolunt uerberare: tunc enim iterum calor & spiritus ad interius reuertuntur cum sanitate, & sic facies pallida uel citrina non sine causa efficitur, & adest inflatio faciei similis illi qui dormiuit uel studuit super libro capite dimisso. & oculi rubei, & hoc propter motum spirituum & san. ad exteriora & urina tincta, & pulsus plenus & magnus & frequens. & si fortè concomitetur ei timor: tunc fit pulsus aliquantulum diuersus.

Curatio, quòd stet in tranquillitate, & mutetur eius intentio ab ira ad res lætificantes ut sunt cãtilenæ, hystoriæ, fabulæ, & lectura librorum hystoriarum enarratio casuum, & accidentium in mundo, & inspectio iocalium magni ualoris. & ponantur in balneo aquę calidæ, & ungatur cum oleis frigidis uel temperatis, & cibetur cum bonis cibis facilis digestionis. & quãuis Auic. dicat, quòd non detur eis uinum uerum & purum fortè sed debile & limphatũ: unde in ira competit eis in declinationis.

Ephimera ex gaudio. motus in gaudio fit spirituum ab interioribus ad exteriora sicut in ira: sed in ira talis motus fit subito. & in gaudio uerò paulatiuè: ideò raro accidit inde febris ephimera. Si tamen aliquando accidat: habet tunc talia signa.

Signa sunt debilitas pulsus & tarditas eius propter exhalationem spirituum, caliditas non tãta sicut in ira, nec urina tincta, nec oculi sunt ita rubei, & habet aspectum oculorum & faciei bonum & gaudentem quãuis habeat feb. Et pulsus non est ita frequens sicut in ira.

Curatio ferè talis est sicut in ira cum leuioribus tamen infrigidantibus mitigatur: quia inter animę accidentia gaudium & lætitia humanę naturæ amicabiliora existunt. Tristitia uero & angustia corpus, & animam & operationes impediunt: quo nihil clarius nostris mentibus elusceſcit. Gaudium ergo & delitia moderatè temperata hominibus lapsis afferũt magnum fructum & iuuamentum.

Ephimera ex timore causatur sicut ephimera ex tristitia. nam in utraq; spiritus ad interiora reducuntur. sed in tristitia paulatim in ira subito, & hęc est differentia inter utranque.

Ephimera ex uigiliis habet sua signa, nam uigi-

uigiliȩ præcesserunt, & adest succlusio palpebrarum,& profundatio oculorum propter con sumptionem & resolutionem humiditatum orbite & partium oculi. urina apparet conturbata propter indigestionem quæ in superfluis uigilijs non perfectæ celebratur debilitas pulsus discoloratio faciei. Et ista signa aliquando cōmiscentur uel mutantur : proinde ad maiora inspicere debemus.

Cura talis est: sicut dictum est in ca. de somno.s.prouocetur somnus & stet in quiete & trāquillitate,& embrocetur caput cum decoctione herbarum frigidarum & humidarum, ut ibi dictum est. & utatur balneo & bonis cibis humectatiuis & bono uino: quia confert eis.

Ephimera ex somno & quiete, aliquando ex somno & longa quiete retinētur uapores multi ab hu. resoluti,qui calefaciendo spiritus per cōmixtionem,uel iuxta positionem inducunt feb. spiritualem. Signa sunt quia somnus & otium præcesserunt sine consuetudine, & pulsus est plenus & humorosus,caliditas in tactu non est multum acuta. Cura est uigilare & non dormire,& utatur fricatione temperata.

De ephimera propter dispositionem corporis quæ sunt actiones,ut est labor. Cap. V.

Ephimera ex labore fit:ideo quia exercitiū & labor inordinatus calef. corpus & spiritus. Ex quia calefactione spiritus inflammati causant feb.ephi. Ista autem feb.molesta est inter alias ephi. quia nocet spiritibus & uirtutibus animalibus & uitalibus. Signa habentur ex dicto pa. & sodalium : quia nimis laborauit non consuete. Et quia iuncturȩ inter cętera membra propter motum collisionis & fricationis magis supercalefiunt, ideo calidiores tactu reperiuntur & corpus siccum. Et si ex labore nō superfluo accidat ephi. tunc corpus non est sic cum, y^a humidum,& econuerso. Si est superfluus labor quia non fit sudor nec humectatio in corpore. Et quia in latere superfluo partes pectorales multum laborant & exiccātur,ideo accidit eis sitis & tussis sicca, & pulsus durus & paruus & debilis: durus propter siccitatem, paruus & debilis propter resolutionem hu. & caloris naturalis & spiritus factam in labore.

Curatio est quòd utatur diæta resumptiua capiendo cibos facilis digestionis & boni nutrimenti ,& utatur otio & tranquillitate, & ponatur in balneo aquæ dulcis calidȩ, & ungatur totum corpus præcipue iuncturæ cū oleis temperatis, & dormiat & requiescat sumēdo hordeatum & auen.& pullos gallinȩ & perdices & capretum in suo tempore & pisces squamosos de aquis mundis,& uinum limphatum,parum tamen comedat,quia cum digestiua sit debilis,non tantum possunt digerere sicut prius: perinde debent uti etiam cibis paruæ quantitatis & multi nutrimenti ut sunt cibi supradicti,& paruȩ auiculȩ bene prȩparatȩ & uitella ouorum sorbilium & testiculi gallorum & similia.

Ephimera facta propter euacuationem fit aliquando propter commotionem hu. & tunc spiritus mouentur impetuose & superflue: qui quidem motus inflammāt spiritus & fit ephi. Aliquando hæc fe. fit propter medi.laxatiuas, ideo quia nimis calefaciunt corpus & spiritus cum suo superfluo calore. Et quandoque uenit post phlebotomiam propter commotionē quȩ fit in humiditatibus & spiritibus,& propterea quia phlebotomia facit redire uapores hu. mi.ad naturam cholerȩ & cum calefactione & inflammatione illorum uaporum inflammantur spiritus & fit ephi.

Curatio,si fluxus superfluit retineatur cum cibis & potibus restrictiuis confortatiuis & cū medicinis stipticis interius sumptis & exterius ministratis supra stomachum , & applicentur actu calida propter eius confortationem. Et melius emplastrum est lana infusa in oleo masticino & nardino calidis,& lana expressa & dictis oleis aliqualiter stomacho applicetur.uerumtamen dicit Aui. quòd circa cor & hepar debent poni res refrigerantes.

Ephimera ex dolore corporali,intātum dolor aliquando calefacit spiritus,& inde eph.generatur.Signa sunt præsentia dolorum in brachio uel tibia uel oculo uel dente uel intestinis uel in aliquo loco uel corporis. Curatio est quòd remoueatur ille dolor sicut docetur in suis cap. proprijs,deinde fit illa quȩ dicta sunt in ephi. ex labore.

Ephimera ex sincopi fit propter diuersam commotionem in spiritibus,qua commotione sequitur calefactio in eis & inflammatio & fe.Signa sunt quia sincop. præcessit:nōdum est naturalis dies & pulsus est diuersus, aliquādo debilis quādo uincit caliditas.Curatio est quā do curatur sincop. sicut fuit dictum in suo.cap. Et dentur cibi laudabiles & facilis digestionis ut dictum est in ephi. ex labore.& detur eis uinum odoriferum comperenter limphatum & fugiat tristitia.

Ephimera ex fame fit,quia uapores corporis & calor acuuntur quando calor non inuenit nutrimentum & inde feb.generatur. Signa sunt pulsus paruus & debilis & quandoque durus. Curatur assumptione hordeati uel auenati in principio postea dentur cibi laudabiles.& ualet eis balneū aquȩ dulcis calidȩ & embrocatio super caput eius & dormiat & requiescat.

Ephimera ex siti fit per eundem modum sicut ex fame. & curatur per potum aquæ frigidæ,&

dæ; & si misceatur succus malorum granatorum est bonum.

Ephimera ex oppilatione aliquando pori cutis exterioris oppilantur propter frigora ab extra aliquando, propter balnea stiptica, & aliquando propter adustionē sol.ut dicit Aui. Et quando hæc fiunt uapores retinet & coartātur & fiunt causa inflammationis spirituum & feb.ephi.& hoc propter defectum respirationis. Et si tunc inflammetur san. multus in corpore existens fit tunc sinocha ex inflammatione san.& spirituum sine aliqua putrefactione.

Signa si sit a causis primitiuis, ista oppilatio habetur ex indicatione pa.ut quia transiuit per loca niuosa uel stetit per tantum tempus ad frigus quod cutis fuit oppilata & inspissata, & uapores non possunt exhalari. Item tarde incipit declinare maxime si declinent sine euacuatione. Et si opillationes sunt magnæ pulsus est paruus.

Curatio est quòd ponatur in loco temperato & mediocriter pannis cooperiatur & suauiter per totum corpus cum manibus fricetur. Et postquam feb. cessauerit comedat auenatum aut cibos de genere speltæ & ius pullę cum ciceribus becutis & cum aliis aperitiuis rebus ut pet. aut cibetur cum paruis auibus similiter preparatis. recedēte autem feb. si uidetur quòd ibi sit repletio san. per se uel cum aliis hu. fit phlebotomia. & si sint grosi hu. digerantur & purgētur prout oportet,& in fine competit balneum aquæ dulcis decoctionis capilli uen. & camo.& fæniculi & mellilotí.

Ephimera ex nausecatiua satietate à tali repletione generātur uapores mali ex quibus intenditur caliditas & inflammatur spiritus & fit ephi. & magis fit in hominibus cholericis, ut dicit Aui. in suo cap.

Cura est si ista sacietas est nouella & cibus adhuc est in sto. prouocetur uomitus uel fiat purgatio cum clysteribus aut cū pharmaco & utatur abstinentia moderata. Si affuerit eructuatio acetosa significat indigestionē stomachi. & tūc utatur aliquo electuario confortatiuo ut diagalangis diatriōpipereon,& ungatur stomachus cum oleo masticis & oleo de absinthio & nardino in quibus calidis lana succida intincta, superponatur,& à cætero caueat sibi à tali mortali peccato, quod si continuetur non solū corpus necat, immo & animam perire facit. Et capiat cibos leues facilis digestionis & in parua quantitate & stet in loco temperato postquam paroxismus transierit & dormiat & famescat donec satietas sit transacta &c.

Ephimera ex apostemate quando apostema est in interioribus sic in pleuresi uel in peripleronia.& tunc feb. sunt pu. propter effumationem ad cor. sed aliquando ueniunt apostemata in tibijs uel in aliquā parte corporis exteriori, ita quòd hu.de genere choleræ descendit aliquando in paruo temporis spatio & in tali descensu calefiunt & inflammantur spiritus & fit fortis feb. ephi.cū intolerantia & magna siti in comparatione ad alias eph. Et hoc frequenter uidi fieri precipue in domino Arnaldo cho mite suxi bonæ memoriæ. hoc etiam frequenter fit in quibusdam furunculis exterius eueni entibus & in panaricijs & aliquando in alijs apostematibus extrinsecis, & hoc uocant uulgares raicium febr. siue ista apostemata fiant à causis primitiuis uel antecedentibus, sicut sunt repletio præterita & oppilatio intrinseca uel extrinseca, uel ictus uel casus,& vt plurimū fiunt istę ephimeræ ex apostematibus sanguineis vel cholericis ut in herisipila. Et cognoscūtur per ardorem & rubricationem loci & per pulsum uelocem & plenum per sitim fortem.

Curatio si ista apostemata ueniunt frequenter consideretur a quo hu. fiunt: unde si fiant a sanguine fiat phlebotomia præueniendo illa apostemata ne fiant uel illa ulcera quæ aliquādo consueuerunt sequi talem descensum hu. et si est de genere choleræ præueniendo purgetur illa cholera & sic de aliis hu. simpliciter uel commixtim. Et si de facto habet illa apostemata curentur sicut in suis propriis dicetur ca. si deus permiserit tātum de uita,& non comedat nisi post declinationem perfectam & tunc utatur dięta frigida & humectatiua,& caueat à uino nisi post cibum sumat uinum subtile & bene lymphatum. Et circa illa apostemata ponantur emplastra sicut medico uidetur, et postea dicetur. Et ut plurimū debēt esse frigida & debent poni secundum Aui. in uia quæ est inter apostemata & cor, ne isti fumi quæ eleuantur ab eo ueniunt ad cor.

Ephimera ex calore interdum ex calore aeris uel ex calore solis uel balnei accidit febr. ephi. ueruntamen ut plurimū fit ex calore solis. Primum enim quod in hac feb. leditur, est caput.& ideo spiritus animalis prius inflammatur & post uitalis propter attractionem aeris calidi ad cor.& signa sunt: quia laborauit uel itinerauit ad solem & aerem calidum ibi stetit diu in aere balnei calidi & similia.

Curatio fit cū rebus infrigidantibus intus & extra inungendo caput & pectus cum oleo ros.& nenufarino & stet in loco ad frigiditatē decliui & potet aquam frigidam in siti sua, si medico uidetur expedire & in declinatione febalneetur in aqua dulci tepida & de aqua tepida super caput eius effundatur, quia aqua tepida humectat et resoluit fe.ut dicit Aui. Et aliæ sunt species feb.eph. parum magis aut parum minus ad istas possunt reduci, quia ephi. uix cognoscitur nisi postquam paroxismus totaliter recessit.

recessit: ideo dicitur ꝙ eph. est facilius curæ & difficilis cognitionis, quia vt plurimum natura eam curat sine adiutorio medicinarum.

Declaratio in febr. eph. Primo quæritur vtrum ex nauseatiua satietate possit feb.eph. generari: & probatur ꝙ non, quia talis nauseatiua repletio diminuit, & obtundit: immo etiam in parte extinguit naturalem calorem, igitur, &c. tenet consequentia, quia feb. non fiunt nisi ex inflammatione & ignitione naturalis caloris, vt dicit Gal.in apho.conclusio illius can. humidæ dietæ omnibus &c. probatur antecedens per Isaac in lib.de fe.vbi vult quòd multitudo cibi & potus calorem extinguat naturalem. Et Gal.super illo ampho.& qui crescunt: & exemplum extrinsecum ibidem positum, vt si multa ligna maxime viridia pauco igni apponantur necesse est quòd ignis extinguatur. Secundo arguitur sic, Talis repletio est causa frigidorum morborum, ergo non est causa feb.cū feb.& morbus frigidus sint contraria, & contrariorum effectuum contrariæ sunt causæ: antecedēs probatur per Gal.2.de morbo. cap.3. vbi dicit sic: idem contingit.i. generatio multorum morborum frigidorū ex nimia abundantia cibi. licet enim sit corporis nutritiuus, tamen conueniens causa est frigidorum morborum. Tertio ex tali repletione generantur hu.crudi & indigesti, igitur &c. tenet consequentia quia tales magis habent infrigidare q̄ calefacere.antecedens probatur per Aui. in procœmio can.in fen.2.supra prima c.15. de his quæ proueniunt ex eis quæ comeduntur &c. Oppositum dicit Gal.8.de inge. & Auic.in prima.dist.4. Et probatur ratione, quia talis repletio nauseatiua potest inflammare cor & spiritus inflammatione nocente operationibus nocumento sensibili & notabili, ergo potest nauseatiua satietas causare feb. consequentia est not. & antecedens est Gal. 6.de ingen. vbi vult quòd ex crapula fit inflammatio cordis, & spiritus, & quandoq; apostemata. Pro isto dubio est notandum, quòd talis repletio est duplex: quædam est ad quam sequitur eructuatio acetosa, & raro talis facit feb.quia significat dominium frigiditatis in stomacho. Alia est ad quam sequitur eructuatio fumosa, & talis bene causat ephi. Et modus est iste, quia ex tali crapula resoluuntur multi fumi calidi, qui inflammant spiritus ad feb. maxime si stomachus sit calidus, & cibi assumpti calidi, vel speciati, vt vinum purum non limphatum. Secundo nota secundum Gal.8.de ingenio, & Auic.in loco allegato, quòd eph.de qua est sermo vt plurimum accidit corporibus cholericis in quibus ratione caliditatis in eis dominantis ascendunt fumi resoluti à tali repletione calidi, qui inflāmant spiritus. De materia autem generationis istius dicunt aliqui ꝙ isti fumi resoluti à tali repletione sunt multi & grossi, & vadunt per totum corpus, & causant oppilationem, & claudunt poros cum sua grossitiæ qua oppilatione stante dictorum fumorum resolutio eorum fieri non potest ad extra, & sic reclusi fortificantur & reuerberantur & multiplicantur deinde inflammantur, & sic inflammant spiritus, sicut inflāmatur exhalatio calida & sicca in nube frigida & humida inclusa, vt patet in metheoris, & sic fit ephi. Et per hoc ad rationes, ad primam, quando dicitur ꝙ talis repletio diminuit & obtundit calorem naturalem &c. dico ꝙ verum est de illa ad quam sequitur eructuatio acetosa, vel dico ꝙ quāuis in principio obtundat, tamen postquā natura incipit ipsam digerere eleuantur in tali digestione & actione fumi calidi multi & grossi q̄ inflāmant spiritus, similiter dicitur ad secundā. Tertio nota quòd ex frigore exteriori per accidens. s.claudendo poros cutis non fit debita euētatio nec exhalatio fumorum & vaporum, nec superflua per eos expelluntur, & tunc tales fumi sic retenti per modum statim dictum calefaciunt spiritus, & sic fit feb.eph. Sed oportet quod sit frigus forte ad claudēdum poros. Quarto dubitatur si ex accidentibus animę potest feb.eph.generari. Et probatur quòd non. primo accidentia animæ nō sunt filia feb.eph. igitur ab eis non potest generari: antecedens est notum, & consequentia patet, quia omne quod generatur, à suo simili gñatur 7.metaph. Secundo accidentia animę nō possunt alterare cor nec spiritus, ergo &c. consequentia not.antecedens probatur, quia accidētia animæ sunt immaterialia: spiritus autem & cor sunt materialia, nunc autem immateriale nō potest agere in materiale per cōmen.7.metaph. Tertio accidentia animæ infrigidant corpus humanum: ergo non causabunt in eo feb.tenet consequentia, quia feb.eph. fit à rebus calefaciētibus, antecedens patet, quia timor, angustia, & tristitia, & similia infrigidant corpus, vt dicit Haly tertio tech. commē.11. Et ex accidentibus animæ, & commento istius. Abstinere vero, confirmatur, quia si ex accidentibus animę feb.eph.causaretur, sequeretur, quòd vt plurimum corpora humana haberent feb.eph.consequens est falsum ad experientiam, & consequentia nota est, quia vix possumus liberari ab illis accidentibus animæ. Oppositum dicit Aui.in prima 4.trac.primo vbi ponit feb.eph. ex accidentibus animæ, vt est etiam positum in c.4.istius septimi lib. & probatur ratione accidentia animæ possunt inflāmare cor & spiritus inflāmatione nocitiua operationibus naturalibus, igitur &c. consequentia nota.& antecedens probatur per Gal. & Haly 3.tech.cañ. &

conclu.16.ibi.Et ex accidentibus quæ accidēt &c.Et per Aui.in quarto, casi. fen prima vbi ponit fe.effi.ex accidentibus animę. Pro isto dubio est notandum secundum ꝙ dicit Haly in tertio tech. com.15. Et secundum ꝙ dicit Auic.in distinctione secūda primi libri.cañ.doc.2.summa prima capitulo.14.de his quæ proueniunt ex motu animali quod accidentia animæ nihil operantur in corpore nisi mediante motu spiritus & caloris naturalis & san.nam quædam accidentia mouent calorem naturalem & spiritum ab exterioribus ad interiora:sicut ira & gaudiū, Ira quidem mouet ipsum motu forti, & gaudium mouet ipsum paulatim. Aliqua sunt accidentia quæ mouent spiritum & calorem naturalem ab exterioribus ad interiora,sicut angustia & tristitia & timor tremor timores & tremores terror tamē maxime subito mouent.Angustia & tristitia paulatine mouent ab exterioribus ad interiora.In tali ergo motu subito maxime ab exterioribus ad interiora spiritus, quæ sunt subiectum fe.effi.circa cor super calefaciunt ratione multiplicationis & conculcationis & inflammantur.& fit fe.effi.vt dictum est supra. Et hoc maxime fit in ira & timore.patet igitur, ꝙ ex accidentibus animæ effi. potest generari. Ad rōnes qñ dr̄ ꝙ nō sunt similia fe. effi.& omne ꝙ generatur a suo simili gñatur 7.meta.Dico ꝙ autores habent verum in substantijs,non autē in accidentibus:vel dico quod haberent verum in generatione per se: scilicet accidentia animæ generant febrem per accidens, scilicet ad motum caloris & spiritus.

De fe.acuta. Cap. VI.

ACuta fe.continua est illa quæ cum velocitate sui finis dicitur esse magna. hæc est diffinitio quam ponit Gal.2. ampho. com. 16.ibi. Acutorum morborum &c. Alio modo dicitur fe. acuta & est quæ mouetur cum velocitate, & est in ea timor. Ista autem fe. acuta & continua non transit.14.diem. Nunquam enim acuitas ęgritudinis cū fortibus accidentibus continuis.14.potest pertransire.Ista autem fe. acuta & continua cito ad mortem vel ad salutem terminum suum,pręparabit.Et ista talis in sermone portugalensium quorundam simpliciter infirmitas nuncupatur.

Causę fe.acutæ est putredo humorum me ch.particula 11.in prin. istius autem putrefactionis causa est conculcatio & euentationis prohibitio quia hu.quando coartatur & non expirat, putrefit & inflammatur in eo caliditas extranea ex qua fe.generatur 3.tech.commento.91. ibi. Ferunt enim si ita contingat iam ergo apparet per illud ꝙ dicimus ꝙ putredo est causa retinens fe. Et si vis vt ipsa dicatur causa coniuncta, dic cum Haly ibidē ita,ꝙ putredo humorum cum effumatione ad cor est causa immediata fe.Et causa putredinis est prohibitio euentationis & conculcatio,Et causa istorum est oppillatio & causa oppillationis est multitudo vel grossities vel viscositas humorum, vel alia causa claudens vias & meatus.Istę autem causæ sunt adinuicem concathenatæ, quia vna sine alia vix poterit esse.Et istę sint pro causis coniunctis. Causæ antecedentes sunt nimia corporis repletio multorum humorum vel viscosorum vel nimia venarum desiccatio in æstate,quæ tunc humores calidos sibi attrahunt ex colerico genere vt scribitur.4.ampho. com.54. ibi,scilicet acutorum morborum &c. Causæ primitiuę,sunt aeris exterioris nimia caliditas acuitatem vel ebullitionem in humoribus inducēs vel mala qualitas alia vt eius corruptio vel putrefactio vt apparet in aere pestilentiali: similiter frigiditas aeris exterioris faciens clausionem pororum exteriorum & fortificationem humorū calidorum in corpore quasi per antiperistasim.similiter nimius motus & immoderata exercitia in feruore ęstatis. Similiter nimiæ vigiliæ & angustię & cogitationes & longe abstinentiæ. Omnia ista faciunt mediate vel immediate ad acuitatem humorum corporis & eorum furię augmentationem & exicationem.

Signa fe.acutæ continuę sunt communiter dolor capitis calor & fe.intensio.Et in tactu videtur ꝙ calor penetret ad interiora manus vigiliæ angustia corporalis intolerantia sitis & ardor pulsus velox & vrina rubea tincta aliquando ad citrinitatem intensam vel rufedinem decliuis omnia hæc significant morbum esse acutum & motus eius velocissimus.Et Galenus in primo de fe.ad Glauconem ponit signa, continuarum & non deficientium fe.quia non habent rigorem nec tipum sicut interpollatæ, nec fe. ista cessat in 24.horis sicut cessant interpolatæ.Et si ī pulsu fuerit inordinatio aut inequalitas in diuersis percussionibus & pluribus est signum magnitudinis & acuitatis fe. & ꝙ non est de deficientibus,idest interpolatis. Si humores fuerint cholerici eius fe. vtique acutiores erunt.4.de causis pulsuum commento.7.Et sequitur.si phlegmatiores mansuetior. quidem erit fe.proprium est enim fe.maxime acutis quòd habeant pulsum velocem. quarto de causis pulsuum.commento 15.& causa istius est, necessitas attractionis aeris ad

in-

infrigidandum cauma cordis & partium circunstantium. Aliud signum est quia cum somnietate & vigilijs propter vapores ascendentes ad caput loquuntur in somnijs & fit frequẽter in eis parafrenesis. & somnia eorũ sunt terribilia. Et cum istis supradictis signis alia particularia concurrunt, vt est ætas tempus regio aer & regimen preteritum &c.

Iudicia in fe. continuis. Primo dicit hyppocrat. Acutæ ægritudines in 14. diebus iudicantur. i. terminantur. 2. aph. aph. 23. in com. crisis in acutis ęgritudinibus non multum moratur tempus. Secundo iudicatur cris. in sexta die esse illaudabilis. 2. amph. commento. 23. ibi acutę ęgritudines. Tertio quando incipiũt signa digestionis apparere: tunc est finis principij ęgritudinis. in sententia 1. de crisi capitulo. 18. Quarto iudicatur crisim esse futuram per ista signa vel quando aliqua eorum antecedunt & ponuntur a Gale. 3. de crisi cap. 2. sic. Et antecedunt supple crisim venturam quæ fiet per euacuationem aliquando per apertionẽ exiturę diuersa commotio in corpore ęgri & vehemens, & id est quòd accidit ei inquietudo estuatio & permixtio in sensu profundus somnus alteratio in anhelitu vertigo grauitas sui corporis, & adueniunt dolores capitis & dolores in collo & in alijs locis plurimis corporis, & accidit eis quandoque tinnitus & somnus in vtrisque auribus & videt coram se similia radijs, & currunt lachrymę eius absque volũtate & retinetur vrina eius, & tremit labium eius interius. Et aduenit ei in vno membro tremor & accidit ei obliuio & negat cognitionem eius quæ est ei pręsens quàm videt, & aduenit ei rigor vehemens & antecedit paroxismus fe. eius secundum plurimum horam in qua consuetudo eius erat vt veniret. & aduenit ei inflammatio vehemens & sitis intolerabilis: & clamat & salit sicut dolorosus; deinde ꝓcedit ex eo sudor exuberãs aut vomitus plurimus aut soluitur venter eius subito aut procedit ex eo san. plurimus & accidunt ei species diuersæ ab istis aut omnes earum simul. 3. de crisi. cap. 2. Quinto. primo quòd consideratur in ea idest crisi maius signum est digestio vrinæ & egestionis & quòd expuitur ex pectore. Et ego præsens fui multitudini infirmorum quam comprehendi in hora cris. & nunque vidi aliquem eorum mori quibus aduenit cris. post digestionem materiæ. tertio de cri. c. 3. igitur primum signorum signantium bonitatem crisis præsentis & maius ipsorum est digestio. ibidem. & sequitur in sententia. Et secundum signum est quòd fe. in die crisis indicata per diem indicatiuam, & tertium signum, est quod fiat secundum naturam ęgritudinis vt si est fe. adurens, tunc necessarius est fluxus san. narium: aut rigor fortis & postea sequatur sudor, cal. & humidus comprehendens totum corpus aut euomat aut egerat choleram plurimam. tertio de cri. c. 3. Sexto in non deficiẽte febre si labium aut oculus aut supercilium aut nasus distorquetur, aut non videat aut non audiat iam debili existente corpore quodcunque horum fiat iam prope est mors. 4. amph. amph. 46. Septimo vbi in fe. non deficiente dispnœa superuenerit & desipientia mortale est vbi supra amph. 50. Octauo quibuscunque in febribus aut in alijs ægritudinibus voluntariè, oculi lachrymantur nihil inconueniens quibus vero nõ secundum voluntatem inconueniens est 4. ampho. amph. 52. Nono quibuscunque in dentibus febribus limositates fiunt fortiores & diuturniores fiunt fe. vbi supra ampho. 53 Decimo febricitanti sudor omnis superueniens non deficiente fe. suppositione post cõsummationem sudore malum, prolongatur enim morbus & humores plurimos sigñat. 4. amph. amph. 59. Vndecimo. quibuscunque in febribus aures surdescunt san. a naribus fluens aut venter turbatus soluit ægritudinem 4. ampho. amph. 60. Duodecimo quibuscunque in fe. ictericia superuenerit ante septimum diẽ malum est. 4. amph. amph. 63. Decimotertio quibus in fe. in 7. aut 9. aut 11. aut 14. die ictericia superuenerit bonum, si non dexterum hypocundrium durum fuerit idest si non habuerit durum apostema in hepate. si vero non: non bonum idest si non venerit in diebus supradictis non est bonum signum ibidem. amph. 65. Decimoquarto in fe. circa ventrem cauma forte, & cordis morsus vel tremor malum vbi supra amph. 99. Et sequitur in com. hæc accedentia sunt mala & vltimate pessima, quia vitę fundamẽtum igneo calore est calefactum. Iste ampho. intelligitur in fe. continuis in quibus infirmi aliquando dicunt: cor meum ardet. Istud cauma venit interdũ propter apostemata in stomacho vel in membris vicinis. Decimoquinto iudicat Hypo. in fe. ex somnijs timores aut spasmi malum. 4. amph. amph. 67. Decimosexto. in fe. spiritus offendẽs malum spasmum enim sigñat amph. 69. Decimoseptimo in fe. acutis spasmus & circa viscera dolor fortis, malum vbi supra. apho. 60. Decimooctauo quibuscunque in fe. vrinæ cõturbatæ velut subiugalium his capitis dolores aut adsunt, aut aderunt. vbi supra amp. 72 Quædam autem homini vrinarum turbatæ existunt quæ scilicet hypostasim grossam velociter faciunt quæ cum sit velocitatẽ mor-

bi

bi cessantis sign̄at. 4. ampho. com. 72. Et sequitur ibidem. quæ vero hypostasim non faciunt & turbatę existunt si virtus sit fortis, longum morbum protendunt, si debilis, mortem ibidem. Decimononò quibus in septima. terminatur ægritudo his nubem claram rubeam. 4. die habet vrinam & alia signa secundum rationem. 4. amph. amph. 73. & sequitur in com. Vnde non solum nebula rubea in quarta die & 7. crisim significat sed & alba ad hoc certior & dignior est, & hoc magis si nebula in medio sit etiam suspensam continua quolibet & æqualis & ibidem.

Vigesimo iudicium per vrinam, sic vrina quæ vna die, habet hypostasim laudabilem & alia die, non significat quod quidam humorum recipiunt digestionem. alij vero non. & ideo longā ægritudinem significat. 2. prognosticorum commento 26. & in cañ. Hipp. idem dicit. Et tu considera si virtus sit fortis potens expectare finem longi morbi, vel non, & secūdum hoc iudica & dięta ægrum.

Vigesimoprimo vrina al. cum fe. acuta significat frenesim vel mortem.

Vigesimosecundo vrina nigra intendens ad croceum in circulo cum feb. acuta sine alleuiatione patientis mortale est.

Vigesimotertio vrina siue aliqua hypostasi in fe. acuta talis permanens nihil boni significat & quia communiter medico præsentantur vrinę continue & amici cupiunt scire de ægro & petunt à medico quid videtur vobis. Ideo continuemus hic inspiciendo dicta Hippocratis in prognosti. & bene seruiunt nobis in istis fe. acutis continuis & in acutis conuersiuis & in peracutis & in alijs feb. interpolatis compositis. Dicamus lego si secundum Hippo. Vigesimoquarto iudicium p vrinam sit tale. Vrina est laudabilis quę hypostasim albam & subsidentem æqualem & cōtinuam atque leuem habebit & sic permanens vsque ad crisim erit. Est enim fidelis & nuncia salutis, & significat breuitatem ægritudinis, quæ vero cum hypostasi prædicta modo vero sine ea est diuturnitatem ęgritunis significat nec est omnino fidelis. secundo prognosticorum cañ. 26. Et sequitur in com. circa medium quòd si fuerit in ea sedimen. i. in vrina laudabili tūc oportet proculdubio vt sit in ea nebula alba. Et oportet necessario vt sit color vrinę ęqualis in citrinitate & substantia eius media inter subtilitatem & aquosam grossitiem sicut vrina asini. Vigesimoquinto vrina rubea nimis cum sua sibi simili hypostasi lōgā ęgritudinē sign̄at. est tñ nūcia fidelis, & certa sperādę salutis. 2. prognostico rū cañ. 27. Et sequit̃ in com. Ista vrina sign̄at dñium san. cum aquositate, & dicit ibi Ga. ꝙ in ægritudinibus quæ fiūt a sanitate q̄ est magis iuuatiuus in humoribus nō est timor. Et illa aquositas q̄ est cū sanguine īdiget digōne. Vigesimosexto nebula pēdēs in vrina si al. bona, si nigra mala. vbi supra cañ. 29. & Gal. in cō. dicit ꝙ nigredo denūciat mortificationē, vel calorē excessiuū. Vigesimoseptimo cum vrina clara & citrina fuerit: indigestā sign̄at ęgritudinē 2. prognost. cañ. 30. Et sequitur in com. Color vrinæ naturalis est ęqualis citrinitatis. Et sequit̃. Cūq; huius substātia fuerit tenuis sign̄at ꝙ ęgritudo nō digeritur. Et sequitur vrina naturalis ī colore suo tēperato in citrinitate & in substātia sua ęqualis ita vt nō sit subtilis sicut aqua nec grossa sicut vrina asini & bestiæ &c. Ibidē. timēdus est igitur infirmi defectus. Et sequit̃ in com. Et si cū tali vrina clara & citrina virtus ęgri fuerit fortis potēs spectare digōnē iuuetur infirmus alias moriet̃. Vigesimooctauo vrina mortis significatiua & fidelis & certa est aquosa aut fetēs aut nigra siue lutosa. i. grossa vel turbida vbi supra cañ. 32. Et rō dictorū est, quia vrina aquosa arguit inobediētiā materię vltimatā & impotētiā virtutis digestiuę vltimata sign̄at. Cā secūdi, quia fętor sign̄at mortificationem vel adustionē. Cā tertij est, quia nigredo sign̄at mortificationē vel adustionē. Cā quarti q̄a si sit in principio vel augmēto sign̄at cōturbationē in humorib. vltimatā & tūc est mortalis. Si aūt talis vrina venerit in statu aut declinatione nō: quia venit p viā mundificationis q̄a hu. & superfluitates ei cōmiscētur, & Ga. in cō. vrina aquosa est cuius substātia est tenuis & color eius albus sign̄at indigōnē humorū in fine vltimo & debilitatē virtutis facientis digōnē. Vigesimonono prognosticat; Hip. sic in principio prognostico ī principio. Primo in oī ęgritudine ęgri faciē ꝑnotabis. vtrū similis sit sano & ēt si sibi sano similis sit ꝙ si sit, optimū, si verò cōtrariū, pessimū est & magis malū si infirmi facies sit similis faciebus mortuorū vt si nares acutę oculi concaui tpa plana color viridis niger pallidus aut plūbe⁹ quibus apparētibus infra triduū ęgritudinis nō ꝓcedēte fluxu vētris vel superfluo vomitu aut supfluis vigilijs vel abstinētia immoderata, oīa ista signa sunt mortalia q̄a substātialis & radicalis humiditatis sign̄at cōsumptionē & virtutis d̄bilitatē & caloris naturalis exhalationē facta à calore febrili & molestia eius.

Trigesimo si in somnijs palpebris subclusis sola alba videantur sine fluxu ventris præterito naturali vel artificiali nec hoc habet, in consuetudine, timēdum est de morte vbi supra. Trigesimoprimo, si labia torqueantur aut nares aut palpebrę aut supercilia mortale est maxime cum debili virtute & si sequa-

tur amisśio sensus per se vel cum istis prædictis mortale est. Trigesimosecundo in non deficientibus fe. si quæ quidem extra frigida fuerint quæ uero intus ardeant, & sitim habeant, mortale est. quarto ampho. ampho. 48. Et dicit Galenus in commēto quòd non intelligitur nisi in fe. peracutis & continuis & in fe. furiosis & non in alijs, nec in feb. tertianis quæ calidiores sunt alijs. Et sequitur in commento causa horum accidentium apostema est calidum de phlegmonū genere vel herisipilarum quæ sunt causa sanguinis attrahendi ad membra vbi supra. vnde & incenduntur interiora & cutis & exteriora & frigescunt. hæc ille, & pro concordantia. Trigesimotertio in acutis morbis frigiditas extremitatum malum 7. amph. amph. 1. & vide causam in commento, quæ immediate dicta est. Et pro concordantia in dolore forti circa ventrem extremitatum frigiditas malum est. 7. amph. amp. 26. & vide commentū & causam. Trigesimoquarto si testes aut virga contrahantur aut minuantur non tamen occasione dol. mortale est. Et secundo prognosticorum manuum mobilitatis signa sic pernotabis. In feb. acuta & in peripleumonia & in frenesi & in dolore capitis si manus tulerit ad caput aliquid positurus vel aliquid collecturus huc illuc quæsierit, vel de vestibus quasi pillos euulserit vel festucas de pariete decerpserit, malum signum & mortale est. Nimis longum esset si totum librum prognosticorum hic vellemus affigere. Sed secundum Gal. in secundo prognosticorum commento 6. vocetur hic pronosticum hoc & est pro. Trigesimoquinto summa in omni prognosticatione, quæ est super illum qui moritur & quæ viuit est comparatio inter fortitudinem ægritudinis & inter fortitudinem infirmi quando est. ergo ægritudo fortior, moritur infirmus proculdubio. Et quando debilior est virtute infirmi non moritur secundo prognosti. comment. 7. ibi. Bonum est modeste fe. &c. Et no. ibidem quomodo oportet cōsiderare tres principales virtutes, quæ quidem cognoscuntur debiles esse aut fortes ex debilitate vel fortitudine suarum operationum. Trigesimosexto si liuor mixtus viridi in vnguibus & digitis affuerit mortem aduenire non dubitatur. Secundo pronosticorum. cañ. 8. Si autem vis scire signa sumpta ab alijs exeuntibus vide in pronosti. Hippo. & in alijs libris: sed considera bene in supradictis: quia res quæ in vltimo sunt contrarietatis rebus naturalibus sunt in vltimo significantes perditionem 2. prognosti. com. 32.

Trigesimoseptimo iudicium febricitantibus non fortiter nec omnino in superficiem permanere vel minuere corpus aut contabescere malum est magis eo quòd secundum rationem. fit hoc enim idest non minuere longitudinem ægritudinis. hoc enim. i. contabescere imbecillitatem virtutis sigñat. 2. amph. amph. 28. sequitur in commento. Si enim fe. maior sit & velocior macies fiet velocior.

Trigesimooctauo temporibus siccis febr. nascūtur acutæ & breuissimæ ex humoribus cholericis 3. amph. comment. 7. ibi. Ægritudines vero siccæ &c. intellige de regionibus & complexionibus & ętatibus calidis & siccis. vnde in hispanorum regnis & in orientalibus regionibus fe. acutæ & cholericæ frequenter fiunt, in alijs vero frigidis raro.

Trigesimonono in non deficientibus feb. si quæ quidem extra sunt frigida fuerint quę vero intus ardeant & sitim habent mortale est. 4. ampho. ampho. 48. Significat enim apostema in visceribus esse. hæc ille.

Curatio febrium acutarum continuarum

Nunc autem volo pro amore dei & vtilitate communi aggregare aliquas generales cañ. per quos quis possit regulariter in febr. put. operari.

Primus est in feb. acutis putridis. scimus sanitatem non posse fieri nisi putredo primitus terminetur, ideo oportet illam prius auferri de intentione domini Galeni. 10. de inge. c. 2. in principio.

Secūdus si aliquis fe. pu. vult curare prius mitigabit putrefactionem, & intentio sua erit in feb. & in putredine. In feb. autem duobus modis intendat. vno modo vt curet illud quod adest & venturum prohibeat. In putredine quoque intendens curet eam. i. putredinem quā dixi. verba sunt Gal. 10. de inge. c. 5.

Tertius, quicunq; putrefactionem auferre voluerit ad remouendam oppillationē quæ est causa eius intendere debet, quia remanente causa effectus vtique semper remanebit.

Quartus cañ. est Auic. in prima quarti tract. 2. cap. intentio ad curationes febr. putridarum quando feb. est multę vehementię & acuitatis & non iuuenis virtutem fortem resistentem & tolerantem, tunc magis vtendum est infrigidatione non vltima, quàm euacuatione nec digestione. Dico nō vltima quia quæ excellenter infrigidant, extinguunt innatum calorem, primo de febr. ad Glauconem cap. 10. Si autem virtus est fortis, & resistens abscinde causam & expelle humor. & abscinde cibum & non infrigides infrigidatione, quæ prohibeat resolutionem.

Quintus, quotiescunque virtus est deficiens

ficiens medicus sit occupatus inæquando cõplexionem contrariam ei, quare debes illam calidam complexionem infrigidare,& virtutem cum cibo viuificare, vbi supra virtus enim viuificata redit ad causam digerendam & expellendam. Sextus infrigidatio in fe. non est facienda cum rebus stipticis & desiccatiuis vt sunt aliqui trocisci istius virtutis, nisi hoc fieret post digestionem & euacuationem materiæ. Septimus vbi dubitatur de specie & natura fe.subtilia regimen, & caue vt paroxismo ventrem inuenias euacuatum virtute hoc tolerante. Octauus omnes fructus recentes nocent febricitãtibus cum sua ebullitione & corruptione in stomacho.ideo febricitantes ab eis sunt prohibendi. Auice. in prima 4.in capitulo.Intentio generalis ad curationes fe.pu. Nonus est Auic. ibidem virtute forti existente & sanguine superabũdante, vel si cum hu. vincente san. cognoscitur abundare, tunc flebotomia cunctis medicinis conuenientior existit, maximè quando vrina est ru.grossa & non citrina, ignea ex qua timetur victoria cholerę & acuitas eius post flebotomiam. Decimus præsupposita virtutis constantia solutio ventris minoratiua subtilibus lenitiuis flebotomiam sequatur & hu. superabundantis residui sequatur euacuatio Auic.vbi supra scilicet in prima fen.quarti tra. 2.c. Intentio ad curationes vtiles fe.pu. Vndecimus in continuis fe.acutis ventris lenificatio cum solutiuis lenibus non laboriosa est plurimum commendanda. sententia Auic.ibidem. Duodecimus si per singultũ, vel nauseam, vel per dolorem stomachi, vel aliter cognoscitur ꝙ hu. ad stomachum, declinat illico vomitus est prouocandus.Si per rugitum & gurgulationem in intestinis præsumitur materiam inferius deriuari, per solutionem ventris est euacuanda, quia vndecunque reperit natura inde ducere oportet per conuenientes regiones. Decimustertius euacuatio eradicatiua ante materię digestionem exercenda nõ est. nec in calida, nec in frigida, nisi materia fuerit furiosa,& non quiescens & terribilia inducens accidentia.Iste canon est Hyppoc. primo amph.ibi digesta medicari & non cruda moueri.Et similiter est Auic.in prima fen 4.loco superius allegato. Et causa istius est quia per istam euacuationem ante digestionem materię impeditur digestio nocitiui, & iuuatiuum cum nocitiuo permiscetur propter motum quem dicta euacuatio in humoribus inducit, ad quem etiam motum mouetur malignum absque digestione sui.

Decimusquartus ĩ dominio sanguinis, vbi de flebotomia sumus solliciti non oportet digestioné expectare.Solis alijs hu.& nõ sanguini debetur expectatio digestionis. Decimusquintus cum natura ad crisim mouetur perfectę non indiget medicaminibus, si autẽ imperfectę oportet nos iuuare eam & minoritatem sui roboris adimplere, vt crisim perfectę operetur cum vtroque, scilicet virtute & medicaminibus.1.ampho. comm. 22. ibi scilicet.Digesta medicari. Decimussextus si in aliqua feb.continua competit flebotomia illa in principio est exercenda. Cum enim postponitur flebotomia apud principium ęgritudinis amplius ad eam non est intentio & fortasse interficit per aduentum debilitatis.Iste est Aui.in prima quarti tra. 2.c. Intentio ad curationes vniuersales &c.

Decimusseptimus euacuatio cũ medicina in die interpolationis vel minoris afflictionis & in hora diei frigidiori est facienda, & nõ in die paroxismi vel maioris afflictionis. Aui.ibidem. Decimusoctauus. si fe.acutissima fuerit vinum balneum & epithyma relinquantur & ad aquam frigidam conuertãtur, quia magnum iuuamen ad fe. extinguendam præstat & eius acumen, sed tamen non valet ad purgandum putredinem cum vrina vel sudore vel egestione. mech. particula.11.quasi in col.3. Decimusnonus quo circa si omnia fortiora sunt. scilicet cor, hepar, & cerebrum, & fe.sit acutissima, da aquã frigidam sine dubio.si senior vel decrepitus non fuerit.impossibile est enim decrepitum fortem inuenire.Galenus ibidem. Vigesimus si multitudo sang. & viscositas humorũ & angustia & oppilatio corporis primo flebotomo succurrimus deinde humores attenuamus & post poros aperimus & dilatamus secundum ordinem naturæ.mech.particula. 11.colum.2. Vigesimusprimus ante omnia virtus requirenda est, quæ si sit fortis & expedit purgari, intrepidus purgabis. Si autem fuerit defecta nequaquam purges aut modicum quòd virtus ferre valeat.aut prius virtus cum aliquibus confortetur, deindè purganda purgentur.ibidem. Vigesimussecundus si in febr. pu. putredo est propter oppilationem, aperiatur illa. Et si propter humorum multitudinem minue eos si propter grossitiem & viscositatem attenuentur & subtilientur. Et si causa est composita medicinam secundum compositionem causæ compositione. ibidem. Vigesimustertius si frigidus aer attractus ad cordialia ante omnem medicinam attingit. ideo vt ipse refrigeret & in feb.acutis naturaliter, vel artificialiter est procurandus.

Vigesimusquartus aliquando propter magnam molestiam morbi nociua ægritudinis ministramus verbi gratia si sincopis fuerit cum feb.necesse est infirmo vinum dare & ius carnium, & propter hoc oportet vt ad illud quòd magis necessarium est festinemus.mech.particula.7.colum. 9. Vigesimusquintus, si est necesse vt multum extrahatur san.aut hu.& virtus sit debilis non semel, sed paulatim & multis detractionibus minuatur, si autem fortis, semel & multus extrahendus est.mech.particula.9.colum. 9. Vigesimussextus.in fe.acutis in laxando medicus sit auarus, quia melius est partem materiæ relinquere quàm totum exquisitæ euacuare vt dicit Auicen.in 4.primi. Vigesimusseptimus medicus in reficiendo debet esse audax & largus, quia omne peccatum quodcunque sit magis fit in tenuibus dietis, quàm in grossioribus, vt dict Hipp. 1.apho. Vigesimusoctauus assiduare gutturi patientis ægritudinem calidum aliquid vt remaneat humidum & non exiccetur in curis earum est iuuatiuum valde, Auicen. in prima. 4. c. de cura. febr. acutarum per ipsum. illa autem cum quibus hoc fit secundum Auice. ibidē sunt mucillago psilij & mucillago granorum citoniorum, & succus portulacę, & succus liquiritię vt sedetur sitis. Curatio particularis febr.acutę continuę. in primis ergo iuxta doctrinam. 23.cañ. constituatur acute febricitans in aere frigido, ita quòd camera sit munda a superfluis & roretur cum aceto & aqua rosata vel saltem cum aqua frigida & sternatur cum folijs salicis & vitis & cannę.Et circa lectum & parietes camerę ponanť cannę & rami & folia supradicta& folia & flores nenufari & lentiginis aquę. Et isti rami debent colligi ante ortum solis & odorent violas rosas sanda. vel fiat sacculus cum istis cum modico camphoræ, qui quidem sacculus aliquando aqua rosa & aceto roretur & continuo odoretur.Et si in dicto saccu lo addas de se.papaueris & floribus nenufaris. melius valebit. Secundo iuxta tenorem noui canon. virtute forti existente si videtur quòd san. superabundet solus, vel cum alijs humoribus in magna quantitate fiat flebotomia de basilica in magna quantitate secundum quantitatem plenitudinis.tamen prius consideretur si adest constipatio,& illa cum clisteri mollitiuo vel suppositorio remoueatur, vel cū clisteri inijciatur succi siclę.li.j.olei viol.quar.j.sal. dra.j.Si autem fe.est ardentissima & videtur quasi estuare, extrahatur succus melonis cucur. & cucu.& lactis & addito zuccaro & oleo viola. fiat clistere & ad j. li. istius addatur salis communis camphorę ana.dram.j. fiat clistere & tepidum inijciatur.laxat enim & infrigidat, cauma quod in intestinis est & caliditatem annullat & extirpat.

Istam autem flebotomiam in secunda vel in tertia die sequatur vna medicina minoratiua virtute hoc tolerante iuxta tenorem decimi canon.Recip. florum viola. unc. j.florum borag.& buglossę ana. unc. vi.vnico feruore bulliant in j. li.aquæ & colentur in colatura dissoluatur oxifenicie. unc. j. Post fortem fricationem coletur & exhibeatur, vel in dicta colatura dissoluatur cassiasi. vel manna granata vel reubarbarum dissolutum in aqua endiuiæ. Ista enim commixta vel simpliciter exhibeantur iuxta indigentiam infirmi & industriam medici. His sic expletis & dum ista exequuntur debemus intendere ad digestionem materię. digeratur ergo materia cum sirupo acetoso facto cum zuccaro & aceto & aqua: quia dicit Auicen. multotiens inueni rem, quæ digerit & subtiliat & euacuat & infrigidat sicut est sirupus acetosus vel ozizaccara, quę fiunt de succo malorum granatorum acetosorum aceto & zuccaro ad easdem intentiones.in causis etiam calidissimis, vbi est sitis & ardor & febr.intensa valet sirupus de papa.& sirupus nenufarinus, sirupus rosa. & viola.& sirupus endi. sirupus de se. portulacæ quem ponit hebdomadæ, & sirupus limonum & de ribes & succus granatorum aqua extracta a cucurbita in furno cocta. Si materia est commixta aliqualiter & quòd esset ibi phlegma vt interdū accidit de phlegmate salso vel alia specie humoris grossi: tunc addenda sunt cum supradictis aliqua incisiua, quę non excedant multum in aliqua qualitate, vt est endiuia cicorea cum radice adiantos radix apij & cicera, betuca, vel digeratur cum acqua cicerum in qua prius graminis virgula & radix feniculi prębulientur cum modico aceto.

Cognita autem digestione materiæ, si est acuta calida purgetur cum hac decoctione. Recip. florum viola. boragin. & buglossę ana unc. j. bulliant vnico feruore & in colatura dissoluatur cassiesi. munda. unc. j. reubar. temperati in aqua endiuiæ. dram. j. vel sic in dicta decoctione temperentur tamarindi. unc. j. & vj. bulliant iterum vel bene confricentur & colentur & ministrentur addendo de electuario de succo rosato. dram. iij. vel magis vel minus secundum virtutem ęgri. vel detur manna granata cum reu.

In

In materia autem phlegmatica si est grossa & viscosa fiat ei talis medicina. Recip. polipodij querci. recentis & mundi florum violę & boraginis & buglossis passu.munda. ab arill. ana unc. 1. fiat decoctio in qua dissoluatur cassiæ fi. mundæ. unc. j. scamoneæ decoctæ in coctano grana. v. vel loco eius ponatur reub. unc. vj. purgat phlegma cum portione choleræ. aliqui in dicta decoctione addunt collata pul. diaturbith cum modico spicę nardi. Aliqui etiam ponunt in dicta decoctione radicem ebulli & anisum, & sic euacuant phlegma. Ista enim facienda sunt cañ. vniuersalibus bene obseruatis. In materia supradicta grossa & viscosa phlegmatica, quòd scitur: ex præterito desiderio & copioso regimine, vel piscium vel fructuum ingenti cibatione, & ex habitudine plana cum sputamine aquoso crudo & aliquando spisso & similibus. In tali inquam casu pro digestiuo sirupus acetosus commode tribuitur cum aqua cicerum & virgularum graminis. Et si addatur aliquid de sirupo de absinthio bonum erit. Sirupus enim acetosus non solum subtilem materiam digerendo ingrossat: immo & tenacem phlegmaticam incidit & dissoluit vt dicit Hebe. & Auicen.

Pro solutiuis autem quidam ministrauerunt mirabolanos, sed non inuenerunt in eis intentionem secundum quam operentur. strin gunt enim poros post solutionem vt dicit Auicen. & exasperant viscera vt ipse asserit in intentione generali ad curationes generales feb. putridarum & dicit ibi quod si fuerint necessarij quod dentur post digestionem integram materiæ. Dicit tunc Stephanus Arnaldi in defensorio vitę, quòd mirabolani mira in feb. faciunt, quia frigidi sunt & a remotis hu. attrahunt. sed bene intelligit quod dentur post perfectam digestionem materiæ. fiat ergo sic. Reci. corticis mirabolani citrini. unc. j. chebul. ido. si esset materia composita ana unc. vj. conterantur grosso modo & temperentur per totam noctem in viij. unc. lactis amigda. dulcium. Deinde Recip. tamarindi. unc. iij. viole iuiubarum. unc. j. zuccari. unc. j. fiat leuis decoctio cum qua limphetur potio mirabo. post perfectam fricationem & colaturam eorum & offeratur vna quantitas secundum vires ægri ad leniendum materiam & ad reprimendum calorem. Alius potus secundum ipsum. Recip. reubar. unc. j. & vj. succi rosat. unc. iiij. aquæ calidæ. unc. ij. zuccari unc. j. Dicit etiam ipse, quòd scamonea cum pauco menthæ & violæ in ptisana vel cum zuccaro in lacte amigda. est conueniens. Ponit etiam ipse quòd si. ij. dram. scamoneæ puluerizatæ ponantur in coctano inuoluto in pasta & coquatur donec pasta sit perfecte cocta sub cineribus vel in furno & abijciatur scamonea & illud coctanum vel pomum offeratur erit delicatum laxatiuum, & purgat choleram in delicatis sine calefactione epatis cum zuccaro vel penidijs & pul. sanda. & sirupus viola. & fiat ad modũ electuarij, vel conseruę & patet vt supra. Si igitur, materia feb. magis fuerit phlegmatica quàm cholerica fiat sic. Recip. corticum mirabola. chebu. unc. j. bellericorum turbith ana. dra. ij. remolliantur per sex horas. in j. lb. aquæ tepidæ cum duabus unc. carnium passularum ad calorem feruentis aquæ in duplici vase feruere permittatur, deinde coletur & colatura offeratur secundum vires ęgri.

Si autem in ista fe. continua fuerit phlegma salsum cum cholera mixtum quod scitur ex salsedine oris & in ieiunio in salsedine sputi, exeuntis cum rascatione, screatione & ex siti continua & pruritu & scabie præterita vel præsente. Tunc post digestiuum in quo virtus epithimi & passulę inueniatur purgetur talis hu. sic vt curet fe. & scabies euanescat. Rec. seri caprini. lb. j. ponant in eo violę, unc. j. absinthij. unc. vj. bulliant vnico feruore & in colatura dissoluatur tamarindorum. unc. j. Et post perfectam fricationem & colaturam dantur sero vel in medio noctis cognita digestione materiæ. Et valet in fe. & in scabie si continuentur. Si autem materia feb. tendit ad melancholiam fiat sic. Recip. foliorum senę. dram. iij. passula. munda. ab arill. onc. j. epithi. dram. j. agarici. dram. vj. omnia temperentur per sex ho. in duabus. li. aquæ deinde bulliant vnico feruore & colaturæ addatur mannę granatę. dram. 10. vel magis vel minus. veruntamen sena decoctionem nigram reddit & obest quamplurimum hominibus cholericis & siccis in habitudine ideo &c. Ergo loco illius fiat sic. Recip. polipodij querci. passu. munda. anisi epithimi ana. unc. vj. fiat leuis decoctio in sero caprino in cuius colatura dissoluatur tamarindorum. dram. vj. offeratur colatura, vel purgetur cum reliquis appropriatis. Tamarindi enim cum sua acredine & frigiditate, & euacuatione alterant malam complexionem calidam febrilem, & euacuant choleram & humorem adustum. & ideo habent duplex iuuamentum.

Hoc autem non est ignorandum, quòd hectica febr. continue veniunt interdum cum cacochimia propter conculcationem humorum; & tunc sunt multi mali humores, & paucus bonus san.

& tunc flebotomia nō est exercēda. Dicit.n. Aui.in quarta distinctione primi. c.2. Cum ergo alicuius fuerit sanguis paucus bonus, & fuerint in ipsius corpore multi mali humores flebotomia bonum rapit & malum relinquit. Istam autem cacochimiam indagabis per faciei plenitudinem inconsuetam, & per calorem vergētem ad plumbeum vel cinericium vel rubeum mortificatum per dimissionem purgationis consuetę per vomitū vel per secessum factum per artem vel per naturam cognoscitur & per crapulam & regimen crapulosum & per quietis & otij amorē & p cessationem passionū consuetarum, & sunt species guttę in quibus propter longā durationem & abstinentiam non solum boni, immo & mali humores consumuntur. Similiter accidit quando multi humores crudi in corpore reperiuntur: tunc enim flebothomia est, multum impediens, vt dicit Aui. in loco allegato.

Dięta febricitantium acute, circa quam aliqui cano. vniuersales sunt præmittendi. Primus est Hyppo. primo ampho. amph. 16. & transumptiue. Aui. in capitulo de cibatione febricitantium scilicet humidæ dietæ omnibus febricitantibus conferunt & maxime pueris & alijs sic assuetis refici. Secundus in morbis acutissimis totalis simpliciter cibi competit prohibitio præsupposita virtutis constantia de intentione Hypp. primo ampho. amph. ibi. Ad vltimas ægritudines &c. Tertius in morbis acutis in quibus virtus est debilis non competit totalis cibi prohibitio. primo amph. ibi. Contemplari autem oportet. Quartus, in morbis autem acutis in quibus competit cibus ille debet dari subtilis & non grossus. Causa istorum trium canonum est vt natura magis occupetur in digestione materiæ morbi & non diuertatur ab ea ad digestionem cibi. Quintus cuicūq; accidit fe. & natura est sicca non cibes penitus ante, si non egreditur fex perfecte. Iste est Auic. in prima quarti. cap. 2. capitulo de cibatione febricitantium. Sextus, necessarium est paroxismos & exacerbationes stomachos febricitantium vacuos inuenire ne natura ad cibum conuersa a digestione & expulsione materię morbi desistat. Septimus est Auic. intentio curatiua, in omnibus feb. putridis omnes fructus nocent febricitantibus cum ebullitione sua & corruptione in stomacho, ideo febricitantes vniuersaliter quasi execratos debent eos euitare. Octauus est. Stephani Arnaldi in defensorio vitæ. Non est vtile nec licitum febricitantes febre putredinali nimis herbis crudis enutriri nisi sint multæ necessitatis: quia naturam fatigant in digerendo, sicut nec fructibus est bonum vti. Nonus, cibaria grossa, & impura & ad putrefactionem conuertibilia sunt apud febricitantes dimittenda. Decimus cibaria stiptica nequaquam febricitantibus conferunt nisi excedens sit laxatio ventris. Vndecimus dulcia cibaria in acutis feb. non sunt vtilia nisi pectus aliqualiter patiatur. Inter cætera cibaria acute febricitantibus vtilia & amica ptisana colata, & non colata obtinēt principatum postquā hordeatum apud me sit collocatum. Duodecimus, potus aquę hordei prius alijs potibus strenuus & melior inuenitur & competens. Decimustertius, communis dięta omnium febricitantium sit facilis digestionis & nusquam secundum poros detenta. Decimusquartus, vbi virtus est debilis & status remotus plus de cibo & grossiori est ministrandum, vbi autem virtus est fortis & status propinquus nihil de cibo aut parum de subtilio ri est concedendum. Inter vtranque dispositionem istorum oportet medicum concedere secundum æstimationem, veritatis propinquam, quia quantitas offerendorum certis literis denotari non potest vt dicit Galenus in tech. Decimusquintus, corporibus calidis & siccis cito resolubilibus nō solum semel sed bis in die cibus est exhibendus & talibus multum valent frigida & humida. Si tamen viscosa non sunt nec multum nutritiua mech. particula. 8. col. 3: & hoc fit quia in istis multum timemus de hectica. Dięta particularis febricitantium acutę. Cum ergo videris fe. peracutam quam poteris indagare per calorem & fe. multum intensam, & aliquando cum magno dolore capitis & per inquietudinem & angustiam magnam, & p alia symptomata terrorem facientia, ista inquam ostendunt morbum esse peracutum, & materiam peracutissimam & velocissimā modum habentem fortem & venit crisis in quarta die quibus sic apparentibus nihil penitus pro cibo ministrabis, solam autem aquam hordei propinabis vel aliquos sirupos vel potus alteratiuos vt est sirupus acetosus oxizaccara iulep Alexandrinum, Rob de succis frigidis vt rob de agresta & rob de succo acetosę & rob de fructibus acedulę, & similia. Si tamen esset infirmus in ætate puerili vel iuuenili vel esset complexionis calidę & siccę vel esset multum rarę habitudinis cum apertione & raritate, pororum quod apparet quia frequenter in sanitate ex modica causa sudabat vel si habet in consuetudine comedendi plurimum & frequenter, vel si aliter est debilis multum. Si enim aliquid de istis vel maior pars inuenitur cōcedimus

ei

ei auenatum, vel hordeatum clarum in primis tribus diebus & si crisis sit in quarta die illa die nihil damus de cibo. Si crisis vsque ad septimũ diẽ differat dictos cibos cõcedimus vsq; ad sextũ diẽ inclusiue & succos malorũ granatorum & sirupos alterantes ardorem febris acutæ. In septima autem nihil cibale nec medicinale penitus est offerendum: sola enim aqua hordei in magnitudine sitis in parua quantitate est tribuenda. Vbi autem ægritudo procedit vsque ad 11. vel 4. concedimus hordeatum factum cum lacte amigd. & cum lacte. 4. se. frigidorum maiorum, & auenatum similiter conditum & ius paruæ pullæ coctæ cum lactucis vel frusto cucurbitæ viridi vel pisciculos squamosos boni saporis de aquis currentibus maxime impetuose super lapides & aliquando pro appetitu cõcedimus de pomis, vel piris obseruatis ad hyemem coctis in cineribus cum aliquantulo de zuccaro. Aliqui dant auenam fractam vel candarusam cum lacte amigde. & ponũt in eo acetum. Nos vero in eo ponimus granagranatorum propter sapiditatem & infrigidationem vel parum de succo vel acetositate limonum vel pomi citrini vel arangæ, per hoc enim appetitus roboratur, & cibus sapidior & frigidior inuenitur aliquando datur colatura furfuris frumenti cocti cocta ad mediocrẽ spissitudinem cum pauco zuccaro. Comeditur etiam mica panis frumenti ter vel quater lota in aqua frigida & vltimo cum aqua rof. non fricatis manibus, refrigerãdo enim nutrit si superspargatur zuccari panis, sed non tantum refrigerat. In regnis hispaniæ medici & medicæ multum vtuntur iure cicerum betucorum. Aliqui concedunt spinargia & lactucas per æquales partes coctas cum lacte amigda. & se. frigidorũ maiorum. cõceditur & dictum lac bullitum & superspar sum super panem ter lotum superspar so zuccaro. Dant etiam pruna dama scena in aqua frigida lota & temperata seu remollita. Aliquo etiam concedunt racemos hyemales in tempore vindemiarum suspensos, vel lactucas & portulacas & parum end. bullitas in aqua qua abiecta, addatur acetum & comedantur. Ista enim sustinent naturam & non augent, immo minuunt & non sunt grossa; immo ad latus subtilitatis magis trahunt. Similiter panis similę solutus in aqua frigida, & est secundus panis frumenti succus granatorũ mellicratum paruæ commixtionis, ita quòd ibi sit multum de aqua & parum de melle vel zuccaro. Illa autem quę trahunt ad latus grossitię sunt perdices pulli gallinarum capretus & extremitatum eius oua sorbilia & auiculæ campestres pedes & auriculæ porcellorum pedes mutonis perfecte cocti pisces squamosi de aquis mundis currentibus ex semine cucurbitæ, & tantum, de amigde. dulcibus extrahatur lac & ponatur cum auena fracta vel cum spelta mundata fracta, & coquatur ad perfectionem & offeratur. Si autem esset multum debilis vel indigeret fortificatione virtutis, fiat cibus albus cum dicto auenato addendo pulpam gallinę bullitę & zuccarum. Quantum ad potum febricitantium acute oportet quòd vinum postponatur & totaliter relinquatur nisi in sincopi vel in nimis virtutis debilitate: sed detur aqua hordei vel detur interdum aqua in qua temperetur & malaxetur mica panis similæ vel panis hordei & offeratur. Sed nos nequaquam habentes feb. pu. balneare dimittimus, nec eis cataplasmata nec emplastica frigida nec calida, nisi post purgationem totius corporis. Cum corpus perfecte purgatum fuerit balnea & lauacra & epithymata fieri iubemus. megatechni particula vndecima. colundello tertio. Alius modus, & opinio quantum ad modum gubernationis istorum febricitantium acute est apud aliquos de hispanis vt ego vidi: nam in illis regnis hispaniæ multi de istis inueniuntur, & est ꝙ febricitantes non frequenter mutẽt lectum, immo nec linteamina permittunt mutari vsque ad crisim: dicunt enim quòd calor lecti attrahit calorem & vaporem ad extra, & sic minuitur febrilis calor, & natura feruentius operatur in digestione materię feb. quando patiens stat in calore reflexionis sui corporis quàm si frequenter aeri frigido exponeretur. Et dicunt ꝙ non valeret tantum si linteamina recentia in calore solis vel ignis calefierent, quia non tantum est similis calori corporis. Et si quis hoc perspicue dignaretur intueri aliquam veritatis scintillam inueniret. Et ideo communiter operando quando ægri in lecto existentes se discooperiunt existentes, faciunt eos melius cooperiri. in primo de feb. ad Glauconem in cura fe. acutarum dicit. Continua vero feb. quibus quidem status non procul a 7. esse debet & est virtus fortis, & ea quę ætatis sunt concordant certe & valdè subtiliter oportet diętare. quibus autem procul a 7. est status totius ęgritudinis, aut ea quę virtutis non sunt bene robusta secundum principium quidem grossius, prope vero statum tenuis & in statu & in crisi existentibus tenuissime dięṫare. Hæc sunt verba Galeni vbi supra. Et pro cibo iubet ibidem Galenus dare ptisanam & hordeatum, & mellicratum, nisi feb. esset ita fortis quòd mellicratum ratione mellicrati, conuerteretur in choleram. Et iubet ibi dare

re candarusum per quod intelligo hordeum mundatum fractum grosso modo aut auena & spelta mundata & simili modo fracta. Iubet etiam dari panem lotum per aquam frigidam &c. Et sequitur in fine. In vero calidis & causonibus quando primo videris digestionis signa: eris audens aquam frigidam dare bibere in multitudine dationis commensurans horam & regionem, & ętatem, consuetudinem & naturam. hęc ille.

Declaratio in fe. acuta continua. primo intelligendum secundum Galenum in de differentijs febrium, quòd prima causa in febr. put. quantum ad curam consideratur plenitudo corporis quo ad vasa vel quo ad virtutem. secundo cōsideratur oppillatio viarum & pororum. Tertio consideratur detentio materiæ & prohibitio respirationis & euentationis propter conculcationem ex qua cōculcatione hu. sequitur putrefactio & ex putrefactione fumus eleuatur qui proueniendo ad cor facit fe. hæc sunt verba Galeni vbi supra. Et in isto continetur in sententia modus generationis febris putridæ & causæ eius & modus curę. Secundo nota quòd in cura febr. secundum Galenum mech. particula 8. col. primo quòd in fe. putrida causa fe. permanente necessarium est primo putredinem excludi, deinde malam complexionem curari. Ex isto sequitur quòd alteratio malæ complexionis debet sequi purgationem materiæ, & remotionē putredinis. Et sequitur etiā ꝙ epithimata frigida sup hepar, vel sup pulsus vel sup frontē & tpa in principio nec augmēto apponenda non sunt sicut faciunt aliqui ignorātes medici in arte medicinæ abortiui. Tertio notandum quòd in fe. acuta aliquando competit flobotomia, sed aliquando postponitur propter indigestionem ciborū assumptorum vel humorum qui adhuc stāt semidigesti circa epar & venas eius. ideo in prima & secunda die omittatur flobotomia. In tertia autem die interdū postponitur propter motum materiæ fe. acutæ quę vt plurimum est cho. vt dicunt autores; motus autē cho. in tertia die celebratur & tollitur communiter ante flebotomiam: ergo in prima die flebotomia dimittenda est propter constipationem, in secunda propter crapulam, vel indigestionem, in tertia similiter propter insultum materiæ chol. Et ideo aliqui in cōtinuis fe. non flobotomant vsque ad 4. diem attamen si san. vincit: fac a principio flebotomiam nisi virtus aut ætas aut crapula non consentiant, vel cibus indigestus nouiter assumptus. Hęc enim solent flobotomiam impedire ne fiat a principio vt dicit Gal. in libello de flobotomia. Quarto in ordine notandum quòd medici præcipue Aui. & Iohānicius diffiniunt fe. per calorem dicendo ꝙ feb. est calor extraneus &c. Sed hoc videtur falsum, quia si sic: tunc ad feb. esset motus, consequens est falsum. igitur & illud ex quo sequitur, quòd consequens sit falsum probatur per Auer. 3. col. 3. c. 1. vbi dicit quòd omnis morbus est mala dispositio. modo dispositio est de prima specie qualitatis ad quam non est motus 7. physicorum probatur consequentia, quia calor extraneus acquiritur per alterationem in qua est motus igitur &c. Secundo ad idem, si prædicatio esset vera tūc calor caperetur pro corpore calido aut pro sola qualitate a sufficienti diuisione data a Gal. in commen. Et qui crescunt non primo modo, quia fe. est motus & morbus est accidens, & accidens non est corpus nec 2. quia feb. mouetur a corde in totum corpus, vt ponit Auic. in diffinitione. modo nullum accidēs mouetur de subiecto in subiectum, quia accidentia indignantis naturæ sunt. parum enim possunt mutari aut nequaquam vt ponit autor. 6. principiorum. Tertio sequeretur quòd duo contraria essent in eodem subiecto adęquato: consequens est falsum contra Arist. in post prædicamentis, & contra Gal. in j. de complexionibus. probatur consequentia, quia in fe. lipparia interiora sunt frigida. Et tamen per se fe. est in corde, ergo calor febrilis & frigus simul essent in eodem loco, quod est absurdum. Oppositum dicit Aui. in prima 4. c. 1. dicens quòd fe. est calor extraneus &c. Et probatur ratione fe. est mala com. ergo vel est mala com. calida vel mala frigida vel mala humida, non frigida non humida nec sicca per se. quia nulla istarum apparet ad sensum tactus. ergo est mala calida. consequentia nota est. antecedens est Gal. 8. de inge. cap. 1. vbi dicit quòd fe. est quidam morbus ex mala complexione corporis &c. ergo fe. est calor extraneus pręter naturam quòd fuit probandum. Pro ista quęstione est notandum quòd capiēdo calorem præter naturam pro corpore calido sic feb. non est calor præter naturam, quia febr. est morbus, & omnis morbus est accidens morbi, modo accidens non potest esse corpus, immo distinguuntur. ergo fe. non est calor præter naturam sumendo ly calor pro corpore calido. Confirmatur, quia tunc sequeretur, quòd duo corpora essent simul in eodem loco adęquato, quod est cōtra Arist. 4. phi. probatur consequentia, quia feb. est simul cum spiritu & sanguine, & sic corpus esset in corpore simul & esset corporum peneratio, qđ est falsum, quia nullus dubitat quòd calor naturalis & spiritus sunt corpora, vt dicit

haly.

Haly.3.tech.commento illius cañ.Et ex accedentibus animę.Item notandum est, quòd aliqui dicunt quòd febr. est calor sumendo ly calor pro caliditate sola in spiritibus, & sanguine existente & in toto corpore. Et isti bene dicunt quamuis non bene declararet, qualiter & per quem modum febr. est calor propter quod est notandum quod quando Auic.& Gal.dicunt quòd feb.est calor extraneus accensus in corde procedens ab eo in totum corpus mediante calore & spiritu, nō intelligit quòd eadem caliditas numero quę est in corde moueatur a corde & transeat ad totum corpus, sed ille calor qui est in corde causat alium calorem extraneum in sanguine, & venis, & arterijs propinquioribus cordi, & ille nouiter causatus generat alium & ille alium, & sic procedit ad totū corpus nisi sit aliquod prohibens & est simile de hasta ferrea cuius grossa extremitas posita in fornace calefacta a calore fornacis exinde calefit pars sequens & illa calefacit aliam donec caliditas venit ad magnam distantiam: vel est simile de stupha protensa in terra. si ignis ponatur in vna extremitate tota stupha inflammabitur vsque ad aliam extremitatem non est tamen intelligendum, quòd prima flamma vel caliditas quæ erat in prima extremitate transeat ad aliam, sed illa prima generat aliā:& alia aliam, donec tota stupha est inflammata, vel est simile de candella, quia nō est eadem flamma vel caliditas in fine, quæ fuit in principio, sed prima generat aliam, & alia aliam, & sic per continuam generationē flammę ardet tota candela successiue, quia caliditas cum sit accidens no transit de subiecto in subiectum, sed cum sit magnæ acuitatis agendo multiplicat species suas per diuersa subiecta propinqua. Tunc respondeo ad quæsitum & pono. 4. conclusiones. Prima est cum dicitur quòd feb.est calor extraneus &c. Dico quòd ista prædicatio est effectus idest quòd illę calor extraneus accensus in corde facit febr. multiplicando suas species mediāte sanguine & spū per venas & arterias per totum corpus:ita ꝙ feb. est effectus caloris extranei cordis multiplicantis species suas mediāte sanguine & spiritu per venas & arterias vsque ad totū corpus vt dictum est. Ista conclu. probata est per notabile immediate dictum. Secunda con. pro iuuenibus disputare volentibus. Febris non est calor formaliter. probatur, sanitas nō est formaliter calor temperatus. igitur nec febr. est formaliter calor distemperatus. igitur tenet consequentia, quia sicut se habet sanitas ad temperamentum sic ęgri. ad distemperamentum per Gal. 1. de morbo. probatur antecedens, quia calor naturalis temperatus solum est instrumentum virtutum spirituum & operatio membrorum & hu. sanitas vero dependet ex temperamento omnium istorum. ergo sanitas non est calor temperatus. Secūdo confirmatur con. si feb. esset cal. formaliter distemperatus tunc fe. & sanitas sibi op. non differrent specie. consequens est falsum patet, quia feb. & sanitas sunt contraria, & contraria differunt specie: vt habetur in post prędicta consequentia probatur, quia calor naturalis temperatus & calor febrilis distemperatus non differunt formaliter in specie sed sicut intensum & remissum quę in specie non differunt, 4. meta. & Gal. 1. de differentijs feb. c. 1. Tertia con. feb. est calor distēperatus extraneus effectiue ad istum sensum quòd feb. est effectus vel mala dispositio causata immediate a calore extraneo vel a calore pręter naturam. probatur per supradicta & probatur ratione. si feb. esset calor præter naturam vel esset in genere causæ efficientis materialis formalis vel finalis a sufficienti diuisione, quia non sunt plures causæ. non materialis, quia calor præter naturam non est materia feb. nec in genere causæ formalis vt visum fuit in 2. conclusione, & quia substantialis forma introducitur subito & non successiuè. nec in genere causę finalis, quia finis est operatio, ergo est in genere causę efficientis quod est quid magis notum, ergo fe. est calor effectiue & nō formaliter quod fuit probandum. Sed circa hoc intellige quòd iste locutiones quamuis intendant ad veritatem & sint vere, tamen quodammodo trāscendunt sensum medici: modo sic est quod consideratio totius medicinæ non pertransit sensum 3. tech. com. illius cañ. Quam forte aliquis non &c. Et medicus est artifex sensibilis vbi supra ibidem. Omnibus his sensu iudicatis. Ideo magis intendere debemus ad realitatē causæ quam ad argumenta, quod enim pertinet medicinæ non est aliud nisi medicum inuestigare qualiter ęger ad sanitatem reducatur verba sunt Gal. 9. de inge. c. 2. Ideo aliter est dicendum secundum medicos loquendo, & sit hæc con. Calor præter naturam in corde & in alijs membris & feb. sunt idem penitus secūdum medicum. probatur. Calori præter naturam in corde existenti & in alijs membris & febri debetur idem modus curandi. ergo sunt idem secundum medicum, quia medicus sumit differentiam in rebus ex parte finis, quia finis me. est curare ægritudinem & sanitatem conseruare & probatur antecedens, quia eisdem medicinis remouetur fe. & calor pręter naturam. & istud intendit Auicen. in diffinitione sua, quando

do dicit.Si intendatur fe.in corde intensione prima;&c.

Et per hoc ad rationes ad primã qñ dicitur ꝙ sequeretur,ꝙ ad fe.esset motus dico quòd haberet locum si fe. esset calor formalis . sed quia non est calor nisi effectiue, ideo non valet.Ad secundam, vnde dicitur si prędicatio esset vera,tunc calor caperetur pro corpore calido aut pro sola qualitate&c. Dico , ꝙ feb. est calor sumendo ly,calor pro caliditate sola & ad probationem dico , quòd ille idem in numero quæ est in corde non mouetur ad totum corpus, sed ille causat alium,& sic de alijs donec per totũ corpus sit expassus . Ad tertiam dico quòd non valet quia quamuis in liparia interiora sint frigida , tamen non propter hoc sequitur quòd cor sit frigidum: quia quando dicitur quòd in liparia interiora sunt frigida illa est quædam propositio indefinita nõ vniuersalis,& sic patet quid dicat ad omnes rationes. Quarto in ordine notabilium nota quòd in acutis ægri. medicus debet habere mentem ad dies indicatiuos & ad creticos,vnde si crisis debeat fieri in 7.die per sudorem. tunc in 4. quæ est eius indicatiua habebit aliquid de sudore vel vapore procedente ab opere naturæ.Si autem crisis debeat fieri per vomitum in 7.die in 4. habebit nauseam vel vomitum in parua quãtitate & sic intellige de omnibus diebus creticis in comparatione ad omnes dies indicatiuos & demonstratiuos,& fere nunquam. 6. dies est bona ad laudabilem crisim. Quinto notãdum est quòd non solum feb.acuta continua immo ferè omnes ægri. curabiles habent 4. tempora scilicet principium augmentum,statum,& declinationem . Principium est cum manifestum nocumentum & debilitas & fragilitas in cõsuetis agilibus inuenitur,& cum hoc nullum signum digestionis in vrina apparet,nec in sputo,nec in egestione.Augmentum autem est quando exacerbatio vel paroxismus augetur, & anticipat horam & longior efficitur,& calor & sitis augmẽtantur, & similiter alia accidentia feb. augmentãtur & alleuiatio modica,vel valdè occulta fit tũc feb.est in augmento.Et si tunc signa digestionis incipiant apparere tunc erunt signa pręterita,signa augmenti magis certa.Status autem est quando accidentia & synthomata fe. continue vltimantur, vt est insomnietas calor sitis intolerantia, & tunc apparet perfecta digestio in feb.curabili vel sananda . Si tunc nulla digestio apparet erit signum mortale,tunc in quantum est primus status febr, acutę.Declinatio autem scitur per qualitates & dispositiones contrarias dispositionibus supradictis, vt quando calor & sitis, & alia accidentia diminuuntur & æger manifestam sentit alleuiationem cum bona tolerantia & appetitus ad cibum aliqualiter meliloratur & confortatur & pręcessit crisis cũ aliqua manifesta euacuatione, tunc est declinatio prędictæ feb.acutę & vrina apparet remissa & pulsus bonus & ęqualis quamuis debilis.Et secundum ista tria oportet eos purgare & diętare & flebotomare secundum cañ. superius scriptos, vnde cum magna molestia & synthomatum angustia signũ est, quod est breuis temporis & citę terminationis & vocabitur acutus vel peracutus vel peracutissimus: quòd idem est secundum quantitatem molestię synthomatum & talis cito ducit ægrum ad mortem vel ad vitam.Et istarũ breuitas vel prolongatio ex breuitate vel prolõgatione suorum principiorum cognoscitur. Correspondet enim principium alijs temporibus secundum proportionem , nam si in prima die apparuerit signum digestionis in vrina tunc in illa die est extra principium & incipit augmentum,& sic alia tria breuia inuenientur. Sexto sciendum quòd in fe.acutis continuis & ardẽtibus semper debemus intendere ad infrigidationem & rectificationem hepatis.Aliquando embrocis aliquando epithematibus frigidis obseruatis tamen cañ.supradictis,& ideo dicit Auic. in illo.c. Curationes fe.acutarum , & embrocare hepar cum rebus infrigidantibus est res maxima & magis iuuans . nam cum æquatur hepar,est in eo maior pars rectificationis & forțasse rectificat aquam,idest vrinam. Septimo nota secundum Auic.ibidem quòd quando medicus videt aliquem febricitantẽ somniculosum & fortè habet humidum nasum & multitudinem saliuę tunc non facias embrocationes capiti,nec epithimata refrigerãtia nec somnifera, sed stude in trahendo materiam ad partem inferiorem cum clisteribus & fricatione partium inferiorum , & hoc fit ne cadant in lithargiam.Et si forte apparet rube.in facie & naso non est malum si san.cum setis porcinis a naribus extrahatur, & hęc est sententia Auicen. vbi supra.

Octauo scias secundũ Gal.1.de crisi. c. 14. hoc dicit autoritate Hyppo. quòd ægritudo non vocatur acuta vt plurimum nisi cum fe. est continua,& dicit in c.17. quòd ægritudo in qua venit crisis cum velocitate . & in 4. die est talis in fine acuitatis, idest non potest esse plus acuta.3. de crisi.c.48.Et ponit ibi ꝙ Archigenes non vidit hoc nisi bis nec ipse Gale.hoc vidit nisi semel . Ego autem istum causonem vidi tempore meo vna vice in viro iuuene,& alia vice in muliere similiter iuuene quot amplius videbo Deus scit ; cui

sit honor benedictio & gloria.

De tertiana vera. Cap. VII.

TErtiana est in triplici differentia: quædam est tertiana continua: alia est interpolata & ista diuiditur quia quædam est vera & alia nota, sed de tertiana continua pro nunc taceo, quia eadem causa & eadem materia est verę tertianę & causonis, quia nulla est inter causonem & tertianã veram differentia quãtum ad materiam vnde generantur ambę fe. Ambę.n. nascũtur à cho.ru. verba sunt Gal. 4.amph.59.ibi est. Tertiana vera. dicimus igitur quòd tertiana vera est feb. interpolata proueniens ex cho. ru. extra venas putrefacta. ista autem vocatur a Gal. primo de febr. ad Glauc.c.5. Et ab Aui. tracta.4. primę. fen. 4. cañ. c. de tertiana absolute tritęus. Circa quòd est sciendum quod cho. aut putrefit intra venas, aut extra. si putrefit extra venas facit fe. tertianam interpolatam. Si cho. putrefit infra venas remotas a corde facit continuam. Si autem putrefit in venis proximis cordi vel in venis oris stomachi vel hepatis tunc facit causoné de quo postea tractabitur.

Causæ verę tertianæ quædam sunt primitiuæ aliæ antecedentes aliæ coniunctę.

Primitiuę vt nimius labor & exercitium maximè in tempore calido & longus vsus rerum multiplicantium choleram & calefacientium hu. sicut sunt alliata piperata & res in quibus multæ species ponuntur, & vsus zingiberi viridis & vini puri acuti calidi & vsus nectaris. omnia ista multiplicãt cho. ru. quæ augmentata & multiplicata vltra mensuram in corpore nequit gubernari: immo destituta à gubernatione naturæ conculcatur & non euentatur, & putrefit in loco minerę & extra vasa & sic causat tertianam interpolatam affligentem vna die & alia non.

Causæ antecedentes sunt multa chole. in corpore existens & nondũ a regimine naturæ derelicta similiter cõplexio calida & sicca cholerica, qa coplexio q̃ citius recipit fe. est cõplexio calida & sicca. 8. de inge. c.7. Alia cã põt esse mala cõplexio calida vel calida & sicca hepatis. nã tales parati sunt ad feb. vt dicit Auic. in 3. can. fen. 14. c. 14. de signis malitiæ complexionis calidę. Causa coniuncta tertianæ quædam est præcedens vt est conculcatio & non euentatio humorum. Alia causa coniuncta subsequens istam cõculcationem est putrefactio istius hu. cholerici. testem habemus Halyrodoaham sic dicẽtis. chimus.n. non putrefit donec prohibeatur eius respiratio & non prohibetur eius respiratio donec multiplicetur: vt non toleret eius virtus ipsum & cessat a regimine eius. & quando natura cessat a regimine eius & putrefit. hæc ille. 3. tech. com. ibi. Euacuationes enim si ita contingat. Effumatio verò quę fit à putrefactione vel inflammatione fumi exeuntis a minera sunt causæ coniunctissimæ fe. putridarum tam continuarum quàm interpolatarum simplicium & compositarum.

Signa tertianæ veræ ponuntur a Galeno primo de feb. ad Glauco. c.4. sic. Ea quæ cum vehementi rigore incipit conuenit potius tertianam quàm aliquam aliarum fe. esse, & sequitur. Alia vero signa sunt caloris quantitas & qualitas & arteriarum motus sequitur calorem enim multum & aerem esse oportet. pulsus autem magnos veloces & spissos & absque qualibet inæqualitatę præter febrilem rigorem enim sentiunt ac si corpus pungeretur cum aliquo acuto magis quàm frigido & lingua & vniuersum corpus est siccissimum in tertianis & sequitur cuius enim tertianæ venæ omnino paroxismi tempus est breue horarum alicubi. 4. 5. vel 6. aut ad longissimum. 11. vel 12. de fe. ad Glauco. c.9. ponitur etiã à Rasi in diuis. quia ista febr. incipit cum horripilatione simili punctură acus & non prolongatur spacium horripilationis nec concutiuntur propter eam dentes nec est magnum frigus sed vt si cum acubus, vel spinis pungeretur & aliquando infrigidantur manus & pedes. Et dicit Aui. quòd si paroxismus transit. 12. horas non est tertiana vera: immo notha. Incipit enim paroxismus cum vehementi rigore maxime in primis paroxismis ac si acubus vel spinis pungeretur. Et quamuis rigor sit vehemens cum frigore tamen paulatim & velociter minuitur cuius oppositum fit, in quartana: vrina est rubea tendens ad igneitatem cum subtilitate substantiæ vt plurimum, & si tangatur corpus sentitur magna caliditas non tamen penetrat manum si diu super corpus teneatur. sicut fit in causone & in alijs fe. continuis acutis & dicit Auic. quòd accidentia quæ accidunt eis sunt vigiliæ sine grauitate capitis nisi in quibusdam non puris tertianis & adest sitis furor & ira & odium locutionis & pulsus acutus & velox per comparationem ad reliquas fe. & non æqualis constrictionis & dilatationis est tamẽ in principio paruus & in statu paroxismi fit magnus & resoluitur paroxismus cum sudore, & si alia particularia concurrant tũc certum signum est quod est vera tertiana vt si est iuuenis cholericus, & tempus æstas & habitudo corporis macra & regimen præteritum multiplicans chole. cum dięta & cibis & potibus calidis & siccis vel si habet iuuenem vxorem, & vsus fuit

coitu

coitu immoderato , & dicit Constan.quod proprium est huic feb. habere vomitum cholericum ægestionem tinctam & citrinam maxime post tres accessionem vel 4. Et dicit, quod sæpe habent puncturam in hepate propter choleram sang. mixtam. Et dicit vlterius Galen. Et iterum videmus in tertiana vera quamuis materia eius sit cho. ru.plusquã in ceteris fe.tamen febricitantes maiorem rigorem atque tremorem habent quàm ceteri febricitantes. Et quanto materia erit purior. idest cho.pura, tanto rigor est fortior. 5. de morbo.c.8.

Iudicia in tertiana.

Primo iudicat Hippo. tertiana vera in 7. periodis iudicatur longissima.4.amp.amph. 59. Item dicit Gal.1.de Feb.ad Glau.& in li. de differentijs Fe.li.4.c.proprio.

Secundo iudicatur per Gale.quòd tertiana est sine periculo primo de febr. vbi supra sic. Certa aũt tertiana longissima in 7. periodis iudicatur cum eo quòd est sine periculo. 1.de feb.ad Glauc.ca.9.

Tertio iudicatur.sic tertiana vera velox est & breuis & vicinam facit crisim in æstate tamen breuior in hyeme vero longior sicque æstas morbos abbreuiat. 1. ampho. comm. 12.ibi proximos & consistentias.

Quarto dicit Gord. quòd primus paroxismus est debilis , & secundus fortior tertius fortissimus quartus fortissimus omnium:ibi enim est status & fortissima accidentia in vltimo acuitatis,& à cætero incipiunt paroxismi gradatim deficere vsque ad 7. qui paruus est vel nullus in vera tertiana nisi error incidat ex parte medici vel infirmi. & hoc debet medicus prædicere.

Quinto dicit Rasis in diuisio.quòd status istius fe.est in 4.paroxismo & frequenter finitur in eo & non transit septimum.

Sextò & cum vides principium cum rigore & statum cum sudore exuberante : tunc nõ dubites quin ipsa sit pura.7.Haly.1.Theo. Si tertianarijs vlcera in labijs fiãt & naribus fe.finis significatur.

Curatio veræ tertianæ.

Primo hic debent notari omnes illi cañ. vniuersales qui fuerunt scripti in ca. de febr. contin.acutis,quia quamuis tertiana non sit continua, est tamen acuta quia in 14. diebus terminatur vt statim dictum est, autoritate Hippo. Sed primus generalis cañ. spectans ad curam tertianæ trahitur à Gale.primo de fe.ad Glauc. capitulo de cura tertianæ veræ sic certam igitur tertianam tamquam à cho. ru. motam fortissime humectare & infrigidare oportet maxime inquantum possumus contraria enim contrariorum sunt sanationes vbi supra.

Secundus est Gal.ibidem sic . Cholerę enim ru.humor omnium eorum qui in corpore siccissimus simul & calidissimus existit prouocare. igitur eum qui ad ventrem fluit humorem euacuare per vomitum, illum vero qui deorsum fluit eodem modo per euacuationem inferiorem. hæc ille ibidem.

Tertius est Gal.ibidem in forma. cibaria vero quæcunque humectant proficua sunt istis tertianis: supple nisi in se habuerit aliquam malam qualitatem paratam putrefactioni.

Quartus cañ. est Haly de regali dispositione. in li.3. secundæ partis. Cura tertianæ, & omnium febr. pu.stat in euacuatione humorum facientium eas & in extinctione caloris, & quia tertiana vera materia non est, tantæ quantitatis sicut est calor, ideo in hac feb.magis intendimus ad alterationem quàm ad euacuationem, quamuis competens euacuatio semper sit præmittenda vbi competit.

Quintus non parum qui tertianam patiuntur ventris constipatione molestantur : ideo non laboriose sed leuibus laxatiuis aut clisteri lenitiuo a principio oportet clausam porticum aperire & linire intestina & hu.nocentes pro viribus diminuere & mitigare.

Sextus sicut comestio fructuum recentium corpora humana ad fe.præparat putredinales, sic etiam ad earum augmentationem, & conseruationem alimoniam& alimentum vi dentur præstare.ideo non solum in tertiana, immo in omni feb.pu.sunt postponendi.

Septimus est Rasis ad almans. li. 10. cap. de tertiana inter comestionem & inuasionis principium sit lõgum tempus scilicet, quòd nutriatur tribus horis aut duabus antequam fe.accidat aut totidem horis postquam febr. recesserit. hęc ille.

Octauus est Serap.in li.6. Cum ergo declaratur digestio in vrina tunc oportet euacuare materiam per partem ad quam declinat iste cañ. quantum ad primam partem confirmatur per Hippocra. ibid. Digesta medicari Et quantum ad secundum confirmatur per eundem ibi. Vndecunque repetit natura &c.

Nonus si in declinatione paroxismi super superuenerit in quocunque tempore totius ęgri, venerit vtiliter expectandus est nisi ipsum aliquod malitiosum sintho. vt est simptopis sequeretur.

Decimus in principio paroxismi a somno & potu abstineant febricitantes, somnus em̃ materiam ad intra recludit, & potus naturã à digestione , & expulsione materiæ cogit retrahere.

Vndecimus est Gordo.in suis vrinis. Nunquam in tertiana flebotomia competit, nisi

post

post tres aut quatuor accessiones, ita etiam, quòd signa digestionis appareant, & virtus sit fortis.

Duodecimus est eiusdem ibidem in principio tertianæ non dentur mirabolani, quia laxant in principio, & in fine constringunt.

Decimustertius scamonee nō detur in principio tertianæ, quia inflammabila est, ideo non competit cuiquam in æstate, idem Doctor ibidem.

Decimusquartus nullum acetosum detur simul cum ptisana, quia vnum aliud corrumpit nisi expectetur tēpus, quòd vnum primus stomacum exierit.

Decimusquintus reubar. cho. purgat calefaciendo, & post se calorem dimittendo: idcirco in aqua end. temperandum est, ante eius dationem.

Decimussextus cum clisteri aut aliquo laxatiuo ad interiores partes statim materia trahatur, vbi raptus eius timetur ad caput. caput quoque ne illam recipiat, confortetur. isti enim cañ. & alij prædicti in capitulo præceden. obseruentur.

Cura particularis veræ tertianæ. In primis si reperitur constipatio iuxta doct. 5. cañ. fiat tale clistere lenitiuum & mollitiuum. Recip. maluæ, bismaluæ, violarię, branchævrsinę ana. m. 1. furfuris. p. 1. fit decoctio, & in colatura dissoluatur cassiæfi. mundę. vnc. 1. & se. olei violę. vnc. 2. salis communis dram. 1. & s. fiat clistere ad quart. 5. detur de mane & statim fit talis sirupus.

Recip. end. non lotę, scariolis, lactucæ, portulacę, rostri porcini, hepaticę summitatū papa ana m. 1. 4. se. frigidorum minorum florum violæ, florum nenufa. rosf. ru. ana unc. s. aceti al. unc. 3. zuchari panis lib. 1. fit sirupus: & in clarificatione ponatur se. portulacæ san. al. spodij. ana. dram. 2. campho. dra. 1. Iste sirupus infrigidat & ingrossat materiam cholericam, & ipsam digerit si magna est putrefactio & oppilatio, quod scitur per longum paroxismum, & malitiam eius. detur iste sirupus cum aqua decoctionis cicerum, vel detur cū aqua hordei simpliciter. In quarto autem die, & post secundum paroxismum iuxta tenorem quinti can. detur ista medicina euacuatiua cholerę rub. & molliens ventrem. Recip. carnium prunorum damasce. 15. numero, viol. vn. 1. tamarindorum vn. s. bulliant omnia vnica bullitione, & post fortiter cum manibus fricetur & coletur, & colaturæ addatur cassię fi. mund. vnc. 1. fit potus, & iste est aliquando tantę virtutis quod tota fe. recedit: & aliquādo excusat nos ab omni alio labore: quia radices fe. truncat. Post tertium autem paroxismum in die interpolationis, si urina apparet rubea, & aliqualiter spissa, fit flebotomia de basilica, & extrahatur de sanguine secundum quantitatem repletionis. Ego autem tempore meo feci fieri hāc flebotomiam frequenter in tertiana & iuuene cholerico, cuius vrina erat ignea, ostendēs dominiū cholerę magis, quàm sanguinis: & semper me bene reperi, & hoc fit propter infrigidationē, & euentationem quā flebotomia inducit & diminutionem feruoris sicut apparet quādo olla bullit fortiter & propter magnum feruorem & ebullitionem aqua resilijt ad extra, & si notabilis illius aquę feruentis quantitas auferatur, feruor vtique diminuetur, & aqua exterius non saltabit. hæc allegoria daclarat quantum flebotomia vel minoratiua pharmacia in feruore humorum, & in tertiana & fe. putrida afferat iuuamenrum similiter in peracutis. Si autem in istis temporibus venit vomitus cholericus, vel egestio cholerica nullo modo sistatur nisi multum superfluat, quia curatio sunt veræ & notę tertianæ si aliquid de phlegmate cum cholera eijciatur.

Si vero per hoc paroxismus non videatur minui, iterum purgetur patiens cum dicta medicina, vel cum ista. Recip. volubilis minoris florum violæ, boraginis, & buglossę pasf. mundę ab arill. ana. vnc. 1. fit decoctio in qua dissoluatur mannę granatę vn. 1. vel cassięfi. mundę. tantumdem. reubarbari. dram. 1. Gal. primo de feb. ad Glau. vult quòd fit clistere de succo cicle cum sale & oleo rosf. & zuccaro rubeo.

Et vult Gal. ibidem, quod quando signa digestionis apparent, detur de absinthio, de cuius puluere secundum aliquos dantur dram. 2. vel detur de decoctione eius facta in aqua cum zucharo, vel secundum Gal. extremitates eius ponantur in mellicrato, & sumat patiēs, ad corrigendum stomachum.

Tunc etiam antiqui scilicet post signa digestionis balneabant in aqua dulci tepida, & valet eis, vt vult Galen. ibidem: cauendo tamen balnea naturalia, & aquam salsam, propter clausionem pororum. Idem dicit Serapio. sic. si febr. est parua, tunc oportet, vt balneetur infirmus, & antequam ostendatur digestio, & proprie si est ei consuetudo illius, & si non, pa. non balneetur, donec signa digestionis appareant. hæc ille. Iam enim sciunt vulgares, quod vera tertiana breuis est terminationis, ideo nunc tales non ponuntur in balneo, sed sufficit eis, quòd sudent in fine paroxismorum.

Et post quartum, & quintum paroxismum abluimus pedes, & tibias cum aqua tepida decoctionis foliorum salicis, & vitis, & cannæ, necnon manus & brachia, vt calor interius remanens

nens post pororum apertionem exterius expellatur. Post tamen talem lotionem bene se pannis debet cooperire & ab aere frigido corpus eius non tangatur.

Item post euacuationem eius sufficientem, & stomacho ieiuno existente si calor fortis, in corpore & regione hepatis calida sentiat, secundum Rasis in decimo ad Almansorem epithima frigidum hepati est superponendũ, ita quod pannus lineus infundatur in aqua rosa. commixta cum sand.; vel fit tale epithima. Recip. aquæ endiuiæ aquæ rosa. ana. li. s. sand. al. & ru. ros. ru. ana. dra. 2. spodij dra. 1. cāphoræ. dra. s. aceti. vn. 2. fit epithima. Prĕter iam dicta cognita tertiana vera per signa supradicta & quia affligit vna die & alia non, & quia venit cum conuenientia particularum & paroxismis non extenditur vltra 12. horas, tunc à principio facto clisteri mollificatiuo ordinentur aliqua ex istis, scilicet sirupus rosa. aut violaceus sirupus acetosus vel ozizaccara, quæ fit ex octo partibus succi malorum granatorum acetosorum & 4. panis zucari.

Sirupus acetosus sic fit. bulliat zucharum cum aqua, & tunc addatur in clarificatione acetum al. & detur non cum ptisana, sed cum acqua præbullita & infrigidata, sirupus enim acetosus & oxizaccara sunt communia in materia cholerica eo quòd acetum est mors choleræ & vita malitię, vt dicit Hippocra. Valet etiam sirupus nenufaris sirupus de papauere sirupus de se. portulacæ quem ponit Hebé. Et dicit Rasis decimo ad Almansorem capitulo proprio cum æger fortis inuenitur & est diu, quòd non fuerit solutus pondus mirab. citri. in aqua feruenti die ac nocte infunde. deinde manibus fricatum cum. dra. 30. tereniabim, id est mannę granatę miscetur in mane in potu tribuatur, vel si quarta pars tertię vnius scamoneę tribuatur cum iulep & aqua tanta quantitate, quòd vna vice sorberi possit vel, vt dicit ibidem Rasis cum hoc factum fuerit aut febris nullo modo accidet vel parum per alleuiabitur. Et sequitur, quòd si patiens est debilis & fuerit æstas vnaquaque die supple in die interpolationis sumat hoc medicamen. 20. pruna damasce. & 10. dram. tamarindorum dissoluantur in duabus. li. aquæ & coquantur in manibus fricata, & colata misceantur, & addatur colaturæ. dram. 10. zucchari & antequam dormiat, in potu sumatur in crastinum post solutionem cibetur cum hordeato vel aliter prout decet, & stet & dormiat & quiescat in loco temperato tendente ad frigiditatem & humiditatem, non tamen sit locus reumaticus, tamarindi enim habent magnum effectum in febr. quia frigidi sunt & sicci & purgant chole. & ideo dupliciter infrigidant, vno modo de per se. quia frigidi sunt. alio modo per accidens, quia euacuant choleram rub. quæ est causa febr. & caloris, sed quia sicci sunt miscentur cum eis pruna, quæ sunt humida. Confortant tamarindi stomacum debilitatum, ex vomitu, & valent in febr. habentibus sincopim.

Fiat tale restauratiuum. Recip. pul. tria san. pul. diapapa. ana dram. 4. pul. diadragaganti frigidi. dram. 3. conserue violæ. vnc. vnam zuccari panis quart. 3. fiat mixtura ad modum zuccari rosa. detur vnum coclear plenum: & post sumat de aqua hordei. Si autem vis, vt sit magis cordialis adiungatur pul. diamargariton sine speciebus vel addantur margaritæ iacinti, rubini, & saphiri, & os de corde cerui, & aurum & argentum limatum, & foliatum, & corallus addatur. Et istud valet, & est necessarium quando habent sincopim. Violæ conditæ in conserua sunt valde bonæ in lenificatione ventris, & valent constipatis.

Et istud iulep est multum refrigeratiuum & ingrossatiuum materiæ cholericę. ideo valet ante digestionem materiæ, & post. Recip. succi cucu. aquæ cucur. ana lib. se. mucillaginis psilij quart. 1. aquæ end. aquæ rosæ succi malorum granatorum acetosorum aceti. al. ana. vnc. 4. zuccari panis. libr. 1. & s. fit iuleb. & coquantur ad perfectionem & in clarificatione ponantur. 4. se. fri. minoris sand. al. & ru. rosa. ru. spodij. ana. dram. 1. camphorę. dram. s.

Ego reperi in quibusdam additionibus Serap. quòd ista Reuerenda quæ sequitur est probata ad tertianam. Recip. opii. dram. 4. croci amigdalini cardamomi storacis rub. & iusquiami baccarum lau. ana. dram. vnam, conficiantur cum melle, & detur ante horam paroxismi. Scribitur etiam in primo libro hyranidarum, quòd cor auis quæ dicitur cotur. circumligatum collo luna deficiente sanat tertianam. Dicit etiam Petrus hispanus, quòd trifera saracenica data cum decoctione trifolij, & alleluia sanat tertianam, detur tamen in quantitate, quòd purget. Dicunt tamen quidam quòd si tertianarius bibat de succo arnaglossę quantum testa oui gallinæ potest capere tribus vicibus ante horam accessionis, curat tertianam veram.

De tertiana notha.

TErtiana notha sic dicitur quod non est cognita in malitia & duratione paroxismorum & in toto tempore suæ durationis, nam eius paroxismi longiores sunt, & totum tempus durationis longius quàm verę tertianæ.

Causa. fit autem tertiana non ex cholera grossa putrefacta extra venas & ista cho. facta est grossa propter admixtionem phlegmatis, ita quòd commiscentur adinuicē, & fit unus hum. qui nec est cho. ru. nec purum phlegma. sed talis chole. grossa non pura non sunt duo hu. sed vnus hu. Ista etiam commixtio cho. potest fieri cum melancholia secundum Serap. dicit Auic. quod in hoc differt tertiana no. ab emitriteo: quia emitriteum faciunt duę materiæ separatæ in diuersis locis existentes. quarum qualibet retinet suam formam & suum nomen. Tertiana autem notha fit ex vna materia vnam formam & vnum nomen retinente, & in vno loco putrefacta cōposita ex duobus humoribus.

Signa nothæ tertianę nō sunt ita pura sicut tertianæ verę: immo sunt commixta. Et Auic. facit calidum de differentia inter vtranque quia paroxismi veræ tertianæ consumuntur à. 4. hor. vsque ad 12. & si istas transit, non est vera vt plurimum. In tertiana vero paroxismus vt plurimum se extendit vsque ad 7. horas, & corpus velociter calefit extremitatibus adhuc frigidis remanentibus. Et vera tertiana terminatur in 7. periodis, nisi accidat error ex parte medici vel infirmi. In tertiana vero notha non ita cito calefit corpus nec est tātus calor nec etiam ita fortia accidentia. Paroxismi autem nocte durant vltra. 12. horas & extenditur duratio eius aliquando vsque ad 2. menses. &c. & est cum disconuenienria particularium vt quia est senex vel flaticus & tempus hyemis & alia huiusmodi. Et secundum quantitatem additionis paroxismi super. 12. horas secundum hoc cognoscimus elongationem eius a vera tertiana. Item in tertiana notha non ita cito apparent signa digestionis sicut in vera, nec ita cito extenuatur corpus sicut in vera nec paroxismus terminatur, cum multitudine sudoris, sicut in vera tertiana.

Iudicia in tertiana notha: Dico quod tertiana notha, & in tertiana duplex & tertiana nocturna volunt omnes esse longæ, & tardæ terminationis propter quod dicit Galenus primo de febr. ad Glauco. capitulo 9. sic. Aliam vero non certam tertianam vidi. Aliquando quidem autumno incipiente vere terminante vel cessante vt supra. Et sequitur ibidem. Aliud signum est quia non vera tertiana affligit; vltra. 12. horas: nec calor eius est cum acumine. nec est pungitiuus: nec est tā tus ardor sicut in vera.

Cura tertianæ notæ. Prima regula generalis secundum ꝙ nota tertiana accidit ad veram, & secundum quòd ab ea distat in signis, & in alijs, secundum hoc cura eius differt a cura veræ tertianę.

Secundus canon. Ex quo materia notæ tertianæ est composita ex chole. & flāte. sic etiam medicina digestiua & euacuatiua debet, esse composita ex simplicibus digerentibus & euacuantibus vtrunque hu.

Tertius. sirupus acetosus quia fla. incidit & cho. digerit vt Aui. competenter in notha tertiana potest ministrari.

Quartus quia in nota tertiana status longus est à principio ideo in ea diæta non tantū subtilietur sicuti vera: immo cibis & potibus est sustinendus ęgrotans vt virtus possit expectare vsque ad ægritudinis statum. In primis igitur fiat talis sirupus. Recipe end. nouellę nō lotæ scariolæ portulacæ rostri porcini adiantos virgularum graminis rad. apij & fen. & cico. ana. m. 1. zuc. libr. 1. aceti al. vnc. 3. fiat sirupus & detur cum acqua cicerum ru. cognita digestione materię purgetur sic, Recip. polipodij quercis. dram. 1. an. dram. 5. florum violę, & borag. & bugloss. ana vnc. se. fiat decoctio in qua dissoluatur cassięfi. mundatę. vnc. 1. reubarb. dram. s. fiat potus vel in dicta decoctione dissoluatur trifere saracenæ quæ in hoc casu habet specialem aspectum. vnc. vnam. pul. diaturbit. dram. 1. & in dicto sirupo potest, addi radi. brusci, & sparag.

Dicit etiam Auic. quod nihil iuuat eos tantum sicut vomitus post cibum. Et dicit quod quando vrina eorum est grossa fiat flebotomia de basilica. Item vomitus multum vel si veniat sponte vel aliter in principio paroxismi. Bonum digestiuum in tertiana nota secundum Auicen. & est sirupus acetosus factus cum rad. apij. fen. & cum seminibus eorum Et post. 7. diem detur decoctio absinthij, est enim iuuatiua & subtiliatiua materiæ & stomachi & confortatiua similiter aquæ fen. & apij, & dicit Auicenn. quòd in aqua hordei decoquantur hisopus, origanum, & calamentum, & vtraque spica, & sic pro digestiuo vel detur aqua hordei mixta cum aqua cicerum.

Postquam autem signa digestionis apparent in vrina, purgetur cum hac medicina quam ponit Auic. Recip. hierępigræ. dram. 5. succi lactucæ eupato. ana. dram. 3. se. apij mirabo.

citrini & chebulorum ana.dram.5.se.melonis & cucur.& citrulli se.apij & polipodij bedegar.ana dram.10.turbith.dram.1.cassiæfi.dra. 6.pass.enucl.dram.20. sebesten.30.numero. ficuum.10.mell.ro dram.15. fiat apozima de quo sumatur vnum vitrum plenum cum 6. granis de scamonea. Et sequitur. Et fortasse necessaria est medicina fortis, & dicit Haly. Si videris hanc febr. prolongari cum signis san.vt est rubedo coloris, & magnitudo pulsus minue venam hepatis & extrah.san. secundũ virtutem. Et si non, euacua flegma per vomitum & per secessum, & valent trocisci de spodio, & vtatur semper digestiuo aliquo vtatur cibis subtilibus cõfortantibus, & hoc post digestionem. tempore accessionis non cibetur, vt natura occupetur circa morbum & materiam eius dicit Haly.

Diẹta patientium tertianam. Consilio meo recurre ad ca.de fe.continuis acutis & ibi reperies inclusiue diẹtam tertianarum, quia tertiana inter acutas computatur quando est vera, & eligantur ibi speciales cañ.ibi positi, & comedant hordeatum auenatum, & micam panis ter lotam coctam cum lacte amigda. & colaturam furfuris similiter coctam, & lac amigd.coctum & missum super micam panis sparso zuccaro potest sumi in vera tertiana ius paruæ pullẹ alteratẹ cum lactucis, & portulacis, vel frustis cucurb. virid. Et si esset tertiana nota intus in pulla, possunt poni folia pet.& radix eius & cicera betuca & crocus. in vera tertiana comedantur lactucæ portulacæ crudẹ paratæ cum aceto, & quando coquuntur coquantur cum lacte amigda.cum aceto. Similiter si coctẹ sumantur cum aceto non est error. Fructus autem hoc loco non competunt, sed vitandi sunt præcipue vuæ, & ficus aliquando tamen ad vigorandum appetitum & ad reprehensionem choleræ competunt melones & cucurb. & pruna matura in parua quantitate. Similiter guindolæ poma, & pira cocta sub prunis cum zucharo & similia. Potus autem sit aqua hordei, & aqua per se bullita, & infrigidata & post statum in declinatione detur: vinum clarum bene commixtum aquæ. Vnde dicit Auic. Et non timeas post declinationem potare eos vinum plurimum commixtum: vinum enim fractum per commixtionem confert quantitati residui eius in resoluendo quibus necessaria est resolutio & succurrit penetrationi aqua cum fortitudine sua per commixtionem quæ est in eo de calefactione pauca quare infrigidat vehementer & humectàt. hẹc ille ca. proprio de tertiana.

Declaratio in tertiana:

Primo notandum secundum Gale. primo de crisi.cap.14.quòd febr.interpolatæ habent suas correlatiuas de febr. continuis. vnde dicit Gale. talia verba. Tertiana quidem & eius correlatiua de febr. continuis sunt breues, & quartanæ & eius correlatiuæ de febr. continuis sunt longẹ & prolixæ, sed faciens paroxismum omni die id est quotidiana & eius correlatiua de continuis sunt prolixẹ, veruntamen minus prolongantur quàm quartana. hæc ille.

Secundo intelligendum quòd duplex tertiana & duẹ tertianæ, & tertiana non volunt semper esse longẹ. tamen quia materia est multa vel diuersis in locis putrefacta quæ quidem loca forte ignorantur præter hepar, quod in omnibus percipitur esse lẹsum in tertiana, vt plurimum tamen quia virtus ægri debilitata, & ẹgritudini resistere non potest perfecte. ideo in istis casibus da operam modo digerendo nunc aperiendo nunc purgando catarticis vel flobotomia saluando semper virtutem.

Tertio nota, quòd tertiana terminatur de necessitate sicut dicit Gale. 3. de crisi. cap.3. aut cum vomitu cho.& egestione eius aut sudore plurimo in toto corpore. Et ex isto apparet error illorum qui negant vomitum in tertiana, quia per illum debet curari.

Quarto dubitat Gordo. & bene. vtrum in tertiana & in febr. cholericis competat sirupus acetosus: cum de se sit subtiliatiuus, & materia de se sit multum subtilis, immo magis viderentur valere ingrossanda quàm subtilianda. Recipiendo, quòd in materia cholerica subtili non competunt subtiliatiua quantum ad digestionem materiæ, sed potius ingrossanda, sed bene competunt ratione oppilationis & putrefactionis, quia cum eius subtilitate aperiunt oppilationes, & cum eorum siccitate resistunt putrefactioni. Et cum istis ponantur rosẹ spodium & alia quæ ingrossant. Et quia sunt frigida alterant malam complexionem. Ideo dicit Auicen. in ca. de cura. febr. pu. in vniuersali, ꝙ multotiens inuenitur res q̃ digerit & subtiliat & euacuat, vt est sirupus acetosus. Quinto notandum ꝙ in feb. acutis simpliciter, vt plurimũ spectatur flebotomia vsque ad 4. diem. In prima postponatur propter cõstipationem. in secunda pp crapulam vel indigestionem. in tertia ãt postponitur pp motum maxime cholerẹ, quæ est de tertio in tertiũ, & quia tales fe. vt plurim.ũ fiũt de cho.

Sexto sciendum ꝙ quãdo est paruus lapsus accidentalis alicuius membri tunc indigemus modica medicina quantum ad pondus, & ad gradum, vt accidit quando est similis complexioni & ætati & tempori & arti & consuetudini &c. Et qñ morbus est contra naturam membri, & corporis: tunc indigemus forti

forti medicamēta in alterando & corrigēdo in quantitate & in gradu:& indigemus longiori tempore in ministrando.Exemplum vt si quis habeat hepar calidum vel naturaliter vel à principio generationis, & cum hoc incurrat ex accidenti caliditatem, tunc minor medicina sufficit quàm si esset frigidę complexionis naturaliter & accidentaliter calefieret,similiter si cholericus & iuuenis, & in æstate incurrit tertianam tunc minor est lapsus & ægri.citius & cum leuioribus medicinis curaretur quàm si esset flāticus, & senex & in hyeme.Sed si quis habeat hepar calidū accidentaliter,& non naturaliter, tunc debemus eleuare medicinam, tot gradibus quot eleuatur complexio accidentalis. Et hæc est intentio Ga.3.tech.ibi.Si decem quidem numeris.Et Gal.in com.illius. In morbis quidem minus &c.& Auic.in 4.primi c.1.

Septimo debemus reducere ad memoriā: quod feb.continua correlatiua febr.tertianæ interpolatę.& similiter correlatiua quartanæ& qnotidianę quanuis sint continuæ & inseparabiles tamen magis affligunt in die, & in hora motus eorum hu.in qua debebat fieri accessio:si esset interpolata, vt tertiana continua magis affligit & fortior fit in tertia die.Idem dico de continua quartana, quia magis affligit de 4.in 4. Idem de quotidiana continua.Et hoc dico propter medicos paucę scientiæ & speculationis quæ iudicant tales fe.esse duas febres vel iudicant esse febrem compositam & tamen non est nisi vna.

Sed nunc oritur dubiū,quia tu dices,qualis igitur differentia est inter species emitriteorum.Exemplum parui emitritei quo est, compositus ex quotidiana continua, & tertiana interpolata & nunquam separatur. affligit tamen magis de tertio in tertium sicut in tertiana continua. Dico quòd in paruo emitriteo & similibus sunt paroxismi manifestiores, quia veniunt cum maiori frigore, & rigore, vel tremore iuxta naturā materiæ.

In tertiana autem continua sufficit quòd magis affligat de 3. in tertium cum maiori caliditate & incensione.&c.

Octauo notandum vt dictum est in cura auctoritate Ga.in libr.de fe.ad Glauco.quod detur absinthium &c.Et causam istius ponit Serap. in suo lib.ca. proprio dicens quod in absidio duę sunt virtutes vna est constrictiua alia est resolutiua,ideò oportet vt detur post digestionem & non ante, quia si ante digestionem materiæ ministraretur magis restringeret quàm resolueret nec laxaret,ideo datur post signa digestionis quia absinthium calidum est in primo.siccum in secundo. Et dicit mesue, quòd est compositum ex substantia calida quę dat sibi amaritudinem, & viscositatem & facit ipsum aperitiuum oppilationum & per ipsam caliditatem, datur ei solutio ventris. Intrat etiam compositionem eius substantia terrea stiptica secundum quā acquiritur ei, vt sit membri confortatiuum & partium laxarum congregatiuum vt dicit idem doctor. Et maior est in eo stipticitas quàm amaritudo, quia ergo in tertiana stomacus est debilitatus & laxus propter vomitum & potum aquę, & hepar etiam propter transitum hu.à toto corpore ad stomachum & per ipsum transeuntium, ideo post signa digestionis, detur absintium ad confortationem dictorum membrorum. Absinthium educit choleram per ventris solutionem à stomaco & intestinis & ab hepate & a uenis, & mundificat eas ab humo.aquoso & cholerico,ideo datur ad laxandum simul & confortandum medicamenta supradicta. Dos.autem eius in decoctione,vel in infusione est à. dra.5.vsque ad 8.& in pul.a. dram. 2. vsque ad 4. potest ergo dari in tertiana post signa digestionis ad purgandum choleram stomacho, & a venis, & hepate & ad confortandum eos.

De causone. Cap. VIII.

CAuson est feb.acuta continua ex cho. rub. putrefacta in venis quę sunt prope cor venis hepatis vel oris stomachi, vel in multis partibus corporis. Dicitur causon à caumate quod est incendium,quia causon idem est,quòd incensio. 7.amphor. commento. 4. ibid.Si febr.non a cholera habeatur. Causon igitur interpretatur incendium vel cauma vt dici versus. Semper ait causon ardeo, vt cauma sum &c.

Causæ quædam sunt primitiuę aliæ antecedentes aliæ coniunctæ.

Primitiuæ autem sunt omnia quæ ab exterioribus accidunt & faciunt ad acuitatem, & multiplicationem chol.rub. sicut est nimius calor aeris & fortis æstus cum calore intenso & labor corporalis excessiuus maxime in tali aere, & nimius vsus, & comestio rerum calidarum, vt sunt alliata, piperata, & similia vt nectar zinziber conditum & nimia ira.

Causæ antecedentes causonis sunt nimia caliditas hepatis aut uenarum totius corporis. Ista enim solent calidos hu. & acutos producere & generare, similiter multa chol. & hu.ca.in corpore generati & multiplicati & similia pręcipue cho.ru.

Causæ cōiunctę sunt primo ch.ru.pura in

venis proximis cordis, vel in venis hepatis, vel oris stomachi putrefacta quæ quidé cholera iam est destituta a regimine naturæ, vt est clausa & conculcata & putrefacta. Alia causa coniuncta secundum Auic. potest esse phlegma salsum in eisdem venis. Similiter cõculcatum non euentatum, & putrefactum quamuis Gal. teneat contrarium. 3. de crisi. cap. 13. vbi dicit sic. Causon autem non generatur nisi ex cholera. Idem dicit. 3. ampho. commento. 30. ibi. Vltra vero hanc ætatem, quia non videtur aliquibus quòd à phlegmate salso, tam terribilia accidétia possent puenire. Et si forte fit cau. ab illo phleg mate salso, vt vult Aui. tũc fit illa species quę durat vsque ad septimum diem, quia phlegma tardius & cum maiori difficultate digeritur & expellitur.

Signa causonis sunt caliditas continua ariditas asperitas linguę à principio cum quadam citrinitate, & post efficitur nigra propter adustionem & adest vehemens sitis, & priuatio sudoris nisi in crisi. Et quasi nulla in causone reperitur distinctio temporum morbi, quia fere æqualia sunt tempora accidentium in terribilitate & fortior est caliditas in interioribus quã in exterioribus, quia ma. cau. interius est prope cor & partes vicinas, ideo dicunt semp ęstuare, & ardere ideo continuo sitiunt. assunt vigiliæ & inquietudo permixtio rationis dolor capitis sitis intolerabilis pulsatio temporum propter vehe mentem motum arteriarum profundatio oculorum propter magnam consumptionem humiditatum orbitarum. Debilitas appetitus vrina citrina ignea pulsus frequens propter magnam necessitatem atractionis aeris & aliquando fiunt surdi propter accessioné choleræ ad organum auditus. Aliquando muti propter remissionem choleræ ad organum locutionis vt plurimum adest constipatio ventris.

Iudicia in cau. Primo primus medicorum Hippo. 4. ampho. ampho. 58. dicit sic. A causo. habito rigore superueniente solutio fit Et pro concordia si superuenerit ei qui habet cau. rigor consumitur fe. eius 2. de crisi. c. 3. Et causa istius est quia cho. ru. inter venas manens secundum crisima natura exterius expellitur & natura eam cogit penetrare per lacertos & carnem vsque ad cutem.

Secundo si cau. in æstate & iuueni contigerit non est ita timendum quoniam multus calor facillime materiam sępe irritat eamque cito dissoluit. 2. amph. com. 34. in fine commenti ibi. In morbis &c.

Tertio si cau. quod incendium interpretatur, si iuueni contigerit in hyeme nimium si gnat hu. ex creuisse, & est peius quàm si contingeret in æstate. Fortis est enim ignis quo aqua non extinguitur. Gal. ibidem.

Quinto causon accidens in senibus periculosior iudicatur per eandem rationem.

Sexto si cognoueris causonem & videris aliquod signum digestionis iudica ipsum ter minare per vnam de. 4. crisibus, scilicet per vomitum aut per solutionem ventris aut p sudorem aut per fluxum san. narium quodlibet istorum superueniens causoni est signũ bonum signis digestionis præcedentibus.

Septimo quibuscunque in causone tremo res fiunt alienatio soluit. 4. amph. amph. 28. Gal. tamen non tenet istum amph. quia non est consuetudo dicere quòd ægri. soluitur si in periculosiorem mutetur. Et sequitur in com. Materiam, vnde nascitur causon intra venas & arterias est, qua si mutetur ad neruos: in primis fit tremor, & ex neruorũ passionibus cerebrum quod est eorum fundamẽ tum patitur, & sic necessario fit alienatio cõ. eiusdem.

Octauo causon breuis terminationis est: quia, vt plurimum in quarta, vel quinta terminatur die, & ad longius in septima.

Curatio causonis. in principio ponantur cañ. generales & notẽtur illi qui fuerunt positi in cura fe. acutarum in generali in ca. 6. istius 7. lib. Sit ergo primus canon. Festinanda est a principio in causone euacuatio minoratiua. Et quia furiosa est materia ipsam se quetur eradicatiua digõne apparante maxime.

Secundus si vrina fuerit citrina vel subcitrina & pulsus non multum plenus flebotomia non est celebranda quia magis inflamma retur cho. per remotionem san. freni eius.

Tertius si vrina sit turbida vel ru. & spissa, & pulsus plenus flebotomia debet a principio celebrari.

Quartus si in cau. competat flebotomia illa à principio est exercenda, quando enim postponitur flebotomia apud principium ægritudinis post non est ei intentio & fortas sis interficit propter aduentum debilitatis. Iste cañ. est Auic. in prima 4. tract. 2. c. Intentiones ad curationes vniuersales &c.

Quintus, habentes causonem subtiliatione indigent regiminis. in vltimo nisi timeatur casus virtutis: tunc enim necessarium est vt cibentur, quamuis non appetant & res quas sumunt sint actu frigidæ. Auicen. in ca. proprio.

Sextus si obliuiscantur aquam potare pro pinetur eis aqua frequenter, quia sium nequaquam debent sustinere.

Septimus quando in habente causonem superfluit fluxus san. nariũ vel aliunde oportet

tet vt restringatur ne virtutis debilitas magnificetur, & ne habenę corporis nimium relaxentur.

Octauus capita patientium causonem rebus infrigidantibus sunt defendenda vel infrigidanda ne cho. vel fumi eius ad ipsum ascendant. Et in hoc casu valet oleum rosa. cũ aceto & sand. cum aqua rosa. & vigiliæ & alia sinthomata cũ rebus appropriatis mitigetur.

Nonus cañ. est Gal. in passio. Primo euacuetur cholericus hu. per vomitum aut ventris solutionem, deinde caliditas eius acuta remanens extinguatur, & hoc certissimè fit: si aqua frigida in bona quantitate potetur.

Decimus quia vt plurimum sunt constipati. ideo in prima die vel secunda lenitiuo clisteri fęces expellantur.

Vndecimus est Ras. 10. ad Almansorem c. proprio sic. Ergo igitur quacunque nocte, & apozimate prunorum & tamarind. est tribuẽdũ, venter quotidie bis aut ter soluatur.

Duodecimus quia materia causonis ardẽtissima est prope cor putrefacta & ad ipsum continue euaporans, idcirco frigida cordialia sine interuallo parari sunt ministrandi.

Curatio particularis causonis. Primo stat in ratione quod isti constituantur in camera vbi sit aer frigidus: quæ aspersa sit & rorata cum aqua frigida & aceto, & circa lectum ponantur folia & rami salicis & cannarum, & vitium & quercus & maligranati quæ sint collecta ante solis ortum & sternatur camera cum iuncis & folijs vitis similiter collectis. Ista omnia & similia alterant aerem, qui attractus ad pulmonem & cor ipsa infrigidant & cauma eorum refrigerant paulatine. Deinde iuxta doctrinam tertij cañ. Si vrina est rubea & spissa fit flebotomia de mediana, vel basilica & hoc fit à principio secundum doctrinam. 4. cañ. soluta constipatione. Et si ista flebotomia a principio non fit dimittatur, deinde in eadem die vel saltem in sequenti propter timorem accidentium, & molestiã & furiositatẽ materiæ deẽ hęc medicina.

Recip. florum violę. borag. & buglossę ana vnc. vj. prunorum siccorum. 20. numero fiat decoctio in qua dissoluantur tamarind. cassię fi. mund. ana vnc. 6. reubarbari temperati in aqua end. dra. 6. fiat potus, & offeratur in aurora quia in principio si quid vẽ mouendũ moue. in statu aũt silẽtiũ adhibere melius est a principio iuxta doctrinã. 9. canoñ. ad alterationem & infrigidationẽ materiæ & qualitatis eius fiat talis sirupus quę digerit & ingrossat & infrigidat materiam ne furiat per venas saliendo. Reci. endiuiæ lactucæ scariolæ. portulacæ, rostri porc. hepatici foliorum & summitatum papaueris capilli veneris recentis, ana m. j. florum violæ rosa. ru. florum nenufari. lentig. aquę font. ana vnc. 1. & se. frigidorum minorum. ana dram. 2. fit decoctio in aqua fontana vsque ad li. 1. & s. & in clarificatione cum zuccaro. li. 1. & s. addatur aquæ end. aquæ rosa. succi malorum granatorũ acriũ ana li. s. spodij, sand. al. & ru. cãphorę se. papa. ana dram. 1. & s. detur cũ aqua hordei vel cũ acqua frigida in mane & in sero & in vesperis & in medio noctis si potũ desiderat.

Et si ęgritudo ista cum vehementia sinthomatũ & inquietudo & incendio vltimatis venit & in secunda die aliqua signa digestionis apparere incipiunt & creditur terminari in quarta. tunc nihil quod sit cibale ægro est tribuendum iuxta doctrinam. 5. cañ. & Hippo. quia ad vltimas ægritudines vltimæ curationes sunt potentes ad perfectionẽ 1. ampho. amph. 6. Sed quia virtus pp abstinẽtiã deficit 1. ampho. comm. 5. ideo contemplari oportet ægrotantem si sufficit cum tali dięta vsque ad statũ ęgritudinis & vtrũ ille prius deficiat & tunc dandũ est aliquid de cibo vel de supradictis quia nutrit, & detur aqua hordei & detur auenatum clarum non spissum, vel mica panis multotiens lota in aqua frigida, & cum lacte se. cucur. & melonis mund. vel ipsum lac amigd. cum se. cucur. factum cum aqua frigida. Potus autem qui dari possunt secundum Aui. sunt sirupus acetosus & muscillago se. end. & portulacę & melonis & sirupus de papauere nigro.

Vlterius pro potu vbi sitis videtur esse inextinguibilis & infirmus iuuenis ęstuat & desiderat aquam frigidam potare. Potet de aqua frigida quantum in vno haustu potest attrahere, donec iterum sitiat cum arsura. Et tunc iterum alium capiat haustum &c. Istis tñ conditionibus obseruatis. Prima est quod non sit decrepitus secunda quod non sit manifesta debilitas in aliquo membro principali vel immediate principali deseruienti. 3. ꝙ fe. non sit ex frigida materia. 4. quòd non sit virtutis debilitas. 5. quòd materia non sit cruda, immo digesta 6. quòd non sit oppillatio magna & manifesta. 7. quòd morbus non sit in principio sed in declinatione. 8. quòd sit vehementia sitis, & patiens appetat aquam frigidam. Inquit Gal. in passionario. Certissimè autem extinguetur si pa. bibat aquã frigidã & multã frigidã. Põt ẽt succum malorũ granatorum cum aqua frigida bibere: potest etiam sumere in defectu virtutis ius paruæ pullę coctę cum lactucis vel portulacis & cucur. cum agresta & tenet locum sibi & medicinæ, vel secundum Ras. potest dari mica panis multotiens in aqua frigida lota & mixta cum lacte a quo extractum sit butirum addẽdo

do parum zuccari. Si ergo vides ęgrum multum sitire & aquam frigidam desiderare, & videtur ei, quòd alij potus non remoueant si tim conditionibus obseruatis si non habet apostema in aliquo membro interiori & sit consuetus eam bibere ministra ei aquam frigidam sicut statim dictum est, & fac alia remedia supradicta. Cum ergo videris habentem causonem quòd ei incipiat sudor dimitte eũ sudare stando prope ne se discooperiat & sudet quantum sufferre poterit, vel si incipiat fluxus sanguinis narium vel fluxus ventris: rege ipsum secundum canon. supradictos habendo oculum ad tenorem virtutis.

Declaratio. Primo intelligendum secũdum quòd dicit Ras. 10. ad Almans. quòd in ægritudinibus, quæ fiunt à materia furiosa duabus de causis medicina laxatiua danda est à principio. Prima est quia isti humores furiosi digestionem spectare non possunt. quia continue de loco ad locum impetuose mouentur vt dicit Gal. 1. ampho. comm. Digesta medicari &c. Alia causa quia si in principio euacuati non fuerint in augmento, vel in statu perniciem afferunt. & si propter grossitiẽ materiæ vel aliter non das medicinam laxatiuam in principio non præsumas ipsam dare in statu, sed quiesce ne naturam impedias, verba sunt Ras. vbi supra.

Secundo no. quòd Ras. in loco allegato iubet in causone apponere super hepar & cor pannos infusos in aqua ros. Et dicit, quòd si non habet apostema in interioribus nec sto. est debilis nec hepar: bibat de aqua frigida infrigidata super niuem tantum quantum potest donec facies virid. fit & habeat tremorẽ.

Tertio dubitatur vtrum causon possit fieri ex cholera superincensa non putrefacta. Et arguitur quod sic si illud, quod minus videt inesse inest, ergo & illud quod magis. sed minus videtur esse quòd ex sanguine superincenso non putrefacto generetur febr. quàm ex cholera. igitur &c. consequentia tenet p locum à minori. Minor probatur quia sang. paratior est putrefactioni & ideo minus videtur quòd possit inflammari sine putrefactione cum vtraque qualitate sit paratus putrefactioni. Quod autem ex sanguine non putrefacto, sed inflammato possit fieri febr. hoc patet in sinocha.

In contrarium sunt omnes autores ponẽtes causonem fieri ex cholera putrefacta in venis proximis cordi vel in venis sto. vel epatis Primò nota quod intentio fuit aliquorum ꝙ causon põt fieri ex cholera aquosa & inflammata sine putrefactione immo etiam a mala sola complexione introducta in corpore, & istius opi. fuit Gariopontus in additionibus passionarij. d. Causon alia ex humore, alia ex qualitate. Si ex hu. dissoluitur, si ex qualitate extinguitur. hæc ille. & hoc probat ratio ante oppositum. Ista oppositio est contra mentem Galeni tertij de cri. c. 3. & 3. amph. com. illius. Vltra vero hanc ætatem, vbi vult quòd causon fiat a cho. ru. putrefacta intra venas proximas cordi.

Secundo no. ꝙ sangu. est multum amicus naturę intantum quod non purgatur cum laxatiuis sicut cęteri hu. nisi laxatiuũ esset multũ violentũ: & tunc vltimo expelleretur ideo quia magis amicus naturæ, & propter hoc magis est sollicita de generatione & cõseruatione eius: quapropter defendit ipsum ab omni corruptione, & putrefactione quantum potest. Et si natura ei dedit complexionem in qua maxime fundatur putrefac. hoc non fecit vt in eo causaretur putrefactio, sed vt esset apertior generationi membrorum & nutritioni eorum, quia nutritio fit per calidũ & humidum, secundo de generatione. Et hoc dico propterea quia licet sanguis supercalefiat. tamen non ita cito putrefit sicut alij humores, quia natura defendit ipsum, & in hoc dat operam quantum potest.

Tunc ponitur talis conclusio. Causon non generatur ex cholera superincensa nõ putrefacta, probatur. quia causon ab omnibus ponitur sub genere fe. putridarum. etiam per Aui. qui dicit quod causon fit a cholera putrefacta. Probatur secundo. quia ad putrefactionem duo requiruntur: scilicet conculcatio & non euentatio humoris in vno loco, vel in locis pluribus. Secundo requiritur calor faciens bullitionem & commiscens purum cum impuro, sed sic est in cholera, quia ipsa conculcatur in locis supradictis, & ibi venit vel causatur calor extraneus & sic putrefit & facit fe. putridam.

Ad argumentum. si illud quod minus videtur inesse inest. ergo & illud, ꝙ magis conceditur maior aliquibus cõditionibus obseruatis: quę videri habent in logica & ad minorem. minus videtur inesse quod ex sanguine superincenso non putrefacto generetur febr. quàm ex cholera. Dico distinguendo vel ex parte qualitatum illorum humorum inter se comparatorum, & sic conceditur minor. Vel ex parte instrumenti, scilicet naturę & sic negatur minor quia natura magis sollicita est de sanguine quàm de cholera & magis satagit circa eius custodiam, ideo non ita cito putrefit sicut cholera. Sanguis autem quamuis aliquando supercalefit, & inflammetur ex sui multitudine facit fe. quæ reponitur sub genere fe effi. & hoc non contingit fieri ex cholera.

Quarto

Quarto quæritur, quæ species causonis sit molestior an illa quæ fit de cholera rub. an illa quæ fit de phlegmate salso. Dico quòd si molestia attendatur penes acumen & molestiam accidentium, dico quòd illa quę fit de cholera est molestior, quia maius incendium & acumen habet. Si autem molestia attendatur penes durationem & difficultatē eradicationis, sic est molestior quādo est ex phlegmate salso.

Quinto notandum quòd causon habet causam efficientem & est putredo choleræ quæ facit morbum qui nominatur causon, & habet accidens, quia dolorem capitis & vigilias, & sitim, & sic ibi est morbus causa morbi & accidens morbi. vnde putrefactio & corruptio ꝓprię & innatæ & substantialis humiditatis ex indigentia caloris naturalis superabundante calore alieno. Istam diffinitionem ponit Gilbertus.

Sexto nota, quòd duę sunt causæ citę terminationis causonis. Prima est ex parte naturæ & morbi primo quia morbus est multum intensus & molestus & natura ipsum diu sustinere non potest. ideo nititur ipsum cito expellere, quia natura non suffert longitudinem morbi, cum vltimata malitiæ accidentium terribilitate. Alia causa est ex parte materiæ: & q̃a est multum subtilis & cito euaporabilis.

Septimo quæritur vtrum accidente putrefactione in vno humore alij humores putrefiant, probatur quòd sic, quia sunt commixti adinuicem, & sic non uidetur quòd unus putrefiat sine alio. consequentia est bona & antecedens pro maiori parte est Gal. 2. prognosticorum commento. 38. ibi. Laudabilis vero vomitus. Vbi sic dicit Gal. Hippo. ergo videtur ne aliquis sit humor purus, sed quòd sint per mixti simul.

Octauo sic. Sicut se habet calor naturalis ad digestionem ita se habet calor innaturalis ad corruptionem & putrefactionem, sed calor naturalis sic se habet ad digestionem quod omnes humores simul digerit & generat. ergo calor innaturalis eos simul putrefacit & corrūpit. Maior est nota, quia contrariorum contrarij sunt effectus & minor est Auic. in doctr. de humoribus.

In oppositum ad omnem putrefactionem alicuius humoris notabilem sequitur febr. ergo putrefacto vno humore si alij putrefiunt data vna fe. omnes aliæ aderunt quod est falsum & contra mentem Galeni lib. de differentijs feb. & 2. de crisi.

Notandum pro prima ratione, quòd commixtio est duplex secundum philosophum. 2. de generatione. & 4. meteo. Quædam est vera commixtio in qua omnęs partes miscibilium adinuicem commiscentur, ita quòd in tali commixtione quodlibet commiscibilium perdit formam suam, & in mixto introducitur noua forma. Alia est commixtio in qua miscibilia suam propriam retinent formam, & ista non dicitur vera commixtio, sed potius debet dici iusta positio.

Secundo notandum quòd humores quamuis sint simul in venis, veruntamen quilibet retinet suum proprium nomen & formam, & omnes simul aggregati dicuntur massa sanguinaria. & hoc patet quia natura eos segregat in hora nutritionis, & attrahit sanguinem ad generandum & nutriendum carnem & melācholia ad nutriendum ossa. & sic de alijs.

Tertiò notandum quòd aliter se habet calor naturalis ad digestionem iuuatiui, & aliter se habet calor præter naturam ad corruptionem rei putrefactibilis, quia calor naturalis est vniformis & vniformiter agit in materia præiacente, vt ex qualibet parte generet in simul quod aptum natum est generari, & sic simul & generaret chilum, & ex chilo simul generaret mores successiue. tamen quia totus chilus simul non posset recipi in venis hepatis ita quòd in fine actionis vna pars est sanguis alia cholera alia melancholia, alia phlegma. Calor autem innaturalis agit distincte, & difformiter in re quæ magis parata est putrefactioni & corruptioni. & cum hoc natura satagit custodire & regere res corpori necessarias & iuuatiuas & illas iuxta posse defendere. Cōstat autem quòd res quæ putrefiunt extra regimen naturę sunt & ab ea non gubernantur.

Tunc sit prima conclusio. humores non sunt simul mixti secundum primam mixtionem, scilicet in qua noua forma miscibilium acquiritur, sed bene sunt mixti mixtione secūda de qua dictum est in primo notabili. Secūda conclusio est. Putrefacto vno hu. non est necessarium alios humores putrefieri, patet per rationem factam post oppositum.

Ad rationes ad primam quando dicitur, ꝙ humores sunt commixti, dico quòd non sunt mixti prima mixtione, sed secunda quæ est quædam iuxta positio, & sic vnus potest putrefieri alio remanente saluo, quia est extra regimen naturę & natura de eo non est sollicita. de alijs vero sollicita est & illos gubernat, & sustinet.

Quæritur octauo quare causon magis generatur ex phlegmate salso quàm ex alijs humoribus frigidis sicut est melancholia aut phlegma &c. Primo notandum est ex primitiuis vt dicitur primo cañ. doctrina. 4. cap. 1. quòd phlegma salsum sit ex phlegmate tenui quòd saporem non habet, vel parum saporis cui commiscetur cholera sicca adusta & facit ipsum phlegma salsum & ipsum calefacit,

&

& istud phlegma est cholericum & omnibus speciebus, phlegmatis est acutius & siccius & leuius. Cum igitur phlegma salsum post choleram sit, magis calidum & acutum. Ideo ex eo post choleram, maxime fit causon.

Nono quęritur. Si causon pōt fieri ex cholera putrefacta in venis remotis a corde sicut in venis proximis cordi. Respondet Aui. quod causon potest fieri ex cholera putrefacta in venis totius corporis. hoc dicit in c: proprio. Et videtur quòd iste sit mortalis propter multitudinem materiæ.

Decimo notandū ꝙ raro accidit causon in senibus & si accidat, est mortalis, quia multitudo adest materiæ cum virtutis debilitate pueris autem & iuuenibus non sic, ideo non sunt ita periculosi. Similiter dicendum est de mulieribus maxime phlegmaticis, quia in morbis minus periclitantur ægrotantes.

Vndecimo sciendum, quòd aqua frigida subtilis & passibilis est ideo si sumatur in parua quantitate cito inflammatur à calore innaturali, & causam febr. fortificat, sicut patet in ramusculo fabri in aqua madefacto aggregante carbones ad oculum fornacis: tunc enim ignis fornacis magis fortificatur, vt patet ad experientiam. Similiter accidit in administratione aquę in causone. quia si detur de parua quantitate statim inflammatur, & si detur in magna quantitate vt quantitas suppleat substantiæ eius subtilitatem ne inflammetur, sed se. extinguat.

Duodecimo dubitatur de administratione aquæ frigidæ. Dictum est enim quòd detur post digestionem materiæ. Sed contra, quia illud quod digerit & infrigidat & ingrossat materiam cholericam debet in principio ministrari. aqua frigida est huiusmodi. igitur &c. consequentia nota est & maior est Auic. ca. de cura febrium putridarum in vniuersali, & minor nota est de se.

In oppositum. Nihil quod crudificat materiam & ipsam reddit compactā debet in principio & ante digestionem ministrari, sic est de aqua frigida &c. Dico quòd non debet ministrari ante digestionem materiæ. patet per rationem ante oppositum, & patet autoritate Gal. mech. particula complexa quasi colum. 6. vbi dicit sic. Aqua non purgat eos; scilicet malos humores, sed cruditatem augmentat quamuis cum bibitur quiddam quietis & refrigerationis ægri patiantur. Nam causa febris & apostematis non solum permanet, sed augmentata, & a digestione remota est, vbi supra, & sequitur. Necessarium est iterum, vt aqua illa intendatur & calefiat, cum frigiditas eius non stet ante fortitudinem febris vnde necessario se. cōfortatur & induratur magis quàm fuerit propter oppillationem quam in poris facit, & conclusionem dissoluendorum quo circa febr. fit diuturna, hæc ille ibidem. Et sequitur etiam aliquando virtutem aliquorum membrorum magnam in corpore actionem habentium defectam facit si ea debilia inuenerit siue ex generatione siue ex illo tempore. vnde penitus ab illis actionem amputat. ibid.

Et ponit Galenus. Membra quibus nocet aqua frigida aliquando nocet meri quod non potest transglutire. aliquando nocet stomacho, quod non potest digerere, aliquando orificio stomachi, aliquando hepati & in alijs diafragmati, alijs pulmoni, alijs renibus & vesicę &c. hęc ille ibidem. Et sequitur quibusdam citissime anhelitum grauat & spasmum & tremorem facit in neruis. Quare dico, quòd qui hoc audiunt formidāt aquam frigidam febricitantibus ministrare. ibidem. Et sequitur immediate. Illis ergo non debet dare aquam qui quidem membra habent debilia, & in quibus nobilium membrorum apostemata sunt calida siue frigida siue mollia, siue dura. Et qui oppillationem habent aut humores crudos aut putrefactos. mech. particula. 9. col. 7. Et sequitur. Sed tamen si signa digestionis apparent apostemate absente da aquam frigidam maxime si quædam membra non habent frigida vnde suspicentur actionem eorum defecturā postea. Nec nocet herisipilatio apostemati, si purum sine commixtione alterius sit, sed etiā curatio eius est. ibidem. Et in isto apparet opinio falsa illorum qui dixerunt, quòd aqua frigida competit ante materiæ digestionem.

Decimotertio intellige secundum canon: vbi dicitur quòd omni die detur apozima tamarindorum & prunorum, & bene quia ista cum hoc ꝙ sint laxatiua sunt refrigeratiua, ita quòd habent laxare choleram, & cum hoc infrigidant causam caloris remouendo & alterando & infrigidando.

De synocha. Cap. IX.

SInocha est feb. continua ex multitudine sanguinis non putrefacti & respirationem præ sui multitudine non habentis.

Causæ synochę antecedentes sunt sanguinea complexio inclinata ad multum sanguinem generandum, vnde posito quòd homo sanguineus eisdem cibarijs vescatur quibus melancholicus, magis tamen de bono sanguine in sanguineo generabitur & multiplicabitur quàm in melancholico, & hoc est ratione complexionis quę ad hoc est inclinata. Alia causa antecedens est multus sanguis iam in corpore existens, & ipsa vasa replens, & foramina.

Causę

Causæ enim primitiuæ sunt dimissio exercitij, vt dicit Gale.9.mach. colum. 2. Similiter multum exercitium non assuetum comestio & frequens vsus ciborum multiplicantiũ sanguinem, sicut sunt carnes electæ & bonum vinum maturũ & vitella ouorum & similia.

Causæ coniunctæ sunt multitudo fumorũ à tali sanguine euaporantium & respirationẽ non habentium, immo retenti calefaciunt sanguinem & spiritum & sic feb. reposita est sub specie effi. factæ propter oppilationem pororum & retentionem vaporum & fumorum à sanguine resolutorũ, quia ab eadem causa fit & per eundem modum quamuis inter eas sit differentia.

Causa autem retinens illos fumos est oppilatio pororum cutis vel oppilatio pororum & viarum interiorum, ita quòd ebullitio, & supercalefactio sit causa oppillationis suffocãte caliditate, sicut dicit Auic.

Signa synochæ ponuntur a Gal. mech. particula 9.col.2. vbi loquitur de illo iuuene qui habebat fe. sanguineam & est febr. calidissima pulsus æqualis velox & magnus & spissus, & fortis & calor in volis manuum & non est mordicatiuus & vrina in colore, & liquore est vicina vrina sanæ. Ego dico, quòd vt plurimum est rubea & spissa adest & grossities corporis & multitudo carnis. Et per ista signa notum fuit Gal. quod erat feb. synocha ex oppilatione propter multitudinem sang. orta, & propter prohibitionem dissolutionis, & pp grossitiem corporis &c. Adest etiã rubedo coloris & plenitudo venarum & extensio membrorum ac si haberet alices. Et addit Auic. ꝙ habent ruborẽ in facie, & oculis & inflationẽ venarum temporum, & repletionẽ corporis vltimatam: & non est fe. cum rigore & habẽt constrictionem anhelitus. Et quandoque accidit eis profundatio somni ac si haberet subeth & ante commotionem eius scilicet febr. adest grauitas in corpore, & regimen præcessit multiplicans sanguinem. Et adest pruritus in naribus & fatigatio membrorum præcedit, & in somnijs vident res rubeas vel sanguinolentas. Adest grauitas & dolor frontis, & accidit eis difficultas locutionis & caliditas extẽsa vaporosa propter humiditatem quę sentitur tactu non ita sicca sicut sentitur in causone vel vera tertiana vel in acutis.

Iudicia in sinocha. Primo dicit Auicenna in capitulo proprio. quod profundatio somni & difficultas sermonis in sinocha & in sinocho est malum signum.

Secundo apostema gutturis in sinocha, & in sinocho est malum signum.

Tertio si habentes sinocham non flebotomantur subito moriuntur aut in nimiam molestiam & timorem veniunt, nisi fortuna ex vi naturę eis faueat cum fluxu sanguinis narium aut cum sudore megatechni, particula nona colundello quarto in fine colundelli.

Quarto sinocha frequenter mutatur ad fe. putridam vel hecticam dicit. Aui. nisi cum flebotomia cito succurratur.

Quinto si signa digestionis in ea tarde appareant tarde fiet crisis eius maximè si febr. sit tepida. Et si signa digestionis vsque post tertium aut quartum diem expectant, signum, est quòd crisis non veniet in septimo. Et aliquando venit crisis eius in quarta die.

Sexto quando apparent pustulæ liuidæ aut nigræ, signum est mortis.

Septimo si oculi lachrymantur sine voluntate flendi, sed propter malitiam morbi, & adest difficultas anhelitus, est signum mortis.

Octauo iudicat Gal. sic. Neutra tamen harũ specierum .i. sinochæ & sinochi fit in macris, & frigidis corporibus: sed in carnosis multum sanguinẽ habentibus, 9. de ingenio. c.14.

Nono iudicat Rasis. hæc feb. sępe in causonem mutatur nisi à principio cum refrigerantibus & debita flebotomia extinguatur. 10. ad Almansorem. c.5. in fine capituli.

Curatio vniuersalis fe. sinochæ. Post cano. Gal. 9. de inge. cap. 9. Quicunque curare voluerit sinocham faciat infirmum flebotomari extrahendo multum de sanguine fere vsque ad sincopim quasi omnes autores tenent istum canon.

Secundus est Aui. 1.4. canon. Si sanguis inuenitur aquosus subtilis vel multum cholericus infrigidandus est & ingrossandus.

Tertius si sanguis fuerit multum grossus subtiliandus est.

Quartus, mundificatio humoris ipsum sanguinem subtiliantis vel ingrossantis sequatur flebotomiam post eius digestionem competentem.

Quintus, apertio pororum cum fricatione & similibus post euacuationem cum flebotomia, vel aliter factam in retentione sinochæ est multum iuuans & necessaria existit.

Sextus si a principio propter medici absentiam vel propter aliam causam flebotomia neglecta fuerit: postea quocunque tempore medicus ad infirmum venerit: exercenda erit pręsupposita virtutis constantia, vt error in principio factus in processu corrigatur. Aui. cap. proprio.

Septimus si patiens sinocham flebotomiã non sustinet, cum alteratiuis, & apertiuis, & euacuatiuis est insistendum. Et si possibile est cum vẽtosis & sanguisugis vt superfluitas humoris sanguinei diminuatur, & eius qualitas alteretur.

Octauus

Octauus ca n̄.est Aui.in c.proprio. Flebotomia,& sumere in potu aquam frigidam quandoque excusat ab infrigidatione alia.

Nonus habentes sinocham regimine indigẽt subtiliatiuo,& comestionis diminutione.

Decimus augmastica quamuis plus indiget minutione, secundo homotena, tertio peraugmastica, quamuis in illa specie flebotomia erit priuanda.

Vndecimus est Aui.si autem morbi initium sit propter nimium cibum, quem comederat infirmus,& adhuc in ventre sit coadunatus, oportet quod vsque ad diem secundam, vel ad tertiam flebotomia suspendatur.

Curatio particularis sinochæ. Ista ęgritudo non suffert pigritiam nec ignorãtiam medici, propterea quia potest mutari in deteriorem, vt dicitur in nono iudicio, ideo canonibus obseruatis à principio, & iuxta tenorem primi canonis, flebotomia fiat de vena mediana, quę ab inferius,& superius euacuat, & extrahatur sanguis vsque ad sincopim ferè, vel saltem paulatim,& frequenter de sanguine auferatur: deinde dentur refrigeratiua sicut est rob, qui fit de succo vuę acerbę, & rob qui fit de acetositate citri,& rob de ribes, & rob factum de succo granorum acedulę. & detur sirupus limonũ, & sirupus qui fit de succo cucurbitæ,& de succo vel aqua acetosę,& de succo granatorum acrium. Et detur aqua frigida iuxta tenorem octaui cañ. in magna quantitate, obseruatis conditionibus dictis in cura causonis. Et si eger fuerit debilis, ciba ipsum cum medulla panis loti cũ succo granatorum musorum & aggresta,& da ei aquam hordei, & refrigera ipsum cum muscillagine psilij. & da zuccarum rosſ. secundum Raſ. si adest constipatio fiat lenitiuum clistere galinę coctę cum maluis. deinde purgetur cum tamarind. & prunis,& cum manna & cassiasi.

Sequitur sirupus de fe. portulacę secundum Hebe. extinguens inflammationem & feb. & aufert sitim,& confortat stomachum, & hepar supercalefacta. Rec. succi end. cocti & despumati.li.2.se.portulacę vnc.2. teratur se. & super ipsum fundatur succus,& stet in vase lapideo die ac nocte coquatur lento igne ad cõsumptionẽ medietatis,& addatur zuccari lib. s. addendo in clarificatione aceti albi, succi malorum granatorum acrium ana. vnc. 1. & se. Idem potest fieri de aquis distillatis, sed non tãtũ, videlicet sicut succi, quia in eis distillatis remanet virtus ignis, quia dicit philosophus. Quod semel est calidum semper retinet aliquam virtutem calidi.

Similiter ẽt, videlicet rob qui fit de succo herbę acetosę, ꝙ videlicet tantũ sicut rob. de ribes vt dicit Hebe. Recip. succi acetosæ libr. 10. coquantur lento igne, donec consumatur tertia pars suc.& post dimittatur stare donec faciat residentiam, & iterum coquatur lento igne vsque ad spissitudinem. Aliqui exponunt soli donec fiat spissum, sicut etiam faciunt de succo agrestę. Et ista valent ad deblitatem stomachi factã à causa calida.& videlicet ad solutionẽ ventris a causa calida, & cum hoc extinguit sitim. Et fiant similes medicinę donec extinguatur. Valet etiam oxizaccara simplex & iulep Alexandrinum,& sirupus rosaceus, & violaceus & cętera similia.

Declaratio in sinocha. Primo quęritur cum multi hominum sint pingues, grassi, & carnosi,& pleni sanguine, quare aliqui eorum patiuntur sinocham. alij vero non. Ad hoc respondet Gal.mech. particula 9. quasi col. 5. in fine.colum. vbi dicit. Complexiones vero, & corpora bonos humores habentia, de quibus dissoluitur fumus aereus si oppilationẽ multam habent ducuntur ad fe.continuam sanguineam, quæ sinocha nuncupatur. Quando vero mali & acuti humores sunt cum calefiunt ad putredinem festinanter incidunt: boni vero, & temperati non cito, sed tardè putrefiunt. hæc ille. Patet igitur ex dictis Gale. quòd aliqui habent multitudinem sanguinis & humorum. Et si tales habeant oppilationes, tales cito cadunt in feb. maxime si humores tendant ad acuitatẽ. Alij vero quãuis sint crassi & pingues vel carnosi: non tamen habent oppilationes, humores eorum bene euentantur, & a natura gubernantur,& sic non cadunt in fe.

Secundò intelligendum secundum quod dicit Auice. in prima fen.4.cap.de synocha, ꝙ synocha est de summa febrium, quę est inter fe. putridas & inter fe. effi. differt enim a feb. effimera, quia primum quod in ea calefit est humor, & primum quod in effi. calefit est spiritus. Differt etiam a febr. putrida, quia in sinocha non est putredo sicut in putridis, est tamen febr. acuta, & talis synocha non est effi. nec ethica, nec putrida. Ex quo sequitur correlariæ quod ista præpositio vniuersalis est falsa, omnis fe. aut est effimera, aut putrida, aut ethica, sed ista est vera, omnis feb. vel est effimera aut humoralis, aut ethica.

Tertiò dubitatur si sanguis manẽdo san. possit putrefieri & facere febr. Dicitur quòd sic, quia sang. in se habet duas qualitates, scilicet caliditatem & humiditatem, quę sunt principia putrefactionis.

Quartò sciendum quòd istius febr. autores primo Gal. in 9. mech.& Auic. in 4. canon. in c. proprio, ponunt tres species specialissimas. Prima votur augmastica ab augmento, quia cõtinue procedit augmẽtando vsque ad crisim & ista inter cęteras est deterior: quia plus

de fumis,& vaporibus malis continue genera tur, quàm natura possit resoluere. Secunda species vocatur peraugmastica, quia à principio perfecte augmentata,id est, quòd principium augmenti est nequior horarum eius. Et ista procedit continue diminuendo vsque ad ad crisim. Et in ista natura magis resoluit, & consumit de fumis & vaporibus quàm de materia ægritudinis dissoluitur,& ista species est leuioris & certioris curationis, & terminationis. Tertia species vocatur homotena quasi æqualiter hominem tenens. Et ista a principio ad alia tempora non recipit augmentum nec declinationem, sed æqualis in afflictione, & accidentibus iudicatur. Et ista species est mediocris in malicia inter alias duas species, & sic remanet vsque ad crisim. Et in ista generatur tantum de fumis, & vaporibus quantum resoluitur,& morbus,& natura quasi contendunt de pari donec alter succumbat.

Sed nunc restat dubitare si quælibet istarum specierum febr. habeat quatuor tempora, sicut ceteræ ęgritudines curabiles scilicet principium augmentum statum,& declinationem. Pro quo notandum, quòd in principio cuiuslibet febr. ca. naturalis,& innaturalis obuiant sibijnuicem, & vterque calor maxime naturalis in principio est sopitus, & non fit magna actio tunc inter eos, & ideo in principio non apparet mala, nec fortia accidentia. In augmento vero, quia natura mediante calore naturali, & spiritu sentiens nocumentum agit fortiter contra calorem innaturalem,& causam eius,& incipit materiam digerere, & tunc accidentia fortificantur propter aggrauationem virtutis regitiuæ, quæ tunc posita est in tribulatione, & angustia propter pugnam. Propter quod aduertendum, quòd processus in febr. est duplex, vel enim cõsideratur à parte materiæ, vel à parte temporum morbi. Si a parte materiæ sic est processus in istis febr. sanguineæ speciebus; quia sang. est multum obediens naturæ: vnde si sang. est melancolicus, & grossus, & non fortiter egit in illum, fit prima species; si est paucus, & subtilis, & natura egit in illum, fit secunda species. Si mediocris, similiter agit natura, & fit tertia species. Si autem iste processus consideretur à parte temporis morbi, & ex parte digestionis materiæ, sic dicimus cum Galen. quòd omnis morbus curabilis habet quatuor tempora manifestæ, vel occulte quo ad accidentia, vel quo ad digestiouem, vel indigestionem materię, & posito, quòd in istis speciebus quantum ad sensum, vel ad intentionem accidentium non appareant tempora distincta veridice loquendo in eis considerantur, & reperiuntur ista quatuor tempora quo ad digestionem materiæ, & eius expulsionem si morbus est curabilis.

Quinto quæritur quare similis distinctio istarum specierum, scilicet augmastici, & peraugmastici, & homotene non fiunt in fe. cholericis sicut in sanguineis. Dico quòd causa est, quia maior aptitudo sanguinis est, ad putrefactionem, vel ad meliorationem quàm in alijs hu. Primo ad putrefactionem, quia in fe. duo habet principia putrefactionis secundo ad meliorationem, quia amicus naturæ est, & morbi, qui ab eo fiant non sunt ita periculosi.

Sexto quęritur quare non est aliqua species istius sanguineæ, quæ sit tota principium sicut est aliqua quæ est tota augmentum alia tota status, alia declinatio. Ad hoc dicitur ꝙ si aliqua species esset tota principium nunquã illa curaretur, quia principium est illud tẽpus in quo nulla signa digestionis apparent nunquam signa digestionis apparent nunquam fe. curaretur quia digestio pręcedit expulsionẽ medicinę.

Septimo dubitatur, si flebotomia debet exerceri in processu istius ægritudinis, scilicet in 5. vel 6. die posito, quòd à principio non facta. Videtur, quòd non per Hippo. qui dicit, ꝙ a principio si quid videtur mouendum, moue, in statu autem silentium adhibere melius est 2. amph. Ideo dicit Aui. fen. com. 4. trac. 2. c. 7. Intentiones ad curationes vniuersales cũ inquit, & cũ postponitur flebotomia in principio ęgritudinis non amplius est ei intentio. Respondeo, quod in fe. sanguineis post principium & in omni tempore si necesse est, & apparent signa dominij sanguinis est fienda flebotomia, præsupposita virtutis constantia, qa san. non habet euacuationem artificialem ita bonam sicut est flebotomia, ideo si à principio non fuerit facta, postea est facienda, tunc ad Hippoc. & Auicen. dico, quòd verum dicit in bono regimine vbi non cadit error, quia à principio nõ fuit facta, & iste error potest corrigi post flebotomiam in processu ęgritudinis factam.

Octauo nota hęc gratia exempli, & ad confirmationem. 7. cañ. curam quæ facta fuit cuidam comiti, qui vocabatur dominus Petrus comes de Horseilis in regno Portugaliæ. Erat enim homo pinguis plenus, qui deuenit in synochã, vt retulit mihi homo fide dignus. Medici vero volentes ipsum flebotomare nullam venam inuenire potuerunt, quia absconsę erant præ nimia carne, & pinguedine erat enim somno lentus, & quando proprio nomine vocabatur respondebat, & statim reuertebatur ad somnum. Et medicus

affiftens habuit copiam fanguifugarum, & appofuit corpori eius, & in tibijs, & fronti, & inter fpatulas, & per latera, & poftquam fuerunt replete expergefactus eft, & poft cibauit illum cum iure pullę, & auena. & fanatus fuit. Laus Deo.

In declinatione autem iftius febr. fi adhuc remanet febr. quæ ita cito non poteft extirpari fiat tale electuarium. Recip. fpo. fand. al. & ru. 4. fe. fri. ma. & mi. ana dram. 2. fucci liquiriti, dram. 2. & fe. gummi arab. & dragaganti. amigda. ana dram. 1. camphoræ. dram. 1. conferuę nenufaris, vn. 1. zucca. quod fuff. fiat electuarium in bolos, vel ad modum reftaurantis.

Nono dicit Galen. quòd ftatim à principio flebotomia competit, nifi impediat virtutis debilitas aut nouella replectio. fed dicit quod vt plurimum in iftis duabus ægritudinibus virtus in principio reperitur fortis. ifta autẽ repletio nouella expectanda eft vfque ad fecũdum diem.

De fynocho. *Cap. X.*

SInochus eft febr. acuta continua ex putrefactione fanguinis generata, ita quod eft intelligendum quòd Galen. 2. de crifi. capit. 14. verfus finem. cap. dicit fic. Veruntamen cum fan. incipit putrefieri non remanet verus fan. fed declinat ad chole. Et non poteft ibi fieri fe. ex fang. putrefacto. Et hoc eft quod dicit Auicen. in prima quarti cap. proprio. ibi. febrem fieri opinatus eft. Galenus huic opinioni contrarius eft Auicen. & cęteri doctores ponentes fynocham fieri à putrefactione fang. generata quamuis Galen. hoc non neget expreffe.

Caufę fynochi, habet fynochus eafdem caufas primitiuas, & antecedentes ficut fynocha, veruntamen in caufa coniunctæ fynochę eft, multitudo fumorum retentorum fine fanguinis putrefactione, fed caufa coniuncta fynochi eft, putrefactio fanguinis.

Signa etiam talia funt in fynocho ficut in fynocha, nifi quia in fynocho febr. eft magis intenfa & cal. eius mordicatiuus, & pulfus inordinatus, & vrina rub. groffa fpiffa, & innaturalis, & in fynocha non fic fit. Et pulfus in fynocho, eft maximus fortis, & ęqualis in duritie, & mollitie ftabilis fecundum, quòd in fanitate magnitudo, & fpiffitudo, & fecundum magnitudinem, & paruitatem febr. nono mech. colum. primo. Et fequitur ibi. Porro hę fignificationes funt vniuerfales in his duabus febr. fcilicet fynocho, & fynocha. licet tamen vna fignificationum putredinis in vrina, & pulfu, & calore, liquore, & hypoftafi a fana vrina mutetur. in pulfu autem, quia ab ordinatione, & ftabilitate egreditur. In calore quia pungitiuus, & mordicatiuus tactus eft mech. particula. nona colum. 2. in fine colum. Et nunquam in hac febre fentitur interpolatio, ficut in aliis febribus continuis.

Curatio fynochi fumitur ad experientiam & à Galen. mech. particula. 11. colum. 4. in hęc verba. Si virtus fuerit fortis in febr. continua propter hum. & fangu. in putredine exiftentem ftatim flebotomia nifi fatietas ftomachi prohibeat, eft fienda. Oportet enim flebotomiam donec cibus digeratur fufpendi, fed vt plurimum virtutem fortem inuenimus in principio huius febr. vbi fupra. Et fequitur ibidem, quòd fi æger nondum fuerit. 14. annorum nequaquam eft flebotomandus.

Poftea purgetur ficut dictum eft fuperius, in cap. de fynocha cum rebus mundificantibus, & alteretur eius mala complexio, prout in fynocha dictum fuit, veruntamen debemus addere aliqua aperitiua propter oppilationem.

Si autem cum ifta febr. haberet hepatis debilitatem, dentur ifti trocifci, quos ponit Auicen. Recip. fpod. dram. 3. fe. portulacæ. dram. 6. gummi dragaganti amid. ana. dra. 3. fucci liquir. dram. 7. refrigerant enim, & confortant ftomachum, & hepar. Vel fiat fic. Recip. rof. rub. dram. 2. berberis. dram. 2. & fe. cucu. & melonis, & citruli, & portulacę. & fpodij. ana dram. 1. gummi dragaganti. & arab. amigd. ana dram. fe. reubarbari croci camphoræ. ana fcrop. 1. fiant trocifci cum aqua end. & dentur cum aqua hordei. Ex iftis poteft fieri reftauratiuum cum zuc. & conferua rof. & eft, magis gratiofum ad fumendum, vel detur triafanda. diadragagantum fri. & ifta valent in vtraque febr. fanguinea, quia vtraque fimilis eft in cura, &c. quafi.

Dięta iftorum fit, ꝙ comedant hordeatum, & auenatum, & ius paruæ pullæ bullitæ cum lactucis, & agrefta, & fruftis viridis cucurb. & micam panis ter lotam, & coctam cum lacte amigda. & quatuor fe. frigidorum com. vel cum lacte amygda. poteft fumere fecundum aliquos lentes prius bullitas, & iterum in alia aqua coctas cum pet. & paruo oleo addito aceto, vel fucco malorum granatorum, & iure cicerum rub. vel betucorum, & poma, & pira cocta cum zucca. & fumat malagranata, & poteft vti cucurbi. bullita cum lacte amigdal. Et comedat ali-

aliquando melonem & citrullum. Et vtatur end. nouella lactucis portulacis. Si venter est constipatus, comedat puretram de maluis & spinargijs & mercuriali paratis cum lacte amigda. vel soluatur cum decoctione prunorum & cassiafi. & tamarind. & mannę granatę, vel cum clisteri lenitiuo. Aquam autem frigidam in synocho non damus nisi postquam signa digestionis apparuerint. mech. particula. nona. quasi col. 7. Et si dolor capitis superuenerit: oleum rosf. cum aceto mixtum capiti superponatur. Et videlicet oleum viol. & nenufaris auribus immitatur, & similiter naribus olfaciant. Et similiter odorent rosf. & sand. & folia salicis & campho.

Si vigilijs vexantur, fiat dormitorium de succis herbarum frigidarum & hu. semperuiua vermicularis solatrum vmbilicum veneris lactuca portulaca papa. & se. eius lentigo aquę vnguentum populeon. Ista capiti applicentur in dolore capitis, & in vigilijs nisi esset catarrus, vel nisi esset somniculosus paratus ad subeth, vel litargiam. Communis & magis visitatus potus istorum acute febricitantium est aqua hordei. sed in magna ęstuatione, & angustia sitis damus muscillaginem psilij, & succū granatorum vel aliquem de sirupis, & rob supradictis cum aqua frigidissima confidentes, quòd aliqua ex istis remoueant maliciam aquę frigidę cui commiscentur. Si autem patiantur cardiacam succurratur cum aromaticis frigidis, sicut dictum est in cardiaca, & stomacho, & regioni hepatis superponatur hoc emplastrum. Recip. omnium sand. dram. 3. rosa. rub. farinæ hordei. ana vnc. 1. camphoræ. dram. 2. fiat emplastrum cum aqua rosf. Si autem veniat somnolentia, extremitates fortissime fricentur, & acetum fortissimum cum digitis, & plumis naribus immittatur, & vapor aceti fusi super tegulam ardentem sentiatur & excitetur clamoribus, vel aliter timendo de litargia, vel applicata, quia isti vapores in magna copia ad caput ascendentes ibi causant subeth lithargiam, vel apoplexiam. Et hoc tenet verum in omni feb. & dolore capitis. Si autem habent sitim intolerabilem, bibant aquam frigidam cum paruo aceto. Et fiant sacculi de se. citoniorum, & de semine psilij, vel fit sic secundum Gordonium. Recipe succi vuæ acerbæ, succi acetosæ, succi lactucæ, succi malorum granatorum aceti al. ana vnc. vnam coquantur in lento igne. addatur zuccarum candi zuccari albissimi, ana quod suff. fiant pillulæ, & teneantur sub lingua.

Declaratio in synocho.

Primo intelligendum est, quod si aliquis patiatur synocham, & à principio non succurratur cum extractione sang. per flebotomiam aut non, ipsum non expellit per fluxum san. narium, vel aliter, vel si aliter cum refrigerati vis cito non succurratur, vel talis synocha inflatiua cito in synocham de putredine san. conuertitur, quia san. propter retentionem fumorum, & vaporum, & conculcationem eorum, & defectum expirationis putrefit, & sic de synocha fit synochus, quæ eo feb. grauior, & maioris periculi, & sic intellexit Galen. in 2o. de crisi. capitulo 14. & ibi loquitur de synocha, & synocho. Synochus etiam potest generari ibi absque synocha præcedente. quia san. in se potest putrefieri cum in se habeat vtraque principia putrefactionis, & corruptionis.

Secundo notandum, quòd Galen. secundo de crisi capitulo 6. quasi in medio ca. dicit sic. Et tibi quidem sufficit, vt cognoscas esse huiusmodi febr. quòd generata est, ex eo chole. pura. & quia ipsa est inflammatiua adurens, & quia ipsa est acuta valde. Et propterea quidam medicorum nominauerunt hanc febr. nomine proprio quod est, synochus. hæc ille. Vltra vero hoc Galen. in secundo de crisi in capitulo 14. negat febr. fieri ex sang. dicens sic, quòd si ad aliquod membrum currat sang. solus remanens secundum naturam suam, & figuram apostema, & fit nomen illius apostematis apud græcos vocatur phlegmon cuius deriuatio est ab inflammatione, & febr. quæ generatur ex eo est febr. leuis, & salubris, & febr. cui magis assimilatur, est febr. diei eueniens ex apostemate carnis mollis, quæ est in emunctorijs, & locis alijs. hoc enim apostema non fit nisi ex sangu. solo sano veri sangu. sed declinat ad choleram vbi supra. Et sequitur immediate. Constat ergo, quòd genera febr. sang. omnia sunt tria, propterea quia febr. quæ prouenit ex sang. proportionatur ad chole. cum sang. quando putrefit declinatur ad cho. ibidem. Et secundum hos sermones negat ibi Galen. febr. fieri ex sang. ipso remanente sang. quamuis in nono particula mech. & nono de ingenio dicat oppositum, vt fuit dictum in principio istius capi. Synochus est, cum putredo sang. est in toto corpore, quia in omnibus partibus corporis, mech. particula. 9. colum. 1. in fine colum. Et sequitur. Dico ergo febr. huius putredinis synochum esse continuam quandiu putredo permanet. Putredo enim semper est, in humidis rebus maxime calidis cum dissolutione, vel euentatione caruerint, sicut videmus in sorditie, in stercoribus, cum vna pars aliam conculcauerit. ibidem. Vide ergo quomodo Galen. iniuste accusatur &c.

Non ergo faciamus dubitationem de eo quod Gale. expresse ponit quia fe. putridam ponit san. putrido generari secundum ipsum.

Tertio in ordine declarationum queritur si ex san. putrido extra venas potest fe. generari, vtrum illa sit continua vel continua, vel interpolata. Et videtur ꝙ interpolata, quia mateteria putrefacta extra venas facit interpolatā, & consequentia patet in phlegmone ex autoritate Gal. vt dictum est in declaratione. secūdo ante istam.

Pro isto dubio est sciendum secundum Hipo. 4. amph. amph. 64. in quibuscunque feb. quotidie rigores fiunt quotidie feb. soluuntur Et feb. interpolata quæ venit cum rigore quotidie in paroxismo illa feb. soluitur, & annullatur. Et secundum Gal. in com. posito quòd illa fe. soluatur post paroxismum, quędam malæ qualitates retinentur, vel remanent intra corpus quæ sunt causa reuersionis ipsarum fe. & meo iudicio illæ qualitates sunt præcipue in loco minerę, in quo est talis caliditas, & dispositio materię ibi veniens iterum conculcatur, & putrefit. Et iterum natura facit paroxismi insultum faciendo contra materiam morbi. Et hæc est causa formalis paroxismi. Causa autem materialis est ipse hu. putrefactus, & materia antecedētes in corpore superabundans. Causa vero efficiens paroxismi est, natura quę conatur inimicum nociuum cum sua vi expulsiua extra corpus eijcere. Causa autem finalis paroxismi est sanitas quam non semper intendit & hæc est similitudo de futuro a quo fuit extractus panis nouiter in quo post extractionem panis remanet caliditas, & habitudo vt iterum cito fit caliditas similiter est similitudo vasis in quo per longum tempus acetum fuit conseruatum quo perfectè euacuatio si vinum in eo reponatur cito fiet acetum &c.

Secundo nota quòd feb. efficitur continua tribus de causis. Prima est fumus materiæ intra vasa, quia tunc de directo fumi a minera eleuati non possunt venas exire: immo per rectum repertum canalem ad hepar, & cor essumant, & eleuantur. Secunda causa continuitatis est fe. proportio humorum ad putrefactionem vt patet de san. quæ ex vtraque qualitate conueniens est, & proportionatus putrefactioni. 9. de inge. Tertia causa continuitatis fe. est multitudo materię. Causæ autem interpolationis sunt contraria istis. Cum ergo san. inter omnes humo. sit maioris quantitatis cum etiam sit magis aptus putrefactioni, sequitur, ꝙ ad locū minerę continue fluit ratione quantitatis, & continue putrefi. rōne qualitatis, & sic continuā facit fe. & hoc de isto dubio. Laus Deo viuo, & vero. quia situs materiæ putrefactæ extra venas non est eam sufficiens vt fe. fiat. interpolata sed bene cum paucitate materiæ, quia si materia esse multa, & putrefactioni parata bene faceret contiuam, vt patet in phlegmone, & in bubonibus fe. pestilentialium.

Quarto quæritur quare ex apostemate cholerico fiat fe. continua, & non interpolata, cum materia sit extra venas. Ad hoc dicendū ꝙ situs materię intra uasa non est causa essentialis putrefactionis interpolatæ quanuis beneiuuet, sed multitudo materiæ, & aptitudo cursus eius, & putrefactionis est causa putrefactionis continuæ. quod ergo materia cholerica est habulis ad fluxum, & penetrationem ad locum minerę. ideo continuam facit putrefactionem. & per consequens feb. sen. & quia in maiori quantitate est ceteris hu. similiter.

Quinto nota, quod in sanguineis fe. non est expectanda digestio materiæ quia san. maxime est digestus, & quia citius cognoscitur quā alię species fe.

Sexto sciendum quòd corpora calida & humida paratiora sunt ad incurrendum synochum & synocham.

Sexto Ga. Cuicunq; dominatur ista consilio secundum calida, & hu. putredo cito festinat in eo. cum etiam in sanitate putrefactioni vicinus sit. quod pcipitur ex stuporis putore, & vrinæ putrefactione, & egestione atque anhelitu: quia natura horum est quasi hirci in horribilitate odoris, propter quam plurimos morbos. 8. de ingenio. c. 12.

De febre quotidiana. *Cap. XI.*

Febris quotidiana est feb. interpolata affligens omni die ex materia phlegmatica extra venas putrefacta perueniens. Nunc autem sciendum quòd fe. quotidiana sicut multę alię ęgritudines habet causas primitiuas antecedentes coniunctas.

Causæ fe. quotidianæ primitiuæ possunt esse frigiditas & humiditas aeris exterioris, longus vsus rerum frigidarum, & humidarum vt est vsus fructum recentium, & piscium. Similiter quies & longum otium, & dimissio exercitij consueti. Etiam frequēs balneum & dulcis aquæ, & frequentis crapulæ &c.

Causę antecedentes sunt nimia repletio humorum in corpore pręcipue phlegmatis secundum suas species, vt est phlegma vitreum vel salsum. &c.

Causa coniūcta est phlegma putrefactum extra venas effumans vsque ad cor, & inflammatio illius fumi in corde est, causa putrefactionis, & conculcatio, & non euentatio illius phlegmatis secundum suas species.

Signa

Signa istius fe. colliguntur à Gal. 2. de crisi. c. 5. sic. Feb. faciens paroxismum omni die & cum procedunt cum ea dies tunc quòd accidit eis in primis horis paroxismorum est frigus in eo, quòd apparet de corpore, & extremitatibus eius non est rigor verus, & reperitur in pulsu diuersitas, & corrumpitur ordo eius in principio paroxismorum feb. & remanet de illa diuersitate aliquid in hora augmenti paroxismi, & non reperitur in eo, velocitas & magnitudo, & fortitudo sicut in tertiana nec sentit tantam inflammationem nec anhelitus est magnus, & frequens nec tantus appetitus aquæ frigidæ. sitis est minor quàm in cæteris fe. Et sequitur. Et vrina à prima die eius est secundum quòd est in principio quartanæ, nec æger forsitan sudat in ea in primis diebus, sed in eo quod est post cum prolongatur in ea dies. & tunc iã fit in ea sudor. hæc est, sententia Gal. vbi supra. Et sequitur in sententia quòd alia particula conueniat, vt quia est complexionis frigidæ & stetit diu in otio, & quiete & multitudine cibi. Et propter hoc accidit sæpe pueris & communiter accidit cũ ea læsio stomachi, vel hepatis & præcessit frequens nauseatiua satietas, & tarditas in digestione & eructuationes acetosę inflatio hypocundriorum & color infirmi rendit ad albedinem, tempus est hyems & regio & complexio humida &c. hæc est sententia Gal. de crisi. c. quinto.

Si ergo quotidiana fit a phlegmate dulci in primis paroxismis non venit frigus nec horripilatio nec rigor donec pertransiuerint plures paroxismi. Si fit à phlegmate vitreo, vel acetoso frigus est magnũ valde, nec iste rigor nec frigus veniunt ita cito sicut in tertiana sed paulatine & primo in extremitatibus, & postea fuit sicut nix. Et sequitur vomitus phlegmaticus in principio paucitas sudoris, sed crisi appropinquante dissoluitur materia, & in omnibus speciebus dolor stomachi, vel splẽis & discoloratio faciei & priuatio sitis, & cacochimia, & casus appetitus sunt signa communia.

Si fiat à phlegmate salso adest sitis & frigus nimius rigor similiter, & maior caliditas, & siccitas & sapor in ore salsus. non plangamus ergo papirum recolligendo signa quotidianę. Incipit ergo quotidiana de phlegmate dulci cum paruo frigore in extremis, & pulsus est paruus, & occultus, & vaporosus, & terminatur cum modico sudore, vel nullo in principio, sed propinquante crisi fit sudor nimius & de facili vrina est remissa in principio, & spissa, & aliquando subtilis propter oppillationem, sed appropinquante digestione materia fit rufa vel subrufa intantum, quòd aliquã do iudicatur caliditas hepatis, & non est, adest tumor faciei, & color plumbeus, vel pallidus vel liuidus. os habet humidum, & non fuit. In phlegmate vero vitreo maximum frigus sentitur, & in acetoso similiter, nimius tamen quam vitreo. in dulci autem minius omnibus, quia quanto phlegma est frigidius tanto causat maius frigus.

Iudica. in febr. quotidiana.

Primo indicat Gal. 1. de fe. ad Glauc. ca. 9. Amphimerina, idest quotidiana longa est & non sine periculo.

Secundo conualenscentes effrẹnati, vel nõ bene gubernati ab amphimerina sæpissime molestantur. nam debilitas digestiuę, & non debita vel immoderata cibi, & potest assumptio est, phlegmatis causa superflui augmentandi.

Tertio adolescentem quippe cholericum & siccum in complexione nunquam vidi captum huiusmodi fe. primo de fe. ad Glau. c. 7.

Quarto vniuersum corpus in huiusmodi fe. scilicet quotidianis inuenies plenum indigestis hu. ibidem.

Quinto indicabis tempus durationis paroxismi, & interpolationis, & secundum, quòd materia est magis, vel minus compacta, & viscosa, quæ cognoscitur per tarda signa digestionis in vrina. Et communiter dicitur, ꝙ durat paroxismus. per. 18. horas, & interpotat. 6. secundum viaticum.

Sexto iudicabis cognita specie febr. principium certitudinis istius fe. est vsque ad. 18. dies. & terminus fit eradicationis vsque ad. 64. dies.

Septimo iudicatur in li. vocabulorum, si venerit vomitus in principio accessionis, & sudor multus in fine eius, cito ęgritudo terminabitur, quia obedientia materiæ, & virtutis fortitudo iudicantur.

Octauo abbreuiatio, & alleuiatio paroxismorum, & suorum temporum iudicant illam esse citę terminationis & sanationis.

Nono si sæpe fiant sternutationes post statum ęgritudinis sunt bona signa, quia indicãt fortitudinem expulsiuæ.

Decimo iudicamus materiam incipi digeri per mitigationem accedentium, & per mutationem coloris vrinæ, & hypostasim eius, & per gurgulationem intestinorum & inflationem & per abominationem.

Vndecimo si isti in declinatione patiantur aliquam inflammationem pedum, & tibiarum non mireris si alia bona signa apparẽt, sed fac ipsum abstinere à nimietate cibi, & potus, & fac ipsum sudare & conforta digestiuam.

Duodecimo breuitas paroxismornm, & multus sudor breuitatem ęgritudinis denun-

tiant, quia paucitas materiæ, & obedientia eius denotatur.

Curatio vniuersalis feb. quotis. Et primo cañ. vniuersales permittantur.

Primus est Gal. de febr. ad Glauco. cap. 12. Vniuersum tibi diætę regimentum calidum incisiuum sit.

Secundus si amphimerinam patientes cum difficultate euomant, subtiliatione indigent humorum, qui stomacho sunt inuiscati, vel adhærentes.

Tertius competenter in principio paroxismorum istius febr. vomitus prouocetur, vt materiæ antecedentis & coniunctæ quantitas aliqua extirpetur.

Quartus inscissio, & subtiliatio materiæ, & consequens euacuatio in hac ęgritudine vsque ad finem continuandam intra tamen vnã horam euacuationis, & aliam mora sufficiens, & regimen cõferẽs sunt à medico expectanda.

Quintus omnes species istius febr. conueniunt in tribus, in principio scilicet in mollificatione naturæ moderata, & in prouocatione vomitus, & in administratione rerum subtiliantium & incidentium & diureticorum. Auic. in c. proprio in prima quarti.

Sextus, quoniam debilitas digestiuæ stomachi & hepatis est causa phlegma multiplicandi. Ideo stomachum & hepar & splenem conuenit aperire & confortare.

Septimus secundum elongationem, vel appropinquationem status à principio ęgrit. secũdum hoc ęger dijudicandus & diętandus & magis vel minus de cibo ministrandum.

Octauus, nunquam in principijs paroxismi dormire permittantur, nec in statu ne expulsio materię impediatur. In declinatione autẽ si famescẽdo dormiant, iuuat eos virtute hoc tolerante, quia tunc digestio, & consumptio grossorum chilorum celebratur.

Nonus, nullus præsumat cibare pati. quotidianam durante paroxismo, sed post, vel ante per magnam pausam, nisi virtus multum fuerit defectiua. Gal. in passio. lib. 6.

Cura particularis fe. quotis. Et primo quãdo est a phlegmate dulci naturali, quia tale phlegma san. est imperfectè decoctus. Et scitur per saporem dulcẽ in ore & per alia signa supra dicta. & tunc iuxta tenorem 4. cano. digeratur materia sic. Reci. rad. brusci, sparagi, graminis apij fen. cicoreæ pet. ana vnc. 2. conquassata in aceto temperentur per sex horas. si non adest tussis, tunc addatur end. scariolæ politrici, adianthos, capilli veneris, mentę, absinthij ana vnc. 1. & s. end. & scariolæ se. brusci & sparagi ana. vnc. 1. ros. ru. florum boraginis & buglossæ, corticis citri, & coriandri præparati ana dram. 3. zuchari. libr. 2. fit sirupus, & detur cum aqua cicerum rubeorum, & spicenardi: incidit enim materias grossas, & confortat stomacum & cor, & alterat qualitatem febrilem. Et poterit addere scolopẽdriam camedreos, & petro. macedo. & similia. potest etiam digeri materia cum sirupo acetoso, in quo bulliatur hysopus, vel sumatur cum decoctione hysopi, & cicerum ru. vel cum oximelle diuretico. postea purgetur sic. Recip. polipodij querc. recentis & conquassati. vnc. 1. florũ boraginis & buglossæ ana vnc. s. pass. mund. ab arill. vnc. 1. & se. fiat decoctio, & in colatura temperentur corticis mirab. chebul. vnc. 1. in mane fricentur fortiter & colentur, & offeratur colatura. Ista enim decoctio euacuat phlegma quod est antecedens & cõiuncta causa fe. quoti. & post stomachum corroboratum & cõfortatum dimittunt. vel in dicta decoctione dissoluatur pul. diaturbith. dram. 3. agarici dra. 1. fiat potus. Et ista iterentur, in principio tamen potest fieri clistere, & medicina laxatiua vel lenitiua cum cassiafi. quæ secundario purgat phlegma, & cum pul. diaturbith. Nos vero interdum damus eis iuxta tenorem 6. cañ. sirupum de absinthio, vel decoctionem absinthij & mentę cum virgul. graminis & radice fen. & an. vel si est multũ delicatus fiat iulep ex aquis distillatis mẽtę & absinthij & florum sambuci, & radicis fen. & petro. & apij cũ zuccaro. deinde fit bolus deauratus ex diacarta. vnc. s. & dram. 1. & s. pul. diaturbith excepto iure de magis vel minus. Raro ministramus pill. quia materia est in stomacho & non indigemus longa attractione.

Sed iuxta tenorem 3. can. prouocetur vomitus tali modo. Rec. oximel squilliltici, aquæ rafa. ana. vn. 1. tepidum offeratur. & post prouocetur vomitus cum pluma, alleuiat enim totum paroxismum & materiam antecedentem & coniunctam euacuat. Aliqui enim dant rotulas rafani gall. & post duas horas mouent cũ pluma & oleo. Si infirmus sentit inflationem, & gurgulationem intestinorum & abominationem & nauseam stomachi, signa sunt subtiliationis materiæ, & tunc medicina laxatiua per inferius vel vomitiua est ministranda, & tunc securè potest dari catarticum aliquod vel pill. stomaticæ aliqualiter acuatæ. Phlegma salsum si fuerit in causa istius febr. quoti. digeratur materia cum oxizaccara composita & aqua calida, quia secundum omnes aqua calida habet magnam proprietatem in phlegmate salso in lauando stomachum & temperando salsedinem eius. Et quia hæc species phlegmatis componitur ex phlegmate dulci, & ex cholera, ideo indiget medicina digestiua & euacuatiua vtriusque humoris: digeratur igitur ista cum sirupo de hysopo & oxizaccara

ra simplici. Et euacuetur cum medicina composita ex mirab. citrini. & che. vel indis, & eupatorio & absinthio, & vuis passis, & prunis & cassiafi. & puluere diaturbith, agarico in pil. vel in colatura. Et si istud phlegma reperiatur esse circa hepar, quod scitur ex pruritu & aliquali scabiæ. Danda sunt diuretica ad prouocandum vrinam & purgetur cum polipod. & epithimo, & senę coctis in sero caprino, & post confortetur stomacus cum trociscis de spodio, & de sand. & de camphora.

Phlegma vero acetosum cognoscitur per acetosum saporem in ore, & per oxiremiam frequentem, & per eructuationes acetosas, & quia melācolia habet partem cum phlegmate in ista specie, ideo in digestiuis, & euacuatiuis miscentur medicinæ eis ambabus appropriatę: similiter in phlegmate vitreo, & istę duæ species phlegmatis sunt frigidiores, & magis compactæ, ideo sunt ad digestionem, & eradicationem inobedientiores, & ad curandum tardiores, & sunt paroxismi earum longiores & frigidiores. ideo indigent fortioribus digestiuis & euacuatiuis. Digeratur ergo materia cum oximelle diuretico vel squilliti co, & sirupo de fumo terræ, vel oxizaccara, sed in apozimate cum quo ista sumuntur ponantur aromatica, vt spice. galangis & ciperus, vel pro digestio detur ptisana cum modico pipere. deinde prouocetur vomitus cum se. rafa. & atriplicis vel cum rafano lardato cum elleboro al. abiectio elleboro, vel cum electua. facto ex succo squillæ & zuccaro, & conforte tur hepar, & stomachus cum trociscis berberis, & de absinthio, & potest interdum dari cō serua de radicibus apij cum aqua distillationis absinthij. Et purgetur cum diasenę, & diaturbith. vel cum polipodio, & senæ, & epithimo, vel cum turbith, & fumoterrę, vel cum chebul. & indi. & hierępigra, & hierarufini acuatis cum pulpa colloquintide, & sal gemmę & cum pillulæ stomaticis similiter acuatis, quæ omnia dimitto medico sapienti particulariter operanti.

Hic nota secūdum Gerardum Crem. quòd si tres guttæ succi mercuriali calidi in aurem vel narem dextram mittantur, statim remouet tipum, probatum est, vt dicit in principio paroxismi ponantur pedes in aqua calida, in qua sint coctę herbę calidę. Et fiant vnguenta & olea calida cum stafisagria, & piretro & dauco, & castoreo ad vngendum latera, & dorsum, vbi sentiunt dolorem, & stomachus intus & exterius cum absinthio, & menta, & hisopo, & calamento cum mastice confortetur post perfectam euacuationem per vomitū vel secessum, &c. sirupus etiam de menta vide licet ī isto cásu, similiter sirupus de absinthio.

Dięta. Primo caueant ab omni repletione cibi & potus, & a cibis multum humidis, vt sunt pisces recentes, & omnes fructus recentes huiusmodi, & lac, & sit tota diæta sicut primus cañ. inclinet ad insciſſionem materiæ: ideo competenter ministrat ius cicerum betu corum cum petro. & spicę. & paruo oleo, & sale, & ius paruę pullæ cum petro. & hysopo, & croco. Et de herbis vtatur menta, aneto, bora. fen. petro. apio. Et concedimus aliquando de pulla sic parata & extremitates capreti. Et damus aliquando vinum subtile bñ limphatum. Et ista concedimus quando timemus debilitatem virtutis: non intret balneum nisi post signa digestionis. Ingrossatio autem diætæ, & eius subtiliatio relinquatur industriæ medici quo operatur in arte. Si vrina aliquando apparet rufa, vel subrufa, & virtus est fortis, extrahatur de san. cum mensura, dum tamen euacuetur à membro lęso. Dicit Gal. in passio. ꝙ in ista febr. dandi sunt cibi calidi, sicut est piper, & ruta, & anisum. Et iubet dari vinum subtile al. coloris. In accessione nihil dandum est de cibo nec de potu nisi in fi. accessionis aquam hordei cum gramine & rad. petro. Et ad comedendum detur pullus coctus cum petro. & croco. Et secundum Galenum ponatur ibi piper & cimi. Et docet ibi Gal. dare pedes lactantium quadrupedum coctos cum aceto, & pule. &c. Vinum ergo non detur stomacho ieiuno, quia quod lędit sanos, lędit infirmos. Comedat auenatum hordeatum cum lacte amigd. Multa particularia occurrunt in passionibus, & diuersi appetitus veniunt, ideo desideratis, & appetitis aliquid est patienti offerendum secundum industriam. &c.

Declaratio in quotidiana. Primo sciendum qđ a principio vrina est al. propter phlegmatis frigiditatē, & est spissa propter eius humiditatem. Sed quando materia incipit digeri efficitur rufa aut subrufa cum substantia mediocriter tenui aut pingui proptera, quia natura conuertit illud in digerendo ad naturam san. & aliqui de hu. & superfluitatibus digestionis cum vrina extra mittuntur.

Secundo nota, quod dictum fuit in signis quòd pulsus est moll. & latus, & debilis, & diuersus: vnde dico, quòd mollis propter humiditatem, latus propter extensionem arteriæ mollificatę: quæ faciliter extenditur propter nimiam humiditatem, & est tardus propter paruitatem caloris, & est diuersus propterea, quia aliquando non dominatur super materiam, & tunc pulsus est fortis, aliquando materia est magnę resistentiæ, & natura tunc non potest dominari, & tunc pulsus est debilis, & sic fit diuersus.

Tertio intelligendum, quod fe. quotidiana

quæ

quæ à Gal. vocatur amphimerina non dicitur quotidiana ex eo, quia quotidie affligat, ſed ideo quia generatur de phlegmate putrefacto extra vaſa, quia tertiana duplex affligit etiam omni die. ſed tamen propter hoc non dicitur quotidiana, ſed duplex tertiana nucnupatur. Dicitur autem à Gal. vbi ſupra ammhimera ab am. quòd eſt circum & meros, quod eſt dies, eo, quòd in circumeundo omnibus diebus ſuos reiteret inſultus, vt dicit Gerardus de cremo.

Quarto intelligendum eſt ſecundum, quòd dicitur in 7. li. pantech. quòd paroxiſmi quotidianæ, & aliarum fe. in quibuſdam ſunt longi & in alijs breues, & hoc accidit propter vnum trium. Prima cauſa eſt natura materiæ nam ſi materia eſt multa groſſa, & viſcoſa, & frigida fe. & paroxiſmi eius erunt longiores, ſi autem calidior & ſubtilior minus viſcoſa, tota fe. & paroxiſmi eius ſunt breuiores. Secunda cauſa eſt fortitudo, vel debilitas virtutis: virtus. n. fortis citius digerit, & expellit debilis autem tardius. Tertia cauſa eſt figura corporis ſi corpus eſt ſpiſſum & vicoſum, & oppilatum, & pori eius ſunt clauſi, & oppilati tota fe. & eius paroxiſmi ſunt longiores. Et ſi corpus eſt ſubtile & rarum, & pori eius ſint aperti tota fe. & eius paroxiſmi erunt breuiores, quia materia cito exhalatur.

Quinto ſciendum quod quando fe. quotidiana fit a phlegmate acetoſo quamuis ſit frigidum tamen autores iubent dare trociſcos de roſ. & de berberis ad confortationem ſtomachi, & hepatis & ad refrigerandum complexionem febrilem. Sed quia ſunt frigidi. ideo debent dari cum aliqua decoctione aperitiua, & calida, vt eſt decoctio aniſi marat. & carui ad aperiendum. Et trociſci dentur ad temperandum calorem feb. & medicinarum calidarum quæ cõtinue miniſtrantur, põt quod datur intelligi, quòd nunquam in iſta fe. nec in alia res calidæ per ſe ſine commixtione frigidorũ debent dari vt materia fe. vel eius mala qualitas non augmentetur. Dantur etiam iſti trociſci, vt dictum eſt ad confortandum ſtomachum, & hepar quę multum ſunt debilitata propter vomitum, & purgationes, vt ipſa confortent, & ſtipticent. Et iſta miniſtrãda ſunt poſt digeſtionem & purgationem materiæ.

Sexto ſciendum, quòd ex iſtis duabus ſpeciebus phlegmatis, ſcilicet vitrei, & acetoſi poſſunt generari aliæ febr. quæ ponuntur ab aliquibus doctoribus ſcilicet epiala, & liparia. Vnde epiala dicitur ab epi, quòd eſt ſupra, & algor quod eſt frigus quaſi frigus deſuper ideſt, in partibus exterioribus. Ideo dicitur, ꝙ epialia eſt feb. in qua exteriora frigeſcuut, & caliditas interius nimia ſentitur, & hoc eſt. quia ad partes exteriores mittitur phlegma vitreum & ibi remanet expaſſum ſuper membra ſenſibilia, & ſparſum tamen pro tunc nõdum eſt putrefactum, nec ſupercalefactum ideo infrigidat multum membra exteriora. Et fit calor febris, quæ eſt ab alia materia. phlegmatica interius putrefacta per iuxta poſitionem ſui contrarij augetur, & cremet partes interiores, & non poteſt calefacere exteriores niſi poſt magnum tempus: ideo dicitur ꝙ paroxiſmus eius durat quaſi per. 24. horas. Et dicunt aliqui quod vt plurimũ conuertitur in quartanam: vt paroxiſmus tantum durat quia materia eſt multa & cõpacta, & groſſa, & ſtiptica, & virtus debilis ſopita. Et ꝑpter hoc videtur continua quia quaſi vnum paroxiſmũ attingit a lium, & tamen non eſt continua. Et eſt alia ſpecies iſtius feb. phlegmaticæ quæ vocatur lipatia & eius interpretatio eſt epiale cõuerſa. Et in iſta frigus interius conculcatur & exteriota caleſcunt propterea, quia cholera, vel phlegma ſalſum expanditur ſupra membra exteriora & ibi putreſit & interius eſt vitreum quod opus magnum ſpacium putreſit & expanditur exterius, & de hoc ſunt compoſiti verſus. Semper in epiala frigeſcunt exteriora. Interiora calent liparia vertitur. Et præter has fe. ſcribitur in pantechni lib. 8. ca. de feb. cõpoſitis & cauſis, & ſignificationibus earum quod eſt vna fe. ſlãtica in qua ſentitur, calor nimius in corporibus interioribus, & de illa materia ſic putrefacta cito aſcendit fumus acutiſſimus in corporibus exterioribus. Et hoc fit quia hæc materia non eſt viſcoſa, & ſic ſilijs eſt calor in interioribus & exterioribus, & hæc fe. vocatur chimoros, & iſte calor durat ad curationem paroxiſmi, & venit omni die, & ibidem ait hoc parum, quòd eſt quædã fe. in qua ſentit infirmus calorem, & frigiditatem ſimul in corporis interioribus, & hoc cõtingit quando fe. naſcitur ex putredine phlegmatis vitrei. Calor enim iſte fe. eſt propter putrefactionem ſlãtis. Frigus enim eſt extra aliqua parte ſlãtis nondum putrefacti, & vocatur hæc fe. hyſelus, & interpetatur hyens longa. vnde ſciendum quòd licet Conſtan. impônat ſibi quod ipſe fecit pantech. tamen fallitum eſt, quia Raſ. compoſuit ipſum ſicut ego reperi in quodam antiquiſſimo li. vbi expreſſe ponitur in principio. Incipit liber Raſ. philoſophi, veruntamen Conſtan. mutauit titulum & prohęmium hiſaach. etiam chriſtianus compoſuit viaticum & non Conſtan. vt fatetur Gerardus cremo. ſuper eundem librum. Pereant ergo latrones quæ metunt, & non ſeminauerunt & ponunt falcẽ in meſſa aliena.

Septimo intelligẽdum, quòd ſicut dictum fuit in principio in ſignis datis a Gal. in ſecun-

do

do de crisi quòd in primis diebus huius fe. æger non sudat, & causa est materia nondum digesta, nec est habilis nec subtilis vt exeat per sudorem. Sed cum elongantur in ea dies in quibus natura facit, & digerit & subtiliat dictam materiam & grossam, & illa efficitur digestiua & subtilis & habilis expulsioni, tûc natura resoluit illam materiam in fumum quam mittit ad cutem, & ibi conuersa in vaporem aqueum in sudore, per poros cutis exterius emittitur. vnde ad sudorem tria requiruntur. Primum est apertio pororum. Secundum est mollicies cutis. Tertium est fortis natura potens digerere, & resoluere illam materiam & ipsam ad superficiem cutis expellere. Constat autem quòd in primis diebus huius fe. ista nô existunt, ideo sudor in principio non exit, vt primo dictum est.

Octauo dubitatur si vinum côpetit in quotidiana cum sit fe. & omnis fe. est morbus calidus, & siccus. secundo de morbo. c. 1. Si ergo datur vinum augmentabitur fe. quia omne simile additum suo simili facit illud maius, & facit ipsum furere. 2. amph. cô. 14. ibi. In morbis minus periclitantur ægrotantes, &c. Ad hoc dicendum, ꝙ vinum competit in hac fe. sicut dicit Petrus hispanus quem in suis clarificationibus sequitur Gordonius. vnde si quotidiana est a phlegmate salso nô ita de directo competit quia digerit, & aperit, & prouocat vrinam, & cum hoc quod potius est confortat naturam dummodo sit album vel clarum debite per se vel per commixtionem aquæ, & ibi etiam iubet dare cibos calidos, & vinum al. & subtile. & contradicit ibi medicis indoctis, quæ dant cibos frigidos in hoc: & tales credunt extinguere fe. & extinguunt spiraculum vitæ. Gal. vbi supra. Et responde mihi quare non daretur vinum quia piper & ciminum, & ruta eis conceduntur, & multomagis vinû cum sit amicabilius naturę.

Nono dubitatur de vomitu vtrum competat, & videtur ꝙ non, quia quando ęgritud. materia eius est super diafragma tunc competit vomitus. Et quando est infra diafragma cô petit phermacia quę ducat per inferius. sed materia quotidianæ est infra diafragma quia in stomacho. ergo &c. consequentia est bona, & antecedens pro maiori est Hippo. 4. ampho. ampho. 18. ibi. Supra diafragma dolores sursum, pharmacia inferius indigere significat, vbi supra. patet minor de se & per omnes authores. Secundo probatur, quod non competat saltem in principio quia digesta medicari & non mouere cruda. Ad hoc dicendum, ꝙ vomitus competit in quotidiana. Primo quia quia submouet, & subleuat materiam, quæ multum est inuiscata & tenax. Secundo quia partem eius euacuat & minorat eius quantitatem quapropter alleuiat paroxismum. Tertio quia stomachus multum granatur in hac passione, vt dicit Gal. 1. de fe. ad Glauc. quia materia coniuncta fe. quor. pro maiori parte in stomacho continetur, & ad ipsum fluit ideo expedit vt ipse stomacho alleuietur, ne supueniens cibus in eo corrumpatur cum illa materia mixtus, quarto quia ad expellendum est, breuior quàm si per inferius purgaretur. Et tunc ad primam rationem dico quòd ampho. intelligitur quando non adest fe. sicut dicit Gale. in com. in fine eius. Ad secundam, quando arguis quòd materia nondum est digesta dico quamuis in principio materia non sit digesta, tamen vomitus iuuat ad digestionem illam mouendo &c.

Nono Bern. de Gordonio magister bonus bene loquitur de 4. humoribus in quatuor partibus diei naturalis, & hoc secundum influentiam superiorum & inferiorum bene diuidendo diem naturalem in 24. horas secundum hoc regnant. 4. humores quilibet per. 6. horas & quilibet î suis horis magis mouetur. Vnde sanguis regnat in vltimis tribus horis noctis, & in primis tribus horis diei sole oriente sequitur motum solis qui est in oriente, & hoc facit ratione conformitatis, quia dignior humor & dignior planata, & hoc de radice superiori de radice inferiori, quia natura in nocte generat sanguinem propter fortiorem digestiuam & mouet ipsum in illa hora vt à suis perfluis mundetur. Cholera autem mouetur in 6. horis sequentibus sequens secundâ quadram motus solis quæ est calida & sicca & hoc quantum ad radicem superiorem, ratione autem radicis inferioris tunc mouetur, vt non inflamment sanguinem. Melancholia autem mouetur in alijs. 6. horis sequentibus quæ est, quadra frigida & sicca ratione radicis superioris vt per suum motum caliditas & humiditas san. temperetur & purgetur a superfluitatibus melancholicis. Plegma vero mouetur per alias sex horas sequentes quæ est quadra frigida, & humida ratione conformitatis. Et vt tunc san. à superfluitatibus phlegmaticis mundificetur. Et istæ horæ sunt inæquales secundum ascensionem signorum. Quælibet enim hora durat tantum quantum medietas signi vnius cuiusli bet ascendit vel oritur super orizontem, & de hoc stant versus. Tres lucis primas, tres noctis tenet & imas Sanguis, sed choleræ sex con uenit esse sequentes. Ast ater reliquas humor sex occupat horas. Postremis regnat sic phlegma sequentibus horis.

Decimo intelligêdum quòd phlegma quod generatur ex nimia frigiditate acidum efficitur, quod autem ex nimio calore salsum fit. Si

autem

autem generetur a paruo calore dulce fit aut si ne sapore.3.ampho.com.13.ibi. Si vero hyes austrina fuerit.

De quartana. *Cap. XII.*

QVartana est febr.interpolata de melancolia extra vasa putrefacta proueniens paroxismum de quarto in quartum diem faciens. Ista diffinitio trahitur ex dictis Gal.2. de differentijs fe. Circa istam materiam intelligẽdum vt prius tactum est in c.1.istius.7. li. quòd melancolia quandoque putrefit intra venas,& facit fe.continuam & hoc accidit raro, vt dicit Auic.in prima.4.c.de quartana. Et aliquando melancolia putrefit extra venas & facit interpolatam. Et ista potest subdiuidi, quia quędam generatur de melancolia naturali, quæ est proprie fex san.& illa melancolia naturalis generatur, quando sanguis, & alij hu. generantur. Aliquando ista melancolia a qua talis quartana generatur est melancolia adusta, quæ facta est per adustionem hu.aliorum, vt dicit Gal.2. de crisi.quòd quando san.putrefit de subtiliori parte eius efficitur melãcolia. Et præter hoc quædam quartana fit de melancolia, quæ magis trahit ad naturam san. Alia est, quæ trahit ad naturam cholerę.& sic de alijs.

Causæ fe.quartanæ sunt omnia quæ iuuant & multiplicant in corpore melancoliam siue illa sit naturalis, scilicet fex & colamẽtum san. & aliorum hu. siue illa melancolia veniat per adustionem san.& aliorum hu. Exemplum primi sicut sunt longus vsus, & comestio rerum multiplicantium hu. melancholicum. Et primo de pane. panis militij, & panis opirus, & panis arsus lentes fabę, & substantia omnium leguminum castaneæ & caseus salitus & antiqui pisces salsi & desiccati. de carnibus autem est caro, bouina, leporina, ceruina & omnis caro salsa, effumata, caules &c. Exemplum secundi sicut est vsus rerum adurentium san. vt sunt allia piper nasturtium sinapi forte vinum nectar aqua ardens, omnes species herbę, & grana excelléter calida & præcipuæ nimius labor, vt quando longa itineratio in tempore æstiuo & in diebus canicularibus. similiter longa ira frequens & continuata nimia tristicia similiter longę fe.precedentes in quibus san. & alij hu. aduruntur & putrefiũt per magnum calorem conuertuntur in melancoliam, quę non euacuatur immo remanet in corpore, & putrefit, & facit quartanam. similiter passiones splenis iuuant in vtraque causa, vt est oppilatio apostema duricies & similia, & ad hoc iuuat complexio radicalis, & fluens melancolica, quę ad hoc est inclinata, vt generet melancoliam. similiter tempus autumnale, & alia particularia tendentia ad frigiditatem, & siccitatem &c.

Signa quartanę sumuntur à rebus naturalibus, & a rebus non naturalibus, & a rebus contra naturam, vt dicit Costan.in pantech.& implicite Aui.in c.proprio. Ex rebus naturalibus vt est, melancolicæ complexionis male coloratus colore citrino vel cinericio vel fusco vel plumbeo & mẽbra paucæ carnis, & macra, & nigra in colore.

Sumuntur etiam a rebus non naturalibus quia fuit vsus cibis quorũ natura est generare melancoliam sicut sunt caules, & caseus antiquus, & carnes salsæ, & effumatæ, omnes species leguminum caro leporina, & ceruina vel quia fuit vsus rebus sanguinem adurentibus vt nimius labor tempore ęstiuo, longus vsus specierum.s.piperis zinziberi, & similiter herbarum vel seminum calidorum vt alliorũ sinap. nasturtij erucæ & similium, vel quia diu stetit in frequenti ira & tristitia, vel quia fuit in mul tis & frequentibus vigilijs, vel quia præcesserũt fe.longę, & erraticę. omnia ista iuuant ad multiplicationem melancoliæ, & quando feb. periodica adest, & ista in maiori parte pręcesserunt, significatur quòd illa est quartana.

Sumuntur etiam a rebus contra naturam primo a morbo, qa affligit de quarto in quartum, & est morbus frigidus, & siccus quo ad materiam sáltem antecedentem quamuis calidam propter putrefactionem. Sumuntur etiã signa ab accidentibus morbi, quia quartana fe. incipit cum frigore pauco deinde augmentatur frigus deinde minoratur prope statum paroxismi sicut fit in feb.phlegmatica, sicut dicit Aui. Deinde expanditur calor per totum corpus cum horripilatione, non tamen est vehemens calor sicut in tertiana & est maior quàm in quotidiana. Et dicit Auic. quòd non comprehendit totum corpus, sed est cum horripilatione mixta cum frigore & aliquantulo dolore, quasi frangantur ossa. Et ista sunt propter grossitiem materiæ, & frigus eius. Et venit aliquando talis compressio & confricatio, quod dentes strident. Pulsus est in principio paruus, & durus & tardus, & occultus: ac si esset pulsus senis. Vrina in principio est alba declinans ad viriditatem cum priuatione digestionis, & post principium diuersificatur vrina secundũ quod diuersificatur generatio melancoliæ ex diuersis hum. vt dicit Auic. Et in quartana reperitur cutis arida, & sicca cum colore plumbeo, & nigro.

Si melancolia quę facit quartanam fit a san. adusto antecedunt signa san.& forte fe.sangui neę pręcesserunt, & vrina est ru. & adest conuenientia particularium: vt est ætas complexio tempus &c.& pulsus est plenus magnus.

Si à phlegmate adusto paroxismi diutius durant, & accidit eis maius frigus & longius, & sudor tardior & vrina grossior, & durities in pulsu minor, & venit talis quartana post feb. phlegmaticas. Si est à cho. adusta pulsus est velocior, & paroxismus incipit cum horripilatione, & frigore in carne, & cum sudore in fine paroxismi. Aduenit eis ira, & furor & forte præcesserunt feb. cholericæ. Si a melancolia, signa iam sunt dicta.

Iudicia in quartana. Primum iudicium est, Auicen. in prima. 4. in c. proprio. Raro durat quartana quin in splene sit oppilatio aut dolor aut durities. Secundo iudicat Hipp. Æstiue quartanę vt multum fiunt breues, autumnales vero longæ maxime quæ ad hyemem cõ iunguntur. 2. amph. amp. 25.

Tertio febribus inordinate vagãtibus quartanæ futuræ sunt certius tamen circa autumnum. 3. progno. cañ. 29.

Quarto quartana quæ non venit cum apostemate splenis vel aliqua passione eius, non ita longa nec ita mala sicut si veniret cum eis, quia talis perducit ægrum ad hydropisim.

Quinto prognosticat Aui. quartana quando est salua. i. quando est sine apostemate, & si ne alia ægritudine, & bene gubernatur non est periculosa, & liberat ægrum a malis ægri. & multis: sicut est melãcholia, epilepsia, & spasmus: quia materia à qua generatur est sicca, & quantum est de se, est ęgritudo sine periculo quanuis longa sit.

Sexto iudicat Auic. quando in quartana nõ accidit error: non durat vltra vnum annum: quia sicut ęgri. acute iudicantur per motum lunę, sic & cronicæ per motum solis. Et aliquando durat vsque ad duodecim annos quando male gubernantur, aliquando per duos, aliquando per vnum cum dimidio.

Septimo si quartana bene gubernetur, & regatur in autumno & hyeme cũ bona dieta, & purgationibus, & digestiuis debitis, & splenis, hepatis, & stomachi obseruatione in tẽpore veris frequenter curatur ante finem maij.

Octauo quartana quando fit ex melancolia ex sanguine generata, est breuioris spacij & citioris cure deinde illam quę fit ex cho. deinde phlegmate: deinde melancolia, & hoc dicit Bern. de Gord.

Nono iudicatur secundum Ras. & est considerandum an fe. & eius accidentia & suæ accessionis longitudo minoretur & quæ currũt in ea, & hoc bonum est, hęc ille. 10. ad alman. c. de quartana.

Decimo cognosces, & iudicabis statũ ęgri. per fortissima accidentia, & deteriora cum status sit fortius. tempus omnibus temporibus morbi. Haly. de reg. dispositione. c. proprio.

Vndecimo iudicabis digestionem materiæ istius, & alterius morbi per mitigationem paroxismorum, & minorationem eorum. Haly. ibidem.

Duodecimo iudicat Gal. in primo de fe. ad Glau. c. 8. sic iter deficiẽtes. i. interpolatas acutissima, mitissima est tertiana. lõgissima vero, & sine periculo quantum in seipsa est quartana vbi. 8.

Decimotertio iuditium sic Hippo. in 4. am pho. ampho. 30. & extenditur ad omnem feb. interpolatam. Quibuscunque exacerbationes fiunt, vel paroxismi si in qua hora febr. dimiserit, in crastinum eadem hora accipiat discripta idest longa.

Decimoquarto est Hipp. sic. A quartanis habiti non valde a spasmo apprehenduntur, si vero apprehendantur & superuenit quartana, soluuntur. 5. amph. amph. 7.

Curatio quartanæ. Et primo aliqui cañ. vniuersales curatiui permittantur, in quibus in generali cura quartanæ continetur.

Primus est Haly. in 3. de reg. dispositione, & est etiam Aui. in prima. 4. In quartana si vides in pulsu magnitudinem, & velocitatem non multã & vrina est ru. grossa, & habitudo plena, & ætas iuuenilis acceleranda est sanguinis minutio de vena basilica aut de splenetica de manu sinistra. Et si sang. exit ru. & clarus, statim claude venam, & si niger aut turbidus: aufer de san. secundũ mensuram necessitatis.

Secundus est Haly. ibidem. Nisi sang. multum videatur abundare, nullo flebotomia est attendenda propter causam supradictam.

Tertius nullum medicamẽ forte laxatiuum in principio quartanario est offerẽdum, quia talis hu. melancholicus diu remanet crudus, & propter suam grossitiem, & duritiem in principio non poterit euacuari, sed bonum, & subtile euacuabitur, & grossum, & indigestum remanebit, & sic se. magis cõfortabitur. de clystere lenitiuo & minoratiua purgatione non negligendo.

Quartus est Haly. ibidem. Taliter ingeniendum est in quartana cum cibis, & potibus, & herbis, & fructibus aliquibus, quòd venter declinet ad molliciem. Et constipatio cum istis euitetur vel saltem cum mollitiuo clysteri.

Quintus est Haly. ibid. probibe quartanarios a cibo in hora accessionis, vt natura in resistendo morbo potius occupetur.

Sextus sequitur immediate. In quartana nõ oportet vti balneis, nisi cum status eius ad uenerit, & declinatio inceperit.

Septimus tota die quartanarijs cõtrarietur generationi cholerę nigræ.

Octauus ab omnibus autumnalibus fructibus, & alijs recentibus quartanarij sunt prohibendi

hibendi, quia hu. groſſos, & cito corruptibiles generant & faciunt oppilationes.

Nonus caueant ab aere frigido, & in aere calido, vel temperato ſit habitatio eorum.

Decimus omnes quartanarij cibis, & potibus indigent & medicinis aperitiuis, & humorum conculcationem prohibentibus. Et regimen eorum ad caliditatem & humiditatem inclinetur, pro maiori parte.

Vndecimus propter ea quia materia huius ęgri. eſt dura, & compacta, & ſtatus eius remotus eſt à principio, ideo non multum ſubtiliter eger a principio eſt dictandus, ſed taliter cibis & potibus reficiatur, ꝙ virtus eius ſalua ad ſtatum valeat peruenire.

Duodecimus in hoc ęgri. non offerantur res excellenter calidæ aut deſiccantes, ne talis materia inde generata faciat ſe. prolongari vel duplicari aut in continuam conuerti.

Decimuſtertius eſt. Frigida excellenter miniſtranda non ſunt, quia materiam infrigidāt & coagulant & digeſtionem impediunt, & euacuationem perturbant. Gerardus ſup viaticum ponit iſtos duos vltimos can.

Decimuſquartus quartanarij ſpectare debent paroxiſmum ſtomaco ieiuno. vt det. 5. cañ. &c.

Curatio particularis quartanæ iuxta tenorem. 10. cano. regatur pa. bonis cibis, & potibus in quibus ſint res aperitiuę, & iſta ſunt pulli gallinarum, & perdicum, & phaſianorum, & capretus lactans, & galline iuuenes, & petro, & boragines, & maluæ & ſpinargia, & piſces ſquamoſi de aquis mund. Et ſi in principio menſis capiat, pruna damaſ. vel maſſulas ſine arrill. & poſtea bibat de iure gallinæ, vel capreti, vel cauliu ru. primæ bullitionis, vel galli antiqui. & ſic vtique quartus implebitur cañ. & alleuiabitur ægritudo. Idem operatur ius maluæ, & atriplicis, & borag. & mercurialis, & ſiclę paratę cum iure mutonis, vel capreti, vel gallinæ. &c. Et vt. 10. cañ. impleatur vtatur ordeato, & auenato, & lacte amigd. cocto cum extremitatibus capreti perfecte bullitis cum pet. & croco. Et ſecundum iſtum cañ. videntur competere oua ſorbilia, & piſces petroſi parui, & ſquamoſi parati cum petro. & cinamomo, & croco, & ſale ſemper parcendo ſuperfluo cibo, & potui ſic gubernentur per aliquod tempus, prognoſticando quòd iſta ęgritudo eſt longa, & non vult dimittere patientem apud hyemen.

Si autem ægritudo non videtur alleuiari immo continue creſcit, tunc rationabile eſt, quòd materia aliqualiter purgetur, & prius cum oximelle ſimplici, vel diuretico, vel cum aliqui digeſtiuo hu. peccantis. materia deinde purgetur cum iſta colatura præcedente leniuo clyſteri. Recip. florum boraginis, & bugloſſæ. polipodij querci. ſene aniſi ana vnc. ſe. paſ. mund. ab arill. vnc. 1. fiat decoctio, & in colatura ponatur pul. ſene, & epithimi ana dram. 1. & ſe. corticis emblicorum, & belliricorum ana dram. 2. fiat potus. In 2. c. & 3. vice digeratur materia cum oximelle diuretico mixto cū decoctione epithi. & fumiterræ & aniſi. deinde purgetur cum diaſene, & diaboraginato, vel cum ſupradicta decoctione facta in ſero caprino, & addatur lapid. lazuli. dram. 2. electuari. de ſucco roſ. dram. 1. & ſe.

Iſtis autem ſic inceptis ſi ſigna apparent ſang. fiat flebotomia de baſilica in brachio ſiniſtro, & ſic adimplebis primū cañ. Et ſi adhuc ſang. videtur abundare: fiat flebotomia de ſaluatella in manu ſiniſtra, & poſt iſta digeratur materia cum iſto ſirupo. Rec. rad. apij, & fęniculi, & graminis bruſci ſparagi mediani corticis ebuli & ſambuci, fraxini, & genreſtę, & tamariſci. ana. m. 1. conquaſſentur, temperentur per diem, & noctem in aceto fortiſſimo albo, vel claro non in vaſe cupreo, quia recipit inde ſaporem, ſed in ligneo, vel terreo. deinde addatūr cicoreę cum toto germandreæ vtriuſque ſticados vtriuſque calamenti eupato. ana vnc. 1. ſcolop. m. s. abſinthij mentę end. ſcariol. melliſſæ. ana vn. 2. 4. ſe. frigidorum minorum lactuce capparis ſpicę. & cel. ana dram. 1. & s. mellis roſ. li. 2. zuccari. li. 1. fiat ſirupus, & detur cum aqua decoctionis cicerum ru. & ſpicę. Iſte ſirupus debet fieri cum aqua ferrata. eſt mirabilis ad omnem quartanum. Poſtquam cognouerit digeſtionem medicinādum cum hierarufini, vel cum colatura ſuperius dicta in qua diſſoluatur indorum, & belliricorum ana vnc. s. temperentur per ſex horas deinde fricentur, & colentur etiam offerantur immediate poſt colaturam acceptam detur lapidis lazuli abluti. dram. 1.

Poſtquam autem fuerit purgatus, & accidentia incipiunt diminui, capiat ter in ſeptimana triacam aut metridatum cum vino decoctionis agrimoniæ. Si autem materia eſt ribellis digeſtioni, & inobediens nec ſigna digeſtionis apparent nec ſinthomata alleuiantur, tunc regatur pa. diæta calida, & humida: & teneat ſe in calore, & iterum de nouo incipe digerere materiam cum aliquibus ex iſtis, ſcilicet oximelle diuretico, & ſquillitico, vel ſirupo de abſinthio cum apozimate de radicibus aperitiuis ſirupus de biſancijs ſirupus de ſquinanto conſimiliter valent. Et videlicet conſerua achori per ſe, & conſerua rad. apij, & maxime quando eſt durities ſplenis.

Et iterum purgetur cum hac colatura quæ purgat cho. ni. Rec. paſ. ab arill. mund. ſene abſinthij florum borag. polipod. querci. epith. aniſi

asini ana.unc.s.fiat decoctio in sero caprino & in colatura temperetur corticis mirab.emblicorum & belliticorum ana vnc. 1.per totã noctem,& fricentur fortiter,& colentur , & colatura offeratur.Et est intelligendum quòd quando in vrina apparet rubedo tunc cum digestiuis dicunt ministrari aliqua frigida simul cum euacuatiuis vt end.scariola scolopendria & 4.se.frigida maiora & minora sand.& ros. & similia,& hoc ad reprimendum calorem rerum calidarum pro electuarijs detur tria san. rosata nouella, & zuccarũ ros. In causa calida in viatico iubetur dari apozima de radicibus apertiuis cum sirupo de absinthio, & iubetur materia purgari cum vomitu. Comedat tamẽ ante vomitus prouocationem per tres horas rotulas rasa.gall. temperatas in melle. & post cum pluma,& oleo vomitus prouocetur.& in fine paroxismi si est possibile sudor prouocetur.Et ego habui in mea iuuentute fe.quartanam præsentiens paroxismum euenire intrabam lectum & pannos calidos aliquãdo tegulam calidam pedibus faciebam applicare aliquando cucurbitam plenam aqua calida , vt dãna frigoris euitarem,& sic transibat frigus & postea veniebat calor,& post sudor in fine paroxismi,& aliquando prouocaui vomitum in principio paroxismi , & ante principium post acceptationem cibi , & sic continuando dimisit me fe.in fine septembris, quæ inceperat in vigilia sancti Laurentij immediate præcedentis, nullos tamen fructus recentes comedi. Laus Deo viuo,& vero.Dicit Auic.auctoritate Gal.sic Gal.inquit sanaui plurimam gentem a quartana sic . dedi eis in potu post digestionem solutiuum. deinde dedi eis in potu succum absinthij,& inde dedi eis triacam. Et dico quod assa,& piper singularia sunt iuuamẽta valde.hæc ille.Vltra hoc ponunt multi autores,ꝙ quædam quartana magis attinet san.alia magis flãti.& sic de alijs.Et secundum hoc diuersificatur cura secundum diuersitatẽ humorũ a qua talibus melancolia generatur. Si ergo in aliquo præcessit morbus sanguineus,& complexio infirmi sit sanguinea,& apparẽt venæ plenæ,& vrina ru.& grossa, & pulsus plenus , & alia particularia conueniant: tunc dicitur ꝙ quartana est a melãcolia facta per adustionem san. & tunc detur medicina digestiua,in qua non sit calefactio sicut est oxizacchara,& sirupus de prunis , & oxiseni . & mel ros.& zuccarum ros.& viol.& ptisana,& sirupus end.& sirupus scariolæ , & similia.& dentur mala granata.deinde detur medicina, quæ purgat san.ab hu.adustis,& melancolicis post prouocetur vomitus in principio paroxismi facta prius flebotomia de basilica. deinde purgetur cum ista colatura. Recipe carnium prunorum damasce. 15. numero pass. mund. iuiubarum sebesten florum boraginis , & buglossæ viol.ana vnc. 1.fit decoctio in qua dissoluatur corticis mirab.citrino. vn. 1. cassiæ fi.vnc.se.detur pro vna dosi, & videlicet in ea sanguinea & cholerica.

In quartana procedente a melancolia generata ex cholera, vel in qua cholera habet partem,& præcessit tertiana , vel alius morbus cholericus & pulsus est velox,& vrina citrina & cholerica, & alia particularia conueniunt & tunc digeratur materia cum oxizaccara vel sirupo viol.& ros.& vtatur lactucis portulacis borag. & spinargijs , & mecuriali , & fumoterræ in suo tempore. deinde purgetur cum decoctione supradicta , vel digeratur materia cum sirupo de capillis veneris, vel cũ isto sirupo . Recip. dianthos capilli veneris scariol. end. rostri porci. ana. ma. se. frigidorum minorum se. brusci. aqua. unc. 3 .scolopendr.corticis tamarisci ana . unc.1. zuccari quarta. 5.fit sirupus,& detur cum aqua scolopendriæ,& purgetur cum oxiseni. & manna, & cassiasi.& similibus.

In quartana autem de flãte in qua vrina est grossa, & sitis parua,& complexio phlegmatica , & forte aliquis morbus phlegmaticus præcessit . Et alia particularia conueniunt tunc detur apozima de radicibus apertiuis cum seminibus calidis apertiuis pro digestiuo cum menta & absinthio, & melle ros. Purgetur materia cum turbith , & agarico, chebulis , & diacarthamo , & pulpa coloquintidæ . Et in omnibus istis respiciantur cañ. vniuersales , quia vomitus in isto casu multum videlicet , quia phlegma , vt plurimum ad stomacum concurrit , & ideo prouocetur vomitus in principio paroxismi, & post perfectam euacuationem in isto casu multum valet tyriaca , & metridatum , & similia.deinde gubernetur , vt supra dictum est. De quartana facta a melancholia , cura posita est ante omnes.

Sed est hic intelligendum , quòd tiriaca magna,& metridatum , & aurea Alexandrina , & similes medicinæ debent ministrari post digestionem , & euacuationem materiæ, & non ante : quia magis mouerent materiam , & dissoluunt sine consumptione , vel euacuatione eius . Dixerunt aliqui quòd succus absinthij distemperatus cum aceto datus tribus auroris continuis curat quartanam . Idem dicunt de succo berbenæ distemperato cum vino . hoc intelligitur purgata materia sufficienter . Item ponit Haly. de regali dispositione, quòd locustæ longæ suspensæ ad collum curant quartanam.Scribitur etiam in primo libro chirannidarum quod cor auicu-

læ,quæ torquet collũ, quæ vocatur in lingua beernensium tortura luna deficiente: si suspẽdat ad collum patientis quartanam curat. Ista sunt experimenta & potius empirica. Conserua facta de radicibus apij et conserua quæ fit de floribus tamarisci, valet in isto casu. Similiter vsus cassięfi. cum epithimo & folliculis senæ.

Vel fiat sic. Recip. conseruæ radicis apij. vn. 2. cassięfi. passatæ per sedacium, dram. 3. folliculorum se. vnc. 1. epithimi. vnc. 1. conseruæ buglossæ. dram. 7. zuccari panis vnc. 2. fiat mixtura, & offeratur stomacho ieiuno qualibet die. dram. 5. cum vino decoctionis lilifagi. Dicitur quòd succus tapsi barbari datus ter ante peroxismũ per vnam hora curat quartanã. Flebotomia de saluatella sinistræ manus in hora accessionis curauit multos, me vidente quanuis sit contra regulas artis. Ex sanguine a sini, & succo corrigiolę, & aceto si fiat quasi vnguentum, & vnguantur quartanarij sanat eos. cir. 2. Cor leporis in panno missum, & suspensum in collo idẽ facit empiricum est succus calamenti sumptus cum vino añ horam accessionis curat quartanam. Gordonius. Omnia ista intelliguntur cum bono regimine, & purgata materia.

Vnguat spina dorsi cum oleo benedictę, & oleo de lilio, & vnguendo arogon, & marciatõ. in hora magni frigoris balnea humectantia valent in fine quartanæ quia tunc materia iam est subtiliata, & sic euacuabitur per sudorem. ante autem non valet.

Declaratio in quartana.

Primo sciendũ quòd iuuenes nouiter vxorati si multum in principio continuent cum vxore frequenter incurrunt in hanc febrem. Principio ratione nimii coitus virtus debilitatur, & mali in corpore multiplicãtur in humores, & sic in fe. decidunt frequenter, quæ ratione mali regiminis prolongantur, & in quartanam conuertuntur. Ideo prohibendi sunt à coitu si cito volunt sanari.

Secundo quæritur quomodo locusta suspẽsa ad collum curat quartanam dicitur quòd si ista emperica aliquid operentur illud faciunt a tota proprietate quæ est virtus absconsa dominus forma specificam illius rei mediãte certa alicuius vel aliquorum corporum super cælestium influentia.

Secundum tunc dubitatur quæ est illa tota proprietas. Iuxta hoc multa dicta dixerunt autores. Nam Auer. in 5. collo. videtur dicere quòd sit complexio. Alij dicunt quòd est forma substantialis illius compositi. Alij dicunt quòd est totum mixtum. s. forma, & substantia, & complexio qđ Aui. vocauit totã substantiam in doctrina. 3. fen, primi causa. c. 15. quã dicit quòd res quæ non est operans a materia nec qualitate, illa est operans, & tota substantia. Nota hic quòd intentio Auer. vt supra fuit quòd cõplexio propria sub ratione quia declinat in qualitatem obiecti sub debita proportione. illud dicitur tota proprietatis. Vt verius, & clarius loquamur dicamus quòd tota substantia vel proprietas per quam mixtu operatur aliquem effectum, cuius productionis causa naturaliter loquendo est ignota. est quidam virtus, vel naturalis positio consequens immediate formam substantialem rei acquisita cum influenda corporum supraceleſtium ad hoc specialẽ influẽtiam habẽtium in introductionem formę, & uidetur esse de mẽte Aui. in secũda fen. primi doc. 2. summa propria c. 15. & in libello de uiribus cordẽ trac. primo c. ultimo unde Arnaldus in tra. de causis sterilitatis ait sic. Dicitur autem proprietas propria natura ad quam aquirendam propria & substantialis forma mixtionis disponitur sicut accidit cuilibet mixto. & hæc natura occulta dicitur tum ignorata vt plurimum, tum quia via rationis nunquam cognoscitur, sicut cognoscitur decium complexioni qualitatis complexionales. Et proinde complexio dicitur natura. non quia proprię nominari potest. Et viam etiam rationis cognoscitur tota autem proprietas nunquam nisi per viã experimenti cognoscitur. Et in hoc cognoscit intellectus quòd in aliquibus operationibus medicinæ præfuit experimentum quã ratio. quia multa stant in experimento quòd nunquam fuerunt nec de præsenti stant in ratione.

Secundo cognoscit intellectus quòd non omne experimentum potest vallari rõne nec confirmari. Ista autem proprietas potest sic describi proprietas eit quidã virtus vel naturalis positio consequẽs imediate, & inseparabiliter formam substantiale rei adductam sup ipsam sub determinata proportione adiuuante cælesti influentia. Et supradictis patet quod tota proprietas non est complexio. patet quia si sic illę q̃ haberẽt eãdem vel similem proprietatem haberent eãdem complexione. cõsequẽs est falsum, quia reubarbarum, & tamarindi a tota proprietate attrahunt choleram, & tamen non sunt eiusdem complexionis.

Tertio intelligendum: quod in quartanam secundum dicta autorum vrinę apparẽt diuerse secundum diuersitate colorum humorum ex quibus fit quartana. unde non apparet diuerse in qualibet specie quartanę sed secundũ diuersas species humorum a quibus generatur talis melancolia. vñ si fiat a melãcolia sanguinę vrina fit rubea, & spissa, & si cholerica, fit citrina, vel subcitrina. Si autem fiat quartana a phleg-

phlegmate adusto. vrina apparet alb. in colore, & spissa in substantia. Diuersificatur etiam vrina secũdum diuersitatem temporum morbi etiam secundum digestionem, vel indigestionem medicinæ morbi.

Quarto intelligendum est, quod dictum fuit in 7. iudicio, quòd quartana, quæ fit ex melancolia sanguinea est salubrior, & breuior & est verum, & causa istius est. quia sicut dicit Galenus. in 2. de complexionibus. c. 6. in ca. ꝙ san. omnibus humoribus melior, & conuenientior natura existit. cho. vero nigra est sicut sedimen, & fex, sanguis propter hoc ille. Et per consequens ęgritudines factę a melancolia lõgiores, & tardiores sunt ad curandum. Et propter hoc dicit Galen. quòd in ægritudinibus, quæ fiunt a san. qui est magis iuuatiuus in humoribus, non est timor 2. prognosticorum com. 27. ibi vrina rubea &c.

Quinto intellige quod dictum fuit in secũdo cañ. generali, quòd signis sanguinis apparentibus fit flebotomia &c. & si non apparent non fiat flebotomia. Et si fit flebotomia, & sanguis apparet rubeus & clarus laudatur vena, & plus non exeat, quia si fit, virtus debilitabitur, & non poterit resistere morbo, & sic flebotomia est causa mortis, vel longitudinis ęgritudinis. Et hoc dicit Haly. 3. de regali dispositione. c. 3.

Sexto memorandũ est de 9. cañ. in quo dicitur, quod balneum non competit nisi post statum, & apparente declinatione, & causam istius reddit Haly. ibidem. quia balnei interest humores subtiles euacuare, nunc autem ista materia quartanæ est multum grossa, & compacta, & tunc per balneum illud quod est subtile euacuaretur, & grossum remaneret augmẽtans materiam morbi, & faciẽs ipsum diutius corpus affligere, & permanere. Et tunc tu dicis, isti casus docent, quòd non debemus euacuare nec balneare nec fortia diuretica ministrare. Quid ergo faciendum? dico secundum Haly. quòd competit tenuis fricatio moderata, & leuis cum moderatione cibi, & potus, & hoc competit, vt fiat dilatatio pororum, & materia attenuetur, & possint interea debilia digestiua, & laxatiua administrari, & similiter cibi, & potus in quibus sit digestio, & minoratio materiæ, & per cõsequens quartanæ eius.

Septimo dictum fuit in 11. iudicio &c. ꝙ digestio materiæ istius, & alterius morbi cognoscitur per paroxismorum mitigationem, & minorationem eorũ. Et causa istius est, quia accessio febr. sit instabilis non interpolari temporis, nõ nimium custodit si firma, & stabilis, tempus interpolationis non dimittit tunc ergo eius dissolutio dura erit, & instabilis de necessitate facilis erit. Et hoc est quod cõiter a laicis dicitur ꝙ quando feb. mutatur dimittitur.

Octauo ꝓ declaratione tertij iuditij in quo dicitur febribus inordinate vagantibus quartanæ venturæ sunt. Sciendum ꝙ fe. inordinate ũagantibus sunt fe. quæ non custodiunt tẽpus certum paroxismorum, sed aliquando in 3. aliquando in 2. aliquando in 4. & sic de alijs faciunt paroxismum & Hippo. vocat eas in alio loco errantes. & Gal. in passionario vocat eas planetas, quia omnes planetæ sunt errantes, & deuiantes a via solis, quæ est linea ecliptica sub qua sol semper mouetur. vnde Hip. autumno vero, & ęstiuorum multa, & fe. quartanæ errãtes, & c. 3. amph. amph. 23. Et sequitur in com. feb. errantes in autũno fiunt ex inordinatis autumni complexionibus, &c.

Nono dubitatur de melancolia cum sit frigida, & sicca quõ potest putrefieri quia vtraq; qualitate repugnat putrefactioni. Et iterũ Ga. 2. de complexionibus. c. 2. dicit quod nullius rerum proprietas est vt putrefiat ex sicco nec ex frigido. Ad hoc rñdet Gordonius, ꝙ quamuis melãcolia sit frigida, & sicca virtualiter tñ est humida, & liquida actualiter ratione cuius humiditatis actualis & liquiditatis in casu coartatiõis & nõ euẽtationis põt putrefieri ad fe.

Decimo clarificat causas longitudinis & abbreuiationis paroxismorũ, & interpolationis hoc conuenit secundum ꝙ materia est multa vel pauca, & secundum ꝙ multum, vel parum resistit putefactioni: quia ergo melancolia est, grossa, & non est apta resolutioni diu affligit, & paroxismus eius longus. quia cuius materia frigida est sicca, & vtraque qualitate putrefactioni resistit, & ideo ẽt longam facit interpolationẽ. Phlegma ãt facit paroxismum lõgum, qua materia est frigida, & viscosa, & non cito dissolubilis, & paruo tẽpore durat interpolatio quia materia multa est, & parata putrefactioni rõne multę humiditatis, & ideo quasi non interpolat, aut est in falsa quiete. Cho. aũt parum affligit, quia materia subtilis, & cito resolubilis, & interpolatio eius est intra quotidianam, & quartanam, quia ratione siccitatis non ita cito putrefi. sicut phlegma, & ratione caliditatis non tantum moratur sicut melancolia. San. autem non facit febr. interpolatam cum paroxismo, & interpolatione.

Vndecimo scias, & intellige secundum Gale. in 2. de creticis diebus in cap. ꝙ aliquando inuenimus quartanam prolongari vsque ad numerum multorum annorum, & inuenitur alia quartana, quæ terminatur in tot diebus sicut facit numerus periodarum illius quartanæ quę fuit multorum annorum. Et ego vidi febricitantem, quæ solum febricitabat semel in 30. diebus, & in ista durauit per triginta annos solares. Laus Deo. Amen.

De febribus compositis. Cap. XIII.

COmpositæ Feb. sunt multæ, vt dicitur Ga. 2. de c. isi. c. 10. & 11. & 12. Et dicit in fine capituli. 11. quòd formæ febrium singularium sine apostemate sunt tres. vna est ex phlegmate. alia est ex chol. alia ex melancholia. Et tu si exercitaueris teipsum & vsitatus fueris in cognitione cuiuslibet earum singularium secundum suam singularitatem non est tibi difficile cognoscere compositionem earum, quæ ex eis componuntur. hæc ille. Quia ergo istæ cōpositiones sunt multę, quia aliquando continue cum continuis, & aliquando interpolatę cum interpolatis, & aliquando interpolatę cum continuis componuntur, & illud scribere, & narrare esset longum, remitto te ad Galenum 2. de crisi capitulis allegatis, & ad li. de differentijs febr. & suff. nunc nobis ponere cōpositionem continuarum cum interpolatis. Et vltra hoc compositionem febr. interpolatę tertianę cum quotidiana interpolata.

Vnde pręsupponitur ex dictis Gal. ibidem. & ex dictis in 6. cap. huius septimi libr. quòd quilibet trium humorum potest putrefieri intra venas, & potest causare fe. continuam, quilibet etiam potest putrefieri extra venas, & potest causare feb. interpolatam. Et istorum humorum quilibet potest putrefieri intra venas & alius ab eo extra venas, secundum hoc possunt causari tres species febr. compositarum, quę dicuntur emitritei. Si enim phlegma putrefit intra venas tunc faciunt febr. continuam quæ non separetur nec interpolata, & si cum hoc putrefi. cho. extra venas facit tertianam interpolatam, & sic sunt duæ feb. scilicet continua ex phlegmate, & interpolata ex cho. & sic est prima species emitriteorum, quæ dicitur paruus emitriteus.

Secunda species est contraria isti, & fit, ex phlegmate putrefacto extra venas, & ex chol. putrefacta intra venas, & sic tertiana cōtinua componitur cum quotidiana interpolata, & vocatur medius emitriteus.

Tertia compositio fit ex melancolia putrefacta intra venas, & ex chole. putrefacta extra ista fit ex quartana continua, & ex tertiana interpolata, & est tertia species emitriteorum. Et de isto stant versus antiqui. Paruus emitriteus in venis phlegma recondit. Exterius choleram meditur conuertitur illi. Pessimus humor inest maiori sed coquitur extra.

Quarta compositio est ex tertiana interpolata, & quotidiana interpolata. omnia ista habent causas, & signa, & curationes sicut habent suæ simplices ex quibus componuntur.

Causæ compositionis istarum febrium est, compositio mali regiminis & vsus rerum multiplicantium phlegma, vel choleram, vel melancholiam simul in eadem mensa, vel per longum tempus vnum humorem & per aliud tēpus alium, exemplum primi, vt quando in eadem mensa quis in principio mensæ comederet cerasa pruna guinidola, & post comederet pastillos cum multo pipere, & biberet nectar aut vinum forte. Exemplum secundi, vt si quis per totam æstatem fuisset vsus cucurb. & melonibus, & multitudine fructuum & in fine autumni se subito mutaret, & vesceretur allijs, & cepis & sinapi, & porris, & nasturcio & speciebus calidis. Mutationes etiam temporum ad qualitates oppositas sunt similiter causæ istarum fe. compositarum. Mutationes etiam ætatum cum regimine disproportionato ætati, & complexioni. Et quando isti humores diuersi, & multi in quantitate sunt in corpore generati, si putrefiunt in corpore faciunt istas febres compositas.

Signa parui emitritei sunt, quia inuenitur febr. continua, quę nunquam eradicat, & ista est lenta. Pulsus inordinatus aggrauatio oculorum, & est feb. remissa non multum adurens sine æstuatione. Et ista sic existente superuenit paroxismus tertianæ cum quadam horripilatione, vel rigore ac si spinis pungeretur, & post succedit calor magnus cum magna inflatione, & siti, & vigilia, & terminatur cum sudore, & vomitu, & post paroxismum remanet feb. lenta moll. & in ista febr. dies tertia est similis primæ. & quarta secundæ, & hoc est propter motum choleræ qui est de tertio in tertium.

Signa autem medij emitritei, tunc enim est febr. continua semper cum nimio calore, & ardore, & siti & vigilijs, & inquietudine. Et postea venit paroxismus quotidianus cū modico frigore, & cum quodam quasi stupore, & sitis quæ prius erat aliqualiter recessit, & aliquando venit vomitus &c.

Signa maioris emitritei, & fit exterius nimia frigiditas a melancolia putrefacta intra vasa, & tertiana interpolata facta a choler. putrefacta extra vasa. Et dicitur, quòd in ista febr. vrina est aliquando remissa in calore, & fortiter in substantia propter malam melancoliam, aliquando intensa, & citrina propter chole. & adest timor, & sollicitudo, & communiter sunt splenetici cum dolore in latere sinistro, & habent somnia timorosa horrenda & falsa cum falsis imaginationibus, & siccitas in corpore est magna, & calor fuscus, & sitis, & vigiliæ. Ipsa autem

autam sic stante cōtinua venit paroxismus de tertio in tertium cū quadam horripilatione, & vrina est intensa. Et postquam paroxismus finitus est, iterum remanet febris continua.

Si autem feb. tertiana interpolata componatur cum quotidiana interpolata hæc signa sequuntur. & primo sunt posita a Ga.2. de cri si.c.9. sic in sententia. Fe. incipit cum horripilatione, & diuersitate in pulsu, & postea venit caliditas per totum corpus, ita quòd iam videtur, quòd veniat status paroxismi, & antequā finiatur idem paroxismus iterum redit horripilatio, & pulsus iterum fit paruus, & minor quàm fuit, & debilior & tardior, & vehementioris raritatis, inuenies etiam calorem separari ab extremitatibus, & multiplicari in ventre, & pectore.

Ista febr. est composita ex tetiana quæ separatur, & ex fe. faciente paroxismum omni die, & eius compositio est secundum commixtionem, & compositionem quam greci vocant emitriteum. Et crisis fe. compositæ ex tertiana, quæ separatur, & ex faciente paroxismum omni die quam dixi grecos nominare emitriteū fit si cum ea est euacuatio choleræ, & phlegmatis. 3. de crisi. c. 30.

Iudicia in speciebus emitriteorum. Primo istę fe. communiter sunt tardę terminationis, & fallaces, ideo si sint cum debilitate virtutis sunt multum dubiæ de morte.

Secundo dicitur sic paruus emitriteus frequenter conuertitur in litargiam pp somnolētiam quę fit a relatione fumorum facta a phlegmate quod est putrefactum intra venas quę cōtinue fumant ad caput, quia vt plurimū factæ a phlegmate sunt causa somnolentiæ.

Tertio iudicamus sic. medius emitriteus sępe conuertitur in frenesim: propterea quia fumi eleuati a materia cholerica intra venas putrefacta continue caput ascendunt, & ratione longe durationis faciunt apostema.

Quarto maior emitriteus ut plurimum est, mortal. quia materia putrefacta intra venas causat continuum, & longum morbum, & uirtus multum debilitatur a duabus fe. ideo eis non potest resistere, & sic succumbit, solus autem deus potest ipsum curare, quæ solus sanat languores, medici vero ministri eius sunt in morborum curationibus.

Quinto dicit Auic. quod festinemus in dando decoctiones supple laxatiuas ante digestionem materiæ: timetur enim sirsen. idest apostema in ventricul. cer.

Sexto semper emitritei sunt dubij de salute vbi virtutis debilitas reperitur.

Curatio Fe. compositarum. Primus cañ. est Auic. in sententia. In speciebus emitriteorum magis intendendum est ad euacuationem materiarum per ventris solutionem quam ad alterationem per extinctiua caloris.

Secundus morbi compositi cum medicinis compositis sunt procurandi.

Tertius simpliciū norma curabis cōpositiua.

Quartus est Aui. vbi supra, ante euacuationē præcedit digestio veruntamen aliqua possunt præcedere lenitiua. materia enim emitriteorū pro maiori parte est grossa.

Quintus in curatione emitriteorum considera quis hu. cōponentium superabundet, & de digestiuis, & euacuatiuis illius hu. in componenda me. magis est apponendum.

Sextus dicit Aui. quòd emitriteus durat aliquando vsque ad 7. menses ideo cito succurrendum est cum digestiuis & euacuatiuis non fortibus donec materia sit digesta.

Cura particularis parui emitritei. Et primo digeratur materia cum rebus calidis ratione materiæ flāticę quę magis abundat, similiter addantur frigida ratione choleræ, & discrasiæ febrilis. Et fit talis sirupus. Rec. rad. fen. & petro. & apij cicoreæ. & brusci ana vnc. 2. Ista ponuntur ratione flātis scariolæ end. eupa. ana vnc. 1. & se. 4. se. fri. mi. se. brusci ros. ru. spod. florum nenuf. ana. dram. 2. camphoræ. dram. 1. aceti al. quar. 1. zuc. lib. 2. fit sirupus, quæ vtatur toto tempore ægritudinis cum aqua graminis, & cicerum ru. & spicenardi.

Cognita digestione materiæ purgetur sic. Recip. florum violæ boragi. & buglossæ volubilis minoris quę gerit florem alb. polipod. quercis an. ana vnc. se. fit decoctio in qua dissoluatur cassiæ fi. mund. vnc. 1. agari. pul. pul. diaturbith ana dram. 1. & se. vel magis vel minus secundum vires infirmi. detur in aurora, vel purgetur cum electuario de succo rosa. & pul. diaturbith. Ista digestio, & euacuatio continuetur vsque ad finem curæ. In istis enim emitriteis quia materia est grossa potest ministrari sirupus de bisancijs, & in supradictis purgationibus reubarbari, dram. 1. & spicenardi. dram. se.

Deinde propter nimiam corruptionem, quæ est in humoribus omnes species emitriteorum videntur quasi morbi pestilentiales. ideo tractandi sunt, sicut epidimiati quo ad defensionem cordis, & aliorum membrorum principalium. Ideo fiat tale cordiale. Recip. sem. & corticis citri, vel saltem limonis rad. tormentillæ pul. triasanda. pul. diamargariton. rosa. rub. ana dram. vnam. spicenardi. dram. sem. camphoræ. scropol. vnam. conseruę buglossæ. vnc. vnam. zuccari. lib. se. fit mixtum admodum zucca. rosa. Et post fit talis sacculus. Recip. ros. rub. florum nenufar. violę. florum camo. ana vnc. sem. cortic s citri. dramm. 2.

fand.mufcat.dra.2 .cãphorę dram. s. conquaf fentur omnia,& ponantur in facculo,& afpergatur aqua rof.& aceto, & frequenter odoretur, idem de rof. & fand. mufca. & camo. & abfin.& parua menta fiat facculus fupra ftomachum, & ifta continenter paulatim purgan.& continue ægrum viaticis falubribem pro virtutis defenfione nutriendo.

Pro medio emitriteo fiat fic: fi iftud phlegma eft putrefactum intra venas, & facit quotidianā interpolatam, & cho.putrefit intra venas,& facit continuam, tunc cho. eft in maiori quantitate,& ideo plus debemus ponere de digerentibus,& euacuantibus cho. & ideo fit fic.Rec.end. nouellæ non lotæ fcariolæ roftri porcini hepaticæ lactucæ.ana m.1.capil. veneris recentis politrici,& dianthos rad. apij,& pet.& fen.& brufci,& graminis, & fparagi, ana m.fe.4.fe.frigidorum mi.rof. viol. florum nenuf.ana vnc.fe.campho.dram. 2. fpodij liquiriciæ raf.ana dram.2.zucca.li.1. & fe.fit firupus, & detur cum aqua end. & fcolopend. addatur abfinthij.vnc. 2. in firupo.Purgetur fic Recip.florum viol.boraginis, & bugloffæ polipodij querci.ana vnc.fe.an. 4.fe.frigidorum mi.ana dram.3.fiat decoctio in qua diffoluatur caffięf.mund. tamarind. ana.un. fe.pul. diaturbith.dram.1.& fe. reubarbari, agarici, ana dram.fe.fecundum magis aut minus. Iterum fiat reftauratiuum electuarium fupradictum.Dięta autem fit euchima cum bonis cibis paratis cum rebus aperitiuis.&c.

In maiori emitriteo dicitur quòd non euadet habens ipfum propter peffimitatem materiæ,& longitudinem ęgritudinis.veruntamen femper confortetur natura, & digeratur materia per iftum modum.Reci. fucci fumiterræ fucci lapacij acuti,fucci boraginis, & bugloffę fucci endiuiæ fucci lupuli ana quarti. 4.femi. frigidorum mi.feminis brufci epithimi florū viol. nenufa. feminis acetofæ berberis, ana dram.3.fiat firupus cum zuccaro lib. 1.& fe. detur cum aqua fcolopend.& tamarifci.purgetur fic. Rec.florum viol.boraginis, & buglof fæ epithimi feneana.unc.fe. polipodij. dram. 3.anifi.dram.2.fiat decoctio in qua diffoluatur caffięfi.mund. vnc.1. mirab. indi. dram.3. epithimi pulue.dram.1. & fe.detur in aurora. Et dicit Auicenna in prima.4.in cura emitritei.quod Gale.& qui fuerunt ante ipfum curabant emitriteos cum aqua hordei in qua erat, virtus piperis, cui aliqui contradixerunt,quia piper inflammat febrem,& aqua hordei pigrā facit materiam.Et Auicenna ibidem tenet fecum.Gal. dicens quòd generalis cañ.eft quod ifte ęgritu.curantur cum medicinis compofitis ex infrigidantibus,& calefacientibus, vt difcernat natura inter duas virtutes, & occupetur infrigidatiuum cum febr. & partibus cordis,& calefactiuum cum materia. Et quis eft,qui curet emitriteum abfque hoc,quafi dicat nullus.Paulatim ergo digeratur, & paulatim euacuetur materia. Ex iftis infrafcriptis poffunt fieri trocifci aut pillulę quæ non funt multum laxatiuæ aut electuarium aut reftauratiuum rof. rub. liquiritiæ ficut eft fpodium fpicę reubarba. femen endiuiæ, & portulacæ, & cucurbitæ cufcutæ crocus reuponti. lacca gummi arabici cacabe. femen acetofę eupatorium,& anifum.Et in laxatiuis ponatur aloe abfinthium, & mirab.agaricus epithimus reubarba.fene,& caffiefi.&c.

Dixerunt aliqui quod fmaragdus lapis prę ciofus fufpenfus ad collum a tota proprietate curat emitriteum.iftas pillulas ponit Auicenna, & afferit quòd valent ad emitriteos,& ad febres cronicas ledētes vifcera maxime quando materia vincens eft phlegmatica. Re.aloes mafti.corticis mirabol. citrini reubarb. fucci eupato. fucci abfinthij rof.rub. ana partes æquales, croci partem mediam fiant pillulę cū aqua endiuiæ,& dofis eius eft.dram.2.

Declaratio in emitriteis.

Primo fciendum fecundum Auicen.in prima.4.capitulo proprio,quòd inter medicinas quæ profunt in ifto cafu eft abfinthium romanum ad rectificandum materiam, & vt faciat venire ægritudinem ad ftatum dummodo nō feftinemus in dando ipfum, & non detur nifi poft feptem dies. Et cum inceperit apparere figna digeftionis, nam fi ante fumatur, facit accidere anguftiam,& naufeam, & cum fua calliditate, & ficcitate cum ftipticitate facit eos tardos ad euacuationem, & hoc intelligitur quando datur ad euacuandum in fua dofi.

Secundo iuxta dictum Auicen.in cura maioris emitritei de adminiftratione aquæ hordei in qua fit virtus piperis, quando dicit, vt difcernat natura inter duas virtutes,&c. Tūc quæritur vtrum fit dare quintam virtutem naturalem,fcilicet difcretiuam quæ difcernat calidum à frigido, & calidum applicet materiæ morbi frigidę,& frigidum applicet difcrafiæ, & materiæ morbi calidę,& videtur, ꝙ fic auctoritate Auicennæ in fine primæ fen.4.in cura emitritei.Item arguo autoritate Auer. qui eam expreffe ponit in 2.& 3.col.in c. de accidentibus virtutis ftomachi.In oppofitum arguitur quia videtur quòd Gal. & Auic. & alij funt diminuti ponentes folum 4.virtutes naturales,& non ponunt virtutem difcretiuam. Ad iftam quæftionem dicendum, quòd aliqui tenent fecundum Aue.ꝙ eft dare quintam virtutem.quia ad hoc quòd aliqua virtus attractiua attrahat aliquod attrahibile oportet, quod illud fit difcretum, & dictum alias non

poffet

posset attrahi.& sic virtus discretiua, vel separatiua præparat illud subiectum virtuti expulsiuæ, vel attractiuæ. secundo patet ad experientiam quia hepar digerit chilum,& præparat ipsum, vt sit nutrimentum toti corpori antequã sit attractio ad membra nutrienda oportet, ꝙ sit segregatio superfluitatum & quælibet vadat ad suum locum,& hæc est vna via. Aliter tamẽ dicit Iordanus de turre supra.3. de morbo & dicit quòd salua reuerentia Auer. non est ponenda 5.virtus scilicet discretiua, & dato quòd sic non est, naturaliter considerand a medico,& ratio est, quia si actus ille quem tu imponis fieri per virtutem discretiuam potest compleri per alias virtutes naturales, non est necessarium quòd illa virtus ponatur in esse, quia virtutes,& operationes aliæ ex alijs cognoscuntur. Sed ille actus, vel operatio potest cõpleri per alias virtutes naturales ergo, &c. consequentia nota antecedẽs patet, quòd potest compleri per virtutem expulsiuam,& per virtutem retentiuam operante virtute digestiua, quia attractiua fit post expulsionem inconuenientis, ita quòd expulsiua membri expellit quòd sibi non conuenit,& attractiua alterius membri attrahit expulsum tanquam conueniens. Et hoc vere intelligitur in generatione humorum & segregatione eorum abinuicem, quia digestiua operante virtus expulsiua expellit ab hepate per suum meatum ad cistim fell. superfluitatem chol. similiter per suum alium meatum superfluitatem melancoliæ ad splenem ratinendo quod melius est vsque ad tempus. Et in hoc iuuat virtus attractiua mẽbrorum illorum ad quos fit expulsio rei nutrientis, vel non nutrientis.

Et adhuc circa hoc est sciendum quòd discretio potest intelligi dupliciter quædam est discretio aliquorum existentium in potentia, quæ quamuis apparent quòd sit vnum tamen sunt plura in potentia, vt in massa sanguinaria. Et est alia discretio aliquorum, quæ sunt in actu sub diuersis formis, vt in coloribus. De prima discretione loquendo dico quòd nõ potest compleri per virtutem expulsiuam, & attractiuam, quia attrahibile oportet quòd sit distinctum & discretum loquendo de secunda discretione talis potest compleri per virtutem expulsiuam & retentiuam operante virtute digestiua, quæ præparat, & digerit tales res, vt quælibet earum expellatur a loco in quo est,& virtus attractiua aliorum membrorum attrahat quamlibet rem ad locum vbi necessaria existit. Qui etiam vellet speculari ad hoc talis discretio humorum potest compleri per virtutem retentiuam & expulsiuam, quia hu. sunt distincti formaliter simul, tamen sub quadam acerbatione,& accumulatione,& hęc est snĩa medicorũ, quia ista quinta virtus posito, quod sit, tamen non est necessaria medico, quia non facit ad finem medici, quia finis imponit necessitatem rei, quia medicus non tractat de virtutibus nisi ratione finis, scilicet vt instrumenta earum corrigat, sed virtus discretiua non habet instrumentum, quia quælibet virtus naturalis operatur per complexionem,& tunc dicitur, quòd tot sunt naturales uirtutes qnot sunt combinationes complexionum, sed non sunt nisi 4. quia calidum,& hu. est instrumentum virtutis digestiuæ. frigidum & hu. expulsiue frigidum,& sic. retentiue calidum,& sic. est instrumentum attractiuæ. Et non sunt plures combinationes possibiles, ergo non plures virtutes. Et ad Auer. dicitur qnod ipse locutus fuit velut purus philosophus. nos vero loquimur sicut medici loquuntur in ratione finis, scilicet, vt sciamus corrigere instrumenta istarum virtutum quando virtutes sunt defectę. Et si Aui. vel Gal. vel aliquis ponat istam virtutem discretiuam ponunt ipsam tanquam actum completum ab alijs virtutibus naturalibus, scilicet expulsiuę, & retentiuę,& attractiuę, cooperante digestiua. Aliqui vero dicunt, quòd ista discretio fit a virtute corporis regitiua,& operæ naturæ.

Tertio sciendum quod Auic. in fen. 22.3. in c. de signis doloris iuncturarum, quòd species guttę compositæ fiunt secundum diuersitatẽ hu. in corpore existentium simile etiam est dicendnm de se. compositis. Nam si aliquis cholericus vult vti regimine refrigeratiuo comedẽdo lactucas & herbas frigidas & fructus frigidos & hu.& res generantes phlegma, & hu. crudos, vel vtatur nimia repletione nauseatiua satietate,& cum hoc vtatur rebus cho. generantibus post longum vsum rerum phlegmaticarum,& isti hu. putrefi. vel destituantur a regimine naturæ,& faciant commixtionem non veram,& generent guttam compositam ex diuersis hu. Similiter similes hu. faciunt diuersas se. compositas secundum diuersitatem, secundum compositionem, & secundum positionem hu. intra vel extra vasa, secundum hoc fiunt diuersæ species emitriteorum, & aliæ feb. sicut ponitur.2. de crisi.&c.

De ethica febre. Cap. XIIII.

Ethica est nomen latinum, & est extractum à greco. Dicitur autem ethica ab ethis quod est habitudo vel habitus propterea; quia ista ęgri. iam videtur habituata & fixa. Ideo dicitur.2. de crisi. c. decimo quod ethica dicitur ab effixione. Ethica secnndum fratrem Io. de Ianua dicitur ab ethis quod est mos. vnde ethicus ca. cum penultima correpta, idest moralis,

&

& hæc ethica ideſt ſcientia moralis.Papias vero dicit quod ethica eſt,genus febr. cuius tres ſunt ſpecies prima.2.& 3.De prima leuiter infirmus curatur, de ſecunda vix. de tertia nunquam. Quantum igitur ſpectat ad propoſitũ dico quod ethica eſt duplex quædam eſt cum feb.& alia ſine feb.quæ vocatur ethica ſenectutis ſiue maraſmon.de qua poſtea videbitur domino adiuuante.Prima autem diffinitur ſic. Ethica eſt febr.continua membris radicalibus ſubiectiue adhærens,& humiditates ſubſtantiales,& nutrimentales,& totum corpus conſumens,& habet cauſas antecedentes primitiuas & coniunctas.

Cauſę primitiuæ ſunt omnia illa extrinſeca quæ calefaciunt,vel inflammant membra radicalia,& poſſunt facere effi.vel pu. aliquibus non bene diętatis, vel gubernatis ſucceſſiue poteſt fieri feb. ethica.ita quod cauſæ primitiuæ iſtarum ſunt etiam cauſæ primitiuæ ad hoc aer facit exterius dicens quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.quia qui occaſionem damni dat damnum ſibi dediſſe videtur.

Cauſæ autem antecedentes ethicæ ſunt ſpecies fe.eff.vel fe.pu.acutarum maxime illeque ſunt cum inflatione,& aduſtione. Alia cauſa poteſt eſſe prohibitio cibi,& potus in tempore quo deberet dari,& maxime hoc fit in hominibus cholericis, & macris quibus aduenit febr.continua cholera adurens, vt cauſon, & ei prohibetur potus aquæ frigidæ, vel aquæ hordei ſimiliter fe.quæ fit cum apoſtemate. Vnde ſi ieiunium triduanum imponatur complexione calida, & ſicca exiſtente in ethicam deueniunt.8.de inge.ca.6.intelligitur ſi prius febricitauerit. Vlcus pulmonis propter quod prohibetur pulmo a perfecta euentatione cordis:& ſic inflatur cor.ſimiliter nimia caliditas hepatis aut pulmonis aut ſtomaci aut ſimiliũ.

Cauſę coniunctę ethicę ſunt caliditas,& ſiccitas cordis conſumens humiditates nutrimẽtales eius, & ſimiliter aliorum membrorum ſimiliter mala complexio æquali in eiſdem membris introducta a febr.præcedentibus, vel a mala complexione diuerſa pręcedente,& diu durante vel ab omnibus alijs cauſis cito, & fortiſſime malam complexione calidam, & ſiccam introducentibus in corde, & in membris radicalibus,& ipſa conſumens.

Signa ethicæ feb.ſunt fe.ęqualis vniformis ſine paroxiſmis,& interpolationibus, ita ꝙ ſemper calefacit corpus nec vna dies plus agrauat quam alia,niſi ibi eſſet mixtio febr. pu. Cutis eſt arida,& ſicca ſine humiditate. Caliditas iſtius feb.tangendo non eſt intenſa ſicut,in febr.putridis .immo in primo tactu videtur ſuauis. Et ſi manus remanet per aliquod ſpacium ſuper cutem,fit caliditas fortior,& videtur augmentari,& aliqualiter mordicare,pulſus eſt paruus, & debilis,& frequens propter ſiccitatem arterię Caliditas augetur poſt refectionem, quòd licet fit in alijs fe. non tamen ita manifeſte. vnctuoſitas apparet in vrina, & egeſtione.

In ſecunda ſpecie ethicæ vrina eſt vnctuoſa,& furfures in ea apparent, & extremitates manifeſtę diſcarnatę & nodoſitates creſcunt, & ideo apparet manifeſta diſtinctio.

In tertia ſpecie ethicę facies appatet hypocratica nares acutę.oculi concaui tempora plana aures frigidę,& contractę, & pulpę eorum inuerſę,& totius faciei color pallidus aut plũbeus aut terreus, & habent pannum in facie ac ſi pul.ſuper faciem ſpergeretur. In ethica etiam reperitur maior calor in volis manuum & in plantis pedum.

Signa permutationis effimeræ ad ethicam ſunt permanentia fortitudinis caloris, nam fe. effi.vt plurimum incipit declinare poſt duodecim horas, & ſi non declinat immo remanet in eodem ſtatu vſque ad tertium diem tunc fit ethica.

Signa quod ethica ſit compoſita cum fe.putrida ſunt quia putrida facit interpolationem per ſudorem vel aliter.ſemper tamen remanet caliditas,& ſiccitas, & ſemper creſcit extenuatio,& areſactio,& alia ſigna ſupradicta,& durities in pulſu,& paruitas, & debilitas maior eſt in ſecunda quàm in prima, & in tertia, quàm in prima,vel ſecunda.Et in ſecunda de creſcunt extremitates, & iuncturę videntur decreſcere propter carnium conſumptionem. Pulſus ethicorum ſunt debiles, & parui veloces ſeu frequentes.parui ſunt propter debilitatem caloris naturalis etiam per conſequens virtutis,& ſunt veloces ſeu frequẽtes propter neceſſitatem quam inducit feb.ethi.Ga.hęc in quarto libro de cauſis pulſuum com.16.Et calidius,quòd fit in ethicis eſt locus venarum & arteriarum ſcilicet in volis manuum, & plantis pedum,quia ibi terminantur venæ & arteriæ,&c.

Iudicia in febr.ethica.Primo notandum,ꝙ Aui.in prima fen. primi doc.4.de humoribus &c.in principio capituli ponit humores,& ponit humiditates. ſed quædam iſtarum humiditatum ſunt ſuperfluitates alię ſunt non ſuperfluitates,quarum prima eſt in foraminibus extremitatum paruarum venarum membrorum ſimplicium,& iſta humiditas non habet nomen,ſed circunloquitur,& vocatur prima humiditas de ſecundis.

Secunda humiditas eſt humiditas roralis, quę ſpargitur ſuper omnia membra ſimplicia & iſta eſt apta nata conuerti in membrũ quando corpus cauſaret nutrimentum,& apta, vt mem-

membrum humectet quando exiccantur a forti exercitio vel ab alia causa, & ista vocatur ros.tertia humiditas est illa, quæ parum ante congelata est per vlteriorem actionem, & est nutrimentum, quod quia iam quantum est ex parte complexionis in nutrimentum,& mẽbrorum substantiam conuertitur, sed ex parte essentiæ nondum conuersa est in substantiam, & essentiam,& in similitudinem membri totalem.Et ista humiditas vocatur cambiũ, quia de proximo cambiatur & mutatur in glutinũ quæ est quarta humiditas,quæ continet membra simplicia.

Dicit ergo Aui.in prima fen.4.trac.vltimo. & concordat Serap.in capitulo proprio quòd ad consumptionem humiditatis,quę vocatur ros,sequitur prima species ethicę, & est simile de oleo quod continetur in lampade.quando autem prima humiditas incipit consumi, quę vocatur cambium tunc fit secunda species, & est simile de oleo quod est iam bibitum in substantia lichini. post consumptionem istarum duarum humiditatum quarta humiditas, quę vocatur glutinum incipit consumi, quæ conglutinat partes membrorum simplicium,tunc est simile de humiditate substantiali ipsius lichini per quem partes lichini continuantur, & tunc est tertia species ethicę. Prima igitur species difficilis cognitionis & facilis curationis,vt dicit Aui.Tertia autem species est oppositum.quia est facilis cognitionis,& impossibilis curationis.Secunda autem species in cognitione,& curatione tenet medium.

Curatio Febris ethicę.In primo aliqui cañ. generales sunt præmittẽdi:vt exinde cura eliciatur.Primus cañ. est Gal. in 10. mech. quasi in col.14.ethicis nihil aliud est, necessarium nisi refrigerare,& humectare eorum corpora.

Secundus est Gal.ibidem. Et hic vero quia non oportet purgari nec calefieri calor balnei nocet.nam augmentabis calorem, & siccitatem.hęc ille vbi supra.

Tertius est Galen.in decimo mech. quasi in fine sexti col. Nutrimenta ethicorum necesse est esse frigida, & humida aut temperata sicut ptisanam, & humida iura,& mund.panem.

Quartus,cura enim ethicorum similis est, curę siccam in stomaco complexionem habentium,sed tamen ethicis frigidiora sunt necessaria, propter multitudinem caloris eorum.

Quintus est Auic.Si coguntur propter necessitatem dare res,quæ faciunt citam humiditatem ũel humectationem, & illę sunt calidæ, vt aqua carnis,& vinum,oportet quòd antecedant, vel sequantur res infrigidantes. Iste autem est Auic.in prima.4.in cura febr.ethicę.

Sextus. Si ethica accidat propter apostema aut lęsionem in aliquo membro, vt est hepatis calefactio necesse est, curare illud apostema aut membrũ lęsum corrigere& pręparare.

Septimus,infrigidanda aeris est de rebus magis iuuantibus ethicos similiter indui pannis lotis in aqua in qua sint, rosę, & folia salicis aqua ros. & trocisci de camphora nõ modicum iuuant eos. Auic.ibidem.

Octauus.odora campho. &.ros.sand.& mã dragoram papa.& aquam ros. & similia iuuãt ad eorum curam.

Nonus est Auice.vbi.supra.Emplastra infrigidanda quibus oportet eos curare sint aromatica: nam ipsa sunt propinquioris iuuamenti,& proprie super pectus & partes vicinas,& sint actu frigida sine stipticitate nam stiptica desiccant,& prohibent virtutem medicinarum profundari, & ad interius penetrare, non tamen tantum retineantur, quòd voci,& anhelitui inferant nocumentum.hęc ille in sententia.

Decimus quies & somnus & tranquillitas, & pręseruatio a fame tristitia,& ira, & odio,& angustia,& siti iuuat in ethicorum curatione.

Vndecimus lectus eorum sit de natalicijs frigidis ex pannis laneis cum coto intermedio similiter,& coopertura, & non sepeliantur in culcitra plumacea nisi super ipsa coopertoria de corijs paratis extendantur.Et si lectica eorum statuatur super aliquod vas aquę plenum esset eis bonum, vt dicit Auic.

Decimussecundus est Auic.in loco alleg. in sententia in ca. rememorato infrigidantium eos in fine capituli. Lectus eorum sit prope cursus aquarum,vel saltem currat aqua si sirin gam prope lectum,& ibi sternantur, & circũponantur succi & folia,& rami salicis folia cãnę & herbarum frigidarum,& similiter herbę naturaliter frigidę in frigida aqua madefactę.

Decimustertius lac caprarum, & asinę nutritarum in pascuis frigidis & hu. & proprie asinę vsitatum eradicat fe.ethicam, si possibilis est ei eradicatio Aui.ibidem.

Decimusquartus lac muliebre sugendo ab vbere, & sumptum conuenientius est omni alio lacte.

Decimusquintus lac a quo extractum est butirum est vtile ethicis infrigidando eos.

Decimussextus lac competit ethicis a principio vsque ad finem.

Decimusseptimus ius paruę pullę alteratę cum tenera cucurbita, & agresta remittit eorum calorem nutriendo.

Curatio feb. ethicę particularis. Primo iuxta tenorem Septimi cañ. constituatur in loco vel in camera humida vbi attrahat aerem frigidum,& humidum,& si naturaliter non habetur,fit rorando cameram cum aqua fontina vel puteali,& sternendo ipsam, & circa lectũ

po-

ponendo folia,& ramos salicis, & causanarũ cũ iuncis, & ros.viol.& nenufa. & lentiginis aquæ,& papa.& folia vitis albę. Et fit talis sacculus quem odorabit iuxta tenorem. 7. cañ. Rec.omnium sand ros.ru.se.lactucę, & portulacę, papa.al.rad.mandragoræ.ana dram.3.se. iusquiami camphoræ. ana dram.2.florum nenufa.dra.1.& se.opij tebaici.dram. 1.fiant do. sacculi hæc odoretur vnus & alius per interualla vnus post alium,& ista continuentur. At iuxta tenorem finis.7. can.camisię quas induturi sunt,immo & diploides propter factam dealbationem iterum lauētur in aqua in qua decoctę sint summitates pa.& lentiginis aquæ & maluæ, & lactuca,& folia salicis,& similia. Et si in aqua ista post colaturam ponatur camphora,& trocisci eius:esset melius. & tales pãni desiccentur in vmbra, & induantur eis, & mutet frequenter lectum, & vestes, & linteamina.

Istis sic ordinatis digetetur sic Habetur paruus pullus, vel parua pulla, & coquatur cum lactucis, vel portulacis, vel frustis cucur. Et comedat cucurbitas & carnes pullę,& offas in iure eius,& sicut dicitur de pulla sic potest dici de alijs auibus viualibus præterquem de degentibus in aquis. Et iuxta tenorem primi cañ.vtatur cibis,alijs frigidis ab hu. vt est hordeatum auenatum,& farina de spelta,& colatura furfuris cum lacte amigd.& 4.se.frigidorum ma. Possunt etiam ista supradicta parari cum lacte vaccino a quo extractum est butirum. Mica etiam panis ter lota in aqua frigida,& expressa & cocta cum dicto lacte, vel cũ lacte de se.frigidis iuuat eos quia nutrimentũ istorum naturaliter est frigidum, & refrigerat hepar,& cor,& sang.venarum obtemperat,& contrarietur febri, humectat corpus. Alius cibus fit de cancris fluuialibus ita, quòd carnes eorum extrahantur a corticibus eorum lauentur cum lexiuio facto de cineribus vitiũ. sicut docet Auic. Alius cibus fit de carnibus limaciarum coctis cum fen. propter viscositatem,& post extrahantur a casulis, & post comedantur, sicut faciunt cathalani. & vere in hoc frequenter inueni iuuamentum. Potus istorum sit aqua hordei,& si vinum bibant illud sit multum limphatum clarum, vel aliqua liter rubeum,& nutritiuum, & aliquando sumat lac.amigd. Et sequendo doctrinam primi cañ.vtatur piscibus squamosis de aquis mun. bullitis in aqua cum per. Pisces tamen mar. non sunt vtiles vt salmo,& alosa,& luceus, & cęteri similes. Item vtatur lacte amig. bullito, & proiecto super offas, vel pecias panis cum zuccaro. Item vtatur cibo facto cum lacte a quo extractum sit butirum, cum mica panis & zuccaro, vel cum farina hordei,& similibus & iuuat eos etiam poma cocta sub cineribus cum zuccaro ministrata,& lactucæ coctę cum pul.gallinarum, iuxta tenorem vltimi cano. Et scias iuxta tenorem. 13.cano.& secundum autores nostros, quòd lac est de rebus magis iuuantibus eos. Vnde lac sit mulieris bene nutritę bonis cibis frigidis & humi. & sumantur ab vbere iusta doctrinam.14.cano. Si hoc noluerit sumere. vtatur lecte asinæ, vel saltem capræ quæ nutriatur herbis frigidis,& humi.

Et quando ministrari debet ista animalia sint prope infirmum, & quanto citius poterit calidum ab ore sumatur de mane,& postea super dormiat. Et lac a quo extractum est butirum iuuat eos,& quia in isto quarto libro iam fecimus mentionē de administratione lactis, ideo recurre ad capitulum quartum quarti libri ad curam malæ complexionis siccæ stomachi. & fac sicut ibi docetur.

Balneum competit aquę dulcis non multum calidę quia multum calida multum calefacit,& multum desiccat. sed sit aliqualiter trãsiens tepiditatem, & cibo digesto in stomaco ponatur in tina plena tali aqua scilicet dulci in aqua sint coctæ her. frigidæ, & hu. & non sudet dicit Aui. sed post exitum a balneo vngatur cum oleis frigidis hu. sicut est oleum viol. & nenufa. Et vult Aui. quòd in exitu a balneo, vt humiditates per poros non exhalent. spargatur paulatim aqua quæ nõ sit multum frigida, sicut est aqua æstatis quæ aliqualiter sit tepida per calorem solis & in tali aqua pannus lineus sit madefactus, & liniatur inde corpus simul. deinde stet in lecto sine calore, & sine sudore. Et dicit Aui. quòd si ante balneũ mulgeatur super corpus eius lac, esset bonum, & post exitum a balneo,& in vnctione cum dictis oleis capiat aliquid iussellum de rebus humectantibus. sic est iussellum paruarum auiũ, & gallinæ,& similium,& sic stet in tranquillitate,& somno sine angustia,& tristitia, & sine ira,& sine labore,& potet vinum clarum subtile cum multa aqua non tamen immediate post lac. Et caueat a sudore nisi esset feb. putrida. Et caueat a flebotomia & purgatione, quia ista fe. sine vitio hu. est.

Condescendendo ad apothecam fit talis sirupus ad infrigidandum,& humectandum ethicos. Rec. summitatum papa.al.foliorum lactucæ portulacæ end. scariolæ hepaticæ. ana. m.1.4.seminum frigidorum mi.se. maluæ, & maluauisci ana.dram.3.iuiub. sebesten passularum mund.ab ari. liquiritiæ rasæ. ana. vnc. 1. & se.ros.tu.florum viol.& nenufa. ana vnc. 1. zuccari albiss. li.2.& se.fit sirupus quo vtatur frequenter cum aqua hordei. Et si aliqua species fe.putridæ esset ibi commixta, possunt addi ista aperitiua hordei. Et si aliqua species fe. putri-

putridæ esset ibi commixta, possunt addi ista apertiua vt est cicorea gramen & rad.& se.brusci & se.frigida mi.in maiori quantitate.

Sumat etiam de isto electuario. Recip.pul. papa.pul.diapenid.sine speciebus vel diadraganti pulueris triasand.pul.elect. resumptiui, ana dram.2.conseruæ tortucis factæ per frustra idest coonserue testudinis memoralis conseruæ rosi.& viol.ana vnc.1.conseruæ nenufi. vnc.semis zuccari panis.lib.1.fiat mixtum ad modum zuccari rosa.vel potest fieri in tabulis sed non tantum valet, quia virtutem ignis si tamen sit in talibus fundatur zuccarum cum aqua rosi.& end.In isto casu valet sirupus de papa.& viol.& ros. Et indigemus in isto casu magna cordis infrigidatione. quia in ista febr. cor principale subiectum cum alijs membris radicalibus.ideo valent principaliter illa, quæ refrigerantur cor sicut elactuarium diamargariton sine speciebus,& sicut margarita vtranque, & vtraque corallus, & iacintus smaragdus,& ceteri lapides prętiosi ros. camph.viol. sirupus viol.nenufi.ros.&c.Ista confectio valet in ethica, quæ non multum calefacit,& nutrit abundanter.Rec. fisticorum pinearum pistacearum amigd.dulcium.ena.vnc. 14. se.frigi.maiorum mund.ana vnc.se.pass. mund.ab ab arrill.vnc.1.se.maluæ,& bismaluæ,& citonij,& bombacis mund.se.papa.al.ana dram.2 incorporentur omnia cum zuccaro,& vtatur pa.Pauperes enim non possunt abundare pecunijs.ad multa medicamina habēda, sed istis lenibus gubernentur.

Istud vnguentum, quod sequitur valet multum si pectus, & latera vngantur cum eo non calido sed sic est.Rec.cerealbæ nouę quart. 1. olei viol. li.s. butiri sine sale. unc. 2. liquefiant omnia simul ad ignem, & postea colata in mortarium proijciantur: in quo sit lactis mulieris puellam lactantis,& parturientis li.s.gummi arab.dragaganti infusorum in aqua ros.ana.unc.s. camphoræ.dram.duas ducantur tantum in mortario donec fiat vnguētum albissimum,& valet in ethica & phtisi & in marasmone.Magister. Bern. de Gordonio ponit aliam formam vnguenti.Recip.medullæ cerui,& vituli butiri sine sale axungiæ galinæ recentis dragaganti gummi arabici infusorum olei nenufi.olei viol.olei de cucurbita olei de salice ana.vnc.1.ceræ al. quod sufficit fiat vngnentum bonum est, veruntamen illæ medullæ & axungiæ sunt calidæ, sed post infusionem mittantur in mortario in quo sit aqua ros.& lac muliebre,& erit melius,& magis frigidum.

Magister poncius de sancto Ægidio ponit hoc electuarium. Rec.candi penid.ana unc. 3. pinearum pistacearum amigdalarum dulcium seminis papa.al.seminis bombacis maluæ bismaluæ,& citoniorum bene albi est rubei trociscorum diarodon dianthos ana vnc.semis seminis lactucæ, & portulacæ quatuor seminũ frigidorum maiorum mundatorum ana vnc.1 ros.mirtillorum omnium mundatorum ana vnc.1.ros.mirtillorum omnium sand. spodij rasuræ eboris ossis de corde cerui,blactę bisanciç coralli albi,& rubei aua drachmam vnam, sirupi de papa.quod sufficiat, fiat ad modum opiate. Prȩualent alia supradicta electuaria, quia in isto multa calida,& sicca ponũtur &c.

De marasmone. Cap XV.

ETHica senectutis est marasmon, seu tabefactio totius corporis ex dominio malę complexionis siccæ sine febr. Nam marasmon consumatio interpretatur.9.de inte.c.2.in fine capituli.vnde marasmon interpretatur tabefactio seu arefactio corporis,& humiditatum substātialium secundum Galenum.8.de causis pulsuum.

Causæ Ethicæ senectutis.Et primo ponantur causæ primitiuæ.

Prima potest esse potus aquæ frigidę, stomacho stante ieiuno, & debili vel si assumeretur post immoderatum exercitium virtutem debilitans,& poros aperiens,& calorem naturalem resoluens.Propter quod aqua potata cito attrahitur ad viscera totum corpus refrigerat. Alia causa primitiua potest esse nimia caliditas aeris resoluens liquefaciens humiditates substantiales corporis propter quod calor naturalis resoluitur & debilitatur, immo destruitur,& frigiditas & siccitas subintrant &c.

Causæ antecedentes sunt debilitas caloris naturalis, & virtus nutritiuæ non in vltimo debilitata adhuc existens. Alia causa possunt esse mali vaporis frigidi eleuati ab aliqua materia frigida in corpore existente qui vadunt ad cor,& ipsum infrigidant. Alia causa antecedens potest, esse resolutio caloris naturalis non vltimata; sed si continuetur, efficitur causa coniuncta.

Causæ coniunctæ. Prima est mala complexio frigida dominans in corpore cum debilitate totius corporis. quia prohibet virtutem digestiuam, & nutritiuam a suis operationibus, sicut accidit in fine senij. Similiter superflua infrigidatio facta cum potibus, vel medicinis, vel emplastris in patientibus febres. Similiter consumptio,& resolutio caloris naturalis,& similia his.

Signa ethicę senectutis ponit ga.in.4.lib.de causis pulsuum in c.10.dicens quòd in ethica senectutis quæ est sine fe pulsus est paruus, & rarus.Et Aui.addit quòd est tardus. Aliud signum

gnum est arefactio,& exiccatio corporis manifesta,& non adest calor, immo vt plurimum reperiuntur frigidi in tactu vt plurimum vrina est, alba subtilis aquosa. Et isti in dispositionibus suis sunt sicut senes decrepiti.

Iudicia in ethica senectu. Primo dicit Auicen. quòd huic ęgritudini postquam est confirmata non est cura. Et si ei esset ingenium curationis, similiter esset ingeniũ curationis mortis. in prima fen. 4. c. proprio.

Curatio ethicæ senectutis si curari debet curatur cum calefacientibus, & humectantibus. Et humectatio fit cum cibis, & potibus calidis & cum balneis aquæ dulcis sicut dictũ fuit superius. Insuper secundum Auicennam fiat humectatio cum clysteribus humectatiuis sicut est clystere factum cum brodio capitum, & pedum arietum, & ouium, & cum clysteri facto ex colaturis factis ex caponibus, gallinis, & phasianis, & perdicibus. Nam dicit rosarius, quòd quando aliqua colaticia vel iura nutritiua in liquida substantia per partẽ inferiorem inijciuntur per modum clysteris: non mirum si stomachus attrahat aliquid ad digerendum, & nutriendum, vel forte ipsa intestina aliquam digestionem dicto clysteri operantur & per venas meseraicas ad hepar mittuntur aliquæ partes ad nutritionem & corporis humectationem, & cum hoc humectat viscera, nec in talibus ponendus est sal nec species, timendo mordicationem & subitum exitum. Et quantitas clysteris sit. l. i. s. & offeratur quater in die naturali. Lenis autem fricatio post refectionem iuuat. similiter lac coctũ cum lapidibus valet multum, & sicut mel est, inimicum habentibus ethicam, sic est iuuatiuum habentibus ethicam senectutis. Et iuuat eos omnis cibus humectans facilis digestionis in quo non est viscositas, sicut iura carnium, & aqua carnis, & vitella ouorum sorbilia. Et vinum subtile odoriferum in digestibili quantitate confert eis. etiam emplastra, & vnguenta dicta in ethica dum tamen attineant caliditati conferunt eis. Caueant a frigido exteriori & ab illis quę humiditatem consumunt.

Declaratio in fe. ethica.

Primo notandum quod species fe. ethicæ apud latinos non habent nomina specificata sicut habent multæ aliæ ægri. vt est dolor capitis hydropisis lepra, & ægritudines renum, & intestinorum. Et causa istius est quia, vt plurimum prius venit ad secundam speciem antequam cognoscatur, & fortasse ad tertiam.

Secundo quæritur quare in ethica non ita cito consumitur cambium vel glutinum sicut ros. Dico quòd ros est subtilioris substantiæ, ideo citius consumitur, ideo ad consumptionem eius sequitur prima species ethicæ fe. sicut dictum fuit in iudicijs. Alia causa est quia natura, & est magis præparata vt fiat membrũ cambium, & glutinum sunt magis digesta, & præparata vt fiat pars membri quam ros ideo diligentius à natura custodiũtur, ideo tardius consumuntur.

Tertio scias, quòd dictum fuit superius in cura particulari quòd post balneum aquæ calidæ vngendi sunt cum oleis, & vnguentis frigidis. Et causa istius est, quia per calorem balnei pori aperiuntur & humiditas nutrimentalis attrahitur versus partes exteriores, & tũc quia pori sunt rari, aperti tales humiditates subtiliatę exhalarent, nisi fieret pororum clausio cum vnctione oleorum, & vnguentorum frigidorum vel cum roratione aquæ quasi frigida. Per ista enim pori clauduntur, & humiditas nutrimentalis ingrossatur, & in substantiam membrorum conuertitur. etiam corpus infrigidatur & humectatur.

Quarto scias quòd Gal. in lib. de mala complexione diuersa in col. 5. concludit quòd mala complexio diuersa est quandoque causa malæ complexionis adequatæ. Tunc enim mala diuersa est, in termino suæ actionis quando mala diuersa est introducta, & dicit hæc verba. Cum autem omnia prima corporis membra integre, & perfecte sunt calefacta dicitur illa febr. ethica quę est fixa, & hoc ideo quando eius essentia tunc non consistit in humiditatibus idest humoribus, & spiritu tantum sed est præter hoc in coporibus quibus adest fixio, & cum hac fe. non est passio nec dolor. Et estimat pa. quòd nullo modo sit in eo febris. quoniam non sentit caliditatem. hęc ille. Ex istis dictis patet quod in ethica licet, sit supercalefactio in humoribus: etiam in mẽbris radicalibus. tamen fe. non sumit nomen nisi ab illis quibus subiectiue, & principaliter fundatur. Si enim spũs primo, & principaliter supercalefiunt sic erit fe. effi. & si hu. sic erit feb. humoralis. Si membra principaliter supercalefiunt, erit ethica. Ita quòd quamuis in vnaquaque omnia ista tria scilicet spiritus & humores & membra radicalia supercalefiant ex aliqua fe. tamen illa fe. non habet nomen nisi ab eo in quo subiectiue, & principaliter inest. Ideo contingit, quòd nulla febr. cuiuscunque speciei sit potest dimittere feb. effimerã post se, quamuis effi. post se possit dimitteræ alias duas species, &c. quia non est verisimile quòd membra radicalia supercalefiãt quin spiritus & humores prius calefiant, & inflammentur non tamen subiectiue, & principaliter. ideo quando vna est non est alia, nec omnes simul, existunt.

Quinto dicit Gal. in mech. parti. 6. col. 1. qđ si effimera debeat in aliam fe. mutari, mutabitur

bitur in putridam, vel in ethicam: sed hoc fit vt plurimum in calidis, & siccis corporibus. Si medici errent in regimine eorum cum abstinentia, & negligentia humidę dietę. Primo mutatur iu acutam postea in ethicam. In calidis vero & humidis, quia sunt putrefactioni parati: effimera mutatur in sinocham præsupposito prædicto errore, & quòd permaneat. Et si non curetur vt oportet aut moritur aut in ethicam mutatur. vbi supra.

Sexto nota, quòd eticha per se sola est sine vitio alicuius hu. Et ideo nec flebotomia nec purgatio ei competunt, nisi esset composita cum putrida: tunc enim potest vtrunque cōpetere. Sed tunc dubitatur quomodo mala diuersa, & mala ęqualis simul esse possunt in eodem subiecto. Dico quod sic quia ardentibus lignis solidis adhuc stupę in concauitatibus eorum contentę & inflammatę possunt simul ardere & inflammatis stupis, vel aristis ligna solida remanent inflammata: similiter nec sudor eis competit nec artificialis euacuatio eis competit, nec exercitium.

De sudore. Cap. 16.

PRoptereà quia febr. aliquando ad bonum aliquando ad malum per sudorem terminantur: ideo bonum est quod post declinationem febr. de sudore fiat mentio. Vnde sudor est humiditas exiens a corpore per poros cutis facta ex vaporibus à corpore resolutis iuxta corporis superficiem condensata. Vel dico cum Gordo. quòd sudor est vapor humidus ab interioribus resolutus iuxta corporis superficiem condensatus. Sudor sicut cęteri effectus habet quatuor causas, scilicet materialem, efficientem, formalem, & finalem.

Causa materialis sudoris est materia, vel humiditas vel hu. in membris, & eorum porositatibus existens.

Causa efficiens est calor dissoluens & conuertens talem humiditatem in fumum siue illa caliditas sit interior siue exterior.

Causa formalis, est frigiditas condensans illum vaporem, vel fumum iuxta cutem & illa frigiditas non est absoluta, sed comparata. Videmus enim, quòd in alembico quamuis sit calidum vaporem rerum distilabilium condensari.

Causa autem finalis est, purgatio corporis a superfluitatibus, vt per eas actio naturę non impediatur.

Causæ sudoris quædam sunt primitiuæ quædam antecedentes, & quædam coniunctę. Primitiuæ sunt. sicut nimia caliditas aeris nimius labor maxime in tempore calido balneum & insufflatio venti australis. Magna coopertura pannorum, vel plumaceorum, vel pellium.

Causæ antecedentes sunt hu. vel humiditates in corpore existentes.

Causæ coniunctæ sudoris est fortis calefactio, & subtiliatio illius humiditatis, & ingrossatio eius sub cute & raritas, & apertio pororum per quos exit, quia si essent clausi aut constipati, vt accidit in hydropisi nunquā exiret sudor. Dicit Constan. quem sequitur Gord. in isto quòd sudor est duplex; quidam est naturalis qui fit à bona, & perfecta crisi, vel in diebus iudicatiuis, & in exercitijs temperatis, vel in tempore ęstiuo. in tali enim sudore nocitiua expelluntur & nō vtilia, & iste est cum bona tolerantia, & alleuiatione. Alius sudor est innaturalis & diaforeticus & sinthomaticus, vt apparet in nimijs doloribus & in morientibus.

Signa sudoris.

Primo si sudor sit multus: multitudo materiæ aut eius aquositas, & subtilitas significatur & fortitudo virtutis liquefactiuæ, & expulsiuę & significatur raritas pororum. Paucus autem sudor est signum paucitatis materiæ, vel viscositatis eius & grossitiei: aut significatur debilitas virtutis.

Sudor autē rubeus signum est, dominij sanguinis. si citrinus cholera significatur: si albus phlegma: si niger melancholia.

Tertio autē fętidus corruptionem & putrefactionem humorum significat. Similiter possunt notari singularia per saporem: quia dulcedo eius significat san. &c. amaritudo choleram & sic de alijs.

Iudicia in sudore.

Primo iudicat Hippo. Sudores febricitanti si ceperint boni tertiani quintani septimi, & qui in nona die, & vndecima, & decimaquarta, & vigesima, & vigesimoprima, & vigesimaquarta, & vigesimaseptima, & trigesima, & trigesimaprima, & trigesimaquarta, & trigesimaseptima, & quadragesima. hi sudores ęgritudinem iudicant: qui vero non ita fiunt: dolorem significant, & longitudinem ęgri, & conuersionem. quarto. amphoris. amphor. trigesimosexto omnes isti dies sunt critici. Et sequitur in commento non solum sudores, sed etiam egestiones multę, & vrinarum quantitas, & apostemata post auricules laudabiles sunt si in diebus creticis appareant. Et sequitur in eodem commento. Morbi enim hos terminos transeuntes non crisim cum sudoribus sunt facientes nec cum egestionibus

bus, sed potius cum dissolutionibus paulatim exeuntibus, vel cum apostematibus, hæc ille.

Secundo iudicat Hippo. per sudorem. sudores frigidi cum acuta quidem fe. facti mortem significant. Cum molliori uero fe. longitudinem ęgritudinis significant. 4. amph. ampho. 37. causa est, quia significat, quòd multa & quòd calor naturalis est extinctus, vel propinquus extinctioni.

Tertiò vbi in corpore sudor ibi narrat ęgritudinem. 4. amph. ampho. 48. Et causa istius est, quia si materia morbi spargatur necesse est totum corpus sudore purgetur: sudor enim uihil aliud est nisi purgatio naturę a nimijs superfluitatibus: tunc crisis esse probatur bona. Aut humiditas morbo cogente a corpore dissoluitur, quòd quando fit ex solis locis est, vbi regnat infirmitas. Gal. in com. eiusdem.

Quarto docet Hipp. iudicare per sudorem sine fe. sic multus sudor ex somno sine aliqua causa manifesta factus. Significat quoniá corpus plurimo cibo utitur. Si vero cibo non accipienti hoc fit. significat quoniam euacuatio ne indiget. 4. amph. amph. 41. Et sequitur in com. Si enim ex cibis est facile soluitur. Si autem ex humoribus euacuentur. Multus enim labor & fatigatio sudorem facit: ergo quando in humoribus, vel cibis digerendis laborat natura. fit sudor necessario. Et sequitur in fine commenti. Multus enim sudor duobus modis fit. aut ex multo cibo ante morbum accepto quæ est causa huius materiæ: aut ex cibi in morbo assumpti multitudine quæ si fuerit ante morbum purgetur. præsens verò abstinētia corrigatur, ibidem. Ex isto habes quòd repletio antiqua scilicet humorum corrigatur per purgationem, & nouella per abstinentiā.

Quinto febricitanti, omnis sudor superueniens non deficiente fe. malum: prolongatur enim morbus & humores multos significat. 4. amph. amph. 56.

Sexto docet Auicen. 2. fen. 4. tract. 1. & post multa verba dicit sic. Sudor interceptus malus est, & significat longitudinem ægritudinis propter multitudinem materiei, & non conuenit habenti eum flebotomia nec solutio ventris propter debilitatem suam, immo clisteria leuia. Et quando post sudorem non venit leuitas non est bonum signum, & si facit augmentum in ægritudine est malum signum: posito quòd fit per totum corpus. Sudor festinus in principio ęgritudinis est malus: quia significat multitudinem materiæ, nisi causa in eo sit humiditas aeris, aut propter pluuiam multam tunc est minor malitia. Auicen. capitul. de signis sumptis ex parte sudoris.

Septimo dicit Hippo. In sudore rigor malum est. 7. amph. amph. 4. Et Gal. dicit in commen. quòd accidentia crisis non facientia crisim, sunt signa crisis discretę. id est malę terminationis siue mortis cum natura in his sit præterrita ita, vt morbum fugiat. vnde rigor in sudore malum est. hęc ille. Cum isto ampho. concordat Auicen. in loco all. sic. Et quando cum sudore horripilatio accidit, non est bonum immo malum, quoniam horripilatio significat expulsionem hu. mali nocentis in corpore, & illud significat, quòd sudor non mundificat immo mouet de hu. malis illud cuius acuitas est fracta &c. & significat, quòd ibi est multa ma.

Octauo quia fe. vt plurimum criticant per sudorem, ideo ponamus hic conditiones bonę crisis, quas ponit Gale. 1. ampho. comm. 20. ibi. Ea quorum crisis fit, & quorum facta est &c. Prima conditio est, quòd fiat cum purgatione & non cum apostemate. Secunda est vt purgentur hu. nociui qui sunt causa morbi. Tertio quòd fiat alteratio morbi. Quarto, quòd fiat cum alleuiatione patientis. Quinto quòd fiat post apparitionem signorum coctionis. Sexto quòd fiat in die cretica. vbi supra fuit allegatum.

Nono in ordine dictorum iudicat. Auicen. cap. vlti. all. & dicit sic. quando debilitatur virtus & pulsus & sudat frons parum, est signum magnum, si verò cadit pulsus, est signum mortis. Iudicat Auic. ibidem de sudore ad bonum, & dicit quòd sudor bonus cui conuenit, vt sit per ipsum crisis completa est ille, quæ fit in die cretica, & est communis toti corpori abundans super ipsum, & alleuiatur infirmus, & sequitur in bonitate illū qui non est, per totum corpus, & succedit ei leuitas &c.

Curatio sudoris.

Primus can. generalis non remoueatur sudor donec materia sit perfectè purgata, & ęger sentiat alleuiationem manifestam virtute stante forti.

Secundus ęgritudinibus consumptiuis sicut est ethica, & phthis. non competit sudor.

Tertius est Constanti. in viatico sic. cum autem sudor adeo augmentatur: vt inde virtus debilitetur, oportet ipsum restringi. Restringatur ergo sudor discooperiendo corpus, vel minuendo coopertorium, & si fit ex nimijs cibis assumptis, inducantur ieiunium & abstinentia. Et si propter corporis repletionem, digeratur & purgetur hu. peccans ita quòd fiat diminutio in hu. superabundantibus quæ sunt mate. sudoris, deinde

vnga-

vngatur corpus cum oleo rof.& oleo nenufa. & falicino, & oleo citoniorum, & quolibet per fe, vel fimul mixtis. Vel fit fic. Recip. rofa. vnc.2.fand.ru. balau. vnc. 1. gallarum frondium mirthæ. ana vnc. 1. coquantur omnia in in duabus.lib.aquæ vfque ad tertiam partem & coletur & addatur olei rof.lib.1. & coquatur iterum donec aqua fit confumpta. & de ifto oleo frigido vngatur pa. maxime pectus, & latera. Et potet de firupo rof.vel iulep cum aqua frigida. flabelletur cũ flabellis: vel afpergatur pectus & latera cum panno in aqua frigida madefacto, & dormiat folus in lecto duro & fit male coopertus.

Si autem volumus fudorem prouocare co operiat fe bene pa. & ponat caput infra cooperimenta & anhelet infra & ponat cucurbitam plenam aqua calida ad pedes, vel ad latera. Et aliquando vngatur pat.cum oleo camo. & laurino vel vino & vngatur dorfum & totum corpus. Item piper & cinamomum calamus aromaticus reuponticum piretrum reubar.coftus caffialig.carpobalfamus fanfuccus fuccus mentaftri mixta, vel feparata bulliant in oleo vngatur vt fupra dictum eft & prouocabitur fudor. Vel fit fuffumigium fimbrijs protenfis cum caftoreo, & calamento & carpobalfamo, & fe. vrticæ & carui fimul tritis vel coquantur herbæ calidę in olla. & fumus fedendo in fella perforata recipiatur. Mentaftrum teratur, & fuccus eius bibatur cum aaqua mellis. calefacit fortiter & educit fudorem. Haly. de regali difpofitione, vel fiant balnea & ftuphæ dictæ in fpafmo & paralyfi. & fic fudor prouocabitur Deo dante. Alius modus eft prouocandi fudorem quem modũ pro nunc dimitto.

Declaratio in fudore.

Primò fciendum fecundum Hyppo.4.ampho.ampho.42. quòd fudor multus calidus, vel frigidus fuperfluens fupple ante figna digeftionis & non in die cretica, talis enim fudor fi fit frigidus, fignificat longiorem ęgritudinem, calidus vero minorem defignat. Et fequitur in commento. Cum ambo multos humo. fignificent, frigidus frigidos, & calidus calidos. Vnde huiufmodi calidus minorem defignat infirmitatem. frigidus vero maiorem defignat ęgritudinem, quia multam materiam cum pauco calore oftendit, econtrario verò calidus fudor multum calorem cum pauca materia, & ideo minorem oftendit ęgritudinem, vbi fupra.

Secundò intelligendum fecundum quod dicit Gal.in primo ampho.com.15. præter naturam, quia fi curfus corporis eft auctoritate. Diafcori. & ipfe probat quòd fudor eft fecundum curfum naturæ & natura dominaus ipfum vicerit nõ ad cutem fuperfluitas cibi mãdatur fenfibiliter, fudor enim in laboribus & nimijs exercitijs, vel caloribus extra naturam fit & fatigationibus. hæc ille.

Tertiò nota quòd Hypp. primo prognofti corum cano. vigefimonono docet prognofticari per fudorem fic. Sudor bonus & laudabilis exiftit fi in die cretico fit & ægrum liberat. Eft etiam bonus qui fit in toto corpore, & ęger ex eo liberatur & fanior, & fortior efficitur. qui vero nihil horum fecerit, id eft inutilis. Frigidus autem eft malus peior fi in ceruice, & in capite folo. in acuta quidem ęgritudine mortem fignificat, cum lenta vero prolixitatem fignificat ægritudinis. Et Gal. in cõmento dicit quòd ille qui fit in folo capite & ceruice quamuis fit calidus eft mortalis. idem dicit Aui.

Quarto dubitatur quomodo cum acuta fe. poteft venire fudor ficut dicitur in fecundo iudicio autoritate Hyp. Dico quòd Gal. in dicto commento ponit quomodo hoc poteft fieri dicens fic, quod fudor frigidus non emergit ab illo loco in quo eft calor febrilis, quia fi ibi neceffario eft calor febrilis, neceffitate fudor calefieret, fed cum fudor exit per cutem, quæ fi fit frigida, neceffario fudor exiet frigidus in interioribus calefcentibus. fudor igitur frigidus in ægritudine acuta fit, ficut cum hu. alicubi putrefit, & cum hoc calor naturalis deficit, & febrilis non poteft venire ad extrema corporis propter oppillationes. vel pro pter aliud cum agit in illis & conuertit aliquã partem eorum in vaporem, ille vapor veniens ad fuperficiem corporis, & cutis inueniet ibi frigiditatem & ingroffatur & exit, vel exit primo & poft ingroffatur in cutis fuperficie, & intellige, quòd ifte fudor non infrigidatur tãtum fub cute quin exeat per poros qui adhuc funt aperti ratione caloris febrilis præcedentis: fed quando eft fuper cutem infrigidatur.

Quinto clarificat Gordonius dicens quòd fi fudor venit ex caufis intrinfecis vt plurimũ venit de nocte & magis in hyeme & magis in dormiendo, quia in iftis calor naturalis eft fortior. Si autem venerit à caufis extrinfecis, magis venit in uigiliis & in eftatę & in die. Et dicit Auicen. non fit fudor frigidus nifi iam ceciderit caliditas innata. quare non conferuat humiditates immo feparatur ab eis, & fudor primo venit ĩ parte anteriori: quia pars calidior eft fecundum ipfum Gor.

Sexto nota, quòd fi in die indicatiua natura facit aliquam fimilitudinem fudoris & in die cretica fequenti non venit ille fudor circa finẽ ftatus: quia natura eft fopita & negligens tunc medicus debet incitare & iuuare naturam in prouocando fudorem quia coadiuto-

res naturę ſumus.

Quinto nota quòd poſtquam homo ſudauit per bonam pauſam & volumus quòd amplius ſudet: debemus paulatim abſtergere ſudorem. ne ſudor remanens ſuper poros cutis claudat eos, & hoc fiat ter vel quater ſuauiter cum panno calido ſine euentatione: & ſudet vſque ad fatigationem ſudantis, ſententia eſt Aui. c. ſimili de accidentibus febrium.

Octauo ſcias ſicut dicit Aui. in ſecunda ſen 4. in iudicijs ſumptis à ſudore, quòd iſta ſigna diſtinguuntur aliquando per tactum: vt ſi eſt calidus vel frigidus: aliquando per calorem: aliquando per quantitatem &c. Vnde ſcias ꝙ in bona criſi debet venire ſudor calidus per totum corpus & debet continuari ęqualiter vſque ad finem terminationis. Aliquando ſudor eſt multus propter cōſumptionem humiditatis ſubtilis, vel propter calorem fortem reſoluentem humiditatem in corpore: aut propter multas humiditates in corpore aggregatas aut propter raritatem corporis. & pororū cutis, aut propter fortitudinem expulſiuę & debilitatem retentiuę. Sudor autem paruus fit propter cauſas contrarias iſtis.

Item per tactum: quia aliquando ſudor eſt frigidus. & tunc ſignificat humores & extinctionē caloris innati. Et ſi apparet in morbis acutis: mortem ſignificat. Et ſi in morbis cronicis, vel lentis longitudinem morbi ſignat. Calidus autem ſignificat hu. calidos & abbreuiationem ęgritudinis. Et iſta debemus conſiderare: ſi veniat in principio ęgritudinis vel in diebus iudicatiuis. Et per colorem ſimiliter diſtinguitur, quia albus dominium phlegmatis oſtendit, & rubeus dominium ſanguinis, liuidus melancholiam: croceus, vel citrinus choleram. Similiter ex parte odoris: quia fœtidus corruptionem ſignificat ęqualem humorum. Ex parte ſimiliter ſaporis, quia eius dulcedo dominium ſanguinis, amarus choleram: ponticus melancoliam, & ſtipticus ſimiliter inſipidus phlegma ſalſum. Ex parte ſubſtantiæ ſeu liquoris: quia viſcoſus & groſſus ſignat. hu. groſſos & viſcoſos ſubtilis atteſtatur ſuper humores ſubtiles: & intellige quòd aliquando pori ſunt ita aperti: & ſang. ita ſubtilis quòd ſi iſte ſudet & ſudor abſtergatur cum panno lineo, ille ſudor videtur ſanguineus.

NICOLAI NICOLI

De Febribus Epitome.

Febris quid sit.

FEBRIS, vt ait Aui. 4. primi est calor extraneus accensus in corde, procedens ab eo mediantibus sanguinem, & spiritu per arterias, & venas in totum corpus ita, quod noceat naturalibus operationibus. & Gale. in lib. de mala cõplexione diuer. febris est morbus in complexione non frigida, nec humida, nec sicca, vnde calida, & siccitas sequitur calorem. caloris autem præternaturalis duplex est differentia. alia quando egreditur mẽsuram caloris naturalis: alia quando egreditur naturalitatis proprietatem, per quàm nõ existit conueniens instrumentum virtutis, licet sit in gradu non excedens, vt fit in febre pesti. cuius calor sępe est remissior naturali, tum per suam malam proprietatem occidit, & calor extraneus faciens febrem non est præternaturalis per mensuræ excessum: quia iratus febriret, sed per proprietatem malam, quæ dicitur improportio. & hæc ab Isaac. Aue. autẽ 5. col. inquit, duplex est calor innaturalis: vnus, qui omnino est præter naturam, & vitæ oppositus, qualis est cadauerum, & membrorum corruptorum. alius est innaturalis secundum quid, qualis est, qui est medius inter naturalem & præter naturalem absolutè. & hic habet latitudinem, secundum quam talis calor innaturalis ponitur sub triplici gradu innaturalitatis, quorũ vnus est versus latus caloris naturalis ĩ primo gradu innaturalitatis, qualis est calor innaturalis extranuitate mensurę illius, & hic nõ nocet operationibus, vel non oĩbus: alius est versus latus caloris, q̃ oĩno est innaturalis, qualis est ĩ extremo extranuitatis ꝓprietatis caloris innaturalis versus summũ, qualis est calor febriẽtiũ putridi in hora mortis. aut qualis est calor membri existentis in via corruptionis, vt in herpete, vel cancero: & tertius est medius inter duos dictos, qualis est calor febris, maximè febris salubris. & de duobus vltimis dicitur calor innaturalis in definitione febris positus. de medio loquitur Gal. in 1. de Diff. & ait. qui est sicut semiputredo, quæ est media inter saniẽ, quæ ad bonum est simpliciter in genere suo, & putredinem omnino ad malũ, quare calor febrilis videtur tenere medium inter naturalẽ, & absolutè pręternaturalẽ. veruntamen febrilis calor alius, vt ait Gal. leuis est, & facilis, alius fortissimus, & quasi igneus, & alius inter hos, sed omnis est extra naturam.

De febris subiecto.

PRimum subiectum febris est calor, secundum est totum corpus. vnde Aui. inquit de ephi. cum calefit aer, & peruenit ad cor, fit febris, deinde per totũ corpus spargitur. hic calor non necessario est in omnibus cordis partibus, sed in spiritus, vel humore, vel substãtia, vel alio proportionabile, & semper simile cordis ventriculus peruenit ad calorem febrilẽ. primò, quia est calidior, & magis aptus inflammari: nam sanguis est subtilior, & naturæ spiritus vicinior, & mouetur motu continuo. Quidam impropriè assignant febri tertiũ subiectum, & est membrum, à quo causa febris prius manifestatur, vel est tãquam in minera, vt in ephe. ex sole caput, in putrida sanguis, aliquando hepar, in phleg. stomachus, & in melancolica splen.

Calor febrilis quomodo consideratur.

CAlor extraneus est qualitas visibilis, improportionabilis cordi, in quod cũ imprimitur mutat calorẽ naturalem à sua naturalitate & distemperat, hæc Isaac, & calor febrilis ait Auic. defertur in totum corpus, nisi sit quid prohibens quãtũ ad caloris febrilis intẽsionẽ tantũ in putrida non est semper necessarium calorẽ febrilem expãdi ad membra per vapo-

rem.putridum; quia talis vapor poteſt altera-re cor,& non expandi, vel vapor ſi ſit paucus, poteſt per anhelitum expelli: vel aliqua materia paucæ quantitatis, ſed malæ vicina cordi, quæ ob malitiam cauſabit febrem. calor verò febrilis in ſpiritu prius, & ſanguine poſterius defertur per arterias, & venas ad totum corpus, non tamen immediatè ad quamlibet partem eius, ſed ad alias per præſentiam ſuam ideſt ſang.& ſpiritus, & ad alias, ad quas non peruenit arteria, nec vena, per ſimplicem alterat alterando partem poſt partem. calor autem hecticæ in membris habituatus, & factus, exiſtens, & inde pendens in eis, nec in eis amplius exiſtens in produci ad ſui conſeruationem requirit tranſmiſſionem ſanguinis, & ſpiritus ad membra, in quibus eſt, & ſicut calor naturalis perficit primo omnes operationes cordis, & totius corporis, ſic innaturalis nocet operationibus primo vitalibus, dein de naturalibus, & poſtea animalibus, ſed non æquè omnes lęduntur. Et quidam ſunt parati capite magis lędi, alij ſtomacho. lęditur operatio a calore febrili, vel per ſe, vel per accidens. per ſe, quando deſtemperat temperamentum membri, quod erat perfectiuum operationum eius: per accidens, quando aliud membrum diſtemperat, cuius temperamentum requiritur ad operationes primi, vt calor febrilis aliquando lædit, generationem ſanguinis diſtemperando temperaturam hepatis, quæ eſt læſio per ſe, aliquando lędit eandem operationem diſtemperando temperaturam ſtomachi, quo diſtemperato non præparat ſtomachus hepati materiam conuenientem, pro generatione ſanguinis, vnde fit mutatio in membro viuente, aut deferente virtutem, ſpiritum, vel ſanguinem. mutatur & id quod recipit.

Febrium differentiæ.

FEbrium differentiæ aliæ ſumantur à ſubſtantia, aliæ ab accidenti, ſi à ſubſtantia, vel à forma, vel à materia, in qua. ſi à forma, vel à magnitudine, & paruitate, vel à modo impreſſionis caloris in tactu ſanguinis, vt pungentes manum, ſuaues, ardentes, vel ſiccæ, ſi à magnitudine, vel paruitate conſideratur quantitas caloris, & qualitas. quantitas eſt ſubtilis caloris, veluti vaporum calefactorum. qualitas eſt gradus eſtenuati, vel remiſſi ideſt ſecundum magis, vel minus. quæ non ſunt ſpecificæ differentiæ. magna, & parua febris triplicem habet modum: primus quando eſt magna in quantitate, & qualitate caloris, vt tertiana, continua, & phlegmatica è phlegmate ſalſo aut contrà parua, vt ephemera. ſecun. eſt magna in quantitate, & non in qualitate, vt ſynoca inflatiua. tertius quando eſt magna in qualitate, & non in quantitate, vt cauſon. contra parua magna etiam dicitur, quæ perſeuerat. mediocris eſt, quando pro aliquo tempore habet magnam caliditatem, & pro aliquo paruum in quantitate, & qualitate.

Corpora ad febrem parata.

COrpus aliud alio paratius eſt ad febrem, ait Iſaac, quatuor de cauſis ſcilicet ob ſimilitudinem in complexione, ob raritatem in compoſitione, ob fortitudinem agentis, & ob longam continuitatem actionis. minus aliis diſpoſita ſunt temperata in complexione, & compoſitione: quia fortitudo virtutis eorum reſiſtit cauſis imprimentibus. verum ait Gal. paratiſſima eſt craſis calida, & ſicca: quia eſt conformior craſi febrili. deinde calida, & humida, & proprie ad febres putridas. corpora frigida, & humida, & frigida, & ſicca ſunt longinquiora. idem dicendum eſt de ſexu, ætate, & huiuſmodi rebus naturalibus: non naturales vt æſtas, regio calida, & ſicca &c. præparat magis corpora ad febres, & primas fert æſtas, ſecundas autumnus, tertias ver & demum hyems.

Febrium cauſæ quot ſint.

CAuſæ febrium ſunt quatuor, nam dicitur ſubiectum, in quo formalis eſt calor extraneus. efficiens eſt triplex, ſcilicet efficiens propriè, augens, & conſeruans. prima eſt triplex ſcilicet primitiua, antecedens, & coniuncta. ſine coniuncta non poteſt eſſe febris, ſine antecendente non poteſt eſſe humoralis, nec ephemera abſque primitiua. ad hecticam ſufficit coniuncta, tamen & aliæ adeſſe poſſunt. cauſa augens, & confirmans diuiditur in anteceden tem, & primitiuam & nulla harum ad eſſe febris neceſſario concurrit. conſeruans verò alia eſt intrinſeca, & eſt eadem cum generante vel efficiente: forma enim quæ dat eſſe rei illam etiam conſeruat in eſſe: alia extrinſeca omnino diuerſa ob efficiente. harum cauſarum alia eſt naturalis, aut non naturalis, aut præter naturalis, naturalis ut humor in corpore qui exit curſu naturæ in quantitate, uel qualitate: non naturalis, ut aer, præternaturalis, ut apoſtema. de efficiente, & augente ait Gal. ſicut neque caloris, neque ignis unus eſt generationis, & augumenti modus, ſed aut propter motum immoderatum, aut putre factionem, aut copulationem alterius caloris

aut

uit retentionem effusionum choleræ, aut im
missionem substantiæ calidæ: ita febrium cau
sæ ad hos reducuntur modos, & omnis causa,
quæ potest generare, & augere febrem, potest
& eam confirmare. primus autẽ qui alteratur
ĩ corpore, est spiritus. secũdus humor, tertius
pinguedo, quartus caro, quintus membrano
sa, & neruosa corpora: tandem cartilaginosa,
& ossa. Gil. causas efficientes octo numerat, se
ptem actiuas, unam passiuam. prima est obuia
tio solis, uel ignis, & id generis. secũda cibus,
& potus calidus actu, uel potentiam. tertia est
medicina superfluæ calida, quarta est & excita
tio, & motus nimius. quĩta affectus animi. sex
ta defectus nutrimenti. settima pororum con
strictio, & prohibitio transpirationis eius, qđ
à corpore debet dissolui, ut fit à frigiditate. o-
ctaua est causa passiua quæ est extenuatio cor-
poris facile calorem suscipiẽtis. finis febris est
lædere operationes.

Febrium signa generalia.

Signa febrium generalia sumũtur à rebus na-
turalibus, non naturalibus, & prẹter naturali
bus, a naturalibus ut a complexione calida,
aut sicca, ab habitudine macra, an carnosa, vel
pingui, vt raræ texturæ, uel densæ, ab ẹtate, &
a sexu, a non naturalibus constitutio aeris cali
da uel frigida, &c. prẹter naturalis, ut an prẹte
ritẹ consuetẹ ẹgritudines fuerint calidẹ, vel
frigidẹ humorales, uel non, & quæ propriẹ re
gionis, an operationes sint mutatẹ, an ẹquali-
tas corporis in complexione, & habitudine
sit mutata siue totum corpus uel pars, an
aliquod exiens è corpore sit mutatum à con-
sueto, ut urina, egestio, & sudor. Auic. reducit
signa ad nouem genera. s. quẹ declarant ma-
gnitudinem, uel paruitatem, mordacitatem,
uel suauitatem. secundum quẹ genus febriũ,
ut tertianam, uel quotidianam. tertiũ quẹ ma
litiam febrium. quartum quẹ digestionem, uel
indigestionem. quintũ quæ crisim. sextum sa
lutem, vel contra. septimum quẹ habitudi-
nem corporis. octauum quẹ tempora morbi
nonum quæ dispositiones febris, & ex qua spe
cie fiat.

Morbi tempora.

Tempora morbi considerantur tripliciter. s.
secũdũ essentiam eius, secundum quod uaria
tur, ut calor extraneus in febre. secundo secũ-
dum actionem naturẹ in materiam morbi. i.
respicit causam morbi. tertio secundum actio
nem materiæ, uel qualitatis eius in naturam,
cuius effectus est morbus, essentia. i. calor ex-
traneus declarat quatuor tempora. s. initium
quando incipit, augumentum quando. s. calor
augetur &c. actio naturæ in materiam de no-
tatur per principium, quando nondum appa
rent signa digestionis. augumentum quan-
do incipiunt, statum quando apparet comple
te, & declinatio, quando materia caussa dige-
ta extra ducitur. initiũ igitur temporum uni
uersalium morbi est, ait Isaac quando incipit
morbus, & eius accidentia paulatim ueniunt
quosque plura, vel omnia appareãt. augumẽ-
tum cum nuntiatiua complentur accidentia.
i. postquam accidentia indicantia morbum e-
runt perfecta, deinde molestiora & acutiora
fieri incipiũt, & durat quosq; naturæ, & mor
bi repugnatio ostenditur: status aũt hora, in
qua morbus in oĩbus suis partibus, manet se
cũdũ unam dispositionem. declinatio est ab
initio crisis mitigatis terribilium accidentiũ
furoribus vsque ad salutem. initium uerò tem
porum particularium est paroxismorũ quan-
do caliditas est intus inclusa, exterius non cõ
prehensa apparet. augumentũ, quando calidi-
tas ad extra panditur & manifesta, & apparen
ter additur. statu quando est in totũ expansa,
& addita. declinatio quando minuitur, absq;
quia ad interiora includatur.

De febre Ephimera

Febris ephimera fundata est in spiritu: quæ
in viginti quatuor horis sẹpe quiescit: aliquã
do ait Haly. uidetur puenire ad triginta & du
as, & ad quadraginta & octo. parum durat,
ait Aui. quia accensa in re subtili est, quæ velo
citer accenditur: vel vt alij dicũt, spiritus non
conseruat qualitates impressas, uel talis spiri-
tus est influens, qui cum fiat à cibo resoluitur
in uiginti quatuor horis, qñque prorogatur p
accidens, quando. s. frigus contra adueniens
cordi non permittet iam resolui, aut ieiuniũ
triduanum. durat uero p plures horas aliquã-
do per pauciores, uel ob multi. spirituũ in cor
de repertorum, uel ob eorum facilem uel diffi
cilem resolutionem, uel ob raritatem, & densi
tatem corporis. spiritus inquit Viati. in qui-
bus accenditur febris, sunt uitales primo &
p se, deinde alij. Ephimera alia est vera & per
se, & est quẹ antecedit putridam, & hecticam,
alia accidentalis, ut quẹ sequitur apostema. hi
sunt parati ad ueram qui sunt calidi, & sicci:
deinde qui calidi. & humidi. causæ reducun-
tur ad quatuor genera ab Haly serapi. Isaac.
primum est quod calefacit, vel infrigidat fũ-
me. & obstructiones facit, ut calor solis &c.
sec. sumitur intra ut cibus calidus. ter. exer-
citium corporis, uel animẹ laboriosum quar.
apostema in collo, sub ascellis, matrice &c.

Febris

Febris ephemeræ signa generalia.

SIgna generalia primum est, quòd fiat à causa primitiua noua: secundū vrina est similis sibi sano, nec mutatur in substātia, nec cōtentis, sed in colore, fortasse, nec in odore: tertiū fit sine rigore: quia non ab humore. quartū ait Isaac, pulsus parum mutatur. quintum anhelitus parū mutatur à naturali. sextū calor est mitis: quia est in spiritu. septimū nullum est accidens malignum, vel forte nonum est declinatio cum sudore, vel uapore benigno, inquit Haly. si vis cognoscere, utrum febris sit Ephemera, in principio mitte ęgrum in balneo, si nullum sentiet rigorem est ephemera vel hectica. si sentit, est putrida, sed hoc periculum non facias nisi in assuetis balneo.

Ad aliud genus febrium permutatur ephemera, ait Auic. quando declinatio est longa, & non mundificatur pulsus, & non recedit dolor si affuerit, nec alia accidētia, nec sudat: verum ad hecticam mutatur, si calor durat fixus & in arteriis ad tactū sentitur maior, & post cibum augetur, & pulsus magnus durus, & minor, cutis aspera, & sicca, si corpus est plectorium, facies inflammata, & totum corpus; uertitur in synocam sine putredine, si horripilatio, uel typus; transiuit in putridam, & urina est indigesta.

Curatio Ephemeræ febris.

FVge causas primitiuas illam conseruantem aer sit parum frigidus, purus, & cum floribus, & odoriferis alteratus frigidis. omne nimium fuge.

Balnea ęgrum per horam in aqua dulci uictus ratio sit frigida, & humida facile digestibilis & boni succi. & ad Glauc. uinum sit tenue album, nisi doleat caput, nec plethora bubo læserit. intentio huius sit duplex. ait Auer. remouere calidam, & siccam discrasiam, & resistere causæ facienti eam.

Ex angustiis animæ si fiant, motus spiritus factus est ad intra, & constrictus inflammatus est in corde. deinde per totum corpus expansus est calor, signum est ignea urina, & mordicans, oculi sicci, ac profundi, facies citrina, fusca, uel uiridis, pulsus paruus debilis, & parū durus. Cura est ut fugiat omnia exsiccātia, balneū fiat, fricetur leuiter, & ungatur oleo uiolato, nenupharino. ait Serap. comedat cibos laudabiles, dormiat loco suaui. Potio respicit tres intentiones. primo causam, quam remoue cum lętificantibus, & secundo calorem febrilem, quem remoue cum frigidis, & humidis, lætificantibus & odoriferis, & pone ait Auic. super pectus epithima ex mucillag. succis, & aquis boni infrigi. tertio respicit accidens quod est exsiccatio, & ariditas corporis, & compiletur cum dieta resumptiua, & electuariis &c.

Cura febris ephemeræ factæ à tristitia, & à timore fit ut supra.

SI facta est ab ira, rubet facies, & oculi, tremit ob resolutionem spirituum, inflatur facies, uox alta, urina citrina, sed non acuta, qa cholera tendit ad extra, pulsus est velox, eleuatus, magnus. cura est duplex, s. causæ ablatio & caloris febrilis extinctio. sedāda igitur primum est ira, sint delitiæ ait Serap. balneum, ait Serap. & Auic. non fiat nisi post febris recessum. infunde caput postea aqua rosata, & pectus cum sandalibus, & camphora, dormiat. cibi sint frigidi, non bibat uinum, ait Haly: sed potius aquam frigidam, ait Zoar syrup. de buglossa, & Almā. succum granati muzi rob de ribes malorum acetosorum, acetositate citri, & spiritualia epithima cum oleis, succis & aquis frigidis & odoriferis. remoue inquit Serap. acuitatem urinę, da cassiam, syrupum violatum, thamarindos, & semina communia.

Si febris etiam à mora in aere calido, anhelitus est magnus, & frequens, corpus aridum ad tactum, urina non multū tincta, fuge omnia calefacientia, bibat aquam frigidam cum zuccharo, balneum sit ante cibum. postea unge totum corpus cum oleo rosato, nenuphatino, aceto, & aqua rosata admixtis.

Si euenerit ob moram in balneo, sitis est intensa, & alia, quæ dicta sunt de aere calido. cura quoque est similis. dormiat in aere frigido, bibat aquam frigidam, corpus mergatus in aqua tepida, in qua decocta sint ordeum, & id generis. deinde unge cum oleo uiol. & chamemelino tepido, bibat uinum lymphatum, in fine ait Aui. pone inquit Ras. super cor sand. aquam ros. camphoram, & puluerem rosarum.

Si febris fiat ab opilatione pororū, cutis hæc. s. opilatio raro est inseparabilis, his qui febriunt ob aquam stringentium, uel ob infrigidationem; multum constipatio coexistit his, qui propter intensionem solis febriunt: medio modo se habenti hi qui propter laborē febriunt. sed qui ob iram, tristitiam, uigilias, uel indigestionem, uel bubonē, his raro fit constipatio. Si igitur cutis arida, & sicca facta fuerit à calore solis, ignis, frictionibus & id generis, & calor est acutus in toto corpore cum siti angustia, & huius. post abscisionē causæ extinguenti calorem febrilem dieta, & potu, moretur in aere humido parum calido, balneum fiat aquę dulcis, in exitu unge cum oleis frigidis, & humidis. quiescat, & dormiat.

cibus

cibus, & potus humidus sit & parum frigidus, & facilis digestionis. altera calorem cum frigidis humidis cordialibus pręsertim intrà. si obstructio facta sit à frigidi. paucus sentitur ad manum, sed postea palam fit pulsus parui ob frigus extra, ueloces, & cõtinui ob caliditatē submersam intra. difficultas est anhelitus, facies palida, ait Viat. frigus, & pondus in capite, catarrhus in trachea, urina ait Aui. alba. cura est, ut remoueas causam pręsentem. fiat igitur exercitium. locus sit remotus à uento, & à frigore ait Haly. frictio lenis, & mollis leuis, inquit Alman. & prouoca sudorem inquit Mes. in declinatione ait Alm. ingrediatur balneum usque quo sudat. deinde ait Auicen. unge cum oleis aperitiuis, & anethino, chamæ. irino, & huiusmodi. cibus inquit Auicen. declinet ad caliditatē, & aqua mellis valde est utilis. & Alm. uinum forte, sed limphatum.

Si febris facta sit ex balneo stiptico; cura sit, inquit Auic. & Alman. similis curæ factæ à frigore.

Si facta sit ex dimissione frictionum, cutis est mollis, grauia sunt membra, urina grossa, turbida, grauis odor, & deiectio appetitus. stet in aere luminoso claro, fiat balneū post declinationē, & sudet in eo, fiat strictio cum furfure, & farina fabarum, & ordei, amigdal. amararum & seminis, itera balneum, absterge gradatim. da cibos frigidos, & humidos, uinū album durum, limphatum.

Si febris fiat ab agitatione, oculi stant fixi, facies citrina, cura est similis curæ factæ ex uigiliis. detur uinum album, subtile, limphatū, & prouoca somnum.

Si ephemera fiat à uigiliis, facies ut Auic. & serap. est citrina ob malam digestionem, oculi rubent. & ait Auic. grauitas palpebrarū, & inflatio, pulsus debilis ad resolutionem spirituum, & durus ob siccitatem arteriæ. cura est, ut remoueas causam, alteres discrasiam & corrigas symptomata. i. indigestionem, & exiccationem corporis. prouoca primū ait Serap. somnum cum embrochis super caput, frictio fiat pedum, & manuum, ut materia trahatur ad infra. cibus sit humidus, facilis digestionis, uinum sit insipidum. balneum est utile post hoc uinum limphatum.

Si Ephemera facta est à somno; somnus ante actus declarat, inflatio palpebrarum & faciei, & oculi tardi motus, urina grossa propter admixtionem superfluitatum prohibitarū resolui somno, pulsus plenus, mollis, corpus uaporosū. raucedo uocis, opilatio nariū. pigritia animę & corporis. faciei decoloratio: cura ē remotio causę, & alienatio febrilis caloris. locus igit sit luminosus, parū calidus & siccus. irascat, exercitiū fiat, & frictio extremitatū. sudet in balneo, & lauetur in decocto chamę melliloti, anethi, sticados, & similiū. ait Auic. cibus paucus frigidus, & humidus, nō bibat vinum, alteret cor cū frigidis tēperate, & cerebrum cum siccis temperate, cum quibus misce aliquando resoluentia uapores sine attractione.

Si ex nimio quiete fiat ephemera, corpus ē uaporosum, graue, tardum, pulsus plenus, vrina grossa cum multo sedimine, & plurimum non iuncta, æger lętus. cura est cura dictę.

Si fiat ex nimio motu, nam spiritus uniuersales accenduntur, & agitantur humores & inflammantur ob continuitatem spiritus cordis. signa sunt antecessio laboris, dolor & debilitas iuncturarum. corpus siccum. ait Auic. & Serap. pulsus, ut Gal. & Auic. est paruus, & debilis, urina subtilis, & acuta ob resolutionem attrahēdi aerem. cura est remotio, & alienatio febrilis caloris. locus sit humidus, & parum calidus, uel frigidus, lectus mollis, quies, ait Isaac. & Serap. fac odores, non calescat, nec sudet ait Alman. non balneetur ualde ait Isaac. sed funde aquā tepidam super artus, absterge, & unge oleo uiolato fricando, & Ser. cum oleo nenupharino, si hepar est calidum, uel chamæ, & de been, si dispositio sit contraria, unge collum, & caput, & spondilia. cibus ait Gal. humidus, & sæpe ait Serap. ob restaurationem. uinum minus solito & limphatum inquit Serap.

Si ephemera fiat à calore solis in capite, calidum est caput, oculi sicci, uenæ temporum plenæ, oculi rubent, facies citrina, uel rubea ait Haly. urina est subtilis, citrina, aut parum rubea. cura est similis curę factæ à caliditate aeris. sed magis uerte te ad caput. locus sit frigidus, odoret sandalos, & frigida ait Haly. & Gal. uult, quod infundatur oleum rosatum, aut omphancinum infrigidatum in puteo super commissuram coronalem usque ad declinationem. & Haly. pannum laneum in aqua rosata aceto, oleo ros. & sandalis, & iteres. idē Alman. oleum uiolatum cum lacte papaueris iubet Serap. nisi corriza adsit pluries balnea ait Auic. inquit Serap. funde super caput decoctum cannæ siccæ, florum nenupharis, & ros. in declinatione cibus sit mica panis loti cum zucchari lactuc. portul. cocum. & id generis. potus sit succus granatorum cum zucharo, uel iulep rosato, uel uiolato, uel aqua hordei. & nisi cattarrhus auget, da carnes leues, & uinum album, limphatum.

Si ephemera fiat à fame, locus sit humidus & parum frigidus, letitia, quies, somnus multus post cibum, cibus ait Auer. frigidus, & humidus parum, & cito digestibilis. da parum, &

& ſæpe ait Auic.& non expectes,ait Raſ. Declinationem.uinum debile, limphatum, iulep,aqua hordei cum zuccharo.balneum fiet & fundatur ſuper caput aqua tepida,unge cũ oleo uiolato,de cucurbitis &c.

Si ephemera à ſiti fiat,humecta,& infrigida plus.da iulep uiolatum,de cucurbitis, uel nenuphar.cum aqua frigida. niſi materia ſit in ſtomacho,da ait Auic.aquam fructuum,& granatorum.inquit Alm.cibus ſit triticũ mul toties ablutum cum zuccharo.in fine balneetur,deinde quieſcat, cibetur,& bibat ptiſanã ait Auic.

Si fiat à cibis,& potibus calidis, urina eſt magis rubea,quã in aliis ephemeris ob lęſionem hepatis.ait Ser.hepar ait Conſtan. eſt calidus tactu, ſtomachus,& hepar.& ſiccitas,& incenſio.os ſiccum eſt,& amarum.dolor capitis,rubedo faciei,& oculorũ, pulſus & anhelitus maior. cibus uomatur,ſi fuerit in ſtomacho: ſin minus, fluat uenter cum lenientibus, ait Alm.aer frigidus,& non comedat, nec uinum bibat poſt declinationem bibat aquam hordei,comedat non carnem, ſed condita cũ aceto,& granata muza, da ſyrupum acetoſũ cum aqua frigida. Si ſitis infeſtet; da aquam frigidam,aut hordeaceam cum iulep.& ait Serap.ſtude hepati cum infrigidantibus: & prouocantibus urinam, da ſyrupum acetoſum cum uino granatorũ.ſi cibi fuerint groſſi,ait Alm.febris manet multos dies, ut ſynochus eſſe uideatur, & facit opilationes, & febres putridas.aer ſit temperatus, dormiat ad cibi digeſtionẽ.deinde balnea, & nutries ſub tiliter,per aliquot dies non exercitentur. uinum album, clarum,lymphatum, aut ſirupũ acetoſum.& ante fiat exercitium leue uel frictio.ſolue uentrem cibis onuſtum cum ſucco fructuum.Raſ.iubet phlebotomiam ſi color eſt rubeus ualde,& cætera conſentiant.

Si fiat à uino multo,& potente, aer ſit frigidus,& humidus.frica ait Haly extrema quieſcat,& dormiat ad digeſtionem uini,& Alm. bibat aquam frigidam plurimam & robub cum frigidis paulatim,ſedata febre, ingrediatur balneum, & funde ſuper caput multam aquam frigidam.ſit cibus frigidus, & humidus facilis digeſtionis paucæ quantitatis, uinum fugiat.ſi in capite remanſerit grauitas, & in oculis rubedo,& extenſio,ait Alm.phlebo.& uentoſetur,& ſoluatur cum ſucco fructuum.

Si fiat à med. calida ſeda ait Meſ. caliditatem,& acuitatem cum frigidis,& humidis & inquit Alm.cum aqua frigida admixtis. ciba ante declinationem completam. ait Auicen.

Sicut ephemera, quæ ſit a ſole, plurimum eſt cerebralis,in ſpiritu animali,& quæ ex balneo,cordialis & in ſpiritu uitali,ſic quę ex cibis,& medicina eſt hepatica,& in ſpiritu naturali.

Febris ephemera non uera facta primo ex inflammatione ſpiritus uitalis quatuor habet ſpecies,& totidem cauſas.ſ.ſyncopim, uaporem putridum inſpiratum, uenenum,& apoſtema in anterioribus. cura factæ a ſyncopi quandoque uertitur ad ſyncopim, quandoque ad cauſam, quandoque ad calorem febrilem.cura factæ a uapore,ſit aer temperate frigidus,odoriferus.ex rebus frigidis moueatur parum, nou dormiat uſque ad declinationem febris.& tunc balneetur in aqua ſimplici calida,aut in decocto rerum temperatarum.deinde ciba cum frigidis,& humidis, odoriferis.uinum ſit debile, clarum odoriferum, limphatum.deinde dormiat.& ſi quid caloris remanſerit, extingue cum frigidis,humidis intra,& extra.ſi febris, fiat ex ueneno, remoue ipſum; deinde febrem. ſi fiat ex apoſtemate, pulſus ait Gal.2.de Criſi.eſt magnus,uelox,& frequens, calor in toto corpore non multũ mordicans.facies rubea,urina ait Auic. alba, aquoſa ob raptum materię ad apoſtema,declinatio eſt cum ſudore. Cura eſt primo ad bubonem,& eius cauſam, ſec.ad diſcraſiam febrilem.ter.ad accidentia.fuge uinum, carnẽ Serap.balneum Haly.aerem calidum, iram, motum,frictiones membri lęſi,dięram groſſam,& calidam.fiat phlebotomia,& fluat uenter,ait Auic.& Haly.infrigida uiam inter ipſum,& cor.

Si ephemera fiat a dolore, calor eſt in toto corpore,anhelitus frequens, & aliquando magnus, & uelox, aliquando contra. item pulſus, uigiliæ, inquietudo, urina tincta, & quandoque aquoſa. cura eſt remotio doloris.

Si fiat ex catarrho, cura non eſt negligenda.ait Alm. quia fit aliquando pleureſis, uel peripneumonia,& id generis. fuge uinum, carnem ait Viat. & balneum inquit Galen. 8.metho.

Ephemera non uera facta ex inflammatione ſpirituum naturalium habet nouem cauſas,& ſpecies.ſ.oppilationem, nauſeatiuam ſatietatem,materiam in ore ſtomachi contentam,uentris conſtipationem,fluxum,ſudorẽ, coitum,uomitum. medicina cal.agitans humidi.opilatio ait Aui.fit in poris cutis ob ſpiſſitudinem eius naturalem, & paucitatem ablutionis,& multitudinem ciborum,& ob frigiditatem,& ablutionem cum ſtypticis, & a duſtionem ſolis.& quandoque fit in uillis uenarum,& meatibus earum,& orificii, & uiis earum.hęc opilatio relata ad uenas eſt duplex una in uenis magnis,& maximè profundis.

& han-

& hanc plurimum sequitur intus spiratio, & inde putrefactio, & sic febris putrida. alia in paruis, & iuxta cutem terminatis. & hanc sequitur febris ephemera non uera. ex his habes, quod quædam opilatio faciens febrem præbet causam materialem, ut opilatio uiscerum, & uenarum magnarum profundarũ aggregans superfluitates humorales, & parans eas ad inflammationem, quædam præbet causam efficientem, ut est opilatio pororum, & capitum uenarum paruarum, & arteriarum & ipsorum meatuum contiguorũ simul, quę prohibet transitionem uaporum, calorem, spiritum, & humores inflammatos.

Signa febris ephemeræ ab opilatione factę sunt difficiliora, quia est febris humoralis, ut ait Auic. accidit enim quinque, frigus, & horripilatio, & durat vsque ad tres dies, & aliquã do pertransit. idem Ras. 13 comm. ait & si opilatio est modica; breuis est, si multa, durat ad dies. & si cum hac fuerint humores frigidi grossi, & uiscosi, fiet synocha sine putredine. si corpus erit in æqualitate: sin minus; in putridam. idem ait, hæc febris accidit sine causa primitiua opilante poro cutis, sed ex cibis grossis quorum superfluitates opilant in tertia digestione meatus, per quos fluit superfluitas tertia, siue sudor. unde fit multa caliditas, & repletio, quare si non habuerit causam manifestã, & in primo periodo fuerit multa purgatio, erit ab opilatione. caret, ait, rigore. caliditas est similis ephemeræ, vrina digesta, ait Rabi. in diuis. si in primo die febris erit ephimera, in secundo augetur; urina tingitur, pulsus fit uelox, & anhelitus, facies, & oculi rubét est ab opilatione.

Verum si accidentia sint magna, & fortia, ait 8. comp. ephimera transitura est in synocham, uel acutam.

Cura est remotio causæ. i. opilationis, discrasiæ febrilis, & accidentium. aer sit temperatus, gaudeat, moderate moueatur, fiat balneum da mellicratum cum petros. & post tres horas comedet per duas horas ante paroxismum. sed antequam fiat balneum, præcedat euacuatio, & apertio, & febris sit in declinatione. Si secunda accessio est minor prima, balneum fiat, urina sit digesta, & pulsus uerò significet putredinem. & ingrediatur per v. horas ante paroxismum. ubi diu moretur, nisi accidens malum adueniat, & frica cum farina hordei, & sale. quo ad euacuationem inqt Auic. non facias aperitionem ante auacuationem. fiat phlebotomia. nam ait Gal. 8. metho. nullus febriens ex opilatione ad putredinem uenit in initio phlebotomatus. & Ras. in diui. si rubedo adsit, pulsus plenus, corpus carnosum, calidum, & humidum tactu. & Auic. si repletio est magna, & fiat in interpolatione uel lentitia, quia alio tempore agitarẽtur humores, & misceret bonos cum malis. & ait Auic. item ex altera parte si dolor accidat extẽsiuus. si igitur opilatio est propter multitudinem humornm, fiat phlebotomia. si ob uiscositatem, incide. facta euacuatione aperi opilationem cum oximelle, mellicrato facto cũ calamento, hissopo, origano.

Satietas nauseatiua est duplex, una quæ ad fumosum, alia que ad acetosum, & hæc duplex, alia à caliditate faciente ebullitionem, alia à frigiditate calorem innatum minuente quæ fit à caliditate, fit febris raro, quæ à corruptione cibi in stomacho, eleuantur uapores multi inflammati, qui retenti maxime in partibus stomachi, hepatis, & aliorum nutritiuorum inflammant spiritum naturalem, ad qđ adiuuat materia multa, quæ ad ipsa membra calefacta attrahitur, & calefit. spiritus naturalis inflammat uitalem, & fit febris, quæ ait Gal. aliquando est cum fluxu uentris, & curatur facile, aliquando cum constipatione, quę non sic facile. uertitur plurimum in putridã præsertim si chylus corruptus transit ad hepar, & fiat chymus corruptus. ait Auic. nõ excedit tres dies ut plurimum. scitur autem, ꝙ est ephimera, quia pulsus est similis sano.

Signa huius febris sunt eructuatio fumosa acetosa, fœtida, grauitas stomachi inflatio, appetitus deiectio, nausea si fumosa erit, ait Const. sitis, ardor, morsus cordis, æstuatio fumosa, oculi, & facies cubent si acetosa; ructus acetosus, inflatio, & rugitus maior, urina cruda, subtilis, aquosa, deinde turbida, pulsus paruus, non multum frequens.

Cura respicit causam, discrasiam febrilem, & accidentia. aer sit frigidus ait Alm. si est fumosa, vitet solem, laborem, iram, cibum, coitum, donec purificatus fuerit stomachus. locus sit odorifer. si cum fluxu euacuatum sit abunde, ait Gal. 8. meth. balnea, ut reliquiæ, quæ sunt in uenis resoluantur; & ciba. s. in declinatione. si euacuatio fuerit superflua, ciba, siue balnea, & unge uentrem cum oleo absinthii facto in duplici uase. & si morsus est in uentre, superpone multoties filtrum infusum in dicto oleo. in acetosa melius est oleum nardinum, in fumosa, oleum citoniorum, flores uitis, & hipoquistidos in forma ceroti. hæc confirmat Haly. ait quidem Auic. fluat uenter, si materia fluens est causa, donec ructus sint sani. deinde fac balneum, & ciba. si uerò non fluat uenter, tange corpus, & uide grauedinem, unde sit, si in alta parte, da diatrionpipereon. deinde fomenta cum decoc. dictis. si in infima, sint clysteria, & suppositoria non acuta: si uentris est morsus clysteria

riza cum oleo sabino, adipe anseris, uel gallinę uel capræ. si flatus adsit cum oleo rutaceo, & decocto seminis cumini, apij, fœniculi: si uentura fuerit cum aqua mellis, & pauco oleo. si corruptio ĩ stomacho pseueret, uome, deinde ciba & omitte styptica. Ras. in diuis. somnus sit longus, cibus sit leuis, boni succi, & permitte styptica. si nimium fluat uenter, ait Aui. quo ad causam ait Alm. solue cum succo fructuum nec expectes, ꝙ febris decedat. In fumosa. idem Auic. Ras. indiuis. phlebotoma, si rubedo est magna, sed ait Auic. in declinatione, si magna sit necessitas.

Si ephemera fiat ex materia in stomacho contenta, adest nausea, tremor labij inferioris, grauitas in stomacho, aliquando inundatio in ipso. cura est similis superiori. cum calida uomat, & oxi. ait Guil. si non pōt uomere, expelle per inferiora cum clystere acuto, ait Alm. uel solutiuo pharmaco. cum mundus fuerit. s. ut neq; nausea, ructus fumosus, mordicatio, & grauitas non angat, balneum fiat, & ciba.

Si Ephimera fiat à phlebotomia, cura cōpletur cum extinctiuis ebulitionis, & fumositatis cholerę quę si multa fuerit, educe cū aqua fructuum. s. thamarindorum, prunorum, cassię, & id generis.

Si fiat à fluxu uentris, uel uomitu: aer sit parū calidus. lętus sit, dormiat, & quiescat, non surgat ad sellam. cibi pauci, boni succi.

Si ex sudore accidat, cohibe, non abstergēdo ipsum, auertendo, permutando ægrum de loco, ad locum, ungendo cum stringentibus.

Si fiat ex coitu, cura est ut dictum est pro prio cap.

Si fiat ex medicina solutiua, uel uomitiua edu. si causa est frigus, aperi poros. si calor medicinæ, extingue.

De Febre Hectica.

Febris hectica ait Aui. est calor extraneus accensus in substantia cordis, & mēbrorū innatam consumens humiditatem. & ait Auerro est morbus calidus, & siccus sine materia. diuiditur autem in tres species, quę potius debent dici modi distincti penes tres gradus cōsumptionis. qui distinguuntur penes consumptionem quatuor hum. ex prima humiditate ait serap. potius accenditur febris putrida: qa Prima humiditas sapit multum naturam humoralē. Gal. 7. meth. quatuor distinguit species siccitatis. prima fit in substantia membrorū solidorum spermaticorum, sec. in substantia carniformiū. ter. est consumptio humiditatis disseminatę per poros membrorum in modum roris. quarta fit ex consumptione humiditatis existentis in capitibus uenarum paruarum. Isaac facit quatuor species hecticę adaptans eas quatuor humiditatibus secundis: unam penes gluten. secunda penes cambium: tertia penes rorem: quarta penes humiditatem, quę est sine nomine. ait Ras. 16. con. una est desiccatiua, alia consumptiua, & tertia arefactiua. prima igitur species hecticę siccę est quando nondum accidit consumptio in humiditate coinnata cordis, & substantifica, glutine. s. & cambio, nec in parte, nec in toto; sed in parte in primis duabus humidita. s. sanguinea, & rorida. quia non sunt coinnatæ, & substantificæ, sed ex harum calefactione potest calefieri gluten, & cambium ebullire, & consumi. Secunda species est, quando consumitur in parte humiditas coinnata, quæ est cambium. quo immediate nutriuntur particulę, quę est uerus cibus. ter. quando caliditas consumpserit omnes liquores cordis, & fit, ut consumat substantiam. i. substantificam humiditatem membrorum, quæ est gluten conseruatiuum substantię eorum. Primus modus hecticæ dicitur ueluti principiū. secundus augumentum, i. secunda species. tertius status. i. tertia species. inquit Sera. hectica febris diuiditur in duas species: una sequitur ex adustione caloris, altera fit senibus absque febre, quando extinguitur caliditas per resolutionem, quę dicitur à Filagiro senecta.

Signa hecticæ notantur undecim. primū signum si post omnes horas suspectas dederis cibum, & post cibum per unam, uel duas horas augetur calor ait Galen. in l. de bile. quandoque ait Ras. 16. con. assumpto cibo fit quædam species febris in uenis stomachi, & est caliditas superabundans in eo, quæ declinat cum declinatione uehementis nutrimenti, sed hectica perseuerat. post cibum additur calor in hectica; quando non habet materiam causam ad inducendam talem innouationem inuasionis, sicut putridæ habent febres: & ait Zoar. additur strictura anhelitus cum calore dicto, & pulsus fit magnus. Serap. & Isaac iudicant tunc hecticam esse secundæ speciei, cum calor post cibum est. ait Galen. quòd omnis arida caliditas, ut calx irrorata humido promptiorem, & maiorem caliditatem ostendit.

Secūdum signum est, ait Gal. Aui. & Ras. arteriæ sunt calidiores, & locus cordis, quā aliæ partes corporis, & magis patet si facies balneum rerum aperientium brachia, ubi est pulsus: quia calor magis manifestus fiat. causa est, quia calor hecticę maior est in corde, & arteriis, quam in aliis locis. in febre putrida est multitudo uaporum, qui expanduntur fere per totum corpus, ita quod ubique calor

lor in corpore occurrit tactui cum multitudine uaporum.

Tertium est quod ablato augmento caloris, qui fit post cibũ, calor hecticæ semper æqualis permanet, ut ait Galen. in libro de tabe.

Quartum calor multus non sentitur à tactu, uelut in putridis, in quibus flamma ma uidetur tactui ob multitudinem uaporum.

Quintum calor est imbecillis, & paruus in prima specie, in secunda magis, & in tertia magis, quàm in secunda. tamen si diu tangendo perfistis, calor est mordax, & maxime in marasmo: quia fundatus est in substantia grossa.

Sextum ait Galen. in l. de mala compl. diuer. æger non sentit febrem, imo uidetur si bi leue habere, quando talis calor factus est & habitus.

Septimum ait Ras. urina est oleaginea, quasi in ea sit oleum, & egestio unctuosa, & pinguis. & quidam aiunt. quandoque habet resolutiones similes petaloidibus, & quandoq; ad modum farri fracti, quandoque in substãtia tenuis, & quandoque spissa, quandoq; abscolor; in pluribus est spissa superius, & subrussa inferius tenuis in superficie manu opposita, liuida. pinguedo enim ait Guil. dissoluitur à pectore, & quandoque est similis sanis, & maxime circa principium, & medium.

Octauum pulsus ait zoar, est durus ob siccitatem, & Auicen. paruus, frequens, & debilis.

Nonum ait Rabi, digiti calefiunt ob modicam carnem, & quia est in membris radicalibus collocatus calor.

Decimum plurimum est tussis sicca, & quãdoque humida, & ob tussim, & siccitatem, quandoque æger spuit sanguinem, quia aliqua uenula frangitur.

Vndecimum quandoque dolor est pungitiuus in sinistra spatula ob colligantiam, quã habet cum spiritualibus, & ob ascensum alicuius feruidi uaporis & aliquando genarum rubedo, & frõtis cal. hęc Ferra. unde ait Guil. color est plumbeus, & liuidus ob spirituum, & sanguinis paucitatem, aliquando parum citriuus ut in cholericis, quibus hectica succedit post cholericas.

Inquit Iudęus si febris remanet uno septeno tepida in eodem statu est hectica: si duabus sep. iam dominata est. si per tres, confirmata est. & Ras. decimo ad Alm. ait, si in eodem statu calor non augeatur, nec accidentia ulla aliarum febrium infestauerint putridarum.

Signa specialia primæ speciei sunt, ait Galen. & Auicen. si ephimera transit duodecim horas absque declinatione, imo continuatur usque ad tres dies, & fortis ad manum medici est hectica: & addit Serap. color fit niger, & extenuatio, & citrinitas. & addit Guil. urina pinguis absq; renum dolore & caliditate.

Secundæ speciei signa ait Isaac, & Sera. q̃d si uerum dictis signis post cibum æger sentiat augumentum caloris. & addit Alm. facies extenuata & oculi concaui, caro diminuta, & cutis exsiccatio. idem Haly. Auer. & Auic.

Tertiæ speciei signa ait Gal. Auic. & Isaac sunt, quod magis profundantur oculi, fit lippitudo sicca, supercilia grauia. oculus somno lentus clausus absque somno. cutis ait Galen. arida, puluerulenta. aures ait Ras. minorantur, plana fiunt tempora, & Auer. palpebrę citrini coloris, & Gal. deperditio carnis omnino, uenter adhæret dorso, pellis, Auerr. mirach rugosa, & sicca: pulsus, ut Auerro. uelut chorda tensus, uelox, & debilis, pili uidentur oblungati, pediculi oriuntur Auic. Si hectica facta fuerit ab aliquo membro lęso, semper læsio membri palam erit tibi. Alm. cum capilli cadunt, & uenter soluitur, mors est propinqua: & quandoque tibiæ inflantur, ut plurimum moritur infra tres dies, ait Ger.

Curatio hecticæ febris.

FEbris hectica ait Auer. est mala complexio calida: & sicca absq; materia. quare una est cũrationis intentio. s. alterando, quæ est infrigidare & humectare. & quia hecticã quandoq; sequuntur mala accidentia, alia est intentio, quæ est eorum correctio infrigidantia & humectantia, ait Gal. modificanda sunt: quia calor naturalis est debilis, & corpus subtile. infrigidantia ait Auic. non desiccent, ut trochisci de cãphora nec calefaciant, ut uinum: quãdo nocent. & infrigidantia sint non proportionata calore febrili, sed remissiora. sed loco gradus fortis adde ad quantitatem, uel reitera per multas uices. humectãtia sint in gradu ꝓportionata: quia non uehementis impressionis. & si non sint in gradu, adde ad quantitatẽ uel reitera. quare recte ait Auer. 7. collig. plus in hac febre indigemus humectatione quam infrigidatione. Fugiat igitur aerẽ frigidum, ait Auic. non sit in cubiculo ignis, nec fumus. & Gal. multi. hominum, quia aerẽ calefaciũt. hyeme uerò si necesse fuerit fiat ignis è lignis ualde siccis, addit Gui. nocet ẽt aer siccus mõtuosus, mora ad ignẽ, solem & uentum, & autũnus maxime nocet hecticis. animi accidentia, q̃ exiccant. fugiat, ut irã, motũ corporeũ, nisi lentum, frictionem siccam, balneum

calidum, uigilias, calidos cibos, & ficcos, & qui inflammantur, & conuertuntur in humores acutos, item ficcos, & frigidos ualde: item potus tales. hæc Haly, & Rafis fuge amara, falfa, & acuta, durę digeftionis, tardæ penetrationis, ut uifcofa. fuge quæ habent fuperfluitates, acetofa, frixa, uetufta, mel ait Galen. eft fugiendum maxime, & omnia dulcia, acetum, nifi mixtum. ad infrigidationem cum multa aqua. frigida aqua multum eft inimica, fugiat ieiunium, famem, & fitim, omnem immoderatam euacuationem, & præfertim coitum. nocet ait Auicen. multus cibus, & potus una uice datus. aer fit temperatus, & æftate locus terrenus, uel uerfus aquilonem, uel ftratus foliis, & floribus odoriferis, frigidis ad aerem temperandam. hyeme ignis mouet catarrhos, exiccat. quare meliora funt ueftimenta, gaudeat cum amicis. non dormiat cum plumis. comedat fuccum ptifanæ frigidum & panem optime cuftoditum infufum in aqua frigida. aquam hordei, & hordeum dat Auicenna, alii micam panis coctam in lacte amigdalarũ, uel iure pullorum cum zucchario, & penidiis. Ifaac. panis bis lotus cum aqua frigida. & infufus in uino albo leui, lymphato. alii mixtum cum lacte amigdalarum & zuccharo fi fluat uenter: alii olera frigida, & humida, alii cerafa, pruna, cocume. & id generis: alii pifces fluuiorum, & cancros, teftudines, limacias, ranas, lac, cafeum recentem non falitum. Auicenna oua forbilia in aqua decocta: alii carnes hedi, agni, fafciani, perdicis, pullorum, auiarum paruarum, fi uictus fit fortis. Galen. teftes in lacte decoctos Auerro. pullos & capones nutritos ex frumento, & amido: alii agreftam non acerbam, uel fuccum granarorum dulcium, uel muzorum. uel arantia matura, quando eis admifcentur fpecies quæ R. cardamomi vnci. vna liquiri. cinamo. ana vnc. 2. croci dragm. 2. Auicen. in potu dat aquam hordei cum zuccharo decoctã, & iulep Galen. uinum parum ponticum, aquofum, album, aromaticum. Et Galen. pluries in die ciba, & Auerro. & ad minus ter. in digerendo non des potum, ait Galen. fed poft digeftionem, da copiofe, quia diftribuitur quam cito cibus. aquam frigidam paulatim affumptam in corporibus nondum ficcis dat Gale. Alm. & Ifaac.

Lac hecticis maxime eft utile præfertim humanum, deinde afininum: quia ait Gal. minime cafeatur, & cito penetrat ad omnia membra, fed inquit Alman. lac non cafeatur, fi parum zucchari tribuatur, fal etiam idem efficit. poft lac afininum eft lac caprinum, ait Alman. Auicenna, & Auerro. eradicat enim hecticam lac afinæ, nifi adfit putredo, & eradicatio fit poffibilis. quartum locum tenet lac uaccinum, à quo extractum fit butyrum. Guiliel. fit ftomachus mundus, & detur lac cum zuccharo, nifi fugatur proprio ore. al. fit robuftum, iuuenis, & moderatum exercitium faciat. inquit Galen. feptimo met. nutriatur afina herbis frigidis. & humidis ait Serapio. ex aqua dulci Auerro. dat ftomacho ieiuno, & debili vnciã unã primo die, & poftea auge paulatim ufque ad medium rotulum ideft mediam libram. Ifaac dat vnci. 2. lactis, uaccini fi corpus careat multa nutritione in primo die, demum ufque ad quatuor. dandum eft lac ait Alman. fi corpus macrum, & ficcum fuerit ualde. unde non conuenit primæ fpeciei. Auicenna & Serapio. dant à principio ad finem. & Auicenua inquit fi putrefcit in ftomacho, folue leuiter, & abftine à lacte. Signa corruptionis funt fcilicet caloris accenfio, anhelitus maior, pulfus frequentior arctatus. vrina coloratior, & acutior, fiue intenfior. ait Ifaac. fi uentris folutio accidat: extingue lapidem, uel calybem bis, uel ter in lacte.

Si hectica ait Galen. decimo met. cum putredine, aut heryfipilate aliqua fuerit, non facias balneum: fin minus, audacter fac, & præfertim in marafmo. addit Auicenna & ubi cibus indigeftus fit. & Rog. fi cum reumate fit. balneum aquæ frigidæ valde competet primæ fpeciei, nifi debilis effet intus. fed balneum prius fiat in calida deinde nifi dubium adfit, fubmergatur ftatim in frigida. quia eft ultimum in cura: aut gradatim à calida ad minus calidam deueni ufque ad frigidam. & melior aqua ait Auicen. eft decoctum rerum infrigidantium, & humectantium, ut folia cucur. ait Serapio. hordeum, uiol. nenuph. & huiufmodi. & Alman. mifce lac cum aqua, nifi toleret afperfionem lactis fuper caput. & Rog. coque in aqua balnei pedes, & capita arietis. & Plate. mifcet ouorum albumen, & uitellos cũ ea. calor aquæ ait Haly fit fuauis. abfterge poftea cum fpongia, deinde unge oleo, ait Serapio. uiolato nenuphari. cum cera alba collata: humectant enim & conferuant humiditatem aquæ. uel Rec. oleorum frigidorum, & humidorum q. f. bulliant in eis, medulla cancrorum fluuialium, carnes limaciarum, teftudinum, & ranarum ad confumptionem tertiæ part. olei. cola fortiter, & unge fpinam. mora autem fit in balneo donec caro humida appareat. ait

Galen. donec ait Isaac membra rubicunda & inflammata sint., pinguescit enim corpus, & augetur caro. Haly,, parum stet in concha. & Auicen.separetur uelociter. ingrediatur balneum ait Gale.in l.de tabe, digesto cibo. idem Auic.ait.Serapio.autem sedeat in balneo post hac uice una, & post cibum.scilicet digestum alium. Haly.bis in die balneabis, & Auicen. ter, si uirtus est fortis.

Curatio hecticæ simplicis per potionem, non cum putrida aliquando uertitur ad causam introducentem, uel consumentem, aliquando ad discrasiam febrilem, aliquando ad membrum, à quo habet originem, aliquãdo ad dispositiones corporis secum complicatas, & tandem ad accidentia corrigenda: frigida igitur, & humida dentur ait Auicen.in principio trochisc.de campho. cum iulep acetoso, in aurora aquam hordei cum cantrisc.& ad uesperam mucillag.psilii, nisi timeas de frigiditate stomachi. aqua hordei sit vnc.vi. cum trochiscis infrigidantibus, Haly dat aquam hordei cum zuccharo, & postnouam iulep, aut syrupum de papauere. uel de iuiubis vnc.2.cum frig. Rog.dat syrupum restaurativum de testudinibus. Ferr.syrupum cucurbi.cum diapapauere. Guil. restaurativum de carne, & lacte. Gilib.electuarium de testudine nemorali cum colatura & syrupo deiure testudinum, qui maxime impinguat. sed quia laxat, adde stiptica grata.nutrit gallinas cum brodio, cum quo decoctæ sint decem uel duodecim. ranæ fontium, item stillatum ex his: multum enim impinguant & cancri fluuiales cocti cum sumach comesti.

Ad extra ait Alm.panni in aqua rosacea infusi in niue infrigidata cum camphora, & spodio ponantur supra pectus, postquam cibus descenderit, & antequam comedat, & tepefacti fuerint, permutantur. Haly ponit pannum infusum aqua ros.& sand. aut in ceroto ex aquã rosata, succo portulacæ, cucurbitæ, semperuiuæ, oleo rosaceo, & uiolato. Auicen. magis laudat vnctiones cum oleo de cucurbitis, papau.nenupharino, salicibus, & uiolis.ung.optimum R.assungię, gallinæ, medullæ cruriũ uituli, buthiri, recentis sine sale, medullæ ceruinę, sepi hircini ana un.5.assungię anatis, serpẽtis cocti ana vn.3. mucill.psilii. sem.citoniorũ ana vnc.1.draga. gũmi arab.ana vnc.1.olei uiol. amigd. dulciũ ana un.1.s. ceræ citrinæ q. s.ut sit bene fluxibile.& cum eo tepido inunge pectus ante, & retro.Guil.ponit centum uitellos ouorum in uase, in quo æger sedeat, & eos per anum fugat.est ultimum ad spasmum de innanitione.

Si febris putrida coniugatur, uel materia putrefiat, Isaac expellit cum mundificantibus absque caliditate & siccitate ut est succus lupul. zuccaro ros.iuiubis, manna, & cassia, zuccharo uiolato.

De Hectica senectutis.

HEctica senectutis, ait Auicen.quarta pri mi est hectica febris; quæ plurimum accidit senibus, & dicitur senecta. dicitur etiam hæc proprie marasmus, & tabes, quæ ait Galen.de Tabe. corruptio corporis uiuentis ex siccitate. Haly. marcor, est duplex ait Galen. de differen. naturalis, & accidentalis, naturalis peruenit ex actione caloris naturalis in humidum radicale. accidit decrepitis, & non est proprie ægritudo. accidentalis, quæ pueris accidit & aliis, quæ est composita uel simplex. & hęc scilicet simplex ex sola siccitate fit cum temperantia actiuorum. composità est duplex: vna est siccitas, & caliditas, siue illa caliditas sit febris ut tertiæ speciei hectica, uel febris putridæ liquefactiuæ: siue non sit febris, sed mala complexio calida, alia siccitas & frigi. quę proprie dicitur hectica senectutis. & eius fundamentum prius est in corde quam in aliis membris. Rab. in tertia par. cuius cor est siccum cum siccitate incompleta, prouenit cito ad senectutem. tamen uiuit aliquibus annis: cui est cum siccitate completa uenit ad phthisim idest consumptionem, uel tabem. accidentalis ait Serap. oritur ex multitudine morborum præcedentium, aut dolorum. fit etiam ex frigore dominante cum debilitate corporis, aut ex potu aquæ frigidæ in hora non apta: & ex dimissione exercitii, aut ex malis uaporibus frigidis eleuatis ad cor, qui infrigidant eius complexionem, aut ex caliditate, quæ resoluit, & liquefacit humiditates, aut ex superfluitatibus, & id generis.

Signa ait Galen. de tabe, pulsus paruus, & rarus, anhelitus frigidus, & rarus, pectus frigidum totum, & urina ait Isaac, cruda, alba, & subtilis, ructus, Rog.& Gilib.acetosus, & nulla sitis.

Hæc siccitas confirmata in corde, cito inducit ad mortem, deinde quæ in hepate postea quæ in stomacho. consumptio, quæ oritur ab aliis est tardior, & leuior. cura ait Galeno septimo method.& Auicen. est humectatio, & calefactio. fugiat igitur omnia infrigidantia, & exiccan-

tia balneum, ait Auicen. competit. cibi calidi, & humidi, facilis digeſtionis, paucæ quantitatis & multi nutrimenti, facilis deſcenſus, & citæ penetrationis, cum pauca viſcoſitate vinum ſubtile, odoriferum, paucæ quantitatis. lac muliebre, aſininum ex vberibus tractum, mel eſt vtile, & uinum in frigida tabe. ait Serap. carnes pullorum, & oua. odores gratos calidos. Auicen. lac decoctum cum lapidibus eſt ualde utile, & mel eſt ultimum in iuuamento. ſi debilitetur, ait Serap. da thiriacam, mitridatum, uel diamuſcum in potu, & Iſaac. ſyrupum de zingib. Conſt. corroborat hepar cum ligno aloe, xinz. galanga pipere longo, cinnamomo, gariofilis, ſpica, & huiuſmodi ſuper cibaria. Galen. 7. metho. inunge uentrem cum oleo nardino, ita ut ſit ſemper unctus. uel maſticinum uel oppobalſamum. adde ceram ſi uis, ut adhæreat magis, uel ſi frigus ſit unge cum lana infuſa, & melior eſt lana ſuccida. & unge ſtomachum cum dictis oleis, & ſæpe excita appetitum cum dando in potu mel roſatum cum uino albo decoctionis ciperi; radicum capparis, & acori. ſi ſuperfluitates in ſtomaco apparent, vome vel cum lenitate educ. inteſtina præhumecta, & impingua. Clyſtere ait Serap. fiat ex decocto pedum, & capitum agnorum chamemillæ, hordei, tritici, anethi cum oleo ſeſamino, & butyro, & aliquando oleo de been. idque tribus diebus, & poſt aliquos dies, iteremus. balneum ait Serap. ſit decoctum chame. ſampſuci, liliorum, & id generis.

De febre putrida.

FEbris putrida dicitur à ſubiecto proprio putrido, uel à putredine ſui ſubiecti. cauſa coniuncta eſt duplex altera inſtrumentalis, & immediata, non tamen per ſe, & is eſt uapor putridus, qui per ſe non eſt cauſa febris putridę, ſed in uirtute humiditas putrida, à qua eleuatur. alia eſt coniuncta per ſe, & eſt humor putridus. & ſecundum quòd uarius eſt humor, uariatur feb. & eius curatio, & eo remoto, remouetur febris. unde ad eſſe febris putridæ ſemper eſt neceſſarius humor putridus, non multitudo humoris non putridi. quia icterici febrirent, quibus multitudo choleræ eſt in toto corpore. dixit Auicen. humor recipiens putrefactionem, aut eſt cholera talis modi, ut ab ea uapor egrediatur. qui ſit ſubtilis, ualde fumoſus: aut ſanguis, ut uapor ſubtilis, aut phlegma, ut uapor ſpiſſus, aut mela, ut uapor fumoſus, ſpiſſus, puluerulentus? ex his uerbis habes adeſſe febris putridæ non eſſe neceſſarium humorem putridum eſſe in corde ſed ſufficit, ab humore putrido eſſe communicatum cordi uaporem putridum, ſiue fuliginem putridam. notant quòd in febribus putridis, nunquam tota cauſa antecedens tranſit in coniunctam cum ſit morbus fiens. unde non reperitur putrida febris abſque utraque materia antecedente, & coniuncta. ſed in aliis morbis materialibus poteſt reperiri corpus abſque materia antecedente, ut in ſpaſmo de repletione, cum iam tota materia factura ſpaſmum fluxerit; non eſt in corpore ſpaſmato materia, quæ reſpectu illius ſpaſmi ſit materia antecedens, licet aliquando fuerit, ut cum pars fluxerit, & pars adhuc fluit.

Diuiſio febrium putridarum eſſentialis eſt diuiſione ſui ſubiecti, quod eſt humor, uel res reducibilis ad humorem. & ſecundum hoc eſt aut ex ſanguinis putrefactione, aut cholerę. dicunt, quod humiditates in membris remanentes ex ſecundis humiditatibus licet non poſſint eſſe cauſa materialis, nec efficiens febris; poſſunt eſſe cauſa diſpoſitiua ad febrem putridam, nam cum membra defecerint ab expulſione, ipſarum reliquię in ipſo corpore redeunt ad interiora, & miſcentur cum humoribus, qui impuri facti deſtituuntur a natura unde putreſcunt; & febrem generant. Alia diuiſio eſt accidentaliter, & tribus modis, nam ſumitur à modo ſitus humoris putridi, ut febris putrida. alia eſt de materia collecta in uno loco, ut in apoſtemate, alia de ſparſa; quæ aut eſt in uenis & arteriis, aut eſt in carne, & raritate membrorum. ſecundus modus. ſecundo modo à modo motus ipſius: quando alia eſt continua, quam græci ſinocham appellant: alia interpollata. & cõtinua eſt, quando humor putridam febrem generans eſt intra uenas, nam ſynchæ fiunt à materijs, quæ intra uenas commiſcentur, ait Alexan. ſanguini & putreſcunt. Haly ait intra uenas, & arterias. febris eſt materia collecta, dum eſt uno loco, ut apoſtemate, uel alicuius membri earitate, ut pectoris: quędam ſparſa, quæ eſt in uno loco quandoque facit febrem continuam, quod eſt quando materia eſt collecta in aliquo membro nobili interiori, aut quando eſt ualde multa, quique non in membro aliquo interiori, & præcipue quando propinquum fuerit cordi, aut membro multarum arteriarum. & tunc eſt interpolata

quia

quia eſt collecta in membro exteriori non magno, nec cordi propinquo, & quando materia non eſt multa, & eſt in membro aliquo interiori à corde remoto, ſicut ſi eſſet materia collecta in renibus, matrice, uel recto inteſtino fierent febres interp. ut tertiauæ, quartanę, quintanę, & mixtę. ex apoſtemate interiori, ut plurimum fit febris continua pręſertim ex materia calida ex frig. interpol. & apoſtema magnum multa materia replente, & extendente doloroſum, item ex materia ſubtili faciunt continuatam, ex groſſa inter. item quando ſuppuratur facit continuam. quando non, nullam, uel inter. item apoſtema in membro magni ſenſus, uel in membro cordi uicino, uel quod cum corde habeat colligantiam facit ut plurimum continuam. ex dictis habes, quòd omnis febris interpolata eſt putrida. ſed non omnis continua eſt putrida. & ex continuis frequentius fit interpolata quam contra. putridarum quędam ſunt cum ſymptomatibus, & quędam ſine, quę rariſſimę ſunt. quę cum ſymptomatibus & pręſertim multis, ac fortibus, laborioſę dicuntur: quę non, non.

Cauſa continuitatis febrium, ait Auicen. eſt hæc. cum accidit putredo in uenis, difficile reſoluitur. ſ. hæc putredo ob duas cauſas. primo ob continuitatem, quæ eſt in quibuſdam uenis cum aliis, & putrefit omnis res, quę eſt ei uicina, aut parata eſt putrefieri. & ex uno uicino reducitur ad aliud. ſecunda eſt, quia illud, quod eſt comprehenſum in uenis, eſt maioris continuitatis ad cor. has cauſas coadiuuant aliæ, è quibus eſt, quòd uapores, & fumi capinoſi in febre continua ſunt poſiti in profundo corporis. unde difficiliter fit eorum diſſolutio, & de eis eſt ſoliditas, & denſitas corporis uenarum, in quibus continentur, prohibens facillitatem reſolutionis eorum. & de eis eſt ipſorum multitudo, quam uirtus non poteſt perfecte reſoluere. quare remanētes continuitatem faciunt febris, donec cauſa ebullitionis, uel putredo fuerit totaliter, uel ut plurimum ſublata. & de eis eſt opilatio fortis: quia humores non finiunt, ſi ue euaporant. quidam reducunt cauſas continuæ febris ad quatuor. ſ. ad continuam in uenis putrefactionem fumorum, coarctionem reſpirationis, prohibitionem, & directam ipſorum ad cor aſcenſionem.

Cauſa interp. febrium eſt ſimilis cauſæ fluxus rheumatici periodice confluenti ad aliquod membrum. hæc cauſa, ſcilicet inter. conſideratur in duobus ſcilicet in eradicatione paroxiſmi, & in reditu cuius ſecundum plurimum. cauſa eradicationis eſt completa reſolutio uaporum, qui aſcendebant ad cor, aut humorum in corde retentorum, qui reſoluti remanent, ſicut è lignis uſtis ciuis, non cinis quidem ut lignorum uſtorum, ſed plus, & minus cineri ſimiles ſunt, prout plus, & minus groſſiciei, uel terreſtreitatis, uel aeritatis, & ſubtilitatis participauerit humor, quo incinerato ceſſat calor febrilis. cauſa autem completæ reſolutionis uaporum, in interpollatis eſt, quia materiæ a qua ſurgebant, non habet continuitatem cum alia materia, quæ per eam diſponeretur ad ebullitionem, & putrefactionem, antequam ipſa incineretur, & ceſſet ab ea uaporum eleuatio, ſed eleuatorum ſit prius completa uaporatio. hanc tamen coadiuuant aliæ, quæ ſunt locatio uaporum in extrinſecis, & locis poroſis, raris, unde facile reſoluuntur, & uaporum ipſorum paucitas, quam poteſt complere uirtus, & finire. conſumit uerò calor putredinalis. materia, quæ prius erat in uenis, poſtquam acquiſiuit in eis diſpoſitiones propinquas, & præuias ad putrefactionem, expellitur à uirtute expulſiua uenarum, quæ non poſſunt ſuſtinere moleſtias. Habet interpoſitionem circuitus, & typos, quia humor quem putrefieri oportet, non putrefit ſimul, & ſemel. quod eſt, quia putrefactionis præparatio in ea non eſt completa, ſed paulatine in eo procedit. & ad dit Auer. purrefactio, quæ in humore, quia extra uenas exiſtit, fit, eſt eius, quæ in humore, qui intra uenas, eſt contraria propter uaporationem, quæ fit per poroſitatem membrorum. unde ſumitur in his circuitus, & eradicatio febris, non ſolum fit per inſenſibilem euaporationem, ſed per ſenſibilem euacuationem materiæ. dixit Galen. interpolatæ quatuor ſunt cauſæ, ſcilicet fluxus materiæ ad locum putrefactionis paulatim, & intermiſſus. ſecunda eſt libera fumorum exhalatio tertia eſt remotio materiæ à corde ſecundum directionem, & non localem diſtantiam. quarta eſt impedita fumorum reſpiratio ad cor.

Cauſæ periodicationis febrium, ait Gal. in lib. 2. de differ. Feb. ſunt duę, ſcilicet defluxus humorum in aliquem locum, ſiue membrum, & congeſtio materię ibi, quoniam materia adunata in membro eſt cauſa motus paroxiſmi morbi. cauſæ congeſtionis ſunt uirtutes naturales non fortes, & ordinatæ a natura, uelut ſi attractiua attrahat plus quàm ſit neceſſe, & eo tempore quo nondum erat opportunitas, & præter haspori membrorum. quæ

irrigant superfluitates sunt sani. secunda causa congestionis est duplex, s.caliditas addita particulæ adiuuat apertio meatuum siue canalium particulæ, in qua est caliditas, & resolutio humorum circunstantium, & illarum subtiliatio sequentes ad illam caliditatem unde habilitantur ad fluxum. superflua etiam caliditas debilitat particulam, & dolere facit unde disponitur ad recipiendum influit enim humor in his, quæ dolent, & dolor est secunda causa. dolor exacuit materiam, ut fluere faciat ad locum dolentem. ait Galen. decimotertio .method. & causa est quoniam uirtus expulsiua non efficit operationem suam nisi quando aliquod sensit nocumentum, unde cum dolor est in membro, & sensus rei contristantis mouetur ad expellendam illam rem. & si facile non potest, conatur, & hinc sequuntur motus spirituum & sanguinis, humorum propter expressionem suam. adiuuant membra uicina compatientia, quorum motus expulsiua sumit. quando autem materia adiuuata fuerit, non putrefit semper, nam si multa est, uel maligna uel ambo simul lædit: quoniam uirtus caloris non potest ei dominari, unde derelicta necesse est, ut putrefiat, & postea morbus, & si attingat morbum illum cessare, & per causas dictas iterum materiam ibi currere, redit morbus. Causæ reditus paroxismi febris sunt duæ scilicet una est, remansio reliquiarum caliditatis febrilis in loco mineræ. Primæ putredinis, quæ caliditas est causa, qui denuo alia materia moueatur ad locum mineræ illius, quæ ibi putrefit, & febrim facit, & præter hoc, ut quidam uolunt, remanet qualitas ueluti quartanæ excitandæ siue præparandæ in quartanam. sec. est inuentio causarum putredinis, quę fuerint in materia primi paroxismi: ipsis .n. stantibus necesse ē aliā materiā putrefieri, & paroxismū redire. sed si nulla ibecillitas innascitur particulę, nec currunt superfluitates, quiescit morbus ille. finita eius superfluitate per euacuationē eius vel incinerationem: quia non sunt ibi causæ reaggregationis materiæ, nec p uiā congestionis, nec defluxus: nam mēbrum ueluti hepar, siue eius uirtus, & mala complexio cum malo regimine est causa, qui generet humorem malum paratum putrefieri.

In die interpolationis corpus non dicitur sanum, sed ægrum, considerata mala dispositione membrorum, in qua remanet corpus in tempore interpolationis. per quam maxime sensibiliter lęduntur operationes aliquorum membrorum, per quorum lęsionem alia materia aggregatur, & ad locum minerę putredinis expellitur.

Dixit Galen. in con. apho. febris illa, quę de se corpus mundificat, non est molesta: quæ non, est molesta. & Ras. 16. conti. febris si tepescens fuerit, salubris erit. sin nō, fallax. & deteriores febres, ait Auic. sunt insepa-rabiles, in quibus putredo est intra uenas: deinde, quæ eradicantur, quarum putredo est in toto corpore sparsa, aut in pluribus corporis partibus. febres continuæ sunt interpollatis deteriores, ob continuam afflictionem, & quia sunt cum seuioribus accidentibus, & magis prostratiuæ uirtutis. ait Ras. 16. con. in febribus, in quibus corpus separatur cum ultima prauitate non erit fallacia, licet paroxismi illarum fuerint cum ultima uiolentia, & prolixitate: quoniam huiusmodi febres nō sunt cum apostemate, nec cum putredine maligna humorum: nam à febre, quæ accidit cum altero horum duorum, non separatur corpus cum paritate bona. febrium continuarum aliæ sunt uere continuæ, aliæ non de quibus ait Auic. quod q̄nque componuntur quædam febres putridæ interpolatæ. sed tali compositione, quæ fiat in forma febris inseparabilis, & illud est uerbigratia quando incipit aliquis humor putrefieri in loco, deinde incipit alius de genere suo, aut de alio, & obuiat secundus paroxismus tempore declinationis primi paroxismi, deinde continuant res, febris autem continua multifariam diuiditur: nam alia reseruat materiam suam ad unicam expulsionem, non quod tota omnino euacuetur, sed maior pars, & maxime grossior & subtilis in declinatione sensibiliter, uel insensibiliter euacuata, & ut plurimum hæc febris terminatur in una septimana. alia non reseruat, & hæc est longa, & plures facit crises, aut per euacuationem, aut diminutionem, antequam perfecte finiatur, & hæc difficilis iudicii. alia diuisio febrium. aliæ sunt ueræ synochę, quorum uniuersum tempus est unum à principio usque ad finem, & hæ uniformiter mouentur, nec habent excrescentias: aliæ ęquiuocæ, quia plures habent circuitus. primę dicuntur cōclusę uerę, & proprię, & sunt sanguineę, quia sanguini noninest motus periodicationis, sed solum uniformiter mouetur. causa est putredo in uenis propinquis cordi, vt in ea quæ ab hepate ad cor est, in ea q̄ est in corde & pulmone. aliæ sunt ueræ, sed non ꝓprię, & hę habent excrescentias occultas in cā phlegmatica, uel melancolica. sed conclusa nō dicitur sanguinea, & cholerica dicta causon. conclusarū uerę, & propriæ tres sunt species. s. agmasticus, pagmasticus, & omotenus. pri. uniformiter a princi. ad finē augetur. secunda uniformiter minuit. 3. stat in suo esse. & uere con-

conclusarum alia est adustiua incensiua, & hæc est causon, quæ facta est aut ex humore cholerico putrido, aut non putrido, sed vsto, & incenso, quę est vehementis incendij, cito liquefaciens, & consumens corpus, vnde liquefactiua dicitur, & arsiua à Gal. quæ vt plurimum est mortalis, alia non est arsiua, nec incensiua valde, & est sanguinea. febres æquiuocæ continuæ quædam exacerbantur per tertium, & dicuntur tertianæ, quædam omni die. & febris sanguinea, in eo quod sanguinea non habet excrescentiam, sed in eo quod aliqua pars subtilis sanguinis conuertitur in cholerã, & fit febris de tertio, in tertium. sed pars sang. grossa non fit melancolia, imo cholera. Alia diuisio. Febris alia acuta, alia non acuta, sed chronica. acuta dicitur morbus ratione quantitatis, vel qualitatis, aut situs. quãtitatis, vt quia materia sit multa, & sic synocha inflatiua dicitur morbus acutus. qualitatis, vt quia materia eius sit vehementer calida, vt cholerica. situs vt in squinantia in materia situata in epigloti. morbis morbus dicitur acutus tripliciter, scilicet ratione suæ essentiæ, vt quia sit febris multæ caliditatis, vt febris tertiana, continua, causon, & synocha. ratione quantitatis, vt morbus grandis. ratione nobilitatis mẽbri in quo est, & secundum hunc modum syncopis, & appoplexia, & spasmus dicuntur acuti. ratione accidentiũ, quando seua sequuntur accidentia, vt dolor fortis. & quandoque vna tantum, quandoque duæ, quandoque tres concurrunt, vt in charabito, qui est morbus acutus ratione causę, morbi, & accidentium. non acutus est oppositus acuto in causis febris. aut acuta propter prędictas conditiones postulat, quod sit breuis terminationis, & cito deueniat ad statum ob suam magnitudinem, quam natura tolerare non potest, & non ex virtutis debilitate. vel alia causa, hectica tertię speciei licet ex virtutis debilitate cito terminat ad mortem, non tamen est nec dicitur febris acuta ob conditiones dictas. Febrium acutarum, alię sunt acutę absolute, quæ in 14. diebus iudicantur: quædam non acutę absolute possunt in 7. diebus iudicari, si valde sint acutæ, & ante quandoque, vt in 4. & 3. & dicuntur peracutæ. acutæ absolute acutæ plus, & minus iudicantur ex varia aeris dispositione, tempore anni, & regionum in caliditate maiori, vel minori. vnde Auer. 2. collig. morbi qui sunt acuti in terris Hipp. existunt in nostris peracutæ. illa febris, quæ transcendit 14. diem, non dicitur acuta absolute, sed quodammodo, quam ad 20. & hæc sapit naturam acutę, quia debilitatur virtus. acuta absolute est ordinati motus à principio vsque ad finem, non absolute: tamen incipit, enim debiliter, deinde fortificatur, & iterum diminuitur. acutarũ alia est liquefactiua, & citò consumptiua hum. corporis, alia non. liquefactiua, & acuta in iuuentute magis fiunt ob choleræ multitudinem & sunt difficilium symptomatum, & citius terminantur: senioribus, & pueris febres diuturnæ magis: quia humores eorum sunt terrestriores. Chronica febris ait Gal. 2. de diebus crit. est illa, quę incipit à principio sui cum motu leui, & tardo, deinde prolungatur. morbi hi ait Gal. in aph. acutorum morb. fiunt è materia inuiscata in membris, scilicet in loco radicis, vel mineræ morbi, & est tardæ digestionis, vt in splene ad quartanam, & in extremis chaceticis amphemerina, & chronicarum alia est, quæ eradicatur omnino in declinatione paroxismi & est interpollata, alia quæ reincipit statim, & est continua, & locatur in numero acutarum conuersiuarum. ambæ possunt in 40. diebus terminare.

Inquit Aui. quãdo humor putrefit extra venas, & non est causa alia, veluti materia putrida in concauitate pectoris, vel in ventriculis cordis, vel in apostemate danti putredinem continuam cordi, fit febris periodica. & si cholera putrefit, fit tertiana, & quæ currunt cursu eius, vt syncopalis minuta. si melãcolia, fit quartana. & deinceps quintana &c. si phlegma, fit quotidiana, & quæ currunt cum ea, vt empiala, lypiria, syncopalis humoralis, harũ scilicet inter. aliæ sunt veræ interpollatæ, aliæ non veræ. vt harum febrium alia est pura. i. facta ab humore, alia notha, & facta à pluribus, quorum vnus dominatur. harum febriũ aliæ inuadunt cum typo, vt cum rigore, horripilatione, frigore, oscitatione, extensione, somno, & pigritia. quædam sine typo. primæ eradicantur, secundę cum harum resoluuntur paroxismi sensibiliter per manifestam euacuationem, quidam insensibiliter per incinerationem materię, vel insensibilem. harum etiam quędam habent paroxismos ordinatos, quędam non. causę ordinationis paroxismi inordinationis sunt secundum Aui. quinque prima est ex parte materię, quę diuersa est in multitudine, paucitate, grossitie, subtilitate, viscositate, & eius opposito. quare ex ea quandoque mouetur parum, quandoque multum & quandoque subtile, quandoque grossum. secunda ex materia, prout illa vnius paroxismi differt à materia alterius, veluti si materia huius paroxismi esset cholerica, & alterius phlegmatica. tertia causa est malum regimẽ ęgri, vel astantium, vel inopia rerum. quarta est à virtute ęgri, quę si sit debilis, non potest vniformiter mouere materiam. quinta est multitudo, siue vehementia sensus ęgri, qui

ex parua causa percipit nocumentum, vnde stimulata mouet materiam. Harum paroxismus alius breuis est, alius longus, quoniam non vna species morbi, neque eadem multitudo superfluitatum, neque similiter accendi omnes paroxismos, neque euaporari decet: nam materia amplior, frigidior, viscosa, & grossa longiorem cit paroxismum: contra, breuiorem: virtutis robur, & raritas, breuiorē. & paroxismorum alius inuadit, & inuenit finem alterius, & subintrat, vt antequam febris terminet, paroxismus inuadit, aut antequam primus finiatur, alter superuenit. sed & alij sunt coalternantes euenientes cum quiete media inter primum, & secundum. item paroxismorum alius est festinus, alius tardus. festinus quia materia est multa, sicut phlegma, aut subtilis, vt cholera, aut virtus fortis, & sensus vehemens, & viæ latæ. Febrium interpol. aliæ semper anticipant inuasionem, aliæ postponunt, aliæ eadem hora inuadunt. causa primarum est materia diuersa in grossitie, & subtilitate, quæ si fuerint ī dispositione, quod pars subtilis incipit prius putrescere, tunc talis morbus fit semper postponendo: quia semper materia, quæ in postremum reseruatur, est difficilioris motus, cum sit grossior facta. idem dicendum est de materia diuersa in viscositate, frigiditate, & id generis. adiuuat diuersa corporis dispositio in sensibilitate, & sensus obtusione: quando enim sensus est acutus, materia stimulat naturam, vt citius expellatur. vnde anticipat. item paroxismi interpol. febrium alij velociter consumuntur, alij extenduntur. item alij sunt multorum, & sęuorum accidentium, alij paucorum, & mitium: & alij habent quietem longam, vt quartanarij, alij breuem, alij mediam.

Sanguis stans sub forma sang. nec conuersus, nec declinans, ad naturam alterius humoris mouetur vniformiter continue, nec est ei circuitus. & phlegma mouetur in diem. cholera in tertium, melancolia in quartum.

Omnes febres præcedit putrefactio in materia: cum enim incipit opilatio, incipit supercalefactio, & putrefactio, & fumorum eleuatio, & ipsorum retentio, à quibus saltem remissus caloris gradus accidit. dixit Hip. labores spontanei pręcipuè labor vlcerosus manat morbos, & Ras. in superficie corporis est morsus similis morsui acus. vnde ait Aui. lassitudo membrorum, & Ras. sentiunt ponderositatem membrorum sui corporis absque causa illam faciente. vnde sunt tardi motus, & pigritia. patiuntur oscitationem, quę accedit ob vapores malos, qui communicant membris pręcipue spiritualium, & mandibularum. quare membra mouentur ad eos expellendos: & præterea salsus ex ijsdem vaporibus communicatus neruis. & Ras. subdit abundat in eis sputum, & mucilago narium multiplicatis materijs ex indigestione, & ex vaporibus ad ipsum eleuatis. & ponderosum est caput, & somnus excitabitur, vel turbabitur: quia vapores humidi cerebro communicant. & adsunt vigiliæ, quia vapores nitrosi cerebro cōmunicant. labor erit in vigilia, & anhelitus horribilis, non boni odoris, cum amaritudine oris, & siccitate. constrictio anhelitus ob vapores communicatos spiritualibus. facies inflata, & citrina ex inflammatione sanguinis in hepate, & venis, accidit etiam sudor, vomitus, vel similis euacuatio, tensio hypocundriorum ex vaporibus, vel ex vento, ex indigestione multiplicata. item pulsatio tympororum, & capitis ex materia sanguinea, & communicata: & dolor capitis ex vaporibus ascē dentibus. debilitas appetitus, syncopis, & debilitas corporis, & frequentia pulsus ex dictis causis. ait Ras. 16. con. curatur hæc præparatio ad febrem cum euacuatione, & zuccharo rosato: etenim rosę proprie conferant huic passioni: fit enim ex humore malo inclusoin corpore, & mirobal. nigri conferunt, & coriandrum cum zucchаro scilicet tritum qualibet die, & cuscute, & ameos, & policaria.

Cum absque causa primitiua quis febrire inceperit, qui prius non febriebat, febris est in humoribus. secundum signum, cum febris incipit à rigore, frigore, &c. ter. est inęqualitas pulsus, & caloris. quod accidit à materia febris grauante naturam. quartum est calor mordax, non suauis, qui mordicat sicut fumus oculos, & nares: quia calor febris putridę fundatus est in subiecto magis dēso, quàm calor ephemerę. tamen in ephemera à calore solis claudente poros facta est mordax, item calor hecticę. quintum habet multas inuasiones, tamen nec synocha, nec causon habent paroxismum. sextum remanēt semper in corpore reliquiæ, siue malæ qualitates, per quas omnino non mundificantur: tamen alij volunt tertianam resolui, sed non sine sudore. septimum est vrinę indigestio, aut digestio occulta. in principio putridarum non est hypostasis in vrina, & ait Auic. est vrina valde tincta, vel mordicatiua. octauum putridę vt plurimum sunt cum siti, dolore capitis, & nigredine linguæ maxime apud statum, & inquietus est ęger.

Signa à quibus possumus sumi. qui humores faciunt febres humorales, sunt ait Auice. prima quar. res naturales, non naturales, & præternaturales. naturalis, vt ętas si iuuenis, in qua dominatur cholera, iudicat febrem cholericam. si adolescentię, sanguineam: si pue-

puerilis, uel fenilis phlegmaticam, & melancholicam, item ſi complexio ſanguinea, declarat ſanguinem, ſi vir ſignificat humorem calidum: ſi fœmina, frigidũ. ſi habitudo pinguis phlegmaticam febrem. ſi carnoſa; ſanguineã. ſi macra, rara, cholericam. ſi macra denſa melancholicam. Ex rebus non naturalibus, ſi cibi præteriti per menſes, ſi regio, ſi anni tempus fuerit calidum; calidam. item conſideraⁿ in his pulſum, vrinam, humorem exeuntem, appetitum, anhelitum, & conſuetudinem febrium, veluti ſi æger ſolitus eſt affici febre tertiana, & ſi talis conſtitutio temporis adferat febres tertianas. verum ait Raſ. 16. con. maius ſignum eſt diſpoſitio in qualitate caloris: quoniam ſi declinauit ad uaporem, & lenitatem febris erit ſanguinea: ſi pungens, feruens, & mordens, ab aliqua cholera, ſcilicet citrina, uel nigra: ſi primo in tactu fuerit diuerſitas in locis, quaſi penetret per colatorium, erit de phlegmate.

Signa febris à putredine ſang. ſunt triã. primum ſignum eſt citę terminationis, vt in quatuor, vel ſeptem diebus. hęc maxime accidit corporibus carnoſis, ſanguineis vtentibus dięta ſang. multiplicatiua, & maxime tempore veris, conſtitutione, & regione cal. & hum. ait Auic.

Cholericæ febirs ſigna ſunt quatuor. primum motus eius eſt tertianus, & hoc de cholerica ſimplici, non de compoſita, duplex. n. tertiana facit quotidie paroxiſmum. Sec. eſt acuta febris, ideſt breuis, & citi motus ob materiæ ſubtilitatẽ, & hæc in 7. periodis iudicatur longiſſima. tertium calor eſt mordax ob multam choleram, & cauſa eſt caliditas cholerę coniuncta ſiccitati. quar. in cholerica eſt ſalubris: quia cholera eſt lenis ſupra naturam ideſt ſubtilis reſolutionis, & obediens naturæ: & quoniam facit quietem magnam tam in paroxiſmo, quam in exacerbatione. quare ad facilem materiæ reſolutionem ſalubrior eſt febris cholerica: quo ad calorem ſanguinea, & phlegmatica, quia calor eſt acutior. hęc ex Auic.

Phlegmaticæ febris ſigna notat Auic. quatuor, prim. inuadit quotidie, ſed aiunt magis in veſperi accedere: quia illa hora phlegmati eſt proportionalis. ſecundum calor eſt lenis, quia eſt fundatus in materia humida, & frigida. tertium eſt longa ob tres cauſas, ſcilicet ob viſcoſitatem materię, ob multitudinem, & ob frigus complexionis ſuæ, quartum eſt parum ſpatium interpollationis, & quietis, & debilitas oris ſtomachi à qua corripitur ęger: quoniam ſtomachus eſt velut receptaculũ phlegmatis, unde ſequuntur ſyncopis, & paſſiones cordis, caſus appetitus: in phlegmatica eſt pulſus lenis, & in hectica durus. quàmquàm aliquando in phlegmatica fit durus, & maxime in latica, in qua cito corpus extenuatur, ob debilitatem appetitus. unde parum comedit, maxime quando multum phlegmatis à capite deſcendit in pectus, quod ſtans ſuper diaphragmate corrumpitur, & corruptionis nocumentum cordi communicatur. vnde accidit exſiccatio in humido ſubſtantifico, ſimilis exiccationi hecticæ. quæ exiccatio communicatur tandem arterijs. quare fit pulſus duricies. ſic etiam in hectica aliquando reperitur pulſus mollis, vt quando procedit à ſanie in pectore contenta, cuius humiditas communicat arterijs.

Quartanæ febris ſignum primum Auicen. ait eſt longi motus ob frigus materiæ. quare eſt longa ab groſſitiem materię. ſecundum eſt longa. tertium accidentia ſunt remiſſa: vt calor non eſt intenſus, & acutus.

Dixit Alex. ſi ęger erit in colore irceo, ideſt ſiligineo, & inſomnietatem patiatur, & circa vtilitatem domus ſolicitudinem gerat, & ætate iuuenili ſit, febris eſt è cholera. ſi color albus, & pallidus, & natura piger, aut in opere fixus febris eſt amphemerina ex phlegmate: ſi plumbeus, quartana eſt.

Continuarum febrium proprium, ait Gal. 2. de differ. feb. eſt non horrere ſumendo horrorem pro omni forti ſympt. quia materia mala non rapit per ſenſibilia membra: tamen ait Alex. per accidens poteſt euenire, vel quia aliquod aduenerit accidens ſubito naturę terrorem inducens, vnde calor retrahatur ad interiora, & exteriora rigere: aut quia natura nouam pugnam contra morbos, vel materiam morbi inchoet, vel morbus, contra naturam. quare calor retrahitur, & retractus vnitur, & materiam expellit ſuper membra ſenſitiua criticè, vel non criticè: aut quia in dicta pugna natura nocumentum materiæ præcipiens irritata aliquam eius partem ſuper membra expellit: aut quia aliquis humor extra vaſa poſitus circa membra ſenſitiua quietus, poſtea ex pugna ipſa, vel alia de cauſa mouetur ſuper membra dicta, & horrorem infert. quare ait Gal. 2. progn. com. 4. in principio febrium acutarum contingit aliquando frigidum extremitatum, aut quia humor non expellitur ſuper membra ſenſitiua. tamen expelluntur acuti vapores mordicatiui, qui horrorem cauſant. aut quia reuocatur calor intra ob malam, & venenoſam proprietatem febris & ſuę putredinis & propter motum materię malum, & impetuoſum, vnde infrigidantur e teriora: aut quia ante aduentum febris continuæ ſuperueniat rigor, qui poſtea febre ſuperueniente ſequitur: aut

quia

quia virtus retentiua adeo debilitatur, & relaxatur, quòd materiam in vasis continere nõ possit, vnde symptomatice materia mouetur, & efficit horrorem: aut quia febris continua composita sit cum aliqua interpollata, aut cõposita cum aliquo apostemate. vnde Gale.ad Glauc.in prin.febrium continuarum, non erit rigor. & si erit frigus extremitatum, aut horripilatio, hoc erit ex apostemate magno in ventre, vel renibus in augmento, & statu. dicunt quidam posse rigorem fieri: quia materia habet digestionem, quam natura expellere potest super membra sensitiua.

Secundum signum est, quòd pulsus est, vt ait Alm.diuersus, & male ordinatus: quia si stole est maior diastole: & quandoque tendit ad magnitudinem, & fortitudinem, & quandoque contra. causa est, quia in continuis cor, & arteriæ læduntur magis, quàm in interpollatis. quare Auice.cum videris pulsum valde diuersum in febre, & illa diuersitas non fuerit ob accidentia, neque ob causas primitiuas neque in principio paroxismorum, sed solum propter febrem; iudica febrem illam esse continuam.

Tertium dixit Alm.febres interpollatę terminantur intra spacium vigintiquatuor horarum: tamen aliquando aliqua tertiana notha pertransit, & aliqua ephemera, sed nulla continua terminatur.

Quartum ait Auicen.non associatur febri continuæ de significationibus eradicationis alijs, scilicet prædictis, idest alijs ab horrore, & similibus. & hoc quia non finitur cum sudore, vomitu, secessu, vel alia euacuatione manifesta, sic quòd desinat in infebricitationem, vsque ad finem.

Quin.ait Auic.est assiduitas caloris, sed diuersitas eius, nam in augmento augetur quandoque, & quandoque minuitur.

In continuis febribus, ait Gil. semper vrina nigra, vel viridis, vel liuida distinctè vel cũ oppositione manus apparet, quoniam in eis calor est fortior, & magis consumptius. inter polata contrà. & interpolata incipit cum rigore, aut horripilatione, & finit vt plurimũ cum sudore, & in principio vomitus.

Febris continua si fuerit cum superfluo calore, & acuitate accidentium de genere adurẽtis febris factæ ex cholera, quæ est inflammatiua, adurens acute. si cum superfluo calore, non acuto, sed vaporoso, est conclusa vera. si sine superfluo calore vaporoso, erit conclusa non verè, nec propriè.

Febris liquefactiuæ signa ait Raf.16.con.est emissio fauillarum ad manum tangẽtis, quæ cito corpus consumunt, & ad dispositionem tornatilem deducunt. in vrinis, & egestionibus plurimum supernatat pinguedo.

Vt cognoscas in principio febris in quo genere collocanda sit, an scilicet tertiana, an quotidiana, considera signa propria vniuscuiusque speciei, & accidens; nam si febris vno die accidit, & alio non, tamen accidentia tertianæ non sunt pura, nec fortia, sed mixta, hęc non est tertiana, aut est tertiana nõ pura. quo circa ad cognitionem febris aduerte.

Cum febris incipit à causa primitiua carẽs rigore, & calor est vaporosus, pulsus eius non est mutatus iminens magnifice, & vrina est multum digesta, & in fine sudor, vel vapor egressus est è toto corpore, & ex his ęger alleuiationem senserit, quasi nihil sentiat, hęc febris est ephemera.

Quando febris inceperit absque rigore, & signa adsunt repletionis, & regimen fuerit ad repletionem, pulsus fuerit fortis, magnus, latus, vrina russa, & circulus russus, eminens, inflatus, sed sanguis non sit acutus, adsit asthma, & inflammatio, & non manifestantur in venis signa putrefactionis, & calor erit multus, & vaporosus, & pulsus erit velox, est synocha ex calefactione sanguinis. sed cum aderunt prædicta signa, ac præterea signa manifesta putrefactionis, & restrictio pulsus, erit ad interius magis, & vrina maioris acuitatis, & minoris digestionis, & caliditas sit vehemens megis, & sitis, & calor in toto corpore æqualis, & non plus in corde & pectore, & regimen fuerit ad putrefactionem, & durauerit vsq; ad diminutionẽ, est synocha putrida.

Si inuaserit absque causa primitiua, tamen cum horrore, & morsu illato in corpore ad modum punctura acus in princ. & in ipso tempore pulsus fuerit occultus & anhelitus restrictus, & paruus vltra solitum, deinde incipit caliditas, & non erit spatium longum dum dominabitur corpori perfecte cum inflammatione, siti, & vomitu cholerico, & caliditas erit sicca, fumosa, deinde declinabit. & terminabitur post ad vomitum, & postea fiet alienatio in capite, & vrina erit tenuis, hęc febris erit tertiana, & maxime si terminantur, & mundificantur venę post duodecim horas, vel ante à febre, & si hęc accidentia appareant omnia, sed vrina non fuerit rubea grossa, nec pulsus, erit tertiana notha.

Dum verò incipiat febris cum frigore debili, & est pura, & non mordens eius caliditas, & postea cum spatio longo, difficilis erit eius expansio, & quando expanditur, non sit abundantis inflammationis, nec sitis intensa, pulsus paruus, tardus, sed magis diuersus quàm in tertiana, & paroxismus prolixus, & vrina alba, nec remanebit sudor apud separationem ipsius, & erit aliquod residuum, & regimen

gimen anteactum,& tempus,& consuetudo absque causa primitiua, erit febris quotidiana,& si hæc accidentia sint absque frig. & separatione;erit quotidiana continua. & proprie si aggrauatur in tempore paroxismi.

Quoties autem febris incipit post febrem erroneam,aut post magnitudinem splenis aut aliquem morbum melancholicum, & rigor erit quasi contundens ex profundatione eius in corpore,& difficulter calefit.& secuta calefactione vehementior fit calefactio in quantitate,& qualitate. vrina est indigesta, pulsus quasi ligatus interius trahens valde cum paruitate,& tarditate,& calor est aridus, & siccus,febris est quartana continua.

Tandem ait Raf. 16. con. si febris accidit post dolorem stomachi, vt plurimum febris erit quotidiana, si post dolorem splenis,quartana.si post dolorem hepatis,tertiana.

Dixit Gal.in lib. de Typo. typus est ordo inuasionum,& remissionum, & periodus est tempus intensionis,& remissionis. typus largè,& strictè dicitur.sed proprie est, qui antecedit febrem interpolatam. & typorum alij primi,qui paruam habent inuasionem,& longam remissionem,vt tertiana,& quartana. alij secundi, qui longam habent inuasionem, & paruam remissionem,vt quotidiana:& prolungati,tertiani.alij stantes qui semper in eisdem horis semper inuadunt:alij moti,qui horas nunc antecedunt,nunc postponunt: alij simplices,qui habent vnam inuasionem. alij tandem compositi. typum febrem antecedentem,pręcedunt duæ dispositiones, scilicet pigritia,& fractio membrorum,scilicet lassitudo,quæ aliquando copulatæ sunt cum alicibus,& oscitationibus.causa pigritiæ est materia,quæ expanditur paulatim super membra, & non mouetur,sed quieta manet. causa fractionis est eadem, sed maior materiæ copia. sed si fractio erit intensa,sicut verberati, materia iam incipit moueri.quare si materia stat est fractio vno modo.si mouetur paulatim, dicitur lassitudo vlcerosa,siue apostemosa. Alices sunt, quando totum corpus extenditur, & maxime spiritualia,& brachia, & oscitatio quando os aperitur. causa est materia pauca vaporosa, quæ veniens ad musculos spiritualium, & mandibularum excitat expulsiones. Typi proprie dicti species sunt tres, scilicet horripilatio,siue horror,rigor, siue tremor, & frigus. horripilatio, & horror dicitur ab horrore quod est frigere cum extẽsione pilorum totius corporis, & cutis. nam efficiens horripilationis est vaporosa, vnde mutatur velociter ad cutim. dicunt quidam, quod horror est dispositio intensior horripilatione:& quidam, quod differunt secundum locum ita,vt horror sit dispositio magis profunda.Rigor ait Auic.est vt æger non possit continere sua membra ex commotione,& tremore eueniente in eis in motibus inuoluntarijs. est compositus ex tremore,& frigore, tremor fortificatur occasione mouentis,& frigus occasione humoris.sed rigor,& tremor, ait Auer. 3. col. sunt motus virtutis expulsiuæ in musculo, vt expellat humorem lædentem sua frigiditate,& caliditate. tremor idẽ est quod rigor: sed differunt secundum magis, & minus,& dicitur tremor,quando rigor fortis: & quando ttemor est paruus, rigor.frigus ait Auicen.est, vt æger sentiat in suis membris,& dorsis lacerorum suorum frigus parum. s.sine motu malo inæquali:nam si esset cum punctione, horripilatio esset, uel rigor.quia ,cum sentitur frigus in spina dorsi,& lacertis & per totum corpus, dicitur frigus. maxime autem sentitur in dorso; quia maior copia materię expellitur ad posteriora, & facilitatur impressio frigiditatis in posterioribus frigiditate nuchę coadiuuante,& neruorum ab ea ortorum.

Typorum causæ aut sunt primitiuæ,& extrinsecę,aut corporales,& intrinsecę. primitiuę aeris frigiditas,aqua frigida proiecta subito super corpus,aqua feruẽtissima, ut ignis scintilla.intrinsecę sunt duę.s.ex parte uirtutis, & materię. ex parte uirtutis in se, aut sui instrumenti.i.caloris naturalis. naturę aut ex parte qualitatis ipsius, aut motus eius per membra. unde Gal. 10.meth. rigor est ob multitudinem,ut acredinem eorum, qui feruntur super membra sensitiua,& ob uelocitatem delationis eorum,& uirtutis imbecillitatem.in li.de Typo.rigor accidit, quoniam corpus lęditur,quia calor naturalis lęditur.& quoniam motus materię est inęqualis,accidit toti corpori concussio in vtrisque motibus. ait Auic.in c. putref.rigor, vel frigus, & horripilatio vt plurimnm fiunt ob frigus humoris,aut quia humor mordicat lacertos, aut ob profunditatem caloris ad interiora tendentis ad partem materię,aut ob debilitatem virtutis,ob frigus aeris. & quandoque causę extrinsecę mouent causas antecedentes ad rigorem causandum.sit aer calidus, sol exercitia, & id generis repentinam operãtur superfluitatum impetum,quę impetuose venientes ad cutim eo tempore densam, non potentes resolui, coadunatę sub cute nocent,& mordẽt, & horripilationem faciunt. quare ait Gale.in lib. de Typo. res se habent sic, & ait Plata. quòd res aduenientes corpori cum quiete,& paulatim non sentitur:sed oportet,vt veniat cum forti mora.& subdit causa dictorum accidentium est duplex, scilicet humor:qui non

remo-

remouetur in venis motu vehementi,& subito, sicut mouetur extra venas expulsus; & quia intra venas non mouetur nisi permixtus alijs humoribus,extra,solus.sec.est membrum & est duplex scilicet vna quia vena assueta est ipsi motui,quare inde non patitur: sec. quia membra sensitiua,quæ sunt extra venas, sunt valde sens.& venæ parum: nam cum humores per lacertos, & carnem penetrant loca, per quę transeunt,purgant,& vt quasi venenum mordent. hæc accidentia eueniunt ob mobilitatem, vel immobilitatem: videmus enim per se plures si quiescunt, angustiam sustinet, vel pigritiam, vel fractionem, si moueã tur, rigorem, si plurimum exercitãtur, tremoreminducunt:nam res nociua cum quieuerit non multum molestat. si mouentur, maximũ dolorem excitat.argumento est dolor oculorum.quibus clausis si quid occurrerit, paruã molestiam sentiunt.si moueantur, maxime. vnde Auic.pri.4.humor frigidus stans, in mẽbro non sentitur, nec lædit. quia est quietus, & illi consueuit membrum in quo est. quocirca acquisitus est medius modus complexionis inter complexionem humoris,& complexionem membri,nec virtutis imbecillitas est causa horum, sed est causa respectu materiæ congregandæ, expellendæ, & consumendæ antequam aggregata grauet,& lædat, & irritet virtutem expulsiuam, quæ sinit eam aggregari: & non expellit neque consumit eam: nam cum materia aggregata irritat expulsionem necesse est,vt virtus sit fortis ad expellẽdum.si causa esse debet dictorum accidentiũ. retractio autem sanguinis cum calore,& spiritu ad interiora est causa horum. retrahitur quidem vt resistat materiæ lædenti, aut vt digerat. & quando materia est intra venas in pluribus venis stans,frigescunt exteriora, vt aliquando in febre continua: quando est sparsa extra,retrahitur calor, & frigescunt extrema: & exteriora,vt in interpolatis. quando est collecta in vno loco, vt in apostemate frigescunt exteriora, vt in febre ab apostemate facta. dicunt quidam quod causa tremoris est,quod cum calor renactus sit ad intra,debilis remanet virtus alijs in membris extrinsecis depauperatis calore. materia est causa typorum sua qualitate calida, vel frigida, quæ ambę mordicatiuæ sunt.mordicatio ait Aui. materię calidæ est apud panniculum tegentem primum,deinde alijs partibus lacertorũ. materia verò mouetur velociter: quia vt in ictericis est materia calida & non est rigor.

Frigus non accidit ex materia calida, & frigida mixta,& rigor,& horripilatio possunt accidere, frigus non accidit ex sola caloris retractione,& rigor,& horrip. possunt:in frigore non accidit motus,& concussio, quæ vt accidant,oportet,vt frigus fiat per retractionem caloris.frigus verò est in profundo, & in superficie,& horripilatio in superficie. differt etiam rigor ab horripil.nam humor mordens,qui est causa horrip. est in cute tantum. Sed qui facit rigorem,est in membris, quæ sunt sub cute:deinde in horripilatione frigus est remissius, vel minus durans quam in rigore ter.in horripilatione motus est remissus, quasi occultus superficialis,in rigore est fortis concutiens membra superficialia, & profunda.& quandoque tantum augetur, vt fiat tremor,adeo vt collisio dentium.quar.in horripilatione potest percipi frigus. & vt fiat pũctio tanquam à materia faciente eã: in rigore sentitur frigus positiuum, non sentitur punctio:si punctio,non frigus: in rigore motus occupat totum corpus,& est accidens virtutis expulsiuæ,& tremor rigoris non est penitus motus pręter naturam,sicut tremor:quia partim fit à re pręter naturam, & partim à re naturali,quæ conatur expellere rem lędentem:sed tremor est motus pręter naturam,& tremor rigoris est breuis,& tremor longus.rigor factus à materia calida est, quando percipiuntur in exterioribus frigiditas, & in interioribus caliditas. à materia frigida sentitur frigus in interioribus,& exteriorib. simul, & parum,aut nihil sitiunt. rigor factus à materia delata per membra declaratur, quia sequitur eius euacuatio per vomitum, secessum, vel sudorem. quia in reditu caloris à profundo sępe dissoluit aliquid humiditatis, & expellit:sed factus à vapore calido, vel frigido, aut vento non sequitur euacuatio: aliquando enim causa tremoris est ventus grossus inclusus in loco solido.

Inquit Hip.5.apho. mulieribus rigores ex lumbis magis,& per dorsum caput ascendũt. viris retro magis, quàm ante veluti in cubitis,coxis,& alijs partibus extremis. rigor hoc loco sumptus est pro omni typo, in lumbis mulierum,quia habent matricem neruosam. in posteriori parte virorum, quia posterior est frigidior anteriori. signum est raritas,& porositas partis anterioris,& est pilosus, & carnosior,& plus sanguinis habens. extrema sunt frigidiora,& densiora non potentia bene calefieri ob remotiones caloris. vnde cito rigent.incipit ab inferiori parte dorsi, & ascendit ad caput.quoniam hic locus est frigidior,& ventosior,& spissior,& minus sanguinis habens.dixit Ras.18.conc. rigor vehemẽs calefit velociter, quidam tarde:& debilis quidam tardè.& debilis quidam calefit velociter quidam tardè. pri. fit ex melancolia. sec. ex phlegmate vitreo. ter.ex salso.quar. ex grosso

non

non vehemens frigiditatis.& vna species est, quam sequitur febris, & vna quam non sequitur.& ter.quam mors, quæ est cum casu virtutis,quæ non potest sustinere membra. rigor ait Gal.5.de accid.à quacunque causa perueniat, qui est fortior & breuior à primitiuis, vt plurimum accidit macris, & latorum pororum,& præsertim si malis, & pungitiuis chymis,sine repleti.ab antecedentibus vt plurimũ crassis,densis,ac opilatis. post rigorē sequitur magnus calor, propter ea ꝙ intra erat retractus absque euentatione & vnitus,& ob confricationem, & collisionem partium angustuosam, vt videmus in corporibus laborantium,& currentium,qui calefiunt, & si starent in sole.quare rigor absque febre est ob multos humores crudos generatos,similes vitro,qui humores non sunt putrefacti, quoniam post rigorem accenderetur febris.

Vniuersalis curatio febrium putridarum.

GAle.2.metho.ait. febris humoralis curatur per contrarium. quod verum est in febre absque materia,sed in Tech.inquit.febris putridę duplex est curatio: alteratio, scilicet & euacuatio,& Auerro.7. collig. intentio est remouendi malam complexionem,& malam materiam. nam tibi noscende sunt res naturales,& præternaturales. & quidam aiunt, ex dictis sex satis est, scilicet cognoscere febrem,ægri complexionem,ætatem,virtutem, aeris complexionem,& consuetudinem ęgri. & 10.meth.ait solue febrem præsentem euerte. quod generatum est, prohibe generari. & 2. metho. inquit considera morbum,causam morbi,& symptomata. & Auicen.prima quarti in medicanda tali febre quandoq; vertitur ad febrem, vnde infrigida, & humecta: quandoque ad materiam, quare matures,& digeras,aut euacues, aut diuertas. digestio est alteratio faciens cessare putredinem, manente substantia,ita quod tunc sola remanet intentio alterationis discrasiæ. nec satis est ad remouendam febrem digestio materiæ: quia remanet vt videtur innuere Auic. 2.4.& Galen.secundo prog.sed 2.meth.sumitur, quod cũ putredine concurrit causa eius, quæ est ex indebita humoris transpiratione,& accidens concurrit causæ eius, quod est detentio eorum, quæ transpirare debent. quare præter intentionem sumptam à putredine, emergunt duæ aliæ: vna ad prohibitam transpirationem remouendam: altera ad transpirandum, quod retinetur. & quia prohibita transpiratio habet causam opilationem. vnde alia surgit intentio ad aperiendum, & exopilandum. & quoniam opilatio quatuor habet causas scilicet primitiuam, vt frigiditatem exteriorem, sordiciem cutis, & id generis: & tres corporales, scilicet multitudinem humoris, grossiciem eius, & viscositatem. quocirca quatuor insurgunt intentiones curatiuę. pri.ad remouendam causam primitiuam. sec. ad euacuandam multitudinem. ter.ad subtiliandum grossitiem, quar.ad incidendam viscositatem. & quia euacuatio est necessaria, & aliquando humor ob subtilitatem est ineptus euacuationi, ingrossandus est, & quia membra febricitantium lędunter, & debilitantur: hinc alia intentio ad membrorum confortationem. ex his igitur intentiones curatiuę 12. colliguntur. prima scilicet à febre, & est alteratio caloris eius, nouem à causa febris: vna à causa primitiua, aliæ à causa corporali,idest à multitudine humorum,à grossitie, viscositate, subtilitate,opilatione, prohibita transpiratione, transpirandorum retentione, à putredine. vndecima sumitur à subiecto febris, quæ est membrorum confortatio: duodecima ab effectu febris, & est accidentium rectificatio.quare ait a Gale.2.metho. inspice has omnes intentiones, vt intelligas, quo aųxilio primum & magis, quod minus secundum,& quod adhuc minus tertium, & vide quòd prima medici intentio est febrem abijcere, secunda putrefactionem expellere. tertia retenta respirare. quarta opilationem remouere. quinta causam opilationis expellere. sed Gale. 2. metho. ait quodcunque inuentum est, vltimum est secundum methodum resolutoriam in curatione. vnde quod est primum intentione, est vltimum resolutione. quocirca primum causas opilationis remouebis, secundò opilationes aperies, tertiò retenta transpirabis. quar. putredinem expelles. quin. calorem qui remanserit,extingues. verum non semper medicus potest ordinem regularem seruare. itaque in vehementi caliditate febrili cogatur quandoque à curatione febris incipere, quandoque ab euacuatione secundum totum. i. eradicatiua,quandoque ab euacuatione secundum quod.i.minoratiua.itaque ait Gale. intentio curatiua est triplex, vna minuit calorem, & auget causam,& hanc improbo.secunda causam amputat,& calorem negligit.quod vitupero in febre fortissima, quam æger sufferre non potest. & eius virtus non fit potens. vnde ait Auicen. si virtus est fortis, abscinde causam, expelle humorem, abscinde cibum, & non infrigides infrigidatione, quæ prohibeat resolutionem, si virtus est debilis, infrigida, &

viuifica virtutem. & cum facta fuerit fortis, rede ad causam. tertia est consideratio accidentium, quę quandoque cogũt vti contrarijs, & morbo, & causæ, ac postea fit, vt aut morbus diuturnior euadant, aut magna cum difficultate curetur, aut vtrunque accidat: veluti quandoque coacti fuerimus in febre exhibere vinum ob debilitatem stomachi, cuius gratia fit syncopis. omnes intentiones supra dictæ sunt à re pręter naturam, sed oportet etiam indicationem sumere à re naturali, & præcipuæ à complexione, & maxime ea, quæ tunc est, cum febris incipit. dixit Galen.3.de tuen. sanit. non sufficit scire, quid sit operandum, sed cum quibus & quo modo: sed quia natura est operatrix depulsionis morborum, & rerum præter naturam tres corporis membri naturas conserua; vt eis mediantibus morbi fiat expulsio. quare curatio non sit morbo contraria, vt non sit similis naturali dispositioni: sicut enim curatio fit per contraria, sic conseruatio per similia.

Non obliuioni tradas cor, & etiam alia membra, à quibus febris originem ducit, quare scopus circa febrem sit contrarijs vti, circa materiam digerere, & euacuare. digestio contrariatur indigestioni, & putrefactioni, non quantitati replenti. sed euacuatio est principalis scopus, & digestio accessoria ferè, quoniam in omni materia non est digestio necessaria, vt in furiosa ex putrefactionis causis est putrefactio. quare si à frigiditate densatum est corpus, rarifica. si à caliditate & siccitate dilata poros cũm caliditate, & mollitie. grossos, & viscosos humores subtilia, & incide, siue fluuidos redde. nam subtilitas est contraria grossitiei, & liquiditas viscositati: si multi fuerint, euacuabis.

Putrefactioni ait Galen.2.metho. opponitur digestio, eũo, & infrigidatio: digestio enim est oppositum formale, nam facit eam cessare, sed cessata remanet humor euacuandus. & quia omnis materia puttida est calida vt cholera per se, & phlegma per accidens; in cholera necessaria est infrigidatio in alteratione, & in digestione, & in principio. sed in phlegmate remissa in principio, sed competit digestio cum calidis subtiliatiuis, & incisiuis, in processu eũo cum eisdem, in fine si discrasia calida remanserit, infrigidatio: & hoc pacto putredinem remouemus febri vero idest calori, & præternaturalitati caloris contraria est infrigidatio, & calida aromatica, quæ corroborant calorem naturalem, vt resistat præternaturalitati, & eam depellat. verum inuestiga, quę medicina tandem morbum, causam morbi, & symptomata curent. omnes dictæ intentiones putridæ febri conueniunt. tamen secundum alios reducũtur ad tres scilicet digestionem, euacuationem, & alterationem: nam intentio subtiliationis humoris grossi, & incisionis viscosi, & ingrossationis subtilis, & apertionis opilationis ad digestionem reducuntur: Intentio sumpta à prohibita transpiratione, & à & detentione eorum, quę transpirare debent, ad euacuationem: sumpta à putredine, ad alterationem reducitur.

Non moueas materiam indigestam nisi in tribus casibus. primus quando materia est sanguis putridus, siue non putridus, in quo ait Auicen. prima quarti non conuenit digestio. sec. quando materia est fumosa, & estilla, quæ est vehementer calida acuta, velociter de loco, ad locum mobilis, & malignitate, & venenositate participat. hæc materia non sinit ægrum quiescere, & facile tendit ad membra principalia. ter. quando humor fuerit multus grauans sua multitudine super naturam. tunc Auicen. ne æger recumbat, minora materiam, exceptis his tribus, materiam indigestam non euacuabis, non quia fortasse multiplicatur euacuatio boni humoris, quę erit causa, quod natura non perduret vsque ad statum, vel si duret, non cum fortitudine, cum qua possit expellere malum humorem: tamen quia multiplicatur euacuatio humoris subtilis, qui etiam resoluitur à natura. vnde nil prodest, sed lędit virtutem, tamen quia forte miscebitur in euacuatione malignum cum bono: itaque fieret morbus fortior.

Etscito, quòd si in principio medicus videret ob multitudinem materiæ non posse iuuare, sed ægrum moriturum siue euacuet, siue non; non euacuet: nam, ait Gale. commen. in constantibus morbis morituros non debere medicari. quidam addunt quartum casum, & est quod auctoritate Galen. 13.metho.& Auicen. quarta primi. de apostematibus occultis, materia minoranda sit phlebotomia, & solutione ventris: phlebotomia quando apostema est sanguineus aut defluxus est cum sanguine; solutione, quando defluxus est aliorum humorum non cum san. si quidem in principio fiat euacuatio diuersi-ua, pręsertim si materia sit multa.

Ad aperiendas opilationes ait Ga.2.meth. si vis aperire prius præuacua multitudinem. quòd nisi feceris, maiorem opilationis dispositionem ages, repugnantibus sibi inuicem intentionibus.

Vbi virtus est debilis, non euacues. sed prius refocilla. sed Ras. 18. concl. in febribus humorum nihil est laudabilius euacua-

tio-

tione : quando hæc febris eſt ignis inflammatus ſuperfluitatibus . adhęret autem eis, & virtus diſſoluitur, & ſequitur mors,ſed euacuatio minoratiua ante digeſtionem in principio fieri poteſt cum medicina euacuante exſoluendo cum materia illa exigerit : eradicatiua,niſi completo ſtatu, & tūc ſolum in caſu , in quo videas materiam non debere criſim facere, vnde Auicen.non facias euacuationem eradic. & ideo moueas donec vincat natura , & digerat . quod eſt in fine ſtatus perfectè.& tunc etiam expecta naturam,quæ ſolet illo tempore mouere, quæ ſi tunc mouet,aut parata eſt mouere,dimitte eam. Sin moueat : moue in hora motus eius, ſcilicet completa,& expectata . ſi igitur non mouet per totum diem vicinum ; moue tu in die ſequenti . & ſi mouet motu diminuto , aut lento ; adiuua . & cum euacues , euacua per regionem conuenientem,& non contra partem materiæ euacuantis per conuenientia loca.de digeſtione , & euacuatione ait Auer. 7. collig. euacuatio , quæ fit aperiendo opilationes,fit incidendo humores groſſos,& ſubtiliando & digerendo , & rectificando illud quod poteſt rectificari , & expellendo quod non poteſt rectificari . & hoc fit maxime in in omnibus febribus, & præcipue quæ ſunt incenſiuę,& etiam in omnibus temporis eius quando materia putrida non rectificatur niſi rectificando quod non poteſt rectificari : & expellendo quod non poteſt rectificari.

Alterationem euacuatio præcedere debet Gal.10.meth.quando infrigidas infrigidando nullo modo intendendum eſt ad diſpoſitionem tantum ita ſcilicet quod intentio ad cauſam relinquatur.quare infrigidatio ſit tanta;quòd cauſa febris non augeatur. vnde Auic.prima quarti non des trochiſcos infrigidatiuos, ſcilicet & ſtypticos , vt de roſis, & de ſpodio, nec zuc. roſ.in febre putrida: nā licet in hectica concedamus,id fit, quoniam curatio hecticæ ſuper contrarietate morbi eſt poſita ; putrida non ſolum ſuper contrarietate,ſed etiam ſuper abſciſſione cauſę, quā dicti trochiſci,& alia ſimilia prohibent: propter ea quod ſtyptica opilant,& tranſpirationem prohibent,& ſic ad putredinem faciunt. idem confirmat Auer.7. col. tamē in duobus caſibus ante digeſtionem , & euacuationem poſſumus vti frigidis ſtypticis: vnus quando cauſa febris eſſet fluxus ventris,aut vomitus, virtutem proſternens.ſecundus quando fieret magna à corpore tranſpiratio , aut ſudor plurimus,quo virtus proſterneretur . poſt digeſtionem,& materiæ euacuationem vti licet alterantibus frigidis & ſtypt.extingunt enim reliquias caloris,confortant membra, & quādo ante euacuationem danda ſint alterantia frigid.ſint & humida,ac talia, vt alterando putredinem mundificent , & abſtergant . & ait Aui.in die parox.non curabis febrem,ſcilicet cum infrigidantibus , quia prohibent citam reſolutionem,& ter.paroxiſmi,& hoc niſi caliditas fortia induxit accidentia de ſiti , vigilijs,inquietudine,& id generis, aut niſi fortiter reſoluendo virtutem fruſtrauerit: nec ſolum ad intra, ſed ad extra alterantia non adiūxeris,nec ad extra niſi materia minorata, prę ſertim ſtyptica.nec conceduntur virtute imbecilli,ſed forti,quæ infrig.non ſint intenſa: quia eſſent cauſa indigeſtionis , augendæ opilationis,febris,& debilitande virtutis . & hoc cauendum eſt non ſolum in febribus remiſſis,ſed etiam in acutis . & caue ne infrigidatio tua cadat in principio paroxiſ. cum ſit hora abſciſſionis materiæ , nec in augmento, nec in declinatione,cum ſit hora reſolutionis materię & ſudoris.ſed fiant in ſtatu.quę eſt hora feruoris.quidam concedunt in fine augmēti,quidam in die interpollationis , & etiam parox.per multas horas, vt Alex.

Euacuatio alia eſt communis,quę ab Auic. dicitur exſiccatio,alia propria,communis reſpicit materias communes corporis , & illas ſolam euacuat:propria proprium,quę facit febrem,ſiue ſit cauſa antecedens , ſiue coniuncta.propria eſt duplex,altera minoratiua,quę febris partē abſcindit,altera euacuatiua , quę totam febris materiam.communis fit vt plurimum in principio morbi, propria poſt communem euacuat,& qbus obuiat, ſed propria proprium humorem minoratiua poteſt fieri cum aliqua materię portio eſt digeſta : eradicatiua,cum perfecte tota minoratiua cū medic.leuiori virtute,vel doſi.communis pręparat ad minorationem,& hęc ad eradicationē. communis,& propria poſſunt fieri per pharmaca ſolutiua, vomitiua, per ſanguinis miſſionē &c.ſed aduerte, quod tres materiæ ſpecies in corpore febrientis è febre putrida reperiūtur:quædam ſeruant ſuā naturalitem,quamquam ſecundum primas qualitates mutatæ ſint ad calorem febrilem . & hæ ſunt materia febris putrida , neque antecedens , neque coniuncta, quamuis aliquando contingat ex febris malignitate vel errore fieri materia antecedens,& deinde coniūcta febris putridæ , & hæ non egent euacuatione niſi quantitatem excedant naturalem , aut in cauſam vertantur antecedentem . & tunc fiat vt per naturæ exonerationem,& alleuiationem melius,& citius natura febri reſiſtat.nec materia illa communis exuberans , & qualitate alterata relinquatur naturę.quæ vacare habet circa febrem,& materiam eius,&

derelicta corrumpatur, & fiat materia antecedens, & tandem coniuncta febris. vnde febrem augeat, & prorogat, vel in deteriorem dispositionem mutet. hæc materia non in febriente respicitur, tamen in pluribus vt in ephemera, cum homo est valde repletus, & in hectica primæ speciei; vnde euacuanda est ob præseruationem. propter ea in putrida febriente insunt aliæ materiæ, scilicet alię quæ sunt in eo necessario & etiam in ephemera, & hectica, quædam contingenter. quæ reperiuntur in omni febre siue ephemera, siue putrida, siue hectica & sunt duplices; quia quędā semper sunt in stomacho vel venis mesar. in orificijs earum, vt materię quædam fecales, & mucosæ, & chylosæ. quędam in venis cum sanguine quæ sunt aquosę, serosæ, vel vnctuosæ. & præter has duas in putridis reperiuntur aliæ materię vaporosæ magis, vt vapores corrupti à materia appropriata coniuncta febri putridę eleuati qui perueniunt ad corporis superficiem: quia non omnes petunt cor. sed quidam ad ambitum corporis nō expulsi. Idest retenti ob aliquam causarum. secundum totum, vel secundum partem ingrossantur ibi vapores etiam corrupti misti simul cum calore febrili à corde ad membra. vapores etiam eleuati à causa antecedenti febris, quę omnes materię alterantur à calore febrili, & disponuntur, vt corrūpantur, & misceantur etiam cum vaporibus corruptis, aut inflammantur maxime quę sunt vnctuosę, & prędicte materię tandiu in corpora reperiuntur, quandiu durat febris quę quotidie generatur, & alteratur. materię autem contingenter in febribus repertę non reperiuntur in hecticis, sed in ephemeris, ac multo magis in putridis: sed nec semper, sed in quibusdam corporis dispositionibus. & hę sunt aliquando sanguis, aliquando cholera, phlegma, vel melancolia, & aliquando sunt materię in stomacho generatę per viam indigestionis fructuum, herbarum, & huiusmodi pręter supradictas necessario repertas, & prędictę materię omnes dicuntur communes sicut & primę, vnde necesse est vt etiam illo modo euacuantur, imo multo plus cum alteratę sunt magis dispositę corruptioni quàm illæ, quæ naturam plus grauant. tertię materię febris putridę fuit materia approprianda febris, quę est duplex, scilicet altera quę verè computruit, & dicitur materia coniuncta febris putridę; quia ipsa posita ponitur & febris, & remota remouetur, altera, quę nondū computruit: sed est sub dispositione, sub qua si in corpore remaneat, necessario putrefieret actu. & esset materia coniuncta febris, & hęc dicitur causa antecedens febris putridæ. possunt etiam hæ tres materiæ adaptari febri humorali non putridę & quibusdam ephemeris veris, vt quę fit ab opilatione, nauseatiua facie tate, bubone, vomitu, fluxu ventris, & huius. nam. in omnibus his febribus materiæ peccantes debent euacuari. sed materiæ quę sunt proprię febris putridæ. nunc dicemus de euacuatione communium, deinde propriarum materiarum.

Quocirca palam est, quòd materiæ communes in diuersis corporis partibus sunt locatę. quædam in venis, vt sanguis, vel alius humor sanguini mixtus mixtione forti, & vnita, vel non vnita, sed potius separata, vt aquosę materię, & serosæ. quædam in stomacho, intestinis, & mesaraicis: quædam iuxta corporis superficiem, vt vaporosę, & vapores ingrossati. quædam in diuersis partibus, vt venis, vel receptaculis, quę tamen possunt petere stomachum vel intestina. & quia vnaquequę materia debet euacuari per conuenientē regimē, & loca situationis earum sunt quinque: igitur Auic. quinque canones ad earum conuenientem euacuationem, direxit.

Primus & vltimus ad materias communes contingenter repertas, tres medii ad necessario repertas. quare primus ait Auic. cum sanguis vinxerit, aut fuerit cum humore, phlebotomia est conueniens, si vrina fuerit rubea grossa, non citrina ignea, ex qua timeatur apud phlebotomiam victoria choleræ, & acuitas eius, neque liuida, neque alba, ex qua timeatur phlegmatis cruditas: nā vrina rubea grossa significat abundantiam sanguinis, & cō plexionem radicalem sang. quamuis æger laborat morbo alterius generis.

Secundus est de materia necessario reperta in stomacho, intestinis, & primis venis. vnde post phleb. si necessaria sit, fiat debilis solutio ventris, idest lenitio, si siccus fuerit venter, & fit vltimitas, idest medicamentum euacans materiam propriam febris, neq; laboriosum vel loco lenitiui fiat clystere.

Tertius veni ad humidas serosas, & aquosas, & hæc sunt, quæ vrinam prouocant debiliter vt syrup. acetos. cum radice apij, & huius. & hęc est conueniens regio materijs aquosis, & serosis.

Quartus postea veni ad materias vaporosas, & fac sudare ægrum, & aperi poros, vt excludantur vapores nondum ingrossati.

Quintus si humor tendit ad stomachum per signa declarantia fac vomere debiliter, & cum syrupo acetoso, & aqua calida, si ad intestina adhibe, quod leuiter soluat. quod si natura id per se efficiat, sine, & non diuersifices. tamen si ex. g. quis sudaret

ante

ante paroxîſmum;ſudor non eſt pars materię febris. ſi poſtea accederet rigor, ac in fine, ſiue declinatione ſudor: ſed eſt alius humor. primus,& quin impleantur,quando materię repertæ fuerint, ita quod etiam augumento,& ſtatu vniuerſalibus, vel particularibus, & ſi non inueniuntur in aliquo tempore nõ moueas,alij tres, qui diriguntur ad materias neceſſario repertus non ſolum in principio, vniuerſali, ſed ẽt in particularibus debẽt obſeruari omni tempore, quando materię dictę reperiuntur in dictis febribus. v.g. vir ſanguineus quadragenarius carnoſus ob captiuitatem multa comedit ex fructibus,& herbis, & poſt febrit febre phlegm. vidi vrinam rubeam groſſam. iuſſi clyſtere, ac poſtea feci phleb. ſequenti nocte accepit in aurora vnc. ij. ſyrupi acetoſi vt digeſtio materiæ appropiatæ febris fieret. poſt ſolis ortum exhibui cyphum aquæ hordei cum vnc. j. zuc. rubei, vt venter leniretur per abſterſionem, ante cœnam per duas horas exhibui vnc.iij.aquæ capil. vene. quæ digerit materiam, & vrinam prouocat, ſeroſos excludendo humores, & poſt horam vnam & mediam iuſſi eum fricari leniter cum panno aſpero calefacto vt vapores excluderentur.'& quamquam feci cooperire, non ſudauit. poſt cœnam per tres horas paſſus eſt nauſeam,& aſſumpſit aquam tepidam cum pauco aceto, & cum digito euomit humores viſcoſos tendentes ad colorem citrinum. vel viride, tunc ſumpſit mel roſatum colatum, & ſyrup. dictum ana vnc. j. & poſt ſolis ortum recepit clyſt. ex decoctione blitis, maluæ, & furfuris cum zuc. melle,& oleo communi, & ſale. prædicti cau pones non in omni febre putrida impleri poſſunt omnes, quia medicus non ſemper vocatus eſt in principio vniuerſale, & quia aliquando prædictæ materiæ omnes non reperiuntur, & ſaltem ſanguis indicans phleb.& ob nocumentum,quæ occurrere poſſunt. tamen ſemper implendi ſunt hi: quia ad materias neceſſario repertas diriguntur. hoc facto proceſſi cura febris phlegmaticæ nunc euacuationem materiæ appropriatæ aggrediamur.

Phlebotomia euacuat materiam appropriatam febris hum. febres vero,quibus competit phleb. ſunt duplices: nam in vna peccatum eſt, in ſanguine ſolo ſtante ſub forma ſanguinis, ſiue ſit ſanguis contradiſtinatus alijs humoribus, ſiue ſit maſſa ſanguinea, & peccatum ipſius ſanguinis. poteſt eſſe in quantitate, aut qualitate, aut in vtraque, aut eſt peccatum in ſanguine tum ſolo, ſed cum alio humore mixtus mixtione mala,quę ſequi poſſunt ſanguinem. aliæ ſunt in quibus peccatum eſt in vno vel pluribus aliorum humorum, & tunc autem cum eo peccat, vel cum eis peccat etiam ſanguis, vel non. ſi igitur ſit peccatum in ſanguine ſolo, phlebotoma ſtatim à principio nulla expectata digeſtione. quoniam eſt obediens, & aptiſſimus educi: quia eſt digeſtus: ſine mala complexione,& ſubiecto non peccat: vnde vena inciſa ſtatim fluet ſanguis. ſic per dictas rationes illico fiat phlebotom.ſi mixtus eſt cum alijs mixtione vnita, ſi peccat in quanto, ſi ſanguis ſolus peccat, aut mixtus cum alijs in qualitate, & illa mala qualitas, ſi eſt coniuncta putredini eo pacto ſecundum quod ſanguis, vel alij humores cum eo non multum ſit remouens à ſua naturalitate, nec ſit factus inobediens fluxui per ſuum malum modum ſubſtantiæ ilico à principio facienda eſt phlebo.non expectata digeſtione. quare his tribus caſibus fiat copioſa eradicatiua, quam quam in primo caſu facienda eſt ad defectum animi,in ſecundo minus, & in tertio minus, quàm in ſecundo conſentiente complexione, habitu, conſuetudine ætate,& huius. quocirca Auicen. prima quarti cum phlebotom. poſtponitur à principio non eſt vt amplius intentio: quia ſi eam fueris tantum, & talem, qualem in principio fortaſſe interficies ægrum; nam quotidie hum. alterantur, & remouentur à ſuis bonis conditionibus. vnde debilitatur virtus non bene regulans humores. & terminus ait Auicen. quarta primi non eſt poſt quatuor dies, ſed etiam poſt quadraginta, & quatuor ſi circunſtantiæ conſentient. ſi peccatum magnum fuerit in qualitate ſolius ſanguinis, vel cum aliis ita, vt non poſſit fieri phlebo. digere, ac poſtea fac eam, non eradicatiuam, ſed minoratiuam, conſentiente ętate, & aliis. ſic ſi in qualitate, & quantitate peccet ſolus, vel mixtus, & peccatum ſit paruum; ſtatim incide venam; ſi magnum prius digere. Auerro. ſeptimo collig. ait, quod phlebotom. fiat vbi ſanguis ſigna, apparent, ſed melius eſt, vbi eſt quantitas, & non malitia. quare maius iuuamentum phlebotomię expectatur in ſynocha inflammatiua, deinde in febre, in qua peccat in quantitate cum vno, vel pluribus humoribus. deinde in qua, & quanto; & quali ſimul: poſtea in qua ſanguis ſolus in qualitate ſecundum peccat. tandem in qua ſanguis cum aliis in qualitate peccat. verum ait Galen. vbi eſt, rigor fortis, & prolixus, quia ſignificant abundantiam humoris crudi, ne minuas, & pręcipue ſi calor corporis, & regimen præteritum atteſtantur; & caliditas

fequens fuerit breuis, & debilis & Auicen. de phleb. confulo, vt dimittatur vbi fanguis eft bonus, & humores alij peccantes : quando euacuabitur fanguis, qui non peccat, vnde debilis fit virtus. nec fiat puleb. in abundanti humore crudo, nec in multis febribus acutis: nam in febre continua, in qua corpus attenuatur, cito quæ eft caufonica febris adurens, & adducens cito faciem ad tenuitatem cuius hum. funt vehementis fubtilitatis. non fiat minutio, timetur enim cholerę ebullitio, & furia, & phlegmatis incrudatio vltima. & fi quando neceffaria fit, reiteretur, & præfertim vbi alij humores dominantur: quoniam in tali phleb. euacuatur multum eius, cuius euacuatio non eft neceffaria, ideft fanguinis, fecundò quia minus aliorum humorum quam fanguis euacuatur. tertiò quia debilitatem natura refiftendo in crifibus. quartò aliquando reddit alios humores deteriores euacuando frœnum eorum, cum plures erunt neceffariæ euacuationes. quintò ait Auicen. poftpone fanguinis euacuationem. quoniam & natura fic facit, & referuat ad poftremum, nec deferit nifi coacta, & ipfa peccatũ fang. fępe corrigit. Auicen. ait in febre fanguinea cum aliis humoribus fic in principio fiat parua phleb. in proceffu copiofa: quia quandoque contingit, quòd materia iam multum diminuta, & natura dominante refiduo materię ęger liberetur toto. fed ad euacuationem materię per medicinalia tranfeamus. Ait Gale. in meth. plurimæ medicinæ funt calidę, & ficcę febrem augentes. & Auicen. plurimum digeftiuum, & euacuatiuum eft calidum, & ficcum. tamen quędam medicinę funt frigidę & funt lenitiuę, & minoratiuæ, vt thamarindi. quædam funt calidę, item eradicatiuę materierum vt electuarium de fucco rof. verum ait Raf. 16. con. auctori. Hip. non des febrienti medicamen laxatiuum ante 14. diem, quoniam carnes febricitantium ante hoc tempus funt calidę valde, vnde attraherent ad fe medicamen illud celeriter, & fi medicina fuerit abundans: interficiet eum celeriter: fi modicum, augebit febrem, & longiorem faciet fpatium morbi, & ducet ad ictericiam. & fi medicamen fuerit forte, id quod non poterit corpus attrahere, laxabit fortiter, & inducet fpafmum ex violentia ficcitatis corporis. quod fi ęger faluabitur, & tollitur febris eius poft euacuationem fubuertetur poftea, & interficiet. quare in forti febre non fumas laxatiuum forte, nec calefactiuum, nifi opus fuerit.

Secundò exhibe in febre putrida medicinã appropriatam humori peccanti: quoniam fi fuerit aliter, mala inducit accidentia, & laboriofè, & anguftiofè euacuabit, & quandoq; quod fręnum erat humoris peccantis educet. vnde humor furiofus euadet. fit leuis, quoniã fortis agitat humorem, & inquietat, & periodum incitat. non fit valde ftypticum, ne opilatio noua fiat. & in euacuando, ait Auer. 7. col lig. fequamur naturam toto poffe.

Ter. non moueas ait Auic. in die paroxifmi fi fuerit poffibile: quia motus medicamenti contrariatur motui naturæ mouentis materiam è centro ad circunferentiam, & medicina è circunfe. ad centrum. quare poffet in caufa antecedente febris fieri agitatio vehemens quæ poffet effe caufa defluxus ad principalia, & fecundum naturam naturaliter operans mouet materiam, & facit crifim in die paroxifmi. coacte tamen aliquando mouemus vt fi febris accederet quotidie, aut conclufa non proportionalis, aut materia effet venenofa, & & furiofa, aut natura in die crifis moueat léte, vnde egeret auxilio, quo non exhibito timor effet, ne materia moueretur ad aliquod mẽbrũ principale. vomitus tamen fecurius, quàm fecellus pôt prouocari in die paroxifmi, quia humores in paroxifmo turbati mouentur furfum, & vt frequenter ad os ftomachi. fiat etiã in die meliori, vel declinatione, nifi in declinatione fieret euacuatio manifefta, vt fudoris copiofi, vel egeftionis. fi declinatio fuerit cum euacuatione, melius eft vt loco phleb. fiat fcarificatio in anchis, vel fecus anum apponantur fanguifug. & fecellus prouocetur per clyfteria. fi febris nunquam ceffaret omnino, euacuatio fiat cum tepefcit: vel hora frigiditatis, vt in aurora.

Quar. ait Hip. vbi natura repit, ibi ducere oportet, fi euacuet per conuenientes regiones. & Aui. non agas in euacuatione partem contra partem euacuationis naturæ quæcunque fit euacuatio illa: quoniam eius humores faceres redire per illud, quod facis in difpofitione ad difpofitionem motus paroxif. Idem ait non diminuas à prin. humores per medicinas quę faciunt ftatim redire paroxif. vt facit fcamonea fola exhibita in prin. tertianę. nam inflammat humores, & paroxif. fortior redit. & mirabolani citrini in tertiana, chebuli in quotidiana, & indi in quartana: quia opilant, & addunt ad putrefactionem. vnde redit paroxifmus maior.

Quin. cum in principio materia eft cruda, & multa, & virtus non fortis, aut times ne debilis per euacuationem euadat, ad digerendũ refiduum, tunc da medicinam fortem debilẽ, ideft dimidium dofis, aut virtutem eius, & proijce fubftantiam.

De vomitu ait Gal. 10. meth. q̃n humores impetũ faciũt ad os ftomachi, vomitu prouoca illos

illos:aliter autem non oportet præter naturam prouocare. & Auic. cum natura mouet humorem ad uomitum. f. quacunque hora particulari,uel uniuersali in principio vel ꝓcessu,præcedentibus,vel non præcedentibus aliis euacuationibus;non diuersificis eam ab eo scilicet sed adiuua si expedit.& Paul.si declinant,& non excitatur nausea ; non fiat uomitus.ait Ras.16.con.non detur febrienti medicinam vomitiuam , vt vomat ante septimũ diem:quoniã si vomeret,& in insultu morbi .i.in principio ulti.pateretur dolorem stomachi,asthma,tumorem ventris, alienationem & per medicinam vomitiuam intellexit fortem,siue detur ad minorandum,siue eradicãdum ob agitationem,quam poneret in materia non digesta.& idem ibi ex secundo epid. ait euacuatio cum laxatiuo in febribus est melior,quàm cum vomitiuo : quoniam euacuatio cum uomitu est fallax.

Clystere laxatiuum in omni febre putrida, uel acuta,ante uel post phlebotomiam vt ait Auicen.quarta primi est multum utile, cum ob exsiccationem, quam facit febris, tum ob materias in intestinis contentas non corrumpantur,uel Inflammantur : tum per expulsionem uaporum malorum, qui sunt in eis: & retenti sunt causa doloris ventris,deiectionis appetitus,& id generis accidentium malorũ: tum demum ob materias, quæ resudant à mesaraicis ad intestina,ut excludantur. Nec lenitiuum per os assumptum idem præstat:qa laxat stomachum,deiicit appetitum,& lienteriam præparat.quocirca ait Auic.prima quarti clyste.vsum sibi esse maxime dilectum. itaque quidam alternis diebus, quidam quotidie clystere iubent,hinc ait Auic.prouide, ne occurrat proximus , nisi venter sit vacuus à febribus,& aliis materiis in intestinis contentis.vsus clyst.maxime fit post phlebotomiam & alias euacuationes minoratiuas, & eo magis quando materiæ sunt in inferioribus vẽtris,sed quando in superioribus medicina lenitiua per os assumatur.& hoc in loco considera ægri dispositionem , & aptitudinem ad hanc vel illam sustinendã.Rabi ait in 13.par. cuius virtus est fortis,clisteriza. cuius est debilis fac suppositorium.fertur 4.regu.acu. ꝙ qui habent carnem raram,leuem , & facilem resolui,& est pinguedo , vel macies dominans , omnia purgantia sunt dubia , & timorosa.sed curandi sunt clysteriis,& suppositoriis. in febribus acutis non facias clystere acutum,nisi accidens aliquod cogat, imo nec in principio febrium putridarum : quoniam mouent materiam.& si accidens instet, ante clyst. acutum fiat lenitiuum. & ait Auicen. quarta primi clystere acutum debilitat hepar , & producit ad febrem post principium tamen in putridis è materia frigida conceditur,ac magis si solutiuum exhiberi non possit, & materia purganda sit in locis propinquis intestinis,stomacho , vel capiti. vnde ait Auicen.quarta primi enema est medicamentũ nobile in attrahendis superf. à mẽbris principalibus superioribus. si verò materia esset in venis remotis , ad quas virtus acui clysteris peruenire non posset ; ipsam non administres.fortasse.n.agitaret materiam, & non educeret.

De euacuatione per vrinam ait Auic. prima quarti non prouoces vrinam nisi præcedant dictæ euacuationes, præsertim post euacuationem minoratiuam.reitera si opus fuerit ad mundificationem intestinorum, stomachi,& mesaraicarum,hepatis,& venarũ emulgentium à materiis in eis contentis: nã si diuretica inueniunt materias malas in dictis locis,mouerent eas versus hepar,& obstruerẽt ipsum:si in hepate mouerent eas ad venas, & eas obstruerent,& augerent febrem: sed mũdificatis his omnibus diuretica sunt valde vtilia, vt ait Auer.7.collig.nam tunc præcipitãt reliquias materiæ,quæ remansit,& opilationes aperiunt,& febrem amputant. Vsus eorũ sit in febribus phlegmaticis & aliis omnibus chronicis,& incipe a debiliori,& gradatim ascende,& præsertim , in his qui sustinent ardorem nrinæ.quia cum calidis misce frigida & quoniam aliquando,ait idem,inducunt angustiam, inquietudinem , & corruptionem stõi membra principalia ut in declinatione diureticorum adde masticem,vel zuc.ros.

Post prædictas euacuationes si opus fuerit, fac sudare,quæ prouocant urinam subtiliando humorem deducunt eum ad aqueum humorem, quæ sudorem, subtiliando humorem deducit illum ad quandam humiditatẽ subtiliorem illa. prouocatiuum sudoris , & urinæ non exhibeatur ante euacuationes prædictas,nec post si remanserint opilationes in poris cutis,quia opilatio augeretur diuertẽdo materias illuc,quæ non,possunt sudore euacuari.quia prius aperiuntur pori cutis . Sic a debiliori sudorifico incipe.dixit Auerro.7. collig.si materia febris fuerit frigidus humor & siccus abstinendum est ab his, quoniam sic ca non debent quartanariis exhiberi.& si uis, frange siccitatem cum succo liquiritiæ,& zuccharo uiolato.nec in febribus ualde acutis sudor est prouocandus , & in quibus timetur arefactio corporis,& consumptio , nisi materię essent contentæ extra cutẽ, & id caute fiat adhibendo frigida,& humida intra,& extra,qui corrigant arefactionem . prouocatur sudor ab extra , & ab intra . leuia sudorifica

omni

omni tempore morbi intus, & extra possunt applicari fortia non stante plenitudine maximo quæ ab intus, ne materias deducerent ad uenas,& uersus cutem, & in opilationem adderent.

Euacuatio insensibilis est omnium postrema,ideo Auic.supra.post prouocationem vrinæ , fac sudore & aperi poros , ideſt si insensibiliter euacua. sed ait Galen.10. metho. prohibetur fortis apertio pororum stante plenitudine maxime in facili resolubili,ut raris, lenibus,subtiliorum humorum,& spirituum uel ætate ut in pueris,constitutione aeris calida,& sicca aut in pestilentiali . & ii. metho. non rarifices nisi euacuato corpore, corpus nec partem nobilem : calefacere.n. hypocondria & præcordia non est semper infallax, sed fiat in illis infirmis , quibus nihil est superfluum in toto corpore, & Gal. ibidem. crebra applicatio & immutatio auxiliorum præsertim resolutiuorum maximum malum in his,qui non sunt phlebotomati, & est non maximum in phlebotomatis:nam in phlebotomia etiã in synocha febre apta nata est nocere:incensa enim viscera multo calore ambu runtur & assantur.& Gale.10.meth. quando instat magnitudo febris,vt in synochis , non uteris vino,nec balneo , nec vnctione rarifaciente : sed tunc cum apparet humorum digestio, quæ significant virtutem fortem : & tempus frigidum.cum igitur leuiter transpirare uolumus,eligamus calida in primo gradu: cum fortiter, calidiora , sed non multum eleuata,& prius fiant leues frictiones . & quando inunctio fit cum oleo solo , absterge postea, ne opilatio sequatur: si cum oleo mixto,cum aqua,vel vino,non est necessaria absterſio.

Duodecim dictum est,esse intentiones curatiuas febris putridæ,inter quas est leuiticũ medicamen,ut manna,cassia simul, vel separatim in bollis,vel cum aqua hordei, sed maior in dosi dissoluta.item conditum recens de violis,succus granatorum. in febre phlegmatica, vel melancolica optimum lenitiuum est ius galli decrepiti à vnc.vi.vsque ad lib.1.Clystere lenitiuum fit cum iure pulli, uitellis ouorum,& oleo uiolato.ait Gale.in li. de Cly. constrictio egestionis ægritudinem auget, & facit furere humorem,debilitat operationes naturales. & corrumpit animales inducendo grauem somnum.& mentis alienationem. recitat Ioannitius Clyst.mitigans febrem R. vitellos ouorum n.2.croci chirat 12. olei rosa. vnc.2.vini cocti vnc.iij. compone cum aqua hordei.mitigat ait Ras.inflammationem , & sitim valde.

Vacuant materias serosas contentas in gibbo hepatis,& venis, quæ leniter prouocant vrinam , ut in acutis aqua seminum communium frig.& emulsio eorum bibita ad vnc.iii. aut aqua solatri,endiuię,scariolæ,& id generis.in phleg.aqua fœniculi, vel pluuialis, in qua bullierint radices apii, vel fœn. aut cicer rubeum.prouocantia dentur post lenitionem, siue processerit phlebotomia siue non.

Materias communes sitas iuxta cutem euacuant prouocantia leuiter sudorem, vt aqua hordei cum zuccharo in acutis bibita ad vnc. iiii.in aliis febribus vinum album debile limphatus ad vnc.iiii.post lenitionem ventris,& prouocationem vrinæ,postea cooperi, ut sudor exeat.ait.S.dinami.bulliat semen lini in aqua,& liga in pannum bene expressum,& pone super stomachum calidum.

Materias communes prædictas euacuat vomitus.sed caue,aiunt quidam in acutis :quia febris fit intensior,nisi humor irruat ad stomachum.tunc si expedit prouoca cum aqua hordei tepida,& modico aceti,aut syrup. acetos. vnc.ii. in phleg.oximel simplex sumpto uomitiuo circiter quartum horæ prouocetur , uomitus digito,uel penna.

Deopilatio fit remouendo causam primitiuam opilantem si adfuerit, leuiter fricando totum corpus ante cibum , omissis prius superfluitatibus,incipiendo à superiori ad inferius, quidam fricãt cum aqua decoctionis florum chamæ.meliloti calida, quidam cum oleo chamæ.solo,uel mixto cum uino albo debili,uel cũ aqua,& fiat quotidie frictio semper diuturnior,& asperior.Auferunt ad causas opilationis corporales digestiones humorum opilantium,& syr.acetos.simp. est digestiuum omnium humorum.

Post digestionem si materia perfectè digesta fuerit,& febris est de reseruantibus materiam ad unicam criticam expulsionem,dimittatur naturæ.si tamen ea non moueri t,eradica,si uerò non fuerit perfectè digesta , aut nõ fuerit febris reseruans materiam ad vnicam expulsionem , minora eam minoratiuo non debili.

Ablationem,& prohibitionem putrefact. quidam complemento,ut frigida , sicca,vt acetum,aqua ferrea,acetosa, granatam muza, acetositas citri quendam prohibent ut sandali , rosæ vt camphora , & quædam à proprietate , vt sunt calida , vt cinnamomo cortex citri,capiluene.sticados, eupatorium, & Theriaca.

Inflãmationem febrium acutarum extingunt syrupi uiolati, nenupha.cucur.de endiuia,iuiub.manuschristi,triasan. narcotica lenia, vt syrupus de papauere nigro. Ras.17. con.R.sand.citri.vnc.ii.ros. vnc.x. semin.lact.

citrul.

citrul.ſpodii ana vnc.i.fiant trochiſci.da vnc. ii.cum aqua roſata.liberatur patiens à febre acuta uno die.

Alterantia ab extra non debent regulariter adminiſtrari, niſi pauca exiſtente materia, aut multum minorata.aliquando coactus à ſumma inflammatione utere: ſed caue in debilib. & extenuatis.quare embroca hepar, quia ęquatur eius complexio,& venarum.ſed ne val de infrigides præſertim hora ſudoris, & reſolutionis:nam eſſet cauſa longa morbi.ſic cor, ſic caput niſi grauitate,uel catarrho aliquo teneatur.ſic renes,ſic teſtes,ſic ſtomachum. Ad confortationem virtutis, & membrorum exhibe cibos opportunos, & extingue malam complexionem,quæ deiicit virtutem.

A proprietate febrem aufert, ſi in nomine ſaluatoris ſcindes ramos ebuli & cum uino albo des ante horam paroxiſmi.& caue ne dormiat.quoniam aufert omnes febres,item hepar leporis tritum,& datum cum aqua ſcorpio.ponatur in lib.1. olei Luna decreſcente, vel quando eſt in gemini, & unge ſpinam ter tia:quartanarii,& quotidia.ſtercus gattę cum oleo de lilio inunctum tenuem febrem ſanat. coagulum leporis in pollice manus detētum ſanat.ſter.hum.bibitum cum melle, uel uino conuenit omnibus paroxiſmis. Qui uult à putridis febribus præſeruari,uitet cauſas, & maxime facile putrefactibilia, quæ opilationes intrinſecas generant,aut poros cutis obſtruunt,vitet ſatietatem nauſeatiuam, & quę prohibent bonam digeſtionem, vitet ſuperfluitates in qualitate,& quantitate, & aggregatę euacuent,& ſępe vtatur his quæ putref. reſiſtunt ſiue cum qualitate vt acetoſa ſiue à proprietate, vt aromatica, & vnc.i.theriacæ cum aqua calida in omnibus decem diebus, tempore hyemis pręſeruat à febre putrida,ab epilepſia, & à colica, & ſanitas fit omnium membrorum.

De febre ſanguinea.

FEbris ſanguinea eſt calor accēſus in ſanguine.& hæc eſt duplex.ſ.ſine putredine.& pur. & Serap.febris,quæ ab initio ad finē eſt vnius paroxiſmi.ſit ex ſanguine, qui calefit calefactiōe ſola,& ſit febris ſimilis febri ephemeræ: quia eſt humoralis ſine putredine.quando āt putrefit proprie in inſtrumentis magnis, accidit febris,quæ eſt acutior illa,& eſt humoralis putrida.ſed dubium eſt, vtrum ſanguis putridus remoueat,aut conuertatur in aliū humorem. putrefit ait Galen. ſanguis uel quia non tranſpirat,uel quia non regitur a natura ob multitudinem.& putrefactus ſeruet analogiam paroxiſmi tertianæ. quia pars ſubtilior conuertitur in naturam bilis flauę: craſſior nigrę,ſed ſubtilior eſt velocior. vnde prius.ſed ad cognoſcendam febrem,calor eſt ſuauis,& mitis ſi eſt ſanguis putrefactus ſtans ſub forma ſang.quia ſtat in materia humida. ſi factus ſit cholera,calor eſt mordax, & acutus, quę ſit ob multitudinem ſanguinis eſt media inter ephimeram, & putridam.& vſque ad quartum diem ſtat ſub forma ſanguinis, ſed poſtea vertitur in choleram.& ait Gale. non dicat aliquis,qđ putrefactio ſanguinis, quæ eſt in uenis dicatur putrefactio vniuerſalis adeo vt omnes humores ſiue maſſa ſanguinis tota putrefiat:nam cum natura eos rectificare non poteſt,membra nutrimento priuarentur & virtus caderet, & mors ſequeretur.

Sanguis non eſt cauſa alterius febris quia eſt uicinus temperamento.quia non calefacit alios humores. ſed alii putrefaciunt ſanguinem.febris ſanguinea nō putrida dicta eſt ab Auic.febris profundi ſomni facti à multitudine vaporum aſcendentium, condenſatorū, & humectantium cerebrum,& à medicis dicitur ſynocha inflatiua:quia cauſat inflationem ex multitudine uaporum, dicitur etiam aſtmatica,quia cauſat difficultatē anhelitus; quia repletę uenæ,quæ ſunt circa cor reddūt anhelitum frequentem.

De cauſis febris ſanguineę ait Gal.9.meth. opilationes factæ à multitudine ſanguinis q̄ maxime ſunt circa ora venarū,& arteriarū,& pori cutis non ſunt potētes generare ſynochā ſine putridine, niſi quod tranſpiratum fuerit multum, & calidum. nam cum dixit.dicitur calor tegi interius ſtrictis poris,non oportet exiſtimare certiſſimam factam eſſe dēſitatem, vt nulli eorum qui ſufficienter ſubtiliati ſunt humorum concedatad quod exterius fluere: neque enim hoc in oſſibus, uerum erit nondum in carnibus, & cute augumentatus eſſe ſanguis conculcatur. & conculcatus calefit ſicut accidit ſegetibus cum uirides conculcantur in horreis ſic à ſanguine multi fumi eleuati nō potentes prę grauitate naturę, & opilationibus educi ex corpore, ſed retenti inflammantur,& inflammant ſanguinem, cuius inflammatio peruenit ad cor, & facit febrē.& Girar.augumentatus ſanguis peccat quātitatiuè & aggrauat naturā ſua nimia quātitate.& non ſubleuat, ſeu depuratur.plurimi igitur uapores ab eo reſoluti, & non educti ipſum calefaciunt, & ſpiritus naturales & uitales in venis,& arterijs contentos.& ſic fit febris ſynocha inflatiua ſine putredine.qñ autem coniugetur repletio,& opilatio fit febris ſanguinea putrida. alia cauſa eſt primitiua,ut aer calidus,& exercitiū.item aquoſitas in ſanguine multa facta à fructibus aquoſis qa

talis

talis humiditas facit putrefactionem, itemq; humor crudus factus ex fructibus, ut pomis, pyris, & melonibus. & hęc febris dicitur synocha.

Febris sanguinea à principio ad finem remanet semper eodem modo, & dicitur omotonus: aut augetur paulatim, & dicitur augmastica: aut paulatim minuitur, & dicitur paraugmastica. quando augetur, est, quia id quod putrefit est plus, quàm id quod resoluitur quando minuitur contra. quando remanet, tantum est quod putrefit quantum quod resoluitur: initium verò harum specierum febris erit, cum nondum apparuerint signa digestionis, vel contrarii eius. cum inceperint apparere: erit augumentum, cum perfecte, erit status. dixit Aui. febris sanguinea sine putredine quandoque mutatur in hecticam. quod potest accidere ob approximationem rerum frigidarum ob quas calor naturalis multum minuitur in membris. quare non possunt nutrimentum regere, sed prę penuria nutrimenti postea inflammantur, & accenditur calor, qui est febris hectica, quod rarissimè contingit. & Auicen. si aliquando in tali febre sanguinea infrigidetur multum caput, mutatur in letargum: si cerebrum, in subet: si sanguis descenderit ad pulmonem fit peripneumonia. si ad paniculos pectoris fit pleuresis: si ad uentrem hydrops timp. si in crisi per uiã deriuationis, fiunt varioli, & morbilli. durat vt ait Auic. febris sanguinea vsque ad 7. dies & resoluitur per sensatam euacuationem sanguinis narium, mensium, excretionum cholericarum, & sudoris quandoque facit etiam apostemata in emunctoriis, & pustulas in cute.

Signa generalia febris sanguineę sunt hæc ait Alm. hanc febrem præcedunt grauitas, scilicet membrorum, pigritia, extensio, plenitudo, & dispositio, quæ lassitudini. s. extensiuę, vel apostemosę assimilatur. in somno est superfluitas, & amentia, & stupor, & maxime post somnum longum, in capite grauitas, & præcipue in fronte, tymporibus venarum exuberantiũ in toto corpore, pruritus in oculis, naribus, & locis, vbi ventosas apponere consueuit, vel fieri phleb. Isaac addit ruborem coloris corporis, & calor in superficie. & quidam dicunt, percipitur ut sensus uerberati cum re contundente, non fatigante cutim.

Signa specialia recitat Gal. 9. meth. quæ reperit in iuueni febrienti febri sanguinea non putrida. & hęc sunt. febris sufficienter calida: qui calor ait Serap. est similis calori febris ephemerę, mitis, non mordax. pulsus est ęqualis, maximus, citus, spissus, & uehemens, & arteria nec dura, nec mollis ob humiditatem mollientem, est magnus ob fortitudinem virtutis, & obedientiæ instrumenti, est plenus ob multitudinem sanguinis, & frequens ob necessitatem. vrina in colore, & substantia est similis sanis, ac citrina Alm. est rubea spissa. color rubeus est in facie, & oculis, & Alm. in naribus. inflatio faciei, & oculorum, & timporum, & repletio maxima. incipit hæc febris ait Alm. & Auicen. sine tremore, & rigore, sed cum calore & nullam habet interpollationem. in mane tamẽ ob aeris temperiem sentit æger aliquam remissionem, inflammatio est fortis, ait Alm. sed talis apparet ęgro. sed mitis calor uidetur medico. adest dolor capitis pulsatiuus, inquit Gal. de iuuene ob repletionem arteriarum capitis cum inflammatione, & grauitate, ait Sera. adsunt, ait Guiliel. uigiliæ insuaues, inquietudo, & maxime si uapores fuerint mordicatiui, aut plurimi sed si mites, pigritia, grauitas corporis, & profundus somnus. ait Gal. reliquit cõsueta exercitia. & Alex. copiosus vini uetusti, crassique vsus, & multę carnis Ras constringitur anhelitus. idem affirmat Auic. & Serap. Ras. tactus eius est sicut corporis balneati. Auic. non sudat nisi apud crisim, prurit nasus, cadunt lachrimæ ex multa humiditate laxante contentiuam oculorum. Zoar accidit sitis in augumento, & statu cum siccitate linguæ, & ariditate. Gerar. apparẽt lampades ante oculos licet tenebrositas adsit ob vapores sãguinis rubeos. Guil. uident in somnis res rubeas. Ferra. est dulcedo in ore ex fumis resolutis, & sanguine inspissatis circa linguam. Auer. 4. colli. adsunt suspiria, & inquietudo.

Signa synochæ de putredine sanguinis sunt pulsus, ait Haly, qui nimium est diuersus, & urina rubea alichina: Guil. vrina fętet, perturbata, & liuida, & pulsus inordinatus.

Signa cõia vtrique febri est pruritus in naso, & loco uentosationis, & phleb. difficultas anhelitus, profundatio somni, & caliditas per totum corpus æqualis: tamen in putrida est magis similis causoni, & sitis est maior, & uigiliæ, & inquietudo, & tristitia, & in putrida pulsus maior est systole quam dyastole, in inflatiua contra. ait Gerar. synocha putrida magis consueuit euenire tempore pestis, quia sequũtur alia accidẽtia in statu mala, ut uariolę, nimius sanguinis fluxus est è naribus, difficultas anhelitus, & herysipela. dixit Alex. si hæmor. uel alius sanguinis fluxus clausus fuerit, maximum signum est synocham esse. Aaron ait. Febris sanguinea, quę cõtinuo augetur est maligna adurens. quæ continue minuitur, est salutaris, quæ in una dispositione permanet medio modo se habet. se-

cundæ ſpeciei non euenit declinatio vſq; ad 5.uel 6.dies.

Signa longitudinis,& breuitatis febris ſanguineæ dixit Auic. ſumuntur ex feſtina ſignorum apparitione, vel tarda,& ſymptomatum malorum.

Inquit Alm.17.con. ſi patienti hanc febrē accidit ſubeth,aut vigiliæ ob multam inquietudinem per lectum, & venter eſt inflatus, & ſonat cum percutitur, vt tympanum, vel eſt molli inflatione non ceſſante,& apparent in corpore puncta minuta, ſicut morſus pulicis, recede ab eo: nam ait Iſaac. cauſa eius eſt fumus peſtilens factus ab ebullitione humorum corruptorum cum extraneo calore, & maxime ſi in extremitatibus apparuerint petiæ liuidæ:ſignificant enim vſtionem humorum, & calorem naturalem ferè extinctum. Difficultas anhelitus magna ſignum eſt malū & 2. meth.ait.quòd niſi in aere frigido ſenſerit refrigerium, non eſt bona ſpes,& cum hoc virtus eſt debilis,& digeſtionis ſigna non apparent, neceſſario morietur.ait Raſ.17.con. vidi in febre ſanguinea ex putredine ſanguinis,& multitudine fieri ſirſen, & ſubeth, aut lethargus accidat,lethale eſt. uentris ſtipticitas ſignificat choleram moueri ſurſum. Paſſio.ait. ſi ſynochus habuerit excreſcentias;lōgiorem efficiet febrem,& non ſine periculo. fertur,quòd ſi eis ſomnus ſit laborioſus, & à ſomno ſurgunt grauiores, & huc, & illuc inordinatè ſe mouent, & cum magna anguſtia ſine ſignis digeſtionis, talia mortem ſignificant,& eò magis ſi apparent in corpore puſtulæ nigræ, liuidæ, uel igneæ.

De ſignis bonis ait Raſ.17.con.ex Hippo. 2.de humo. ſyncopis in febre multum ſanguinea ex inflammato multo ſanguine uirtute forti eſt ſatis iuuatiua, quia infrigidat corpus,& extinguit febrem.

Si in ſynocha vrina multum incenſa albā, & continuam habuerit hypoſtaſim, breuem, & eucratam eſſe ſignificant.ſi rubeam,leuem, & continuam habuerit; longam, ſed eucratam. facilis reſpiratio, bonus anhelitus, facilis motus bonum pronunciat. urina incenſa ſine hypoſtaſi, & cruda perſiſtens ſignificat à longe timorem: incenſa cum mala hypoſtaſi breuem, & diſcratam.aiunt quidam quantum eſt ad primam apparitionem ſignorum digeſtionis: tantum ab illa appa.ad criſim, unde ſi apparet in prima quarta, criſis erit in prima 7.ſi in prima 7.criſis erit.in 14.

Curatio.

SYnocha inflatiua,& putrida ſunt acutę.quare non dant inducias.diæta ſit earum rerum, quæ ſanguinem minime augent, ut caro, & vinum.& id in febre, & poſt eius remotionē. quæ facile putreſcunt, caue: ne in putridam, febrem uertant inflatiuam, uel putridam augeant caue quæ actu, uel potentia calefaciunt vt ignis, ſuffumigium, ira, triſtitia, ſtrepitus, uigiliæ, labor. caue multum cibum, & retētionem omnem ſuperfluitatum. totum uerò regimen ad frigidum tēdat cum pauco ſicco, ut ſanguis ingroſſetur,& hum.minuatur, & utere ſemper diæta tenui,& magis in ſtatu habita ratione complexionis, compoſitionis, ætatis,& id generis: nam qui ſunt rari, habent debilē ſtomachum, qui in ſubtili diæta nimiū attenuantur,& ſi uirtus eſt fortis, ait Haly.ciba ſpinac. cucur. portulaca, lactuca, cucum.aqua granatorum.& Raſ.da aquam hordei,& ſi uirtus eſt debilis,adde ius pullorum.& Serap.poſtquam lenitur natura,da aquam hordei,& non ante, & ſi natura eſt ſicca damus eam cum aqua granatorum muzorum cum ſecaniabin.ſi non eſt ſicca, da lentes excorticatas, Auic.ait, prima recentia, & medulla citrulli,& cuſcutæ in ſicca, in non ſicca natura & pyra odorifera. dixit Roger. ſi ſtatus eſt pinquus, uix da lac amigdalarum,& nebulas. potus ait Gal.9.meth.ſit aqua frigida niſi qd prohibeat, ſi natura eſt ſicca, ait Ser.aqua prunorū, cucurbi.cū zucc. aut iulep. uiolato aqua citruli.poſt apparitionē digeſtionis aqua frigida, aut cocta cū pauco zuc. aqua hordei cum zucch.aqua cum aceto, uinū granatorū, uinū leue, bene lymphatum præſertim in declinatione, in qua reficies cum largiori uictu, & tunc regimen ſit ueluti febris phlegmaticæ, quia phleb.& regimen præteritum reprimebunt calorem,& hum. & frigidita. induxerunt.hora optima ait Paſſio. ſit in prandio.

De aliis rebus non naturalibus ſit camera uerſa ad ſeptentrionem in æſtate, uel terrena, ſæpe irrorata aqua.& ornatu floribus, & foliis uitis, ſalicis,& huiuſmodi.odoret mala citonia, perſica,& id generis,& fiat ampulla aquæ roſ.ferè plena cum puluere roſarum, uiolarum, ſandalorum,& pauco camphoræ. Gaudeat tamen ſi ſtuporem, ac ſomnum profundum corriperet eum, cum frictionibus, & ligaturis excita.quotidie egerat.regimen in putredinali declinet ad frigidum, & acetoſum ſanguine inflammato cholerico ad frigid. & hum.& ingroſſandum aquoſo ad ſiccum, groſſo per phlegmā, aut melācholiam ad ſubtiliandum,& incidendum.

Ait Gale.3.meth. ſynocharum curatio eſt phlebotomiā, & aquæ frigidæ potio, ſed ait Rabi.10.particula ſit potio poſt digeſtionē, ſi fuerit cum putredine febris: ſi uerò ſine putredine,

tredine, datur expectata nulla digestione.nec p̄termittas phle.quia si habebis intentionem ad causam euacuandam augebis febrem:si ad discrasiam detinebis multos humores in corpore,& si ea quæ dicta sunt alias,memoria tenueris,euacuatio habet plures intentiones, & alteratio vna.vnde prius est euacuandum quam alterandum. intentiones quæ respici debent, sunt sanguinis repletio, materiæ alterius malæ, vel corruptæ in corpore inuentio, quæ est aut materia communis, aut materia accidentalis sanguini mixta, vaporum à sanguine eleuatorum multitudo, obstructio pororum.& hæ quatuor in vtraque synocha cō siderantur, sed in putredinali aliæ duæ.s.peccatum substantiæ sanguinis in subtilitate,aut aquositate, & in grossicie, vel viscositate, & sanguinis putredo.quare necessaria primo est sangui.euacuatio.sec.mundificatio sanguinis & corporis ab aliis materiis.ter.resolutio vaporum.quar.apertio.quin. æquatio substātiæ sanguinis quæ potest dici digestio. sex digestio,quæ est putrefactionis correctio,& prohibitio.

Primum igitur phle.est ęger nulla expectata digestione,& nulla hora electa, si febris ait Gal.9.met.adfuerit à sola obstructione, ut sunt,qui synocha laborant inflatiua,& in synocha facta ex multitudine humorū sine opilatione & putredine, sed in synocha ex putredine,quia impossibilē opilationem,& putredinem sanari ex phleb.aliis etiam indiget auxiliis.& ibidem ait.nisi phlebotomati fuerint in summam venerint discrasiam, nisi fluxus sanguinis copiosus, vel sudor apprehenderit, & suffocabuntur, uel in syncopim deciderint vel debilitatur nasorum natura ob calorem, & 2.meth.non solum in inflatiua, sed in putredinali statu à principio vena est secanda: nam ait Isaac.non totus ebullit sanguis,& putrefit, licet sit totus aptus putrefieri ob continuitatem,& transitum eius per vniuersas corporis venas,actu tamen aliquando putrefit in vna,uel pluribus partibus, & aliquando putrefit in toto, sed non totus. Haly.inquit in primo.2.vel 3.die quo mouetur sanguis,incidatur vena nigra,vel basilica.& Rabi.vena nigra,quæ est vena cordis & Viat.considera virtutem,ætatem,complexionem,tempus,aerē, & consuetudinem,quę si omnes conueniāt, & maxime virtus,incide venam, sed ante statum.in statu,& augumento caue, & præsertim phleboto.copiosam: nam in his duobus temporibus non virtuti confidemus ęgri. quare tūc regimine extinctio vtemur.in phlebotomia respice stomachi dispositionem, & cibum digestum, an non.si non est digestum uomatur, si necessaria sit phlebotomia subito. sanguinis quantitas sit ad syncopim, uirtute forti, & ętate uigente, tam in putrida, quam in non putrida sanguinea. hoc docet Galen.Serapio.& Ras.qui ait si est debilis virtus non una uice, sed bis incide uenam:& addit.& ciba illum cum medulla panis, & aqua granati muzi, uel agrestæ: deinde minue. Auer.autem ait ducere ad syncopim non est naturale, immo erroneum.quia natura id non facit nisi in crisibus malis.& intentio debet esse ad extractionem sanguinis secūdum quantitatem. unde remaneat debitus.& Gal.intellexit usque ad infrigidationem.& idem Gal. 9.meth.ait. quod necesse est tantum auferre sanguinis,quantum uirtus tolerat.& 2.meth. si multum sanguinis euacuatū fuerit,aut nutriendo febrem augebis, uel non nutriendo virtutem dissolues. dixit Isaac,si pectus, dolet, phleb. hepaticam:si non mediariā.& dicunt quidam, quòd peccante sanguine solo in quantitate fiat è vena brachii dextri: si acutus,& multus è vena sinistri propter feruorē cordis.& Auic.ait. si syncopis superueniat p̄ viam resolutionis,& cibo subtili,& quiete refice:si p̄pter morsum stomachi à cholera post phlebotomiam per plures horas ait Gal.exhibe cibum.& 9.meth.præcepit vt dormiat ad corroborationem virtutis defectæ ob sanguinis emissionem, & dormiat usque ad primā horam noctis.ciba etiam cum pane,& agrestę succo.& 2.meth.patientes synocham phlebotomari plurimi in 5.die crisim habuerūt:quidam ad 7.longius autem nullus.& Haly.unde autem febrem extirpabis, aut breuem facies,nec timebis mortem. Dixit Auic. si vena non permittatur incidi,incide venam frōtis, aut appone uentosas in loco conuenienti,idē Viati.ait.scarificatio cōpetit,si uirtus est fortis:quia sola uirtus morbo repugnat: & aliæ circunstantię non adsint.si alię uigent, & virtus non; nihil facies. & si natura aperiet hęmorrhoides,uel sang.narium, non impedies nisi syncopis superueniat.

Materię communes ante phlebotomiam euacuandę sunt, quando in stomacho, in intestinis,& uenis mesaraicis essent materię malæ corruptę, quę possibile esset, ut ad uenas per phlebotomiam attraherentur, & presertim si satietas nauseatiua, & regimen inordinatum in potu, & cibo præcesserit. cum uerò repletio suffocatiua cogeret, statim phlebotom. est, & postea uenter leniatur. & quando materię essent ualde paucę, aut materię contingenter continerentur in uenis: has materias communes euacuat decoctio prunorum, thamarindorum, passularum, terreniab.& cassia, ait Serapio.& Alman. cum succo granatorum

acerborum. & Viat. cum manna, & violis. & nisi lenitiuum tale possit exhiberi, ait Ser. fiat clystere lene. idem affirmat Auicenna & quoniam materiæ contingenter reperiæ sunt plures, quàm possint, prædicta lenientia educere, vel sunt in venis remotis, ad quas non perueniunt educ cum medicina illis apta prædigestis, vt ait Auicen. cum mirab. citrinis, & indis, & fumoterræ, cassia, & id generis. & hęc euacuatio fit, vt mūdificet sanguine à materiis corruptis cholericis, & adustis cibi mixtis: vel cum aliis appropriatis, aut cum reubarbaro si cholera mixta esset cum sanguine non adusta; & cum educentibus phlegma, & melancholiam.

Tertia intentio est pororum apertio; & quarta est vaporum resolutio, quæ duæ complentur per frictionem, & inunctionem aperitiuam. ante phlebotomiam fiat frictio leuis & inunctio post. & si phlebotomia sufficeret ad febrem sedandam, ad resolutionem reliquorum vaporum, sufficiet lenis illa frictio, nisi multitudo vaporum remanserit, tunc frictio facienda est cum mandili mediocriter aspero, & postea vngendum est corpus cum pauco oleo chamæmelino, & vino albo subtili paruo, & aqua decocta ampliori simul mixtis, & calefactis. & sedata inflammatione, ingrediatur balneum temperatum; & cum furfure, ait Ras. in diuisio. frica multum, & itera, deinde dormiat, vt sudet.

Quinta rectificat sanguinem, vnde ut vult Galenus attenuantibus, & aperientibus, & mundificantibus sine caliditate, vt febrem non augeas. & id fiat inquit Auicenna post phlebotomiam uel aliam euacuationem, si phl. fieri non possit. vnde potest exhiberi syrupus acetosus, acetosus, aqua seminum communium, vel capilueneris, endiuiæ, & id generis. & hoc in sanguine viscoso, & grosso, qui si multum sit grossus, & viscosus, digeratur cum calidis, qui non obsint febri, quæ non sint eleuata in gradu. Si sanguis sit subtilis ait Auicen. ingrossa cum robub, syrup. iuiubarum, qui fiat ex decoctione iuiubarum, & cum zucchato fiat syrupus. sed parua sit zucchari quantitas. lentes in aceto acetoso forti decoctæ sanguinem ingrossant.

Sexta quæ est in synocha putrida, est cum eis quæ prohibent putrefactionem, & remittunt eam, vt cum succo granatorum muzorum, & cum granatis muzis.

Intentio ad infrigidationem est, vt detur aqua cocta, & infrigidata si non est, ait Auicen. quod prohibeat. & addit. scias, quòd esse contentum infrigidatione, & dimittere phlebotomiam & solutionem ventris, est addere in oppilationem, aut eam facere, quare additur putredo, & caliditas in reliqua dispositione sua, & quoniam inquit Auerroe septimo collig. hæc febris habet latitudinem in colore secundum magis, & minus, & quæ est fortioris caloris, dicitur arsiua, unde secundum hanc sunt digerenda frigida magis, & minus. & ait Ras. in diuis. si tardatur phlebotomia in sua dispositione, aut omittatur, stude in dando aquam frigidam plurimam, tantum quòd sarietur, aut infrigidetur, & tremat. si febris deserit eum, sufficit tertia si reddit, itera vsque quo declinet, & fiat leuis, & tunc rege regiminis febris phlegmaticæ tribue igitur, cum ingens est necessitas, nisi quando febris synocha erit ex apostemate in stomacho, hepate, matrice, uesica, diaphragmate, pulmone, aut pectore. signa necessitatis est quando est uehemens febris inflammata, & cor pulsat, & tremit post assiduationem febris secundum illam dispositionem difficilem duobus diebus, aut tribus, & non extinguunt eam extinguentia alia. detur ergo subito in potu tantum quod satietur: res enim ualde frigidæ verè perueniunt ad illud, quod est necessarium: & si hi non bibunt aquam frigidam superuenit eis syncopis paululum, & venæ scinduntur in ventribus eorum, & in panniculis cerebri, quia largus sanguis fluit è naribus & moriuntur: quoniam arteriæ propriæ scinduntur. & si arteriæ non scinduntur; constringitur anhelitus, & præfocantur subito. quare potui aquam frigidam præbe: ex hoc enim non sequetur nisi debilitas febris, & eius spatii prolungatio, & aduentus apostematis duri in uisceribus. & Auerr. septimo colligi. quando omnia particularia, & uirtus concordant in febre arsiua, & æger multum desiderat aquam frigidam, non est digestio expectanda: quia æger ante digestionem consumetur: nam si expectares: digestio esset mala, sicut nebula nigra. & tunc aquæ frigidæ exhibitio non prodesset: materia enim quæ calefacit febrem, qualis est hæc, cum fit multitudo caliditatis, non est priuata digestioné nisi ob malam qualitatem acutam, num propter grossitiem, aut viscositatem. & quando hanc infrigidabis, materia erit digesta statim, danda igitur est aqua tanta, ut æger fiat pallidus, & tremens, & ad pondus lib. 4 hæc

 san-

sanguinem inflammatum, & subtiliatum à febre infrigidando ingrossat, ne ad principalia descendat, & febrem extinguat: natura enim confortata benignos humores trahit ad se: subtiliores per sudorem, vel ventrem excernit, & fluxum sanguinem narium prouocat. & hæc aqua, ait Passio, si possibile est, detur in die critico. Auicen. melior hora est vehementissimæ ebullitionis, & est status quo ad accidentia, siue euacuatio facta fuerit, siue non. Alman. si non prius succurratur phlebotomia, quam lingua nigra fiat, & accidentia causonis superueniant; cura fiat cum infrigidantibus: nam tunc cōuenit humectare, & infrigidare magis, quàm sanguinem humidum extrahere: quia tunc phlebotomia choleram rubeam bullire facit, & ualde corpus inflammat. infrigidantia ait Haly. sunt aqua granatorum dulcium acerborum cum squingibin, aqua thamarind. Viat. addit psylium, syrupum uiolatum, & prunorum aquam. Auic. aquam lentium, & lactucæ, & aquam hordei. sed vna nocte infundatur semen psilii integrum in aqua cocta, mane coletur, & colaturæ addatur zuccharū & tribuatur: nam sitim summè extinguit, & uentrem lenit. Serap. clystere factum ex aqua lactucæ cum mucillagine psylii, & oleo rosato tollit inflammationem, & tremorem cordis: item aqua uirgæ pastoris, salicis, psylium cum oleo uiolato. Ab extra ait Serapio, est cerotum ex oleo rosato, aqua citrulli, cucurbitæ, & iusquiami positum super stomacho, & hepate, & portulaca trita. in declinatione da trochiscos de camphora ait Auicen. ad consumandum residuum caloris febrilis, & ad confortanda membra resoluta, eorum substantiam minuendo. ex dictis igitur palam est, quòd in augmastico fiat phlebotomia maior, magis subito, infrigidatio maior, & citius aquæ frigidæ exhibitio: in peragmastico contra scilicet maior phleb. & minor infrigidatio. & homotonus potius tēdat ad augumentum.

De cholerica febre.

Febris cholerica alia fit sine putredine, quam quidam uocant cholericam inflatiuam, siue causon inflatiuum. alia cum putredine, quæ aut est continua, aut est interpollata. & Auicenna ait, febres cholericę sunt tres, tertiana continua, tertiana periodica, & causon. & tertiana tam continua quam interpollata alia est pura, alia non pura, quæ notha dicitur.

Febres cholericas interpollatas, siue continuas ait Galenus secundo de Crisi, facit cholera, quę est pura, aut mixta. pura fit ex chymo in hepate generato simul cum aliis humoribus, qui dicitur generatus generatione prima, & est cholera naturalis dicta cholera rubea: aut generatione secunda quę cholera fit ex putrefactione sanguinis cuius subtilis transit in choleram puram. hęc est multum subtilior prima, sed differt, quòd est causa, & materia febris cholericę continuę. alia, ait Auicenna potest esse causa, & materia continuę periodicę, & causonis. mixta, siue innaturalis est cum per adustionem ingrossatur aut ingrossatur per admixtionem phlegmatis, uel melancholię cholera naturalis mixtione unita: quia fieret, si non esset unita, non una febris, sed composita, quę haberet duos paroxismos. dixit, cholera innaturalis potest esse causa febris cholericę, nothę, interpollatę, & continuę. sed ait Auicenna, causa non purę tertianę est cholera grossę substantię per mixtionem phlegmatis cum ea, uel melancholię cum ea, licet rarius: quia ob siccitatem difficile coniungitur. si phlegma, quod ei admiscetur fuerit grossum; fiet cholera uitellina: si subtile aquosum, citrina. quidam dixerunt à cholera pura non generari febrem putridam, quia eius multa siccitas resistit putrefactioni. quare ait Auerr. quòd causa febris est sanguis aut alia humiditas, in qua dominatur cholera. unde potest recipere digestionem, & reuerti ad suam naturam. cholera prassina, & ęruginosa non faciunt febrem: quia cum sint ueluti uenenum, natura expellit ad uentriculum: & si facit febrem, non uacat periculo magno.

Causę primitiuę mouentes antecedentes febrium cholericarum sunt labor, solicitudo, ira, furor, sitis, ęstus, uigilię, cibi, & potus calidi, & sicci, & pharmaca similia.

Febres cholericę sunt de genere acutorum & pręsertim causon, & post eum tertiana continua, & post eum tertiana pura. & tertiana periodica non pura secundum quendam modum acuitatis, tertiana autem notha maxime periodica aliquando non seruat morem acuitatis febrium.

Febres cholericas quandoque antecedunt hęc signa, scilicet sensatio puncturarum in corpore & maxime in dorso, somni diminutio, uigilię, deiectio appetitus, morsus aliquando, & ardor in ore stomachi, acuitas in egestione, & citrina, & dextri temporis dolor.

Signa

Signa generalia harũ febrium alia sunt cõmunia, alia particularia. communia sunt undecim, sitis, angustia, inquietudo, impatientia, alienatio, nausea, amaritudo oris siccitas labiorum, scissio eorum, dolor capitis siccitas ventris, vt plurimum. sitis est ait Auicen. ob exsiccationem oris stomachi. angustia, inquietudo, & impatientia ob acuitatem, & inflammationem cholerae stimulantem uehementer naturam. alienatio ob ascensum cholerae ad cerebrum. nausea, & amaritudo oris ob motum cholerae ad os stomachi. siccitas labiorum, linguę, & totius corporis, ac scissio, quia facile cholera recipitur in labijs, cum sint partes oris magis extremae & carnosę & uenter stipticus, quia motus cholerae non est ad intestina, sed aut ad exteriora, aut ad extrema, aut ad cutim.

Tertianae periodicae primum signum est rigor, quasi acuum punctura, vel punctio aquae bullientis. causa ait Serap. est cholera citrina partium ignearum, quae cum cadit super membra sensibilia mordet. quare submergitur calor naturalis versus profundum. vnde sequitur tremor in extremis, mordicatio in partibus sensitiuis. non prolungatur autem frigus, imo tendit ad calefactionem, & dentes non concutiuntur, & in primis diebus rigor, ait Auic. est fortior. & Zoar. qualis cum aqua calida effusa fuerit super aliquem repente.

Secundum signum est caliditas inflammãs corpus ex acuitate cholerae, vnde fit sitis. sed non moratur nisi parum donec ueniat status. sed caliditas est acuta valde ad manum, quia e leuatur cum uapore, sed postea manus uincit eam: febris autem maligna est acutior, & magis lędens manum, & in causone manus semper plus inflammatur à carne ęgri; quia caliditas causonis est magis in interioribus, & est acutorum vaporum, quòd manus repri- mere non potest.

Tertium signum ait Serapio. est diuersitas pulsus, quoniam in principio pulsus est paruus, quia calor nondum est expansus, in augumento maior, & in statu minor, quàm in augumento, & maior quàm in declinatione. magnus est ait Haly. quia uirtus est fortis, quia cholera leuis non grauat eum. est velox, sed ęqualis. & anhelitus est diuersus in principio ab augumento, & statu: quia in principio materia grauat magis uirtutem, & calor naturalis suffocatur plus sub humore. Auice. ait, pulsus in tertiana est fortior, quàm in aliis putridis. & Auer. quando calor extraneus generatur in humore putrido admiscetur calori naturali, & tunc crescit, & itidem pulsus. hic pulsus est inordinatus, & aequalis: phlegmaticae uerò non.

Quartum signũ sunt accidentia; nam ait Auicen. in tertiana fiunt uigiliae sine grauitate capitis, nisi in quibusdam non puris, sitis, furor, odium loquendi, & audiendi, & amor solitudinis: quia auditus organum cum sit siccum; lęditur à uerbis percutientibus. & sentit ebullitionem in hepate. & sentit in eo puncturam propter acuitatem, & ebullitionem cholerae in felle.

Quintum ait Galen. ad Glauc. urinae sunt rubeae clarae, aut subigneae, idest citrinae, uel subcitrinae ob calorem. est subtilis ob siccitatem.

Sextum ait Galen. 2. de differen. feb. sedatur haec febris, aut uomitibus cholericis, & id est proprium eius signum, aut egestionibus cholericis, aut sudoribus. & hoc fit ait Via. in tertio, aut quarto periodo, quia tunc materia est magis digesta, & apta expulsioni. & finitur secundum omnes cum sudore; qui est uera tertianae solutio. in prima accessione ait Isaac sudor est paucus: quia materia eius nõ est bene digesta, & calor febrilis desiccat eũ. conuertitur autem uapor cholerae in sudorẽ ueniens ad cutem ibi à frigiditate cutis, & aeris, & aliqualiter condensatur, & fit sudor.

Septimum est aetas iuuenilis, & aet calidus.

Octauum si in illo tempore sint multae tertianę. si urina fuerit ualde citrina, & in primo periodo non aderit nubes, prorogatur ad 7. periodos. est subtilis substantiae, sed subtilior quae fit in causone.

Propria autem signa febris tertianae purę, ait Galenus secundo de different. febrium sunt. quòd longitudo unius paroxismi permaxima est duodecim horarum. secundum signum est, quòd status fit cito, quia cito corpus calefit. tertium si ęger bibit aquam uel uidetur corpus humectari pręsertim in statu. quartum signum est, quod in septem periodis est longissima. prima accessio, ait Isaac, permanet quatuor horas, aut sex, aut octo, & accidentia sunt parua: secunda, accidentia longiora, & similis primae, & permanet decem horas. in tertia incipiunt superfluitates terminari, & ebullire, & accidentia sunt molesta. in quarta augentur accidentia, & prorogatur paroxismus aliquando usque ad quindecim horas, uel sexdecim. in quinta sunt minora, & in sexta tenuior, & in septima terminatur. Rabi Mois. in decima part. ex mente Galeni recitat undecim signa purę tertianę. ob quę

medicus statim in principio eam cognoscit, primum est rigor fortis, & cutis pungitur. secundum est sitis, & inflammatio, quę non prolongatur. tertium est fortitudo pulsus toto tempore. quartum est status accessionis principio proximus: quia diffusio caloris per totum corpus est æqualiter. sextum est calor acutus ad manum, sed debilitatur, & uincitur à manu. septimum est exitus vaporis calidi cum bibitur aqua cocta. est vomitus choleræ citrinæ, vel ventris fluxus, vel vrina copiosa cholerica. nonum est sudor vaporosus, calidus, & æqualis in toto corpore. decimum est post hæc omnis eradicatio, & cessatio completa febris. undecimum est paroxismus non transiens duodecim horas. uerum ex dictis signis duo sunt potissima. s. rigor in principio & sudor in fine: nam ait Auicen. cum vides principium cum rigore, & statum cum sudore exuberante, verè est febris tertiana pura. dixit Gilib. in tertiana pura, vel non pura si post apparitionem signorum digestionis interdū duplicetur accessio, non est timendum: quia interdum cum morbus fit acutior, salus est propinquior. & idēt in quartanariis.

Dixit Galen. primo ad Glauc. vinum prohibeatur antequam ægritudo digeratur: quia est prouocatiuum, & commotiuum humoris & putrescendo eos auget putrefactionem. quare incipiente digestione detur uinū aquosum. hæc confirmat Auic.

Curatio simplicis tertianæ ait Serap. completur per curationem malæ complexionis, & multitudinis materiæ eius: quare opus est alterare, & euacuare. sed prius digerere, ut vult Haly. quare quinque competunt huic curationi. s. lenire, & educere materias communes, euacuare materiam propriā, digerere, & & prohibere putredinem, alterare, siue extinguere calorem febrilem, demum corrigere accidentia.

Præter lenientia si necesse fuerit usus uomitus in principio competit in tertiana, & omni febre interpollata spontaneus, uel leuiter prouocatus, quia alleuiatur totus paroxismus: nam qui patitur interpollatam, & in paroxismo nulla fit euacuatio, in tempore interpollationis totus est ponderosus, & grauis & cum pauca alleuiatione. deinde ait Auic. non des pharmacum, sed prius digeras. & Auicen. non prouoces vrinam in principio cum emulsione seminum, & alii addunt nec sudor prouocandus est. & ait Auic. cum apparent signa digestionis, & crisis, & natura euacuat totam materiam; bene est, si non totam, adiuua in illa parte, in qua agit, ut si per uomitum, tunc adiuua uomitum, si uero ipsa non mouerit quicquam, tunc moue per fluxum uētris, & euacua uentrē cū medicina benedicta: quia nihil est magis congruum huic euacuationi quàm fluxus. Dixit Auicen. post euacuationem criticam, aut factam tempore debito, sed natura nisi adiuuta, non potuit, prouoca urinam, & sudorem: quia sunt aptæ ad consumendas, & finiendas reliquias materierum.

Tertia intentio completur cum frigidis, & acetosis. dixit Gilib. cura tertianæ sumatur à causa antecedente, quæ est cholera rubea naturalis, subtilis, liquida, imbibita in membris. hanc oportet inspissare cum frigidis, vt sunt semina communia, herbæ frigidæ; additis sandalis, & spodio. syrup. acetos. quia acetum penetrat in uenas, alterat, & resistit febrili discrasiæ. & ait Auicen. sumat omni mane syrupum acetosum, & post duas horas aquam hordei. s. die interpollationis. nam in die paroxis. aqua hordei non est danda; quia nutrit.

Quarta intentio fit cum extinguentibus calorem febrilem. unde infrigidandum, & humectandum est & ait Auic. cum aqua hordei & iulep. quidam dant trochiscos de camphora cum aceto, semine portulacę, sed fiat post digestionem, ventriculo forti, & hepate, & iulep factum ex aqua portulacæ, florum nenupharis. in quibus infusum fuerit psilium per noctem, aromatizatum cum duobus granis camphoræ est vltimum. De approximandis extra prius bene minorata materia, dixit Alman. hepati in nocte vacuato uentre pannus in sandalis, aqua rosata infusus apponatur. & Auicen. ponat pedes in aqua frigida ad attrahendum residuum caloris. sed caue in die paroxismi, & crisis. & ait si post crisim remanet calor inseparabilis, da syrupum acetosum cum succis diureticis, uel de duabus, uel quinque radicibus, ut residuum materiæ prouocetur per vrinam.

In tertiana pura facta ex cholera generata per adustionem ex sanguine regimen sit frigidius, & humidius, & diæta parumper crassior: quia diuturnior est. dixit Fidelis succus corrigiolæ bibitus ante accessionem per unam horam prohibet paroxismum, & succus pimpinellæ bibitus in ipsa accessione tollit aut minuit ipsum.

Curatio tertianæ non puræ.

DIxit Galen. ad Glauc. non quolibet die cibandus est in tertiana non pura, ut in die paroxismi, nisi uirtus sit debilis, sed dixit Haly. in die accessionis refice cum me-

medulla citrulli, aut cucur. refrigerant enim & humectant, & vrinam prouocant. si absq; cibo durare non posset, da decoctum cum fur fure, zuccharo, & oleo amygdalarum dulcium, aut ptisana cum zuccharo. & si morbus prorogetur, & euacuatio facta sit, da aues pullos, & huiusmodi. sed caue, quæ sunt tardę digestionis, fatigant enim & debilitant uirtutem. unde phlegma augetur. declinet cibus ait Auicen. ad paruam caliditatem, & absterfionem. sed si materia est frigida, ciba cum aqua ciceris, uel vt ait Galen. cum ptisana condita cum pipere, origano, hyssopo, & melicratum bibat. si materia calida; cum sicla, & asparagis, aut cum aqua hordei, & ciceris. Detur uinum ait Haly. cum manifesta fuerint signa digestionis, album, subtile, non ad modum vites, & aquosum, quoniam ante digestionem calor febrilis augetur, & cholera, & liquescit humor, & in totum corpus diffunditur opilationem faciēs, & miscetur cū bonis, & eos corrumpit.

Antequam ait Auic. euacuationem facias f. eradicatiuam, fit digestio amplior quam in pura: quia materia est minus obediens, & quando materiæ communes expellendæ sunt lenientia clysteria, quam potabilia sint magis abstersiua, & acuta; quia humor est viscosus, & hic magis in principio quàm in ꝓcessu. Syrupus ait Auicen. sit syrupus acetosus cum geleniabin, aut acetosus de radicibus simplex per quatuor dies, compositas per alios: in primis enim diebus sit simplex ne deferat materias in primis venis contentas ad venas longinquiores, vnde fiat opilatio. post septimum datur, ait Serap. decoctio absynthii, & Galen. ad Glauc. quia subtiliat materiam, & stomachum confortat. sic ait Auicen. aqua apii cum geleniabin, & trochisci de rosis, & Haly. trochisci de rosis cū spodio, & hoc post quartum decimum diem, & præterea prorogetur, detur ait Serap. & Aui. decoctio eupatorii, & trochisci de eupa. qa confortant hepar, & conferunt febri chronicæ. Auer. 7. collig. aperit opilationes, nisi adsit vehemens calor: tunc enim humectandum est, & refrigerandum. deinde redi ad aperiēdum. his factis si humor tumultuauerit, & appareant signa digestionis, euacua eradicatiuè quia subtile euacuaretur, & remanet grossum sed melius est vt subtilis remaneat cum grosso: quia ipsum subtiliat. & dixit Haly. inter euacuationem, & euacuationem intersit tantum temporis, quantum possis confortare corpus & maturare humorem. & non continuetur euacuatio: quia debilitat uirtutem. & in hac febre semper misceas euacuantia choleram cum aliis, ueluti si bilis est cum pituita

si,

misceas cholagoga, & phlegmagoga. sed prius inquit Auer. remoue caliditatem, & siccitatē à medicina. & Haly. ait finita accessione in princip. uniuersali, si natura est dura, & sicca, molli cum cassia, thamar. & id in materia cōmuni, & in propria febris, si ex profundo hepatis uadat materia ad intestina, laua intestina cum clystere conuenienti phlegmati, uel choleræ. sed in principio ait Auic. sint lenitiua, postea solutiua. & ait Gal. ad Glauc. multi sanantur, si post cibum uomant. & Haly. si humor declinat ad superiora, & subdit Haly. si ad gibbum hepatis declinauerit humor prouoca vrinam cum rebus mediocribus, si ad superficiem sudorem, & idem si febris prorogabitur, & uideris signa sanguinis, incide uenam: & Auic. si uenę fuerint grossæ cum rubedine sed præcedat clystere lenitiuum, non acre. quando autem materia fuerit concocta da medicinam eradicatiuam, quæ repetenda, si in pauca quantitate detur.

Tertianæ factæ à cholera uitelina diæta sit crassior, quàm in facta à citrina. dixit Auer. 7. collig. quando febris erit lenta, & multi, & lōgi paroxismi, qui nō sint ex cholera pura, sed ex uitellina, quæ frigidior existit: tunc studeret debes plus in aperiendo opilationes, quā in frigefaciēdo complexionem. debiles med. sunt quæ uirtutem habent aperitiuam, absq; forti caliditate, ut capiluen. rad. apii, fœniculi frangendo siccitatem eorum cum liquiritia, & caliditate cum uiolis floribus nenup. & seminibus communibus. & stude ponere in medicinis quæ confortant membra principalia, ut masticem, spicam, & syrupum squingibin, & ponas in medicinis laxa. quę euacuant choleram cum quantitate phlegmatis, frangendo tamen caliditatem, & siccitatem eorum.

Ad tertianam purā à proprietate ualet succus acetosę ante accessionē sumptus. itē succus uuę acerbę mane datus. ualet panis prius in aqua calidus locus, deinde in frigida, & in illa expressa adde agrestā, & in tertiana pura, item succus cicoreę, & plantaginis ante accessionē sumptus. itē ad tertianā purā R. succi endiuię scariolæ, rostri porcini ana unc. i. s. succi granat. muz. vn. iii. zuc. albi vn. iiii. fiat syrup. & da in die accessionis. Mundi. R. succi fœn. plātag. aquæ ros. ana vn. ii. adde parū uini, & aceti, & bibe ante accessionē ꝑ duas horas. tertianā nothā curat ligare apiū sup pulsus brachiorū per duas horas ante accessionē. alii dicunt apium acquaticū cū sale & siligine vsum. urtica maior cū multo sale tusa digesta materia si post quinque accessiones emplastetur sup pulsus brachiorū statim curat tertianā. tria grana coriandri cum ouo sorbili, post tertiam, uel quartam accessionē ante solis ortum tribue

 ægro

ægro id ignoranti. idem facit herba coriandri ante ortum solis supposita capiti, ignoranti ægro. unge ante paroxismum ęgrum cum succo ocimi mixto cum stercore hyrundinis. multas araneas coque in lucerna, & tritas appone temporibus ante paroxismum & pulsibus brachiorum. oculi coturnicis, uel piscis aurati ad collum appensi tollunt tertianam. item R. summitates foliorum uitis teneras, & summitates urticæ tenerę, pista, & adde parum aceti accerrimi, & in mortaio distempera, unge pulsus brachiorum, & timporum ante accessionem. succus hiperici bibitus cum aqua calida ante paroxismum tollit eum. pimpinella, uel eius succus curat tertianam, sua folia missa in aqua benedicta in nomine sanctissimæ trinitatis bibat ante accessionem uel post, certum est remedium. tria folia uerbenæ, & tres radices sumptę ante accessionem tertianam curant, debent tamen prius resolui in aquam. de radicibus plãtaginis idem cum vnc.iiii. vini mixti cum tantundem aquę. radicis gentianę vn.i. bibita ante accessionem curat tertianam notham chronicam. folia iusquiami trita, & sumpta cum vino ante accessionem per duas horas immobilitando materiam prohibẽt paroxismum, dẽtur igitur minorata materia.

Curatio tertianæ cõtinuę tam uerę, quam non uerę est eadem quæ interpol. tamen differt in hoc, quod materia est copiosior in cõtinua, deterior, & magis timenda. Cibi ait Auic. sint tenues, frigidioris, & humid. qualitatis. unde caue uinum, & expelle omnes superfluitates.

Digestio fiat cum fortiori digestiuo, quia materia est magis resistens, & forte magis mixta sanguini, & aliis humoribus non putrefactis, qui non sunt materia febris quando eget æquatione, & sequestratione ab illis. adde, quòd materia continuarum est magis sparsa per totum corpus, & in uenis remotis. vnde Ras. in diuis. dat syrup. de prunis in aurora, & aquam hordei post duas horas, si natura fuerit sicca: si verò fluuida per duas vices in die non dat, sed succum granatorum muzorum tritorum cum suis interioribus. Auic. da syrupum acetosum factum cum seminibus frigidis. Mes. in Antido. syrup. de prunis & syrup. nenupha.

In euacuatione si phlebotomia est necessaria fiat statim copiosa, & hora quietiori, clysteria sint leuiora, quam in interpollatis. & Auic. in principio ne des solutiuum nisi materia fuerit furiosa. sed da quæ leniunt, & educunt feces communes, vt syrup. viola. & aquã fructuum. apparentibus signis digestionis, nisi signa alia appareant, euacua cũ diamanna, syrupo uiol; elect. de succo ros. syrupo prunorum Mes. cum reub. De vrina ait Auic. quòd continua est declinatio ad prouocationem vrinæ, sed loco, & tempore. de uomitu, hic est conueniens in interpollatis, & magis utilis. De alteratione ait Ras. in diuis. extingue quãtum potes calorem pręsertim in meridie cũ aqua cucurbitæ, melonis indi, citrulli, & mucillagine psilii in sero, & da aquam frigidã, quando æger vult, & comedat fructus frigidos & hum. nam hæc via est securior: propter eaquod plurimum eorum cerebrum asseretur, & stomachus ita, vt spasmetur, fit tortura. syrup. utilis R. quinque radicum vnc.ii. capiluen. politr. ros. scolopen. hepaticæ, endiu. scariolæ ana m.i. sem. papau. albi, portulacæ, lactucæ, endiu. sandal. ana vnc.i. lupu. fumit. borag. ana m.s. hordei mundi, seminum corrian. frig. ana vnc.ii. ros. rubea. uiolarum, nenuph. ana vnc.iiii. fiat decoctio. & cum zucch. & aceto forti fiat syrupus.

In omnibus febribus nothis in senibus, melancolicis, phleg. hyeme, & regione frigida detur succus chamę. mane p tres dies colatus, & mixtus cũ zuccharo, & puluere liquiritię. dosis est ab vn.i. vsq; ad 2. & quia parũ succi hẽt, infunde in lacte amigdalarũ dulciũ, uel in aqua hordei. põt ẽt fieri infusio ex florib. camę. siccis in aqua hordei, uel endiuię, & hmõi. scolop. & tassus barbas. uel camedreos datur in hac febre prosper è.

De Causone.

CAuson ait Auic. est duplex. s. cholericus, cuius causa est cholera multa putrefacta, aut intra uenas totius corporis, aut in uenis, quę sequuntur partes cordis propriè, aut in uenis partium oris stomachi, aut hepatis, & Ras. addit pulmonis: qui humores cholerici putrefiunt, & sparguntur per totũ corpus, & perueniunt ob suam putredinem ad nimium calorem similem ebullitioni. Ex toto corpori rarò accidit, sed plurimũ ex partibus, quę sequũtur cor: & aliquãdo ex partibus stomachi, aut hepatis. tertiana continua ait Serap. ex materia sparsa in uenis totius, quę ebullit, & inflãmatur causon ex materia, q̃ ebullit apud cor, stomachum, hepar, & pulmonẽ. materia ueri causonis est cholera naturalis, quę ut uult Isaac putrefacta ẽ aut non putre. dum multiplicata sit in partibus cordi uicinis possit facere caus. & Girar. idem affirmat, quòd conuenit cum ephemera causon: cui magis nocet vehementia caloris quam horribilitate: putredinis, tamen & fit à putredine. causon nothus fi à phlegmate salso iam putrefacto in uenis, quę sequuntur partes cordis. & tale phlegma salsum, ait Auic. est

eſt cholera aquoſa & fluxibilis per phleg-matis aquoſitatem . hæc febris eſt phleg-matica,quo ad accidentia cholerica,quæ cho lera quo ad virtutem vincit phlegma. non fit à vitellina,quæ eſt complexionis ſalſæ,quia eſt craſſior,vnde vapores graſſi,non pungentes: non è ſanguine quia eius vapores ſunt mulce bres : nam ſi melancolia,quia groſſi. & eius groſſities repugnat inflammationi cauſonis, quando cholera, quę mixta cum phlegmate quo ad virtutem dicitur cauſon nothus, fu-moſus : quando ęquè cum ſang. ſed maior quo ad virtutem dicitur tum fumoſus, inter tertianam continuam,& cauſon.ait Galen.4. apho.nil differt in materia, niſi quod illa eſt in tertiana in vno loco, in cauſ.in alio.cau-ſon his plurimum accidit, ait Haly. in quorũ venis plurimum choleræ adunatur.fit in die-bus calidis, & ſiccis à qualibet cauſa proca-tarctica.cauſon ait Alm.'à phlegmate ſalſo eſt deterior facto à cholera non ratione acciden tium,quia tunc grauior in cholerica, ſed lon gitudinis eius,& difficilis curæ, & ſic ait A-uic.breuior tertia continua; quia habet gra-uiora accidentia . cauſon acutiſſimus eſt ait Gilib.propter incenſionem choleræ, quia vi-cinatur cordi,& quia coarctata eſt eius putre do in ſtrictiſſimis venis. vnde ſi à principio apparent omnia ſigna bona,vel mala, termi-nabitur in prima quarta,vel infra,& aliquan-do extenditur,ad 7.& ſi tranſgreditur, fit alia febris.Criſis cauſonis ait Auic.eſt,quia vt plu rimum conſumitur vomitu, aut fluxu vẽtris cholerico, aut ſudore,aut ſanguine narium: quia ebullit & aſcendit, & rumpit venas cum vrinis albis,& in colore remiſſis, & craſſis,& leuibus ſubſiſtentibus. apoſtema quorum ali-quo euunctoriorũ ſoluit cauſon.ſi ſine his re-dibit,vel dolor crurium & expuat groſſa niſi materia fuerit euacuata . ſi materia eſt ſupra diaphragma, ſoluitur cauſus per apoſtemata in emunctorijs cerebri:ſi infra, per apoſtema ta interiorum.

Cauſi primum ſignum ait Hip.4.reg.acu. eſt lingua aſpera, ſicca,& nigra valde, & ait Alm.labia citrina & lingua vel nigra.ſecundũ ait Hip.eſt ſecundum ventrem, morſus, & dolor.& Gilib.punctio ſtomachi ob acredi-nem exponit Gal.humorum.tertium ait Hip po.egeſtiones ſiccæ ob calorem citrinæ. Gor. ait quandoque eſt fluxus ventris,quandoque non. et Gilib. ſi fluxus eſt choleræ abundan-tia,quantitatiua: ſi conſtipatio ; eſt qualita-tiua.vnde ſi quantitatiua;aderit fluxus chole-ricus,& vomitus, vel vtrunque cholericum. quar.ait Hip.& ſitis vehemens, & continua, & eſt dicit Auer. 4. collig. proprium ſignum huius febris,niſi,ait Auicen.ſit fortaſſis par-ua.cauſa ſitis ait Viat.eſt, tum materia eius in venis oris ſtomachi , & concauitatis hepa-tis,neceſſe eſt, vt ſitis confortetur, & conti-nuetur, quamquam etiam adſit ſitis propter ſpiritualia.quin.inſunt vigiliæ ait Hippo. ob ſiccitatem, & Auic. ait quòd infantibus ineſt profundus ſomnus ob vapores eleuatos. ſex-tum aliquando ait Hip.delyrant ob choleram repentem ad caput vt ait Gal.ſep.ait Hippo. fractura oſſium,& labor,& eſt ſpecies laſſitu-dinis vlceroſæ, quæ fit à mordicatione hu-morum digmium,quorum pars intrat in in-timos lacertos prope oſſa. octa.eſt calor, in-quit Viat.intenſiuus,moleſtiſſimus, naturæ inimicus ob materiæ acumen.& Auic. calor in exterioribus non eſt ita fortis,vt in interio ribus, quia materia parum extra euaporat. nonum ait Alm.& Auicen.ẽ febris,quæ à cor pore non ſeparatur,ideſt verè continua omni die quod non fit in tertiana continua. quare eſt ſine typo.decimũ non eſt cum ſudore,niſi quando recedit,dum modo criſis fiat per ſu-dorem.ait Alm.Vndecimum pulſus eſt velo-ciſſimus, magnus, & frequens.ait Gordo.& & Guil.tandem ait Alm. quæ ſigna eueniunt in tertiana notha ſunt in cauſone,ſed fortio-ra. Haly. ſequuntur eam ſitis maxima, alie-natio, anguſtia, acuitio, & propinquitas ad perditionem.& Gor.inquietudo, malitia to-lerandi, ſyncopis, tremor cordis. & Gil. vehemens capitis dolor,frontis,ac tymporũ, tinitus aurium, citrinitas faciei, rubedo ocu-lorum, inſtabilitas,tremor cordis,tuſſis ſicca, & quandoque nauſea,& vomitus.

Cauſonis nothi ſigna ait Hip. 4. reg.acut. ſunt fluxus ventris,& Gale.videtur humora-lis,ſed ſi materia eſt in ſtomacho corrumpẽs cibum,eſt cibalis.ſi in hepate, chyloſus . & Alex.non verus cauſon habet ſitim, ſed non nimiam aut multum intenſam, neque nigre-dinem linguæ,neque vomitum . depoſitio cholerica eſt,ſed magis corruptio. non eſt in ore amaritudo, ſed potius ſalſedo . in vero cauſone lingua eſt amara, vigiliæ, inquietudi-nes,& magis in vero quam in notho.Gord. ſi cauſon fuerit ex phlegmate ſalſo accidentia erũt remiſſiora, tempus hyemale , & diæta phlegmatica præceſſit,& affligit horas 18.vri na ait Rabi aucto.Gal.in 3.epid. Subtilis in febre acuta adurenti ſignificat humores multos,ac crudos in venis,quę ſunt in gibbo hepatis,& maxime in cauſone facto à cholera citrina, vel phlegmate ſalſo ex ipſa materia, quæ eſt ſubiectum febris. & in facto à chole-ra pura poteſt vrina apparere cruda ex crapu la nouella, vel alia materia poſita circa hepar, & vias vritides, quæ non eſt ſubiectum febris Gord.eſt rubea, & tenuis,lucens,ac ſcintillãs,

vt ignis : & quandoque ex nimio incendio viret in ſuperiori parte, & interdum nigreſcit, & Gord. aliquando eſt in princ. cruda ob multitudinem opilationis, aliquando tincta ob reſolutionem cholerę, aliquando liuens turbida ob multitudinem opilationis, & putrefactionis. dicunt quidam, quod vrina rubicunda, ignea ſubtilis liuens ſuperius cauſoné de cholera ſignificat, ſi non ſit ſubtilis, ſed rubicunda abſque igneitate, cauſonem de ſanguine cholerico. Si ruffa magis groſſa, liuida ſuperius, cauſonem de phlegmate ſalſo: recipit enim rubedinem à cholera, & groſſitiem à phlegmate. inquit Gal. in com. prædic. Si cauſon eſt ob materiam contentam in ſtomacho, vel hepate, eſt ibi magna inflammatio: ſi in pulmone, lingua eſt nigra, & magis deſipiunt, & habent diſpnœam cum ore aperto. & magis appetunt frigus aeris, quàm aquę potum. ait Alex. & Rabi vt ſupra, varietas vomitus in acuta febre adurenti eſt ſignum humoris crudi in venis, quæ ſunt iniunctæ inteſtiteſtinis, & concauo hepatis. Cauſonizantes aliquando fiunt muti, aliquando ſurdi. ſi virtutes, & ſenſus ſunt boni, & corporis leuitas, & calor per totum corpus, & bonitas appetitus, ait Iſaac non eſt deſperandum. ſi rigor ait Hip. in cauſone deuenerit, morbi ſit ſolutio: quia concutitur materia ad extra, & id in die critico. poſt ſigna digeſtionis vt ait Raſ. 16. con. alio modo eſt malus, facto rigore neceſſe eſt, ne ſudor, vel vomitus, vel alui fluxus ſequatur. in cauſone magis fit rigor, quam in tertiana continua: quia materia tertianæ eſt in ventis magnis, & amplis, & ſparſa ad multas venas, & groſſior, quàm illa cauſonis. aliquando in rigore illo fit alienatio: quia materia expellitur ad membra ſenſibilia. ſigna mala, ait ibi Gale. eſt rigor in principio vigiliæ, faſtidium, ſitis, vrinæ nigræ ſubtiles, & paucæ fientes, aduſto cholerico humore, frigus extremitatum ait Raſ. ibidem. & dicit etiá ſi in cauſone repente rubea fiat facies, & oculi cum ponderoſo eloquio, & horribili morietur eodem die. rigor in principio guttæ ſanguinis è naribus, in ſecunda die ſingultus, dolor in viſceribus, ſudor frigidus in quarto, mortem, aut longitudinem ſignificant. & vbi exit ſanguis non eſt rigor: quia materia eſt intra venas. hæc con. & Iſaac. cauſon in pueris, ait Auic. eſt leuior ob humiditatem. hi abhorrent mamillam, & aceſcit lac in ſtomacho, Gor. ait. ſi ictéritia in cauſone fiat ante 7. morietur. Gale. 5. dynam. antequam cauſon fiat, dolor ſentitur & capitis grauitas, & dolor aurium cum forti ictu, & tremore.

Curatio. Viat. inſpice quatuor morbi tempora, quæ cognoſcuntur optime per ſigna digeſtionis, & cruditatis. & non dat inducias vnde ſis ſollicitus. cura igitur cauſi veri ait Auic. eſt qualis tertianæ continuæ, & puræ: non veri vt tertianæ nothæ. ſed regimen tendat ad frigidius, & hum. quam in tertiana; & magis vtatur cordialibus. quare vitet æger aerem calidum, ſiccum, iram, ſtrepitum, motũ laborem, fricationes aſperas, vigilias, ſalita, & acuta tam in cibo, quàm in medicina alteratiua, & ſolutiua, vt vult Hipp. 4. reg. acutorum carnes, vinum, non des cibum in augmẽto, Alex. ſtet in balneo aquę dulcis tepidæ vſq; ad caput. ſed caue, ait Gal. vbi eſt repletio. vnde Auic. iuuat id in declinatione, ſed tendat ad frigidum præſertim, in quibus eſt febris è phlegmate ſalſo. quare confert in vtroque cauſone. finis eſt vt alterentur reliquiæ caloris, & conſumentur reliqui humores. dięta vſque ad quartum ſit nulla, ait ibi Hip. niſi, ait Conſtan. ſit puer, complexio cholerica, rara compoſitio, & vſus comedendi. hi ait Viat. comedant priſanam, panem ter lotum cum zuccaro, & bibat aquam cum zuc. ſucco grana. muzorum. cucu. citrul. ſyr. viol. in augmẽto ſi innanitus ſit ſtomachus, in primis quatuor diebus. ſi febris eſt terminatura, da ſtomacho debili mellicratum, ſyrup. vio. vel roſ. vel ſuccum granatorum. Alm. dat micam panis infuſam in lacte acetoſo, abſque butiro, cum zuc. bibat aquam hordeſ. Gord. dat præter hæc lac amygdalarum lactucam, portulacam, ius pullorum. & Guil. ſcariolam cum agreſta, ſucco granatorum, acetoſ. citri. cibus vtilis ſit ex penidijs, & medulla panis lota, & diſſoluta in iulep. roſato vel viol. cum modico aquę roſatæ in qua granum camphoræ ponatur. cibus, ait conſtan. detur in extremó diei, & maxime in aurora ob aeris frigus Gal. 1. ad Glauc. quando ſigna digeſtionis completæ apparent da aquam frigidam conſiderando complexionem, &c. & ſi dederis ante, da cum zuc. iulep, vel ſyrup. acetoſo, vt diu non moretur in ſtomacho. & ait Rab. in 13. par. liquefacit carnem, & pinguedinem. vnde exhibenda eſt aqua frigida. hidromel aquoſum da, vel de zuc. multum in vna vice, quia primum extinguendus eſt calor: quia pauca quãtitas auget eum. & Auicen. detur ſyrup. acetoſ. ſcilicet & emulſio ſemmis endiuiæ, & melonis indi. item aquæ cucurbitæ coctæ in furno cum zuc. ad vnc. iiij. quod lenit ventrem: vel ad vnc. vj, & aquæ cucur. citrulli coctæ cũ zuc. & detur aſſidue. ait Alm. aquam frigidã bibat, vſque dum facies viridis fiat: calor. n. extinguetur, ſudabit, & liberabitur. melior autem eſt aqua angurię in paroxiſmo, quam aqua pura, quia reſtaurat, & addit in ſanguine faciendo frigidam qualitatem. de ſyrup.

vti-

vtilibus eſt ſyrup.nenufa.violat.cum aqua coꝯcta,in qua infuſum fuerit ſemen pſillij integrum die,ac nocte.vel Rec.ſucci grana.aceto, agreſtæ,berberij,citoniorum,aceti ana lib. 1. ſucci malorum acetoſorum,pirorum acetoſorum,& acetoſ.citri.ana libr. v. zuc.albiſſimi lib.iiij.fiat ſyrup. & aromatizetur cum ſandalis citrinis,rubeis,& pauco camphoræ. vel Rec.ſucci acetoſ.citri.vel limon.lib.iij. bulliant in eis berbe. vnc.ij.fiat ſy. & aromatizetur. vel Rec.ſand.ſpodij,ſucci liquiritiæ,dragag.ſem. portulacæ, berbenæ ana vnc.j.reubar.vnc.v.pulueriza, & liga in petia bulliant in aqua mellonis,vel citrulli,in qua pſillium fuerit infuſum, & cum zuc. fiat ſyrup.cum pauco camphoræ.vel Rec.ſyr.acetoſ. ſimp.de nenufa.de papau.ana vnc.iiij. s. miſce & da vnc.iij.cum aqua frigida,vel aqua portulacæ. De aqua ait Alm.bibat multum cum iulep, & ſucco granatorum,niſi apoſtema intus fuerit, vel hepar debile.valde conferunt trochiſci de camphora, & valent ad ardorem vrinæ ad extra.ait Alm.ſuper hepar, & cor ponantur panni in aqua roſ. infuſi. quidam ſtatim poſt lenitionem id faciunt vnde ait Alexand. infrigida ſtatim, quia putrefactio in dies plus augetur.& niſi timor eſſet in ſummo non des. ait Girard.mucillag.pſillij,ſem.portul.& huius.multum niſi calor ſit vehemens. De euacuatione,medici nihil dicunt. de digeſtione, quia materia eſt furioſa, & quando non eſſet alteratio,quæ poteſt dici & digeſtio, ſit curæ initium.in euacuatione reſpice materias communes,& neceſſario repertas. vnde vomitus confert,ait ibi Hip.& clyſtere, & ſerum lactis in potu,vt ſoluat.leniunt thamar. & ſingulis noctis tribue ait Alm. ex apozemate prunorum,& thamar. donec bis, aut ter quotidie venter ſoluatur,& leni in principio ait Auic. quia exſiccantur feces, valde. Auer. 7.collig. dat quotidie aureos.x. thamarin. infuſorum in aqua ſcilicet ſine ſyrupo, vel alia re dulci, deinde dat aquam hordei.clyſteria alterantia fiant ex ſucco cucurb.cocum.melo.indi. cum par.i.ſucci lactucę & portulacæ par.ij.decoct. violarum par.vi.aut coque lactucam, portul. viol.ſemperuiuum,maluam in aquis ſtillatis, & Rabi.fiat ex aquæ,& oleo,vt calorem adurentem abrumpas.confert in his caſſia, zuc. viol.& id generis. de materiis contingenter repertis Auic.vult ſanguinem minui in principio phleb.ſi æger erit ſanguineus, & cauſon factus fuerit ex cholera à putrefactione ſanguinis generata, & præcipue ſi nondum totum ſubtile ſanguinis conuerſum fuerit in choleram,ſed ratione materię propriæ febris Auic.non conſentit phleb. quia ait, inflammabit fortaſſe eos.facit enim ebullire humores motos,cholericos, & incrudat phlegmaticos.idem affirmat Guil.& de ſang.è naribus quia acuit humores & nocet quando cholera non eſt ſic mixta ſanguini,vt ſequatur eum in euacuatione.cuius ſignum eſt vrina ſubtilis,ignea,ſed non eſt permixta. verum mixta eſt,quando eſt groſſa,& rubea,& tunc fortaſſe Auic.confert,quia minorabitur materia febris.Gord.nunquam in cauſone fiat phlebo. in euacuatione minoratiua.ait Auic. quando indiget euacuatione, euacua ſtatim cum his, quæ ad febrem tertianam, nec differas ſi materia eſt praua,& multa,& Viat.in parte purga,& remoue materiam cum thamar.prunis, violis,caſſia,& huius.in magna doſi, vel in parua ſi miſceas electuarium de ſucco roſ. in vero,in notho reub. vel agar. nam ait Auer. 7.collig. licet purgare in principio cum attractiua.in augmento ait Viat.non euacues:quia natura remouebitur à regimine febris & proprie in criſi facienda.euacuationem eradicatiuam ait Auic.facias apud digeſtionem completam. vnde in medio tempore digere cum ſyrupo non acetoſo, quia maxime acuit. facta tali euacuatione,da prouocantia frigida.

Dicitur quod decoctio foliorum, vel florũ taſſi barbaſſi bibita cum ſyrupo mitigat calorem,item cimballaria bibita emplaſtrata, itẽ portulaca cum farina hordei cocta emplaſtrata ſuper ſtomacho,ventre, & hypo.& repetita.item oleum de ranis innunctum fronti, & timp.item ſemen paſtinacæ tuſum, & bullitum & cum zuc.fiat ſyrupus. & cum eadem decoctione exhibeatur. curat ſtatim febrem, acetum, in quo bullierit abſinthium inunctum ſuper pulſus & tempora.mitigat calorẽ.

De febre phlegmatica.

Febris phlegmatica dicitur cõmuniter amphimerina,vel quotidiana: quia per totum, vel ferè totum diem affligit patientem.pueri, mulieres,ſenes,otioſi, eunuchi, & id generis capiuntur ab hac febre.cauſa ait Auer.3.collig.eſt oppoſita cauſæ cholericæ.

Huius alia eſt continua,ait Serap.cuius humor putreſcit intra venas, alia interpollata quæ extra,& in tertijs humiditatibus. quæ fit à phlegmate naturali,pura dicitur, quę ab innaturali,vocatur notha. verum raro reperitur.innaturale eſt ſalſum,dulce, acetoſum,& vitreum.& tot ſpecies ſunt quotidianę nothę quę ſunt periculoſiores cholericis ob groſsitiem phlegmatis ob opilationes,quę fiunt ab eo, & ob interpol. quę eſt valde breuis. dixit Auic.longius tempus eius eſt augmentum ; quia materia eſt groſſa,viſcoſa,tarda accendi & tardatur apparitio digeſtionis 18.dies. vnde

de longior est declinatio eius quàm tertianę. eradicatio eius est inter.64. dies.dixit Gord. sicut febris quartana raro reperitur continua, sic quotidiana raro interpollata.

Febrem phlegmaticã futuram esse significant, ait Gal.2.de crisi nauseatiua satietas plurima, tarditas in digestione, eructuatio acetosa, somnolentia, pigritia ad motiones, appetitus defectio, grauitas totius corporis. & Guil. vrina grossa, & alba.

Febris phlegmaticæ signa demonstratiua ait Gal.2.de differ.feb.est primum quod incipit à frigore extremorum; & ait Alm. in dorso. ait Serap. sentit ille cui scilicet febris aduenit, frigus ob partem phlegmatis, quod non putrescit adhuc: & in fine febris facit horripilationem ob phlegma, quod iam computruit, & ignitur. ait Gal. phlegma putrefactum non mordicat membra sensitiua valde, vnde accidit in ea rigor, sed frigus in superficie corporis, & extremitatibus: proprium enim est rigoris phlegmaticæ, quod frigefiat superficies corporis, & extrema sine tremore, & est difficultas calefactionis corporis, & proroga tur mora, & tempus augumenti.

Secundum signum, quod corpus difficile calefit ait Galen. sed Alm. tempus frigoris est prolixum, & vix calefit: & vt plurimum calefit, & iterum frigefit: quia phlegma hoc est grossum, & viscosum. & Auic. frigus non venit subito, sed paulatim ex extremis in totum corpus.

Tertium ait Gal. ad Glauco. calor roridus cum quadã acredine inuenitur à manu: quia ait Ser. ex tali humore vapor eleuatur sicut ex lignis viridibus. & Haly. humiditas est ob phlegma, & pauca caliditas ob putrefactionem, & calor ait Alman. non est vt in tertiana vehementis incendij. & calor ait Gale.2. de differ. non est per totum corpus æqualis. sed manus sentit in vno loco asperitatem, in alio lenitatem, quasi calor coletur per cribellum. quædam pars putrescit, quædam minime. quare ait Auic. tactus caloris in primis est debilis, & vaporosus, deinde si positio manus prorogetur, sentit acuitatem debilem, & non ęqualem, & æger non desiderat aerem frigidum, & aquam frigidam, vt tertianarius.

Quartum pulsus est inæqualis, & paucus in principio & in augumento est inęqualis, quia materia grauat virtutem, est debilis ob virtutis imbecillitatem, est paucus ob frigus phlegmatis. sic Gale. sed Haly. pulsus est minor pulsu quartanæ, tertianæ, & spissior. paucus est quia virtus deficit à frigore, dissoluitur, & angustiatur à multitudine eius. spissus est, vt recuperet magnitudinem. est rarus ait Auic. ob frigus materiæ, est debilis ob multitudinem. & Girard. pulsus est mollis ab humore latus ob descensionem, & multitudinem, tardus ob caloris paruitatem, diuersus in fortitudine, & debilitate: quia nunc materia dominatur naturæ, nunc natura materiæ, & est breuior, & rarior pulsu tertianæ, & quartanæ in quolibet tempore.

Quintũ vrina est in principio alba & subtilis ob cruditatem, & in fine rubea, & grossa ob decoctionem, & quandoque quia noua materia mouetur, definit febris omnino, redijt alba, & postea rubea, & grossa. & hæc Auicen.

Sextum ait Gale. 2. de crisi non habet anhelitum magnum, frequentem, nec inflammatum. & Alm. est expiratio maior inspiratione: quia maior est necessitas emittendi fumos putridos, & capinosos, quàm attrahendi aerem frigidum.

Septimum ait Galen. 1. ad Glauc. vomitus sunt phlegmatici, & quæ per ventrem excernuntur, frigidiora, crassiora, & aquosiora, & totum corpus indigestis humoribus est refertum nisi ait Serap. complexio ægri sit calida, aut eius, cuius cholera prohibetur ire ad venas in vijs vrinæ, & non ad intestina. vnde in his aliquando est egestio citrina.

Octauum longitudo paroxismi est longior quàm in tertiana, & inuasio vt plurimum est in fine diei iuxta noctem, ait Alm. & Serap.

Nonum, ait Gale. æger nunquam immunis est à febre. idem ait Serap. & secundum calorem, & pulsum, quoniam ait Auic. materia cum grossitie est multa. vnde non potest tota resolui, imo manet, vt cinis humidus. quare ad falsam quietem tendit. effumatio vero caloris relicti aggregat materiã pro nouo parox. tamen si materia est dulcis, & benigna, & aliquando salsa, soluitur à febre in 12. horis, & aliud tempus est verè quietum.

Decimum omni die inuadit vt ferunt omnes medici, dixit Gal. ad Glau. quotidiana vera quotidie anticipat, vt primo die inuadit in primam horam, secundo in secundam, tertio, in tertiã. non vera postponit vt primo die in tertiam horam, secund. in secundam, & ter. in primam.

Vndec. ait Gal.2. de crisi sudores non erũt in principio vniuersali, & si erit ait Alm. erit paruus, & viscosus ob grossitiem materiæ. quare Auic. paucitas sudoris est proprium signum: quoniam vapor phlegmatis difficile penetrat per poros ob grossitiem, & viscositatem. sed cum materia est digesta, vt in statu, tunc incipit sudor: nam significat materiam subtilem, & fluuidam.

Duodecimum dixit Gale. de crisi non petit aquã frigidam, & prius sitit, quàm in alijs febri-

febribus. & ſi ſitit ait Serap. non eſt ob phlegma, ſed ob putrefactionem, & Auic. propter ſalſedinem. vnde ait Serap. & Gerardus eſt in ſipidum, horridum, vel mali ſaporis, vel cum mucillagine viſcoſa, tamen proceſſu temporis, ſi putrefactio fuerit magna, & maxime ex phlegmate in ore contento, os & lingua exſiccatur, & aſpera fit, & nigra, tamen quod adhęret ei, eſt viſcoſum.

Decimumtertium ait Gal. 2. de criſi fortaſſe læſio eſt in ſtomacho, uel in hepate. Serap. & Raſ. eſt dolor ſtomachi, & nauſea, vel vomitus, deiectio appetitus eſt ſignum commune in omni phlegmatica. ait Guil.

Quartumdecimū cum prorogatur, facies inflammatur, & fit viridis ob fortitudinem phlegmatis. Gal. Alm. Auic. & Viat. ait calor eſt viridis ob frigus mortificans: citrinus ob calorem putredinalem.

Quintumdecimum ait Auic. ructus acetoſus ob diminutam digeſtionem præſertim, in principio & augumento.

Sextumdecimum Gal. 2. de criſi, & Auic. inflatio laterum fit ob expilationem, & multiplicationem venti, & proprie dextri hypocondrij in principio, & augumento. in ſtatu minoratur ob digeſtionē factam in materia.

Decimumſeptimum ait Sera. magnum fit ſplen ob groſſitiem materiæ, præſertim in ſtatu. dixit Auic.

Decimumoctauum incipit cum graui, & profundo ſomno ob eleuationem vaporum humid. ad caput, niſi humor ſit ſalſus.

Decimumnonum aliquando aggrauat prę ſertim in principio parox. virtutem adeo vt fiat ſyncopis non vera, ſed ait Auic. ob debilitatem oris ventriculi, caſum appetitus, & priuationem bonæ digeſtionis: & quandoque ait Zoar ob declinationem caloris ad mediū, & eius extinctionem factam ab humido peccante.

Vige, ſumitur à rebus naturalibus, vt complexione frigida, & humi. ætate puerili, ſexu fœminili, compoſitione denſa, habitudine pingui: à nō naturali, vt hyeme, & id generis.

Summam ſignorum colligit Rabi à Gal. 2. de criſi. hęc ſunt ſeptem. primū febris in primis diebus nō incipit cum rigore, ſed poſtea. & frigida fiunt extrema. ſecundum pulſus inęqualis, & corruptus in ordine in principio paroxiſ. tertium non ſentit inflammationem vehementem, & ſitis eſt minor quam in alijs. quartum non ſudat fortiter in primis diebus cum indigeſtione vrinę. quintum fore non fit hæc febris abſque lęſione ſtomachi, & hepatis. Sextum ſub hypocondrio fit inflatio. Septimum color eſt inter citrinum, & album in ſtatu. dixit Gilib. quædam ſunt accidentia ſuperuenientia, vt dolor capitis cum grauitate, & præcipue occipitij, abundantia ſaliuarum, ſtupor ſenſuum, & hebetudo, indigeſtio, & grauedo maior poſt cibum, dolor ſtomachi, ſenſio laterum, & raſcationes, & emūctiones plurimæ ſine cauſa manifeſta, facilis deſudatio, faſtidium cibi, & potus, inſomnia aquarum, & balneorum, & huiuſ. contingit aliquando augere febrem in die tertio, uel quarto ob maiorem acumulationem phlegmatis, quàm ob permixtionem choleræ, uel melancholiæ. ait Raſis quando phlegmatica in omni inter. reſoluitur, breuis erit ob phlegmatis paucitatem, & ſubtilitatem, & pororum aperitionem: & ſi cum hac fuerit ſudor erit ſecuritas maior. dixit Gal. ad Glau. cum quotidiana non recte curatur in macronoxiā uertitur, & hinc in quartanam.

Signa ſpecialia febris putridæ periodicæ purę factæ à phlegmate naturali ſunt, ait Gerar. hæc febris libenter inuadit cum oſcitationibus, & alicibus cum quodā ſtupore & pauca ſiti, rubore, & liuore faciei mixtis, & dolore ſtomachi continuo. incipit cum pauco frigore extremitatum, pulſu occulto, & cum uenit ad ſtatum calor eſt lentus, occultus, pulſus eſt ſemper diuerſus. terminatur cum pauco ſudore, & urina in principio eſt remiſſa. inuadit in horis phlegmatis, frigus eſt longū & lentum, & calor ait Gilib. egeſtio eſt liquida phlegmatica ſaliuæ abundantia, & maxime in ſtatu, & in augumento labia liuida, ructus accidus, & fluxus, & torſio in uentre, & Plat. caput graue, urina inquit Ferra. eſt alba, & ſpiſſa cum inęquali, & non pura ſubſidentia, in augumento, & ſtatu ſubpallida, uel ſpiſſa. Guil. pulſus eſt paruus, uelox, ſpiſſus, & mollis. vrina quò plus accedit ſtatu, eò magis ſubtiliatur, & clara fit.

Signa quotidianæ nothę factę à phlegmate dulci ſunt ait Gal. 2. de differē. paroxiſ. in horis ſanguinis & mane ait Rog. vel in horis phlegmatis circa mediā noctem. inuadit primo cum paruo frigore, vel nullo, vt vult Gale. rigore, vel typo, & vt ait Auic. niſi pręceſſerint plures paroxiſ. quia eſt ex materia dulci, & benigna. poſtea materia fit maligna, ex quibus accidit typus. vnde Beltramus. hęc febris eſt quaſi continua, & nullus adeſt typus & calefit gradatim, ac calor fit magnus, inquit Gilib. & Rog. accidentia ait Gilib. ſunt caloris, & frig. medię adeo quod accidentia caloris remiſſiora ſunt, quàm in tertiana vera, & quotidiana è phlegmate ſalſo. itaque accidit dolor capitis grauatiuus, & præcipue frontis: quandoque ſtomachi faſtidium, & oris dulcedo in principio parox. eructuationes fœtidę quales ex ouis comeſtis, fœtor nimius in

ege-

egeſtione, inflatio laterum, & nulla ſitis, urina & ruffa, vel ſubruffa diſtincte liuens in ſubſtantia ſpiſſa, hæc Gilib. & poſt magnum calorem deſcendit cum maiori ſudore, ait Rog. hinc elice duo ſigna huius febris: nullus. ſ. uel ferè nullus rigor, & nulla vel pauca ſitis reſpectu aliarum febrium.

Signa quotidianæ factæ à phlegmate ſalſo ſunt ait Gilib. quod in hac febre eſt diſpoſitio medica inter tertianam veram, & quotidianã verã, & hora motus eius eſt inter motum choleræ, & motum phlegmatis. vnde hora diei nona incipit parox. i. in meridie. inuadit igitur ut ait Auicen. cum horripilatione, & non fit vehemens frigus: nam phlegma ſalſum eſt acutum mordicatiuum ratione choleræ, quæ mordicat ſenſitiua membra, & mordicando inducit horripilationem. & phlegma ſalſum, cum ſit parum frigidum, parum facit frigus niſi ratione caloris retracti ad intra calor ſequitur magnus, unde lingua ſalſa, ſitis, pulſus velox, & ſpiſſus, capitis grauitas, aurium tinnitus. hæc Gilib. vnde Viat. inquit. cum videris ægrum ſitientem, & ſiccum os habentem, febris eſt è phlegmate ſalſo, ſtomachi faſtidiũ ait Ferr. vrina inquit Rog. eſt ruffa, vel ſubruffa, vel citrina incenſa mediocriter ſpiſſa, vel mediocriter. ait Plat. tenuis, & Fer. ſuperius ſpiſſa, inferius tenuis propter phlegmatis ſalſi qualitatem, & non phlegmatis admixtionem. & idem Gilib. Ferrar. quia hæc febris maxime in æſtate, & iuuere fit, creditum eſt duplicem eſſe tertianam. ſed duplex tertiana notha nullam, aut paruam habet requiem: quia una tertiana 24. horas infeſtat, & alia ſimiliter: & hæc quotidiana minus durat: nã paroxiſ. 12. perſeuerat horas in ſummo labore, ſex in falſa quiete, & ſex in uera. inuadit ait Rog. aliquando in horis choleræ, aliquando phlegmatis, aliquando melancholiæ. dicunt quidam. ſequitur horripilatio, rigor, & tremor plus, quàm in cęteris phlegmaticis, ſitis eſt maior, & ſiccitas oris, calor maior urina cum aduenit digeſtio eſt mediocriter ſpiſſa, cum indigeſtio eſt tenuis, uel multum ſpiſſa, pulſus, maior, velocior, & frequẽtior, ſomnus minor, & ut plurimum eſt cum pruritu & ſcabiæ.

Signa quotidianæ factæ à phlegmate uitreo, uel mucillaginoſo, ait Plat. ſunt qui poſt tertiam horam noctis inuadunt, & Rog. quãdoque in horis phlegmatis quandoque in horis melancholię infeſtat. ſed frequentius circa mediam noctẽ inuadit. igitur ait Auicen. cũ frigido magno, & uitreo frigus eſt intenſius quia eſt frigidius acetoſo. frigus tamen non incipit ſubito, imo paulatim in extremitatibus ob groſſitiem materię & deuenit ad frigus niuis, congelatiuum, & ait Rog. frangitiuum iuncturarum. & uix calefit, & cum reditu frigoris: quod contingit ob diuerſitatem materię, quę mouetur ad putredinem. & Auicen. forte miſcetur in principio frigoris horripilatio, & parua punctio frigus fit ob materiam, quę cum computruit, & horripilatio propter illam quæ computruit. in ſtatu. ſ. vniuerſali, maius eſt frigus, & maior rigor ob materiam ſubtiliatam, vnde fortius mouetur ob quem motum trahitur calor ad intra, & ſequitur maior concusſio, quàm antea. in primis paroxiſ. quandoque fit paroxiſ. ſine frigore, & rigore, vel horripilatione quia materia tunc adeo pigra mouetur, vt non lædit ſenſitiua membra, ob quam læſionem retrahatur calor, & non infrigidet manifeſtè. quare febris hæc eſt pigra, vt ait Raſ. in diuiſ. longi paroxiſmi, & difficile calefit ob groſſitiem, & coagulationem materiæ. aiunt, quod incipit cum graui, ac profundo ſomno, ſequitur, ait Ger. debilis, ac lentus calor, ac nulla ſitis, multa oris humiditas, multa ſaliua ob phlegma liquefactum. pulſus in principio debilis & occultus ob fortem conſtrictionem arteriarum, in ſtatu debilis, paruus, & gracilis ob paucitatẽ caloris vrina alba aquoſa, & mediocriter tenuis ob materię compactionem, opilationem, & cruditatem. ſed poſtea, ob calorem putredinalẽ fit ruffa, & ſpiſſa. Gilib. ait, qđ ſi globa humi. phleg. fuerit tenuis, in ea ſignificat phl. vitreum non putrefacientem: ſi lactea, vel glauca cum globa in fundo, putrefactum. in egeſtionibus videntur mucilagines ad modum vitri liquefacti, uel albuginis oui. id addit Gilib. grauedo capitis, & corporis, & indigeſtio ventris, & lateris, uiſcerum inflatio, dolor ſtomachi, & inteſtinorum, grauedo renum, & inferiorum partium dorſi. tandem ait Platea. ſentitur dolor circa loca, & magna frigiditas, in quibus continetur materia. unde Ferra. ſi phlegma eſt in inteſtinis, talẽ inducit dolorẽ, ac ſi cerebrum perforaret. ciborum indigeſtio, & inflatio laterum poſt cibi aſſumptionẽ & ſæpe excreantur violenter, & cum magna tuſſi: quandoque album, & clarum, quandoque ſpiſſum, & rotundum quaſi cicer, & maxime ſi materia fuerit in ſpiritualibus. & quia materia eſt nimis compacta, febris eſt nimis longa, & quaſi finis eſt hydropiſis.

Signa quotidianæ factæ à phlegmate acetoſo inquit Rog. incipit in horis phlegmatis & quãdoq; in horis melancholię. infeſtatur cũ multo frigore, & lento calore, & ad ultimum cum pauco ſudore. Plat. in ſero incipit inter horas phlegmatis & melancholiæ. parua ait Beltra. eſt ſitis, multus appetitus, grauedo capitis, uel frontis, conſtipatio uentris, dolor in

ſtoma-

ſtomacho,& ſimilãtur eius ſigna ſignis quar tanæ veræ cibo aſſumpto adeſt indigeſtio , tertio, & acetoſa erectuatio , inflatio poſt cibum dolor ſiniſtri hypocundrij , & ſiniſtræ partis capitis , & ex groſſa ventoſitate generata ex indigeſtione. vrina ſubdit Gil. eſt pallida , vel ſubpallida, vel citrina, vel ſubcitrina cum ſubtili ſubſtantia , & ſine globo humoris in fundo , & quo magis eſt indigeſta, eò magis tenuis, deinde phlegmate ente digeſto ait Fer.fere per totum inſpiſſatur . hæc ait , febris non eſt negligenda, quia ex ea fit erratica,& quartana ait Gilib. vbi eſt dolor, ibi eſt locus materiæ,& ſi materia eſt in ſpiritualibus, ſitis eſt maior, vrina coloratior, & quædam ampullæ minutæ in ſuperficie eius ſunt. Dixit Serapio. omnis quotidiana eſt longa, & non ſine vehementi timore: quia lędit naturam omni die & vt plurimum os ſtomachi eſt lęſum, & facit nauſeam quæ prohibet cibi aſſumptionẽ, & paucitatem digeſtionis . ſaluior eſt , inquit Auicen. quæ eſt interpol. magis munda , vt quę fit ex phlegmate dulci,& quę eſt abſque accidentibus,& multi ſudoris Serapio. quæ fit à phlegmate vitreo eſt multorum menſium , unde periculoſa eſt ait Auerro. quę à phlegmate mucillaginoſo , & quæ ab acetoſo , & quæ à ſalſo : quia eſt acutior . Auicen. diurna eſt longior , & deterior nocturna : quia calor febrilis,& diei vniti exſiccant adeo corpus, vt periculum fiat hecticæ : tum quia contendit eum, qui aperit poros, & ipſa claudit ob materiæ multitudinem : tum demum quia patientes in dicta febre conantur comedere in nocte .

Curatio quotidianæ periodicæ puræ.

OMnis febris phlegmatica eſt difficilis curationis : quia ait Gilib. cum cauſa antecedens ſit frigida,& humida , eſt contraria morbo, qui eſt calidus , & ſiccus . tamen principium curæ eſt à cauſa antecedente , & perficitur diæta, & potione . aer igitur ſit clarus , ſubtilis ad calidum , & ſiccum declinans naturaliter , vel arte. gaudeat æger , quandoque iraſcatur præſertim ſi à profundo ſomno corripiatur. quies eſt fugienda , fricatio ſit ſicca incipiendo ab inferioribus ante cibum , & ſi tempus permiſerit , per horam ante paroxiſm. & ait Auic. fricatio cum tela araneę,& oleo communi , uel alio aperitiuo iuuat à proprietate,& Ger.fiat circa uentrem, & latera fortiter aliquando cum manibus , aliquando cum pannis aſperis ſecundum diuerſitatẽ particularum.aliquando cum hac vnctione quæ Recipit aquæ dulcis librã unã uini vn. iiii.aceti vncias ii. radicum apii vncias ii. olei chamæ.vnc.ii.bulliant ſimul, unge uentrem, latera , & totum dorſum calida unctione. caue balnea ante ſigna digeſtionis & niſi declinatio incipiat, nam ait Raſ.in diuiſ.mane mittat in balneum ut ſudet in eo & Haly. ſit aqua facta ex decoctione rerum ſubtiliantium . fuge ſomnum longum præſertim diuturnum , & in paroxiſmo uſque ad eius declinationem : & ait Auicen. ſit ſomnus tantus ad digeſtionem materiæ , quantę uigilię ad reſolutionem bonam ſuperfluitatum . fuge cibos unctuoſos, crudos præſertim ait Auicen. & Serapion. aquam frigidam , nec pullos , nec carnes uſque ad declinationem vniuerſalem niſi uirtus ſit debilis : item lac, mel, piſces, olera, & omnia frigida, & humida. regimen ſit magis ait Auic.ſubtile in hac quam in quartana:quia eſt è materia ampliori, & humidio. ſed nec tantum quantum in cholericis. inquit Raſ.8.con.ſubtilia regimen uſque ad ſeptem diem,& ſi uides eam diminutam ualde,procede hac uia.ſin minus,ingroſſa,ne uirtus decidat: idem dicendum eſt in augumento & ſtatu,qui cũ ſit ſubtilioris diætæ,quàm alia tempora,cibi ſint aqua ciceris, aſparagi cum oleo,& ſale ait Sera. ſpinachia cum aceto, muria, cinnamomo, uuę paſſę cũ zuccharo piſtachia, cappares,& ait Iſaac piſces ſaliti,oliuæ conditæ,Alm.acetum,oleũ, & ſal, caules, ſinapis cum omni cibo competenti. potus in quotidiana pura ait Serapione ſecaniabin , aqua mellis , & aqua zucchari in quotidiana è phlegmate dulci aut ſalſo aqua hordei , zuccharũ, acetum, limphatum , ſyrup. acetoſ. & uinum bene limphatum in aqua hordei. Coque , ait Auerroes maſticem , uel piper , uel radicem fœniculi , poſt ſeptem diem detur uinum cum aqua decoctum ſit maſtix , mentha , uel aniſum. & Iſaac ſi æger ſitiat , da aquam calidam, quæ incidit ob calorem auctualem phlegma , & cogit deſcendere ad inferiora , & ſitim reprimit . in quoti.à phlegm.mucillagin. acetoſo uitreo , uſque ad decimaquarta bibat oximel ſimpli. deinde compoſitum , uel aquam mellis , in qua decocta ſit mentha, poſt decimumquartum uinum ſubtile, limphatum, maxime cum phlegma incipit digeri. ait Guil. bulliat cũ pullis tartarũ puluerizatũ, & cicotrinizatum , aut

cum iure ouorum: abstergit enim multum à phlegmate stomachum, & inteſtina. Dixit Serapio. ſit hora comedendi poſt quietem febris, aut ante paroxiſm. per tres aut quatuor horas, ſiue ſeptem, & non minus, quàm quatuor ante paroxiſm. & Alman. hora ſit quantum poſſibile eſt diſtans à paroxiſmo.

Cura quotidianæ puræ altera vniuerſalis eſt, alia particularis, & hæc habet ſex intentiones, materiæ digeſtionem, & æquationem, euacuationem eius, & reſolutionem, membrorum confortationem, & rectificationem materiæ, ne ad nobilia cadat membra, alterationem febris, & accidentium correctionem. vnde cura reſpicit aut morbum, aut cauſam morbi, aut accidentia. ſed in hac febre intentio maior ſit ad materiam, quàm ad morbum, quia maior eſt materia, quàm calor, vt ait Haly. quare ait Auerro. 7. collig. febris à phlegmate dulci, ac naturali ſi facta fuerit incide humorem, ſubtilia, aperi opilationes plus quàm infrigides, & humectes: quia incrudant materiam, & congelant. præter has intentiones ſtude, ne humor putrefiat lenias materias communes, minores, eradices. leni in principio vniuerſali, & euacua materias communes; quoniam in hac febre plurimę reperiuntur, & id ait Serapio. cum aqua geleniabin, cum aqua iuleb, & caſſia, & ait Auicen. cum geleniabin facto ex zuccaro & roſis, quæ ſoluunt. aqua prunorum, & thamarin. & id generis debilitant ſtomachum. clyſteria ſunt oportuna, & ſi nauſea afficeret ęgrum, aliquando confert vomitus leuis. mane & veſperi quotidie cum clyſtere vel cum ſuppo. exoneret fœces. & ſi poſt lenitionem videris vrinam rubeam craſſam & ſit æger complexionis ſanguineæ mitte ſang. qui eſt materia contingenter reperta. & ex materijs communibus contingenter repertis eſt materia quædam ſubtilis aquoſa reperta in gibbis hepatis, & venis gibbo vicinis, quæ leniter per vrinam educenda eſt, poſt tres, vel ſex dies digere, & digeſtio, ait Raſ. 16. con. eſt tranſmutatio phlegmatis in ſanguinem. quare ait Auicen. ſubtilia, incide, & aperi ideſt digere primo cum lenibus, deinde cum fortioribus. quare Auerro. da ſquingibin cum iure cicerum, & radice liquiritiæ ſpicam, & maſticem. ad digeſtionem complendam non eſt oportunum ait Auicen. quoniam cum materia ſit ęterogenea ſcilicet alia groſſa, alia ſubtilis, alia viſcoſa, alia non, oportet, vt ex ea euacuetur aliquid, & in reliquo digeſtio fiat. vnde Haly. cum ſigna digeſtionis videris, euacua phlegma in hebdomada ſemel. ait Galen. in libr. primo ad Glauco. non des ſyrupum acetoſum, neque valde extinguentia, niſi poſt tres, uel quatuor dies, vt ſubtilietur materia à calore febris, nam febris, quæ quotidie affligit, putrefacit phlegma, ſed poſt hos da ſyrupum acetoſum, & ea ait Serapio. quæ prouocant vrinam. detur geleniabin purum, digerit enim materias phlegmaticas in ſtomacho, abſtergit, & confortat ipſum. & Auicen. & cum illo, & ſine illo da aquam fęni. vel endi. vel apij, & hæc poſt quartum diem. vnde Recip. aquę fœn. & apij ana vnc. iiij. s. aquę endiuię vnc. iij. mellis roſ. colati vnc. iiij. bulliant vnica bullitione, vt depurentur. & Auicen. hoc tempore da ſyrupum acetoſum cum aqua mellis, vel hyſſopi. Fer. oximel ſimpl. cum aqua calida, alij oximel cum modico ſyrupi endiuię. vel Recipe menthę ſiccę & hiſſopi ana Manip. j. paſſularum, aniſorum ana vnc. vnam endiuię, cichoreę, lupul. capiluen. ana M. med. ſemi. communium frig. ana vnc. med. fiat decoctio & cum zuccaro & gelenia. fiat ſyru. & da. poſtea euacua, & poſt 7. da, ait Auicen. geleniabin cum confortantibus os ſtomachi. plus digerunt. ſed cum videris digeſtionem, quod fit in augumento, adiuua eam cum folijs fœniculi, apij, radicis ſquinanti, capiluen. & id generis. tranſacta autem quarta ſeptimana, ait Alman. trade trochiſcos de roſis completos cum aqua ciceris: quoniam ęger poteſt deuenire ob defectum ſtomachi, & hepatis in hydropem. vnde in fine augumenti, da ſyrupum, qui Reci. corticum rad. apij, fœni. petroſ. aſparagi, bruſci, & eorum ſeminum, aniſorum, paſſularum ana vnc. j. ameos, dauci, carui ana vnc. med. cichoreę, endiuię capiluen. ſcolopen. man. j. ſquinanti, calami aromatici, corticum rad. cap. menthæ ſiccæ, hyſſopi ſicci, calamenti ana vnc. iij. in horum decocto fiat ſyrupus acetoſus cum zuccaro, & melle. aromatiza cum cinnamomo, & nuce muſcata. veniente ſtatu, da ſyrupum de biſantis, & de eupatorio, vel Recipe ſcolopend. eupato. calame. hyſſopi, menthæ maioranę, ana manip. j. corticum radicum cap. ciperi, aſſari, ſquinanti, calami aromatici ana vnc. med. quinque rad. paſſul. anethi, ameos, ſeminis apij, petroſeli. aſparagi, bruſci ana vnc. vnam fiat elect. & ſyru. aromatiza, vt ſupra. ad euacuationem ait Galen. 12. method. frequens, & paulatina fiat euacuatio: & Iſaac, licet non oſtendet vrina digeſtionem, tamen alia ſigna eam declarant

rant . alia signa sunt inflatio , & gurgu-
latio intestinorum, stomachi abhominatio.
quæ indicant materiam esse subtiliatam, dis-
solutam, & paratam expulsioni . hæc de di-
gestione, & euacuationem aggredior , quæ
completur per secessum, vomitum, & vri-
nam. vomitus multis placet: quoniam phleg
ma continetur in stomacho , qui per vomi-
tum facile euacuatur . vnde Serapio. si in
hac febre non accidat vomitus non constrin
gas, & proprie in principio paroxism. si non
natura, tu arte prouoca cum raphano infuso
in secaniabin, & aqua tepida , vbi decoctum
sit anethum, calamentum , & aliquid salis
mixtum cum secaniabin , in quo infusus sit
raphanus . & Haly. vomitus est vltimum, si
stomachus vacuus non sit, comedat cibos
salitos prius . & Ras. in diuis. vomitus fit
cum syrupo acetoso cum seminibus subti-
liantibus , & incidentibus , vel vomiti-
uis cum semine raphani , rapę , attripli-
cis , anethi , & huius. & subdit Auicen.
oportet , vt expellatur septimus dies, quia
ante digestionem , agitat materiam cru-
dam , & cum sit valde laboriosus , po-
test debilitare stomachum , & attrahere
materias ad ipsum . & ait Auicen. si vomi-
tus sit eis difficilis non prouoces cum forti
vomitiuo . si in principio paroxismi acce-
dat vomitus , adiuua : si in augmento, &
statu , adiuua etiam , quia breuem red-
dit futurum paroxism. dixit Viat. si vomi-
tus eueniat spontaneus in initio morbi, le-
nitatem, & subtilitatem materiæ portendit.
si non veniat, ne prouoces arte : quia non
moueri vomitum in hac febre grossiciem in
principio materiæ , & coagulationem de-
nuntiat , & tarditatem ad digerendum .
De euacuatione secessiua ait Ras. in con. la-
xatio confert, sed non valde in hac febre ,
tamen quando necessaria sit , incipe à de-
biliori , vel saltem à minori dosi: nam per
tempus longum materia inciditur , & sub-
tiliatur , & apta redditur expulsioni . vn-
de tunc non timetur forte solutiuum, & sic
procede vsque ad statum , in quo si mate-
ria est apta educi a natura in crisi , sine ,
sin minus, vtere euacuatione eradicatiua. &
cum videris inquit Auicen. phlegma iam
digestum ; scilicet egredi in vrina ; dabis
omni nocte medicinam de turbith, & pa-
rantur pilulæ dulces cum speciebus scilicet
elephanginis si virtus tolerabit ; & ma-
teriæ digestio sequetur . sin minus : in-
terpone tempus conueniens . vnde Guil.
sumat de tertio in tertium medicamen præ-
dictum aureum vnum . Aliud, quod Re-
cipe turbith optimi vnc. iij. ligni aloes vnc.
j. zuccari albissi. vnc. iiij. misce. & Auicen.
ait Almans. dat pilulas de mastiche , quæ
non sunt solutiuæ bis in hebdomada ad sto-
machi corroborationem debilitati ob me-
dicamen solutiuum. & hic modus est regu-
laris. tamen quandoque coacti syncopi, vel
alijs accidentibus exhibemus post lenitionē
medicinam solutiuam . quare Alm. prę ui-
dens hæc nocumenta dat in principio me-
dicamen de turbith in parua tamen dosi, &
sæpe ne sit maior agitatio , quàm euacua-
tio , & quando phlegma aquosum in sto-
macho continetur, & vijs propinquis , ne
misceas zinziber . quando est grossum in
stomacho , & viis propinquis , misce pa-
rum zinzib . si phlegma grossum contine-
tur in locis remotis , misce plus zinziber.
Auer. septimo collig. recipit syrup. squin-
gibin factum ex decoctione radicum ireos ,
seminis apij, & liquiritiæ, & dat per per heb
domadam vnam : quia præparat humo-
rem , digerit , & habilem reddit expulsio-
ni . & addit agaricum cum med. de tur-
bith , & fine eo : quia euacuat humorem
grossum , & aperit opilationes . sed caue
colloquint. Serapio. post 14. dies euacuat
assidue cum pilulis de aloe , aut de specie-
bus alephanginis , aut de eupatorio . idem
ait. Recipe hieræ vnc. vij. turbith vnc. x. mi-
rabol. chebul. dram. mez. trochisc. de rosa
mino. vnc. iiij. eupatorij vnc. med. salis in-
di vnc. iij. bedeguar, suchaha ana vnc. iiij.
anisi vnc. iij . confice cum aqua apij bulli-
ta , & colata . valet febri phlegmaticæ ,
& roborat caput , & stomachum. & mino-
ratiuum bonum fit ex cassiæ pulpæ vnc. j.
vel plus in decoctione anisi , fœniculi ,
& liquiritiæ, agarici vnc. vnam . salis gem-
mæ dram. vnam aut turbit vnc. vnam, zin-
zib. dram. vnam. Guil. medicamen de tur-
bith. Recip. turbith. vnc. x. zinzib. vnc.
med. zucca. albi vnc. xv. masticis vnc. j. est
fortius quam illud Almans. quia plus zin.
recipit, quod magis aluit turbit. vnde tra-
hit phlegma grossius & magis à remotis .
& Almans. aliud posuit fortius quod Reci-
pe turbith. vnc. vnam. suc. absinthij quar-
tam vnc. vnam . agarici , hieræ picræ ana
vnc, mez. mastic. sextam par. vnc. v-
nam . confice cum syrupo acetoso melli-
to. conueniunt & pilul. stomachicæ ,
cum turbith descriptę in Antidot. il-
lis . & plura habes apud Auicen. si ve-
rò ob aliquam causam non potest dari
medicamen solutiuum , veni ad prouo-
cantia vrinam , & sudorem , & incipe à
debili & procede ad fortiora . itaque Ras.
in diuis. ait . cum morbus prorogatur ,

quando scilicet peruenit ad statum. da trochis.de eupato.& medica. diureticum, vt semen anisi,ameos,& apij.& fac hoc ait Auicen.minorata pluries, aut euacuata materia. item ait Auicen.non facias vnctiones, nec embrocationes,quando morbus est in principio, & humor est in corpore dilatabilis: quoniam mollificant viscera, & humorem fluxibiliorem efficiunt.sed cum apparet digestio, & morbus est in augmento, vel saltem in secunda parte augumenti, hæc vnguẽta adiuuant digestionem, & confortant. vnge nisi accidentia sint sęua, & virtus sit debilis,confricando,vt profundius penetrent. sint olea subtilia temperata, & anodina. quidam vngunt spinam, dorsum, & iuncturas ad rigorem prohibendum.

Ad alterationem caloris febrilis in quotidiana, parum aut nihil scribitur: tamen Serapio. ait si necessaria fuerit aqua hordei, coque in ea radices fœniculi, & apij, & detur cum secaniabin de melle. & si acescat in stomacho, da aquam mellis decoctam, aut aquæ hordei adde parum spicæ, & masticis.

Ad confortationem membrorum principalium,veluti oris stomachi da aromaticũ ros.gariof.de ligno aloes,& gradatim ad theriacam,& diatrionpip.deueni.atque præsertim,ait Galen.si hyems,ætas senectutis, complexio frigida, & humida, & vrina alba. & ait Ras.in diuis.nunquam postponas curam stomachi,sed conforta cum olibano,mastice, cipero,& huiusmodi cal. stipticis, odorif.ad extra.ait Serapio. in hora status attende ori stomachi,& Haly.eum conforta cum emplastris constrictiuis. & Viat. cum oleis calidis, vt nardino, masticino,& id generis. & Aui, id facias, in augumento idest post 7. diem, & post lenitionem mucillaginum, & eorum exclusionem per vomitum. & inquit Auicen.mastica mentham,masticem, & anisum: & misce cum geleniabim decoctum anisi, & masti.& post 14.dies vtere trochiscis de rosis,thure,masti.& absy.olea sint chamę. anethinum,nardinum, costinum, & similia simul mixta.conforta hepar, vt bene sanguificet,& cor,vt addat spiritus,& calorem:cerebrum, vt virtutem animalem, sensitiuam,& appetitiuam.

Accidentium correctio, si ceciderit appetitus,ait Auicen.da vinum,in quo bullitum sit mellilotum,chamæ.dactili, & absynt.aut fiat ex his emplastrum de foris. si vomitus infestet, da ait Serap. syrupum citoniorum, menthæ,granatorum factum cum melle.aut Recip.granorum granatorum vnc. x. thuris albi,masticis ana vnc. v. menthæ vnc. vij. coque cum lib.ij. aquæ ad consumptionem medietatis, & da omni hora. & Auicen. detur miua aromatica, & syrup. de mentha.

Si doleat caput, recipiat vaporem decoctionis chamę.deinde ponat manus, & pedes in dicta aqua bene calida, & stringe crura fortiter,& ne vngas cum oleo:quia opilat vapores, hæc Serapio. & hæc euaporatio si à vapore fiat soda, potest fieri omni hora paroxismi: si verò ibi esset humor, ne fiat, nisi post minorationem.

Si fluxus ventris fiat, conforta, ait Auicen.ante cum astringentibus, veluti hepar cum semine cuscutæ,stomachum cum mastice,& aniso, splenem cum radicę apij, scolopendriæ.

Cum times ait Haly. opilationem, ob quam stomachus, & hepar non digerant, vnde superueniat cachesia, da trochis. absyn. aut laccæ cum squingibin, & fugiat aquam copiosam,frigidam. quare Auicen. si facies,& extrema inflantur & cachesia; dentur trochisci de lacca.& vtiles sunt, qui Recip.nardi,assari ana,confice cum vino decoctionis saluiæ,& cum dicto vino accipe. aliquid squing.ait Auerro.si palpebræ & pedes sint inflati,quia perducit ad hydropem. sed ait Alman. 18. con. da prouocantia vrinam cum policaria, & absynt.deinde cum diacur. vel Recip. anisi vnc. iiij. folij, absynt. spicæ, amigdal. amararum ana vnc. iij.aloes vnc.iiij.succi policariæ vnc.iiij. sem. apij vnc.j.fac trochiscos cum succo anisi, & apij, & dentur cum decoctione seminis eorũ vel cum syrupo acetoso.

Si frigus fuerit superfluum, ait Serapio. accipiat æger in toto corpore vaporem aquę decoctionis chame. mellilo. sansu. rorisma. assari,& id generis.deinde vnge cum oleo decocto. & Auicen. post principium vniuersalem da ante paroxismum aquam decoctionis sem. anisi apij, & ozimi gariofil. calidam, & embroca, & vapora. & Rog. pone quandoque manus, & pedes in aqua calida, aut lixiuio, aut vino, aut in balneo calido.aut ait Auicen. frica cum pannis incipiendo ab humeris: deinde vnge cum oleo scilicet dulci, vt de chamæ. de anetho. deinde absterge. & da theriacam, vel alia opiata, vt mitridatum trochisc. de rosis magnos cum aqua fœniculi semper ante paroxism. & materia minorata.

Ad remotionem verò paroxism. laudat Gordo.gentianam ante acceß.cum vino calido, & sicco quod in hac et in quartana valde operatur ozimum gariofilatum, penta-

pentaphi.folia eius, ciperus, & cuſcutę mirè proſunt. quidam exhibent vnc. iij. ſucci apij ante acceſſionem. Alb. Recip. agarici vnc.mez.ſucci fumiterræ vnc. mez. & da per tres horas ante. quidam dant frequenter ante acceſſionem vnc. j. agarici cum ſyrupo acetoſo,& valde vtile eſt vinum decoctionis radicum aſſari. Raſ.18.con.da tres guttas,vel quatuor ſanguinis extracti ex aure aſini cum vnc. ij. aquę per horam.curabitur. Empla. ex mica panis,oleo laurino,& vitello oui aſſato cum melle, & ſucco, aut puluere centaureę minoris poſito ſuper ſtomachum, & vmbil. alleuiat paroxiſmum.

In febre facta à phlegmate ſalſo curam maiorem adhibe hepati,deinde in facta à phlegmate dulci in acetoſo ſtomacho: in mucilla. & vitreo omnibus mutatis.

Quotidiana facta à phlegmate aquoſo,curanda eſt cum victus ratione, & medicina, plus exiccantibus, quàm aliæ febres. leni cum caſſia, melle roſato,aqua hyſſopi, menthæ,& capilu. vomitus maxime confert, digeſtio ſit gelen.aquæ menthę & fœn. mino. ſit medicina de turbith. poſtea digere. cum ſyrupo de quinque radicibus, & geleniabin factus acetoſus,& aromaticus, cum decocto cyperi, menthæ,& ſquinanti. iterum purga cum medicina de turbith. iterum dig. ſit ſyrupus de ſquinanto,& aqua apij, deinde purga cum pilulis. quę Recip. agarici, turbith, cheb.ana vnc.j.ſpecierum hierę vnc. ij. zinzib.nardi,ſalis gēmę ana dram.j.in alijs cura vt quotidiana pura.

Facta à phlegmate acetoſo, mucillaginoſo, & à vitreo,eſt ferè eadem, tamen accenſum poſtulat medicinas minus aperitiuas, inciſiuas, & ſubti. ſolutiua educant materias groſſas, difficilis euacuationis, & erad. vnde Auerro.7.collig.hi humores purgandi ſunt poſt inciſionem, & ſubtiliationem eorum.Viat.in hora acceſſionis in facta à phlegmate acetoſo, quando rigor incipit, incita vomitum cum oximelle, & aqua calida decoc.anethi, & radicum raphani cum caſſia in decocto politrici, carth. ſene & aniſi. dig. Recip.hyſſopi, haſcæ, melliſſę, capil. ven.ana Man.j.radic.apij, petroſelini, fœnic.endiuię bugloſſę ana vnc.j. liquiritię, florum borag. bugloſſ. thimi. rad. cap. ſcolopend. ana vnc. ij. ſquinanti, menthę ana vnc. iij. paſſul. ſebeſtem ana vnc. j. fiat ſyrupus cum melle, & geleniabin.aromatizetur cum nardo, mace, cinnamomo, & gariofilis. ſit medicina de turbith. Viat. in acceſſione pone pedes,& manus in decocto chamę, & anethi mellilo. & id generis, & dentur trochiſci de roſis,berbe. & aniſo mixtis cum ſucco ſcariolę, apij, & oximelle per vnam ſeptimanam. oximel, & mellicratum ait conſt. in principio huius valde confert.

Facta à phlegmate mucillaginoſo, & à vitreo,frictio multa valde conuenit, ſed locis, & temporibus idoneis poſt plures minorationes, cum vino albo ſubtili, vel maluatico, & aqua.v.radic.vel ſeminum communium cali. Serapio. ait ſi materia eſt, valde groſſa, potus ſit ſecaniabin: ſi valde, aqua mellis. Auicen. ſi eſt valde frigida, piperis parum, & vinum ſubtile, ſed parum.

Quotidiana continua fit ab eadem cauſa, à qua periodica, & hęc eſt aut pura, aut notha. vera fit à phlegmate naturali putrefacto intra venas, notha ab innaturali intra venas ſimiliter putrefacto. notha fit à phlegmate dulci, à ſalſo, ab acetoſo, & à vitreo. continua iam altera eſt latica, alia non latica eſt occulta, tepens, & vniformis caloris, nec habet typum in principio excreſcentiarum. ait Raſ. 18. con. phlegmatica continua non incipit cum frigore in paroxiſmo, nec terminatur cum ſudore, nec in ea eſt vomitus. in interpolatis humor eſt vnus per totum corpus & extenditur, in continua manet intra venas.

Signa febris phlegmaticę continuæ non lacticę, ſunt quod in declinatione mitesſcit valde, in excreſcentia eſt quędam infrigidatio circa cutim, & extrema, & maxime circa pedes, naſum, & aures, aut quędam ſomnolentia, alices, & oſcitationes. vnde Iudęus: multus fit ſomnus. & Gilib. mouetur ſine typo, & Guil.abſque frigore. Iud. vrina vna die eſt ſubtilis, alia eſt groſſa, ruffa cum multa reſidentia. calor eſt multus, corpus eſt irroratum, non aridum, multum ſputum. item obliuio, ſubeth,pulſus continuo inęqualis, & vrina turbida.

Lactica febris eſt valde ſimilis hecticæ propter vniformitatem caloris, diuturnitatem, & longam afflictionem, corporis extenuationem, & ariditatem inde ſequentem, & etiam ad indigeſtionem ſimilis eſt hecticę: quoniam corpus quotidie magis macrum, & aridum ſit. hęc Auicen. ſed ait Guil. à medicis ſępe hectica habetur: ſed differt: quia in hectica pulſus eſt ſubtilis, & ſtrictus, & ſiccus, & durus. & in lactica lenis, & mollis paruus cum quadam latitudine. hectica quaſi ſemper eſt vnius tenoris, licet poſt cibum parum inflammetur: lactica

emper magis in principio noctis incipit nfestare, & circa mediam noctem magis inflammatur. in hectica vrina est quasi semper vnius tenoris in substantia & colore, & est ferè similis vrinæ sanorum, sed oleagina in superficie: in lactica fit magis discolorata, grossa, saltem in principio liuida, sed in augmento, & statu fit ruffa, & spissa. in hectica cutis est aspera, tensa, & arida, in lactica mollis absque asperitate manifesta.

Signa febris phlegmaticæ continuę, puræ, factæ à phlegmate naturali putrefacto sunt, ait Gilib. vrina ruffa, vel subruffa per totum spissa, foeculenta, & quasi turbatur in superficie liuida, calor enim est continuus, sed in nocte minor & lentus à principio facit modum paroxismi in horis phlegmatis sine typo cum capitis grauitate, & totius corporis stupore. facies est tumida, vel subpallida & sitis modica, aut nulla, oris insipiditas, pulsus latus, mollis, tardus, & inęqualis, scilicet quandoque fortis, quandoque debilis. & sicut garrulitas est signum choleræ, & taciturnitas melancoliæ, ita stupor phlegmatis. palpebrarum adest oppressio, oculorum turbatio, color subcineritius in facie, ventris inflatio, nausea, & stomachi debilitas & reliqua signa dicta in signis periodicæ. & dixit Raf. 18. con. continuæ febris phleg. quædam est adurens, & inflammatio est circa cor plus, quàm in corpore toto, & id est è phlegmate salso.

Signa febris phlegmaticæ continuæ nothę sunt omnino similia signis febris phlegmaticæ periodicæ nothæ, distincta secundum diuersas eius species. verum in phlegmatica continua semper calor est additus supra calorem periodicæ sibi proportionalis in materia. Ras. supra; non cognoscitur ad quem finem debeat peruenire febris phlegmatica. & quandoque est paucę quantitatis. & in qualitate caloris est periculosa: quia est lactica.

Curatio febris quotidianę continuæ est sicut cura ait Ras. in diuis. periodicæ. dixit Gilib. in principio vtatur dięta confortante naturam, antequam virtus debilitetur, & bibat vinum album limphatum, & debile. & si caput est debile, loco vini bibat aquam decoct. granorum granatorum, vel sebesten, & mellis, in aqua cicerum rubeorum, folia sicIæ, cibaria ex folijs fœniculi, petro. spinac. carnes hędi pullorum, gallinarum iuuenum cũ lactucis, spinachijs, & huius. conditas cum succo agrestæ, granatorum, & cum cardam. Rog. si in 7. debilitatur, da colaturam gallinæ. si in 14. & vrina parum digesta, vinum mellinum limphatum. in continua cibi sint facilis digestionis, subtiliores, minoris quantitatis, & paucæ repletionis, quam in periodica. Phlebotomia magis in continua competit, quàm in periodica stantibus conditionibus. dixit Gilib. in facta à phlegmate dulci, & in naturali, quæ non sit latica, fiat phlebo. & Fer. incisio sit lata, vt sanguis crassus exeat, & si flatus quis sit in venis possit exhalare. deinde ait Auicen. sit contentus eis, quæ sunt sicut syrup. acetosus, geleniabin, iulep de melle, & aqua mellis, & aqua fœniculi. apij, petros. Guil. dat oximel, aut mel rosatum cum aqua radicum, deinde ait Rasis in diuis. quando corpus fuerit debile, & febris tarda tepida, da in potu fortiora in prouocãdo phlegma, & euacua cum eis, vt trochis. de eupatorio, & pil. in quibus est pulpa colloqui. & aqua seminum, & radicum diureticarum, & aqua mellis, diaciminum, & diatrion pipereon conueniunt. idem ait. sæpe conforta stomachum cum zuccaro rosato, trochiscis de rosis & huius.

Febris melancolica.

FEbris melancolica, dixit Gordo. facta est ab humore melancolico naturali, vel innaturali putrefacto. & quamquam Alexand. sentit melancoliam non putrescere, hoc est ad comparationem aliorum humorum: resistit enim putrefactioni cum substantia terrestri, & frigiditate, & siccitate complexionis. hęc dicitur febris quartana. tamen quidam asseuerant posse fieri phlegmate acetoso, vitreo, & salso absque ipsorum adustione, vel conuersione in melancoliam. sed Fer. ait quod frequentius fit ex salso, & non debet reponi in numero melancolicarum. sed quia mouetur de quarto, in quartum ob conditiones conuenientes cum melancolia. Verum ait Auicen. febris quartanę causa est ea, quę significat melancoliam, & quę postea putrefit. sed melancolia alia est fex sanguinis & dicitur naturalis: alia est eius adustio, & cinis aliorum humorum, & dicitur innaturalis. hęc Auicen. vera, & certa est facta ex naturali: & notha, ex innaturali, quę est duplex, aut enim est innaturalis per admistionem alterius humoris cum melancolia non vnita, sed melancolia est tanta, quę secum trahat ipsum, aut per conuersionem alterius humoris, vel ipsius melancolię naturalis in non naturalem. & sic aut sanguinea

idest

ideſt propterea quòd ſanguis in eam conuerſus ſit, aut cholerica, aut phlegmatica, aut melancolica : quia melancolia naturalis aduſta conuerſa ſit in innaturalem. ſed Raſ. 18. con. aucto. Simeo. inquit quod non fit niſi ex aduſtione trium humorum, & quòd melancolia naturalis non poteſt putrefieri, poſtquam eſt vſta, & ſicut ſunt plures ſpecies phlegmatis, & cholerę, ſic plures ſunt generatæ ſpecies melancholiæ per aduſtionem. ait Gilib. aduſtum ex ſanguine eſt ſalſum cum pauca dulcedine, & ad ponticum trahit. aduſtum phlegmatis ſubtilis trahit ad dulcedinem, groſſi ad acetoſitatem, & ponticitatem. aduſtum cholera trahit ad amaritudinem. aduſtum melancoliæ naturalis ſubtilius eſt acre, ſicut acetum, & ebullit ſuper terram, fugiunt muſcæ ob horribilitatem ſaporis, & odoris eius : ſpiſſius eſt maioris malitiæ, & acredinis, & nimis bullit. ait Serap. plurimum humoris facientis quartanam eſt ex aduſtione humorum aliorum. vnde plurimum eſt notha. & aduſtum non intelligitur id quod eſt incineratum adeo quod in eo non remanſerit humiditas, quæ facit pabulum febris : ſed ſit hum. ingroſſatum per conſumptionem partium ſubtilium in quo remanſerit humidum, ratione cuius poteſt humor aduſtus ebullire, & putrefieri.

Febrium ait Auerro. ſeptimo collig. quæ ex humoribus melancolicis fiunt, quędam fiunt in ſecunda digeſtione, quędam in tertia. adiuuat generationem horum opilatio pororum, groſſicies humorum, & difficultas digeſtionis. quarta tam uera, quàm non vera diuiditur in interpollatam, & in continuam, quæ ait Galen. 2. de different. & Auicen. fit rarò interpollata plurimum : nam ait Gera. rarò reperitur talis humor intra uaſa ob diſſimilitudinem ſuam ad naturam, & ſi quid ineſt, non recipit putref. & à natura expellitur extra uenas. Raſ. 18. con. auct. Gal. ait febris facta ex melancolia, quæ ſpargitur per totum corpus, eſt quartana pura, interpolata, ſi melancolia eſt occulta intra venas eſt quartana continua. & quart. vera ſecundum plurimum fit incipiendo : notha ſequitur alias ęgritudines, & maxime febres: quia generatur ex reliquijs febrium præcedentium, pręſertim erraticarum, vt ait Hippocrat. 3. progno. euenit, ait Auicen. in ſucceſſione febrium putridarum ob diuerſitatem humorum, ex quibus generantur, & eorum putrefactionem : nam cum aduruntur, & non euacuantur, multiplicatur melancolia ſcilicet innaturalis. deinde cum putrefit, fit quartana. Raſ. 18. con. quę accidit poſt tertianam, eſt ex aduſtione cholerę. & quę poſt quotidianam, phlegmatis. & ſic in alijs. dicunt quidam, quę fit ex melancholia naturali, uel ex naturali uſta, accidit maxime in ſenectute : quę ex melancolia, per aduſtionem aliorum humorum : in iuuentute, & maxime in fine eius quando maior fit aduſtio, & notha frequentius accidit : quia frequentius accidit incinerari humores, & melancoliam aduſtam multiplicare, quam naturalem.

Quartana ſoepe liberat ab epilepſia, melancolia, & alijs morbis : & eſt, ait Auicen. vt plurimum ſalua ob longam quietam. ſed ſalua magis eſt, quę non fit ab apoſtemate ſplenis, aut cum ea non eſt apoſtema ſplenis, nec duricies, nec opilatio, nec cum apoſtemate hepatis, quoniam vt plurimum perducit ad hydropiſim. continua eſt deterior interpollata, & deterior eſt, quia fit ex aduſtione melancolię naturalis : deinde quę cholerę, deinde quę phlegmatis, deinde quę ſangu. quia ait Auicen. cito recipit curationem. & ea, quę fit ex aduſtione cholerę naturalis, vel phlegmatis naturalis, dixit Zoar, difficile curatur, niſi in ęſtate, nam ait Galen. in commen. 3. progno. hyems adiuuat inclinationem humorum ad intra corpus. in valde ſenibus, ait Gilib. non curatur ob virtutis debilitatem : nam ait Hippo. in aphoriſ. morbi chronici in valde ſenibus afferunt mortem : finitur enim ſimul morbus, & vita. & ait Auicen. febris melancholica longa perducit ad hydropem. inquit Guil. quartana, quę non ſequitur aliam febrem, ſiue morbum, breuior eſt, & melius curatur. ęſtiua quartana eſt breuior, quia melancolia eſt minor, ſubtilioris ſubſtantię, & calidioris complexionis. & ait Auicen. in quartana quando non accidit error, non addit ſupra annum; quia, inquit Ger. inſequitur motum ſolis. & quandoque ait Auicen. perdurat 12. annos, quia committantur maximi errores. & conſt. his melancolia eſt in fine groſſitiei.

Quartanę periodicę purę primum eſt ſignum ait Galen. ſecundo de criſi, qui rigor fortis non incipit primo die, ſed in dies augetur. & Alman. incipit cum tremore adeo vehementi, vt dentes conſtringere cogat, & concutere, iuncturę, atque oſſa dolent, ac ſi ſuper ea aliquid appenſum eſſet, quod ea grauaret, & concuteret. quare frigus profundatur in oſſa & ait Aui. eſt cum aliquo dolore, ac ſi frangantur oſſa: quoniam ait Viat. melancolia ob ſuam groſſitiem, & frigiditatem ſuper membra ſenſibilia effluens grauat fatigat, & frangit ea, & Iſaac non frangit

 oſſa,

offa, fed materia ficca, & terreftris ad intra profundatur,& grauat.vnde æger fibi videtur offa frangi ,& remanet ibi diu , quia eft terreftris,& groffa,& quidam dicunt, quod eft vapor groffus ficcus petens mufculos pro fundos,& panniculos tegentes offa, & caufat in eis multam fenfationem, ob quam con trahuntur,& æger iudicatur, idem eft in offibus.itaque fubdit Auicen. ftrident dentes: quia læfio fit in mufculis mandibularum, & & quandoque tantus eft tremor vt lectum tremat.& caufa huius tremotis eft fortis mo tus expulfiuæ irritatæ à forti frigore, acredine,& acetofitate huius humoris.quando autem materia prope digefta eft, & frigus, & acredo minuitur,& ponticitas, & craffities, confractio offium,& ftridor dentium remittitur, quæ duo funt propria figna febrium melancolicarum. ad tremorem totius corporis quandoque fequitur tremor dentium, vt in febre cholerica, & phlegmatica . fed in quartana fequitur ad confractionem man dibularum, & dentium , & confractio fit à contractione mandibularum & relaxatione. rigor fortis eft bonum dummodo non fit in principio vniuerfali morbi: quoniam tunc ait Raf.fignificat multitudinem humoris.eft bonum , fignum , quod humor eft digeftus : quoniam quando eft indigeftus , parum exit ad mufculos, & paruas partes attingit . & quando fit poftea lenis, fignificat quòd materia eft diminuta, & tunc cognofcit perfecte ftatum , & declinationem, ait Gilib.in principio acceffionis fit prius ofcitatio,poftea inualefcit, & ftridor fit dentium ob neruorum conftrictionem , & dolor in profundo membrorum,ac fi offa frangerentur.deinde fit frigus , & tremor ait Raf.18. con.tarde calefit.

Secundum eft lentus calor, vt ait Galen. fecundo de differen.ob frigiditatem, & grofficiem humoris.tamen inquit Ifaac. difturbat corpus ob materiam laborem facientem. aliquando tamen natura materiæ dominatur, & æger quiefcit : aliquando contrà: & tunc affligitur. calor tamen inquit Auicen. cum fit ficcus,eft maior, quàm febris quotidianæ & magis apparens,& is calor eft velut ignis in lignis craffis,& terreftribus,qui non cito inflammatur , nec fubito totum corpus amplectitur, aut non intenfè, imo calor eft intra, & horripilatio extra . verum quando totum occuparit, eft intenfa, ait Al man.18.com.

Tertium ait Serap. paroxif. eft 24. horarum,quando eft pura. quando mixta eft choleræ citrinæ, minuitur. fic Auicen. verum Guil. paroxif. mouetur, vt plurimum hora octaua diei : quoniam propinquus eft motus melancoliæ, quæ quoniam ratione grofficiei eft difficile refolubilis ; durat paroxif. plus alijs.

Quartum ait Gal.fuprà, eft fudor in declinatione : quia materia nonfic inuifcatur, vt phlegmatica . vnde magis in calore fubtiliatur . & Auicen. eft multus refpectu quotidianæ, fed minus, quàm in alijs. imo ait Raf. 18. con. non eft multus ; minima enim pars fudoris tranfit ad mufculos.

Quintum ait Gale. primo ad Glauco. pulfus eft maior, fegnior, & inæqualis, & 2.de crifi, vix fentitur in principio parox. & primo ad Glauc.& fi poft quietem febris , pulfus perfeuerat tardior , & rarior naturali , febris eft quartana . in ftatu magnus , & plenus ob fortitudinem motus materiæ naturæ repugnantis.

Sextum ait Gal.2.de crifi. vrina eft fubtilis,alba,& aquofa,& hoc in principio ait Serap.fed in declinatione eft plurimum nigra ob mundificationem humoris melācholici. eft fubtilis, ait Ifaac, ob ficcitatem materiæ, & grofficiem,quę opilat vias.funt vrinæ, inquit Paulus,multarum mutationum: propterea quod fpecies melancholiæ funt multę.

Septimum accidentia funt minora, quàm in tertiana, vnde ad Glaucon. eft maior fitis, & Almanfo.minor dolor capitis,& id generis . tamen ait Fer.in augumento , & ftatu crefcunt & pręfertim fi fit à cholera humor melancolicus . Guil.& acetofitas in ore, fi materia eft in ftomacho. ait Plat. & accidit cum fcotomia,appetitus eft fortis, nifi opilata fuerit via fplenis ad ftomachum , aut fplen debilis, grauitas adeft totius corporis pręcipue crurium , coxarum pigritia, indigeftio, laterum inflatio, dolor lumborum, & plurimum fit cum vigilijs, inquietudine & timore in fomnis , & aliquando poft expulfionem caloris , adeft frequentia mingendi.

Octauum ait Serapio.corpus per 48. horas remanet mundum , & materia eft quafi cinis, & Galen. 2. de differen. nihil remanet fumofi , nec femicombufti , vt in phlegmatica.

Nonum ait Galen. primo ad Glaucon. fplen maior , & craffior fit. & Viat.eft proprium huius febris, & Auicen. & vt plurimum dolet,& crefcit, fi ait Gilib. diu perfeuerauerit.

Decimum ait Serap. exiccatur valde ftercus,quod tendit ad nigrum.

Vndecimum inquit Serapio.cutis arefcit, & ficcatur . Viat. id ob melancholiæ ficcitatem.

Duo-

Duod. narrat Serap. color faciei fit viridis, & plumbeus, & uitis nigra in processu, & sulphureus inquit Isaac & Gilib. tumet facies, & pedes, & quandoque hydrops. sed in principio parox. vngues, manus, pedes, & labia fiant liuida.

Decimumtertium debilitat, ait Aui. visum ob vapores grossos turbidos, petentes neruos visiuos, & spiritum offuscantes.

Quartumdecimum Zoar. in processu tussit cum difficultate ob exiccationem partiū thoracis, & pectoris.

Decimumquintum antecedunt febres indigestæ, & malè curatæ, aut splenis tumor, apostema, complexio melancholica, ætas, negocia, autumnus, & hæc Gal. & Alm.

Rabi ex auctoritate Gal. 2. de crisi ait. signa quartanæ sunt quatuor. primum est subleuatio omnium signorum tertianæ puræ, immò contrarium. sec raro per se accedit, sed sequitur alius. ter. pulsus in principio paroxis. est veluti senis. quar. inchoat cum rigore debili, quæ post in qualibet accessione augetur, & in ipso rigore sentitur tantum frigus, quòd ossa videantur frangi. Fer. ait digestio materię in quarta cognoscitur si sit vrina coloratior, & minus tenuis, vel etiam spissa cum ueri frigoris mutatione, cum paroxismo intēsē prolixo, & anticipante, atque aliorum symptomatum augumento, quæ fiunt per calorem.

De signis quartanæ nothæ.

AIt Gal. 1. ad Glau. signum nothę est, quod accessiones uariantur secundam diuersitatē humorum.

Signa specierum nothæ phlegmaticæ sunt nouē. primū est, quod antecessit febris phlegmatica longa, in qua phlegma adustum est. sec. Auic. parox. lōgiores ob uiscositatē phlegmatis, & frigus intensius, vel plus durans, & it, reditq́ue ter. ait Auic. sudor est tardior, & minor. quar. Auicen. urina est grossior. quin. pulsus est minus durus. sex. accidentia, ut sitis sunt remissiora. sep. si cōplexio sit phlegmatica, ætas, regio, tempus anni, & id generis.

Signa nothæ à phlegmate falso, sunt ait Plat. oris falsedo, pruritus in toto corpore, calor intensior, & frigus minus, quàm in aliis phlegmaticis adustis. & dixit raro solent fieri quartanę ex adustione humorum, sine calefactione hepatis.

Signa nothę à melancholia factę ex sanguine adusto sunt quatuor. s. antecessio febrium sang. urina rubea, & obscura ob adustionem, pulsus plenior, & maior, & fortior, quàm in aliis quartanis, quar. complexio, ętas, tempus frig.

Signa sanguineę factæ per admixtionem sanguinis cum cholera sunt urina in principio russa, spissa & liuida in superficie, frigus parum, uel nullum, calor magnus, inflatio sinistri hypocondrii, cum grauitate, & dolore maxime post cibum, splenis durities, grauitas capitis, & præsertim sinistrę partis. inchoat in horis sanguinis uel melancholię.

Signa nothę ex adustione choleræ sunt, inquit Auic. pulsus uelocior, & frequentior, q̄ in aliis quartanis: quia eius calor est intensior. sec. incipit cum horripilatione, & frigore in carne: quia sentitur magis uersus cutē, quàm versus profundum. ter. est cum sudore: quia materia est subtilior. quar. est cum siti, uigiliis, & aliis accidentibus comitantibus calorem. unde uidentur ob inflammationem cordis, & cerebri maniaci aliqn̄ & iracūdi. quin. urina est russa, ignea, subtilior. sex. antecedit morbos cholericos. sep. complexio, ætas, anni tempus, &c. Auic. signa nothæ ex adustione melancholiæ naturalis ratio memorata fuit à medicis, quia forte perraro accidit: non enim putrefit, nisi valde rarò melācholia naturalis, nisi ob eius siccitatem intensam.

Curatio febris quartanæ puræ.

OMnis febris melancholica est difficilis curationis, licet sit salubris; quia propter compactionem, duritiem, & siccitatem suæ materiæ difficulter digeritur. curatio tamen uariatur secundum variam materiam, & secundum tempora uniuersalia, uel particularia: secundum materiam ut si febris quartana facta sit ex adustione sang. uel cholerę &c. circa diætam caue frigus, motus fortes exiccantes, uigilias, cibos etiam generantes facietates nauseatiuas: quoniam turbant ęgrum, & mouebuntur humores uelociter. dixit Haly. non comedant in die aecessionis, non moretur diu ad ignem. ait Ras. aggredere ęgrum cum ense euaginato, vel cum alio terrefaciēte in hora parox. quoniam repētinus terror frequenter sanauit eas. delitiis utatur, ait Auicen. quiete, & somno pręter solitum. Haly. deambulatio lenis, & frictio confert. balneū, ait Auic. in aqua dulci tepida cōfert: q̄a humectat, ēt excitat humores, sed nō sudor. sed Haly. uult in statu s. qn̄ materia est digesta. & Serap. quando est pauca. & Almans. post 40. dies. i. post 40. parox. dixit Ger. super 9. Alm. cap. de melancolia. quidam bonus homo balneabat quotidie quartanarium bis, ut materia mollificata plus expelletur in parox. & sic infra mensem liberabat.

Cibus quartanarii ait Auic non sit crudus

imò reſoluens cruditatem,uel flatum: non groſſus,imo ſubtiliãs: nõ conſtrictiuus,imo ſoluens uẽtrem.ſit generatiuus boni ſanguinis & hi ſint calidi,& humidi,vt oua ſorbilia,& caro bouina, & quando adeſt ſtatus, ciba cũ capparibus, ſinapi,almuri, & huius Auic.& Iſaac.non des cibos vnctuoſos.ſ.de carnibus vſque ad tres ſeptimanas.deinde ciba cũ pullis paruis,& poſt 40.dies cũ aliis carnibus,& ſit Raſ.18.con.in die acceſſionis. ait Guil.concede ſuccum hordei, ius cicerũ rubeorum ius gallinarum uel caponum cũ mica panis,uinum album bene limphatũ & pone ſuper cibos cardamomum puluerizatum, quia ſudare facit,materiam digerit, & naturalem conſeruat humiditatem. vinum ante 40.dies ſit citrinum,odoriferum, limphatum, ſi nulla fuerit opilatio in hepate, aut ſplene. ſi uerò fuerit, ea non limphatum in diebus quietis. poſt quadraginta dies concedit uinum uetus parum limphatũ Gordo.in die acceſſionis ciba p̃ tres horas. & in declinatione cõpleta condiantur fercula cum ſpeciebus,quę R.cinnamo. cardamo. maſti.ana vnc.5.galangę, nucis muſ.macis, gariof.ana vnc.1. croci vnc. s. dixit quidam gallina repleatur petroſelino, uitello oui cum albumine, ſanguine porci maris ana ad pondus vnc.vi.bene mixtis coque in paſtillo,in furno,& comede,quoniam roborat uirtutem, & appetitum excitat, & febrem expellit.

Quò ad pharmaca quatuor ſerua intentiones.ſ.digerendi,euacuandi materiam,alterandi calorem febrilem,& roborandi membra principalia.accidentia cum parua, aut nulla ſint, non indigent correctione. uerum ait Iſaac. in quartana quatuor reſpice. primum ne des medicinam ualde calidam, ne materia calefiat, & duæ generentur febres,altera continua,altera interpollata.ſec. nec des frigida ne materia incrudetur.tertio diæta non ſit admodum ſubtilis:ne cadat in hecticam,uel phthiſim.quartũ non confundas corpus cum pharmacis,& præſertim in principio quia materia eliquatur,& fit obediens naturę,& digeſtio materiæ cognoſcitur per mitigationem,& abbreuiationem.inquit Gord.parox.non per paucos cibos aſſumptos,unde urina coloratior uideatur.ait Galen.ad Glauconem primo moderate duces in quartana & rege,ſplenem.

Ad digeſtionem ait Haly.da quotidie geleniabin cum ſquing.ſ.cum aqua cocta, uel borag.uel bugloſæ.Viat.digere materiam cũ diureticis debilibus, vt ſucco ſcabioſæ, & apii,fœnic.decoctis,& collatis cum oximelle arom.& melle roſ.& Auic.in die paroxiſmi da geleniabin cum ſyrupo acetoſo in aqua calida.& ualet in die,& hora paroxiſmi bis, uel tertio loco aquæ hordei,in ęſtate bibat aquam hordeaceam,ut aperiat opilationes; & ſecaniabin ſit ex zucchato in hyeme ex melle & id ait Auic.ſitante parox.per tres aut quatuor horas aut da ſyrupũ qui R. florum borag.bugl.ſtica.ana vnc.s.paſſul.liqui. ana vnc.v.aniſi,fumot.ana vnc.iiii. hordei mundi vnc.i. cuſcutæ vnc. s. fiat decoctio, & cum melle roſ.colato fiat ſy.parum acetoſus.ordo eſt igitur,ut primum detur ſyrup. acetoſ.deinde fiat leuis mino. deinde ſyrup. uiol.deinde mino.poſtea ueni ad fortiora,ac ſpleni idonea, veluti R.ſcolop.capil.uen.lupul.thimi,timbræ ana m.i.cor.rad.apii fœn. petroſ.ana vnc.i.radic.bugloſ.boraginis ana vnc. s.meliſſæ,ſticados,menthæ,cuſcutæ, foliorum,uel fructuum tamari.ana m. s. ſemi. portul.paſſul.liqui.ana vnc.s.coque, & fiat ſyrup.in æſtate cum ſyrupo acetoſo ſimp. in hyeme cum oximel.& is conuenit in principio augumenti ac poſtea iterum minoretur. in fine augumenti da ſyrupũ qui R. rad.apii, fœn. petroſ.aſparagi,bruſci, corti. rad. cap. enulæ ana vnc.i.cor.medię tamari.frax. ginestræ ana vnc.s.ſcolop.thimi,thimbræ, hyſſopi calamenti, chamed.chamepit.rad.acori, cuſcutę ana m.i.ſebeſten,liquirit.paſſul.ana vnc.i.ſem. endiuię,portul.ana vnc.ii. fiat ſyrup.cum oximelle compoſito, & ſyrupo de biſant.poſtea minoretur, & iterum digere, ac minora circa ſtatum ſi neceſſe fuerit. detur idem ſyrupus,additis epithi.ſenę,polip. & aromatiza cum cinamomo,cardamomo, noce muſcata,poſtea da trochiſ.quia in pri. febrium melancholicarum, inquit Iſaac. & Raſ.18.con.non competunt:quia ingroſſant materiam & Auic.non des in hyeme quartanario medi.dige.in forma trochiſ. ſed liquidam:quia plures ſunt euacuationes, & uiæ ſtrictę, per quas medicina ſicca nõ penetrat imo deſiccat,& indurat.dat tamen Auic. in fine augumẽti & ſtatu trochiſ. de abſynthio, & Gal.1.ad Glauc. diatrion piper. diaſpoliton,uel piper cum aqua.& Serap. piſces ſalitos & ſinapi ad uſum med.non cibi ut ſubtilient.& ſic hoc tempore utere confectionibus calidis,ut theriaca, ut euacuet humorẽ per urinam,uel ſudorem.& ſi non euacuarẽt ſed tantum mouerẽt,curreret humor, & miſceretur cũ aliis bonis, & ſi ſtaret in uno loco augeret febrem,ſi in duobus,faceret duas febres melancolicas.dat Gal.there.per duas horas ante acceſſionem, vt narrat in lib.de Ther.ad Cæſarẽ. Haly dat pręter hæc metridatum,uerum digeſta materia Alm. dat poſt 40.dies in hyeme Auic.diaſulphur,diaſſa,& ſy-

ſynapi in omnibus tribus diebus Raſ.18.cō.
da calida ſemel in ſeptimana ad ſubtiliandū,
& alleuiandum humorem. & Galen.primo
ad Glauc.feceris duplicem quartanam ſi de-
deris ante ſtatum ther.lenitio, ait Raſ.in di
uiſ.ſit aſſidua,& da ſemper aquam ſiclæ, &
ficus infuſas in aqua mellis, ius galli ueteris
decocti in aqua,& ſale, in qua proiiciatur
parum polipodii, & ſorbeat ante cibum. &
Gal.ad Glauc.ſi cibi non emollierint, clyſte
ribus primum utere mollibus, deinde acu-
tioribus.idem affirmat Serap.Haly. & Auic.
lenitiuum bonum R.florum boraginis, bu-
gloſſæ,uiolarum, ſticados, & folia ſenæ q.ſ.
coque & miſce caſſiæ q.ſ. & ſi materia rapit
ad os ſtomachi, vome.ſi in uiis urinæ,da ſco
lopen.& endi.ſi ſudat in declina. da uinum
album ſubtile cum aqua hordei calida.

De Pleb.ait Gal.ad Glauc.non phleb.niſi
nimia ſanguinis ſit copia,quæ ſit cauſa pro-
pria febris.& ſi ſanguis niger,& ſpiſſus,extra
he:ſin rubeus,& tenuis,obſtrue uena.ſit bra
chii ſiniſtri,quæ mediana eſt,& Auic. ſi do-
miniū eſt ſang.& febris erit ab aduſto ſang.
aut à mixtione melancholiæ cum eo, extra-
he.& Raſ.18.con.phleb. fiant una uice poſt
aliam,cum patiens eſt iuuenis, & corpus re
pletum:iam.n.eradicaui febrem duplicatā,
& Auic.in melancholia, melancholica pura
digeſta materia,& minorata, & ſigna ſangui
nis remanent,& alia concurrunt cōfert phle
botomia è baſilica, idem ſi in fine quartanæ
menſtrua,uel hęmorrhoides,uel alia ſangui-
nis euacuatio ſit occulta,& ſi ſigna ſanguin.
apparent, fac phlebotomiā quæ ſit parua,fa
cta de ſaluatella ſiniſtrę,aut ambobus,aut de
ſaphenis Guil.ſalua.incipiebat in principio,
& multi alii ſanguis narium ait Auicen.ſi ſo
pitus eſt fluere hæmor.aut in loco ſaphena-
rum, & ſcarificatio in dictis locis.

De euacuatione ait Auic.in omnibus ſpe
ciebus febrium talium in prin.neceſſaria eſt
minoratio:ut ſuper reſiduo melius, ac faci-
lius procedat digeſtio,ac tandem euacuatio
minor R.decoct.florum ſticados, borag.bu-
gloſſæ capilue.paſſul.aniſi,polip.in qua mi
ſce vnc. xi. caſſiæ, diacath. vnc. 2.& da, redi
ad digeſtionem,ac poſtea ad minorationem
fortius,vt ſi addas vnc.i.vel vnc.ii. diacath.
vel vnc.i.lap.laz.loti,vel reubarb.vnc.i.Ha-
ly non minuas in principio morbi cum laxa
tiuo,quandiu crudus eſt humor, ſed cum ſi
gna digeſtionis apparent, nō ſemel, ſed mul-
toties euacuabis.ait Gal.ad Glau. cum phar
maco melangogo,ſi opus fuerit item Guil.
niſi materia ſit digeſta, non dederis pharm.
quia ſubtilem euacuat, & remanet groſſam,
Raſ.18.con.non moueas in principio cum
medicina forti,nec euacues cum med.forti:
ſed in principio euacua materiam cum poli
podio extracta uirtute eius in iure galli ue-
teris,& oleo amyg.dulcium.

Vomitus expellit materias communes,&
proprias,unde prouoca, ſi expedit obſerua-
tis obſeruandis, & ſi non potes pharmaca
ſint fortiora.uomitus prouocatur in die pa-
roxiſ.& in die interp.ſi humor ad os ſtoma-
chi irruat.primum igitur prouoca cum ſyru
po acetoſo,& multa aqua calida: ſi non po-
terit,ſumat ſiclam,ſynapin,ſalſa,& huiuſ.de
inde vinum cum multa acqua,deinde ſyru-
pum acetoſum,in quo infuſus fuerit rapha-
nus.ſi uomerit,debilitabitur rigor,& febris,
& hoc in principio paroxiſmi.vnde ait Aui.
in princ. parox.educ materias communes,
in ſtomacho repertas,poſt prin.potius pro-
prias.ſ.quæ ſunt ſparſæ ad ſtomachum, uel
primas venas,& hepar.ait Haly.in die acceſ
ſionis humor eſt tumultuoſus,& calor illum
calefacit,unde facile euacuatur. ſi autē poſt
cibum, ſumat quinque horis cibum ante pa
roxiſmum & cum incipit æger oſcitare, da
uomitū prouocantia.ſit ait Auic.leue,ſi eua
cues materias communes,ſi multas,& pro-
prias,forte.& Gal.ad Glau.i ſtatu utere uo
mitu,à cibis ſępe, & da helleborum album
cum raphano.

Medic.eradic.ſit digeſta materia,& ait Al
man.non ſemel,ſed pluries,& cum fortibus
& pharmacis.dies verò ſit ante acceſſionem
ſic uult Alm.Aui.& Haly.quia uirtus eſt ma
gis fortificata à parox.præterito,humor ſub
tilior,& magis nobilis, cum iam inceperit
cumulari pro ſequenti paroxiſmo.Med.autē
quæ purgant humorem,& trahunt ſubſtan-
tiam eius manifeſte,habent gradus. in prin
cipio ſunt myrab. indi,& chebuli. ſed acue
ob ſtipticitatem.deinde polip.poſtea epith.
quæ cum tardè agant,addunt duo chirat ſca
moneę,& ſcr.i.maio.uel loco ſcamoneę tur
bith,deinde lapis laz.caue ab helleboro, niſi
optime corrigatur.hæc ex Auic. & Alm.dat
ſæpe per leni.ſerum cum zuccharo & ſi in-
fundas follic.ſene erit mino.leue & dat apo
zima de epi.& myrab.ind.interdum ſi fortis
eſt calor,ait Raſ.in diuiſ. euacua cum ſyru-
po acetoſo,epith.& ſena & cum decoct. mi-
rab.nigrorum,& infuſione eorum.& ſi for-
tior,cum aqua caſei ſola,& Haly.poſt dige-
ſtionem ſemel in ſept.dat med.quod R.my-
rab.indorum,chebul.ana vnc.viii. epith. a-
na vnc.iii.zuccha.ad pondus omnium tere,
& bibe cum aqua calida doſin cōuenientem.
Raſ.18.con.purga omni quinto die cum his
pil.quæ R.epith.vnc.i.carui, aniſi ana vnc.
vii.ſeminis apii,fœniculi ana vn.3. polypo.

vnc.vi.

vnc.vi.menthæ vnc. i.s. in principio noctis, Gord.R.florũ boragi.uiol.ana vnc. i. fenæ, thimi,epith.ana vnc.s.myrab.citri. vnc.s.co que in lib.i.aquæ usque ad medietatem, cola,& iterum bulliat colatura, donec remaneat vnc.iii.in qua pone reubar.vnc.s.& parum bulliat,& cola,& adde esulæ vn.i.Guil. post aliquas accessiones,& mundificationes dat med.quod R. helleb.nigri vnc.s. tere perfecte & misce cum vnc.iiii.rob de uino per noctẽ,& cola.in colatura pone tria,uel quatuor grana diag.non ultime trituratí, & scr. i.reub.pulverizati & da ante diem per duas, aut tres horas:quia curat quartanam:tamen die sequenti da vnc.s. ther. cum uino puro calido,in aurora.

Vrinam non prouoces ait Auic.in principio cum diuretico forti, sed potes cum debili ad excludendas per urinam materias communes liquidas, si quæ continentur in uiis hepatis.

Sudorem moue ait Ras.in diuisi. quando febris antiquatur, & alleuiatur horripilatio cum diatrionpipereon,& cum duobus uasis ante,& retro plenis aqua bullita cũ chamæ. sicca & anetho.sudorifica in augumẽto sint leuia ad euaporandas materias cões sparsas uersus cutim.& Auic.in principio digestionis usque ad aduentum digestionis completæ per extra non euacues per urinam, uel sudorem.in statu resolue cum fortibus uelut cũ troch. quos dicũt quandoque liberare in vna uice.qui R.foliorũ ruthę vnc.i.croci vn. iiii.iusquiami albi vnc.i.cassiæ ligneæ vnc.ii. sulphuris citrini vnc.iiii.cũ aqua fac trochi. vn.i.& da cum mulsa uel aceto ante accessionem.idem efficit uinum decoct.serpilli bibitum calidum ante accessionẽ & pil. quæ R. peoniæ,gentianæ,castorei, chamedreos, fenę,cap.lact.ana scr. i.da vnc.s.ante accessionẽ,& theriaca sumpta cum medio ciatho succi menthæ, & medio uini albi optimi ante accessionem curat quartanam : tribus uicibus. & crocus, & rasura eboris cum uino bibatur. item Radix cẽtaureæ minoris.item & vnc.i.gentianę cũ vino optimo ante accessionẽ per quatuor horas. itẽ uinũ decoctionis eius.itẽ vnc.s rad.assari cum uino calido sumpta.dixit Auic.in prin. uniuersali. quidã audent dare forte laxatiuũ,& exhibent vnc. ii.succi rad.ebuli,uel plus.& quidam ante paroxismum per horam curant febrem. sed hic modus curationis non est bonus. imo est error. Ergo Nicolus post primã materiæ minorationem quartanario exhibui uinum decoctionis menthæ cum unc.ii.theriacæ mixtæ,& vnc.iii.aquę uitis.& liberatus est ante octauam accessionem,aliis quoque dedi per unam horam,uel circà captis à quartana pura, ac ẽt phleg. post tres uel quatuor bonas minorationes,& liberati sunt.item aqua uitis cum gariof.pulverizatis,dixit Gilib.utimor detur ante accessionem myrrha gumlii hederæ cum succo uel uino decoctionis chamed.aut cũ succo ruthæ, uel semine eius. prouocat.n.ap.& destruit melancholiã. Gor succus calamenti ante accessionẽ curat quartanam.

Non alteres calorem febrilem,ait Ras.18. con.nisi materia sit diminuta: quia non est possibile,cũ materia est multa. Alm. tñ uult post 40.dies posse alterari;Auic.inquit, ꝙ omnes hæ febres indigẽt humectatione, sed quædã plus,& quædã minus, quanquam & omnes indigent exsiccatiuis ad incidendã & dissoluendã materiã.Conforta membra, ait Mes.in oĩbus morbis melãcholicis,uelutì cor,hepar,splen,& stomachũ. hepar est cã inflãmationis,& adustionis.splen recipit fo ex eius,quod aduritur Ras.18.con.caue ne hepar,& splẽ apostemetur.& Haly,ne hepar generet humorẽ melãcholicũ. cordi cõpetit in hac febre diamuscũ dulce, cõfec. de gemmis,diamarg & id gene.hepati, & spleni ait Serap.gelen.in principio.

Ad frigus Auic. quia constringit ossa,dat alia,& mel,& syrup.acetos.è melle implet cibo nõ ad plenũ: deinde dat aquã calidã,ut uoma.dixit quidã,unge ante accessionẽ totã spinã cũ oleo de iunipero:qm̃ liberat à quartana,aut cũ theriaca misce gariof.& nardũ, & in ciatho,cum uino bono,uel oleo super prunas bulliat modicum, & inunge totam spinam ad magnum ignem ante accessionẽ. quidam coquunt polypodiũ, hyp. & epith. ana vnc.iii.in una quarta uini usque ad consumptionem quintę partis & quotidie bibant ciathum cali.uel frig.item decoctio seminis fœn.& fenę in uino si bibatur quotidie longo usu curat:item nectar,quod R.epith.recentis,follic.fenę,florum borag. ana m.s.zinzib.anisi ana vnc.i.fiat nectar cum uino subtili, albo, & adde si placet mel, uel zuccharum.

A proprietate curat quartanam ait Dios. succus plantaginis minoris cum mulsa bibitus per duas horas ante accessionem. idẽ Auic.de radic. plantag.cum uino sumptis; Pli.& Serap.iubent eas esse quatuor. cum uino,& aqua ana vnc.iiii.s.const. qui colligit folia, dicat, pater noster,& coque ea cũ quatuor ciathis uini, & aquę usque ad tertiam comedat folia,& bibat uinum calidum Pli. quar.folia pentaph.Alber.dat cum uino temperato,& pipere.Serap.ligat uermes in carnibus repertos in corio caprino, alii radicẽ

carbonis

carbonis adligant, collo, vel brachio. oculum coturnicis appendit collo. Fidelis dat succum taſſibarb. ante acceſſionem. alii dant vnc.ii.hyp. cum vnc.v.vini albi ſubtilis ante acceſſ. nec bibat ante, vel poſt paroxiſmum Gui. de Aretio. gallus collo ſuſpenſus curat. 18.con. ſemel hyp. bibitũ cum uino. ait Alb. Fid. milleſo. bibitum, inquit quidam detur ante acceſſionem ciathus aquæ, in qua extinctus fuerit lapis marmoris. q.dã, ęs nouũ nõ elaboratum fiat amulus, & nouẽ diebus igni accẽſus extinguatur in ſucco celidoniæ dela tus in digito auriculari ſiniſtræ manus curat quartanam. Fid. ſtercus hirundi. potum ſtatim curat. Mundin. affirmat plures curatos eſſe coquendo m.i. parietariæ, uini albi ſubtilis ad medietatem. comedant & poſtea herbã in modum tortelli confectam, & ſub lare coctam, & uinum bibant totum. id faciant per tres uel quatuor acceſſiones, & curantur. Ex pe. cuiuſdam R. membrana, quæ ſunt intus in nucibus diuidentia nucleum, coque in vino, & bibe ciathum unum ante acceſſionem tribus uicibus. item ſucci eup. vnc.ii. cũ modico uini bibe per duas, uel tres horas ante. & quidam, bibe vnc.i. cranei hominis, & curabis quartanam ſanguineam. itẽ coque quatuor folia, & quatuor radices berbenæ in uino, & bibe in quartana phlegmatica, ait Macer. Dioſcorides inquit da ſeptem cimices incluſos in totidem fabis, ſuffumiga ægrum cum ſtercore gatti. Eidelis unge ante acceſſionem cum oleo, in quo decocta ſit rana uiridis. item ſtercus hominis bibitum. itẽ oleum comune, in quo ſcorpio putrefactus ſit, inunctũ in plantis pedũ, manuũ, frontem, & timpora, ſpinã dorſi ante acceſſionẽ curat quartanam, tertianã, & quotidianã. item ſang. alini recens inunctus ſuper ſpinã. hæc fid. quidam ait, fac in manu dextra quatuor angulos. in primo ſcribe Iaſon in ſec. Giaſon, in ter. tet. in quar. gramaton deinde laua manũ cum uino albo, & bibe ſtatim cum incipit parox. quoniam in tribus acceſſionibus ſucceſſiue curatur. alius dixit ſcribe in uno folio ſaluiæ Chriſtus natus ẽ, in ſec. Chriſtus mortuus eſt, & ſepultus: in ter. Chriſtus reſurrexit alleluia. bibe pri. in prima acceſſione. ſec. in ſecunda. ter. in tertia. Guil. ſcribit trochiſ. qui conuertunt quar. in ter. quod non laudo. hi R. abſinthii, cap. coſti, uernicis, ameos, ariſtol. longę, ſcord. myrrhæ, eupho. ana au.i. aloes, bdelii, pirethri, ſerap. opopo. ſeminis cicutę, amomi, acori ana vnc.i. infunde gummi in uino, & alia tere, & fac trochiſ. ponderantes au.i. & da in aurora in die acceſſionis cum aquæ taph. & oxim. compoſitum unciam unam.

Quartanæ nothæ curatio.

MAior humectatio conuenit in febribus quar. nothis factis per aduſtionem, & minus in his quę fiunt ex admixtione melancholiæ cum ſanguine, uel phlegmate. in factis per aduſtionem expecta ante purgationes poſt lenitionem, & aperitionem plus, & interpone plus temporis inter euacuationem, & euacuationem: quoniam materia aduſta tardius & difficilius coquitur. unde Guil. iubet med. euacuantes materiam aduſtam eſſe leues, non acutas in ſubſtantia liquida. diæta quar. notharum ex ſanguine aduſto tendatur plus ad humidum, & minus ad calidum quàm in aliis. Guil. dat omni quar. nothæ quotidie biſ. ſ. in aurora, & ante cęnam per duas horas vnc.ii.s. oxim. ſquil. cum vnc.iiii. aquę decoct. hyſſo. & mellis, & ſubdit. mũdifica ſæpe in diebus quietis cũ pil. indis, aut ſtomatichis Alchindi, aut de helleboro, & huiuſmodi. In ſanguinea ait Viat. ĩ die acceſſionis nõ cibes, & parum aliis diebus, & Gordo. abſtineat in ſanguinea & cholerica à carne, & uino uſque ad 20. dies, tunc ſi materia eſt digeſta, & uirtus fortis abſtineat donec ſit euacuata. Raſ. 18. con. quar. ex aduſtione ſangui. in princ. phlebot. ex baſilica ſiniſtræ manus. & Viat. deinde da pharmacum ſang. ſubtilians, & incenſionem extinguens, quare digeſt. ſint ſine calef. ut zuc. mel uiol. cum ſucco ſcariolæ, & Aui. euacuatio ſit lenis, & debilis, & cũ his, quę mundificãt ſanguinẽ, & Via. in prin. moue uomitum, cum rigor inceperit, & materia digeſta, phlebotomandus eſt ex baſilica, uel mediana, ut ſanguis groſſus exeat.

Quartana cholerica curatur ait Viat. plus cum refrig. & ſi uenter ſit ſtipticus cum prunis, manna, uiolis, & huiuſ. & cum clyſteribus. materia digeratur cum oxi. & cum inceperit digeri, detur ſol. choleram purgans ſine labore. Auic. dat my. citr. & uiola. & aquã caſei, quæ euacuat materias aduſtas ſi paucæ ſint quoniam multas non poſſet: nec ſi frig. ubi eſt ſtomachus relaxatus, idem ait, humecta, & refrigera. idem affirmat Alm. 18. con. & Auicen. ſedeat in aqua calida, & abluat, & addit, leni cum uiol. aqua caſei, & uirtute poli. aut cum ſyrupo acetoſo, iulep, & caſſia. ſolutio eradicatiua fiat poſt 20. dies, quia tunc digeſtio apparet cõpleta. deinde da quæ ſubtiliant, & incidunt, ut ſyrup. acetoſ. cum aqua endiuiæ, fœnic. & ſimilium. Fer. ſi morbus diuturnus fuerit, & nimia grauitas mẽbrorum, fiat minutio trium, aut quatuor vn. ſang. ſingulis mẽſibus, ne ex longo febrili calore sãguis putrefactus ſit cauſa maioris moleſtię

lestiæ. & si perseuerauerit, da prouocantia sudorem, & da opiatas. Rog. dat per dig. oxizac. cum oximelle, & fiat minutio de saluatella in mēsibus in secūda quadra. lunę. Gor. digerit cum oxizac. syrup. uiolato & de fumit. & dat medi. quę R. florum borag. uiol. liqui. mundæ ana vnc. i. coque in sero caprino, & in decocto distempera cor. mirab. nig. & citri. & fricentur in ea lento igne, cola, & da in aurora.

In quartana phlegmatica ait Ras. in diuis. non subtilies regimen, sed da cibos bonos, vt carnes arietū, castratorum iuuenum. sed 18. con. ait, quod in die accessionis nisi uirtus sit debilis ait Viat. Ger. non concedit carnes nisi ad 40. diem, si uirtus potest tolerare deinde cibus facilis digestionis. Alex. prohibe rigorem, quia si fuerit debilis, & febris. digere ait Viat. cum melle rosato cum succo scariolæ, apii, & feniculi. caue frigida. moue cum clysteribus, & pharmacis phlegmagogis. Aui. dat syrupum acetosum mellitum cū aqua apii, fœnic. & similium. & cum incipit digestio apparere, in lenitiuum misce uirtutem turbith polipodii, & huiusmodi. & addit epithimum, deinde uirtutem agarici. Vomitus fiat inquit Auic. cum syrupo acetoso mellino de seminibus incisiuis, & subtiliatiuis, uel vomitiuis, ut attriplicis, anethi, rapę & similium, & dixit adde uirtutem sinapis ad incidendum, & hellebori albi ad uomendum, & elleb. in raphano, inquit Viat. incita sudorem, & post cibum assumat diatrionpipereon, dianisum, & similia, & sæpe theriacā diacostum, & hæc post 40. dies, uel ut uult Hi. periodos.

Quartan. phleg. salso, ait Plat. purga, ut materia exigit in aliis membris: sed acutior fit medicina non in caliditate, sed in purgatione. Gor. digerit cum oximelle compo. & oxi. diuretico. & syrupo de fumoterręante, & purga cum med. quod R. florum boragi. buglossę, uiol. poli. anethi, turbith, liqui. passulatum, absynthii, agarici, laccæ, eup. ana vnciā s. coque in sero caprino, & in eductione pone cor. mirab. indo emb. ana vnc. i. fricentur in ea lento igne.

Ex frigus per quatuor horas cœpit hominem uehemens ante solis occasum, paruus rigor, nulla punctio, caluit per uigiti horas. sudauit parum. & sudor quasi frigidus per duas horas. calor fuit lentus sine siti sed cū multa grauitate capitis, & totius corporis. urina mediocris substantiæ tendens ad grossitiem, color remissus, flatibus plena, pulsus paruus, & uelox, & spissus. digestio fuit geleniabin cum oximelle comp. & aqua & scolop. cum fuerit cum residentia phleg. euacuaui cum elec. indo, & diasenæ ana vnc. s. cum decocto pass. sticados, scolop. anisi, & fęn. postea inūge spinam ante accessionem per unā horam cum oleo de costo, de mētha, & de pipere. ab extra corroboraui stomachum, & iteraui digestionem, & pharmacum usq; ad 22. diem deinde cum oximelle composito, & syrupo de calamento cum aqua per sex dies, postea euacuaui cum turbith, agarico, & polypo. ad 30. dies dedi mixturam ex diatrionp. arom. gariof. & rad. buglossæ conditis. dosis vnc. s. cum uino aroma. & sic usque ad 40. dies. & tunc dig. quod R. v. rad. diure. sic. ana vn. ii. pass. sebe. ana vn. i. dactil. n. x. hyper. cala. puleg. orig. hisso. melissæ, sticados, maior. saluiæ, florū rorism. ana m. i. sem. apii, fœn. anisi, dauci, ameos, amomi, semis asparagi, brusci, petros. ana vn. s. rad. cap. acori, ualet. pen. ana vnc. ii. scolop. tamarisci ana vn. iiii. florum borag. buglossæ, capil. pollit. adian. ana m s. bulliant in s. q. aquę cum melle, & aceto squillæ fiat syr. mirabilis in incisione, & subtiliatione humorum grossorum.

Quartana continua.

RAs. 18. con. auct. Gal. 2. de crisi. cum videris symptomata quarta non eradicata, est cōtinua. & in ea non est rigor, nec sudor. Fer. affligit continuo, sed magis de quarto, in quartum. Guil. pulsus est apparentior, quā in interpollata, magis uelox, & spissus, calor est continuus, & siccitas linguæ cum asperitate & forti siti, urina semper rubea, aut ruffa subtilis, uel spiss. Cura ait Aui. est proportionata interpol. sed refrigera plus, ut cū syrupo acetoso. de seminibus calidis moderatè, & gelenia. cum aqua temperatis cum zuccharo ros. syr. ros. & phleb. magis conuenit: quia materia est intra uenas. & Auic. sit tua intentio in prouocando secessum cum suppo. cly. uel med. leni. clyst. bonum R. aquæ decoct. siclæ, epith. lib. i. olei uiolati vnc. iii. mellis vnc. ii. anisi vnc. s.

Febris quintana septi.

HIp. has recenset in lib. epy. sed Gal. in lib. de differ. non uidit nisi quintanam, quæ tardabat inuadere usque ad finem quarti diei, quare uidebatur quintana. hę quidem febres ait Ras. 18. con. fiūt ex phlegmate grosso vel melancholia. & diuersificantur iuxta diuersitatem humorum. idem affirmat Auic. & Haly & Auice. secundum ꝙ materia est plus, & minus grossior, ac subtilior mouetur citius, ac tardius. Guil. quintanæ materia est phlegma naturale uiscosum, & melancholia ex

quibus

quibus fit mixtum causa eius . sex. est phlegma acetosum: sep. est rubeum . oct. est humor compositus ex naturali acetoso, & melancholia. non ex naturali,& melancholia. dec. ex acetoso uitreo , & mel ancholia , & ait hæ febres sunt de genere quartanæ non verę . Galen. in com. Hip. assignat, causam harum febrium esse malum regimẽ. Auic. quintana est deterior sex. & sex. septi. &c. Cura ait Ras. 18. cõ. sicut quartanam. incide magis,& calefac, quam magis elongatur à quarta . quoniã sunt grossioris materiæ, digestio fit maior per tantũ, & humecta. ait Aui. vomitus est maxime vtilis cum uomitiuis fortibus,& euacuatio cũ hieris, ut logodion. Ruf. & id generis, sudor fiat cum balneo calido , uel stupha sicca.

FINIS.

VENETIIS, M D XCIV.